~~47=1.~~ A=2.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΑΡΧΙΕΠ. ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS CHRYSOSTOMI

ARCHIEPISCOPI

CONSTANTINOPOLITANI

OPERA OMNIA

QUÆ EXSTANT,

VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

Ad MSS. Codices Gallicanos, Vaticanos, Anglicanos, Germanicosque; necnon ad Savilianam & Frontonianam Editiones castigata, innumeris aucta: nova Interpretatione ubi opus erat, Præfationibus, Monitis, Notis, variis Lectionibus illustrata, nova Sancti Doctoris vita, Appendicibus, Onomastico, & copiosissimis Indicibus locupletata.

Opera & studio D. BERNARDI DE MONTFAUCON, *Monachi Ordinis Sancti Benedicti, e Congregatione S. Mauri, opem ferentibus aliis ex eodem Sodalitio Monachis.*

TOMUS OCTAVUS.

PARISIIS,

Sumtibus { CAROLI ROBUSTEL, sub signo Palmæ. JOANNIS & JOSEPHI BARBOU, sub signo Ciconiarum. GUILLELMI DESPREZ, Typog. Regii, JOANNIS DESESSARTZ, } sub signis S. Prosperi, & trium Virtutum. } viâ Jacobæâ.

M. DCC. XXVIII.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

PRÆFATIO
AD HOMILIAS
S. JOANNIS CHRYSOSTOMI
IN JOANNEM.

AD Homilias in Evangelium Joannis tandem devenimus, ubi novum prorsus concionandi ritum, insolitam deprehendimus disserendi rationem. Stylum sane eumdem cernimus, dictionem prorsus similem; eumdemque statim agnoscimus dicendi artificem Chrysostomum: in ordine autem & argumenti ratione magna sese offert diversitas. In cæteris namque in Scripturam sacram Commentariis; maximeque in Homiliis in Matthæum, postquam singulorum versuum literam explanavit, occasione ex serie sumta, ad morum informationem spectantia multa interserit; atque in fine concionis longissimam moralem adhortationem adjicit, qua & procerum & popularium vitia insectatur, atque ad virtutem adeundam stimulos addit. In hisce autem in Joannem Homiliis alio concionandi genere procedit. Passim namque postquam singulos versus attulit, illosque maxime quos Catholicis hæretici quidam objicere solebant; auditores suos adversus illorum argumenta & sophismata munit roboratque; atque ut statim deprehenditur, iis qui contra hostes hujusmodi sæpe manus conserebant, arma ministrat. Hic scopus oratoris præcipuus, eo nervos omnes contendit, ut Christianum militem, qui passim contra hæreticos decertabat, ad illorum depellenda tela instituat.

Hæc porro non in omnibus Homiliis occurrunt; sed in iis tantum ubi ea Joannis loca explicantur, quæ vel ad æqualitatem consubstantialitatemque Patris & Filii probandam apta sunt, vel quæ ab hæreticis ad illam impugnandam usurpabantur. Ubi vero de divinitate deque consubstantialitate Filii non agitur, literam ille paucis plerumque explanat. Moralem quoque disciplinam inter concionandum rarius attingit, concionemque brevissima adhortatione morali claudit; ita ut hæ in Joannem conciones, dimidia fere sui parte minores ut plurimum sint Homiliis in Matthæum.

Hinc certe jam multæ exsurgunt quæstiones: quinam nempe sint hæretici, qui Chrysostomi auditores telis ex Joannis Evangelio desumtis impetebant: cur illos Chrysostomus non nominet: ex qua familia orti hi hæretici essent, quibus maxime argumentis objectiones lucifugarum confutandas esse doceat. Hæc porro omnia expendere non pigebit, postquam de numero Homiliarum in Joannem, de urbe in qua hæc concionatus est, de concionis hora, deque aliis nonnullis quædam præmiserimus.

§. I.

1. De numero Homiliarum in Joannem. 2. Qua in urbe hasce Homilias habuerit Chrysostomus, Antiochiæ-ne, an Constantinopoli.

1. Homiliæ in Joannem apud Savilium octoginta octo feruntur, apud Morellum autem octoginta septem tantum, quandoquidem Morellus primam procemii tantum loco ponit, neque illam Homiliam primam inscribit, quia videlicet nihil de Evangelio Joannis in hac concione explicatur, estque tantum quasi præludium ad explicationem ejusdem Evangelii. Verum ut ut res est, hoc procemium non minus concio & Homilia est, quam cæteræ sequentes conciones. Nam hic populum alloquitur, ad virtutem hortatur, a vitiis arcet, omniaque concionantis implet officia. Quamobrem jure illam Savilius inscripsit Homiliam primam: quem sequi visum est. Verum quia Morelli editio, quæ a multis annis omnium manibus teritur, ut plurimum a Scriptoribus affertur in medium, iique secundum Morellianam editionem Homilias numerant; eamque, exempli causa, vigesimam nonam inscribunt, quæ secundum Savilium & secundum veram numerandi rationem trigesima est, in summa pagina utrumque numerum sic attulimus. *Homilia trigesima al. vigesima nona*, & ita quoque in aliis.

Hanc porro numerandi varietatem non esse recentem suadet Facundus Hermianensis, qui libro 3. c. 3. p. 114. sexagesimam sextam dicit eam quæ vere sexagesima septima est. Verum altera etiam numerandi ratio, quæ vera utique est, apud alios in usu fuisse comprobatur. Ephræmius enim Antiochenus ἑνδεκάτην, *undecimam* numerat eam quæ jam undecima est. Hancque numerandi rationem sequuntur Codices Græci manuscripti, quos hactenus videre licuit.

2. Altera exsurgit quæstio, an videlicet Antiochiæ, an Constantinopoli hasce Homilias Chrysostomus habuerit. Utra in urbe tot conciones habitæ sint in ipsis concionibus nusquam deprehendere potuimus. Nam si qua essent unde conjecturam ducere possemus, ex perpetuis nempe velitationibus adversus eos qui parem paternæ potestatem in Filio esse negabant, qui τὸ ὁμοούσιον oppugnabant, adversus Anomoeos nempe, quos ubique insectatur, id perinde Constantinopoli, atque Antiochiæ observatur. In utraque enim civitate contra Anomoeos nominatim concionatus est Chrysostomus, in utraque magno numero Anomoei erant, qui cum popularibus Catholicis sæpe de religione concertabant. Nihil igitur inde circa urbem ubi habitæ sunt hæ conciones expiscari possumus: nullumque aliud ea de re ex ipsis Homiliis indicium possumus mutuari. Verum ex Homilia septima in Epistolam primam ad Corinthios p. 64. Morellianæ editionis discimus Homilias hasce in Joannem ante illas in Epistolam ad Corinthios habitas fuisse. Cum autem hæ ad Corinthios Homiliæ Antiochiæ habitæ fuerint, ut suo loco probabitur, hinc sane consequitur has etiam in Joannem conciones Antiochiæ dictas fuisse. Locus porro ille Homiliæ septimæ ad Corinthios sic habet: καὶ γὰρ ἐκείνοις φησὶν, οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὔτε τὸν πατέρα μου. πῶς οὖν ἀνωτέρω φησὶ, καὶ ἐμὲ οἴδατε, καὶ οἴδατε πόθεν εἰμί; ἀλλὰ τίς ὁ τρόπος τῆς ἀναγνώσεως ταύτης, καὶ τίς ἐκείνης, ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ἤδη εἴρηται· καὶ

Joan. 8. 19. ὥστε μὴ συνεχῶς τὸ αὐτὸ στρέφειν, ἐκεῖ παραπέμπομεν τοὺς ἐντυγχάνοντας· Id est, *Nam*

Joan. 7. 28. *illis ait*, Neque me novistis, neque Patrem meum. *Quomodo ergo supra dixit*, Et me nostis, & nostis unde sim? *Sed quis sit modus hujus lectionis, & quis illius, jam dictum est in Evangeliis, & ne idem frequentius versemus, eo lectores mittimus.* Mittit scilicet ad Homilias suas in Evangelium Joannis, ad Homiliam nimirum quinquagesimam, ubi hæc verba c. 7. v. 28. p. 294. explicans, *Et me scitis, & unde sim scitis*, ostendit illa optime conciliari cum aliis ejusdem Evangelii c. 8. 19. ubi ait Judæos nec se nosse, nec Patrem suum nosse. Certum itaque indubitatumque est Chrysostomum has Homilias Antiochiæ habuisse antequam Homilias in primam & secundam ad Corinthios haberet, quæ item Antiochiæ habitæ fuere, ut suo loco probabimus.

§. II.

1. Quo tempore has habuerit Homilias. 2. Cur illucescente aurora, ὑπὸ τῆς ἕω hæc concionatus sit. 3. Quod genus auditorum concionibus interfuerit.

1. Jam diximus in Præfatione ad Homilias in Matthæum, non potuisse Chrysostomum annis tribus prioribus queis presbyter concionatus est, Homilias in Matthæum ad populum habere, quia videlicet his tribus annis 386. 387. 388. tot Homilias tam longas dixit, ut alias addere vix potuisse videatur. Certe, ut in vita Chrysostomi pluribus dicetur, vix credatur quot quantasque hisce tribus prioribus Sacerdotii sui annis conciones dixerit; Panegyricas festorum & Sanctorum per annum, alias in Scripturæ libros, cæterasque variis de rebus. Itaque ut Homilias in Matthæum post annum 388. habitas, hac de causa statuimus, multo magis hasce, quæ secundum Homilias in Matthæum dictæ fuisse videntur, post annum illum dictas inferemus. Annum vero ipsum assignare quo has Homilias cœperit, non humanæ videtur facultatis. Certum utique est illas ab anno 389. ad annum 398. quo ineunte ad sedem Constantinopolitanam evectus est, habitas fuisse; sed annum ipsum, vel etiam annos aliquot statuere, (non enim uno eodemque anno hæ 88. Homiliæ habitæ videntur) hoc opus, hic labor est. Videamus tamen an possimus aliquid ulterius circa rem illam expiscari. Cum has præcesserint Homiliæ in Matthæum, quæ nonaginta numero habentur, & post annum 388. habitæ putantur; nec videantur illæ in Matthæum nonaginta Homiliæ uno compleri potuisse anno, illis probabiliter assignamus annos 389. & 390. Hasce vero in Joannem post annum 390. habitas congruenter statuimus, ab hoc anno scilicet ad annum 394. vel 395. Non enim possumus totum illud spatium assignare quod intercurrit usque ad annum 398. quo incipiente Episcopus Constantinopolitanus electus est. Quia post Homilias in Joannem, compertum nobis est, illum conciones alias ingenti numero Antiochiæ habuisse, Homilias nempe in Epistolas ad Corinthios, quarum prima 44. secunda 30. concionibus, iisque longioribus absolvitur; inque cæteras Pauli Epistolas non paucas Antiochiæ postquam has in Joannem peroraverat, concionatus est, ut pluribus suo loco probabitur. Non possumus ergo in ultimos presbyteratus ejus annos has in Joannem Homilias conjicere; sed tempus ipsis probabiliter consignamus ab anno 390. ad annum 394. vel 395. Hac sic constituta serie, omnia quadrare videntur.

Neque anno uno potuit hasce omnes 88. conciones absolvere si quinto quoque die tantum singulas habuerit Homilias, ut ipse innuit paulo ante finem Homiliæ primæ, ubi talia fatur pag. 5. b. καὶ μή μοι λεγέτω τις, ὅτι βραχὺς ὁ καιρὸς ὁ μεταξὺ τῆς συνάξεως τῆς μελλούσης· ἔξεστι γὰρ, οὐχὶ ἐν πέντε μόνον ἡμέραις, ἀλλὰ καὶ ἐν μιᾷ ῥοπῇ μεταθέσθαι τὸν βίον ἅπαντα. Hoc est: *Nec mihi quis dicat, breve tempus inter hanc & sequentem concionem esse. Licet enim, non solum dierum quinque spatio, sed etiam uno temporis momento vitam totam mutare.* Si quinto quoque die tantum concionatus sit, hasce 88. conciones anno uno absolvisse non potuit. Sed si quinto quoque die tantum concionabatur, ut ait ille, quomodo illud quadrare possit ad id quod dicit initio Homiliæ XXV. p. 143. *Neque enim quotidie, sed bis tantum in hebdomada; idque per brevem diei partem, ut laborem levemus, vos concioni adesse & attendere hortamur.* Si bis in hebdomade, non certe tantum quinto quoque die, sed frequentius concionatus est. Verum hæc conciliari poterunt, si dicatur illum modo rarius, modo frequentius esse concionatum.

2. Sed singulare prorsus est id quod habet Chrysostomus circa horam diei qua has conciones habebat. Homilia quippe 31. p. 182. c. ita loquitur: εἰ δὲ γυνὴ Σαμαρεῖτις τοσαύτην ποιεῖται σπουδὴν ὑπὲρ τοῦ μαθεῖν τι χρήσιμον· καὶ παραμένει τῷ Χριστῷ, καίτοιγε ἀγνοοῦσα αὐτόν· τίνος ἡμεῖς τευξόμεθα συγγνώμης, οἱ καὶ εἰδότες αὐτὸν, καὶ μήτε ὄντες παρὰ φρέαρ, μήτε ἐν ἐρημίᾳ, μήτε ἐν ἡμέρᾳ μέσῃ, μήτε ἀκτῖνος καιούσης· ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἕω, καὶ ὑπὸ τοῦτον ὄροφον σκιᾶς ἀπολαύοντες καὶ εὐψυχίας, καὶ μὴ καρτεροῦντες ἀκοῦσαί τι

τῶν λεγομένων, ἀλλ᾽ ἀποκναίοντες. Id eſt, *Si vero mulier Samaritana tantum adhibet ſtudium, ut quid utile ediſcat, & Chriſto aſſidet, etiamſi illum non noſcat; quam nos veniam conſequemur, qui ipſum novimus, qui non ſecus puteum, non in deſerto ſtamus, non in meridie; non aduſti ſolaribus radiis; ſed ſub aurora, ſub hoc tecto umbra fruimur & ſuaviter agimus, neque patienter audimus quidpiam; ſed deſidia torpemus?*

Itaque ſub aurora, id eſt, matutinis horis illuceſcente aurora hos ſermones habuit, cæteras utique conciones non primo diluculo habere ſolebat: ſed in hiſce Joannis Evangelium explicantibus Homiliis multa præter morem fieri deprehendimus. 1°. Quod longe breviores cæteris omnibus ſint. 2°. Quod illuceſcente aurora habitæ; 3°. quod adhortationes morales contra conſuetudinem breviſſimæ ſint. 4°. Quod præcipuus ſcopus videatur eſſe, in pleriſque ſaltem Homiliis, ut auditores contra hæreticos, Joannis Evangelio abutentes, ad pugnam inſtruat. Etenim cum primam Homiliam quaſi procœmium emiſiſſet; in ſecunda vero externorum philoſophorum primipilares exagitaſſet; in tertia demum p. 18. propoſitum ſuum aperit his verbis: ὥρα δὲ λοιπὸν ἐπὶ τὰ προκείμενα τήμερον ἰέναι, ὥστε μὴ κεκμηκότας ὑμᾶς προσβάλλειν τοῖς ἀγῶσι, ἀγῶνες γὰρ ἡμῖν πρόκεινται πρὸς τοὺς τῆς ἀληθείας ἐχθροὺς, πρὸς τοὺς πάντα μηχανωμένους ὥστε καθελεῖν τὴν δόξαν τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, μᾶλλον δὲ τὴν ἑαυτῶν. ἡ μὲν γὰρ μένει ἀπερίτρεπτος οἷάπερ ἐστιν, καὶ τὰ ἑξῆς. Hoc eſt: *Tempus autem eſt ut ad rem propoſitam veniamus, ne vos defeſſi hæc certamina adeatis. Certamina quippe nobis proſtant contra veritatis hoſtes; contra eos qui nihil non machinantur, ut Filii Dei gloriam, imo potius ſuam dejiciant: illa quippe ſemper manet ut eſt &c.* Ubi vides illum auditores ſuos ad certamina contra hæreticos adeunda acuere, ipſiſque arma miniſtrare. Illud autem fere obſerves per totum Homiliarum in Joannem decurſum, in concionibus ſaltem illis, Evangelii loca explanantibus, quæ vel Chriſtum Patri æqualem & conſubſtantialem probant, vel ab hæreticis contra illam conſubſtantialitatem & æqualitatem detorta uſurpabantur. Illi quippe hæretici, quia ex Joannis verbis validiſſime impeti ſolebant, ex ejuſdem & ipſis verbis ſententiam & impietatem ſuam tueri conabantur. Quia vero tunc hæretici illi Catholicis admixti magno numero erant, frequenterque cum obviis ex Joannis Evangeliſtæ verbis diſputabant, neceſſe putavit Chryſoſtomus auditores ſuos ad talia certamina ſuſcipienda inſtituere, ut ait ipſe in loco jam allato, & paſſim in ſequentibus concionibus repetit.

3. Sed cur illuceſcente aurora has conciones habuit, cur tam breves, cur moralem diſciplinam, quam cum tanta ubertate in aliis concionibus frequentat, hic parcius attingit? Quantum auguror conjectura, ne cæterarum Homiliarum curſum, quas aſſidue per totum annum habebat, & cui intererant Catholici omnes cujuſvis ætatis, ſexus atque conditionis; ne illas, inquam, interpellaret: haſce præterea illuceſcente aurora, non univerſo populo dicebat; ſed iis tantum viris ac mulieribus, qui ferventiores eſſent, quique ingenio valerent, poſſentque in quotidianis cum hæreticis velitationibus, lucifugarum argumenta ex Evangelio Joannis ut plurimum petita, Chryſoſtomi monitis inſtituti confutare. Sancto igitur Doctori, cui in dicendi ubertate vix parem in omnibus retro ſæculis deprehendas, duo præcipue munia incumbebant; primum ut totum Catholicorum cœtum contra vitia quæque inſtitueret, id quod ille ſtrenue exſequebatur, dum frequenter per annum ac bis ſæpe in eadem hebdomada moralem omnem diſciplinam cum mira facundia verſabat; ſecundum, ut Catholicos inter innumeras hæreticorum catervas verſantes, qui hæretici in familiaribus colloquiis veram fidem ex Evangelio maxime Joannis impetebant; ut Catholicos, inquam illos, contra adverſarios ſuos armis inſtrueret. Quia vero non omnes omnino Catholici, ut diximus, viri atque mulieres, cujuſvis ætatis atque conditionis, ad hanc capeſſendam pugnam idonei eſſe valebant, non omnes fortaſſe hiſce matutinis concionibus intererant; ſed ii tantum viri ac mulieres, qui ingenio valebant, poterantque tela ſibi a Chryſoſtomo ſubminiſtrata in hæreticorum capita contorquere. Hi ferventiores cæteris ſeorſim erant inſtituendi, argumenta quippe paſſim allata vulgi captum ſuperabant. Hæc vero illuceſcente aurora concionabatur, ni

fallor, quod aliud diei tempus reservaret ad majores illas conciones; queis ad vitia propulsanda, & virtutem omnem inculcandam uberiorem dabat operam. In concionibus autem matutinis disciplinam illam moralem parcius attingebat, quia præcipuus ipsi scopus erat arma suis contra hæreticos suppeditare. In his porro matutinis concionibus etiam mulieres admittebantur, illæ quæ possent in familiaribus colloquiis oblatas ab hæreticis difficultates depellere. Nam in hisce in Joannis Evangelium Homiliis, mulieres aliquando, etsi rarius, alloquitur S. Doctor. Jam vero ad cætera transeamus.

§. III.

1. Hæretici qui in hisce concionibus impugnantur Anomœi erant. 2. Unde orti Anomœi: illorum historia compendio affertur. 3. Quis illorum status esset quo tempore hæc concionabatur Chrysostomus.

1. Non est multa perquisitione opus ut deprehendatur quinam sint hæretici illi, qui ex Joannis Evangelistæ dictis tela mutuabantur ut Catholicos impeterent, etiam in familiaribus colloquiis: qui magno numero cum essent & cum popularibus admixti, quotidianas excitabant velitationes; ita ut sanctus Doctor, & sanæ doctrinæ, & auditorum saluti prospiciens, cogeretur illos instituere ad ipsa tela in caput hæreticorum contorquenda. Hi certe hæretici, Anomœi sunt, quibuscum tamdiu concertavit Chrysostomus, & quidem toto tempore quo concionandi officio functus est, sive Antiochiæ presbyter, sive Constantinopoli Episcopus cum esset. Antiochiæ certe anno primo quo cœpit concionari, certamen iniit contra hæreticos istos passim cum Catholicis intermixtos, atque in concionibus duodecim, Anomœos egregie confutavit, ipsorum tela depulit, validissimaque argumenta adversus illos subministravit. Illas porro duodecim Homilias, quarum pleræque in priscis editis hinc & inde sparsæ erant, in edito nostro unà collectas habes, incipiuntque tomo 1. p. 444. Neque modo in illis duodecim orationibus sive Homiliis hæreticos illos confutavit sanctus Doctor, sed etiam in aliis ubicumque sese occasio offerebat.

Verum, quod observatu sane dignum fuerit, non statim ineunte primo presbyteratus sui anno Anomœos impetiit; sed ut ipse in prima Concione testificatur, jam pridem destinatam contra Anomœos pugnam tardius, eodem licet anno, suscepit, quod multos Anomœorum videret concionibus adesse suis, ac cum voluptate aures sibi præbere. Quamobrem, *ne prædam abigeret*, ait ille, utque ipsorum animos irretiret, linguam ab hujusmodi certaminibus coërcebat. Demum hortantibus illis ipsis Anomœis, in arenam descendit; Anomœorumque errores impetere orsus est, amico tamen animo, non ut adversarios feriret, sed ut jacentes erigeret. Verisimile autem est Anomœos tunc temporis mitiores fuisse, quia Catholici principes Valentinianus II. & Theodosius tunc imperium moderabantur; nec poterant hæretici illi ea libertate & petulantia uti, qua pridem sub Constantio, & postea sub Valente usi fuerant.

Amico licet animo Chrysostomus Anomœos confutaret, illos tamen acriter insectabatur: & quidem jure ac merito. Dicebant enim illi se omnem scientiam accepisse, quodque magis mireris, se ita Deum nosse, ut se ipse noverat. Cum porro se tanta instructos scientia ridicule putarent; nihil mirum si Dei substantiam audacter scrutarentur; totque circa illam quæstiones moverent, atque obviis quibusque Catholicis etiam in foro objicerent. Si quis porro ipsos de tanta audacia redargueret, reponebant illi, *An ignoras id quod colis?* T. 1. p. 487. Hæc vero perpetuo & ad aures omnium decantabant: Filium non esse Patri consubstantialem, esse rem factam, non habere parem Patri judicandi potestatem, non posse Patri æqualem esse, qui Patrem precaretur. Addebant etiam Filium non esse Patri ὅμοιον similem, indeque ἀνόμοιοι, Anomœi, quasi dicas, *dissimiles* appellati sunt. Hos perpetuo in Homiliis tam Antiochenis quam Constan-

tinopolitanis insectatur Chrysostomus, etiam in concionibus illis quarum argumentum nihil affine videbatur habere cum Anomœorum hæresi. Cum enim hi hæretici omnino dicaces & pugnaces essent; ac perpetuo cum Catholicis velitarentur, nullam Chrysostomus occasionem omittebat tam procaces homines confutandi.

Verum licet passim & ubique in Chrysostomi Homiliarum decursu Anomœorum argumenta adferantur & confutentur: nusquam tantam armamentarii lucifugarum illorum copiam deprehendimus, quantam in his in Joannis Evangelium Homiliis; quoniam videlicet illi ex hoc maxime Evangelio, secundum suam mentem, & omnigenam, ut ipsi dicebant, scientiam explicato, argumenta sua mutuabantur. Quæ eorum argumenta, saltem præcipua quædam, cum responsionibus Chrysostomi non pigebit referre; postquam de illius hæreseos ortu, & progressu ad hoc usque, quo de nunc agitur, tempus compendio retulerimus. Id quod lectori non displiciturum speramus; nam quos tam frequenter videmus a Chrysostomo exagitari, ab ortu & gestis cognoscere, nemo inutile fore dixerit.

2. Arius circa annum 320. exsecrandam hæresim in Ecclesiam Dei invexit, discipulos multos habuit, turbasque innumeras dedit, queis omnes pene orbis Ecclesiæ exagitatæ sunt. Arii autem & Arianorum præcipua capita & verba hæc erant: Deum non fuisse semper Patrem; Filium non semper fuisse; sed fuisse tempus cum non esset, non fuisse antequam nasceretur, in tempore factum esse & ex nihilo; non proprium esse naturæ Patris; creaturam esse perfectam, sed non ut aliam ex creaturis; non esse verum Deum, sed participatione Deum; non esse æternum, sed ante tempora & sæcula creatum; Filium non perfecte nosse, nec perfecte videre Patrem. Eo etiam impietatis procedebant, ut dicerent, Filium non esse unicum & verum Verbum, sed solo nomine Verbum, solo nomine Sapientiam, gratiâ Filium, initium creaturarum, Verbum naturâ mutabile esse, multaque esse Verba. Imo dicebat ipse Arius aliud esse Verbum quod in Deo est, & aliud de quo ait Joannes, *In principio erat Verbum*: In hac enim impia doctrina non omnes sibi constabant, sed alius alia plerumque contraria dictitabat, imo, ut error vix consistere potest, iidem ipsi non sibi semper consentiebant.

Dicebant etiam inter eos multi, Filium non esse Patri similem. Circa hanc vero sententiam Arianorum facta sunt divortia. Alii enim omnem omnino similitudinem excludebant; alii similitudinem etiam in substantia admittebant; hi vero peculiarem quasi sectam constituerunt, qui ὁμοούσιον sive consustantialem Filium esse negabant, sed ὁμοιούσιον similem substantia admittebant, cumque a perfectis Arianis in aliquo deficerent, Semiariani sunt appellati. Hi porro etiam sunt inter se divisi. Alii namque dicebant, Filium substantia similem esse Patri, similitudine imperfecta qualis posset esse creaturæ ad creatorem, imaginis ad typum. Imaginem nempe & similitudinem illam extra Deum, a Deo factam esse dicebant, & Dei substantiæ similem esse, quatenus potest res extra Deum creata, creatoris substantiæ esse similis. Hi vero nomine tantum tenus ab Arianis perfectis differebant. Non enim poterant Ariani negare qui Evangelium admittebant aliquam similitudinem imperfectam esse posse inter creaturas & creatorem: quandoquidem in Evangelio habetur, *ut sitis similes Patris vestri*, &c.

Ex Semiarianis vero alii, quorum antesignanus erat Basilius Ancyranus, τὸ ὁμοιούσιον, nempe similitudinem substantiæ longe alio modo interpretabantur. Omnimodam quippe similitudinem substantiæ in Patre atque Filio admittebant. τὸ ὁμοούσιον vero, sive consubstantialitatem Patris & Filii rejiciebant; & quidem multis de causis quas recenset & confutat Athanasius libro de Synodis p. 764. & in eodem libro p. 757. ait, ideo illam vocem, ὁμοούσιον, ab his de quibus loquimur Semiarianis rejici, quia in Concilio Antiocheno, ubi Paulus Samosatenus damnatus fuit, proscripta fuerat; etsi non eo sensu quo postea in Nicæna Synodo & admissa & promulgata, & in fidei confessione posita fuit. Nam quod in Antiochena Synodo τὸ ὁμοούσιον non absolute damnatum fuerit, liquet ex verbis Dionysii Alexandrini, qui Antiochenæ Synodo interfuerat & subscripserat. Accusatus enim apud Dionysium Romanum Pontificem, quod voce ὁμοούσιον non uteretur in con-

cionibus suis, respondit ille se hujusmodi vocem & admittere, & ut omnino Catholicam habere. Ab illa autem tunc abstinebat, quia sibi cum Sabellianis res erat. Hæc vero pluribus descripta habes in Athanasii libro de sententia Dionysii: ubi ille ipsa Dionysii verba refert, exscripta ex ejusdem epistola. Attamen hi mitiores Semiariani τὸ ὁμοούσιον rejiciebant, illique voci τὸ ὁμοιούσιον substituebant. Verum in ea explicanda voce ita procedebant, ut a vera Catholicorum sententia nihil differrent, licet in verbis ipsis pugnarent. Inter substantiam enim Patris & Filii perfectam similitudinem statuebant, & Filium Patri æqualem profitebantur, licet porro illud ὁμοιοούσιον impietatem præ se ferat: nam si similis substantia Patri sit Filius, si vere Deus ut illi confitebantur, alterius & diversæ substantiæ fuerit: idem enim ipsum nunquam simile sibi dici possit. Si vero diversæ substantiæ sint Pater & Filius, si Pater Deus & Filius quoque Deus; ergo duo dii erunt; nam substantia Dei Deus ipse est. Sic Filius Patri substantia similis, erit Deus Deo similis; ergo duo dii. Verum hanc consequentiam non admittebant hi, de quibus loquimur, Semiariani, licet ea aperte ex voce ὁμοιούσιον sequi videatur. Hi certe etsi ad Catholicam sententiam accederent, male tamen hanc inducebant vocem, & culpandi etiam erant quod vocem ὁμοούσιον in sacra Nicæna Synodo inductam non admitterent. Attamen magnum illud Ecclesiæ lumen Athanasius hos non vult quasi adversarios haberi. Libro namque de Synodis p. 755. ita habet: *Viros autem qui alia quidem omnia Nicææ scripta recipiunt, de solo autem consubstantialis vocabulo ambigunt, non ut inimicos spectari par est. Neque enim velut Ariomanitas, aut Patrum adversarios homines aggredimur; sed disputamus veluti fratres cum fratribus, qui eadem qua nos sunt sententia, solo nomine in controversiam adducto. Cum enim confiteantur ex substantia Patris, & non ex alia substantia esse Filium, nec creaturam vel opificium illum esse; sed genuinam naturalemque prolem, & ab æterno una cum Patre Verbum & Sapientiam exsistere, non longe absunt a recipienda* Consubstantialis *voce. Talis est Basilius Ancyræ qui de fide scripsit. Nam si similis tantum dicatur secundum substantiam, id non idem prorsus significat atque illud*, ex substantia, *quo verbo magis, ut ipsi dixere, Patris germanum Filium ipsum esse significatur*, &c. Ex his vides hos Semiarianos vocibus tantum a Catholicis dissensisse, re autem ejusdem sententiæ fuisse. Unde videtur Athanasius sperare illos tandem ad Catholicam non modo sentiendi, sed etiam loquendi rationem accessuros esse, cum ait, ipsos non longe abesse a recipienda Consubstantialis voce. Et vere illi, ut quidem videtur, postea Catholicis adjuncti sunt: non diu enim loquendi formulas ab illis usurpatas videmus in medium afferri. Ut vero hi Semiariani re ipsa cum Catholicis consentiebant; ita quoque alii Semiariani, qui Filium rem factam esse nec coæternum Patri dicebant, etsi illum ὁμοιούσιον, id est, Patris substantia similem dicerent; vel parum, vel nihil differebant ab Arianis & ab iis qui ἀνόμοιον, id est, dissimilem Patri Filium asserebant, quapropter hi etiam Semiariani, non diu ab Arianis & ab Anomœis segregati mansisse videntur, & sic demum fere omnes, uti quidem existimo, Anomœorum nomine sunt appellati.

Anomœi vero illi eodem suborti tempore Aëtium auctorem habuisse perhibentur, Aëtium, inquam, illum, qui impietatis causa ἄθεος cognominatus est. Jam porro illi tempore Athanasii turbas dare cœperunt, dicebantque Filium Patri omnino dissimilem, quæ hæresis, cum Arii & Arianorum erroribus omnino consentiebat. Cum enim Filium rem factam & creatam Ariani dicerent, hinc sane sequebatur tantam esse Patrem inter & Filium dissimilitudinem, quanta est creatorem inter & rem creatam. Cum porro inter creatorem & rem creatam immensa sit dissimilitudo, certe eamdem esse inter Patrem & Filium sequebatur. ἀνόμοιον itaque seu dissimilem Christum dicebant, hincque illi Anomœi sunt appellati. Initio autem inter Anomœos & Arianos dissensiones subortæ sunt, non omnes paria dicebant, & aliquando, licet re ipsa paria sentirent, verbis tamen digladiabantur; sub hæc autem Anomœi sensim invaluere & Orientem pene totum occuparunt. Certe quo tempore Chrysostomus concionari cœpit, nempe anno 386.

plena Anomœis Antiochia erat: quapropter eo ipſo anno Homilias illas περὶ ἀκαταλήπτου *de incomprehenſibili* cœpit, ipſoſque egregie confutavit illo & ſequentibus annis, una namque ſerie duodecim Homilias dedimus tomo primo, queis Anomœorum argumenta depellit Chryſoſtomus.

3. Præter autem Arianam totam hæreſim quam ipſi amplectebantur & tuebantur, alia etiam addiderant amentiæ plena, quæ paſſim illis exprobrat ſanctus Doctor. Dicebant itaque illi, ut jam monuimus ſe omnem ſcientiam accepiſſe: ſe Deum perinde noſſe, atque ſe ipſe noverat; qua inſania quæ major eſſe poterat! Nec modo in orationibus illis, quas ſpeciatim contra Anomœos habuit, illos exagitat Chryſoſtomus; ſed etiam paſſim in aliis Homiliis Anomœos ſæpe in medium adducit & confutat, & quidem aliquando, ut T. 3. p. 15. præſentes. Nam eorum plerique concionibus ejus intererant, ut jam diximus. Nec modo Antiochiæ, ſed etiam Conſtantinopoli multos reperit Anomœos, quos etiam paſſim aggreſſus eſt. Hi enim Catholicæ plebi admixti quotidie velitabantur cum obviis quibuſque. Hæc præcipua cura fuit Chryſoſtomo cum Antiochiæ, tum Conſtantinopoli. Sed quia in hac poſtrema civitate, ubi Epiſcopus concionabatur, graviſſimis aliis curis negotiiſque diſtentus fuit, impetitus a multis, ac bis in exſilium actus, non potuit tantam iſtic quantam Antiochiæ propulſandis Anomœis adhibere curam. Etſi vero, uti jam diximus, paſſim in Homiliis ſuis contra Anomœos agat: licet eos raro ſuo nomine Anomœos appellet, nunquam illorum argumenta ita ſpeciatim affert ac refellit, ut hic in Homiliis in Joannem. Quamobrem hic ſaltem præcipua recenſere animus eſt: longius enim excurrere oporteret, ſi omnia afferremus.

§. IV.

1. *Anomœi ex Arianis orti; cur ex Evangelio Joannis argumenta mutuentur. Illorum argumenta ex illo ipſo Evangelio confutantur.*

1. Ex Arianis orti Anomœi, hac nota & teſſera ab illis diſtingui videbantur, quod dicerent ſe omnimodam ſcientiam adeptos eſſe; ſe perinde Deum noſſe ut Deus ipſos noverat, atque etiam, ut Deus ſeipſum noverat: quod inſanum ſimul & impium erat. Hac ſe fultos ſcientia putantes, Catholicos ubique confidenter aggrediebantur. Quoniam vero ex Evangelio Joannis maxime ipſi confutari ſolebant, indeque tela mutuabantur Catholici, ut illos depellerent ac profligarent; ideo illi ex eodem Evangelio multa detorquebant, ut tela adverſum ſe miſſa declinarent. Mordebat impios quod his Joannis Theologi dictis, ipſorum ſententia everteretur, *Deus erat Verbum*; &, *Ego & Pater unum ſumus*, &, *Ego in Patre, & Pater in me eſt*; &, *ut omnes honorent Filium ſicut honorant Patrem*; &, *ſicut novit me Pater, & ego noſco Patrem*; &, *qui videt me, videt & Patrem*; &, *ſi cognoviſſetis me, Patrem utique cognoviſſetis*, & ſimilibus aliis, queis ſe unum ſubſtantia cum Patre, ipſi æqualem, & verum Deum declarabat. Ut ergo ab his ſeſe tuerentur, ex ipſis primis Evangelii Joannis verbis tela mutuari conabantur. Dicebant autem, illud, *In principio erat Verbum*, non æternitatem Filii ſignificare, quandoquidem de rebus creatis etiam dicitur, *In principio fecit Deus cælum & terram.* Ergo, inquiebant, illud, *in principio*, in caſſum affertur ad Filii æternitatem comprobandam. Huic ſophiſmati pluribus occurrit Chryſoſtomus, ad auditorum captum accommodatis; brevitatis vero gratia ea ſolum afferimus quæ opportuniora ſunt ad hoc inutile telum depellendum. His explicandis, *In principio erat Verbum*, non procul teſtimonia petenda ſunt; ſed ex iis quæ ſequuntur pauciſſima addenda: *& Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Illud, *erat apud Deum*; ſignificat, *in Deo.* Quidquid autem in Deo eſt, æternum utique eſt. Quod autem in Deo Verbum ſit ipſe Filius dicit, *Ego in Patre, & Pater in me eſt.* Ego in Patre, & viciſſim Pater in me, quo dicto paritas & æqualitas, ac proinde æternitas Filii clariſſime demonſtratur.

Illud itaque *apud Deum, in Deo* ſignificat. Quod vero, *in principio* dicatur, ne hinc tamen initium exſiſtendi, aut principium temporis vel durationis Verbo adſcribas.

bas. Non enim hinc potest, quisquis sanæ mentis fuerit, tale principium Filio Dei tribuere. Illud enim *in principio erat*, non in principio factum fuisse Verbum significare potest. Neque enim id verba ipsa sonant, & alioquin Deus nunquam potuit esse sine Verbo, id quod magis ex voce Græca λόγος deprehenditur; significat enim & Verbum & rationem. Sine ratione autem & Verbo Deum nunquam fuisse certissimum est: idque evidenter asseritur per illud quod sequitur; *Hoc erat a principio apud Deum*, atque hinc consequitur Verbum seu Filium æternum esse sicut & Patrem. Hæc porro quæ jam diximus non ex Homilia tertia modo, sed etiam ex aliis Chrysostomi Homiliis excerpta sunt.

Homiliâ vero quartâ aliam Anomœorum objectionem depellit Chrysostomus, quæ quidem objectio inde petitur, quod in hisce Græcis Evangelii Joannis verbis, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, articulus τὸν ante vocem θεὸν adhibeatur, ubi de Deo Patre loquitur, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν; ubi vero de Filio agitur & de Verbo, articulus non ponatur ante vocem θεός. καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. Hinc vero sic argutabantur illi, vox θεὸς cum articulo aliquam habet ἐνέργειαν, qua significatur, illum ipsum esse Deum, id est, verum Deum, quod de Patre legitur. Sine articulo autem, ut de Filio dicitur, non parem vim habet. Hinc significatur, aiebant, non eodem modo Patrem, eodemque Filium esse Deum: Pater enim natura Deus & solus verus Deus est, Filius autem per adoptionem tantum Deus, nec verus Deus. Hoc a principio inter præcipua Arianorum argumenta computabatur, hoc item Anomœi perpetuo venditabant. At talem objectionem non hic modo, sed in aliis etiam opusculis strenue refellit & confutat Chrysostomus, ita ut ne mutire quidem contra liceat, nisi summam impudentiam profitentibus. Ostendit enim in multis Scripturæ sacræ locis Deum Patrem sine articulo poni, & vicissim Deum Filium cum articulo, unde statim talis argumenti futilitas comprobatur. Brevitatis porro causa locis hujusmodi referendis supersedemus.

Homilia vero quinta p. 35. eosdem hæreticos impetit, qui puncto interjecto hanc clausulam vitiabant, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν· *Et sine ipso factum est nihil quod factum est.* Illi vero post οὐδὲ ἓν, punctum adjicientes, totam sententiam adulterabant, dum ita interpunctionem ponerent. καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν. *Et sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso vita erat.* Quam absurde ita legatur, & quot quantaque ex hujusmodi lectione absona sequantur pluribus ostendit Chrysostomus. Sed ab iis, quia longiora sunt, referendis abstinebimus; ipsam Homiliam adeat studiosus lector.

Neque solos Anomœos aggreditur; verum etiam, neque raro, Paulum Samosatenum, Sabellianos, Marcionistas & Manichæos, necnon eos qui dicebant Filium δοκήσει tantum carnem assumsisse; id est, incarnationem esse phantasiam atque figmentum, neque vere unquam Filium incarnatum fuisse; sed incarnationis speciem tantum præ se tulisse. Quæ hæresis primis Ecclesiæ sæculis suborta, Chrysostomi ævo adhuc vigebat, ut ipse testificatur Homil. XI. p. 64.

Contra antiquiores hæreticos, auditores suos non raro munit & armat Chrysostomus, quia illorum familiæ adhuc ævo suo supererant & cum Catholicis frequenter conflictabantur. Neque cum illis modo, sed etiam cum Gentilibus, qui adhuc magno numero supererant, pugnandum Catholicis erat. Ideo ad hujusmodi certamina illos instituit Homil. XVII. p. 101. & 102. Non solum ex Gentilibus popularibus multi obvios Christianos adoriebantur; sed etiam Philosophi quidam Gentilium libros scribebant adversus religionem Christianam, quorum duos commemorat sanctus doctor p. 102.

Verum quamvis & Gentiles & illas hæreses non raro commemoret & carpat, Anomœis confutandis maximam adhibet operam, modo illorum objectiones depellens & arma ministrans auditoribus, modo illorum arrogantiam & insaniam traducens, ut Homil. XVI. p. 94. *Joannes se indignum ait qui solvat corrigiam calceamenti. Inimici autem veritatis in tantam prorumpunt insaniam, ut dicant se nosse illum ut ipse se novit, qua amentia quid deterius? qua arrogantia quid furiosius?*

Hæ igitur quotidianæ velitationes quæ passim oriebantur inter populares, con-

tra Anomœos maxime erant, qui & numero longe plures, & ad hæc adeunda certamina acriores insurgebant, ac quæ Christus ut homo humilius loquebatur detorquere solebant, ut ejus divinitatem minuerent, & illum Patre longe minorem esse probarent. Sic Homilia XXX. p. 171. hunc locum: *Qui de cælo venit super omnes est; & quod vidit & audivit hoc testificatur, & testimonium ejus nemo accipit*; hunc, inquam, locum contorquebant lucifugæ, ut illum Patre minorem esse arguerent. Verum hæc & similia dicta, inquit Chrysostomus, Christus ut homo profert, qualia sunt etiam istæc, *Sicut audio judico*; &, *quæ audivi a Patre meo loquor*; &, *quæ vidimus loquimur.* Nam Christum ut hominem sæpe loquutum esse certissimum est; sæpissime etiam ut Deum & Patri æqualem multa dixisse non minus certum; ut cum dicit, *Ego & Pater unum sumus*; &, *Ego in Patre, & Pater in me*; &, *ut omnes honorent Filium sicut honorant Patrem*; &, *sicut novit me Pater, & ego nosco Patrem*; &, *qui videt me, videt & Patrem*; &, *si cognovissetis me, Patrem meum utique cognovissetis.* Alibi quoque sæpe se & Patri æqualem & Deum exhibet.

Joan. Baptistæ verba.

Joan. 5. 30. & 8. 26. & 8. 11.

Homil. 38. p. 210.

Inde vero erat quod Judæi illum arguerent, in illum insurgerent, imo illum occidere vellent: *non solum quia Sabbatum solvebat, sed & quia Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.* Hic vero respondebant hæretici, non Christum se Deo æqualem fecisse; sed id Judæos suspicatos fuisse. Contra vero Chrysostomus, in caput hæreticorum tela contorquet, ipsosque ita depellit, ut nullam subterfugiendi ansam relinquat. Ita vero arguit. Fatebantur Anomœi Judæos putavisse Christum se Deo æqualem facere: neque negare poterant Christum multa dixisse quæ hanc omnino inducerent opinionem; verbi gratia illud, *Ego & Pater unum sumus*; &, *Ego in Patre, & Pater in me*; &, *Qui videt me, videt & Patrem*; multaque similia, quæ supra attulimus. His etiam quamplurima addi possent, quibus & Judæi & quicumque alii, qui Christum audiebant, necessario putarent ipsum se & Deo Patri æqualem, & vere Deum exhibere. Si ergo non Patri æqualis, non vere Deus fuisset; an poterat ille, quem ipsi Anomœi pium, sanctum & justum profitebantur, Judæos in tali opinione relinquere, quod videlicet ille, se & Deo Patri æqualem, & Deum diceret? Annon illos a tali opinione removisset, dixissetque, se nec Patri æqualem, nec vere Deum esse? Non poterat certe, nisi fraudulentus & deceptor esset, quod nefas dictu, a tali declaratione abstinere. Ille vero contra in iisdem semper insistit, & suam cum Patre æqualitatem novis dictis confirmat.

Verum tamen est Christum dictis illis, quæ ipsius divinitatem, æqualitatem cum Patre, & consubstantialitatem probant, humilia multa admiscere, tum quia ut homo sæpe loquebatur, & mortalibus omnibus sese modestiæ humilitatisque exemplar exhibebat; tum etiam, id quod innuit sæpe Chysostomus, ut Judæos protervos homines, sibi infensos, qui occasionem captabant illum accusandi, & hanc de divinitate & consubstantialitate Christi doctrinam non ferebant, sensim reduceret, atque ad meliorem frugem revocaret. Neque tamen uspiam aliquam ex illis sententiis quæ ejus cum Patre æqualitatem & consubstantialitatem demonstrabant retractavit; quales sunt illæ; *Ego & Pater unum sumus*; &, *ego in Patre, & Pater in me est*; &, *ut omnes honorent Filium sicut honorant Patrem*; &, *Sicut novit me Pater, & ego nosco Patrem*; &, *qui videt me, videt & Patrem*; &, *Si cognovissetis me, Patrem meum utique cognovissetis*; imo etsi humilia interdum misceat, alia identidem adjungit quæ vere Deum esse & Patri consubstantialem confirment. Quamobrem multa cautione opus est, ne quis in offendicula incurrat, neve ruat in præcipitia. Nam utrinque præcipitia sensui suo confidentibus, nec Ecclesiæ Dei hærentibus, objici probavit eventus. Sabellius enim Christi dicta attendens, queis se Patri æqualem & consubstantialem indicabat, ex male intellecta consubstantialitate distinctionem personarum sustulit, atque unum eumdemque esse Patrem, & Filium & Spiritum sanctum dixit; Arius autem ex humilibus Christi dictis, in contrariam deflexit impietatem, cum aliam Patris, aliam Filii substantiam dixit, hancque minorem illa. Sic semper iis qui Ecclesiæ ancoram non tenent, naufragium timendum est.

Hæc ſatis ſunto: ſi enim omnia annotata loca quæ impii illi Anomœi ex Joannis Evangelio ad ſuam hæreſim tuendam excerpebant adferremus, longius excurreret oratio. Si ea quæ affert Chryſoſtomus ad hujuſmodi depellenda tela recenſeremus, nullus dicendi finis eſſet. Unum eſt in quo fortaſſe non fruſtra deſudaret induſtria, in referendis ſcilicet, aſſerendis atque illuſtrandis iis locis, quæ ad divinitatem Chriſti, æqualitatem cum Patre, conſubſtantialitatem aſſerendam ac demonſtrandam idonea in Evangelio Joannis deprehenduntur. Illud vero Chryſoſtomus non indiligenter exſequutus eſt in hoc commentario; ſed id longe plenius & ardentius præſtitit in duodecim illis Homiliis contra Anomœos, quas in primo tomo editas habes. Ubi ipſis Anomœis plerumque præſentibus & audientibus, ut ipſe ait; imo ut in arenam contra ſe deſcenderet hortantibus, ut videas p. 442. hanc ille pugnam aggreſſus eſt, ubi non ſolum ejus eloquentia elucet; ſed etiam ἐνέργεια & vis argumentorum. Ibi ille tam validis reſponſionibus, tela & objectiones hæreticorum depellit, ut parem vix deprehendas athletam, & jure fatearis iſtas adverſus Anomœos orationes inter præſtantiſſima Chryſoſtomi opera annumerandas eſſe.

§. V.

1. *Homilias Chryſoſtomi in Joannem quanti fecerit Suidas.* 2. *Loca ejus a Concilio Chalcedonenſi, Theodoreto, Ephræmio Antiocheno apud Photium, & Facundo Hermianenſi allata.* 3. *Cur mulieris adulteræ hiſtoriam prætermiſerit Chryſoſtomus.*

1. Inter egregia Chryſoſtomi opera, quæ cæteris ejus ſcriptis præcellere putabantur, Homilias ejus in Joannem enumerat Suidas, dum ait. οὗτος πολλὰ συγγράψαι λέγεται, ἀφ' ὧν οἱ περὶ ἱερωσύνης ὑπερβάλλουσι λόγοι, τῷ τε ὕψει καὶ τῇ φράσει, καὶ τῇ λειότητι, καὶ τῷ κάλλει τῶν ὀνομάτων. τούτοις ἐφάμιλλοι καὶ οἱ εἰς τοὺς ψαλμοὺς τοῦ Δαυὶδ λόγοι, καὶ ἡ τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου σημασία, καὶ τὰ εἰς Ματθαῖον καὶ Μάρκον καὶ Λουκᾶν ὑπομνήματα. καὶ τὰ ἑξῆς. id eſt: *Hic multa ſcripſiſſe fertur: inter ejus opera præcellunt libri de Sacerdotio, ſublimitate, dictione & elegantia, nominumque forma. Cum illis concertant Commentarii in Pſalmos Davidis, Annotationes in Evangelium Joannis, Commentaria item in Matthæum, Marcum & Lucam* &c. Ita Suidas, ita fortaſſis alii Suidæ tempore. Verum non eadem fuiſſe videtur & noſtro & ſuperiori ævo multorum opinio, qui hæc Commentaria non inter ea Chryſoſtomi opera accenſent, in quibus expedita & profluente verborum copia utitur. Et vere non ad haſce conciones reſpicere potuit ipſe Suidas cum dixit: *Lingua ejus Nili Catadupa dicendi copia ſuperabat. Nemo unquam tantis eloquentiæ & ubertatis divitiis exornatus fuit: ſolus itaque aureum divinumque nomen ſine labe ſortitus eſt.* Nam in hiſce in Joannem concionibus longe alia, quam in cæteris, uſus eſt concionandi ratione. Hic brevius & preſſius res enunciat, quia illi alius ſcopus erat, ut videlicet circa Evangelium Joannis, quod in ore omnium etiamque hæreticorum ferebatur, auditores ſuos inſtitueret, & ad propulſanda adverſariorum tela compararet.

2. Ab aliis quoque Scriptoribus cum laude memorantur hæc in Joannis Evangelium Commentaria, a Concilio nempe Chalcedonenſi, a Theodoreto, ab Ephræmio Antiocheno apud Photium, & a Facundo Hermianenſi in loco quem jam ſupra memoravimus.

Concilium Chalcedonenſe tom. 4. Conc. pag. 830. τοῦ μακ. Ἰω. χρ. ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην. τί γὰρ ἐπάγει; καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, μονονουχὶ λέγων· μηδὲν ἄτοπον ὑποπτεύσῃς ἀπὸ τοῦ, ἐγένετο· οὐ γὰρ τροπὴν εἶπε τῆς ἀτρέπτου φύσεως &c. *S. J. Chryſoſtomi in Joannem. Quid enim adjicit? Et habitavit in nobis: ac ſi diceret, Nihil abſurdum ſuſpiceris ex hac voce, factum eſt; neque enim mutationem dicit immutabilis naturæ.* Quem locum habes Homilia undecima p. 64. c.

Theodoretus Dial. 1. T. 4. p. 32. locum Chryſoſtomi hunc affert, ὥστε ὅταν ἀκούσῃς, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, μὴ θορυβηθῇς μηδὲ καταπέσῃς· οὐ γὰρ ἡ οὐσία μετέπεσεν εἰς σάρκα, καὶ τὰ ἑξῆς. *Itaque cum audieris,* Verbum caro factum eſt, *ne turberis neque decidas: ne-*

que enim substantia decidit in carnem.* Hunc quoque locum habes in Homilia undecima p. 63. e.

Ephræmius Antiochenus apud Photium in Bibliotheca c. 229. p. 805. Ἰωάννης μὲν ὁ Χρυσόστομος, τὸ κατὰ Ἰωάννην ἀναπτύσσων εὐαγγέλιον, ἐν ἑνδεκάτῃ ὁμιλίᾳ μαρτυρεῖ λέγων· ἑνώσει καὶ τῇ συναφείᾳ ἕν ἐστιν ὁ Θεὸς λόγος καὶ ἡ σάρξ· οὐ συγχύσεως γινομένης, οὐδὲ ἀφανισμοῦ τῶν οὐσιῶν. Hoc est, *Joannes Chrysostomus Evangelium Joannis explicans in undecima Homilia testificatur dicens:* Unitate & conjunctione Deus Verbum & caro unum sunt sine ulla confusione vel substantiarum sublatione. Hunc vero locum habes p. 64. e. & 65. a. Hic etiam vides recte Ephræmium hanc Homiliam undecimam numerare, ut in manuscriptis, & apud Savilium atque in nostra editione numeratur. In Morelliana autem & aliis editionibus decima fertur.

3. Jam vero quæratur, cur Joannes Chrysostomus in hisce Commentariis seu concionibus historiam mulieris adulteræ prætermiserit, quæ historia initium capitis octavi Joannis ad usque versum duodecimum complectitur. Chrysostomus vero Homilia LII. p. 306. ubi caput 8. explanare incipit, omissa hac mulieris adulteræ historia, ab his ejusdem capitis verbis orditur, *Ego sum lux mundi*, quæ in duodecimo ejusdem capitis versu feruntur. Cur igitur hac omissa historia ad ulteriora pergit; certum est hanc historiam in nonnullis exemplaribus desideratam fuisse, qua de re videndi sunt critici qui de Joannis Evangelio pertractarunt, & nominatim Sixtus Senensis in Bibliotheca ad Joannem Evangelistam, lib. 6. Annotatione CXCVIII. Unde quidam hanc primam octavi capitis partem excludendam esse temere censuerant; aliis omnibus eam retinendam esse jure pronunciantibus. Verum quæritur, ut jam dixi, cur Chrysostomus in Concione LII. illam prætermiserit. Illud certe ideo fecerit, vel quod hæc historia in ejus exemplari non ferretur, vel quod e re non fore putaverit, Genti adulteriis nimium deditæ, ut ex ejus concionibus arguitur, hanc historiam exponere; vel alia nobis ignota de causa. An porro in exemplari Chrysostomi hæc historia fuerit necne, non possumus ex ejus scriptis expiscari. Etenim non memini me uspiam in Chrysostomi scriptis hanc historiam vel legere vel memoratam videre. Nam quod in Morelli editione Homilia LX. quæ nunc est LXI. p. 389. b. in Latina interpretatione fertur: *Quod autem hac & non discendi gratia interrogent, non hic tantum, sed multis in locis perspicuum est, ut cum rogarunt an liceret censum dari Cæsari, & an lapidanda esset adultera; & cum de ea quæ septem viros habuisse deprehensa erat percontati sunt*, illud certe vitio veteris interpretis irrepsit. Illa quippe verba, *& an repudianda esset adultera*, hæc Græca pessime exprimunt, καὶ ὅτε περὶ ἀφέσεως γυναικὸς διελέγοντο, quæ sic habentur in Editione Morelliana, atque in aliis omnibus exemplaribus tum editis, tum manuscriptis, & sic haud dubie reddenda sunt, *& cum de repudianda uxore disserebant.* Itaque nullam hactenus hujus historiæ notam apud Chrysostomum deprehendimus. Unde fortasse suspicio nascatur hanc historiam in Exemplaribus Antiochenis non fuisse: quod nihil ad ejus minuendam auctoritatem conferret. Nam ea in toto Occidente, in Africa, in Ecclesia Alexandrina, quæ secunda in orbe Christiano erat, atque etiam in tota Græcia, paucis exceptis locis, legebatur. Unde auctor Synopseos, quæ inter Athanasii opera circumfertur, illam historiam in Evangelio Joannis haberi confirmat his verbis, de hoc ipsissimo agens loco, ἐνταῦθα τὰ περὶ τῆς κατηγορηθείσης ἐπὶ μοιχείᾳ. *Hic agitur de muliere quæ de adulterio accusabatur.* Opinor itaque hanc historiam ab Exemplaribus Antiochenis abfuisse: non enim video, cur si lecta fuisset, Chrysostomus illam data opera prætermitteret. Hæc satis sunto.

MONITUM
AD LECTOREM ERUDITUM.

Circa undecim Homilias Chrysostomi nondum editas, quarum ἀπόγραφα nuper mihi transmissa sunt.

HOMILIÆ illæ undecim numero ex Codice Vaticano prodeunt, qui Codex non ita pridem ex monte Atho, ut aiunt, in Bibliothecam Vaticanam translatus est. In isto autem monte variis in Monasteriis septem Bibliothecas Manuscriptorum Græcorum haberi post Joannem Comnenum, qui illas inviserat, diximus in fine Palæographiæ Græcæ p. 438. 473. Neque fugit nostros qui Romæ degunt, & hisce rebus advigilant R. P. D. Petrum Maloet Congregationis nostræ Procuratorem Generalem & D. Josephum Avril ejus socium, Codicem istum ἀνέκδοτα Chrysostomi opera complectentem in Bibliothecam Vaticanam allatum esse. Nec mora Catalogum Homiliarum, quæ in illo continentur, additis cujusque Homiliæ principiis, mihi transmittunt. Inter illas autem Homilias undecim reperi, quæ nusquam vel cusæ vel memoratæ fuerant, quæque vel ex ipsis titulis aliquid boni subindicarent. Rogavi statim mihi exscriptæ transmitterentur. Non impigre autem illi rei manum & operam admoverunt, & omnes illas mihi transcriptas misere.

Sunt autem omnes illæ sine dubio genuinæ: neque ullam fore puto circa γνησιότητα sententiarum diversitatem. Omnes Constantinopoli habitæ sunt. Quodque mihi pergratum perque jucundum fuit, non parum ad historiam illius temporis illustrandam conferre possunt. Singularum autem hic notam dare operæ precium esse duxi, quia non possumus illas in tomis sequentibus nono, decimo, vel undecimo publici juris facere; non licet enim Homilias in novum Testamentum jam cœptas dividere, ut hasce conciones inseramus. Quapropter illæ ad duodecimum tomum transmittendæ sunt, interimque illarum notitiam dabimus, ut si quid eruditi viri circa illas nobis subsidii conferre possint, qua de re agatur sciant. Ad hæc vero, cum in nonnullis earum hiatus occurrant, quis scit an eædem in aliis fortasse Codicibus habeantur, ubi omnibus suis partibus absolutæ erunt? Harum itaque titulos, initia & argumenta accipe.

I.

Ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῷ ἐπὶ τῇ παλαιᾷ Πέτρᾳ, ὀλίγων συλλεγέντων διὰ τὸν χειμῶνα. Εἰς τὸ δεῖν συνεχῶς συνάγεσθαι, καὶ μὴ ἀπαγορεύειν τὴν σωτηρίαν ἐν ἁμαρτήμασιν ὄντας· ἀλλὰ μετάνοιαν ἐπιδείκνυσθαι. *Homilia habita in Martyrio sive Ecclesia veteris Petræ, paucis ob hiemem convenientibus, quod oporteat assidue convenientibus interesse. Et quod non sit desperandum de salute, sed pœnitentia agenda sit.*

Initium: Τί τοῦτο; τὴν πόλιν ἅπασαν παρεῖναι δέον σήμερον, οὐδὲ τὸ πολλοστὸν ἡμῖν ἀπήντησε τοῦ συλλόγου μέρος.

Est autem contra avaros; agitur de terræ motu haud ita pridem, sive ante triginta circiter dies habito, qui multis damna intulerat. Auditores ut semel in Hebdomada adsint hortatur. Non esse desperandum. (Hic autem uno avulso folio, hiatus adest.) De Helia multa; de Paulo quoque plurima.

I I.

Τοῦ ἐν ἁγίοις Π. Η. Ἰωάννου Χρυσοστόμου. τῆς Βασιλίδος μέσων νυκτῶν εἰς μεγάλην ἐκκλησίαν παρελθούσης, κἀκεῖθεν τὰ λείψανα τῶν μαρτύρων ἀραμένης, καὶ παραπεμψαμένης τῆς ἀγορᾶς ἕως Δρυπίας τοῦ μεγάλου, ἀπέχοντος θ' σημεῖα τῆς πόλεως. ἐλέχθη ἐν τῷ μεγάλῳ μαρτυρίῳ ἡ προῦσα ὁμιλία, παρούσης αὐτῆς, καὶ τῆς πόλεως πάσης, καὶ τῶν ἀρχόντων. *S. Patris nostri Joannis Chrysostomi. Cum Imperatrix media nocte ad magnam Ecclesiam accessit, indeque Martyrum Reliquias assumsit, ac per totum forum comitata est usque ad Drypiam * magnam, quæ ab urbe distat novem milliariis. Dicta fuit Homilia in magno Martyrio, præsente Imperatrice totoque populo & magistratibus.*

Initium. Τί εἴπω καὶ τί λαλήσω; σκιρτῶ καὶ μαίνομαι μανίαν σωφροσύνης βελτίονα· πέτομαι καὶ χορεύω.

In hac Homilia, quæ multis illustrabitur notis, Chrysostomus tantæ celebritatis lætitiam effert. Illic aderant omnes omnium ordinum viri mulieresque, Monachi, Virgines, senes & juniores. Ipsa Imperatrix pedes incedens arcam semper vel superpositum pannum tangebat. Hinc maris brachium seu Bosphorus trajiciendus fuit, ut ad Martyrium seu Ecclesiam in quam deferebantur Reliquiæ iretur. Multis Augustam præconiis celebrat, & plurima intermiscet ad ritus & mores illius temporis spectantia.

I I.

Τοῦ αὐτοῦ. τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ παραγινομένου τοῦ βασιλέως ἐν τῷ μαρτυρίῳ τοῦ ἀποστόλου καὶ μάρτυρος Θωμᾶ τοῦ διακειμένου ἐν τῇ Δρυπίᾳ, καὶ ἀναχωρήσαντος πρὸ τῆς διαλέξεως, ἐλέχθη ἡ ὁμιλία μετὰ τὴν ἀναχώρησιν τὴν ἐκείνου πρὸς τὸ πλῆθος. *Ejusdem. Cum sequenti die venisset Imperator ad Martyrium Apostoli & Martyris Thomæ situm in Drypia, cumque ante concionem recessisset. Post discessum ejus habita est Homilia ad multitudinem populi.*

Initium. Εὐλογητὸς ὁ θεός, ἡλίκαι τῶν μαρτύρων αἱ δυνάμεις. χθὲς ἡμῖν τὴν πόλιν ὁλόκληρον μετὰ τῆς βασιλίδος· σήμερον τὸν βασιλέα μετὰ τοῦ στρατοπέδου. Postquam Imperatrix præcedenti nocte, ut vidimus, Reliquias comitata ad Martyrium seu Ecclesiam venerat. Insequenti die Imperator venit cum exercitu, id est, cum armatorum & satellitum manu. Laudat porro Imperatoris Arcadii pietatem, nec Imperatoris modo, sed etiam satellitum & militum ipsum comitantium: atque in concione ad populum habita, multa de resurrectione futura loquitur.

I V.

Ὁμιλία λεχθεῖσα προτρεπτικὴ ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας Ἀναστασίας πρὸς τοὺς ἀπολειφθέντας, καὶ ἀπόδειξις περὶ τῶν ἀγώνων καὶ ἄθλων τοῦ μακαρίου καὶ δικαίου Ἰώβ. *Homilia hortatoria habita in templo beatæ Anastasiæ, ad eos qui a concione abfuerant, & demonstratio de certaminibus & pugnis beati & justi Jobi.*

Initium. ὅσῳ ἐλάττους τῶν εἰωθότων οἱ συνελθόντες, τοσούτῳ καὶ ἡμεῖς μείζονι χρησόμεθα τῇ προθυμίᾳ. Ipse titulus satis indicat quid in hac Homilia contineatur.

V.

Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας Εἰρήνης, ὑπέρ τε σπουδῆς τῶν παρόντων, καὶ ῥαθυμίας τῶν ἀπολειφθέντων. περὶ τοῦ ψάλλειν, καὶ περὶ τοῦ μηδὲν εἶναι κώλυμα γυναιξὶ τὴν φύσιν πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς δρόμους. *Ejusdem Homilia habita in Templo sanctæ Irenes, de studio eorum qui aderant, & de ignavia eorum qui aberant a concione. De Psalmis canendis, & quod mulieres nihil sexus impediat quominus virtutis cursum suscipiant.*

Initium. ὡς ἡδίστη ἡ τῶν γραφῶν ἀνάγνωσις, καὶ λειμῶνος παντὸς ἡδίων, καὶ παραδείσου. Titulus concionis argumentum satis affert.

VI.

Ομιλία ῥηθεῖσα ἐν τοῖς ἀποστόλοις ἐν τῇ ἡμέρᾳ Θεοδοσίου βασιλέως, πρὸς τοὺς καλοῦντας ἑαυτοὺς Καθαρούς. ἑτέρων β'. ἐπισκόπων εἰρηκότων. *Homilia habita in Ecclesia Apostolorum, in die Theodosii Imperatoris, adversus eos qui sese Catharos sive mundos vocant. Habita postquam duo jam episcopi concionati essent.*

Initium. Καλὴ τῶν εἰρηκότων ἡ ξυνοδία, τῶν μὲν διὰ τῶν βοῶν τὸν κιβωτὸν ἑλκόντων, τοῦ δὲ τὰς ἀπαρχὰς τῶν λόγων ἀνατιθέντος. Erat quædam constituta dies ad celebrandam memoriam Theodosii magni Imperatoris, cujus laudes prædicat initio concionis Chrysostomus. In medio autem hiatus est, proh dolor, duobus excisis manuscripti foliis. Deinde contra hæreticos illos agit qui se Catharos seu mundos appellabant. Sæpe eveniebat ut antequam Chrysostomus Homiliam suam haberet ad populum, alius episcopus concionaretur. Hic vero duo Episcopi concionem Chrysostomi prævenerant.

VII.

Ομιλία λεχθεῖσα ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας Αναστασίας. *Homilia habita in templo sanctæ Anastasiæ.*

Initium. Βραχὺς μὲν τῶν παρόντων ὁ σύλλογος, μέγας δὲ ὁ πόθος· διόπερ οὐδὲ ὁ σύλλογος βραχύς. In hoc autem argumento per totam concionem insistit; non tam spectandam esse auditorum multitudinem, quam illorum fervorem, amorem, discendi desiderium.

VIII.

Ομιλία λεχθεῖσα ἐν ἐκκλησίᾳ τῇ ἐπὶ Παῦλον, Γότθων ἀναγνόντων, καὶ πρεσβυτέρου Γότθου προσομιλήσαντος. (forte προσομιλήσαντος) *Homilia habita in Ecclesia Pauli, Gotthis legentibus. Postquam Gotthus presbyter concionatus fuerat.*

Initium. ἐβουλόμην παρεῖναι Ελληνας τήμερον, ὥστε τῶν ἀνεγνωσμένων ἀκοῦσαι καὶ μαθεῖν πόση τοῦ σταυρωθέντος ἡ ἰσχύς. Comparat doctrinam Græcorum idololatrarum, etiamque Philosophorum, quos acriter mordet, cum doctrina Christi. Dicitque illam etiam apud Græcos ipsos pene interiisse, dum doctrina Christi viget etiam apud barbaras & longe remotas nationes; occasione scilicet Gotthorum in Ecclesia legentium & concionantium.

IX.

Τοῦ αὐτοῦ, περὶ τοῦ μὴ δεῖν εἰς ἱπποδρομίας, μηδὲ εἰς θέατρα ἀναβαίνειν. καὶ λυπήσας αὐτούς· εἶτα τῇ συνάξει τῇ μετ' ἐκείνην τὴν κυριακὴν, παραχωρήσας εἰπεῖν ἐπισκόπῳ ἀπὸ Γαλατίας ἀφιγμένῳ, καὶ σιγήσας καὶ ἐν τούτῳ λυπήσας, ταύτην εἴρηκε τὴν ὁμιλίαν ἐν τῇ μεγάλη ἐκκλησίᾳ εἰς τὸ, ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι. *Ejusdem. Quod accedere non oporteat ad Circenses ludos, neque ad theatra. Cumque illos mærore affecisset, (in præcedenti videlicet concione) deindeque in sequenti concione, quæ post illam Dominicam habita fuit, locum concionandi cessisset Episcopo qui ex Galatia venerat, ipseque tacuisset, atque in hoc etiam dolore affecisset, hanc in magna Ecclesia habuit Homiliam in illud:* Pater meus usque modo operatur, & ego operor.

Initium. Σφόδρα καθηψάμην ὑμῶν πρώην περὶ θεάτρων καὶ ἱπποδρομίας διαλεχθείς· διὰ τοῦτο χαίρω καὶ εὐφραίνομαι κατὰ τὴν ἀποστολικὴν φωνήν. Quæ in titulo feruntur hic pluribus explicat, ostenditque quam necesse sit aliquando auditores acrius incessere.

X.

Ομιλία ῥηθεῖσα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἐπὶ τοῦ ἀποστόλου, ἐπισκόπου ὀλίγα προσομιλήσαντος (forte προσομιλήσαντος) εἰς τό· ὁ μὲν θερισμὸς πολύς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι. *Homilia habita in Ecclesia Apostoli, postquam Episcopus quidam concionem prius habuerat. In illud:* Messis quidem multa, operarii autem pauci.

Initium. Εἴδετε τὸν γέροντα καὶ νέον, γέροντα μὲν τῷ σώματι, νέον δὲ τῷ φρονήματι. εἴδετε

πολιὰν ἀκμάζουσαν, καὶ γῆρας. Videtur Episcopum illum qui prius concionatus fuerat senem admodum fuisse. Hincque sumto argumento ait Chrysostomus secus haberi in militia Christiana, quam in sæculari. In hac enim senes milites non ultra sunt ad militiam apti, in Christiana vero contra.

X I.

Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία λεχθεῖσα, ἑτέρου προειρηκότος σφόδρα πρεσβύτου περὶ Ἐλεαζάρου καὶ ἑπτὰ παίδων. *Ejusdem Homilia habita postquam alius concionatus fuerat, qui admodum senex erat.* De Eleazaro & septem pueris.

Initium. Ὡς ὡραία ἡ πνευματικὴ ἐλαία αὕτη, τῶν κλάδων αὐτῆς γεγηρακότων ὥριμον ἡμῖν ἤνεγκε τὸν καρπόν. A senectute concionatoris orsus, ad Eleazarum & tres pueros venit.

APPROBATIO.

Ex mandato Illustrissimi Franciæ Sigillorum Custodis, ego infra scriptus Lector ac Professor Regius Hebraïcarum Literarum, Regiæ Inscriptionum & Humaniorum Literarum Academiæ Socius, atque Regiæ Bibliothecæ Custos, Legi Volumina septimum & octavum *Operum S. J. Chrysostomi Archiepiscopi Constantinopolitani Græcè & Latinè*, *opera & studio* D. BERNARDI DE MONTFAUCON, quæ tum Religioni, tum Literis utilissima fore judicavi. Lutet. Paris. in Bibliotheca Regia. 26. August. anno. 1728.

SALLIER.

ΤΟΥ



ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ

ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

Ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην ἀπόστολον καὶ εὐαγγελιστήν.

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS

CHRYSOSTOMI

Archiepiſcopi Conſtantinopolitani

Commentarius in ſanctum Joannem Apoſtolum & Evangeliſtam.

ΟΜΙΛΙΑ ά.

A Οἱ τῶν ἀγώνων τῶν ἔξωθεν θεαταὶ, ὅταν τινὰ γενναῖον ἀθλητὴν καὶ στεφανίτην ποθὲν ἥκοντα μάθωσι, συντρέχουσιν ἅπαντες ὥστε ἰδεῖν αὐτοῦ τὰ παλαίσματα, καὶ τὴν τέχνην καὶ τὴν ἰσχὺν ἅπασαν· καὶ ἴδοις ἂν ὁλόκληρον θέατρον μυριάδων πολλῶν, πάντας ἐκεῖ καὶ τοὺς τοῦ σώματος καὶ τοὺς τῆς διανοίας [a] συντείνοντας B ὀφθαλμοὺς, ὥστε μηδὲν αὐτοὺς τῶν γινομένων παραδραμεῖν. καὶ μουσικὸς δὲ εἴ τις θαυμαστὸς ἐπιδημήσειε, πάλιν [b] ὁμοίως οἱ αὐτοὶ δὴ οὗτοι πληροῦσι τὸ θέατρον, καὶ πάντα ἀφέντες τὰ ἐν χερσὶ, ἀναγκαῖα πολλάκις ὄντα καὶ κατεπείγοντα, ἀναβάντες κάθηνται, μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς τῶν ᾠδῶν καὶ τῶν κρουμάτων ἀκούοντες, καὶ τὴν ἀμφοτέρων βασανίζοντες συμφωνίαν. καὶ ταῦτα μὲν οἱ πολλοί. οἱ δὲ ῥητορικῶν ἔμπειροι λόγων, καὶ αὐτοὶ πάλιν ἐπὶ τῶν σοφιστῶν τὸ αὐτὸ τοῦτο πράττουσιν. ἔστι γὰρ

HOMILIA PRIMA.

A Agonalium certaminum ſpectatores, ſi quando ſtrenuum quempiam athletam jam coronatum accedere comperiant, omnes accurrunt, ut ejus pugnas, artem, robur ſpectare poſſint; hincque videas innumerorum hominum thea- B trum, qui in ea re & mentis & corporis oculis toti incumbunt, ut nihil ad ſpectaculum pertinens ſe præterire poſſit. Tum ſi quis eximius muſicus adventaverit, hi omnes ſimiliter theatrum implent, miſſiſque omnibus, quæ præ manibus habent, etſi ea ſæpe neceſſaria ſint & urgentia, conſcenſo theatro ſedent, ſtudioſeque cantum & inſtrumentorum ſonum excipientes, de utrorumque concentu diſputant. Ita quidem multi. Qui autem in rhetoricis periti ſunt, idipſum erga ſophiſtas præſtant. Nam apud iſtos

Commentarius in Joannem collatus fuit cum codicibus Reg. 1816. 1820. 1946. 1947. 1948. 1950. 1952. Colbert. 370. 409. 590. 706. 936. 2691. Coiſlin. 72. qui codex ſcriptus fuit anno 1072. Manuſcripti porro, ὁμιλία ά habent. Savil. etiam hanc Homiliam primam numerat recte: nam eſt vere Homilia. In Morel. titulus eſt προοίμιον.

a Unus habet, τείνοντας.

b Sic Savil. & mſſ. pene omnes. Morel. ὁμοίως αὐτοὶ. Paulopoſt, πολλάκις deeſt in uno;

quoque theatra sunt, & auditores, plausus, strepitus, & dictorum examen exquisitum. Quod si rhetorum, tibicinum athletarumque seu spectatores, seu auditores simul & spectatores, cum tanta sedent attentione; quantum studii, quantum diligentiæ vos adhibere par est, cum jam non tibicen, non sophista, sed vir de cælo tonitru clariorem emittens vocem, ad spectaculum vos evocet? Totum quippe orbem hoc clamore occupavit, comprehendit, implevit; non clamoris magnitudine, sed lingua ex divinæ gratiæ motu loquente. Quodque mirum est, tantus ille clamor, non asper est, non insuavis; sed omni musica harmonia jucundior & desiderabilior; ad hæc vero sanctissimus est, & admodum tremendus, tot arcanis plenus, tot bona conferens, ut qui diligenter illum excipiunt atque conservant, non jam homines sint, non jam in terra maneant; sed supra sæcularia omnia & cum angelis sortem habentes, terram quasi cælum incolant. Etenim ille tonitrui filius, Christo dilectus, columna omnium quæ in orbe sunt ecclesiarum, qui cæli claves habet, qui de calice Christi bibit, & ejus baptismo baptizatus est, qui cum magna fiducia supra pectus Domini recubuit, hic jam nos convenit; non fabulam acturus, non personatus accedit; neque enim talia loquuturus est; non in suggestum ascendit, non orchestram pede percutit, non aurea indutus est veste; sed ingreditur cum singularis pulcritudinis amictu. Christo enim indutus conspicitur, pedes *speciosos* calceatos habens in præparatione Evangelii pacis; zona non pectus, sed lumbos præcinctus, non ex purpurea pelle, neque superne auro ornata, sed ipsa veritate contexta & concinnata. Talis nunc nobis offertur sine larva: nulla enim apud ipsum simulatio, nulla fictio vel fabula; sed nudo capite, nudam nunciat veritatem. Neque cum reipsa alius sit, alia ex habitu, oculis, voce auditoribus suadebit; nec instrumentis ad hæc nuncianda opus habet, non cithara, non lyra, non alio quovis hujuscemodi; sed omnia per linguam operatur, & quavis cithara vel musica suaviorem utilioremque vocem emittit. Est illi proscenium, cælum totum; theatrum, orbis; spectatores & auditores, omnes angeli, & ex hominibus quotquot angeli sunt, aut fieri cupiunt.

Evangelii Joannis dignitas.

Marc. 3. 17.

Ephes 6. 15. *Rom.* 10. 15.

Zona pectori vel lumbis admota.

A καὶ τούτοις θέατρα καὶ ἀκροαταὶ, [a] καὶ κρότοι, καὶ ψόφος, καὶ βάσανος τῶν λεγομένων ἐσχάτη. Εἰ δὲ ῥητορικῶν αὐλητικῶν τε καὶ ἀθλητικῶν ἀνδρῶν, τῶν μὲν θεαταὶ, τῶν δὲ ὁμοῦ θεωρηταὶ καὶ ἀκροαταὶ μετὰ τοσαύτης κάθηνται τῆς προθυμίας· πόσην [b] ἡμῖν καὶ σπουδὴν καὶ προθυμίαν ἂν εἴητε δίκαιοι παρέχειν, οὐκ αὐλητικοῦ τινὸς, οὐδὲ σοφιστικοῦ νῦν εἰς ἀγῶνα καθιέντος, ἀλλ' ἀνδρὸς ἀπὸ τῶν οὐρανῶν [c] φθεγγομένου, καὶ βροντῆς λαμπροτέραν ἀφιέντος φωνήν; πᾶσαν γὰρ τὴν οἰκουμένην ἐπέσχε, καὶ κατέλαβε, καὶ ἐνέπλησε τῇ βοῇ· οὐ τῷ μέγα ἀνακεκραγεῖν, ἀλλὰ τῷ μετὰ τῆς θείας χάριτος κινῆσαι τὴν γλῶτταν. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὅτι οὕτω με- B γάλη οὖσα ἡ βοὴ, οὐκ ἔστι τραχεῖά τις, οὐδὲ ἀηδής· ἀλλὰ πάσης μουσικῆς ἁρμονίας ἡδίων καὶ ποθεινοτέρα, καὶ θέλξαι ἐπισταμένη πλέον· καὶ πρὸς τούτοις ἁπασιν ἁγιωτάτη καὶ [d] φρικωδεστάτη, καὶ τοσούτων γέμουσα ἀποῤῥήτων, καὶ τοσαῦτα κομίζουσα ἀγαθὰ, ἃ τοὺς μετὰ ἀκριβείας καὶ προθυμίας λαβόντας καὶ διαφυλάττοντας, οὐκ ἔνι λοιπὸν ἀνθρώπους εἶναι, οὐδὲ ἐπὶ τῆς γῆς μένειν, ἀλλ' ἀνωτέρω πάντων ἑστάναι τῶν βιωτικῶν, καὶ πρὸς τὴν ἀγγελικὴν μεθαρμοσαμένους λῆξιν, καθάπερ τὸν οὐρανὸν, οὕτω τὴν γῆν οἰκεῖν. Ὁ γὰρ τῆς C βροντῆς υἱὸς, ὁ ἀγαπητὸς τοῦ Χριστοῦ, ὁ στύλος τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησιῶν, ὁ τὰς κλεῖς ἔχων τοῦ οὐρανοῦ, ὁ τὸ ποτήριον τοῦ Χριστοῦ πιὼν, καὶ τὸ βάπτισμα βαπτισθεὶς, ὁ κατακλιθεὶς ἐπὶ τὸ στῆθος τὸ δεσποτικὸν μετὰ παῤῥησίας πολλῆς, οὗτος ἡμῖν εἰσέρχεται νῦν· οὐ δρᾶμα ὑποκρινόμενος, οὐδὲ προσωπείῳ κρύπτων τὴν κεφαλήν· οὐ γὰρ τοιαῦτα ἐρεῖ· οὐδὲ ἐπ' ὀκρίβαντος ἀναβαίνων, οὐδὲ ὀρχήστραν τῷ ποδὶ κατακρούων, οὐδὲ ἐσθῆτι κεκοσμημένος χρυσῇ· ἀλλ' εἰσέρχεται στολὴν ἔχων ἀμήχανον ἔχουσαν κάλλος. Τὸν γὰρ Χριστὸν ἐνδεδυμένος ἡμῖν φαίνεται, τοὺς πόδας ὑποδεδεμένους τοὺς ὡραίους ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, τὴν D ζώνην οὐ περὶ τὸ στῆθος ἔχων, ἀλλὰ περὶ τὴν ὀσφῦν· οὐκ ἀπὸ δέρματος φοινικοῦ, οὐδὲ ἄνωθεν * ἠλειμμένην χρυσῷ, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἐξυφασμένην καὶ συγκειμένην αὐτῆς. Οὗτος ἡμῖν φανεῖται νῦν, οὐχ ὑπόκρισιν ἔχων· οὐδὲ γὰρ ὑπόκρισις παρ' αὐτῷ, οὐδὲ πλάσμα, καὶ μῦθος· ἀλλὰ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ, γυμνὴν ἀπαγγέλλει τὴν ἀλήθειαν. Οὐχ ἕτερος μὲν ὢν, ἕτερα δὲ περὶ αὐτοῦ τοὺς ἀκούοντας πείθων τῷ σχήματι, τῷ βλέμματι, τῇ φωνῇ· [e] οὐκ ὀργάνων πρὸς τὴν ἀπαγγελίαν δεόμενος, οἷον κιθάρας ἢ λύρας, ἤ τινος τῶν τοιούτων ἑτέρου· ἀλλὰ πάντα τῇ γλώττῃ ἐργάζεται, πάντος μὲν κιθαριστοῦ, πά- E σης δὲ μουσικῆς ἡδίω καὶ χρησιμωτέραν φωνὴν ἀφιείς. Ἔστι δὲ αὐτῷ, προσκήνιον μὲν, ὁ οὐρανὸς ἅπας· θέατρον δὲ ἡ οἰκουμένη· θεαταὶ δὲ καὶ ἀκροαταὶ, πάντες ἄγγελοι, καὶ ἀνθρώπων ὅσοιπερ ἄγγελοι τυγχάνουσιν ὄντες, ἢ καὶ γενέσθαι

[a] Quidam mss. κρότος. Hic agit de Sophistis, ἐπὶ τῶν σοφιστῶν, quod nomen, rhetoras, artium magistros, sapientes, doctores significabat; sed aliquando in malam partem accipitur, pro iis qui simulatis ratiociniis veritatem detorquent.

[b] Sic mss. & Savil. In Morel. καὶ σπουδὴν deest. Ibid. εἴητε δίκαιοι παρέχειν. Modus loquendi Chrysostomo familiaris in his commentariis, id est, *adhibere jure deberetis*.

[c] Mss. plurimi, φθεγγομένου καὶ βοῶντος, καὶ. Ibidem unus habet, καὶ φωνῆς λαμπροτέραν.

[d] Savil. & omnes pene mss. φρικωδεστάτη. Morel. πρεπωδεστάτη, quæ etiam lectio quadrat ad seriem.

* Savil. ἠλειμμένην χρυσῷ. ἀκύρως me judice, aptius certe, ut ego opinor, εἰλημένην χρυσῷ, neque enim auro, proprie loquendo, ungitur zona, sed devincitur; a priore tamen lectione non recedendum puto.

[e] Quidam, οὐκ ὀργάνου, alii, οὐκ ὀργάνων.

ἐπιθυμοῦσιν. οὗτοι γὰρ μόνοι ταύτης ἀκριβῶς ἐπακοῦσαι δύναιντ' ἂν τῆς ἁρμονίας, [a] καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτὴν ἐπιδείξασθαι, καὶ ἀκροατὰς εἶναι, οἵους εἶναι χρή. ὡς οἵ γε ἄλλοι πάντες, καθάπερ τὰ παιδία τὰ μικρά, ἀκούουσι μέν, οὐκ ἴσασι δὲ ἅπερ ἀκούουσιν, ἀλλὰ περὶ πλακοῦντας ἐπτόηνται καὶ ἀθύρματα παιδικά. οὕτω δὴ καὶ οὗτοι γελῶντες, τρυφῶντες, καὶ πλούτῳ, καὶ δυναστείᾳ, καὶ τῇ γαστρὶ ζῶντες, ἀκούουσι μὲν ἔσθ' ὅτε τῶν εἰρημένων, μέγα δὲ οὐδὲν οὐδὲ ὑψηλὸν ἐπὶ τῶν ἔργων ἐνδείκνυνται, τῷ καθάπαξ τῇ πλινθείᾳ καὶ τῷ πηλῷ προσηλοῦν ἑαυτούς. Τούτῳ τῷ ἀποστόλῳ αἱ ἄνωθεν δυνάμεις παρεστήκασιν, ἐκπληττόμεναι τὸ κάλ- B λος αὐτοῦ τῆς ψυχῆς καὶ τὴν σύνεσιν, καὶ τὴν ὥραν τῆς ἀρετῆς, δι' ἧς * καὶ αὐτὸν ἐπεσπάσατο τὸν Χριστόν, καὶ τὴν πνευματικὴν εἴληφε χάριν. καθάπερ γάρ τινα λύραν εὐάρμοστον καὶ λιθοκόλλητον χρυσοῦς ἔχουσαν φθόγγους, οὕτω τὴν αὑτοῦ παρασκευάσας ψυχήν, ἔδωκε δι' αὐτῆς μέγα τι καὶ ὑψηλὸν ἐνηχῆσαι τῷ πνεύματι.

Ὡς οὖν οὐκέτι τοῦ ἁλιέως, οὐδὲ τοῦ υἱοῦ Ζεβεδαίου, ἀλλὰ τοῦ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ εἰδότος, τοῦ πνεύματος λέγω, ταύτην ἀνακρουομένου τὴν λύραν, οὕτως ἀκούωμεν. οὐδὲν γὰρ ἀνθρώπινον ἡμῖν ἐρεῖ, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀβύσσων τῶν πνευματικῶν, ἅπερ ἂν [b] εἴπῃ ἀπὸ τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων, ἃ μηδὲ ἄγγελοι πρὶν ἢ γενέσθαι ᾔδεισαν. C μεθ' ἡμῶν γὰρ δὴ καὶ οὗτοι διὰ τῆς Ἰωάννου φωνῆς, καὶ δι' ἡμῶν ἔμαθον ἅπερ ἔγνωμεν. καὶ τοῦτο ἐδήλωσεν ἀπόστολος ἕτερος, εἰπών· ἵνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις διὰ τῆς ἐκκλησίας ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ θεοῦ. εἰ τοίνυν καὶ ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι καὶ τὰ Χερουβὶμ καὶ τὰ Σεραφὶμ διὰ τῆς ἐκκλησίας ἔμαθον ταῦτα, εὔδηλον ὅτι καὶ αὗται μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος περὶ ταύτην ἐσπούδασαν τὴν ἀκρόασιν. καὶ γὰρ καὶ τούτῳ τετιμήμεθα οὐ μικρῶς, τῷ μεθ' ἡμῶν τοὺς ἀγγέλους μαθεῖν ἅπερ ἠγνόουν. τὸ δὲ καὶ [c] δι' ἡμῶν, οὔπω τέως φημί. πολλὴν οὖν παρεχώμεθα καὶ ἡμεῖς τὴν σιγὴν μετὰ τῆς εὐκοσμίας, D μὴ σήμερον μόνον, μηδὲ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ ἀκούομεν, ἀλλὰ διὰ παντὸς τοῦ βίου· ἐπειδὴ καὶ διὰ παντὸς ἀκούειν αὐτοῦ καλόν. εἰ γὰρ τὰ ἐν βασιλείοις γινόμενα ποθοῦμεν εἰδέναι· οἷον, τί εἶπε, τί πεποίηκε, τί βουλεύεται περὶ τῶν ἀρχομένων ὁ βασιλεύων, καίτοιγε πολλάκις οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς ὄντα· πολλῷ μᾶλλον ἅπερ ὁ θεὸς εἶπε ποθεινὸν ἀκοῦσαι, καὶ μάλιστα ὅταν ἡμῖν [d] ἅπαντα διαφέρῃ. ταῦτα δὲ ἅπαντα μετὰ ἀκριβείας ἡμῖν οὗτος ἐρεῖ, φίλος αὐτοῦ τοῦ βασιλεύοντος ὤν· μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα, καὶ παρ' E αὐτοῦ πάντα ἀκούων, ἃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκεῖνος. ὑμᾶς γὰρ εἴρηκα φίλους, φησίν, ὅτι πάντα, ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός μου, ἐγνώρισα ὑμῖν. ὥσπερ οὖν εἴ τινα ἄνωθεν ἐκ τῆς κορυφῆς τοῦ οὐρανοῦ διακύψαντα ἀθρόον εἴδομεν, καὶ ἐπαγγελλόμενον τὰ ἐκεῖ μετ' ἀκρι-

A Hi namque soli possunt hanc harmoniam accurate auribus percipere, & operibus exhibere, atque auditores, quales oportet, esse. Alii vero omnes, ceu infantes, audiunt quidem, nec tamen audita intelligunt; sed placentis puerilibusque ludis intenti sunt. Ita hi quoque risui, deliciis, opibus, potentiæ dediti, ventrique viventes, dicta quidem interdum audiunt; sed nihil magnum vel sublime operibus exhibent, quod se semel lateritio operi & luto dediderint. Huic Apostolo adstant supernæ virtutes, illius animæ pulcritudinem, prudentiam virtutisque speciem mirantes, per quam ipsum Christum attraxit, & spiritualem accepit gratiam. Etenim ceu lyram quamdam speciosam lapillis aureisque fidibus ornatam, sic animam componens suam, id effecit ut magnum & excelsum quidpiam spiritu sonaret.

Quinam Evangelium Joannis intelligere possint.

2. Itaque non ut piscatoris, nec ut filii Zebedæi; sed ut ejus qui profunda Dei novit, Spiritum dico hanc lyram pulsantem, sic audiamus. Nihil enim humanum dicet, sed quidquid loquetur ex spiritualibus abyssis haustum est, ex arcanis illis, quæ ne angeli quidem, antequam illa fierent, noverant. Nam & ipsi nobiscum per Joannis vocem, & per nos didicerunt ea quæ nos novimus. Et hoc quoque significavit alius Apostolus his verbis: *Ut innotescat nunc principatibus & potestatibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei.* Eph. 3. 10. Si ergo principatus, potestates, Cherubim & Seraphim hæc per Ecclesiam didicerunt, palam est illos magna cum attentione hæc edidicisse. Certe non parvo hinc honore afficimur quod angeli ea nobiscum audiant, quæ ignorabant. Quod autem etiam per nos, nondum dicam quomodo. Multum ergo adhibeamus cum modestia silentium, non hodie tantum, aut eo dumtaxat quo audimus die; sed per totam vitam; quia illum omni tempore audire fructuosum est. Nam si ea quæ in regia geruntur, scire optamus; nempe quid Imperator faciat, quid de subditis consulat, etiamsi sæpe id nihil ad nos attineat: multo magis quæ Deus dixit audire optandum est: cum maxime illa omnia ad nos spectent. Hæc porro cuncta accurate ille nobis enarrabit, quod regis amicus sit, imo quod regem in se loquentem habeat, omniaque ab illo audiat, quæ ille a Patre accipit: nam ait, *Vos dixi amicos, quia omnia quæ audivi a Patre meo, nota feci vobis.* Joan. 15. 15. Quemadmodum igitur, si quem e summo cælo pronum repente videremus, qui promitteret se nobis cælestia accurate dictu-

a Alii, καὶ ἀπὸ τῶν. Ibidem post ἐπιδείξασθαι, hæc, καὶ ἀκροατὰς εἶναι, οἵους εἶναι χρή, desunt in Savil. & in quibusdam mss. Paulopost mss. plurimi τὰ μικρὰ περὶ πλακοῦντας, omissis interpositis. Paulopost quidam ἐπτόηται, non male.

* αὐτὸν, sic quidam mss. melius. Editi, αὐτός.

b λέγῃ, Morel. & quidam alii. Savil. εἴπῃ. Mox Morel. πρὶν ἢ τοῦτον γενέσθαι.

c Quidam, δι' ὑμᾶς. Ibid. post, οὔπω τέως φημί. Morel. & quidam alii addunt, τίνων ἢ ποίων ὄντων ἡμῶν, quæ desunt in Savil. & in cæteris mss.

d Unus, ἅπαντα ἡμῖν διαφέρειν μάθωμεν.

rum, omnes acurreremus; ita nunc quoque affecti sumus. Ex cælo namque vir ille nos alloquitur: non enim est ex hoc mundo, ut etiam dicit ipse Christus: *Vos de hoc mundo non estis*; & Paracletum in se loquentem habet, ubique præsentem, qui ita novit ea quæ Dei sunt, ut anima hominis res suas novit; Spiritum nempe sanctitatis, Spiritum rectum, qui dirigit & ducit in cælum, qui novos dat oculos, qui id efficit ut futura tamquam præsentia videamus, & in carne cælestia intueamur. Per totam ergo vitam nos ei sedato & tranquillo animo exhibeamus: nemo ignavus, nemo somniculosus, vel maculis respersus hic maneat: sed in cælum nos transferamus, ubi Evangelista loquitur iis qui istic conversantur. Si in terra maneamus, hinc nihil lucri referimus; Joannis quippe disciplina nihil attinet ad eos, qui a vita porcis digna non absistunt, quemadmodum nihil attinent ad eum res humanæ. Tonitru quidem, inconditum emittens sonum, animos nostros perterrefacit; Joannis autem vox neminem fidelium turbat, imo ex tumultu & perturbatione eximit, solisque dæmonibus terrori est, & dæmonum servis. Ut videamus ergo quo pacto illos terreat, & animo sileamus & ore, animo tamen maxime. Quænam utilitas, cum tacente ore, animus tumultuatur? Animæ quietem quæro, quia animam audientem exopto. Nulla ergo nos commoveat pecuniæ cupiditas, nullus gloriæ amor, non iræ tyrannis, non aliorum affectuum tumultus. Non potest enim non purgatus auditus, dictorum sublimitatem ut par est vel capere, vel arcanam & tremendam horumce mysteriorum rationem, cæterasque virtutes omnes in his oraculis contentas accurate cognoscere. Si enim tibia & cithara ludere nemo didicerit, nisi iis animum adhibuerit, quomodo mysticas voces quis sedens audiat, si animus in segnitie degat?

Joan. 15. 19.

Evangelii audiendi modus.

3. Ideo Christus his nos verbis admonet: *Nolite dare Sancta canibus, neque projiciatis margaritas ante porcos.* Margaritas hæc verba vocavit, licet hæc margaritis longe preciosiora sint, quia hac materia nulla præstantior. Ideo horum sermonum suavitatem melli comparare solet, non quod mel ipsam æquare possit, sed quod nihil melle dulcius apud nos sit. Nam quod & gemmarum precium, & mellis suavitatem longo intervallo superent, audi prophetam hæc asserentem his verbis: *Desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multum, & dulciora super mel & favum*; sed bene valentibus tantum, ideo subdidit, *etenim*

Matth. 7. 6.

Ps. 18. 11. 12.

A βείας ἐρεῖν, πάντες ἂν ἐπεδεξάμεθα· οὕτω καὶ νῦν [a] διατεθῶμεν. ἐκεῖθεν γὰρ ἡμῖν ὁ ἀνὴρ οὗτος διαλέγεται. οὐ γάρ ἐστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου, καθώς φησι καὶ αὐτὸς ὁ Χριστός· ὑμεῖς οὐκ ἐστὲ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου· καὶ τὸν παράκλητον ἔχει φθεγγόμενον ἐν ἑαυτῷ τὸν πανταχοῦ παρόντα, τὸν οὕτως ἀκριβῶς εἰδότα τὰ τοῦ Θεοῦ, ὡς τὰ ἑαυτῆς οἶδεν ἡ τῶν ἀνθρώπων ψυχή· τὸ πνεῦμα τῆς ἁγιωσύνης, τὸ πνεῦμα τὸ εὐθὲς, τὸ ἡγεμονικὸν, τὸ χειραγωγοῦν εἰς τοὺς οὐρανοὺς, τὸ ποιοῦν ὀφθαλμοὺς ἑτέρους, τὸ παρασκευάζον τὰ μέλλοντα ὡς τὰ παρόντα ὁρᾶν, τὸ καὶ μετὰ σαρκὸς τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς κατοπτεύειν παρέχον. [b] πολλὴν τοίνυν παρέχωμεν τὴν ἡσυ- B χίαν διὰ παντὸς αὐτῷ τοῦ βίου· μηδεὶς νωθὴς, μηδεὶς ὑπνηλὸς, μηδεὶς ῥυπώδης ἐνταῦθα εἰσιὼν μενέτω· ἀλλὰ μεταστήσωμεν ἑαυτοὺς πρὸς τὸν οὐρανόν· ἐκεῖ γὰρ ταῦτα φθέγγεται τοῖς ἐκεῖ πολιτευομένοις. κἂν μείνωμεν ἐπὶ τῆς γῆς, οὐδὲν κερδανοῦμεν ἐντεῦθεν μέγα. οὐδὲν γὰρ πρὸς τοὺς οὐ βουλομένους ἀπαλλαγῆναι τοῦ χοιρώδους βίου τὰ Ἰωάννου· ὥσπερ οὖν οὐδὲ πρὸς ἐκεῖνον τὰ ἐνταῦθα. ἡ μὲν οὖν βροντὴ καταπλήττει τὰς ἡμετέρας ψυχὰς, ἄσημον ἔχουσα τὴν ἠχήν· ἡ δὲ τούτου φωνὴ, θορυβεῖ μὲν οὐδένα τῶν πιστῶν, ἀλλὰ καὶ ἀνίησι θορύβου καὶ ταραχῆς· καταπλήττει δὲ δαίμονας μόνους C καὶ τοὺς ἐκείνοις δουλεύοντας. ἵν' οὖν ἴδωμεν ὅπως αὐτοὺς καταπλήττῃ, πολλὴν παρέχωμεν τὴν σιγὴν καὶ τὴν ἔξωθεν καὶ τὴν κατὰ διάνοιαν· καὶ ταύτην μάλιστα. τί γὰρ ὄφελος τοῦ στόματος ἠρεμοῦντος, ὅταν ἡ ψυχὴ θορυβῆται καὶ πολλὴν ἔχῃ τὴν ζάλην; ἐκείνην ἐγὼ ζητῶ τὴν ἡσυχίαν, τὴν ἀπὸ διανοίας, τὴν ἀπὸ ψυχῆς· ἐπειδὴ καὶ τῆς ἀκοῆς ἐκείνης δέομαι. μηδεμία τοίνυν ἐνοχλείτω χρημάτων ἐπιθυμία, μὴ δὲ δόξης ἔρως, μὴ θυμοῦ τυραννὶς, μὴ τῶν ἄλλων παθῶν ὁ λοιπὸς ὄχλος. οὐ γάρ ἐστι μὴ καθαρθεῖσαν τὴν ἀκοὴν, ἰδεῖν τῶν λεγομένων τὸ ὕψος, [c] ὡς ἰδεῖν χρή· οὐδὲ γνῶναι ὡς δεῖ τῶν D μυστηρίων τούτων τὸ φρικτὸν καὶ ἀπόρρητον, καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν ἀρετὴν τὴν ἐν τοῖς θείοις τούτοις χρησμοῖς. εἰ γὰρ μέλος αὐλητικὸν καὶ κιθαρῳδίαν οὐκ ἄν τις μάθοι καλῶς, μὴ πάντῃ συντείνας τὸν νοῦν, πῶς μυστικῶν φωνῶν καθήμενος ἀκροατὴς ἐπακοῦσαι δυνήσεται ῥαθυμούσῃ ψυχῇ.

Διὰ τοῦτο καὶ Χριστὸς παρῄνει, λέγων· μὴ δῶτε τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ ῥίψητε τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων. μαργαρίτας δὲ ταῦτα τὰ ῥήματα ἐκάλεσε, καίτοι πολλῷ τιμιώτερα τούτων ὄντα, ἐπειδὴ ταύτης τῆς ὕλης οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἑτέρα τιμιωτέρα. διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἡδονὴν αὐτῶν μέλιτι πολλάκις παραβάλλειν εἴωθεν· οὐκ ἐπειδὴ τοσοῦτον αὐτῆς τὸ μέτρον E μόνον, ἀλλ' ὅτι τούτου οὐδέν ἐστιν ἕτερον ἥδιον παρ' ἡμῖν. ἐπεὶ ὅτι γε καὶ λίθων φύσιν τιμίων, καὶ παντὸς μέλιτος ἡδονὴν, κατὰ πολλὴν νικᾷ τὴν ὑπερβολὴν, ἄκουσον τοῦ προφήτου λέγοντος περὶ αὐτῶν, καὶ τὴν ὑπερβολὴν ταύτην δεικνύντος· ἐπιθυμητὰ γάρ, φησιν, ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον πολὺ, καὶ γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον· ἀλλὰ τοῖς ὑγιαίνουσι, διὸ ἐπήγαγε, καὶ γὰρ

[a] Savil. & mss. pene omnes, διατεθῶμεν. Morel. διαθῶμεν.

[b] Savil. & quidam, πολλὴν οὖν παρέχωμεν.

[c] Alii, ὡς χρή.

ὁ δοῦλός σου φυλάσσει αὐτά. καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν, εἰπὼν αὐτὰ γλυκέα, προσέθηκε, τῷ λάρυγγί μου. ὡς γλυκέα γάρ, φησι, τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου. καὶ τὴν ὑπερβολὴν πάλιν διατηρεῖ, λέγων· ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον τῷ στόματί μου· ἐπειδὴ σφόδρα ὑγίαινε. μὴ τοίνυν μηδὲ ἡμεῖς νοσοῦντες προσερχώμεθα τούτοις· ἀλλὰ θεραπεύσαντες τὴν ψυχήν, οὕτω δεχώμεθα τὴν ἑστίασιν. διὰ γὰρ τοῦτο τοσαῦτα προειπών, οὐδέπω καθῆκα εἰς τὰς ῥήσεις ταύτας, ἵνα ἕκαστος πάντα ἀποθέμενος ἀῤῥωστίας τρόπον, ὥσπερ εἰς αὐτὸν εἰσιὼν τὸν οὐρανόν, οὕτως εἰσίῃ καθαρὸς, καὶ θυμοῦ καὶ φροντίδος, καὶ ἀγωνίας βιωτικῆς, καὶ [a] τῶν ἄλλων ἀπηλλαγμένος παθῶν. οὐ γάρ ἐστιν ἑτέρως κερδᾶναί τι μέγα ἐντεῦθεν, μὴ πρότερον οὕτως ἀνακαθάραντα τὴν ψυχήν. καὶ μή μοι λεγέτω τις ὅτι βραχὺς ὁ καιρὸς ὁ μεταξὺ τῆς συνάξεως τῆς μελλούσης. ἔξεστι γὰρ οὐχὶ ἐν πέντε μόνον ἡμέραις, ἀλλὰ καὶ ἐν μιᾷ ῥοπῇ μεταθέσθαι τὸν βίον ἅπαντα. τί γὰρ, εἰπέ μοι, λῃστοῦ καὶ ἀνδροφόνου χεῖρον; οὐχὶ τὸ ἔσχατον τοῦτο τῆς κακίας εἶδός ἐστιν; ἀλλ' ὅμως εἰς τὸ ἄκρον τῆς ἀρετῆς εὐθέως ἔφθασε, καὶ εἰς αὐτὸν ἐχώρησε τὸν παράδεισον· οὐχ ἡμερῶν δεηθεὶς, οὐχ ἡμίσεος ἡμέρας, ἀλλὰ βραχείας ῥοπῆς. ὥστε ἔξεστιν ἄφνω μεταθέσθαι, καὶ γενέσθαι χρυσέον ἀντὶ πηλίνου. ἐπειδὴ γὰρ [b] οὐ φύσει τὰ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς κακίας ἐστὶν, εὔκολος ἡ μετάθεσις, πάσης ἀνάγκης ἀπηλλαγμένη. ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, φησὶ, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε. ὁρᾷς ὅτι βουλήσεως δεῖ μόνης; βουλήσεως, οὐ τῆς κοινῆς μόνον ταύτης, τῆς τῶν πολλῶν· ἀλλὰ τῆς ἐσπουδασμένης. ἐπεὶ ἅπαντας οἶδα εἰς τὸν οὐρανὸν θέλοντας ἀναπτῆναι νῦν· ἀλλὰ διὰ τῶν ἔργων δεῖ τὴν θέλησιν ἐπιδείξασθαι. καὶ γὰρ ὁ ἔμπορος θέλει πλουτεῖν· ἀλλ' οὐ μέχρι τῆς διανοίας τὸ θέλειν ἵστησιν, ἀλλὰ καὶ πλοῖον [c] κατασκευάζεται, καὶ συνάγει ναύτας, καὶ παρακαλεῖ κυβερνήτην, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι κατασκευάζει τὸ πλοῖον, καὶ χρυσίον δανείζεται, καὶ περᾷ πέλαγος, καὶ εἰς ξένην ἄπεισι γῆν, καὶ κινδύνους ὑπομένει πολλοὺς, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἅπερ ἴσασιν οἱ τὴν θάλατταν πλέοντες· οὕτω καὶ ἡμᾶς δεῖ τὴν βούλησιν ἐπιδείξασθαι. πλέομεν γὰρ καὶ ἡμεῖς πλοῦν, οὐ τὸν ἀπὸ γῆς εἰς γῆν, ἀλλὰ τὸν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανόν. κατασκευάσωμεν οὖν τὸν λογισμὸν ἡμέτερον πρὸς κυβέρνησιν ἐπιτήδειον τὴν ἄνω φέρουσαν, καὶ ναύτας αὐτῷ πειθηνίους, καὶ πλοῖον στερεόν· ὥστε μήτε περιστάσει καὶ ἀθυμίᾳ βαπτίζεσθαι βιωτικῇ, μήτε ἀλαζονείας ἐπαίρεσθαι πνεύματι, ἀλλ' εὔζωνον εἶναι καὶ κοῦφον. ἂν οὕτω μὲν τὸ πλοῖον, οὕτω δὲ τὸν κυβερνήτην καὶ τοὺς ναύτας παρασκευάσωμεν, ἐξ οὐρίων πλευσόμεθα, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν ἀληθῆ κυβερνήτην ἐπισπασόμεθα πρὸς ἑαυτούς· ὃς οὐκ ἀφήσει βαπτισθῆναι τὸ σκάφος ἡμῶν, ἀλλὰ κἂν μυρίοι [d] πνεύσωσιν ἄνεμοι, καὶ τοῖς ἀνέμοις ἐπιτιμήσει, καὶ τῇ θαλάττῃ, καὶ ἀντὶ σάλου πολλὴν ἐργάσεται τὴν γαλήνην.

[a] Alii, ἄλλων ἁπάντων ἀπηλλ-
[b] Mss. duo, οὐ φυσικὰ τὰ, non male. Idem paulopost, ἐὰν γὰρ θέλητε.

A *servus tuus custodit ea.* Et alibi quoque, cum dulcia dixisset, addidit, faucibus meis. *Quam dulcia*, inquit, *faucibus meis eloquia tua*; & excellentiam efferens addit, *super mel & favum ori meo*, quia sana mente præditus erat. Ne itaque morbo affecti hæc adeamus, sed post expurgatum animum, hunc cibum sumamus. Ideo namque tot verbis præmissis, nondum ad hæc deveneram, ut singuli omni depulso morbo, ac si in cælum intrarent, sic, ira, curis, solicitudinibus, cæterisque animi affectibus vacui ingre- B derentur. Non possumus enim hinc quid magnum lucrare, nisi prius animam ita purgaverimus. Nec mihi quis dicat, breve tempus inter hanc & sequentem concionem esse. Licet enim non solum dierum quinque spatio, sed etiam uno temporis momento vitam totam mutare. Quid, quæso, latrone & homicida scelestius? Annon extremum hoc improbitatis genus est? Attamen latro ille ad summum virtutis apicem statim pervenit, & in paradisum abiit, nec plurimis diebus, nec dimidio die opus habuit, sed brevi tantum momento. Itaque licet C repente mutari, & aureum ex luteo effici. Cum enim neque virtus, neque vitium ex natura insint, facilis est mutatio, omni necessitate libera. *Si volueritis & audieritis me*, inquit, *bona terræ comedetis.* Viden' sola opus esse voluntate: voluntate, inquam, non vulgari illa quæ plurimorum est, sed diligenti. Scio quippe omnes in cælum avolare velle: sed voluntas operibus exhibenda est. Siquidem mercator vult ditescere, neque voluntas in cogitatione tantum consistit; sed navim parat, nautas cogit, gubernatorem accersit, cæterisque omnibus navim instruit, aurum mutuatur, pela- D gus trajicit, in peregrinam terram proficiscitur, pericula multa subit, aliaque plurima patitur, quæ norunt ii qui navigare solent. Ita nos oportet voluntatem exhibere. Navigamus & nos quoque, non ab alia in aliam terram; sed a terra in cælum. Nos ergo mente apparemus ad gubernationem, quæ nos superne ducat, ac nautas obsequentes, firmamque navim nobis comparemus, ne calamitate quadam sæculari vel mœstitia demergamur, neve arrogantiæ spiritu efferamur, sed leves & expediti simus. E Si ita navim, gubernatorem & nautas paremus, secundo vento navigabimus, Filiumque Dei, verum gubernatorem, ad nos attrahemus, qui non sinet scapham nostram demergi: sed licet innumeri spirent venti, ventos ille increpabit & mare, & vice procellæ tranquillitatem efficiet magnam.

Ps. 118. 103.

Concionum Chrysostomi frequentia.

Is. 1. 19.

[c] Alii, κατασκευάζει.
[d] Quidam, πνέωσιν.

4. Sic comparati ad sequentem accedite concionem: si tamen cupiatis utile quidpiam audire, & in mente reponere. Nemo sit via, nemo petra, nemo spinis repletus. Faciamus nos ipsos novales: sicque libenti animo semina jaciemus, si nempe terram puram videamus; sin contra petrosam & asperam, ignoscite si nolimus frustra laborare; nam si a serendo desistentes, cœperimus spinas evellere, tunc extremæ dementiæ esset in terram incultam semina jacere. Hujus concionis auditorem, non licet mensæ dæmoniorum esse participem. Quod enim consortium justitiam inter & iniquitatem? Stas Joannis auditor, ac per illum ea quæ Spiritus sunt ediscis: & postea abscedis meretrices auditurus, obscœna loquentes, obscœniora repræsentantes, & effœminatos qui se mutuo alapis cædunt? Quomodo poteris probe ablui & purgari, in tanto cœno volutatus? Quid opus est obscœnitatem illam totam minutatim recensere? Omnia illic risus, omnia opprobrium, contumeliæ, dicteria: omnia dissolutio, omnia pernicies. Ecce prædico & annuncio omnibus vobis. Nemo eorum, qui hac mensa fruuntur, animam suam exitiosis illis spectaculis corrumpat. Illa quippe omnia dicta & facta, pompa satanica sunt. Scitis autem quotquot initiati estis, quæ pacta nobiscum inieritis; imo quæ cum Christo, quando ille ipse est qui vos initiat: quid illi dixeritis; quæ de satanica pompa cum illo verba habueritis; quomodo & satanæ & angelis ejus simul abrenunciaveritis, promiseritisque vos ad illa non deflexuros esse? Timendum ergo admodum ne quis his violatis promissionibus, sese his indignum mysteriis effecerit. Annon vides quomodo in regiis ædibus, non ii qui in aliquo offenderunt, sed qui in honore habentur, consilii participes advocentur, & inter amicos regis constituantur? Legatus nobis de cælo venit, ab ipso Deo missus, de necessariis nos rebus alloquuturus. At vos nihil curantes audire quid velit, quidve loquatur, sedetis mimos audientes. Et quot quantisque fulminibus hæc digna non fuerint? Ut enim non licet participare mensæ dæmoniorum, sic nec illa dæmoniaca audire fas est, neque sordida veste ad lautam illam mensam tot bonis refertam accedere, quam apparavit ipse Deus. Tanta enim ejus vis est, ut repente nos ad cælum ipsum rapiat: si tamen vigili mente attendamus. Neque enim qui divinis sermonibus frequenter institutus est, in hoc vili statu manet: sed necessario statim evolat, & subli-

Theatralium spectaculorum fœditas.

Initiatorum inita pacta.

A Κατασκευάσαντες τοίνυν ἑαυτοὺς, οὕτως τῇ ἑξῆς παραγένεσθε τῇ ἐκκλησίᾳ· εἴγε σπουδάσατε ὑμῖν τι τῶν χρησίμων ἀκοῦσαι καὶ [a] ἐναποθέσθαι τὰ λεγόμενα τῇ ψυχῇ. μηδεὶς ὁδὸς ἔστω· μηδεὶς πέτρα, μηδεὶς ἀκανθῶν πεπληρωμένος· ποιήσωμεν ἑαυτοὺς νεώματα. οὕτω γὰρ καὶ ἡμεῖς μετὰ προθυμίας τὰ σπέρματα καταβαλοῦμεν, ἐὰν ἴδωμεν τὴν γῆν καθαράν· ἐὰν δὲ λιθώδη καὶ τραχεῖαν, συγγνῶτε μὴ βουλομένοις εἰκῆ πονεῖσθαι· εἰ γὰρ τὸ σπείρειν ἀφέντες, ἀρξόμεθα τὰς ἀκάνθας ἐκκόπτειν, πάλιν ἐσχάτης ἀνοίας σπέρματα καταβαλεῖν εἰς ἀνέργαστον γῆν. τὸν

B ταύτης ἀπολαύοντα τῆς ἀκροάσεως, οὐ δεῖ τῆς δαιμονικῆς μετέχειν τραπέζης. τίς γὰρ κοινωνία δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ; ἕστηκας ἀκούων Ἰωάννου, καὶ δι' ἐκείνου τὰ τοῦ πνεύματος μανθάνων, καὶ μετὰ ταῦτα ἀπέρχῃ πορνῶν ἀκουσόμενος γυναικῶν, αἰσχρὰ φθεγγομένων, αἰσχρότερα * ὑποκρινομένων, καὶ μαλακῶν ῥαπιζομένων τε καὶ ῥαπιζόντων ἀλλήλους; πῶς δυνήσῃ καλῶς καθαρθῆναι, ἐγκαλινδούμενος βορβόρῳ τοσούτῳ; τί γὰρ δεῖ κατὰ μέρος πᾶσαν καταλέγειν τὴν ἀσχημοσύνην τὴν αὐτόθι; πάντα γὰρ ἐκεῖ γέλως, πάντα αἰσχύνη, πάντα ὄνειδος, καὶ λοιδορίαι καὶ σκώμματα· πάντα ἔκλυσις, πάντα λύμη. ἰδοὺ προλέγω καὶ

C παραγγέλλω πᾶσιν ὑμῖν· μηδεὶς τῶν ταύτης ἀπολαυόντων τῆς τραπέζης, φθειρέτω τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν τοῖς δηλητηρίοις ἐκείνοις θεάμασι. πομπὴ πάντα ἐστὶ τὰ ἐκεῖ λεγόμενα καὶ πραττόμενα σατανική. ἴστε δὲ οἱ μεμυημένοι, ποίας ἡμῖν ἔθεσθε συνθήκας· μᾶλλον δὲ ποίας ἔθεσθε τῷ Χριστῷ, ὅτε ὑμᾶς αὐτὸς ἐμυσταγώγει; τί πρὸς αὐτὸν εἴπατε; τί περὶ τῆς πομπῆς τῆς σατανικῆς αὐτῷ διελέχθητε; πῶς μετὰ τοῦ Σατανᾶ καὶ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ καὶ ταύτῃ τότε ἀπετάξασθε, καὶ ὑπέσχεσθε μηδὲ παρακύψειν ἐκεῖ; δέος οὖν οὐ μικρὸν, μή περὶ τὰς τοιαύτας ὑποσχέσεις ἀγνώμων τις γενόμενος, ἀνάξιον

D ἑαυτὸν [b] καταστήσῃ τῶν μυστηρίων τούτων. οὐχ ὁρᾷς πῶς ἐν τοῖς βασιλικοῖς αὐλαῖς, οὐχ οἱ προσκεκρουκότες, ἀλλ' οἱ τετιμημένοι καλοῦνται μεθέξοντες τῆς γνώμης ἐκείνης, καὶ εἰς τοὺς φίλους τάττονται τοὺς βασιλικούς; πρεσβύτης ἡμῖν ἦλθεν ἐξ οὐρανοῦ, παρ' αὐτοῦ πεμφθεὶς τοῦ Θεοῦ, περί τινων ἀναγκαίων διαλεξόμενος· εἶτα ὑμεῖς ἀφέντες ἀκοῦσαι τί βούλεται καὶ τί διαπρεσβεύεται πρὸς ἡμᾶς, κάθησθε μίμων ἀκούοντες. καὶ πόσων οὐκ ἄξια ταῦτα κεραυνῶν, πόσων σκηπτῶν; ὥσπερ γὰρ τραπέζης οὐ χρὴ μετέχειν δαιμονίων· οὕτως οὐδὲ ἀκροάσεως δαιμονίων· οὐδὲ μετὰ ῥυπαρᾶς τῆς ἐσθῆτος εἰς τὴν λαμπρὰν τράπεζαν

E παραγίνεσθαι, τὴν τοσούτων γέμουσαν ἀγαθῶν, ἣν αὐτὸς παρεσκεύασεν ὁ Θεός. τοσαύτη γὰρ αὐτῆς ἡ δύναμις, ὡς καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν αὐτὸν ἀθρόον ἡμᾶς ἐπᾶραι· μόνον ἐὰν σώφρονι διανοίᾳ προσέχωμεν. οὐ γάρ ἐστι τὸν συνεχῶς τοῖς θείοις ἐπᾳδόμενον [c] λόγοις, ἐπὶ τῆς προτέρας μεῖναι ταπεινότητος· ἀλλὰ ἀνάγκη πτερωθῆναι εὐθέως, καὶ πρὸς

a Alii, ἀποθέσθαι. Paulopost unus codex qui scriptus est anno 1072. ut in nota quadam fertur, ποιήσωμεν ἑαυτοὺς νεώματα. Hoc modo suspicabatur legendum Savilius, & recte quidem; nam supra legitur, μηδεὶς ὁδὸς ἔστω. Editi, ἑαυτοῖς.

* ὑποκρινομένων. Histrionum more in theatro repræsentantes, in quæ turpia theatralium meretricum spectacula sæpe invehitur Chrysostomus.

b Aliqui, καταστῆσαι. Infra, τῆς γνώμης ἐκείνης. Recte conjicit Savilius legendum, τῆς γνώμης ἐκείνου, nempe regis, sed omnia exemplaria ἐκείνης habent.

c Quidam, λογίοις, non male.

αὐτὸν ἀναπτῆναι τὸν ἄνω χῶρον, καὶ τοῖς ἀπείροις ἐντυχεῖν τῶν ἀγαθῶν θησαυροῖς· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A mem illum petit locum, immensisque potitur thesauris, quos utinam nos omnes consequamur gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem & cum quo Patri gloria, unaque sancto Spiritui, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, amen.

ΟΜΙΛΙΑ β'.

Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος.

a Εἰ μὲν Ἰωάννης ἡμῖν ἔμελλε [a] διαλέξεσθαι, καὶ τὰ αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς ἐρεῖν, ἀναγκαῖον ἦν καὶ γένος αὐτοῦ καὶ πατρίδα εἰπεῖν καὶ ἀνατροφήν. ἐπειδὴ δὲ οὐχ οὗτος, ἀλλ' ὁ Θεὸς δι' αὐτοῦ πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων φθέγγεται φύσιν, περιττὸν εἶναί μοι δοκεῖ καὶ παρέλκον ταῦτα ἀναζητεῖν· μᾶλλον δὲ οὐδὲ οὕτω περιττὸν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀναγκαῖον. ὅταν γὰρ μάθῃς τίς ἦν, καὶ πόθεν, καὶ τίνων, καὶ ποταπός· εἶτα ἀκούσῃς αὐτοῦ τῆς φωνῆς καὶ τῆς φιλοσοφίας ἁπάσης· τότε εἴσῃ καλῶς, ὅτι οὐκ ἐκείνου ταῦτα ἦν, ἀλλὰ τῆς θείας δυνάμεως, τῆς κινούσης αὐτοῦ τὴν ψυχήν. ποίας οὖν ἦν πατρίδος;
b [b] πατρίδος μὲν οὐδεμιᾶς· κώμης δὲ εὐτελοῦς καὶ χώρας φαυλοτέρας, καὶ οὐδὲν φερούσης ἀγαθόν. τὴν γὰρ Γαλιλαίαν διαβάλλουσι μὲν οἱ γραμματεῖς, λέγοντες· ἐρώτησον καὶ ἴδε, ὅτι ἐκ τῆς Γαλιλαίας οὐκ ἐγήγερται προφήτης· διαβάλλει δὲ καὶ ὁ ἀληθῶς Ἰσραηλίτης, λέγων· ἐκ Ναζαρὲθ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι; καὶ ταύτης ὢν τῆς γῆς οὐδὲ ἐπισήμου χωρίου τινὸς ἦν. ἀλλ'
c οὐδὲ ἐκ προσηγορίας γνωρίμου [c] οὗτος ἐκεῖθεν ἦν. πατρὸς δὲ ἁλιέως, πένητος· οὕτω πένητος, ὡς καὶ τοὺς
d παῖδας ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἐργασίαν ἀγαγεῖν. [d] ἴστε δὲ ἅπαντες, ὅτι οὐδεὶς χειροτέχνης αἱρήσεται τὸν υἱὸν ποιῆσαι τῆς τέχνης τῆς ἑαυτοῦ κληρονόμον, πλὴν εἰ μὴ σφόδρα καταναγκάζοι πενία· καὶ μάλιστα, ὅταν εὐτελὴς ἡ τέχνη ᾖ. ἁλιέων δὲ οὐδὲν πενέστερον οὐδὲ εὐτελέστερον· ἀλλ' οὐδὲ ἀμαθέστερον γένοιτ' ἄν. πλὴν ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτοῖς τούτοις, οἱ μὲν μείζους, οἱ δὲ ἐ-
e λάττους εἰσίν. ὁ δὲ ἀπόστολος ἡμῶν οὗτος κἀνταῦθα [e] τὴν ἐλάσσω τάξιν ἐπεῖχεν· οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἐθήρευεν, ἀλλ' ἐν μικρᾷ τινι λίμνῃ διέτριβε, καὶ περὶ ταύτην αὐτὸν στρεφόμενον μετὰ τοῦ πατρὸς καὶ Ἰακώβου τοῦ
f ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ διερρωγότα [f] ῥάπτοντας δίκτυα· ὃ καὶ αὐτὸ τῆς ἐσχάτης πενίας ἦν· οὕτως ἐκάλεσεν ὁ Χριστός. παιδείας δὲ ἕνεκεν τῆς ἔξωθεν, ἔστι μὲν καὶ ἐκ τούτων μαθεῖν, ὅτι οὐδ' ὁτιοῦν αὐτῷ μετῆν. ἄλλως δὲ καὶ ὁ Λουκᾶς μαρτυρεῖ γράφων· ὅτι οὐ μόνον ἰδιώτης, ἀλλὰ καὶ ἀγράμματος ἦν· εἰκότως. ὁ γὰρ οὕτω πένης, καὶ μήτε εἰς ἀγορὰς ἐμβάλλων, μήτε ἀξιοπίστοις ἐντυγχάνων ἀνδράσιν, ἀλλὰ τῇ ἁλιείᾳ προσηλωμένος· εἴποτε δέ τινι καὶ συνεγένετο, καπήλοις ἰχθύων καὶ μα-

HOMILIA II.

CAP. I. v. 1. *In principio erat Verbum.*

1. SI Joannes nos alloquuturus esset, & sua narraturus, e re foret, ejus B genus, patriam & educationem recensere: quia vero non ipse, sed per illum Deus humanam alloquitur naturam, superfluum mihi videtur hæc disquirere; imo vero id non supervacaneum fuerit, sed valde necessarium. Cum enim didiceris quis, unde, a quibus ortus, qualis vir fuerit; deindeque audieris ejus vocem philosophiamque totam; tunc probe scies hæc verba non ejus esse, sed divinæ virtutis, ejus animam moventis. Qua ergo fuit patria? Nulla quidem patria; sed ex vico prodiit & regione abjecta, quæ nihil alicujus precii ferret. Galilæam enim C contemnunt Scribæ cum aiunt: *Interroga & vide, quod ex Galilaa non surgit propheta*; Joan. 7. 52. nihili facit eam ille quoque vere Israelita dicens: *Ex Nazareth potest aliquid boni esse?* Joan. 1. 46. Neque ex insigni quopiam ejus regionis loco erat: sed neque nomen ejus ibi notum; patre piscatore paupere: quin ita paupere, ut filios eadem in arte exerceret. Scitis porro omnes, nullum artificem cupere filium suæ artis heredem relinquere, nisi summa paupertate coactum; maxime vero si ars D sit vilis: piscatoribus vero nihil pauperius, nihil abjectius; imo nihil indoctius. Attamen inter eos, alii majores, alii minores sunt. Apostolus vero inter minores computabatur: neque enim in mari piscabatur, sed in modico stagno: ibique versantem cum patre & Jacobo fratre, quibuscum retia reficiebat; quod erat extremæ paupertatis indicium; Christus vocavit. Hinc intelligitur quam ex-E pers fuerit externæ disciplinæ: alioquin vero Lucas testificatur ipsum non modo idiotam, sed etiam illiteratum fuisse; Act. 4. 13. & jure quidem. Nam qui ita pauper erat, ut neque forum adiret, neque cum honestis civibus versaretur, sed cum solis piscium cauponibus & coquis, qua in

Joannes in principio pauper & illiteratus.

a Sic Savil. & alii. Morel. διαλέγεσθαι. Unus, διαλέξαι. Alius, διαλέξασθαι.

b πατρίδος μὲν οὐδεμιᾶς δὲ, *nulla quidem patria, sed ex vico.* Hic notat post Boisium Savilius. *Post* πατρίδος οὐδεμιᾶς *subintelligendum* τῶν ἐπισήμων, *nemo enim sine patria est.* Melius autem legeretur πόλεως μὲν οὐδεμιᾶς, κώμης δὲ, *ex nulla civitate, sed ex vico.* Verum nullus codex sic habet.

c Savil. οὗτος ἦν. Morel. οὗτος ἐκεῖθεν ἦν. Alius, οὗτος ἐκεῖθεν, omisso ἦν. Unus, εἰ μὴ οὗτος ἐκεῖθεν· πατρός.

d Quidam, ἴστε γὰρ ἅπαντες.

e Quidam, τὴν ἐλάσσω λῆξιν.

f Unus, ῥάπτοντα.

re feris & brutis præferri potuerit? quomodo non piscium instar mutus fuerit? Hic tamen piscator, qui circa stagna, retia & pisces versabatur, ex Bethsaïda Galilææ, patre piscatore paupere, extrema inopia laborante, qui rudis erat & summe imperitus, qui literas nec ante, nec postquam Christo hæsit, edidicit, videamus quid loquatur, & quibus de rebus edisserat. Num de agris, de fluminibus, de piscium commercio? talia enim fortassis ex piscatore audire quis exspectet. Verum ne timeatis; nihil quippe hujusmodi audiemus; sed cælestia tantum, & quæ nemo hactenus edidicit. Tam sublimia enim dogmata, tam præclarum vitæ institutum, tantamque philosophiam nobis afferet, quantam par est eum, qui ex thesauris Spiritus hausit; tamquam modo ex cælo descenderit; imo neque omnes qui in cælo erant hæc scivisse verisimile est, ut jam dixi. Hæccine, quæso, piscatoris erant? an rhetoris? an sophistæ vel philosophi? an cujuspiam externa illa imbuti sapientia? Nequaquam. Neque enim humanæ mentis prorsus est de immortali illa & beata natura ita philosophari, neque de potestatibus quæ post illam sunt, vel de immortalitate & vita æterna, vel de corporibus mortalibus, quæ immortalia postea futura sunt, de supplicio, de futuro tribunali, de rationibus exigendis operum, verborum, cogitationum; scire quid sit homo, quid mundus, quid vere homo sit; quid illud quod videtur esse, cum tamen non sit; quid nequitia, quid virtus.

Philosophi externi tamquam pueri.

2. Horum quædam Plato & Pythagoras rimati sunt: cæteri namque philosophi non memorandi; ita nempe ridiculi omnes fuerunt. Qui vero apud illos admirandi & disciplinæ principes habentur, hi maxime sunt: qui de republica & de legibus quædam scripsere, & tamen in omnibus plus quam pueri ridiculi habiti sunt: quod mulieres omnibus communes fecerint, vitam ipsam pessum dederint, & honorem connubii deturparint, aliaque hujusmodi ridicule statuerint; & in his totum vitæ tempus insumserint. De anima vero doctrinam omnium turpissimam statuerunt, dum animas hominum, muscas, culices, frutices fieri: Deumque ipsum animam esse dicerent; & alia quædam turpissima assererent. Nec ea solum de causa culpandi; sed & magnus est ipsis verborum Eu-

A γείροις ὁμιλῶν, τί τῶν θηρίων καὶ ἀλόγων ἔμελλεν ἀμείνον διακεῖσθαι; πῶς δὲ οὐχὶ αὐτὸν μιμεῖσθαι τῶν ἰχθύων τὴν ἀφωνίαν; ἔστι δὴ οὖν ὁ ἁλιεὺς, ὁ περὶ λίμνας στρεφόμενος καὶ δίκτυα καὶ ἰχθῦς, ὁ ἀπὸ Βηθσαϊδὰ τῆς Γαλιλαίας, ὁ πατρὸς [a] ἁλιέως πένητος, καὶ πένητος πενίαν τὴν ἐσχάτην, ὁ ἰδιώτης, ἰδιωτείαν καὶ ταύτην τὴν ἐσχάτην, ὁ γράμματα μήτε πρότερον μαθὼν, μήτε ὕστερον μετὰ τὸ συγγενέσθαι τῷ Χριστῷ, ἴδωμεν τί φθέγγεται, καὶ περὶ τίνων ἡμῖν διαλέγεται. ἆρα περὶ τῶν ἐν ἀγροῖς; περὶ τῶν ἐν ποταμοῖς; περὶ συμβολαίων ἰχθύων; ταῦτα γὰρ ἴσως παρὰ ἁλιέως ἀκούσεσθαι προσδοκᾷ τις. ἀλλὰ B μὴ δείσητε· τούτων μὲν γὰρ οὐδὲν ἀκουσόμεθα· τὰ δὲ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ἃ μηδεὶς μηδέπω ἔμαθε πρὸ τούτου. οὕτω γὰρ ἡμῖν ὑψηλὰ δόγματα, καὶ πολιτείαν ἀρίστην, καὶ φιλοσοφίαν ἥκει κομίζων, ὡς εἰκὸς τὸν ἀπ' αὐτῶν φθεγγόμενον τῶν τοῦ πνεύματος θησαυρῶν, [b] ὡς ἀπ' αὐτῶν ἄρτι παραγινόμενος τῶν οὐρανῶν· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τοὺς ἐκεῖ πάντας εἰκὸς ἦν εἰδέναι, ὅπερ καὶ ἔφθην εἰπών. ταῦτα οὖν ἁλιέως, εἰπέ μοι; ῥήτορος δὲ ὅλως; σοφιστοῦ δὲ ἢ φιλοσόφου; [c] παντὸς δὲ τοῦ τὴν ἔξωθεν πεπαιδευμένου σοφίαν; οὐδαμῶς. οὐ γὰρ ἀνθρωπίνης ἁπλῶς ψυχῆς περὶ τῆς ἀκηράτου καὶ μακαρίας ἐκείνης φύσεως τοιαῦτα φιλοσοφεῖν· περὶ τῶν μετ' ἐκείνην δυνάμεων· C περὶ ἀθανασίας καὶ ζωῆς ἀπείρου· περὶ φύσεως σωμάτων θνητῶν τε καὶ ἀθανάτων ὕστερον ἐσομένων· περὶ κολάσεως, περὶ τοῦ μέλλοντος δικαστηρίου· [d] περὶ τῶν ἐσομένων εὐθυνῶν, τῶν ἐν ῥήμασι, τῶν ἐν πράξεσι, τῶν ἐν λογισμοῖς καὶ διανοίᾳ· καὶ τί μὲν ἄνθρωπος, [e] εἰδέναι· τί δὲ κόσμος· καὶ τί μὲν ὁ ὄντως ἄνθρωπος· τί δὲ ὁ δοκῶν μὲν εἶναι, οὐκ ὢν δέ· τί κακία, καὶ τί ἀρετή.

Τούτων γὰρ ἔνια ἐζήτησαν μὲν οἱ περὶ Πλάτωνα καὶ Πυθαγόραν· τῶν γὰρ ἄλλων οὐδὲ ἁπλῶς μνημονευτέον ἡμῖν φιλοσόφων, οὕτω καταγέλαστοι ἐντεῦθεν μεθ' ὑπερβολῆς γεγόνασιν ἅπαντες. [f] οἱ δὲ τῶν ἄλλων θαυ- D μασθέντες πλέον παρ' αὐτοῖς καὶ πιστευθέντες εἶναι κορυφαῖοι τῆς ἐπιστήμης ἐκείνης, οὗτοι μάλιστα τῶν ἄλλων εἰσίν· [g] οἳ καὶ πολιτείας μὲν ἕνεκεν καὶ νόμων συνθέντες τινὰ ἔγραψαν· ὅμως δὲ ἐν ἅπασι, παίδων αἰσχρότερον κατεγελάσθησαν. τάς τε γὰρ γυναῖκας κοινὰς ἅπασι ποιοῦντες, καὶ τὸν βίον αὐτὸν ἀνατρέποντες, καὶ τὸ σεμνὸν διαφθείροντες τοῦ γάμου, καὶ ἕτερα τοιαῦτα καταγέλαστα νομοθετοῦντες, οὕτω πάντα τὸν βίον αὐτῶν ἀνάλωσαν. δογμάτων δὲ ἕνεκεν τῶν περὶ ψυχῆς, οὐδὲ ὑπερβολήν τινα κατέλιπον αἰσχύνης λοιπὸν, [h] μυίας, καὶ κώνωπας, καὶ θάμνους τὰς τῶν ἀνθρώπων λέ- E γοντες γίνεσθαι ψυχὰς, καὶ τὸν θεὸν αὐτὸν ψυχὴν εἶναι φάσκοντες, καὶ ἕτερα ἄττα τινὰ τοιαῦτα ἀσχημονοῦντες. καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ κατηγορίας ἄξιον· ἀλλὰ καὶ ὁ πολὺς

[a] Mss. non pauci, ἁλιέως, πένης πένητος πενίαν.

[b] Quæ sequuntur, ὡς ἀπ' αὐτῶν .... ἔφθην εἰπών, deerant in Savil. & Morel. Sed ex uno codice desumta sunt, & lecta fuerant a Francisco Aretino interprete. Quod autem dicit Chrysostomus, ea quæ narrat Joannes Evangelista, non omnibus Angelis nota ante fuisse, jam dixerat supra in prooemio.

[c] πάντως legendum suspicatur Savilius, sed παντὸς optime habet. Infra, περὶ τῶν μετ' ἐκείνην δυνάμεων. Interpres legisse videtur μετ' ἐκείνης, sed omnes mss μετ' ἐκείνην habent. Utraque lectio quadrat: nam supernæ illæ potestates dici possunt & post Deum & cum Deo esse.

[d] Sic Savil. & omnes pene mss. Morel. vero, τῶν πραττομένων εὐθυνῶν.

[e] Morel. & quidam mss. εἰδέναι. Savil. & alii, εἰπεῖν.

[f] Morel. οἱ γοῦν. Savil. οἱ δέ.

[g] In Savil. οἳ ante καὶ πολιτείας deest. Ibid. Morel. καὶ νόμων. Savil. & mss. multi, καὶ δογμάτων. Mox Savil. καὶ ἐν ἅπασι. Morel. ὅμως δὲ ἐν ἅπασι.

[h] Morel. μυῖας. Savil. autem & codicum mss. maxima pars μυίας, quæ vox asseri videtur per sequentem καὶ κώνωπας.

αὐτῶν

αὐτῶν τῶν λόγων εὔριπος. καθάπερ γὰρ ἐν εὐρίπῳ τῇδε κἀκεῖσε περιφερόμενοι, οὕτως οὐδέποτε ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἑστήκεσαν, ἅτε ἀπὸ τῶν ἀδήλων καὶ ἐπισφαλῶν λογισμῶν πάντα φθεγγόμενοι. ἀλλ' οὐχ ὁ ἁλιεὺς ἐστὶν οὕτως· ἀλλ' ἅπαντα μετὰ ἀσφαλείας φθέγγεται, καὶ ὥσπερ ἐπὶ πέτρας ἑστηκὼς, οὐδαμοῦ περιτρέπεται. ἐν αὐτοῖς γὰρ τοῖς ἀδύτοις γενέσθαι καταξιωθεὶς, καὶ τὸν πάντων δεσπότην ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα ἔχων, οὐδὲν ἀνθρώπινον ἔπαθεν· ἐκεῖνοι δὲ ὥσπερ οἱ τῶν μὲν βασιλείων οὐδὲ ὄναρ ἐπιβῆναι καταξιωθέντες, ἔξω δὲ ἐπ' ἀγορᾶς μετὰ τῶν ἄλλων διατρίβοντες ἀνθρώπων, καὶ ἀπὸ τῆς ἰδίας διανοίας καταστοχαζόμενοι τῶν ἀοράτων, [a] τὴν πολλὴν ἐπλανήθησαν πλάνην περὶ τῶν ἀρρήτων διαλεχθῆναι θελήσαντες, καὶ καθάπερ τυφλοὶ καὶ μεθύοντες, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ πλάνῃ ἀλλήλοις προσέρρηξαν. οὐκ ἀλλήλοις δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοῖς πολλαχοῦ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν ἀεὶ μετατιθέμενοι. ὁ δὲ ἀγράμματος οὗτος, ὁ ἰδιώτης, ὁ ἀπὸ Βηθσαϊδὰ, ὁ Ζεβεδαίου παῖς· [b] κἂν μυριάκις καταγελῶσιν Ἕλληνες τῆς τῶν ὀνομάτων ἀγροικίας, οὐδὲν ἧττον μετὰ πλείονος αὐτὰ τῆς παρρησίας ἐρῶ· ὅσῳ γὰρ ἂν τὸ ἔθνος αὐτοῖς βάρβαρον φαίνεται καὶ τῆς Ἑλληνικῆς ἀπέχον παιδεύσεως, τοσούτῳ λαμπρότερα τὰ ἡμέτερα φαίνεται. ὅταν γὰρ ὁ βάρβαρος καὶ ἀμαθὴς τοιαῦτα φθέγγηται, ἃ μηδεὶς τῶν ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων συνεῖδέ ποτε, καὶ μὴ φθέγγηται μόνον, ἀλλὰ καὶ πείθῃ· καίτοι εἰ καὶ τοῦτο μόνον ἦν, μέγα τὸ θαῦμα ἦν· νῦν δὲ πρὸς τούτῳ καὶ ἕτερον τούτου μεῖζον παρέχῃ τεκμήριον, τοῦ θεόπνευστα εἶναι τὰ λεγόμενα· τὸ τοὺς ἀκούοντας πείθειν ἅπαντας διὰ τοῦ χρόνου παντὸς, τίς οὐ θαυμάσεται τὴν ἐνοικοῦσαν αὐτῷ δύναμιν; καὶ γὰρ καὶ τοῦτο μέγιστον, ὅπερ ἔφην, τεκμήριον, τὸ μηδὲν οἴκοθεν αὐτὸν νομοθετεῖν. οὗτος δὴ οὖν ὁ βάρβαρος, τῇ μὲν τοῦ [c] εὐαγγελίου γραφῇ τὴν οἰκουμένην κατέλαβεν ἅπασαν, τῷ δὲ σώματι μέσην κατέσχε τὴν Ἀσίαν, ἔνθα τὸ παλαιὸν ἐφιλοσόφουν οἱ τῆς Ἑλληνικῆς συμμορίας ἅπαντες· [d] κἀκεῖθεν τοῖς δαίμοσίν ἐστι φοβερὸς, ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν διαλάμπων, καὶ τὸν ζόφον αὐτῶν σβεννὺς, καὶ τὴν ἀκρόπολιν τῶν δαιμόνων καταλύων· τῇ δὲ ψυχῇ πρὸς τὸν χῶρον ἀνεχώρησεν ἐκεῖνον, τὸν ἁρμόττοντα τῷ τὰ τοιαῦτα ἐργασαμένῳ. καὶ τὰ μὲν Ἑλλήνων ἔσβεσται ἅπαντα καὶ ἠφάνισται· τὰ δὲ τούτου καθ' ἑκάστην λαμπρότερα γίνεται. ἐξ οὗ γὰρ καὶ οὗτος καὶ οἱ λοιποὶ ἁλιεῖς, ἐξ ἐκείνου τὰ μὲν Πυθαγόρου σεσίγηται καὶ τὰ Πλάτωνος, δοκοῦντα πρότερον κρατεῖν, καὶ οὐδὲ ἐξ ὀνόματος αὐτοὺς ἴσασιν οἱ πολλοί· καίτοι Πλάτων καὶ τυράννοις συνεγένετο μετακληθεὶς, ὥς φασι, καὶ πολλοὺς εἶχεν ἑταίρους, καὶ εἰς Σικελίαν ἔπλευσε. Πυθαγόρας δὲ τὴν μεγίστην Ἑλλάδα καταλαβὼν, καὶ γοητείας [e] κινήσας εἴδη μυρία. τὸ γὰρ

A ripus: quemadmodum enim in Euripo huc illuc jactati, sic nunquam in iisdem perstiterunt; utpote qui ex incerta & fluxa mente loquerentur. Verum non ita piscator hic, qui omnia certa pronunciat, & quasi in petra stans, nunquam titubat. Cum enim in ipsa adyta induci dignatus sit, & ipsum habeat Dominum in se loquentem, nihil humanum passus est. At illi haud secus quam ii qui ne per somnium quidem in regiam admissi sunt, sed in foro cum aliis permixtim hominibus versantur, dum ex propria mente de invisibilibus conjectarent, in summos errores B inciderunt, de ineffabilibus disserere aggressi, & quasi cæci vel ebrii in ipso errore contra se mutuo impegerunt: nec mutuo tantum alii contra alios, sed etiam secum de iisdem rebus semper pugnant. Atqui hic illiteratus, rudis, ex Bethsaïda, Zebedæi filius; etsi Græci nominum asperitatem admodum rideant; nihilo tamen minore, imo majore fiducia jam loquar: quanto enim magis barbara ipsis videtur natio illa, & a Græco instituto aliena, tanto splendidiora nostra videbuntur. Cum enim barbarus & indoctus ea loquatur, C quæ nullus hominum unquam noverat; nec loquatur modo, sed etiam suadeat; (quod si illud solum esset, magnum foret miraculum; nunc vero præter hoc, etiam aliud majus suppeditetur argumentum, quod ea quæ dicuntur divinitus inspirata sint, quia nempe auditoribus omnibus semper doctrinam suam persuaserit;) quis immanentem in eo virtutem non mirabitur? Illud enim, ut jam dixi, maximo signo est, ipsum non ex seipso doctrinam & leges proferre. Hic itaque barbarus Evangelio suo universum comprehendit orbem; corpore autem mediam tenuit Asiam, D ubi olim philosophabantur omnes Græcæ disciplinæ homines. Hincque dæmonibus est formidabilis, quod in hostium medio fulgeat, illorum caliginem exstinguat, dæmonumque arcem diruat; animâ autem in eum secessit locum, qui talia operanti competeret. Ac Græcorum quidem opiniones exstinctæ deletæque sunt; hujus vero res quotidie splendidiores evadunt. Ex quo enim hic & reliqui piscatores fuerunt; Pythagoræ Platonisque disciplinæ, quæ prius obtinere videbantur, silentio missæ sunt, ac ne nomine quidem illos norunt plerique. Atqui Plato tyrannos adiit accitus, ut E aiunt, amicos habuit multos, atque in Siciliam navigavit. Pythagoras vero magnam adiens Græciam, præstigias induxit innumeras; nam quod cum

De Platone & Pythagora, μεγίστη Ἑλλὰς est magna Græcia.

a Alii, καὶ πολὺν ἐπλανήθησαν πλάνον. Ibidem post illa verba sequitur, περὶ τῶν ἀρρήτων διαλεχθῆναι θελήσαντες, quæ Savilius in margine posuit, licet in aliquot mss. habeantur, quorum unus, ἀοράτων pro ἀρρήτων habet. Hæc porro legit Aretinus interpres.

b Morel. κἂν γὰρ, sed γὰρ deest in Savil. & in mss. plurimis.

c Savil. εὐαγγελίου συγγραφῇ, unus εὐαγγελίου φωνῇ, Morel. & maxima pars mss. εὐαγγελίου γραφῇ.

d Post ἅπαντες Morel. & quidam mss. κἀκεῖθεν τοῖς δαίμοσίν ἐστι φοβερός. Quæ verba in Savil. & aliis desunt. Verum a Francisco Aretino interprete lecta sunt.

e Savil. & omnes pene mss. κινήσας. Morel. ἐπιδείξας. De Platonis in Siciliam appulsu multi narraverunt. De Pythagoræ cum bobus & aquilis colloquio, nusquam me legere memini; nisi forte referatur ad id quod ait Diogenes Laërtius in principio vitæ Pythagoræ, animam ejus in quas vellet arbores vel animantes commigrasse; cætera quæ de Pythagora sequuntur, vide apud Diogenem Laertium.

bobus loqueretur, id enim de illo narratur; non nisi magica arte præstari poterat. Hincque maxime palam est, quod is qui bruta sic alloquebatur, nihil utilitatis hominibus præstaret, imo ipsis multum noceret. Certe aptior ad philosophiam erat hominum natura: attamen ille cum aquilis & bobus, ut aiunt, per præstigias loquebatur. Non ille rationis expertem naturam rationalem effecit; id quod homo non potest; sed præstigiis stultos decipiebat. Non utili doctrina homines instituebat; sed docebat idem esse fabas edere, & parentum capita devorare: auditoribusque persuadebat, doctoris sui animam, modo fruticem, modo puellam, modo piscem effici. Annon jure illa exstincta penitus deletaque sunt? Certe jure ac merito ut ratio postulabat. At non sic illa quæ ad rudem illum & illiteratum pertinent: verum Syri, Ægypti, Indi, Persæ, Æthiopes, innumeræque aliæ gentes, dogmata ab illo inducta in linguam suam transferentes, barbari licet essent, philosophari didicerunt.

Barbaræ gentes nunc Christianæ philosophantur.

3. Non ergo frustra dicebam, totum orbem theatrum ipsi fuisse. Neque enim missis congeneribus, vanam brutis instituendis operam ponebat; quod supervacaneum studium & ingens insipientia fuisset; sed & hujus & aliorum expers vitiorum, id unum curabat, ut totus orbis utile quidpiam edisceret, quod posset illum a terra in cælum transferre. Ideoque non caligine & tenebris doctrinam suam involvit, ut illi, qui pravæ doctrinæ suæ obscuritatem ceu velum quodpiam obtendebant: sed hujus dogmata sunt radiis solaribus clariora; ideo omnibus per orbem hominibus patefacta sunt. Non enim quinque annorum silentium accedentibus imperabat, ut ille; nec sic docebat, ut insensilibus lapidibus assideret: neque numeris omnia definiri fabulabatur; sed abjecta omni hujusmodi ingrata doctrina & pernicie Satanica, tantam verbis admiscuit facilitatem, ut non modo viris & sapientibus, sed etiam mulierculis & adolescentibus dicta omnia perspicua essent. Illa enim vera & utilia audituris esse confirmavit totum, quod postea sequutum est, tempus: nam totum ad se pertraxit orbem, & ab omni aliena tragœdia vitam nostram liberavit, postquam hæc audita fuere. Quapropter quotquot hæc audimus animam effundere optamus potius, quam a dogmatibus ab illo traditis absistamus. Hinc ergo & omni ex parte liquet, nihil humanum ab ipso, sed divina & cælestia esse dogmata, quæ a divina illa anima ad nos pervenerunt. Neque enim verborum strepitum, non dictionis fucum,

A βουσὶ διαλέγεσθαι· καὶ γὰρ καὶ τοῦτό φασιν αὐτὸν πεποιηκέναι· οὐδὲν ἕτερον ἢ γοητείας ἦν. καὶ δῆλον μάλιστα ἐκεῖθεν· ὁ γὰρ τοῖς ἀλόγοις οὕτω διαλεγόμενος, τὸ τῶν ἀνθρώπων οὐδὲν ὠφέλησε γένος, ἀλλὰ καὶ τὰ μέγιστα ἔβλαψε. καίτοιγε ἐπιτηδειοτέρα πρὸς φιλοσοφίας λόγον ἡ φύσις ἡ τῶν ἀνθρώπων ἦν· ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνος ἀετοῖς μὲν καὶ βουσὶ διελέγετο, καθάπερ φασὶ, γοητεύων. οὐδὲ γὰρ τὴν ἄλογον λογικὴν ἐποίησε φύσιν· οὐδὲ γὰρ δυνατὸν ἀνθρώπῳ τοῦτο· ἀλλὰ μαγγανείαις τοὺς ἀνοήτους ἠπάτα· καὶ ἀνθρώπους ἀφεὶς διδάξαι τι τῶν χρησίμων, ἐπαίδευσεν ὅτι ἴσον ἦν κυάμους φαγεῖν καὶ τὰς τῶν B γεννησαμένων κεφαλάς· καὶ τοὺς συνόντας ἔπειθεν, ὅτι δὴ ἡ τοῦ διδασκάλου ψυχὴ, ποτὲ μὲν θάμνος ἐγίνετο, ποτὲ δὲ κόρη, ποτὲ δὲ ἰχθύς. ἆρ' οὐκ εἰκότως πάντα ἐσβέσθη ἐκεῖνα, καὶ ἠφανίσθη τέλεον; εἰκότως, καὶ κατὰ λόγον. ἀλλ' οὐ τὰ τοῦ ἰδιώτου καὶ ἀγραμμάτου οὕτως· ἀλλὰ καὶ Σύροι, καὶ Αἰγύπτιοι, καὶ Ἰνδοὶ, καὶ Πέρσαι, καὶ Αἰθίοπες, καὶ μυρία ἕτερα ἔθνη, εἰς τὴν αὐτῶν μεταβαλόντες γλῶτταν τὰ παρὰ τούτου δόγματα εἰσαχθέντα, ἔμαθον ἄνθρωποι βάρβαροι φιλοσοφεῖν.

Οὐκ ἄρα μάτην ἔλεγον, ὅτι αὐτῷ θέατρον γέγονε πᾶσα ἡ οἰκουμένη· οὐ γὰρ δὴ τοὺς ὁμοφύλους ἀφεὶς [a] περὶ τὰς τῶν ἀλόγων ἐματαιοπόνει φύσεις· ὃ περιττῆς φιλοC τιμίας καὶ ἐσχάτης ἀνοίας ἦν· ἀλλὰ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τούτου καθαρεύων τοῦ πάθους, ἓν μόνον ἐσπούδασεν, ὅπως ἡ οἰκουμένη πᾶσα μάθοι τι τῶν χρησίμων καὶ δυναμένων αὐτὴν ἀπὸ τῆς γῆς μεταστῆσαι πρὸς τὸν οὐρανόν. διὰ τοῦτο οὐδὲ ζόφῳ τινὶ καὶ σκότῳ ἔκρυψεν ἑαυτοῦ τὴν διδασκαλίαν, καθάπερ ἐποίουν ἐκεῖνοι, τῶν ἔνδον ἐναποκειμένων κακῶν τὴν ἐν τῷ λέγειν ἀσάφειαν καθάπερ τι παραπέτασμα περιβαλλόμενοι· ἀλλὰ τὰ τούτου δόγματα τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ἐστὶ [b] φανερώτερα. διὸ καὶ πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἀνθρώποις ἀνήπλωται. οὐ γὰρ πέντε ἔτη κελεύων τοὺς προσιόντας σιγᾶν, καθάD περ ἐκεῖνος· οὐδὲ ὡς ἀναισθήτοις παρακαθῆσθαι λίθοις οὕτως ἐδίδασκεν· οὐδὲ ἐν ἀριθμοῖς εἶναι τὸ πᾶν διοριζόμενος ἐμυθολόγει· ἀλλ' ἀπορρίψας τὴν σατανικὴν ταύτην ἀηδίαν ἅπασαν καὶ λύμην, τοσαύτην τοῖς ῥήμασιν ἐγκατέμιξεν εὐκολίαν, ὡς μὴ μόνον ἀνδράσι καὶ συνετοῖς, ἀλλὰ καὶ γυναιξὶ καὶ νέοις ἅπαντα εἶναι τὰ λεγόμενα δῆλα· ἐπίστευσε γὰρ αὐτὰ ἀληθῆ τε [c] εἶναι καὶ χρήσιμα τοῖς ἀκουσομένοις ἅπασι· καὶ μαρτυρεῖ πᾶς ὁ μετ' ἐκεῖνον χρόνος. ὅλην τε γὰρ πρὸς ἑαυτὸν ἐφειλκύσατο τὴν οἰκουμένην, καὶ πάσης ἀλλοκότου τραγῳδίας τὸν ἡμέτερον ἀπήλλαξε βίον, μετὰ τὴν τῶν λόγων [d] τούτων ἀκρόασιν. διὰ τοι τοῦτο τῆς ψυχῆς ἑλοίE μεθα ἂν ἐκστῆναι μᾶλλον οἱ ταῦτα ἀκούοντες, ἢ τῶν δογμάτων τῶν ὑπ' ἐκείνου παραδοθέντων ἡμῖν. καὶ ἐντεῦθεν τοίνυν καὶ πανταχόθεν δῆλον, ὅτι οὐδὲν ἀνθρώπινον τῶν τούτου· [e] ἀλλὰ θεῖά τε καὶ οὐράνιά ἐστι διδάγματα, τὰ διὰ τῆς θείας ταύτης εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα ψυχῆς. οὐ γὰρ κτύπον ῥημάτων, οὐδὲ λέξεως κόμπον,

[a] Morel. περὶ τάς. Savil. πρὸς τάς. Mox Savil. & mss. pene omnes, περιττῆς φιλοτιμίας. Morel. περὶ τῆς φιλοσοφίας. Infra Morel. πᾶσα μάθοι, Savil. πᾶσα μάθη.
[b] Quidam habent φανώτερα.

[c] ἔσεσθαι Morel. εἶναι, Savil.
[d] τούτων ἀκρόασιν, Sic Savil. & omnes pene mss. Morel. τούτων ἀπαγγελίαν.
[e] Alii, ἀλλὰ θεῖά τινα καὶ οὐράνια τὰ διδάγματα.

οὐδὲ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων κόσμον καὶ συνθήκην ὀψόμεθα περιττὴν καὶ ἀνόνητον· πόῤῥω γὰρ ταῦτα φιλοσοφίας ἁπάσης· ἀλλ' ἰσχὺν ἄμαχον καὶ θείαν, καὶ δογμάτων ὀρθῶν ἀμήχανον δύναμιν, καὶ μυρίων ἀγαθῶν χορηγίαν. ἡ γὰρ κατὰ τὴν ἀπαγγελίαν περιεργία οὕτω περιττὴ ἦν καὶ σοφιστῶν ἀξία, μᾶλλον δὲ οὐδὲ σοφιστῶν, ἀλλὰ μειρακίων ἀνοήτων, ὡς καὶ αὐτὸν παρ' αὐτοῖς φιλόσοφον εἰσαγαγεῖν τὸν διδάσκαλον τὸν αὐτοῦ σφόδρα ἐπαισχυνόμενον ταύτῃ τῇ τέχνῃ, καὶ λέγοντα τοῖς δικασταῖς· ὅτι ἀκούσονται [a] παρ' αὐτοῦ ῥήματα ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε λεγόμενα· οὐ μέντοι κεκαλλιεπημένα λόγοις, οὐδὲ ῥήμασί τε καὶ ὀνόμασι κεκοσμημένα. οὐδὲ γὰρ ἂν δήπου πρέποι, φησὶν, ὦ ἄνδρες, τῇδε τῇ ἡλικίᾳ, ὥσπερ μειρακίῳ πλάττοντι λόγους, εἰς ὑμᾶς αὐτὸν εἰσιέναι. καὶ ὅρα τὸν πολὺν καταγέλωτα. ὃ γὰρ ὡς αἰσχρὸν καὶ φιλοσοφίας ἀνάξιον καὶ μειρακίων ἔργον ἐποίησεν αὐτὸν φεύγοντα, τοῦτο μάλιστα πάντων αὐτὸς ἐπετήδευσεν. οὕτω πανταχοῦ φιλοτιμίας ἦσαν μόνης· [b] καὶ Πλάτωνος οὐδέν ἐστι θαυμάσαι, ἢ τοῦτο μόνον. καὶ καθάπερ τῶν τάφων τοὺς ἔξωθεν κεκονιαμένους, ἂν ἀπαμφιάσῃς, ἰχῶρος, καὶ δυσωδίας, καὶ διεφθορότων ὄψει γέμοντας ὀστῶν· οὕτω καὶ τὰ τοῦ φιλοσόφου δόγματα, ἂν τὴν κατὰ τὴν λέξιν ἀπογυμνώσῃς ὥραν, πολλῆς ὄψει τῆς βδελυγμίας πεπληρωμένα· καὶ μάλιστα ὅταν περὶ ψυχῆς φιλοσοφῇ, ἀμέτρως τιμῶν τε αὐτὴν καὶ βλασφημῶν. τοῦτο γὰρ ἡ διαβολικὴ παγὶς, μηδαμοῦ τὴν συμμετρίαν τηρεῖν, ἀλλὰ τοῖς ἐφ' ἑκάτερα πλεονασμοῖς πρὸς δυσφημίαν ἐξάγειν τοὺς ἁλισκομένους αὐτῇ. νῦν μὲν γὰρ αὐτὴν τῆς τοῦ θεοῦ φησιν οὐσίας εἶναι· νῦν δὲ αὐτὴν οὕτως ἀμέτρως καὶ ἀσεβῶς ἐπάρας, μεθ' ἑτέρας καθυβρίζει πάλιν ὑπερβολῆς, εἰς χοίρους καὶ ὄνους εἰσάγων, καὶ τὰ ἔτι τούτων ἀτιμότερα ζῶα. ἀλλὰ τούτων μὲν ἅλις· μᾶλλον καὶ ταῦτα πέρα τοῦ μέτρου. εἰ μὲν γάρ τι χρήσιμον παρ' αὐτῶν ἦν μαθεῖν, ἔδει καὶ πλέον ἐνδιατρίβειν· εἰ δὲ ὅσον τὴν ἀσχημοσύνην αὐτῶν καὶ τὸν γέλωτα κατοπτεῦσαι, καὶ ταῦτα πλέον τοῦ δέοντος εἴρηται παρ' ἡμῶν· [c] διὰ ταῦτα ἀφέντες τοὺς ἐκείνων μύθους, τῶν ἡμετέρων ἁψόμεθα δογμάτων, τῶν ἄνωθεν ἡμῖν κατενηνεγμένων διὰ τῆς γλώττης τούτου τοῦ ἁλιέως, τῶν μηδὲν ἐχόντων ἀνθρώπινον. φέρε οὖν, αὐτὰς εἰς μέσον τὰς ῥήσεις ἀγάγωμεν, καὶ ὃ τὴν ἀρχὴν παρεκαλέσαμεν ὥστε μετὰ ἀκριβείας προσέχειν τοῖς λεγομένοις, [d] τοῦτο καὶ νῦν ὑπομνήσαντες. τί οὖν ἀρχόμενος ὁ εὐαγγελιστὴς εὐθέως φησίν; Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν. εἶδες παῤῥησίαν καὶ ἐξουσίαν ῥημάτων πολλήν; πῶς οὐδὲν ἀμφιβάλλων, οὐδὲ εἰκάζων, ἀλλὰ πάντα ἀποφαινόμενος φθέγγεται; τοῦτο γάρ ἐστι διδασκάλου, τὸ μὴ περιφέρεσθαι ἐν οἷς ἂν λέγῃ. εἰ γὰρ ὁ τοῖς ἄλλοις καθη-

A neque nominum verborumque ornatum & compositionem superfluam vel inutilem videbimus; hæc quippe procul sunt ab omni philosophia; sed vim invictam & divinam, & rectorum dogmatum immensam virtutem, innumerabiliumque bonorum largitionem. Nam in prædicatione nimia verborum curiositas superflua esset, & sophistis digna; imo non sophistis, sed pueris insipientibus; ita ut apud eos ipse philosophus induceret magistrum suum quem suæ artis pudebat, quique dicebat judicibus, ipsos audituros ab se B esse verba sine artificio, & ut casus ferebat, prolata; non exquisitis ornata dictis, non verbis & nominibus selectis fucata. Neque enim par est, inquiebat, ô viri, hujus ætatis virum, adolescentis proferre verba coram vobis judicibus. Ac vide quam sit illud ridiculum: quam enim rem tamquam turpem, philosophia indignam, adolescentiumque opus, magistrum suum fugere dixit, huic maxime ipse operam dedit. Ita ubique ambitioni studebant illi; nihilque præter hoc in Platone admiratione dignum videtur. Ac quemadmodum si sepulcra ex- C terius dealbata aperueris, sanie, fœtore, corruptisque ossibus plena videbis; ita si philosophi dogmata dictionis ornatu nudaveris, multa videbis abominatione plena: maxime si de anima philosophetur, quam nimio honore ad blasphemiam usque afficit. Hic enim diabolicus laqueus est, mensuram nusquam servare, sed in utrumque extremorum illo captos per pravam doctrinam deducere. Nunc enim illam ex Dei substantia esse dicit; nunc illam præter modum & impie elatam, per alteram hyperbolen deturpat, dum illam in porcos, asinos, inque vi- D liora animantia inducit. Sed hæc satis sunto; imo ultra modum de his disseruimus. Si quid enim utile ab illis edisci posset, pluribus iis insistere oportuisset; sin vero tantum quantum ad eorum declarandam turpitudinem satis esset, dicendum oportuit, hæc plusquam satis sunt. Quare missis illorum fabulis, jam nostra attingamus dogmata, quæ nobis per hujusce piscatoris linguam de cælo demissa sunt, quæque nihil habent humanum. Age ergo, hæc dicta in medium afferamus, & ut initio hortati sumus, dictis esse attendendum, hoc nunc iterum E monemus. Quid ergo initio dicit Evangelista? *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum.* Vidistin' fiduciam & vim verborum maximam? Quomodo nihil dubitans, nihil conjiciens, sed omnia affirmantis more loquatur? Hoc est enim doctoris, non vacillare in iis quæ profert. Nam si is qui alios instituit, al-

Contra metempsychosin.

[a] Savil. & mss. pene omnes, παρ' αὐτοῦ ῥήματα ἁπλῶς καὶ εἰκῇ. Morel. παρ' αὐτοῦ δόγματα ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε.

[b] Post ἦσαν μόνης, Morel. & mss. plurimi addunt, καὶ Πλάτωνος οὐδέν ἐστι θαυμάσαι ἢ τοῦτο μόνον, quæ Savil. in margine posuit. At sic legerat Interpres.

[c] Morel. διὸ δήπου. Infra post κατενηνεγμένων addit Morel. διὰ τῆς γλώττης τούτου τοῦ ἁλιέως, quam lectionem habent pauci mss. Sic legit Franciscus Aretinus.

[d] Morel. τοῦτο καὶ νῦν ὑπομνήσαντες, τοῖς εἰρημένοις προσέχωμεν, Savil. hunc locum sic habet: τοῦτο καὶ νῦν ὑπομνήσαντες. τί οὖν &c.

tero opus habeat, qui dicta sua confirmare possit, non doctorum, sed discipulorum ordinem jure obtineat. Si quis vero dixerit, Cur prima omissa causa, statim nobis de secunda disserit? Primum & secundum hic dicere recusabimus: divinitas enim & numero & temporum consequentia superior est. Ideoque his repudiatis, Patrem confitemur ex nullo esse, Filiumque ex Patre natum.

Cur Joannes relicto Patre, de Filio disserat.

4. Recte, inquies: Verum cur relicto Patre, de Filio disserit? Quia ille cognitus omnibus erat, si non ut Pater, saltem ut Deus: Unigenitus vero ignorabatur. Ideoque jure a principio statim ejus notitiam indere festinat iis qui ipsum non noverant. Alioquin vero Patrem in hoc sermone non tacuit. Ac vide mihi spiritualem prudentiam. Novit homines jam olim & ante omnia Deum præ omnibus colere & asserere. Ideo inde principium fecit, & progressus Deum esse dicit. Non sicut Plato alterum mentem, alterum animam esse dicit: hæc enim procul sunt a divina illa & immortali natura. Neque enim commune quidpiam nobiscum habet, sed longe est a communicatione cum creaturis; secundum substantiam dico, non secundum habitum. Ideo Verbum illum appellavit. Cum enim docturus esset hoc Verbum esse unigenitum filium Dei; ne quis generationem passibilem suspicaretur, præmissa Verbi appellatione omnem tollit malam suspicionem, dum & Filium ex ipso esse, & impassibiliter Filium esse declarat. Viden' quomodo, ut jam dixi, cum de Filio loqueretur, Patrem non tacuit? Quod si hæc non satis sint ad totam rem declarandam, ne mireris. De Deo namque nobis est sermo, quem pro dignitate neque dicere, neque cogitare possumus. Ideo hic substantiæ nomen nusquam ponit: quia nemo potest dicere quid Deus sit secundum substantiam: ubique autem illum nobis ex operibus demonstrat. Siquidem hoc verbum videre est postea lucem dictum, & lucem rursus appellari vitam. Neque hac solum de causa sic illum vocavit: sed hæc prima causa est; secunda, quia quæ Patris erant nobis erat nunciaturus; nam ait: *Omnia quæ audivi a Patre, annunciavi vobis.* Vocat autem illum & vitam & lucem: nam cognitionis lucem nobis dedit, & ex luce vitam. In summa non unum nomen, non duo, non tria, non plura satis sunt ad ea quæ Deum spectant edocenda: sed optandum est, ut etiam per multa vel obscure possimus ea quæ ad Deum spectant complecti. Non autem simpliciter Verbum appellavit, sed cum articuli adjectione a reliquis ipsum distinxit. Viden' me non frustra dixisse hunc Evangelistam nobis

Joan. 15. 15.

A σόμενος ἑτέρου δεηθήσεται τοῦ στηρίξαι δυνησομένου μετὰ ἀσφαλείας αὐτὸν, οὐ τὴν τῶν διδασκάλων, ἀλλὰ τὴν τῶν μαθητῶν τάξιν ἐπέχειν ἂν εἴη δίκαιος. Εἰ δὲ λέγοι τις, καὶ τί δήποτε τὸ πρῶτον αἴτιον ἀφεὶς, εὐθέως ἡμῖν περὶ τοῦ δευτέρου διείλεκται; τὸ μὲν πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον παραιτησόμεθα λέγειν. [a] ἀριθμοῦ γὰρ τὸ θεῖον ἀνώτερον καὶ χρόνων ἀκολουθίας. διὸ καὶ ταῦτα μὲν παρῃτησάμεθα· πατέρα δὲ ὁμολογοῦμεν ἐξ οὐδενὸς ὄντα, καὶ υἱὸν ἐκ πατρὸς γεγεννημένον.

Ναί, φησι· τί δήποτ' οὖν τὸν πατέρα ἀφεὶς περὶ τοῦ υἱοῦ διαλέγεται; ὅτι ἐκεῖνος μὲν δῆλος ἅπασιν ἦν, εἰ καὶ μὴ ὡς πατὴρ, ἀλλ' ὡς θεός· ὁ δὲ μονογενὴς B ἠγνοεῖτο. διὸ εἰκότως τὴν περὶ τούτου γνῶσιν εὐθέως ἐκ προοιμίων ἔσπευσεν ἐνθεῖναι τοῖς οὐκ εἰδόσιν αὐτόν. ἄλλως τε, οὐδὲ τὸν πατέρα ἐν τοῖς περὶ τούτων λόγοις ἀπεσιώπησε. καὶ θέα μοι τὴν σύνεσιν τὴν πνευματικήν. οἶδε τοὺς ἀνθρώπους τὸ πρεσβύτερον καὶ τὸ πρὸ πάντων μάλιστα τιμῶντας καὶ τιθεμένους θεόν. διὰ τοῦτο ἐντεῦθεν πρῶτον ποιεῖται τὴν ἀρχὴν, καὶ προϊὼν καὶ θεόν φησιν εἶναι. καὶ οὐχ ὡς Πλάτων, τὸν μὲν νοῦν, τὸν δὲ ψυχὴν λέγων εἶναι· ταῦτα γὰρ πόῤῥω τῆς θείας καὶ ἀκηράτου φύσεως. οὐδὲ γὰρ ἔχει τι κοινὸν πρὸς ἡμᾶς, ἀλλὰ ἀνακεχώρηκε τῆς πρὸς τὴν κτίσιν κοινωνίας· τῆς C καθ' οὐσίαν λέγω, οὐ μὴν τῆς κατὰ τὴν σχέσιν. διά τοι τοῦτο καὶ λόγον αὐτὸν ἐκάλεσεν. ἐπειδὴ γὰρ μέλλει διδάσκειν, ὅτι οὗτος ὁ λόγος μονογενής ἐστιν υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἵνα μὴ παθητὴν ὑπολάβοι τις τὴν γέννησιν, προλαβὼν τῇ τοῦ λόγου [b] προσηγορίᾳ, πᾶσαν ἀναιρεῖ τὴν πονηρὰν ὑποψίαν, τό τε ἐξ αὐτοῦ τὸν υἱὸν εἶναι δηλῶν, καὶ τὸ ἀπαθῶς. ὁρᾷς ὅτι, ὅπερ εἶπον, οὐδὲ τὸν πατέρα ἐν τοῖς περὶ τοῦ υἱοῦ λόγοις ἀπεσιώπησεν; εἰ δὲ οὐκ ἀρκεῖ ταῦτα τὰ ὑποδείγματα παραστῆσαι τὸ πᾶν, μὴ θαυμάσῃς. περὶ θεοῦ γὰρ ἡμῖν ὁ λόγος, ὃν οὔτε εἰ- D πεῖν, οὔτε νοῆσαι κατ' ἀξίαν δυνατόν. διὸ καὶ οὗτος, οὐσίας μὲν οὐδαμοῦ τίθησιν ὄνομα· οὐδὲ γὰρ δυνατὸν εἰπεῖν αὐτὸ ὅ, τι ποτέ ἐστι τὴν οὐσίαν ὁ θεός· πανταχοῦ δὲ ἡμῖν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἐνεργειῶν δηλοῖ. τὸν γὰρ λόγον τοῦτον ἴδοι τις ἂν μικρὸν ὕστερον καὶ φῶς λεγόμενον, καὶ τὸ φῶς πάλιν ὀνομαζόμενον ζωήν. [c] οὐ ταύτης δὲ μόνον ἕνεκεν τῆς αἰτίας οὕτως ὠνόμασε αὐτόν· ἀλλὰ πρώτης μὲν ταύτης· δευτέρας δὲ, ἐπειδὴ τὰ τοῦ πατρὸς ἡμῖν ἔμελλεν ἀπαγγέλλειν· πάντα γάρ, φησιν, ὅσα ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρὸς, ἀνήγγειλα ὑμῖν. καλεῖ δὲ αὐτὸν καὶ ζωὴν καὶ φῶς· τὸ γὰρ ἀπὸ τῆς γνώσεως φῶς ἡμῖν ἐχαρίσατο, καὶ τὴν ἐντεῦθεν ζωήν. καὶ ὅλως E οὐκ ἔστιν ὄνομα ἓν ἀρκοῦν, οὐδὲ δύο καὶ τρία, [d] οὐδὲ πλείω διδάξαι τὰ περὶ θεοῦ· ἀλλ' ἀγαπητὸν διὰ πολλῶν γοῦν δυνηθῆναι κἂν ἀμυδρῶς περιδράξασθαι τῶν προσόντων αὐτῷ. οὐχ ἁπλῶς δὲ αὐτὸν λόγον εἴρηκεν, ἀλλὰ μετὰ τῆς τοῦ ἄρθρου προσθήκης, τῶν λοιπῶν αὐτὸν καὶ ταύτῃ χωρίζων. ὁρᾷς ὡς οὐ μάτην ἔλεγον, ὅτι ἀπὸ τῶν οὐρανῶν φθέγγεται ἡμῖν ὁ εὐαγγελι-

a Hic Morel. post παραιτησόμεθα λέγειν, adjicit, οὐ γὰρ ἀμήτορα ταῦτα. Savil. hæc in margine posuit.
b Savil. & quidam alii, προσηγορίᾳ, προαναιρεῖ.

c Post ὀνομαζόμενον ζωὴν, Morel. addit, καὶ τὴν ζωὴν ἀλήθειαν, quæ in margine ponuntur a Savil.
d οὐδὲ πλείω deest in quibusdam mss.

A στῆς ἐστί; ὅρα γοῦν εὐθὺς ἐκ προοιμίων ποῦ τὴν ψυχὴν πτερώσας καὶ τὴν διάνοιαν ἀνήγαγε τῶν ἀκουόντων. πάντων γὰρ τῶν αἰσθητῶν ἀνωτέρω στήσας αὐτὴν, πρὸ γῆς, πρὸ θαλάσσης, πρὸ οὐρανοῦ, καὶ ὑπὲρ τοὺς ἀγγέλους χειραγωγεῖ, καὶ ὑπὲρ ἄνω τῶν Χερουβὶμ καὶ τῶν Σεραφὶμ, καὶ ὑπὲρ τοὺς θρόνους, καὶ ὑπὲρ τὰς ἀρχὰς, καὶ ὑπὲρ τὰς ἐξουσίας, καὶ πάσης ἁπλῶς ἐπέκεινα κτίσεως ὁδοιπορεῖν ἀναπείθει. τί οὖν; ἆρα πρὸς τοσοῦτον [a] ἀναγαγὼν ὕψος, ἐνταῦθα γοῦν ἡμᾶς στῆσαι ἴσχυσεν; οὐδαμῶς· ἀλλ' ὥσπερ εἴ τις τὸν ἑστῶτα παρ' αἰγιαλὸν, καὶ βλέποντα πόλεις, καὶ ἀκτὰς καὶ λιμένας, B ἐπειδὰν εἰς μέσον ἀγάγῃ πελάγους, τῶν μὲν προτέρων ἀπέστησεν, οὐ μὴν ἔστησέ που τὸ ὄμμα αὐτοῦ, ἀλλ' εἰς ἄπειρον ἤγαγε θεωρίαν· οὕτω καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς πάσης ἡμᾶς ἀνωτέρω τῆς κτίσεως ἀγαγὼν, καὶ πρὸς τοὺς ἀνωτέρω ταύτης παραπέμψας αἰῶνας, μετέωρον τὸ ὄμμα ἀφίησιν, οὐ διδοὺς ἐπιλαβέσθαι τινὸς τέλους εἰς τὸ ἄνω, ἐπειδὴ μηδέ ἐστιν. ἀνελθὼν γὰρ εἰς ἀρχὴν ὁ λόγος, ζητεῖ ποίαν ἀρχήν. εἶτα τὸ ἦν εὑρίσκων, ἀεὶ φθάνον αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, οὐκ ἔχει ποῦ στῆσαι τὸν λογισμόν· ἀλλ' ἀτενὲς ἐνορῶν καὶ μηδαμοῦ λῆξαι δυνάμενος, ἀποκάμνων ὑποστρέφει πάλιν ἐπὶ τὰ κάτω. C τὸ γὰρ, ἐν ἀρχῇ ἦν, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἀλλ' ἢ τοῦ εἶναι ἀεὶ δηλωτικὸν, καὶ ἀπείρως εἶναι. εἶδες φιλοσοφίαν ἀληθῆ καὶ δόγματα θεῖα, οὐχ οἷα τῶν Ἑλλήνων, χρόνους τιθέντων, καὶ τοὺς μὲν πρεσβυτέρους, τοὺς δὲ νεωτέρους εἶναι λεγόντων θεούς; ἀλλ' [b] οὐδὲν τοιοῦτον παρ' ἡμῖν. εἰ γὰρ θεός ἐστιν, ὥσπερ οὖν καὶ ἐστὶν, οὐδὲν πρὸ αὐτοῦ· εἰ δημιουργὸς πάντων, πρῶτος αὐτός· εἰ δεσπότης καὶ κύριος ἁπάντων, πάντα μετ' αὐτὸν, καὶ κτίσματα καὶ αἰῶνες. ἐβουλόμην καὶ εἰς ἀγῶνας καθιέναι ἑτέρους, ἀλλ' ἴσως ἀπέκαμεν ἡ διάνοια. D διὸ παραινέσας ἐκεῖνα, ἅπερ ἐστὶν ὑμῖν καὶ πρὸς τὴν τῶν εἰρημένων, καὶ πρὸς τὴν τῶν λεχθησομένων ἀκρόασιν χρήσιμα, πάλιν σιγήσομαι. τίνα δὴ οὖν ταῦτά ἐστιν; οἶδα πολλοὺς ἰλιγγιάσαντας πρὸς τὸ τῶν λεχθέντων μῆκος. τοῦτο δὲ γίνεται, ὅταν ἡ ψυχὴ πολλοῖς φορτίοις βαρύνηται βιωτικοῖς. καθάπερ γὰρ τὸ ὄμμα, ὅταν μὲν καθαρὸν ᾖ καὶ διαυγὲς, ὀξυδερκές τέ ἐστι, καὶ οὐκ ἂν ἀποκάμοι ῥᾳδίως καὶ τὰ λεπτότατα σώματα καταμανθάνον· ἐπειδὰν δὲ χυμοῦ τινος ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐπιρρεύσαντος πονηροῦ, ἢ κάτωθεν λιγνύος καπνώδους ἀνενεχθείσης, πυκνή τις πρὸ τῆς κόρης γένηται νεφέλη, οὐδὲν οὐδὲ τῶν παχυτέρων σαφῶς ἀφίησι συνιδεῖν· E οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς γίνεσθαι πέφυκεν. ὅταν μὲν γὰρ ἐκκεκαθαρμένη τυγχάνῃ, καὶ μηδὲν ἔχῃ πάθος ἐνοχλοῦν, ἀτενὲς ἐνορᾷ πρὸς ἅπερ ἐνορᾷν χρή· ὅταν δὲ πολλοῖς ἐπιθολωθεῖσα πάθεσιν, ἀπολέσῃ [c] τὴν ἑαυτῆς ἀρετὴν, πρὸς οὐδὲν τῶν ὑψηλῶν ἀρκέσαι δύναται ῥᾳδίως· ἀλλὰ ἀποκάμνει ταχέως καὶ ἀναπίπτει, καὶ πρὸς ὕπνον ἀποκλίνασα καὶ ῥᾳθυμίαν, τὰ πρὸς ἀρετὴν καὶ ζωὴν τὴν ἐκ ταύτης αὐτῇ διαφέροντα παραπέμπεται, καὶ οὐ προσίεται μετὰ προθυμίας πολλῆς.

A de cælo loqui? Animadverte enim, quo sublimitatis statim a principio, auditorum mentem & animam evexerit. Postquam enim illam supra omnia quæ sub sensum cadunt, supra terram, mare, cælum evexit, etiam supra Cherubim, Seraphim, Thronos, Principatus, Potestates, supra omnem denique creaturam incedere suasit. Quid igitur? An postquam nos ad tantam sublimitatem deduxit, ibi nos sistere potuit? Nequaquam: sed perinde ac si quis stantem ad littus maris, ac B respicientem urbes, oras, portus; postquam in medium pelagus adduxerit, a prioribus quidem amovit, at aspectui ejus terminos non posuit, sed immensum ipsi spectaculum dedit; sic & Evangelista postquam nos supra omnem creaturam induxit, & ad superiora creaturis sæcula misit; sublimem oculum mentis relinquit, qui nullum finem in supernis attingere possit, eo quod nullus sit. Nam ubi ad principium ascendit ratio, quærit quid sit illud principium. Deinde ubi illud, *erat*, reperit, semper ulterius mente procedens, ubi cogitationem sistat non habet: sed intente respiciens, cum terminum non reperiat, defessus rursum ad C inferiora descendit. Illud enim, *in principio erat*, nihil aliud significat, quam quod semper fuerit, & æternus sit. Viden' veram philosophiam, & divina dogmata, non qualia Græcorum, qui tempora constituunt, & deos alios seniores, alios juniores dicunt? At nihil apud nos simile. Si enim Deus est, ut revera est, nihil est ante illum; si creator omnium, ipse primus est; si dominus & dominator omnium, omnia post ipsum sunt, & opificia, & sæcula. Volebam in alia certamina descendere, sed fortasse fatiscit vobis D animus. Quare post quædam monita, quæ vobis ad dictorum & dicendorum captum erunt utilia, finem dicendi faciam. Quænam igitur ea sunt? Scio multos dictorum longitudinem fastidire. Hoc vero tunc fit, cum anima multis sæcularibus curis sarcinisque obruitur. Sicut enim visus, dum purus lucidusque est, acute videt, neque laborat cum vel tenuissima corpora perspicit: quando autem de capite malus humor aliquis defluit, vel densa quædam nebula, ex in- E fimis partibus ascendens, ante pupillam sistitur, ne crassiora quidem clare perspicere potest; sic & in anima contingit. Cum enim expurgata, nullo animi morbo turbatur, acute intuetur ea quæ videre opus est; cum porro multis fœdata affectibus, virtutem pristinam amiserit, non facile potest sublimia attingere: sed statim fatiscit & decidit, & ad somnum ignaviamque declinat, atque ea, quæ ad virtutem & vitam probam pertinent prætermittit: neque illa diligenter adit.

Vera philosophia quæ.

a Alii, ἀνάγων ὕψος. Ibid. Savil. & alii, ἐνταῦθα γοῦν ἡμᾶς. Morel. ἐνταῦθα δή.

b Alii, οὐδὲν τούτων.

c Savil. & quidam alii, τῆς αὐτῆς.

5. Quod ne vobis accidat; neque enim hæc dicendi finem faciam; vestrum roborate animum, ut ne eadem audiatis, quæ fidelibus Hebræis a Paulo dicta sunt. Nam illis grandem dicit esse sermonem & interpretatu difficilem: non quod natura sua talis esset, sed quia, inquit, *imbecilles facti estis ad audiendum.* Nam qui imbecillus est & infirmus, perinde brevi atque longa oratione turbatur, & quæ clara expeditaque sunt, captu difficilia arbitratur. Verum nullus hic talis esto; sed omni depulsa sæculi cura, quisque hanc doctrinam audiat. Cum enim auditor pecuniarum cupiditate tenetur, non potest certe cupide audire; neque enim potest anima una multis sufficere cupiditatibus; sed alia aliam cupiditatem pellit, & discissa anima infirmior evadit; dum altera prævalens cupiditas, totum ad se trahit: Quod etiam in liberis contingere solet. Nam cum unum tantum quis habet, eum supra modum amat; cum multos, divisus amor minor ad singulos efficitur. Quod si ubi illa vis & ceu tyrannis est, atque ejusdem generis sunt ii qui diliguntur, ita contingit; quid dixerimus de amore qui ex voluntate & affectu prodit, maxime vero cum amores illi sese mutuo impugnant? Contrarius enim est pecuniarum amor doctrinæ hujus amori. In cælum intramus cum huc ingredimur. Non de loco, sed de affectu loquor: potest enim qui in terra degit, in cælo stare, & cælestia cogitare, imo audire. Nemo igitur in cælum terrena inducat: nemo dum hic versatur, de re domestica solicitus sit. Oporteret enim lucra hinc hausta domum & in forum deferri, non autem Ecclesiam domesticis & forensibus sarcinis gravari. Ideo namque ad doctrinæ thronum ingredimur, ut hinc externas illas sordes deponamus. Quod si debeamus hoc tantillum otii externis illis & gestis labefactare, melius esset ab ingressu prorsus abstinuisse. Nemo igitur in Ecclesia res domesticas animo verset; sed domi res Ecclesiæ cogitet. Hæc cæteris omnibus nobis sint pretiosiora: hæc enim ad animam, illa ad corpus pertinent; imo quæ hic dicuntur & corpori & animæ competunt. Ideo hæc quasi præcipua tractentur, alia omnia perfunctorie. Hæc quippe & futuræ & præsentis vitæ sunt; illa ad neutram pertinent, nisi secundum legem de his positam tractentur. Non enim solum qui post hæc futuri simus, & quomodo illic vivemus, hic ediscimus; sed etiam qua ratione hic nobis sit vivendum. Nam medicamentorum officina spiritualis domus hæc est; ut quæ vulnera foris accepimus, hic curemus; non autem ut hic aliis acceptis vulneribus recedamus. Nam si Spiritui

Hebr. 5. 11.

Anima una non potest multis sufficere cupiditatibus.

A Ὅπερ ἵνα μὴ καὶ ὑμεῖς πάθητε· οὐ γὰρ παύσομαι ταῦτα ἀεὶ προφαίνων· ἐπιῤῥώσατε ὑμῶν τὴν διάνοιαν, ἵνα μὴ τὰ αὐτὰ ἀκούσητε, ἅπερ οἱ πιστοὶ τῶν Ἑβραίων παρὰ Παύλου. καὶ γὰρ ἐκείνοις πολὺν ἔφησε τὸν λόγον γεγενῆσθαι, καὶ δυσερμήνευτον· οὐκ ἐπειδὴ φύσει τοιοῦτος ἦν, ἀλλ' ἐπειδή, φησιν, ὑμεῖς νωθροὶ γεγόνατε ταῖς ἀκοαῖς. ὁ γὰρ ἀσθενὴς καὶ ἄῤῥωστος, καὶ ὑπὸ τῆς βραχυλογίας ὡς ὑπὸ μακρηγορίας παρενοχλεῖσθαι πέφυκε, καὶ τὰ σαφῆ καὶ τὰ εὐδιάχυτα δυσκατάληπτα εἶναι νομίζει. ἀλλὰ μηδεὶς ἔστω ἐνταῦθα τοιοῦτος, ἀλλὰ πᾶσαν ἀπελάσας φροντίδα βιωτικὴν, οὕτω τούτων ἀκουέτω τῶν δογμάτων. ὅταν γὰρ ἐπιθυμία χρημάτων
B κατέχῃ τὸν ἀκροατὴν, οὐκ ἂν δύναιτο καὶ ἐπιθυμία καταχεῖν ἀκροάσεως ὁμοίως, ἐπειδὴ μηδὲ ἀρκεῖ πολλαῖς ἐπιθυμίαις μία τυγχάνουσα ἡ ψυχή· ἀλλ' ἡ ἑτέρα τῇ ἑτέρᾳ λυμαίνεται, καὶ σχιζομένη ἀσθενεστέρα γίνεται, ἐπικρατούσης τῆς ἑτέρας καὶ τὸ πᾶν εἰς ἑαυτὴν δαπανώσης. τοῦτο καὶ ἐπὶ παίδων συμβαίνειν εἴωθεν. ὅταν μὲν γὰρ ἕνα τις ἔχῃ μόνον, μεθ' ὑπερβολῆς ἀγαπᾷ τὸν ἕνα· ὅταν δὲ πολλῶν γένηται παίδων πατὴρ, καὶ τὰ τῆς διαθέσεως διαιρεθέντα ἀσθενέστερα γίνεται. εἰ δὲ ἔνθα φυσικὴ τυραννὶς καὶ δύναμις καὶ συγγενῆ τὰ φιλούμενα τοῦτο συμβαίνει· τί ἂν εἴποιμεν ἐπὶ τῆς κατὰ προαίρεσιν ἐπιθυ-
C μίας καὶ διαθέσεως, καὶ μάλιστα ὅταν οἱ ἔρωτες οὗτοι ἀπ' ἐναντίας ἀλλήλοις διαχέωνται; ἐναντίον γὰρ χρημάτων ἔρως ἔρωτι ἀκροάσεως τοιαύτης. εἰς τὸν οὐρανὸν εἴσιμεν εἰσιόντες ἐνθάδε. οὐ τῷ τόπῳ λέγω, ἀλλὰ τῇ διαθέσει· ἔνεστι γὰρ καὶ ἐπὶ γῆς ὄντα ἑστάναι ἐν οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐκεῖ φαντάζεσθαι, καὶ τὰ ἐκεῖθεν ἀκούειν. μηδεὶς οὖν τῷ οὐρανῷ τὰ τῆς γῆς ἐπεισαγέτω· μηδεὶς ἐνταῦθα ἑστὼς, τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν μεριμνάτω. τὴν γὰρ οἰκίαν καὶ τὴν ἀγορὰν ἔδει τὰ ἐντεῦθεν περιφέρειν κέρδη καὶ ἔχειν, οὐ ταύτην τοῖς ἐκ τῆς οἰκίας καὶ τῆς ἀγορᾶς φορτίοις βαρύνεσθαι. διὰ ταῦτα εἴσιμεν παρὰ τὸν τῆς διδασκα-
D λίας [a] θρόνον, ἵνα ἐντεῦθεν τὸν ἔξωθεν ἀποῤῥυψώμεθα ῥύπον· ἂν δὲ μέλλωμεν καὶ τῇ μικρᾷ ταύτῃ σχολῇ ἀπὸ τῶν [b] ἔξω λεγομένων ἢ πραττομένων λυμαίνεσθαι, βέλτιον μηδὲ εἰσελθεῖν τὴν ἀρχήν. μηδεὶς τοιγαροῦν ἐν ἐκκλησίᾳ τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν μελετάτω, ἀλλὰ καὶ ἐν οἰκίᾳ τὰ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν κινείτω· πάντων ἡμῖν ἔστω ταῦτα τιμιώτερα. τῆς γὰρ ψυχῆς ταῦτά ἐστι· τοῦ σώματος δὲ ἐκεῖνα. μᾶλλον δὲ καὶ σώματι καὶ ψυχῇ τὰ ἐνταῦθα λεγόμενα διαφέρει. διὰ τοῦτο ταῦτα μὲν ἔστω προηγούμενα ἔργα· πάρεργα δὲ ἅπαντα τὰ ἄλλα. ταῦτα μὲν γὰρ καὶ τῆς μελλούσης καὶ τῆς παρούσης ἐστὶ ζωῆς·
E ἐκεῖνα δὲ οὐδὲ ἑτέρας, ἐὰν μὴ κατὰ τὸν ὑπὲρ τούτων τεθέντα διοικῆται νόμον. οὐ γὰρ δὴ μόνον τί μετὰ ταῦτα ἐσόμεθα, καὶ πῶς τότε ζησόμεθα, ἐντεῦθέν ἐστι μαθεῖν μόνον· ἀλλὰ πῶς καὶ τὸν παρόντα οἰκονομήσομεν βίον. ἰατρεῖον γὰρ ὁ οἶκος [c] οὗτός ἐστι πνευματικόν· ἵνα ἅπερ ἂν λάβωμεν ἔξωθεν τραύματα, ἐντεῦθεν θεραπεύσωμεν· οὐχ ἵνα καὶ ἐντεῦθεν συλλέξαντες ἕτερα οὕτως ἀπίωμεν. ἂν γὰρ τῷ

a θρόνον. Savil. malo χορόν, *ut aptius huic loco*: mss. omnes θρόνον habent. Ibid. Savil. & Morel. ἀποῤῥυψώμεθα, Manuscripti multi ἀπο[illegible]ψώμεθα, unus ἀποῤῥιψώμεθα, alius, ἀπονιψώμεθα. Hæ omnes lectiones ferri possunt.
b ἔξω, quidam ἔξωθεν.
c Savil. οὗτός ἐστι, & paulopost ἐνταῦθα pro ἐντεῦθεν.

πνεύματος ἡμῖν τοῦ ἁγίου διαλεγομένου μὴ προσέχωμεν, οὐ μόνον [a] τὰ πρότερα οὐκ ἀπολυσόμεθα, ἀλλὰ καὶ ἕτερα προσληψόμεθα. προσέχωμεν τοίνυν τῷ βιβλίῳ μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς ἡμῖν ἀνακαλυπτομένῳ. οὐδὲ γὰρ πολλῆς δεησόμεθα λοιπὸν πραγματείας, ἂν τὰς ἀρχὰς καὶ ὑποθέσεις μετὰ ἀκριβείας μάθωμεν· ἀλλὰ μικρὸν ἐν προοιμίοις πονέσαντες, δυνησόμεθα τοῦ λοιποῦ κατὰ Παῦλον καὶ ἄλλους νουθετεῖν. σφόδρα γάρ ἐστιν ὑψηλὸς ὁ ἀπόστολος οὗτος, καὶ πολλῶν γέμει δογμάτων, καὶ τούτοις ἐνδιατρίβει μᾶλλον ἢ ἑτέροις. μὴ δὴ παρέργως ἀκούωμεν. διὰ τοῦτο γὰρ ἡμεῖς καὶ κατὰ μικρὸν ἐξηγούμεθα, ὥστε ὑμῖν εὔληπτα πάντα γενέσθαι καὶ μὴ διαφυγεῖν τὴν μνήμην. φοβηθῶμεν τοίνυν μήποτε γενώμεθα τῆς φωνῆς ἐκείνης ὑπεύθυνοι, τῆς λεγούσης· εἰ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον. τί γὰρ ἕξωμεν τῶν οὐκ ἀκηκοότων πλέον, ὅταν καὶ μετὰ τὴν ἀκρόασιν μηδὲν οἴκαδε ἀπέλθωμεν ἔχοντες, ἀλλὰ θαυμάζοντες τὰ εἰρημένα μόνον; δότε τοίνυν ἡμῖν, εἰς ἀγαθὴν σπεῖραι γῆν· δότε, ἵνα ἡμᾶς ἐπισπάσησθε μειζόνως. καὶ εἴ τις ἀκάνθας ἔχει, τὸ πῦρ ἐπαφιέτω τοῦ πνεύματος· εἴ τις σκληρὰν καὶ ἀντίτυπον καρδίαν, λιπαρὰν ποιείτω αὐτὴν καὶ ἁπαλὴν τῷ αὐτῷ [b] χρώμενος πυρί. εἴ τις κατὰ τὰς ὁδοὺς ὑπὸ πάντων πατεῖται τῶν λογισμῶν, πρὸς τὰ ἐνδότερα εἰσίτω, καὶ μὴ προκείσθω τοῖς βουλομένοις εἰς ἁρπαγὴν ἐπιέναι, ἵνα κομῶντα ὑμῶν ἴδωμεν τὰ λήϊα. καὶ γὰρ ἂν οὕτως ἑαυτῶν ἐπιμελώμεθα, καὶ μετὰ φιλοπονίας τῆς ἀκροάσεως ἐχώμεθα ταύτης τῆς πνευματικῆς, εἰ καὶ μὴ ἀθρόον, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν πάντων γοῦν ἀπαλλαγησόμεθα τῶν βιωτικῶν. διὸ προσέχωμεν, ἵνα μὴ καὶ περὶ ἡμῶν λέγηται· ὅτι ἀσπίδος κωφῆς [c] τὰ ὦτα αὐτῶν. τί θηρίου διενήνοχεν ὁ τοιοῦτος ἀκροατής, εἰπέ μοι; πῶς δὲ οὐκ ἂν εἴη πάντος ἀλογώτερος ἀλόγου, ὁ θεοῦ διαλεγομένου μὴ προσέχων; εἰ γὰρ τὸ [d] εὐαρεστεῖν τῷ θεῷ, τοῦτό ἐστιν ἄνθρωπον εἶναι· ὁ μηδὲ, ὅπως τοῦτο κατορθώσειεν, ἀκοῦσαι θέλων, οὐδὲν ἕτερον ἢ θηρίον ἐστίν. ἐννόησον οὖν ὅσον ἂν εἴη κακὸν, τοῦ Χριστοῦ θέλοντος ἡμᾶς ἐξ ἀνθρώπων ἰσαγγέλους ποιεῖν, αὐτοὺς ἐξ ἀνθρώπων εἰς θηρία [e] μεταποιεῖν. τὸ γὰρ τῇ γαστρὶ δουλεύειν, καὶ τῇ τῶν χρημάτων ἐπιθυμίᾳ κατέχεσθαι, καὶ ὀργίζεσθαι καὶ δάκνειν καὶ λακτίζειν, οὐκ ἀνθρώπων, ἀλλὰ θηρίων ἐστί. καίτοι τὰ μὲν θηρία, ἓν ἕκαστον, ὡς εἰπεῖν, ἔχει πάθος, καὶ τοῦτο κατὰ φύσιν. ὁ δὲ ἄνθρωπος ὁ τοῦ λογισμοῦ τὴν ἀρχὴν ἐκβαλὼν καὶ τῆς κατὰ θεὸν πολιτείας ἀπορραγεὶς, πᾶσιν ἑαυτὸν ἐπιτρέπει τοῖς πάθεσι· καὶ οὐκ ἔτι θηρίον γίνεται μόνον, ἀλλὰ τέρας πολύμορφόν τι καὶ ποικίλον, καὶ οὐδὲ τὴν ἀπὸ τῆς φύσεως συγγνώμην ἔχει. προαιρέσεως γὰρ καὶ γνώμης ἡ κακία πᾶσα. ἀλλὰ μὴ γένοιτό ποτε ταῦτα περὶ τῆς ἐκκλησίας ὑποπτεῦσαι τοῦ Χριστοῦ. πεπείσμεθα γὰρ περὶ ὑμῶν τὰ κρείττονα καὶ ἐχόμενα σωτηρίας· ἀλλ' ὅσῳ πεπείσμεθα, τοσούτῳ τῶν προφυλακτικῶν

A sancto nos alloquenti non animum adhibeamus, non modo priora peccata non abluemus, sed etiam alia admittemus. Huic igitur libro nobis per revelationem tradito magna cum diligentia attendamus. Non enim multo postea studio egebimus, si principia & argumenta didicerimus: sed si tantillum initio laboris susceperimus, alios deinde secundum Paulum monere poterimus. Hic namque Apostolus admodum sublimis est, multisque plenus dogmatibus, in quibus magis versatur, quam in aliis. Ne, quæso, perfunctorie audiamus. Ideo enim nos paulatim hæc explicamus, ut vobis ca-

Liber Joannis quanta cum attentione legendus.

B ptu facilia omnia sint, nec ex memoria effluant. Timeamus ergo, ne ex sententia illa culpandi simus, qua dicit: *Si non venissem, & loquutus fuissem eis, peccatum non haberent.* Quid plus habebimus, quam ii qui nihil audierant, quando post concionem nihil domum referemus, sed verba tantum mirati fuerimus? Date nobis igitur, ut in bonam terram semen jaciamus: date, ut nos magis attrahatis. Et si quis spinas habeat, ignem Spiritus injiciat: si quis cor durum & contumax, eodem igne molle illud & tractabile reddat. Si quis per viam a turba cogitationum invadatur, interiora petat, nec attendat iis quæ ad rapiendum intrare

Joan. 15. 22.

C vellent; ut comantes segetes vestras videamus. Nam si eam de nobis curam exhibeamus, & si magno studio spirituali concioni attendamus; si non confestim, saltem paulatim a sæcularibus omnibus rebus nos expediemus. Ideo animum adhibeamus, ne de nobis dicatur: *aspidis surdæ aures eorum.* Qua in re, quæso, a fera differt hujusmodi auditor? Quomodo non sit irrationabili quovis irrationabilior, qui Deo loquente non attendit? Nam si placere Deo, illud est homo esse; qui ut hoc adipiscatur audire non vult, nihil aliud, quam fera esse dica-

Ps. 55. 5.

D tur. Cogita ergo quantum sit malum, cum Christus nos velit ex hominibus Angelis æquales facere, si nos ex hominibus in feras transmutemus. Nam ventri servire, pecuniarum cupiditate teneri, irasci, mordere, calcitrare, non hominum, sed ferarum est. Atqui feræ singulæ suum habent affectum, idque secundum naturam: at homo qui principium cogitationum, & vitam secundum Deum instituendam abjecit, omnibus sese animi morbis

E addicit; nec modo fera efficitur, sed & multiforme monstrum, neque secundum naturam veniam meretur. Nequitia quippe omnis ex arbitrio & voluntate est. Sed absit ut hoc unquam de Ecclesia Christi suspicemur: de vobis enim meliora, quæque ad salutem ducant, sentimus. Verum quanto magis hoc ita esse confidimus, tanto majorem cau-

Nequitia ex arbitrio & voluntate.

a Quidam habent. τὰ πρότερα.
b Sic Savil. & omnes pene mss. Morel. vero χρώμενος πάλιν πυρί.
c Savil. & quidam mss. τὰ ὦτα ἡμῶν. Morel. & alii τὰ ὦτα αὐτῶν.
d Quidam, εὐχαριστεῖν.
e Savil. & quidam mss. μεταπείθειν, Morel. & alii μεταποιεῖν.

telam in concionibus adhibere non cessabimus; ut postquam ad ipsum virtutum culmen pervenerimus, nobis promissa bona consequamur: quæ utinam adipiscamur, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem & cum quo Patri gloria, simulque Spiritui sancto in sæcula sæculorum, amen.

A a οὐδὲν ἧττον ἀποστησόμεθα λόγων· ἵνα πρὸς αὐτὴν a ἀνελθόντες τὴν κορυφὴν τῆς ἀρετῆς, τύχωμεν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

HOMILIA III.

In principio erat Verbum.

1. SUPERVACANEUM jam esset vos de attentione concioni adhibenda monere; tam cito nempe admonitionis fructum re & opere exhibuistis. Concursus enim, diligens attentio, præpropera cum impulsu festinatio ad interiorem occupandum locum, unde facilius vocem nostram audire possitis; perseverantia, qua vel in angustia positi recedere non vultis, donec spirituale theatrum solutum fuerit; plausus, strepitus, cæteraque similia, & fervorem animi & intentam concioni mentem indicant. Quapropter superfluum esset hac de re monere; sed illud dicere & monere operæ precium fuerit, ut hoc animo esse perseveretis: nec modo hic idem studium exhibeatis; sed etiam domi vir uxorem, pater filium de his alloquantur; sua hi dicant, & paria ab illis exigant, omnesques hoc mutuum pignus in medium afferant. Ne quis mihi dixerit, pueros in hoc occupari non oportere; opus esset enim non modo his incumbere, sed hanc solam habere curam. Attamen infirmitatis vestræ causa, id non dico, neque pueros ab externo illo studio avoco; ut neque vos a civilibus negotiis. Verum ex septem his diebus, unum rogo communi Domino nostro consecratis. Annon absurdum fuerit, si cum servos nostros obsequia sua nobis semper præstare jubeamus, nos ne minimum quidem otii nostri Deo addicamus; præsertim cum hæc servitus Deo nihil conferat: Deus enim nulla re eget; sed ad nostram redundet utilitatem? Verum cum ad theatra filios adducitis, neque disciplinas, neque aliud quidpiam obtenditis; si vero quidpiam spiritualis lucri sit colligendum, vacationem illud esse dicitis. Et quomodo iram Dei non provocabitis, dum cæteris omnibus suo tempore operam dantes, divinis operam dare, molestum & importunum filiis existimatis? Ne ita, ne ita, fratres mei, agatis. Etenim hæc maxime ætas ista eget disciplina: tenera enim cum sit, cito illa quæ

ΟΜΙΛΙΑ γ'.

Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος.

B ΠΡΟΣΟΧΗΣ μὲν ἕνεκεν τῆς περὶ τὴν ἀκρόασιν περιττὸν λοιπὸν ὑμῖν παραινεῖν· οὕτω ταχέως τὴν παραίνεσιν ἐπὶ τῶν ἔργων ἐδείξατε. ἥ τε γὰρ συνδρομὴ, τό τε ἀτενὲς τῆς στάσεως, καὶ τὸ συνωθοῦντας ἀλλήλους, τὸν ἐνδοτέρω τόπον ἐπείγεσθαι καταλαβεῖν, καὶ ὅθεν ἂν εὐσημοτέρα γένοιτο ὑμῖν ἡ παρ' ἡμῶν φωνή· καὶ τὸ πιεζομένους μὴ θέλειν ἀναχωρεῖν ἕως ἂν τὸ πνευματικὸν τοῦτο διαλυθῇ θέατρον· καὶ οἱ κρότοι, καὶ οἱ θόρυβοι, καὶ πάντα ἁπλῶς τὰ τοιαῦτα, b τεκμήριον τῆς ἐν τῇ ψυχῇ θερμότητος ἂν εἴη καὶ τῆς φιληκοΐας ὑμῶν. διὸ καὶ b
C περιττὸν περὶ τούτου παρεγγυᾶν· ἐκεῖνο μέν τοι εἰπεῖν καὶ παρακαλέσαι ἀναγκαῖον ἡμῖν, ὥστε μεῖναι ταύτην ἔχοντας τὴν σπουδήν· καὶ μὴ μόνον ἐνταῦθα αὐτὴν ἐπιδείκνυσθαι, ἀλλὰ καὶ οἴκοι γινομένους, τὸν ἄνδρα πρὸς τὴν γυναῖκα, τὸν πατέρα πρὸς τὸν παῖδα, περὶ τούτων διαλέγεσθαι· καὶ λέγειν μὲν τὰ παρ' αὐτῶν, ἀπαιτεῖν δὲ τὰ παρ' ἐκείνων, καὶ τὸν καλὸν τοῦτον εἰσφέρειν ἅπαντας ἔρανον. μὴ γάρ μοι λεγέτω τις, ὅτι τὰ παιδία πρὸς ταῦτα ἡμῖν ἀπησχολῆσθαι οὐ χρή. ἐχρῆν μὲν γὰρ οὐ μόνον ἀπησχολῆσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐν τούτοις μόνοις ἔχειν τὴν σπουδήν.
D πλὴν ἀλλὰ διὰ τὴν ἀσθένειαν ὑμῶν οὐ λέγω τοῦτο, οὐδὲ αὐτὰ τῆς ἔξωθεν c ἀπάγω σχολῆς· ὥσπερ οὐδὲ c ὑμᾶς τῶν πολιτικῶν ἀφέλκω πραγμάτων. ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἑπτὰ τούτων ἡμερῶν, μίαν ἀξιῶ τῷ κοινῷ πάντων ἡμῶν ἀναθεῖναι δεσπότῃ. πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, τοὺς μὲν οἰκέτας ἡμῖν κελεύειν ἅπαντα δουλεύειν τὸν χρόνον· ἡμᾶς δὲ μηδὲ τὴν ἐλάττω σχολὴν ἀπονέμειν τῷ θεῷ, καὶ ταῦτα τῆς δουλείας ἁπάσης ἐκείνῳ μὲν οὐδὲν προστιθείσης· ἀνενδεὲς γὰρ τὸ θεῖον· εἰς τὸ συμφέρον δὲ περιϊσταμένης ἡμῖν; d ἀλλ' εἰς θέατρα μὲν αὐτοὺς ἄγοντες, d
E οὔτε μαθήματα, οὔτε ἄλλο τι τῶν τοιούτων προβάλλεσθε· ἂν δέ τι τῶν πνευματικῶν κερδᾶναι δέοι καὶ συναγαγεῖν, ἀσχολίαν τὸ πρᾶγμα ὀνομάζετε. καὶ πῶς οὐ παροξυνεῖτε τὸν θεὸν, πᾶσι μὲν τοῖς ἄλλοις σχολάζοντες καὶ καιρὸν ἀπονέμοντες, τὸ δὲ τὰ αὐτοῦ μεταχειρίζειν, ὀχληρὸν καὶ οὐκ εὔκαιρον εἶναι νομίζοντες τοῖς παισίν; μὴ ταῦτα, μὴ, ἀδελφοί. καὶ γὰρ αὕτη μάλιστα ἡ ἡλικία τούτων δεῖται τῶν ἀκουσμάτων. ἁπαλὴ γὰρ οὖσα, ταχέως

a Savil. οὐδὲν ἧττον. *Alterutrum παρέλκει & delendum: ambo mihi stare non posse videntur: nam οὐδὲν ἧττον simul juncta, affirmantis sunt: quod hic non quadrat.* Mihi secus videtur & locum bene habere puto. Clara sunt omnia, etsi ad Latinum usum non satis accommodata.

b Morel. & quidam mss. τεκμήριον. Savil. & alii, τεκμήρια.

c Alii, ἀπάγω σπουδῆς.

d Alii, νῦν δὲ εἰς θέατρα.

ἐναποτίθεται

A ἐναποτίθεται τὰ λεγόμενα, [a] καθάπερ τινὸς σφραγῖδος τῆς ἀκροάσεως ἐν κηρῷ τῇ διανοίᾳ τῇ τούτων ἐντυπουμένης. ἄλλως τε καὶ ὁ βίος αὐτοῖς τότε ἀρχὴν ἔχει πρὸς κακίαν ἀποκλῖναι ἢ ἀρετήν. ἂν οὖν τις αὐτοὺς ἀπ' αὐτῶν τῶν ἀρχῶν καὶ τῶν προθύρων ἀπαγάγῃ μὲν τῆς πονηρίας, χειραγωγήσῃ δὲ πρὸς τὴν ἀρίστην ὁδὸν, ὥσπερ εἰς ἕξιν τινὰ καὶ φύσιν αὐτοὺς καταστήσει λοιπόν. καὶ οὐδὲ ἑκόντες μεταβαλοῦνται ῥᾳδίως πρὸς τὸ χεῖρον, τῆς συνηθείας ταύτης ἑλκούσης αὐτοὺς πρὸς τὴν τῶν ἀγαθῶν ἐργασίαν. οὕτως ἡμῖν τῶν γεγηρακότων αἰδεσιμώτεροι γενήσονται, καὶ τοῖς πολιτικοῖς χρησιμώτεροι πράγμασιν, ἐν νεότητι τὰ τῶν πρεσβυτέρων ἐπιδεικνύ- B μενοι. οὐ γάρ ἐστιν, ὥσπερ ἔφθην εἰπὼν, τοιαύτης ἀπολαύοντας ἀκροάσεως, καὶ ἀποστόλῳ τοιούτῳ συγγινομένους, μὴ μέγα τι καὶ γενναῖον ἀγαθὸν λαβόντας ἀπελθεῖν, κἂν ἀνὴρ, κἂν γυνὴ, κἂν νέος ὁ ταύτης μετέχων τῆς τραπέζης ᾖ. εἰ γὰρ τὰ θηρία [b] τῷ παρ' ἡμῶν λόγῳ ῥυθμίζοντες ἡμεροῦμεν, πόσῳ μᾶλλον τῇ πνευματικῇ ταύτῃ διδασκαλίᾳ τοὺς ἄνδρας τοῦτο ἐργασόμεθα, ὅταν καὶ τοῦ φαρμάκου καὶ τῶν θεραπευομένων πολὺ τὸ μέσον ᾖ; οὔτε γὰρ ἡ ἐν ἡμῖν ἀγριότης τοσαύτη, ὅση ἡ ἐν ἐκείνοις· ἡ μὲν γὰρ φύσεως, ἡ δὲ προαιρέσεώς ἐστιν. οὔτε τῶν λόγων ἡ ἰσχὺς ἡ αὐτή· C ἐκείνη μὲν γὰρ ἀνθρωπίνης ἐστὶ διανοίας, αὕτη δὲ τῆς τοῦ πνεύματος δυνάμεως καὶ τῆς χάριτος. ὁ τοίνυν ἀπογινώσκων ἑαυτοῦ, τὰ θηρία ἐννοείτω τὰ ἥμερα, καὶ οὐδέποτε τοῦτο πείσεται· συνεχῶς παρὰ τοῦτο ἴτω τὸ ἰατρεῖον, τῶν τοῦ πνεύματος ἀκουέτω νόμων διὰ παντὸς τοῦ καιροῦ, καὶ οἴκαδε ἀπελθὼν ἀπογραφέτω τὰ ἀκουσθέντα τῇ διανοίᾳ· καὶ οὕτως ἔσται ἐν ἐλπίσι χρησταῖς καὶ ἀσφαλείᾳ πολλῇ, τῇ πείρᾳ τῆς προκοπῆς αἰσθανόμενος. ὅταν γὰρ ὁ διάβολος ἴδῃ τοῦ θεοῦ τὸν νόμον ἐγγραφέντα τῇ ψυχῇ, καὶ πλάκας αὐτοῦ γενομένην τὴν καρδίαν, οὐ προσελεύσεται λοιπόν. ἔνθα γὰρ ἂν ᾖ γράμματα βασιλικὰ, οὐκ ἐν στήλῃ χαραχθέντα χαλκῇ, ἀλλ' ἐπὶ θεοφιλοῦς διανοίας ἁγίῳ D πνεύματι τυπωθέντα, καὶ πολλῆς ἀποστίλβοντα τῆς χάριτος· οὐδὲ ἀντιβλέψαι ἐκεῖνος δυνήσεται, ἀλλὰ πόῤῥωθεν ἡμῖν δώσει τὰ νῶτα. οὐδὲν γὰρ οὕτω φοβερὸν ἐκείνῳ καὶ τοῖς παρ' ἐκείνου [c] ὑποτιθεμένοις λογισμοῖς, ὡς διάνοια τὰ θεῖα μελετῶσα, καὶ ψυχὴ ταύτῃ διαπαντὸς ἐγκειμένη τῇ πηγῇ. τὴν γὰρ τοιαύτην οὐ λυπῆσαί τι τῶν παρόντων δυνήσεται, κἂν ἀηδὲς ᾖ, οὐ φυσῆσαι καὶ ἐπᾶραι, [d] κἂν αἴσιον ᾖ· ἀλλ' ἐν τοσούτῳ χειμῶνι καὶ ζάλῃ, γαλήνης ἀπολαύσεται πολλῆς.

E Οὐ γὰρ παρὰ τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν ὁ θόρυβος ἡμῖν ἐγγίνεται, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς διανοίας τῆς ἡμετέρας. ἐπεὶ εἰ παρὰ τὰ συμβαίνοντα τοῦτο ἐπάσχομεν, πάντας ἀνθρώπους ταράττεσθαι ἔδει. πάντες γὰρ τὴν αὐτὴν πλέομεν θάλατταν· καὶ κυμάτων καὶ ἅλμης ἐκτὸς εἶναι ἀμήχανον. εἰ δέ εἰσιν, οἳ τοῦ

A dicuntur imbibit, doctrinaque ibi ceu sigillum in cera imprimitur. Alioquin autem hac primæva ætate vel ad vitium vel ad virtutem declinatur. Si quis igitur a principio & quasi a vestibulo illos a vitiis abduxerit, & ad optimam viam direxerit, ceu in quemdam habitum & rectam vitæ rationem eos constituet: neque sponte sua facile ad malum declinabunt, consuetudine illos ad bona opera trahente. Ita nobis vel ipsis senibus venerabiliores erunt, & urbanis negotiis gerendis aptiores, dum in juventute senilem ætatem exprimerent. Neque enim B fieri potest, ut jam dixi, ut qui hujusmodi concione fruuntur, & tantum Apostolum frequentant, non ingens quodpiam bonum secum referant; sive tandem vir, sive mulier, sive juvenis sit is qui hujus mensæ particeps efficitur. Nam si feras verbo domitas cicuramus, quanto magis homines hac spirituali doctrina ad frugem deducemus; cum inter medicinam & eum qui curatur tantum sit discrimen? Neque enim tanta nobis inest feritas, quanta belluis: nam hæc ex natura, illa ex arbitrio proficiscitur. Neque verborum eadem vis est; illa enim ex hu- C mana mente prodit, hæc ex Spiritus virtute & gratia. Si quis igitur de se desperet, mansuetas illas feras cogitet, & nunquam in desperationem incidet: sæpe hanc medicamentorum officinam adeat, divinas leges omni tempore audiat, & domum reversus, quæ audivit in mente describat: sicque in bona spe & securitate constituetur, & experientiâ profectum sentiet. Cum enim diabolus legem Dei in anima descriptam videbit, & tabulas esse cor illius, non accedet ulterius. Ubi enim literæ regiæ, non in æreo cippo sculptæ, sed in religioso animo a Spiritu D sancto efformatæ multa fulgent gratia, nec contra respicere ille poterit, sed procul nobis terga vertet. Nihil enim ita formidabile est & illi & cogitationibus ab illo immissis, ut mens quæ divina meditatur, & huic semper hæret fonti. Hanc nulla rerum præsentium turbabit, quantumvis molesta sit, nulla inflabit & extollet, quantumvis prospera fuerit: sed in tanta procella & tempestate, tranquillitate magna fruetur.

Juvenes quomodo instituendi.

Mens quæ divina meditatur, diabolo formidabilis est.

E 2. Neque enim ex rerum natura turbamur, sed ex animi nostri infirmitate. Nam si ex rebus quæ accidunt turbaremur, omnes homines turbari necesse esset. Omnes enim idem navigamus pelagus, neque fieri potest, ut extra fluctus & tempestates versemur. Quod si

[a] Verborum ordinem sic restituendum putat Savilius, καθάπερ τινὸς σφραγῖδος ἐν κηρῷ, τῆς ἀκροάσεως τῇ διανοίᾳ; sed puto hæc ut in omnibus exemplaribus jacent bene habere. Paulopost Savil. & mss. plurimi, ἀπ' αὐτῶν τῶν θυρῶν. Morel. ἀπ' αὐτῶν τῶν ἀρχῶν τῶν προθύρων. Unus, ἀπ' αὐτῶν τῶν προθύρων ἀπαγάγῃ.

[b] Alii, τῷ παρ' ἡμῖν λόγῳ.

[c] ὑποτιθεμένοις deest in mss. plurimis, & a Savilio in margine positum fuit.

[d] Morel. κἂν ἐξαίσιον ᾖ. Sed Savil. & omnes pene mss. κἂν αἴσιον ᾖ.

quidam extra tempestatem & furibundum mare degant, palam est tempestatem non a negotiis oriri, sed a statu mentis nostræ. Si hanc igitur ita comparemus, ut omnia facile ferat, nulli fluctus, nulla tempestas, sed tranquillitas nobis semper aderit. Verum nescio quo pacto, cum nihil horum dicere in proposito haberem, in tantam admonitionem devenerim. Ignoscite, quæso, longitudinem: etenim vereor, & admodum vereor, ut hoc studium meum felicem exitum habeat; nam si fisus essem, neutiquam vos his de rebus alloquutus essem. Satis certe sunt quæ diximus, ut omnia vobis facilia reddantur. Tempus autem est ut ad rem propositam veniamus, ne vos defessi hæc certamina adeatis. Certamina quippe nobis prostant contra veritatis hostes, contra eos qui nihil non agunt, ut Filii Dei gloriam, imo potius suam dejiciant: illa quippe semper manet ut est, nihil per maledicam linguam imminuta. Illi vero, dum eum, quem se adorare dicunt, prosternere student, vultum suum infamia replent, & animam supplicio addicunt. Quænam ergo dicunt illi, dum nos hæc proferimus?

Hæreticorum de Verbo sententia.

Illud, *In principio erat Verbum*, non æternitatem simpliciter indicare. Nam hoc de cælo etiam & de terra dictum fuit. O impudentiam & impietatem ingentem! De Deo te alloquor, & tu mihi terram & homines terra ortos affers in medium? Ergo quia Christus filius Dei dicitur & Deus, & homo similiter filius Dei & deus prædicatur; nam *ego dixi*, inquit, *dii estis, & filii Excelsi omnes*, cum Unigenito contendes de filiatione, & dices ipsum nihil plus habere, quam tu habeas? Nequaquam, ait. Atqui illud ipsum agis, etsi non dicas. Quomodo? Quia dicis, te per gratiam adoptionem percepisse, ipsumque similiter: cum autem dicis ipsum non natura filium esse, nihil aliud probas, quam per gratiam filium esse. Cæterum videamus ea, quæ nobis afferunt testimonia: *In principio fecit Deus cælum & terram: terra autem erat invisibilis & incomposita*: &, *Erat homo ex Armathaim Sipha*. Hæc ipsis firma videntur: & vere firma sunt, sed ad demonstrandam doctrinæ nostræ veritatem: nam ad illorum blasphemiam comprobandam omnium debilissima sunt. Quid enim, quæso, commune habet illud, *fecit*, cum illo, *erat*? Quid Deus cum homine? Cur ea misces quæ misceri non possunt, cur confundis ea quæ divisa sunt, & quæ sursum, deorsum ponis? Hic enim illud, *erat*, non æternitatem ostendit, si solum spectetur; sed si addatur cum illis, *in principio erat*, &, *Verbum erat*. Quemadmodum ergo illud, *esse*, cum de homine dicitur, præsens tantum indicat tempus;

Ps. 81. 6.

Gen. 1. 1.

1. Reg. 1. 1.

A χειμῶνος ἑστήκασιν ἔξω καὶ τῆς θαλάττης μαινομένης, εὔδηλον ὅτι τὸν χειμῶνα οὐ τὰ πράγματα ποιεῖ, ἀλλ' ἡ κατάστασις τῆς διανοίας τῆς ἡμετέρας. ἂν οὖν αὐτὴν κατασκευάσωμεν οὕτως, ὡς πάντα φέρειν εὐκόλως, οὐκ ἔσται χειμὼν ἡμῖν, οὐδὲ κλυδώνιον, λευκῆς ἀεὶ τῆς γαλήνης οὔσης. ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδα πῶς προθέμενος μηδὲν ὑπὲρ τούτων εἰπεῖν, εἰς τοσοῦτον ταύτης ἐξηνέχθην τῆς παραινέσεως. σύγγνωτε οὖν τῆς μακρηγορίας ἡμῖν. καὶ γὰρ δέδοικα, καὶ σφόδρα δέδοικα, μήποτε ἀσθενεστέρα [a] ἡμῖν αὕτη γένηται ἡ σπουδή· ὡς εἴγε ἐθάρρουν ὑπὲρ αὐτῆς, οὐδὲν ἂν διελέχθην τού-
B των ὑμῖν νῦν· ἱκανὴ γὰρ αὕτη πάντα ὑμῖν ἐξευμαρίσαι τὰ πράγματα. ὥρα δὲ λοιπὸν ἐπὶ τὰ προκείμενα τήμερον ἰέναι, ὥστε μὴ κεκμηκότας ὑμᾶς προσβάλλειν τοῖς ἀγῶσι. ἀγῶνες γὰρ ἡμῖν πρόκεινται πρὸς τοὺς τῆς ἀληθείας ἐχθροὺς, πρὸς τοὺς πάντα μηχανωμένους, ὥστε καθελεῖν τὴν δόξαν τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, μᾶλλον δὲ τὴν ἑαυτῶν. ἡ μὲν γὰρ μένει διαπαντὸς, οἵαπερ ἐστὶν, οὐδὲν παρὰ τῆς βλασφήμου γλώττης ἐλαττουμένη. ἐκεῖνοι δὲ, ὃν φασὶ προσκυνεῖν, καθελεῖν σπουδάζοντες, τὰ πρόσωπα αὐτῶν ἀτιμίας πληροῦσι καὶ κολάσεως τὴν ψυχήν. τίνα οὖν ἐστὶν ἅ φασιν, ἡμῶν ταῦτα λεγόντων,
C ἐκεῖνοι; ὅτι τὸ, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, οὐ τὸ ἀΐδιον δείκνυσιν ἁπλῶς. καὶ γὰρ καὶ περὶ οὐρανοῦ τοῦτο καὶ περὶ γῆς ἐλέχθη. ὢ τῆς ἀναισχυντίας καὶ τῆς ἀνευλαβείας τῆς πολλῆς· περὶ θεοῦ σοι διαλέγομαι· καὶ σύ μοι τὴν γῆν φέρεις εἰς μέσον, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς γῆς ἀνθρώπους; [b] οὐκ οὖν ἐπειδὴ υἱὸς θεοῦ ὁ Χριστὸς λέγεται καὶ θεὸς, καὶ ὁ ἄνθρωπος υἱὸς θεοῦ λέγεται καὶ θεός· ἐγὼ γὰρ εἶπα, θεοί ἐστε, φησὶ, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες· φιλονεικήσεις τῷ μονογενεῖ τῆς υἱότητος, καὶ οὐδὲν φήσεις αὐτὸν ἔχειν κατὰ τοῦτό σου πλέον; οὐδαμῶς, φησί. καὶ μὴν τοῦτο ποιεῖς, κἂν μὴ τῷ λόγῳ λέγῃς. [c] πῶς; ὅτι καὶ σὺ χάριτί φῃς τῆς υἱοθεσίας μετειληφέναι καὶ αὐτὸν
D οὕτω· τὸ δὲ μὴ φύσει λέγειν αὐτὸν υἱὸν, οὐδὲν ἕτερον ἢ χάριτι εἶναι τοῦτο κατασκευάζεις. πλὴν ἀλλ' ἴδωμεν καὶ τὰς μαρτυρίας, ἃς παράγουσιν ἡμῖν· ἐν ἀρχῇ, φησὶν, ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος. καὶ, ἦν ἄνθρωπος ἐξ Αρμαθαὶμ Σιφᾶ. ταῦτά ἐστιν ἃ νομίζουσιν εἶναι ἰσχυρά· καὶ ἔστιν ἰσχυρά· ἀλλ' εἰς τὸ δεῖξαι τὴν παρ' ἡμῶν λεγομένην ὀρθότητα τῶν δογμάτων· πρὸς δὲ τὸ στῆσαι τὴν βλασφημίαν αὐτῶν ἀσθενέστερά πως ἁπάντων. τί γὰρ, εἰπέ μοι, κοινὸν ἔχει πρὸς τὸ, ἐποίησε, τὸ, ἦν; τί δὲ ὁ
E θεὸς πρὸς τὸν ἄνθρωπον; τί τὰ ἄμικτα μιγνύεις, καὶ συγχεῖς τὰ διαιρούμενα, καὶ τὰ ἄνω τὰ κάτω ποιεῖς; ἐνταῦθα γὰρ τὸ, ἦν, οὐ δείκνυσι τὸ ἀΐδιον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ, ἐν ἀρχῇ ἦν, καὶ τὸ, ὁ λόγος ἦν. ὥσπερ οὖν τὸ, ὢν, ὅταν μὲν περὶ ἀνθρώπου λέγηται, τὸν ἐνεστῶτα χρόνον δηλοῖ μόνον·

a ἡμῖν. Savil. suspicatur legendum ὑμῖν, sed omnia exemplaria ἡμῖν habent.
b Hæc brevius efferri posse suspicantur Savil. & Boisius; sed locus, ni fallor, bene habet.
c Alii, πῶς; ὅταν γὰρ καί. Mox alii, μὴ φύσει εἶναι [illegible].

[a] ὅταν δὲ [a] περὶ Θεοῦ, τὸ ἀΐδιον δείκνυσιν· οὕτω καὶ
τὸ, ἦν, περὶ μὲν τῆς ἡμετέρας λεγόμενον φύσεως, τὸν
παρελθόντα σημαίνει χρόνον ἡμῖν, καὶ αὐτὸν τοῦτον πε-
[b] περατωμένον· ὅταν δὲ περὶ Θεοῦ, τὸ ἀΐδιον [b] ἐμφαί-
νει. ἤρκει μὲν οὖν ἀκούσαντα γῆν, καὶ ἀκούσαντα ἄνθρω-
[c] πον, μηδὲν πλέον ὑποπτεῦσαι περὶ αὐτῶν, ὧν [c] τῇ
φύσει τῇ γενητῇ προσῆκε νοεῖν. τὸ γὰρ γινόμενον, ὅ τι ἂν
ᾖ, χρόνῳ ἢ αἰῶνι γέγονεν· ὁ δὲ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, οὐ χρόνων
μόνον, ἀλλὰ καὶ αἰώνων πάντων ἀνώτερος. δημιουργὸς
γὰρ αὐτῶν ἐστι καὶ ποιητής· δι᾽ οὗ γάρ, φησι, καὶ τοὺς
αἰῶνας ἐποίησεν. ὁ δὲ ποιητὴς, πρὸ τῶν ποιημάτων πάν-
τως ἐστίν. ἐπειδὴ δὲ οὕτως ἀναίσθητοί τινες εἰσὶν, ὡς
[d] καὶ μετὰ ταῦτα μεῖζόν τι [d] περὶ αὐτῶν τῆς ἀξίας ὑπο-
νοεῖν, τῷ, ἐποίησε, ῥήματι, καὶ τῷ, ἄνθρωπος ἦν,
προκαταλαμβάνει τὴν διάνοιαν τοῦ ἀκροατοῦ, καὶ πᾶ-
σαν ἀναισχυντίαν ἐκκόπτει. πᾶν γὰρ τὸ ποιηθὲν, καὶ
οὐρανὸς καὶ γῆ, χρόνῳ πεποίηται, καὶ ἀρχὴν ἔχει χρο-
νικήν· καὶ ἄναρχον τούτων οὐδὲν, ἐπειδὴ γέγονεν. ὥστε
ὅταν ἀκούσῃς, ὅτι ἐποίησε τὴν γῆν, καὶ ὅτι ἄνθρωπος
[e] ἦν, [e] περιττὰ λοιπὸν φλυαρεῖς ἀνόνητόν τινα ἐλίττων
λῆρον. ἐγὼ γὰρ καὶ ἑτέραν ὑπερβολὴν εἴποιμι ἄν. ποίαν
δὴ ταύτην; ὅτι εἰ καὶ περὶ τῆς γῆς εἴρητο τὸ, ἐν ἀρχῇ
ἦν ἡ γῆ, καὶ περὶ τοῦ ἀνθρώπου, ὅτι ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ ἄν-
θρωπος, οὐδὲ οὕτως ὑποπτεῦσαί τι μεῖζον περὶ αὐ-
[f] τῶν τῶν νῦν [f] ἐγνωσμένων ἐχρῆν ἡμᾶς. ἡ γὰρ τῆς γῆς
καὶ τοῦ ἀνθρώπου προσηγορία προλαβοῦσα, ὅσα ἂν
περὶ αὐτῶν λέγηται, οὐκ ἀφίησι τὴν διάνοιαν
μεῖζόν τι φαντασθῆναι, περὶ αὐτῶν ὧν νῦν ἴσμεν·
[g] [g] ὥσπερ οὐδὲ ὁ λόγος, κἂν μικρόν τι περὶ αὐτοῦ
λεχθῇ, οὐκ ἀφίησι ταπεινὸν ἐννοῆσαί τι καὶ εὐτε-
λές. ἐπεὶ καὶ προϊών φησι περὶ τῆς γῆς· ἡ δὲ γῆ
ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος. εἰπὼν γὰρ, ὅτι ἐποίη-
σεν αὐτὴν, καὶ θεὶς αὐτῇ τὸν οἰκεῖον ὅρον, ἀδεῶς
λοιπὸν τὰ ἑξῆς φθέγγεται· εἰδὼς ὅτι οὐδεὶς οὕ-
τως ἀνόητός ἐστιν, ὡς ἄναρχον αὐτὴν καὶ ἀγένη-
τον ὑποπτεῦσαι. τὸ γὰρ τῆς γῆς ὄνομα καὶ τὸ, ἐποίη-
σεν, ἱκανὰ καὶ τὸν σφόδρα ἠλίθιον πεῖσαι, ὅτι
οὐκ ἀΐδιος οὐδὲ ἀγένητος, ἀλλὰ τῶν ἐν χρόνῳ
γινομένων ἐστί.

[h] Χωρὶς δὲ τούτων, τὸ ἦν, ἐπὶ μὲν τῆς γῆς [h] καὶ τοῦ
ἀνθρώπου, οὐ τοῦ εἶναι ἁπλῶς ἐστι σημαντικόν· ἀλλ᾽
ἐπὶ μὲν τοῦ ἀνθρώπου, τοῦ ἀπὸ τοῦδε τοῦ χωρίου εἶναι·
ἐπὶ δὲ τῆς γῆς, τοῦ πῶς εἶναι. οὐδὲ γὰρ εἶπεν, ἡ δὲ γῆ
ἦν, ἁπλῶς, καὶ ἐσίγησεν· ἀλλὰ πῶς ἦν καὶ μετὰ τὸ γε-
νέσθαι ἐδίδαξεν, οἷον, ὅτι ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύα-
στος, ἔτι τοῖς ὕδασι κρυπτομένη καὶ φυρομένη. καὶ ἐπὶ
τοῦ Ἐλκανᾶ, οὐκ εἶπεν, ὅτι ἦν ἄνθρωπος μόνον,
[i] ἀλλὰ προσέθηκε καὶ [i] πόθεν ἦν δηλῶν, τὸ ἐξ Ἀρμα-

A cum autem de Deo, æternitatem demonstrat: sic & illud, *erat*, de nostra dictum natura, præteritum tempus significat, ipsumque finitum; cum autem de Deo, æternitatem indicat. Satis ergo erat ei, qui audiret *terram*, & *hominem*, nihil amplius de illis cogitare, quam naturæ creatæ conveniat. Nam quod factum est, quidquid tandem sit, in tempore vel sæculo factum est: at Filius Dei, non temporibus tantum, sed sæculis omnibus superior est: nam illorum & creator & opifex est: dicitur enim, *per quem fecit & sæcula.* (Hebr. 1. 2.) Qui autem opifex est, ante opificia haud dubie fuit. Quoniam vero quidam ita insensati sunt, ut postea B majus quidpiam de sua dignitate suspicentur, illo verbo, *fecit*, & illo, *homo erat*, auditoris mentem præocupat, & omnem impudentiam exscindit. Nam quæ facta sunt omnia, cælum, terra, tempore facta sunt, temporale principium habent, eorumque nihil sine principio est, quia facta sunt. Itaque cum audis ipsum fecisse terram, & hominem esse, superflue nugaris, & inutilia effutis. Ego enim aliam hyperbolen afferre possum. Quænam illa est? Si de terra dictum esset, In principio terra erat; & de homine, in principio erat homo, ne- C que ita quid majus de illis suspicandum fore, quam illa quæ nunc cognoscimus. Nam præmissa terræ & hominis appellatione, quidquid de illis dicatur, non potest animus majus quidpiam de illis imaginari, quam ea quæ scimus: ut contra Verbum, etiamsi tenue quidpiam de illo dictum fuerit, non permittit tamen aliquid abjectum & vile de se existimari. Enimvero de terra sic postea dicitur; *Terra autem erat invisibilis & incomposita.* (Gen. 1. 2.) Cum dixisset enim ipsum fecisse terram, & ipsi proprium terminum posuisset, se- D cure jam quæ sequuntur enarrat; gnarus neminem ita stultum esse, ut illam sine principio & non factam esse suspicetur. Terræ quippe nomen, & illud, *fecit*, satis sunt ut vel admodum stulto suadeant, ipsam nec æternam, nec non factam esse, sed ex eorum numero quæ in tempore condita sunt.

3. Præterea autem illud, *erat*, de terra & de homine dictum, non simpliciter exsistentiam significat; sed de homine dictum, indicat ipsum ex tali esse loco; E de terra autem, illam tali esse modo. Neque enim simpliciter dixit, terra erat, & postea tacuit; sed qualis post creationem esset addidit, nempe, *invisibilis erat & incomposita*, adhuc aquis operta & admixta. Et de Elcana non dixit solum quod esset homo, sed adjecit unde esset, *de Armathaim*

[a] Sic Savil. & omnes pene mss. Morel. περὶ θεοῦ, τὸ ἀεὶ καὶ διαπαντός· οὕτω.

[b] Morel. post ἀΐδιον addit, ὁμοίως, sed deest in Savil & mss. plumis.

[c] Morel. τῇ φύσει τῇ γεννητῇ. Savil. τῇ φύσει τοῖς γεννητοῖς.

[d] Suspicatur Savilius legendum hic esse, περὶ ἑαυτῶν.

[e] Morel. περιττὰ μὴ φλυαρεῖς (l. φλυάρει) ἀνόητόν τινα ἀτελίττων λῆρον. Savil. & alii, ut supra.

[f] ἐγνωσμένων, alii, ἐγκειμένων.

[g] Morel. ὥσπερ οὐδέ. Savil. ὥσπερ οὖν; utraque lectio quadrat. Paulopost Savil. & Boisius legendum suspicantur ἔτι καὶ προϊών. Sed locus bene habet.

[h] Aliqui, καὶ τοῦ οὐρανοῦ.

[i] Savil. πόθεν ἦν, ὁ ἐξ Ἀρμαθὲμ Σιφά.

Sipha. De Verbo autem non sic. Et me pudet profecto hæc simul indagare. Si enim reprehendimus eos qui circa homines hoc agunt, quando multum est inter eos qui comparantur virtutis discrimen, licet illi ex una eademque substantia sint: quando & circa naturam & circa alia infinitum est interstitium, quomodo non extremæ dementiæ fuerit has quæstiones movere? Sed nobis ille propitius sit, quem ipsi blasphemiis impetunt. Hujusmodi namque dictorum adhibendorum necessitatem non nos induximus, sed illi nobis obtulere, qui salutem impugnant suam. Quid ergo dico? Illud, *erat*, de Verbo dictum, significare ipsum æternum esse: nam ait, *In principio erat Verbum*; consequens autem erat, ut apud aliquem esset. Cum enim maxime illud Dei sit proprium, ut sit æternus & sine principio, hoc primo posuit. Deinde, ne quis audiens illud, *in principio erat*, etiam ingenitum diceret, statim ipsi occurrit, antequam diceret quid erat, dicendo, *erat apud Deum*. Et ne quis ipsum Verbum prolatitium aut internum esse putaret; per articulum præmissum, & per secundam additionem, hanc amovet suspicionem. Non enim dixit, in Deo erat; sed, *apud Deum*, ejus nobis secundum hypostasin æternitatem declarans. Deinde illud clarius significavit adjiciens, Verbum istud fuisse Deum. Sed, inquies, factum. Quid ergo obfuit quin diceret, In principio fecit Deus Verbum? Nam cum de terra loqueretur Moyses, non dixit, In principio erat terra; sed *fecit* eam, & tunc fuit. Quid igitur prohibuit quominus Joannes ita diceret, In principio fecit Deus Verbum? Si enim ita dixit Moyses timens ne quis terram non factam diceret; multo magis de Filio metuere oportebat Joannem, si creatus fuisset. Mundus enim cum sit visibilis, hoc ipso conditorem prædicat: nam *cæli*, inquit, *enarrant gloriam Dei*. Filius autem invisibilis est, & creaturam infinito medio excedit. Si itaque hic neque verbo neque doctrina opus erat, ut disceremus mundum esse factum, tamen clare illud & ante omnia ponit propheta; multo magis id de Filio Joannem dicere oportebat, si creatus fuisset. Etiam dices: Sed Petrus id clare dixit & perspicue. Ubinam & quando? Cum Judæos alloquens diceret: *Ipsum Dominum & Christum Deus fecit*: Cur ergo id quod sequitur non adjecisti, *hunc Jesum quem vos crucifixistis*? An ignoras ex dictis alia ad immortalem naturam, alia ad Incarnationem pertinere? Si autem non ita se res habet, sed omnia de deitate accipias, Deum

Æternitas Filii probatur.

Gen. 1. 1.

Ps. 18. 1.

Act. 2. 36.

A λαίμ Σιφᾶ. ἐπὶ δὲ τοῦ λόγου οὐχ οὕτω. καὶ αἰσχύνομαι μὲν ταῦτα τούτοις ἀντεξετάζων· εἰ γὰρ τοῖς ἐπ' ἀνθρώπων αὐτὸ ποιοῦσιν ἐπιτιμῶμεν, ὅταν πολὺ τὸ μέσον τῆς ἀρετῆς τῶν ἐξεταζομένων ᾖ, καίτοιγε τῆς οὐσίας μιᾶς οὔσης· ὅταν καὶ τῆς φύσεως καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων οὕτως ἄπειρον ᾖ τὸ μέσον, πῶς οὐκ ἐσχάτης μανίας τὸ τὰ τοιαῦτα κινεῖν; ἀλλ' ἵλεως ἡμῖν αὐτὸς ὁ βλασφημούμενος παρ' ἐκείνων εἴη. τὴν γὰρ τῶν τοιούτων λόγων ἀνάγκην οὐχ ἡμεῖς ἐφευρήκαμεν, ἀλλ' οἱ τῇ ἑαυτῶν πολεμοῦντες σωτηρίᾳ ἡμῖν παρέσχον. τί οὖν φημι; ὅτι τοῦτο τὸ, ἦν, ἐπὶ τοῦ λόγου, τοῦ εἶναι αἰδίως μόνον ἐστὶ δηλωτικόν· ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν, φη-

B σιν, ὁ λόγος· τὸ δεύτερον δὲ ἦν, τοῦ πρός τινα εἶναι. ἐπειδὴ γὰρ μάλιστα τοῦ θεοῦ τοῦτό ἐστιν ἴδιον, τὸ αἴδιον καὶ ἄναρχον, τοῦτο πρῶτον τέθεικεν. εἶτα, ἵνα μή τις ἀκούων τὸ, ἦν ἐν ἀρχῇ, καὶ ἀγέννητον αὐτὸν εἴπῃ, εὐθέως αὐτὸ παρεμυθήσατο πρὸ τοῦ εἰπεῖν τί ἦν, εἰπὼν ὅτι πρὸς τὸν θεὸν ἦν. καὶ ἵνα μὴ λόγον [a] αὐτὸν ἁπλῶς νομίσῃ τις εἶναι προφορικὸν ἢ ἐνδιάθετον, τῇ τοῦ ἄρθρου προσθήκῃ, καθάπερ ἔφθην εἰπὼν, καὶ διὰ τῆς δευτέρας ταύτης τοῦτο ἀνεῖλε ῥήσεως. οὐ γὰρ εἶπεν, ἐν θεῷ ἦν, ἀλλὰ, πρὸς τὸν θεὸν ἦν, τὴν καθ' ὑπόστασιν αὐτοῦ αἰδιότητα ἐμφαίνων ἡμῖν. εἶτα καὶ σαφέστερον αὐτὸ προϊὼν ἀπεκάλυψεν, ἐπαγαγὼν,

C ὅτι ὁ λόγος οὗτος καὶ θεὸς ἦν· ἀλλὰ πεποιημένος, φησί. τί οὖν ἐκώλυε τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν λόγον; περὶ γοῦν τῆς γῆς διαλεγόμενος ὁ Μωϋσῆς, οὐκ εἶπεν, ἐν ἀρχῇ ἦν ἡ γῆ, ἀλλ' ὅτι ἐποίησεν αὐτὴν, καὶ τότε ἦν. τί τοίνυν ἐκώλυε καὶ τὸν Ἰωάννην οὕτως εἰπεῖν, ὅτι ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν λόγον; εἰ γὰρ περὶ τῆς γῆς τοῦτο ἔδεισεν ὁ Μωσῆς, μή τις αὐτὴν ἀγέννητον εἴπῃ· πολλῷ μᾶλλον περὶ τοῦ υἱοῦ φοβηθῆναι ἐχρῆν τὸν Ἰωάννην, εἴγε κτιστὸς ἦν. ὁ μὲν γὰρ κόσμος, ὁρατὸς ὢν, αὐτόθεν κηρύττει τὸν ποιητήν. οἱ οὐρανοὶ γάρ, φησι, διη-

D γοῦνται δόξαν τοῦ θεοῦ· ὁ δὲ υἱὸς ἀόρατός ἐστι, καὶ τὴν κτίσιν σφόδρα καὶ ἀπείρως [b] ὑπερανέβη ἐστηκεν. εἰ τοίνυν ἔνθα μηδὲ λόγου καὶ διδασκαλίας ἡμῖν ἔδει πρὸς τὸ μαθεῖν, ὅτι γενητὸς ὁ κόσμος ἐστὶν, ὅμως σαφῶς αὐτὸ καὶ πρὸ τῶν ἄλλων τέθηκεν ὁ προφήτης· πολλῷ μᾶλλον περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦτο τὸν Ἰωάννην ἐχρῆν εἰπεῖν, εἴγε κτισθεὶς ἦν, ναί φησιν. ἀλλ' ὁ Πέτρος τοῦτο εἶπε σαφῶς καὶ διαῤῥήδην. ποῦ καὶ πότε; ὅτε Ἰουδαίοις διαλεγόμενος ἔλεγεν· ὅτι κύριον αὐτὸν

E καὶ Χριστὸν ὁ θεὸς ἐποίησε. τί οὖν καὶ τὸ ἑξῆς οὐ προσέθηκας, ὅτι τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε; ἢ ἀγνοεῖς ὅτι τῶν λεγομένων, τὰ μὲν τῆς ἀκηράτου φύσεως, τὰ δὲ τῆς οἰκονομίας ἐστίν; εἰ δὲ μή ἐστιν, ἀλλὰ πάντα ἁπλῶς ἐπὶ τῆς θεότητος ἐκδέξῃ, καὶ

[a] Aliqui, αὐτὸν ἀληθῶς ἐκκλησίᾳ. Ibidem προφορικὸν ἢ ἐνδιάθετον. προφορικὸν Verbum dixit Theophilus Antiochenus p. 104. ἐνδιάθετον λόγον memorat Irenæus l. 2, c. 12. & subinde hæ voces ab hæreticis maxime frequentatæ, idcoque proscriptæ sunt. Erant qui dicerent Patrem ante mundi creationem habuisse Verbum ἐνδιάθετον, internum: & quando mundum creavit, protulisse Verbum suum, & tunc fuisse προφορικὸν prolatitium. λόγον προφορικὸν καὶ ἐνδιάθετον, prout in hominibus est, memorat Plutarchus, Libro, quod Philosophus debeat maxime principes alloqui.

[b] Quidam, ἀναβέβηκεν.

A παθητὸν [a] εἰσάξεις τὸ θεῖον· εἰ δὲ μὴ παθητὸν, οὐδὲ ποιητόν. Εἰ μὲν γὰρ ἐκ τῆς θείας αὐτῆς καὶ ἀῤῥήτου φύσεως τὸ αἷμα ἔῤῥευσε, καὶ ἀντὶ τῆς σαρκὸς αὐτὴ τοῖς κατὰ τὸν σταυρὸν ἥλοις διῃρεῖτο καὶ ἐτέμνετο, λόγον ἂν εἶχέ σου κατὰ τοῦτο τὸ σόφισμα. Εἰ δὲ τοῦτο οὐδ' ἂν αὐτὸς ὁ διάβολος βλασφημήσειε, τίνος ἕνεκεν αὐτὸς ἀγνοεῖν προσποιῇ ἀσύγγνωστον οὕτως ἄγνοιαν, καὶ ἣν οὐδ' ἂν οἱ δαίμονες [b] ὑπεκρίναντο, ἄλλως τε τὸ κύριος καὶ τὸ Χριστὸς, οὐκ ἔστιν οὐσίας, ἀλλ' ἀξιώματος. Τὸ μὲν γὰρ τῆς ἐξουσίας ἐστὶ· τὸ δὲ τοῦ χρισθῆναι. Τί οὖν ἂν εἴποις περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ; εἰ γὰρ καὶ κτιστὸς ἦν καθ' ὑμᾶς, τοῦτο οὐκ ἂν ἔχοι χώραν· οὐ B γὰρ δὴ πρότερον ἐγένετο, καὶ τότε αὐτὸν ἐχειροτόνησεν ὁ Θεός· οὐδὲ ἀπόβλητον ἔχει τὴν ἀρχὴν, ἀλλὰ φύσει [c] καὶ οὐσιωμένην. Ἐρωτηθεὶς γὰρ εἰ βασιλεὺς εἴη, ἐγὼ εἰς τοῦτο γεγέννημαί φησιν. Ὁ δὲ Πέτρος, ὡς περὶ τινὸς χειροτονηθέντος οὕτω διαλέγεται. Περὶ γὰρ τῆς οἰκονομίας ὁ λόγος αὐτῷ [d] πάσης.

Καὶ τί θαυμάζεις, εἰ τοῦτο ὁ Πέτρος φησίν; Ἀθηναίοις γὰρ διαλεγόμενος ὁ Παῦλος, ἄνδρα αὐτὸν καλεῖ μόνον, οὕτω λέγων· ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν· καὶ οὐδὲν περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ λέγει μορφῆς, οὐδὲ ὅτι ἴσος αὐτῷ, C οὐδὲ ὅτι ἀπαύγασμα τῆς δόξης αὐτοῦ· εἰκότως. Οὔπω γὰρ τούτων καιρὸς τῶν ῥημάτων ἦν· ἀλλ' ἀγαπητὸν ἦν αὐτοὺς παραδέξασθαι τέως ὅτι ἄνθρωπός ἐστι, καὶ ὅτι ἀνέστη. Οὕτω καὶ αὐτὸς ἐποίησε Χριστός· παρ' οὗ καὶ Παῦλος μαθὼν, οὕτω τὰ πράγματα [e] ᾠκονόμει. Οὐ γὰρ εὐθέως ἡμῖν ἑαυτοῦ τὴν θεότητα ἐξεκάλυψεν· ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἐνομίζετο εἶναι προφήτης καὶ Χριστὸς ἁπλῶς ἄνθρωπος· ὕστερον δὲ ἐφάνη διὰ τῶν ἔργων καὶ τῶν ῥημάτων τοῦτο ὅπερ ἦν. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Πέτρος ἐν ἀρχῇ τούτῳ κέχρηται τῷ τρόπῳ. Καὶ γὰρ ταύτην [f] πρώτην πρὸς Ἰουδαίους ἐδημηγόρει δημηγορίαν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐδὲν περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ τέως D σαφὲς μαθεῖν ἴσχυον, διὰ τοῦτο τοῖς περὶ τῆς οἰκονομίας ἐνδιατρίβει λόγοις· ἵνα τούτοις ἡ ἀκοὴ γυμνασθεῖσα, τῇ λοιπῇ προοδοποιήσῃ διδασκαλίᾳ. Καὶ εἰ βούλοιτό τις τὴν δημηγορίαν πᾶσαν ἄνωθεν διελθεῖν, εὑρήσει τοῦτο ὃ λέγω σφόδρα διαλάμπον. Καὶ γὰρ ἄνδρα αὐτὸν καλεῖ καὶ αὐτὸς, καὶ τοῖς τοῦ πάθους, καὶ τῆς ἀναστάσεως, καὶ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως ἐνδιατρίβει λόγοις. Καὶ Παῦλος δὲ, ὅταν λέγῃ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυῒδ κατὰ σάρκα, οὐδὲν ἕτερον ἡμᾶς παιδεύει, ἀλλ' ὅτι τὸ ἐποίησεν ἐπὶ τῆς οἰκονομίας παρείληπται, ὃ καὶ ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν. Ἀλλ' ὁ τῆς βροντῆς E υἱὸς περὶ τῆς ἀῤῥήτου καὶ προαιωνίου ἡμῖν ὑπάρξεως διαλέγεται νῦν. Διὰ τοῦτο τὸ, ἐποίησεν, ἀφεὶς, τὸ, ἦν, ἔθηκεν. Ἐχρῆν δὲ εἰ κτιστὸς ἦν, τοῦτο μάλιστα διορίσασθαι. Εἰ γὰρ ὁ Παῦλος ἔδεισε μή τις ὑποπτεύσῃ τῶν ἀνοήτων, ὅτι τοῦ πατρὸς ἔσται μείζων καὶ ὑποτεταγμένον ἕξει τὸν γεννήσαντα· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ Κορινθίοις

A passibilem induces. Si vero non passibilis, non factus utique est. Nam si ex divina & ineffabili natura sanguis effluxerit, & si vice carnis ipsa in cruce clavis transfixa & dissecta sit, ratione nixum est sophisma tuum. Quod si ne diabolus quidem ita blasphemaverit, cur inexpiabilem ignorantiam simulas, quali ne dæmones quidem unquam usi sunt? Præterea hæc, Dominus, & Christus, non sunt substantiæ, sed dignitatis; alterum enim est potentiæ, alterum unctionis. Quid ergo dixeris de Filio Dei? Nam si creatus sit, B ut vos dicitis, nullum hoc haberet locum. Non enim prius factus est, & tunc Deus ipsum ordinavit: neque abjectum habet principium, sed ex natura atque substantia. Interrogatus enim num rex esset, *Ego in hoc natus sum*, inquit. Petrus autem quasi de quodam qui ordinatus sit loquitur; nam de œconomia, sive de humanitate ipsi sermo est. Joan. 18. 36.

4. Ecquid miraris si Petrus id dicat? nam Paulus Athenienses alloquens, virum ipsum tantum appellat dicens: *In viro in quo statuit fidem præbens omnibus, suscitans eum a mortuis*: nihilque de forma Dei loquitur, neque Deo æqualem dicit, neque quod sit splendor gloriæ ejus; idque merito. Nondum enim tempus hæc dicendi venerat; sed satis adhuc erat, ut ipsum hominem esse & resurrexisse admitterent. Sic & ipse Christus fecit; a quo edoctus Paulus, ita res dispensabat. Non enim statim nobis deitatem suam revelavit; sed prius propheta & Christus simplex homo putabatur; deinde & verbis & operibus id quod vere erat ostendit. Ideo Petrus in principio hoc utitur modo: nam hanc priorem ad Judæos concionem habuit. Quia enim de divinitate ejus nihil hactenus ediscere poD tuerant, ideo de Christi humana natura verba facit, ut his exercitatus auditus, ad reliquam percipiendam doctrinam aptaretur. Quod si quis voluerit totam concionem altius repetere, id quod dico conspicuum esse inveniet. Nam & virum illum vocat, deque passione, resurrectione, & generatione secundum carnem pluribus agit. Paulus vero cum dicit, *Qui factus est ex semine David secundum carnem*, nihil aliud nos docet, quam quod illud *fecit*, de œconomia dictum sit; id quod etiam nos confitemur. Verum filius tonitrui nos de ineffabili & ante sæcula E exsistentia nunc nos alloquitur. Ideo illo, *fecit*, relicto, *erat* dixit. Oportebat enim, si creatum fuisset, id maxime definire. Si enim Paulus timuit ne quis ex insipientibus suspicaretur Filium Patre majorem fore, & genitorem sibi subjectum habiturum esse; nam ideo Corinthiis scri- Act. 17. 31. Rom. 1. 3.

a Alii, εἰσάγεις, ut.
b Savil. ὑπεκρίναντο; ἄλλως τε τὸ κύριος, καὶ τὸ Χριστὸς οὐκ ἔστιν οὐσίας, ἀλλ' ἀξιώματος. Morel. vero ὑπεκρίναντο; ὅτι τὸ κύριος καὶ τὸ Χριστὸς, οὐκ ἔστιν οὐσίας, τὸ γὰρ κύριος καὶ Χριστὸς δηλωτικὸν οὐκ ἔστιν οὐσίας, minus recte.

c καὶ ante οὐσιωμένην deest in Savil.
d πάσης Savil. legendum putat πᾶς, & melius certe quadraret ad seriem. Sed omnes editi & mss. πάσης habent.
e Quidam οἰκονομεῖ.
f πρώτην deest in quibusdam mss.

1. Cor. 15. 27. bens dicebat: *Cum autem dicit, subjecta sunt, sine dubio præter eum qui subjecit ei omnia*; atqui quis suspicaretur Patrem cum omnibus subjectum fore Filio? & tamen si has absurdas suspiciones timuit & dicit, *præter eum qui subjecit ei omnia*: multo magis Joannem, si Filius Dei creatus fuisset, timere oportebat, ne quis ipsum increatum putaret, illudque præ omnibus docere. Cum autem genitus sit, jure neque ipse, neque alius quispiam, vel Apostolus vel propheta creatum ipsum fuisse dicit. Imo neque ipse Unigenitus id prætermisisset, si creatus vere fuisset. Qui enim tam humilia sese demittendo loquitur, multo minus id tacuisset. Nam verisimilius puto ipsum quam haberet præstantiam potius tacuisse, quam si non haberet id prætermisisse, nec significasse id se non habere. Illic consentanea tacendi causa erat, quod vellet docere homines humilitatem, ideoque præstantiam suam obtegeret; hic autem ne minimam quidem probabilem tacendi caussam dicere possis. Cur enim si creatus erat, se factum esse tacuisset, qui multa sibi congruentia prætermittebat? Itaque is qui ad docendum humilitatem abjecta, sibi non competentia, sæpe dixit, multo magis, si creatus fuisset, id non prætermissurus erat. Nonne vides ipsum, ne quis ingenitum suspicaretur nihil non agentem & dicentem, imo indigna loquentem sua dignitate & substantia, atque in prophetæ humilitatem sese demittentem? Illud enim, *Sicut audio judico*: & illud, *ille mihi dixit quid dicam & quid loquar*, & similia, prophetarum tantum verba sunt. Si ergo ut hanc tolleret suspicionem, tam humilia proferre verba non dedignatus est; multo magis, si creatus esset, ne quis increatum illum suspicaretur, multa similia dixisset: verbi causa, Nolite putare me genitum esse a Patre; nam factus, non genitus sum, neque ex eadem ex qua ille substantia. Nunc autem omnino contra facit; nam ea loquitur, quæ vel invitos cogant ad contrariam amplectendam sententiam; ut nempe; *Ego in Patre & Pater in me*; &, *tanto tempore vobiscum sum, & non cognovisti me, Philippe? Qui videt me, videt & Patrem*; &, *ut omnes honorent Filium, sicut honorant Patrem. Sicut Pater suscitat mortuos, & vivificat, sic & Filius quos vult vivificat. Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Sicut novit me Pater, & ego nosco Patrem. Ego & Pater unum sumus.* Et ubique *sicut*, & *ita* ponit, dicitque se & Patrem unum esse, nullamque esse differentiam declarat. Auctoritatem vero & per hæc & per alia plura demonstrat; ut cum dicit, *Tace, obmutesce*; *Volo, mundare*; *Tibi dico: Surde & mute dæmon, exi ab eo*: illud-

Christus cur humilia aliquando verba proferat.

Joan. 14. 10. — ibid. 9. — Joan. 5. 23. — Joan. 5. 21. — Joan. 5. 17. — Marc. 4. 39.

A ἐπιστέλλων ἔλεγεν· ὅταν δὲ εἴπῃ, ὅτι ὑποτέτακται, δῆλον ὅτι ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα· καίτοι τίς ἂν ὑπονοήσειεν, ὅτι ὁ πατὴρ ὑποταγήσεταί ποτε τῷ υἱῷ καὶ μετὰ τῶν πάντων; ἀλλ' ὅμως ἐπεὶ καὶ τὰς ἀλόγους ταύτας ὑπονοίας δέδοικε, καί φησιν, ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα· πολλῷ μᾶλλον τὸν Ἰωάννην, εἰ κτιστὸς ἦν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, φοβηθῆναι ἔδει, μή τις αὐτὸν ἄκτιστον νομίσῃ, καὶ τοῦτο πρὸ πάντων διδάξαι. νῦν δὲ, ἐπειδὴ γεννητὸς ἦν, εἰκότως οὔτε αὐτὸς, οὔτε ἄλλος οὐδεὶς, οὐκ ἀπόστολος, οὐ προφήτης, κτιστὸν αὐτὸν ἔφησαν εἶναι. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ μονογενὴς οὐκ ἂν αὐτὸ [a] παρῆκεν, εἰ τοῦτο ἦν. B ὁ γὰρ τὰ οὕτω ταπεινὰ φθεγγόμενος διὰ συγκατάβασιν· πολλῷ μᾶλλον τοῦτο οὐκ ἂν [b] ἐσιώπησεν. οἶμαι γὰρ οὐκ ἀπεικὸς μᾶλλον ἔχοντα τὸ ὑψηλὸν σιγῆσαι, ἢ μὴ ἔχοντα παραλιπεῖν τοῦτο αὐτὸν, καὶ μὴ διδάξαι ὅτι οὐκ ἔχει. ἐκεῖ μὲν γὰρ εὔλογος πρόφασις τῆς σιγῆς ἦν, τὸ βούλεσθαι διδάσκειν τοὺς ἀνθρώπους ταπεινοφρονεῖν, καὶ διὰ τοῦτο σιγᾶν τὰ μεγάλα τῶν προσόντων αὐτῷ· ἐνταῦθα δὲ οὐδεμίαν ἔχοις εἰπεῖν δικαίαν πρόφασιν τῆς σιωπῆς. τίνος γὰρ ἕνεκεν ἐσίγα, εἰ κτιστὸς ἦν, τὸ γεγενῆσθαι, ὁ καὶ τῶν προσόντων πολλὰ παραιτούμενος; ὥστε ὁ διὰ τὴν τῆς ταπει- C νοφροσύνης διδασκαλίαν καὶ τὰ μὴ προσόντα αὐτῷ πολλάκις εἰπὼν ταπεινὰ, πολλῷ μᾶλλον, εἰ κτιστὸς ἦν, τοῦτο οὐκ ἂν παρέλιπεν; ἢ οὐχ ὁρᾷς, αὐτὸν, ἵνα μηδεὶς αὐτὸν ἀγέννητον ὑπολάβῃ, πάντα ὑπὲρ τούτου καὶ ποιοῦντα καὶ λέγοντα, καὶ ἀνάξια αὐτοῦ φθεγγόμενον [c] τῆς ἀξίας καὶ τῆς οὐσίας, καὶ εἰς προφήτου ταπεινότητα καταβαίνοντα; τὸ γὰρ, καθὼς ἀκούω κρίνω· καὶ τὸ, ἐκεῖνός μοι εἶπε, τί εἴπω καὶ τί λαλήσω, καὶ ὅσα τοιαῦτα, προφητῶν μόνον ἐστίν. εἰ τοίνυν ταύτην θέλων τὴν ὑποψίαν ἀνελεῖν, οὕτω ταπεινὰ φθέγξασθαι οὐκ ἀπηξίωσε ῥήματα· πολλῷ μᾶλλον ἂν, εἰ κτιστὸς ἦν, ἵνα μὴ ἄκτιστόν τις αὐτὸν ὑποπτεύσῃ, πολ- D λὰ τοιαῦτα ἂν εἶπεν. οἷον, μὴ νομίζετέ με γεγενῆσθαι παρὰ τοῦ πατρός· πεποίημαι ἐγὼ, οὐ γεγέννημαι· οὐδὲ εἰμὶ τῆς οὐσίας ἐκείνου. νῦν δὲ πᾶν τοὐναντίον ποιεῖ. ἐκεῖνα γὰρ φθέγγεται τὰ ῥήματα, ἃ καὶ τοὺς μὴ βουλομένους ἀναγκάζει καὶ ἄκοντας τὴν ἐναντίαν δέξασθαι ὑπόνοιαν, οἷον, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· καὶ, τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με, Φίλιππε; ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα· καὶ, ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα. ὥσπερ ὁ πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς οὓς θέλει, ζωοποιεῖ. ὁ πα- E τήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι· καθὼς γινώσκει με ὁ πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν πατέρα· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. καὶ πανταχοῦ τὸ ὥσπερ καὶ τὸ οὕτω τιθεὶς, καὶ τὸ ἓν εἶναι πρὸς τὸν πατέρα, τὴν πρὸς αὐτὸν ἀπαραλλαξίαν [d] δηλοῖ· τὴν δὲ αὐθεντίαν καὶ διὰ τούτων μὲν, καὶ δι' ἑτέρων δὲ πλειόνων ἐνδείκνυται. οἷον ὅτ', ἂν λέγῃ· σιώπα, πεφίμωσο. θέλω, καθαρίσθητι· σοὶ λέγω τὸ δαιμόνιον τὸ κωφὸν καὶ ἄλαλον, ἔξελθε ἀπ' αὐτοῦ. καὶ τὸ,

a παρῆκεν. Nonnulli habent, παρεῖκεν.
b Alii, ἐσιώπησεν, εἰκὸς γὰρ ἦν μᾶλλον, sic bene multi.
c Hæc, τῆς ἀξίας καὶ desunt in quibusdam.
d Morel. διὰ τούτου δηλοῖ. In Savil. διὰ τούτου deest.

ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, οὐ φονεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ, ἔνοχος ἔσται. καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα νομοθετεῖ καὶ θαυματουργεῖ, ἱκανὰ δεῖξαι αὐτοῦ τὴν ἐξουσίαν· μᾶλλον δὲ τὸ πολλοστὸν αὐτῶν μέρος ἱκανὸν τοὺς μὴ λίαν ἀναισθητοῦντας [a] προσαγαγέσθαι καὶ πεῖσαι.

Ἀλλὰ γὰρ δεινὸν ἡ κενοδοξία καὶ πρὸς τὰ λίαν φανερὰ ἀποτυφλῶσαι τὴν διάνοιαν τῶν ὑπ' αὐτῆς ἁλισκομένων, καὶ τοῖς ὡμολογημένοις πεῖσαι φιλονεικεῖν· ἑτέρους δὲ καὶ σφόδρα εἰδότας τἀληθὲς καὶ πεπεισμένους, εἰς ὑπόκρισιν καὶ ἀντίστασιν ἀλείφει. τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων ἐγίνετο. οὐ γὰρ δι' ἄγνοιαν ἠρνοῦντο τὸν τοῦ Θεοῦ υἱὸν, ἀλλ' ἵνα τὴν παρὰ τῶν πολλῶν τύχωσι τιμῆς. καὶ γὰρ ἐπίστευον εἰς αὐτὸν, φησὶν, ἀλλ' ἐφοβοῦντο ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται, * καὶ τὴν αὐτῶν προέτειναν σωτηρίαν ἑτέροις. οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστι τὸν οὕτω σφοδρῶς τῇ παρούσῃ δουλεύοντα δόξῃ, τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ τυχεῖν. διὸ καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς, εἰπών· πῶς δύνασθε πιστεύειν, δόξαν παρὰ ἀνθρώπων λαμβάνοντες, καὶ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ μὴ ζητοῦντες; μέθη γάρ τις ἐστὶ [b] βαθεῖα. διὸ καὶ δυσανάκλητον τὸν χειρωθέντα ποιεῖ τοῦτο τὸ πάθος. αὕτη τῶν ἁλόντων τὴν ψυχὴν ἀποσχίσασα τῶν οὐρανῶν, τῇ γῇ προσηλοῖ, καὶ πρὸς τὸ φῶς ἀναβλέψαι τὸ ἀληθινὸν οὐκ ἀφίησιν. ἀλλ' ἐν τῷ βορβόρῳ διαπαντὸς καλινδεῖσθαι πείθει, κατασκευάζουσα δεσπότας αὐτοῖς οὕτω δυνατοὺς, ὡς χωρὶς ἐπιταγμάτων αὐτῶν κρατεῖν. ὁ γὰρ τοῦτο νοσῶν τὸ νόσημα καὶ μηδενὸς κελεύοντος αὐτομάτως ποιεῖ πάντα, ὅσαπερ ἂν οἴηται τέρπειν αὐτοῦ τοὺς κυρίους. καὶ γὰρ ἱμάτια καλὰ περιτίθεται δι' ἐκείνους, καὶ καλλωπίζει τὴν ὄψιν, οὐχ ἑαυτῷ τοῦτο, ἀλλ' ἑτέροις ἐπιτηδεύων, καὶ ἀκολούθους περιάγει κατὰ τὴν ἀγορὰν, ἵνα θαυμάζηται παρ' ἑτέρων· καὶ πάντα ἃ ποιεῖ τῆς τῶν ἄλλων ἕνεκεν ἀρεσκείας ὑπομένει μόνης. ἆρα γένοιτ' ἂν τι τούτου χαλεπώτερον πάθος; [c] ἵνα ἕτεροι θαυμάσωσιν αὐτὸν, καταχρημνίζεται συνεχῶς. ἱκανὰ μὲν οὖν καὶ τὰ εἰρημένα παρὰ τοῦ Χριστοῦ, δεῖξαι πᾶσαν αὐτοῦ τὴν τυραννίδα· πλὴν καὶ ἐντεῦθεν ἔστιν αὐτὴν συνιδεῖν. εἰ γὰρ ἐθελήσεις ἐρωτῆσαί τινα τῶν πολιτευομένων καὶ τὰ πολυτελῆ δαπανώντων δαπανήματα· τίνος ἕνεκεν τοσοῦτον κενοῖ χρυσίον; καὶ τί βούλεται αὐτῷ ἡ τοσαύτη δαπάνη, οὐδὲν ἕτερον ἀκούσῃ παρ' αὐτῶν, ἀλλ' ἢ τοῦ δήμου τὴν ἀρέσκειαν. εἰ δὲ πάλιν ἔροιο τί δήποτε ὁ δῆμός ἐστιν, ἐροῦσι, πρᾶγμα θορύβου γέμον καὶ ταραχῶδες, καὶ ἐξ ἀνοίας τὸ πλέον συγκείμενον, ἁπλῶς φερόμενον, κατὰ τὰ τῆς θαλάττης κύματα πολλάκις, καὶ ἐκ ποικίλης καὶ μαχομένης συνιστάμενον γνώμης. ὅταν οὖν τις τοιοῦτον ἔχῃ δεσπότην, τίνος ἐλεεινότερος οὐκ ἂν εἴη; ἀλλὰ τὸ μὲν ἀν-

A que, *Audistis quia dictum est antiquis, Non occides: ego autem dico vobis, Qui irascitur fratri suo frustra, reus erit.* Similiaque statuit, & miracula edit, quæ possint ejus potentiam demonstrare: imo vel minima quidem illorum pars eos, qui non omni prorsus sensu carent, adducere & persuadere possit. Marc. 8. 3. Marc. 9. 24. Matth. 5. 21.

5. Verum ea est inanis gloriæ vis, ut vel in rebus manifestissimis possit eorum qui illa capti sunt mentem excæcare, atque illis suadere, ut etiam adversus ea quæ in confesso sunt contendant; aliosque, quibus nota veritas est, ad simulandum & contra nitendum incitet: B quod etiam Judæis accidit. Non enim per ignorantiam Filium Dei negabant; sed ut apud vulgus honorem sibi conciliarent. Nam *credebant in eum*, inquit, *sed timebant ne extra synagogam fierent*, in aliorumque gratiam salutem suam prodebant. Non potest enim, non potest utique is qui præsentem gloriam ita captat, illam quæ a Deo est assequi. Quapropter increpavit eos his verbis: *Quomodo potestis credere, qui gloriam ab hominibus accipitis, & illam quæ a Deo est non quæritis?* Ea quippe profunda quædam ebrie- C tas est: ideoque is qui illo animi morbo captus est, difficile resipiscit. Hæc labes captivorum animam a cælo abscindens, terræ affigit, nec sinit veram intueri lucem, sed in cœno semper volutari curat, dominos ipsis parans ita potentes, ut sine jussu aliquo ipsis imperent. Nam is qui hujusmodi morbo laborat, etiam nemine jubente sponte illa omnia efficit, quæ putat dominis illis placere posse. Illorum quippe gratiâ pulcris induitur vestibus, faciem ornat, non sibi, sed aliis, famulorum turbam in foro circumducit, ut aliis sit admirationi; quidquid denique facit, D ut aliis placeat exhibet. Num hoc animi morbo quidquam deterius esse possit? Ut aliis sit admirationi, sæpe se præcipitem dat. Satis certe essent ea quæ a Christo dicta sunt ad hujus morbi tyrannidem demonstrandam. Verum hinc etiam illa cognoscatur: Nam si quempiam ex illis civibus qui sumtus profundunt maximos interroges, cur tantum auri impendant, quid sibi volunt hujusmodi sumtus, nihil aliud respondebunt, quam ut populo placeant. Si rursum sciscitaris, quid sit populus; quidpiam, inquient, tumultu plenum & perturbatione, ex insipientia ple- E rumque constans, quod temere sæpe ultro citroque fertur, instar marinorum fluctuum, & secum pugnante sententia plerumque jactatum. Qui talem habet dominum, quo non miserabilior fuerit? Sed

Joan. 12. 42.

Joan. 5. 44. Inanis gloriæ malum.

a Alii, προσάγεσθαι. Mox ἡ κενοδοξία, quidam ἡ φιλαρχία, unus ἡ φιλαργυρία.

* καὶ τὴν αὐτῶν προέτειναν σωτηρίαν ἑτέροις. Savil. *Puto locum esse corruptum: neque enim ex his verbis commodum sensum elicio. Boisius longiuscule a verbis recedens.* καὶ οὕτως τὴν αὐτῶν προΐεντο σωτηρίαν ἑτέροις δουλεύοντες, forte προέπιεν. Ego vero existimo locum ut in omnibus exemplaribus legitur optime habere. Postquam enim dixit multos ex Judæis, qui credebant in Christum, non confessos ipsum esse ne extra Synagogam ejicerentur, addit, καὶ τὴν αὐτῶν προέτειναν σωτηρίαν ἑτέροις; id est ad litteram, *& salutem suam aliis protenderunt*, sive propinarunt; id est, ut nemo non videt, *& in aliorum gratiam salutem suam prodiderunt.*

b βαθεῖα. διό. Sic Morel. in Savil. autem διὸ deest.

c Savil. ἵνα ἕτεροι. Morel. ἵνα γὰρ ἕτεροι. Ibid. Savil. post συνεχῶς, addit, βούλει μαθεῖν αὐτοῦ τὴν τυραννίδα; ἱκανά. Sed hæc, βούλει μαθεῖν αὐτοῦ τὴν τυραννίδα, quæ in aliquot mss. leguntur, inutilia videntur.

quod sæculares homines his inhient, non ita grave est, etsi grave revera sit: quod autem qui se mundo renunciasse dicunt, hoc morbo laborent, imo majore, id certe gravissimum. Illis enim pecuniarum tantum est jactura: his vero animæ periculum. Nam cum gloriæ causa a recta fide desciscunt, & ut sibi gloriam pariant, Deum dedecore afficiunt, quantum, quæso, torporis, quantum insaniæ res hæc præ se fert? Cætera porro vitia, licet multum damni inferant, aliquam saltem afferunt voluptatem, etsi temporaneam & brevem. Nam avarus, ebriosus, mulierumque amans, aliquam damno admixtam, etsi brevem, voluptatem habent: qui autem hoc morbo capti sunt, acerbam semper & voluptate vacuam agunt vitam. Neque enim id quod maxime amant assequuntur; gloriam nempe & auram popularem; sed videntur quidem illa frui, neque tamen fruuntur, quod illud minime sit gloria: ideoque vitium illud, non gloria, sed res gloriâ vacua dicitur; vanamque gloriam veteres omnes id jure vocarunt. Vacua namque est, nihil intus habens splendidum vel gloriosum. Sed quemadmodum larvæ videntur quidem decoræ & amabiles, sed vacuæ intus sunt: ideo licet formosiores sint cæteris corporibus, neminem unquam ad sui amorem allexerunt; sic illa apud vulgus gloria; imo longe miserabilius, hunc morbum curatu difficilem & tyrannicum nobis efformat: conspectum quippe solum splendidum habet; interiora vero, non vacua modo, sed etiam dedecore & crudeli tyrannide plena sunt. Unde ergo nascitur, inquies, morbus tam absurdus, nullaque afficiens voluptate? Unde? Non aliunde quam a vili & abjecto animo. Non potest enim is qui gloriæ amore captus est, magnum aut generosum quidpiam facile cogitare; sed necesse est ut turpis, vilis, inglorius & exiguus sit. Qui enim pro virtute nihil, sed ut hominibus nullius precii placeat, omnia facit, quique illorum sententiam erroneam & fallacem ubivis sequitur, quomodo gloria dignus esse possit? Animadverte autem: si quis illum interroget: Quid tu vulgus esse arbitraris? ignavam haud dubie & desidem multitudinem esse dicet. Quid vero? Num illis similis esse optaveris? Si quis autem illum denuo sic percontetur, non puto ipsum se talem esse optaturum. Quomodo igitur non admodum ridiculum fuerit, illorum auram aucupari, quibus numquam similis esse velis?

Gloria popularis, non est vera gloria.

5. Sin dixeris multos esse & in unum coactos. Ideo maxime contemnendi. Nam si singuli contemtu digni, plurimi coacti longe magis despiciendi erunt. Multorum enim insipientia, collecta

A φρόντας βιωτικοὺς περὶ ταῦτα ἐπτοῆσθαι, οὐχ οὕτω δεινὸν, καίπερ ὂν δεινόν· τὸ δὲ τοὺς τοῦ κόσμου λέγοντας ἀποπεπηδηκέναι τὰ αὐτὰ νοσεῖν· μᾶλλον δὲ χαλεπώτερα, τοῦτο μάλιστά ἐστι τὸ δεινόν. ἐκείνοις μὲν γὰρ μέχρι χρημάτων ἡ ζημία· ἐνταῦθα δὲ μέχρι ψυχῆς ὁ κίνδυνος. ὅταν γὰρ διὰ δόξαν πίστιν ἀμείβωσιν ὀρθὴν, καὶ ἵνα αὐτοὶ δοξάζωνται, τὸν Θεὸν ἀτιμάζωσι, τίνα ὑπερβολὴν [a] οὐχ ἂν ἔχοι βλακείας καὶ μανίας τὸ γινόμενον, εἰπέ μοι; τὰ μὲν οὖν ἄλλα πάθη, κἂν πολλὴν τὴν βλάβην ἔχῃ, φέρει γοῦν τινα καὶ ἡδονὴν, εἰ καὶ πρόσκαιρον καὶ βραχεῖαν. B καὶ γὰρ ὁ φιλοχρήματος, καὶ ὁ φίλοινος, καὶ ὁ φιλογύνης, ἔχουσί τινα μετὰ τῆς βλάβης καὶ ἡδονὴν εἰ καὶ βραχεῖαν· οἱ δὲ τοῦ πάθους αἰχμάλωτοι τούτου, διαπαντὸς κατάπικρον ζῶσι βίον καὶ ἡδονῆς ἀπεστερημένον. οὐ γὰρ ἐπιτυγχάνουσιν οὗ σφόδρα ἐρῶσι· δόξης λέγω τῆς παρὰ τῶν πολλῶν· ἀλλὰ δοκοῦσι μὲν ἀπολαύειν αὐτῆς, οὐκ ἀπολαύουσι δὲ, διὰ τὸ μηδὲ εἶναι δόξαν τὸ πρᾶγμα. διὰ τοῦτο οὐδὲ δόξα, ἀλλὰ κενὸν δόξης πρᾶγμα εἴρηται τὸ πάθος. [b] κενοδοξίαν δὲ αὐτὸ καὶ οἱ παλαιοὶ πάντες εἰκότως ἐκάλεσαν. διάκενος γάρ ἐστιν, ἔνδον οὐδὲν ἔχουσα λαμπρὸν C καὶ ἐπίδοξον. ἀλλ' ὥσπερ τὰ προσωπεῖα, δοκεῖ μὲν εἶναι λαμπρὰ καὶ ἐπέραστα, κενὰ δὲ ἔνδον ἐστί· διὸ καὶ τῶν σωματικῶν ὄψεων [c] εὐπρεπέστερα ὄντα, οὐδένα οὐδέποτε πρὸς τὸν ἔρωτα εἷλε τὸν αὐτῶν· οὕτω, μᾶλλον δὲ ἀθλιώτερον, καὶ ἡ παρὰ τῶν πολλῶν δόξα, τὸ δυσκαταγώνιστον τοῦτο καὶ τυραννικὸν πάθος ἡμῖν ἐσχημάτισεν. ὄψιν γὰρ ἔχει μόνον λαμπράν· τὰ δὲ ἔνδον αὐτῆς, οὐκ ἔτι κενὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀτιμίας ἀνάμεστα, καὶ ὠμῆς γέμει τῆς τυραννίδος. πόθεν οὖν τίκτεται τοῦτο τὸ πάθος, οὕτως ἄλογον ὂν καὶ ἡδονὴν οὐκ ἔχον φησί; πόθεν; οὐχ ἑτέρωθεν, ἀλλ' ἢ ἀπὸ D ψυχῆς ταπεινῆς καὶ εὐτελοῦς. οὐ γάρ ἐστι τὸν ὑπὸ δόξης ἁλόντα, μέγα τι καὶ νεανικὸν ἐννοῆσαι ταχέως· ἀλλ' αἰσχρὸν αὐτὸν εἶναι δεῖ, καὶ εὐτελῆ, καὶ ἄτιμον, καὶ μικρόν. ὁ γὰρ δι' ἀρετὴν μὲν μηδὲν ποιῶν, ἵνα δὲ ἀνθρώποις ἀρέσκῃ μηδενὸς ἀξίοις λόγου, καὶ πανταχοῦ τὴν ἐκείνων ψῆφον τιθέμενος τὴν ἐσφαλμένην καὶ πλανωμένην, πῶς ἂν ἄξιος εἴη [d] τινος; σκόπει δέ. εἴ τις αὐτὸν ἔροιτο· σὺ δὲ τί νομίζεις εἶναι τοὺς πολλούς; εὔδηλον ὅτι ῥαθύμους καὶ ἠμελημένους ἐρεῖ. τί δέ; ἕλοιο ἂν γενέσθαι κατ' ἐκείνους; εἴ τις αὐτὸν ἔροιτο πάλιν, οὐκ ἄν μοι δοκῇ θελῆσαι E γενέσθαι. πῶς οὖν οὐκ ἔσχατος γέλως τὴν τούτων δόξαν θηρεύειν, ὧν οὐκ ἂν ἕλοιτο γενέσθαι παραπλήσιος ποτέ;

Εἰ δὲ λέγεις, ὅτι πολλοὶ καὶ συνεστηκότες τινές εἰσι· διὰ τοῦτο μάλιστα αὐτῶν καταφρονεῖν ἐχρῆν. εἰ γὰρ καθ' ἑαυτοὺς ὄντες εἰσὶν εὐκαταφρόνητοι, ὅταν πολλοὶ γένωνται μειζόνως τοῦτο συμβήσεται. ἡ γὰρ τῶν καθ' ἕκαστον ἄνοια

a Morel. οὐχ ἕξει βλακείας. Savil. & quidam mss. οὐκ ἂν ἔχοι βλακείας. Alii [illegible], οὐκ ἂν ἔχοι βλάβης.
b Savil. κενοδοξίαν γάρ αὐτό.

c Morel. ἐκπρεπέστερα.
d Alii, τινος. εἰπὲ γάρ μοι· εἴ τις.

συλλεγέντων

συλλεγέντων ὁμοῦ μεῖζον ὑπὸ τοῦ πλήθους αὐξηθεῖσα γίνεται. [a] διὸ καὶ καθ' ἕνα μὲν αὐτῶν εἰ λάβοι ποτὲ ἄν τις, καὶ διορθώσειεν· ὁμοῦ δὲ ὄντας, οὐκ ἂν δυνηθείη ῥᾳδίως, διὰ τὸ τὴν ἄνοιαν ἐπιτείνεσθαι, καὶ δίκην θρεμμάτων ἄγεσθαι, καὶ πανταχοῦ ταῖς παρ' ἀλλήλων ἕπεσθαι δόξαις. Ταύτης οὖν, εἰπέ μοι, τῆς παρὰ τῶν πολλῶν ἀντιποιήσεσθε δόξης; μὴ, δέομαι καὶ ἀντιβολῶ. τοῦτο γὰρ πάντα ἄνω καὶ κάτω πεποίηκε· τοῦτο πλεονεξίαν ἔτεκε, βασκανίαν, κατηγορίαν, ἐπιβουλάς· τοῦτο τοὺς οὐδὲν ἠδικημένους κατὰ τῶν οὐδὲν ἠδικηκότων ὁπλίζει καὶ ἐκθηριοῖ. καὶ οὔτε φιλίαν οἶδεν ὁ τούτῳ τῷ νοσήματι περιπεσὼν, οὐ συνηθείας μέμνηται, οὐκ αἰδεῖσθαι οὐδένα ὅλως ἐπίσταται· ἀλλὰ πάντα ἀπὸ τῆς ψυχῆς ῥίψας τὰ καλὰ, πρὸς πάντας ἐκπεπολέμωται, ἄστατος, ἄστοργος ὤν. καὶ τὸ μὲν τῆς ὀργῆς πάθος, εἰ καὶ αὐτὸ τυραννικόν τί ἐστι καὶ ἀφόρητον, ἀλλ' οὐκ ἀεὶ διενοχλεῖν εἴωθεν, ἀλλ' ὅταν ἔχῃ τοὺς παροξύνοντας μόνον· τὸ δὲ τῆς κενοδοξίας διαπαντὸς, καὶ οὐκ ἔστι καιρὸς, ὡς εἰπεῖν, ἐν ᾧ λῆξαι δυνήσεται, μὴ λογισμοῦ κωλύοντος αὐτὴν καὶ καταστέλλοντος, ἀλλ' ἀεὶ πάρεστιν· οὐ μόνον ἀναπείθουσα ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ κἂν τύχωμέν τι κατορθοῦντες, καὶ τοῦτο ἀφαρπάζουσα τῶν χειρῶν. ἔστι δὲ ὅτε οὐδὲ [b] ἀφιεῖσα τὴν ἀρχὴν κατορθῶσαι. εἰ δὲ τὴν πλεονεξίαν ὁ Παῦλος εἰδωλολατρείαν καλεῖ· τὴν ταύτης μητέρα, καὶ ῥίζαν, καὶ πηγὴν, τὴν κενοδοξίαν λέγω, τί δίκαιον ὀνομάσαι; οὐδὲ γὰρ προσηγορίαν τῆς κακίας ἀξίαν ἐστὶν εὑρεῖν. ἀνανήψωμεν τοίνυν, ἀγαπητοὶ, καὶ τὸ πονηρὸν ἀποδυσώμεθα τοῦτο ἱμάτιον, καὶ διαῤῥήξωμεν καὶ [c] ἀποτέμωμεν, καὶ γενώμεθά ποτε ἐλεύθεροι τὴν ἐλευθερίαν τὴν ἀληθῆ, καὶ λάβωμεν αἴσθησιν τῆς εὐγενείας τῆς παρὰ Θεοῦ δεδομένης ἡμῖν· καταφρονήσωμεν τῆς τῶν πολλῶν δόξης. οὐδὲν γὰρ οὕτω καταγέλαστον καὶ ἄτιμον, ὡς τοῦτο τὸ πάθος· οὐδὲν οὕτως αἰσχύνης γέμον καὶ πολλῆς ἀδοξίας. καὶ τοῦτο πολλαχόθεν ἴδοι τις ἄν· ὅτι τὸ μὲν δόξης ἐρᾷν, ἀδοξία, δόξα δὲ ὄντως, τὸ ταύτης ὑπερορᾷν, καὶ μηδένα αὐτῆς ποιεῖσθαι λόγον, ἀλλὰ πρὸς τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν ἅπαντα καὶ λέγειν καὶ ποιεῖν. οὕτω γὰρ δυνησόμεθα καὶ μισθὸν λαβεῖν παρὰ τοῦ τὰ ἡμέτερα ὁρῶντος ἀκριβῶς, ὅταν αὐτῷ μόνῳ ἀρκώμεθα θεατῇ. τί γὰρ ἡμῖν καὶ ἑτέρων ὀφθαλμῶν δεῖ, [d] τοῦ τιμᾷν μέλλοντος ἡμᾶς ὁρῶντος ἀεὶ τὰ γινόμενα παρ' ἡμῶν; πῶς δὲ οὐκ ἄτοπον, τὸν μὲν οἰκέτην πάντα ὅσαπερ ἂν ποιῇ εἰς ἀρέσκειαν τοῦ δεσπότου ποιεῖν, καὶ μηδὲν πλέον ἐπιζητεῖν τῆς θεωρίας τῆς τούτου, μηδὲ ἑτέρους ὀφθαλμοὺς ἐφέλκεσθαι πρὸς τὴν πρᾶξιν, κἂν μεγάλοι οἱ θεωροῦντες ὦσιν, ἀλλ' ἓν μόνον σκοπεῖν ὅπως ὁ δεσπότης θεάσηται· ἡμᾶς δὲ τοιοῦτον ἔχοντας κύριον, ἑτέρους ἐπιζητεῖν θεατὰς τοὺς ὠφελῆσαι μὲν οὐδὲν, βλάψαι δὲ ἐκ τῆς θεωρίας δυναμένους, καὶ κενῶσαι πάντα τὸν πόνον ἡμῖν; μὴ, παρακαλῶ· ἀλλ' ὅθεν ἔχομεν τοὺς μισθοὺς

multitudine, magis augetur. Quapropter si singulos seorsim quis duxerit, emendare poterit; simul coactos non facile: eo quod insipientia sit major, & illi instar pecorum agantur, mutuamque sequantur sententiam. Talemne, quæso, multitudinis auram sectabimini? Ne, quæso & obsecro. Id enim omnia sus deque vertit: id avaritiam peperit, invidiam, criminationes, insidias: illud eos qui nullam passi sunt injuriam, contra eos qui nullam intulerunt armat & efferat. Qui hoc laborat morbo non amicitiam novit, non consuetudinem; neminem prorsus reveretur; sed bonis omnibus ex animo rejectis, cum omnibus bellum gerit, inconstans & inhumanus. Iræ certe morbus, etsi tyrannicus sit & intolerabilis, non semper exagitare solet, sed cum ab aliquibus irritatur. At vanæ gloriæ amor sempe viget, nullum tempus, ut ita dicam, est quo desinere possit, nisi ratio illam cohibeat & comprimat, sed semper adest, non modo ad peccandum incitans, sed etiam si quid recte egerimus, e manibus præripiens. Aliquando vero non sinit recte operari. Quod si Paulus avaritiam idolorum servitutem vocet; ejus matrem, radicem & fontem, vanam gloriam scilicet, quo nomine vocabimus? Neque enim illud tantæ nequitiæ dignum inveniemus. Resipiscamus igitur, dilecti, & hoc perniciosum exuamus vestimentum: ipsum discindamus & dissecemus, veraque libertate tandem liberi efficiamur, atque in sensum nobis a Deo concessæ nobilitatis veniamus: multitudinis auram despiciamus. Nihil enim magis hoc morbo ridiculum & indecorum: nihil tanta turpitudine & infamia plenum. Hocque multis ex rationibus videre est: quod nempe gloriam concupiscere, ignominia; illam autem despicere & nihil reputare, vere gloria sit; sed omnia ad Dei placitum & dicenda & agenda sunt. Sic enim poterimus mercedem accipere ab eo qui nostra accurate respicit, quando illo solo contenti erimus spectatore. Quid enim nobis aliis oculis opus, cum is qui nobis honorem & præmium largiturus est, gesta nostra semper videat? Quomodo non absurdum sit, servum quidem ad heri sui placitum omnia facere, nihilque aliud quærere, quam ut ab ipso videatur, neque alios ad gesta sua oculos exquirere, quantumvis magni sint alii spectatores, sed unum scopum habere ut ab hero suo videatur; nos autem talem habentes Dominum, alios quærere spectatores, qui nos nihil juvare, sed aspiciendo nocere possunt, totumque laborem nostrum fructu vacuum reddere? Ne, quæso, id agamus; sed a quo mercedem accepturi sumus,

Ephes. 5. 5.

Deum unum laudatorem quærere oportet.

[a] Savil. διὸ ἢ ἕνα. Sed melius Morel. & mss. omnes καὶ καθ' ἕνα.
[b] Alii, ἀφεῖσα.

[c] Morel. ἀποτέμωμεν.
[d] Alii, τοῦ τιμᾷν θέλοντος.

eum gestorum laudatorem advocemus & spectatorem. Nihil nobis commune cum humanis oculis sit. Si enim hanc gloriam assequi voluerimus, eam profecto consequemur, cum solam Dei quæremus gloriam. *Nam glorificantes me glorificabo*, inquit. Ac quemadmodum tunc maxime divitiis affluimus, cum illas spernimus, & a Deo tantum divitias quærimus: nam ait, *Quærite regnum Dei, & hæc omnia adjicientur vobis*; sic & de gloria dicendum. Cum largitio sive pecuniarum, sive gloriæ periculo vacat, tunc illam Deus abundanter impertit. Tunc autem hæc sine periculo sunt, cum nobis non imperant, nec dominantur, nec nobis tamquam servis utuntur; sed ut heris & liberis adsunt. Ideo non vult nos illas amare, ne iis subjiciamur: quod si assequamur, illas nobis cum abundantia multa largitur. Quid enim Paulo clarius, quæso, qui ait: *Non quærimus ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis?* Quid locupletius illo, qui nihil habet, & omnia possidet? Cum enim, ut dixi, non subjiciemur eis, tunc illas tenebimus, tunc accipiemus. Si itaque gloriam assequi cupiamus, gloriam fugiamus; sic enim poterimus, servatis Dei præceptis, & præsentia & futura consequi bona per gratiam Christi, quîcum Patri gloria, unaque Spiritui sancto, in sæcula sæculorum, amen.

1. Reg. 2. 32.

Matth. 6. 33.

1. Thess. 2. 6.

A λαβεῖν, τοῦτον καλῶμεν ἐπαινέτην τῶν γινομένων, τοῦτον θεατήν. μηδὲν ἡμῖν καὶ ἀνθρωπίνοις ὀφθαλμοῖς ἔστω. εἰ γὰρ ἐθέλοιμεν καὶ ταύτης ἐπιτυχεῖν τῆς δόξης, τότε αὐτῆς ἐπιτευξόμεθα, [a] ὅταν τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ ζητῶμεν μόνην. τοὺς γὰρ δοξάζοντάς με δοξάσω, φησί. καὶ ὥσπερ χρημάτων τότε μάλιστα εὐποροῦμεν, ὅταν καταφρονῶμεν αὐτῶν, καὶ τὸν παρὰ τοῦ θεοῦ ζητῶμεν πλοῦτον μόνον· ζητεῖτε γάρ, φησι, τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς δόξης. ὅταν ἡμῖν λοιπὸν ἀκίνδυνος ἡ δόσις [b] ᾖ καὶ ἡ τῶν χρημάτων καὶ ἡ τῆς δόξης, τότε αὐτὴν
B ἐπιδαψιλεύσεται ὁ θεός. ἀκίνδυνος δὲ τότε ἐστίν, ὅταν ἡμῶν μὴ κρατῇ, μηδὲ περιγίνεται, μηδὲ ὡς δούλοις αὐτὴ ἐπιτάττῃ, ἀλλ' ὡς δεσπόταις καὶ ὡς ἐλευθέροις παραγένηται. διὰ γὰρ τοῦτο οὐδὲ βούλεται αὐτῶν ἡμᾶς ἐρᾶν, ἵνα μὴ κρατώμεθα παρ' αὐτῶν. κἂν τοῦτο κατορθώσωμεν, δίδωσιν ἡμῖν αὐτὰ μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας. τί γὰρ Παύλου λαμπρότερον, εἰπέ μοι, τοῦ λέγοντος· οὐ ζητοῦμεν παρὰ ἀνθρώπων δόξαν, οὔτε ἀφ' ὑμῶν, οὔτε ἀπ' ἄλλων; τί δὲ εὐπορώτερον τοῦ μηδὲν ἔχοντος, καὶ πάντα κατέχοντος; ὅταν γάρ, ὅπερ ἔφην, μὴ κρατώμεθα ὑπ' αὐτῶν, τότε αὐτῶν κρατήσομεν, τότε αὐτὰ ληψόμεθα. εἰ τοίνυν ἐπιθυμοῦ-
C μεν ἐπιτυχεῖν δόξης, φεύγωμεν δόξαν· οὕτω γὰρ δυνησόμεθα τοῦ θεοῦ τοὺς νόμους ἀνύσαντες, τυχεῖν καὶ τῶν ἐνταῦθα καὶ τῶν ἐπηγγελμένων [c] ἀγαθῶν χάριτι τοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

HOMILIA IV.

In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum.

1. TRADITIS ad disciplinas pueris, non gravia magistri statim imponunt onera, neque confertim hoc faciunt, sed paulatim, & eadem ipsis sæpe repetunt, ut ea facilius in mente imprimant, ne a principio deterriti multitudine eorum quæ vix memoria retinere valeat, segniores evadant ad ea quæ sibi tradita sunt colligenda, desidiâ tandem ex difficultatibus partâ. Hunc ego morem sequar, levemque vobis laborem reddam: ac paulatim & per partes acceptis iis, quæ in hac sacra mensa proponuntur, sic ea in animos vestros immittam. Ideoque ipsa iterum verba proponam, non ut idem repetam, sed ut addam omissa. Age ergo verba rursus ab initio adducamus: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum.* Cur cum alii Evangelistæ ab Incarnatione Christi orsi sint; (nam Matthæus sic orditur: *Liber generationis Jesu Christi, filii David:* Lucas nobis ea quæ Mariam

Cur alii Evangelistæ ab incarnatione orsi sint, Joannes vero secus.

ΟΜΙΛΙΑ δʹ.

Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν.

D

ΤΟΙΣ ἄρτι τῶν παίδων εἰσαγομένοις πρὸς τὰ μαθήματα, οὔτε πολλὰ [d] ἐφεξῆς ἐπιτιθέασιν οἱ διδάσκαλοι τὰ φορτία, οὔτε εἰς ἅπαξ τοῦτο ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ βραχέα, καὶ τὰ αὐτὰ πολλάκις ἐνηχοῦσιν αὐτοῖς, ὥστε αὐτῶν ῥᾳδίως ἐντεθῆναι τῇ διανοίᾳ τὰ λεγόμενα· ἀλλὰ μὴ ἐκ προοιμίων δυσχεράναντας αὐτοὺς πρὸς τὸ πλῆθος καὶ τὸ τῆς μνήμης δυσκάθεκτον, ὀκνηροτέρους γενέσθαι περὶ τὴν συλλογὴν τῶν δοθέντων, νάρκης τινὸς αὐτοῖς ἀπὸ τῆς δυσκολίας ἐγγινομένης. τοῦτο δὴ καὶ αὐτὸς κατασκευάσαι βουλόμενος, καὶ τὸν πόνον ὑμῖν
E ποιῆσαι κοῦφον, κατὰ μικρὸν ἀπολαμβάνων τὰ ἐν τῇ θείᾳ ταύτῃ τραπέζῃ, εἰς τὰς ὑμετέρας οὕτως ἐνίημι ψυχάς. διὸ καὶ τῶν αὐτῶν ἅψομαι πάλιν ῥημάτων· οὐχ ὥστε τὰ αὐτὰ πάλιν εἰπεῖν, ἀλλ' ὥστε τὰ λείποντα προσθεῖναι μόνον. φέρε οὖν, τὸν λόγον ἐπὶ τὰ προοίμια πάλιν ἀγάγωμεν. ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν. τίνος ἕνεκεν τῶν ἄλλων ἁπάντων εὐαγγελιστῶν ἀπὸ τῆς οἰκονομίας ἀρξαμένων· καὶ γὰρ ὁ Ματθαῖός φησι, βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαυΐδ· καὶ ὁ Λουκᾶς, τὰ κατὰ

a Alii, ὅτε.
b ᾖ deest in quibusdam mss.

c Morel. ἀγαθῶν, ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι &c.
d ἐφεξῆς deest in quibusdam mss.

Μαρίαν ἡμῖν ἐν ἀρχῇ διηγεῖται· καὶ ὁ Μάρκος δὲ, ὁμοίως τοῖς αὐτοῖς ἐνδιατρίβει λόγοις, τὴν κατὰ τὸν Βαπτιστὴν ἱστορίαν ἐντεῦθεν ὑφαίνων· ὁ Ἰωάννης τοῦτο μὲν ἐν βραχεῖ καὶ μετὰ ταῦτα ἠνίξατο εἰπὼν, καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο· τὰ δὲ ἄλλα πάντα παραδραμὼν, τὴν σύλληψιν, τὸν τόκον, τὴν ἀνατροφὴν, τὴν αὔξησιν, εὐθέως περὶ τῆς ἀϊδίου γεννήσεως ἡμῖν διηγεῖται; τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ αἴτιον τούτων, ἤδη πρὸς ὑμᾶς ἐρῶ. Τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν τὸ πλέον ἐν τοῖς κατὰ σάρκα διατριψάντων λόγοις, δέος ἦν μή τινας διὰ τοῦτο χαμαιπετεῖς ὄντας τούτοις ἐναπομεῖναι μόνοις τοῖς δόγμασιν· ὃ Παῦλος ἔπαθεν ὁ Σαμοσατεύς. [a] Ἐκ ταύτης τοίνυν ἀνάγων τῆς χαμαιζηλίας τοὺς μέλλοντας ἐμπεσεῖσθαι, καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέλκων, εἰκότως ἄνωθεν καὶ ἐκ τῆς ὑπάρξεως τῆς ἀϊδίου ποιεῖται τῆς διηγήσεως τὴν ἀρχήν. Τοῦ μὲν γὰρ Ματθαίου ἀπὸ Ἡρώδου τοῦ βασιλέως· τοῦ Λουκᾶ δὲ, ἀπὸ Τιβερίου τοῦ Καίσαρος· τοῦ δὲ Μάρκου, ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου πρὸς τὴν διήγησιν εἰσβαλόντων· πάντα ταῦτα [b] ἀφεὶς οὗτος, ἀνωτέρω παντὸς ἄνεισι χρόνου τε καὶ αἰῶνος, ἐκεῖ τὴν διάνοιαν τῶν ἀκροατῶν ἀκοντίζων πρὸς τὸ, ἐν ἀρχῇ ἦν, καὶ οὐκ ἀφιεὶς στῆναί που, οὐδὲ ὅρον τιθεὶς, καθάπερ ἐκεῖνοι, τὸν Ἡρώδην καὶ τὸν Τιβέριον καὶ τὸν Ἰωάννην. Ὃ δὲ ἄξιον [c] μετὰ τούτων θαυμάσαι, ἐκεῖνο μάλιστα εἰπεῖν ἐστιν, ὅτι οὔτε οὗτος πρὸς τὸν ὑψηλότερον ἑαυτὸν λόγον ἀφιεὶς τῆς οἰκονομίας ἠμέλησεν· οὔτε ἐκεῖνοι τὴν περὶ ταύτης ἐσπουδακότες διήγησιν, τὴν προαιώνιον ἐσίγησαν ὕπαρξιν. Καὶ μάλα εἰκότως· ἓν γὰρ ἦν τὸ πνεῦμα τὸ κινοῦν τὰς ἁπάντων ψυχάς. Διὸ καὶ πολλὴν περὶ τὴν ἀπαγγελίαν ἐπεδείξαντο τὴν ὁμόνοιαν. Σὺ δὲ, ἀγαπητὲ, λόγον ἀκούσας, μηδέποτε ἀνάσχῃ τῶν λεγόντων ἔργον αὐτὸν εἶναι· ἀλλὰ μηδὲ τῶν ἁπλῶς λόγον αὐτὸν εἶναι νομιζόντων. Πολλοὶ μὲν γὰρ οἱ τοῦ Θεοῦ λόγοι, οὓς καὶ ἄγγελοι ποιοῦσιν· ἀλλ' οὐδεὶς ἐκείνων τῶν λόγων Θεὸς, ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἅπαντες προφητεῖαι [d] καὶ προστάγματα· οὕτω γὰρ ἔθος τῇ γραφῇ καλεῖν τοὺς νόμους τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπιτάγματα, καὶ τὰς προφητείας· διὸ καὶ ἐπάγει λέγων περὶ τῶν ἀγγέλων, Δυνατοὶ ἰσχύϊ, ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ· οὗτος δὲ ὁ λόγος, οὐσία τίς ἐστιν ἐνυπόστατος, ἐξ αὐτοῦ προελθοῦσα ἀπαθῶς τοῦ πατρός. Τοῦτο γὰρ, ὡς ἔφθην εἰπὼν, διὰ τῆς τοῦ λόγου προσηγορίας ἐδήλωσεν. Ὥσπερ οὖν τὸ, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, τὸ ἀΐδιον δηλοῖ· οὕτω τὸ, οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν, τὸ συναΐδιον ἡμῖν ἐνέφηνεν. Ἵνα γὰρ μὴ ἀκούσας, ὅτι ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, ἀΐδιον μὲν νομίσῃς, πρεσβυτέραν δὲ διαστήματί τινι τοῦ πατρὸς τὴν ζωὴν ὑποπτεύσῃς καὶ αἰῶνι πλείονι, καὶ τῷ μονογενεῖ δῷς ἀρχὴν, ἐπήγαγε τὸ, ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν ἦν, [e] οὕτως ἀΐδιος, ὡς αὐτὸς ὁ πατήρ· οὐ γὰρ ἦν ἔρημός ποτε τοῦ λόγου, ἀλλ' ἀεὶ Θεὸς πρὸς Θεὸν ἦν, ἐν ὑποστάσει μέντοι ἰδίᾳ. Πῶς οὖν, φησὶν, εἶπεν, ὅτι ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, εἴγε πρὸς τὸν Θεὸν ἦν; ὅτι καὶ πρὸς τὸν

A spectant in principio enarrat; Marcus vero similia fere profert, ex Baptistæ historia orsus.) Joannes id paucis & post illa priora subindicavit his verbis, *Et Verbum caro factum est*, cæterisque omnibus prætermissis, conceptione, partu, educatione, incremento, æternam statim generationem nobis enarrat? Quænam horum causa sit jam vobis dicam. Cum cæteri Evangelistæ de iis quæ carnem spectant ut plurimum verba fecissent, timendum erat, ne quipiam humi repentes in hisce dogmatibus consi-
B sterent; quod & Paulo Samosatensi contigit. Ex hac igitur abjecta opinione reducens eos qui lapsuri erant, & ad cælos erigens, jure ex superna æternaque existentia narrandi principium ducit. Nam cum Matthæus ab Herode rege; Lucas a Tiberio Cæsare; Marcus a baptismate Joannis narrationem cœpissent: istis omnibus ille omissis, statim supra tempus & sæculum omne conscendit, illucque auditorum mentem quasi jaculatur, cum ait, *In principio erat*: neque
C consistendi locum relinquit, neque terminum ponit, ut illi, Herodem nempe, Tiberium & Joannem. Ad hæc, quod summopere mirandum, neque hic sublimiorem aggressus sermonem, œconomiam sive incarnationem neglexit; neque, qui eam narraverunt, illius ante sæcula exsistentiam tacuerunt; idque jure merito: unus quippe Spiritus erat qui omnes movebat; ideoque magnum in narratione consensum exhibuerunt. Tu vero, dilecte, cum Verbum audis, ne feras eos qui dicunt ipsum opificium esse; neque eos qui putant ipsum sim-
D pliciter verbum esse. Multa nempe sunt Dei verba, quæ & Angeli *faciunt*; sed nullum horumce verborum Deus est; verum illa omnia sunt prophetiæ & præcepta; sic enim solet Scriptura vocare leges Dei, præcepta & prophetias: ideoque de Angelis adjicit, *Potentes virtute, facientes verbum illius.* Hoc autem Verbum substantia est in hypostasi, quæ a Patre sine passione procedit. Illud enim, ut dixi, per Verbi appellationem significavit. Quemadmodum igitur, illud, *In principio erat Verbum*, æternitatem denotat; ita & illud, *Hoc erat in*
E *principio apud Deum*, coæternitatem nobis significat. Etenim ne audiens, *In principio erat Verbum*, æternum quidem existimares, sed Patrem aliquo vitæ interstitio seniorem, & majoris ævi crederes, neve principium Unigenito dares, adjecit *erat in principio apud Deum*: ita æternus ut Pater, nunquam enim Verbo vacuus fuit; sed semper Deus apud Deum fuit, in propria sibi hypostasi. Quomodo ergo, inquies, adjecit, *in mundo erat*, si erat apud Deum? Quia & apud Deum,

Paulus Samosatensis humi repit.

Verbum quid sit.

Ps. 102. 21.

a Alii, ἐκ ταύτης οὖν ἀνάγων.
b Alii, ἀφεὶς αὐτός.
c Savil. μετὰ τοῦτο, Morel. μετὰ τούτων, & sic mss. multi.
d Quidam, καὶ πράγματα.
e Morel. οὕτως ἀΐδιος δηλοῖ ὡς. Savil. οὕτως ἀΐδιος ὡς.

Deus erat, & in mundo erat: nullo quippe clauditur termino sive Pater, sive Filius. Nam si *magnitudinis ejus non est finis, & sapientiæ ejus non est numerus*, liquet neque substantiæ illius esse initium temporale. Audisti, *In principio fecit Deus cælum & terram?* Quid cogitas de hoc principio? Certe quod hæc ante omnia visibilia facta sint: Sic & cum de Unigenito audis, *In principio erat*, ante intelligibilia omnia & ante sæcula ipsum esse intelligas oportet. Quod si quis dixerit: Et quomodo fieri potest, ut filius cum sit, non sit junior Patre? Nam qui ex aliquo est, necessario posterior est illo a quo est; respondebimus, hæc ex humanis cogitationibus proficisci, & eum qui hæc quærit, absurdiora etiam quæsiturum esse: nec esse illa vel auribus percipienda. De Deo quippe nobis est sermo, non de hominum natura, hujusmodi ratiociniorum consequentiæ & necessitati subjecta. Verumtamen ad infirmiores roborandos respondebimus.

Ps. 146. 5.

2. Dic ergo mihi: Radius solis ex natura-ne solis exsilit, an aliunde? Necessario fatendum, nisi sensibus vacui simus, ex ejus natura prodire; & tamen licet ex sole radius prodeat, nunquam dicemus ipsum esse solari natura posteriorem: quandoquidem nunquam sol sine radio visus est: Quod si in his visibilibus & sensibilibus, quidpiam sit quod sit ex aliquo, neque posterius sit illo; cur id non credis de invisibili & ineffabili natura? Certe hoc ipsum ita se habet, ut illam substantiam decet. Ideoque Paulus eo ipsum
Hebr. 1. 3. vocavit nomine, simul declarans & ex ipso & coæternum ipsi esse. Quid igitur, dic mihi, annon sæcula omnia & spatium omne per ipsum facta sunt? Hoc confiteatur necesse est is, qui mente captus non sit. Ergo nihil medium est inter Filium & Patrem. Si nihil, ergo non posterior, sed coæternus est. Nam *ante* & *post* tempora significant. Hæ quippe voces non possunt sine sæculo vel tempore cogitari. Deus vero superior est temporibus & sæculis. Quod si omnino dixeris Filio principium esse, cave ne Patrem quoque sub principio eadem ratione constituere cogaris; antiquiore quidem, sed tamen principio. Dic enim mihi: Annon terminum atque principium Filio adscribens, atque ab illo principio altius prodiens, Patrem prius exsistere dicis? Id certe manifestum. Dic ergo mihi quanto spatio præexistit Pater? sive enim parvum, sive magnum dixeris spatium, sub principio Patrem posuisti. Nam postquam mensuram spatii illius duxeris, sic dices vel parvum vel magnum esse: mensura vero duci non potest, nisi utrinque principium sit. Itaque Patri, quantum in te fuit, principium dedisti: sicque secundum

A θεὸς ἦν, καὶ ἐν τῷ κόσμῳ ἦν. οὐδαμοῦ γὰρ περατοῦται, οὔτε ὁ πατὴρ, οὔτε ὁ υἱός. εἰ γὰρ τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας, καὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀριθμός· οὐδὲ τῆς οὐσίας εὔδηλον ὅτι ἀρχή τις χρονική. ἤκουσας, ὅτι ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν; τί νοεῖς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ταύτης; εὔδηλον ὅτι τὸ πρὸ πάντων γενέσθαι αὐτὰ τῶν ὁρατῶν· οὕτω καὶ περὶ τοῦ μονογενοῦς ἀκούων, ὅτι ἐν ἀρχῇ ἦν, πρὸ πάντων αὐτὸν νόει τῶν νοητῶν καὶ πρὸ τῶν αἰώνων. εἰ δὲ λέγοι τις· καὶ πῶς ἐστιν, υἱὸν ὄντα μὴ νεώτερον εἶναι τοῦ πατρός; τὸ γὰρ ἔκ τινος ὂν, ἀνάγκη πᾶσα ὕστερον εἶναι τοῦ ἐξ οὗ
B ἐστιν· ἐροῦμεν, ὅτι μάλιστα μὲν ταῦτα [a] λογισμῶν ἀνθρωπίνων ἐστί· καὶ ὁ τοῦτο ζητῶν, καὶ ἕτερα τούτων ἀτοπώτερα ζητήσει· καὶ οὐδὲ τῇ ἀκοῇ τὰ τοιαῦτα παραδέχεσθαι ἔδει. περὶ θεοῦ γὰρ νῦν ἡμῖν ὁ λόγος ἐστὶν, οὐ περὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως, ὑποκειμένης τῇ τῶν λογισμῶν τούτων ἀκολουθίᾳ τε καὶ ἀνάγκῃ. πλὴν ἀλλ' ὑπὲρ πληροφορίας τῶν ἀσθενεστέρων, καὶ πρὸς ταῦτα ἐροῦμεν.

Εἰπὲ γάρ μοι, τὸ ἀπαύγασμα τοῦ ἡλίου, ἐξ αὐτῆς ἐκπηδᾷ τῆς τοῦ ἡλίου φύσεως, ἢ ἄλλοθεν ποθέν; ἀνάγκη πᾶσα ὁμολογῆσαι, τὸν μὴ καὶ τὰς αἰσθήσεις πε-
C πηρωμένον, ὅτι ἐξ αὐτῆς· ἀλλ' ὅμως καὶ ἐξ αὐτοῦ ὂν τοῦ ἡλίου τὸ ἀπαύγασμα, οὐκ ἄν ποτε ὕστερον εἶναι φαίημεν τῆς ἡλιακῆς φύσεως· ἐπειδὴ μηδὲ χωρὶς ἀπαυγάσματος ἥλιος ἐφάνη ποτέ. εἰ δὲ ἐπὶ τῶν σωμάτων τούτων τῶν ὁρατῶν καὶ αἰσθητῶν, καὶ ἔκ τινος ὂν, καὶ οὐχ ὕστερον ἐξ οὗ ἐστιν ἐφάνη τι ὂν, τί ἀπιστεῖς ἐπὶ τῆς ἀοράτου καὶ ἀῤῥήτου φύσεως; * τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτό ἐστιν, οὕτως ὡς ἐκείνῃ τῇ οὐσίᾳ πρέπον ἦν. διὰ γάρ τοι τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος αὐτὸν οὕτως ἐκάλεσε, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ τὸ συναΐδιον παριστῶν. τί δὲ, εἰπέ μοι, οὐχ οἱ αἰῶνες δι' αὐτοῦ γεγόνασιν ἅπαντες καὶ διάστημα ἅπαν; ἀ-
D νάγκη πᾶσα ὁμολογῆσαι τὸν μὴ παραπαίοντα. οὐκ οὖν οὐδὲν μέσον υἱοῦ καὶ πατρός. εἰ δὲ οὐδὲν, οὐχ ὕστερος, ἀλλὰ συναΐδιος. τὸ γὰρ πρὸ καὶ τὸ μετὰ, χρόνων εἰσὶν ἔννοιαι δηλωτικαί. χωρὶς γὰρ αἰῶνος ἢ χρόνου οὐκ ἂν δυνηθείη τις ταῦτα νοῆσαι τὰ ῥήματα. χρόνων δὲ καὶ αἰώνων ἀνώτερος ὁ θεός. εἰ δὲ ὅλως τοῦ υἱοῦ φῂς ἀρχὴν καταληφέναι, ὅρα μὴ καὶ τὸν πατέρα ὑπὸ ἀρχὴν ἀναγκασθῇς [b] ἀγαγεῖν κατὰ τοῦτον τὸν λόγον καὶ τὸν λογισμόν· πρεσβυτέραν μὲν, ἀρχὴν δὲ ὅμως. εἰπὲ γάρ μοι· οὐχ ὅρον τινὰ καὶ ἀρχὴν [c] περιστιθεὶς τῷ υἱῷ, καὶ οὕτω προϊὼν ἀπ' αὐτῆς ἐπὶ τὸ ἄνω, τὸν πατέ-
E ρα προεῖναι λέγεις; εὔδηλον ὅτι. εἰπὲ οὖν μοι, πόσον ὁ πατὴρ προϋπάρχει; ἄν τε γὰρ ὀλίγον ἄν τε πολὺ διάστημα εἴπῃς, ὑπὸ τὴν ἀρχὴν τὸν πατέρα ἤγαγες. μετρήσας γὰρ εὔδηλον ὅτι τὸ μέσον, οὕτως ὀλίγον ἐρεῖς ἢ πολύ· μετρῆσαι δὲ οὐκ ἂν γένοιτο, μὴ ἑκατέρωθεν οὔσης ἀρχῆς. ὥστε καὶ τῷ πατρὶ δέδωκας ἀρχὴν, τό τε εἰς σὲ ἧκον· καὶ οὐκ ἔσται λοιπὸν

a Quidam λογισμῶν ἀνθρώπων.
* Hic & alibi seriem mutandam in cassum proponit Boisius.

b Alii, ἀγαγεῖν, alii, ἀναγαγεῖν.
c Quidam περιτιθείς. & paulopost nonnulli προϊέναι λέγεις.

A οὐδὲ ὁ πατὴρ ἄναρχος καθ' ὑμᾶς. ὁρᾷς ὅτι τὸ παρὰ τοῦ σωτῆρος λεχθὲν ἀληθές ἐστι, καὶ πανταχοῦ τὴν δύναμιν ἐνδείκνυται τὴν αὐτοῦ τὸ ῥῆμα; ποῖον δὴ τοῦτο; ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱὸν, οὐ τιμᾷ τὸν πατέρα. καὶ οἶδα μὲν πολλοῖς ἀκατάληπτον ὂν τὸ λεχθέν. διὸ πολλαχοῦ καὶ τὰ ἀπὸ τῶν λογισμῶν ἀναβαλλόμεθα κινεῖν, ὅτι οὔτε παρακολουθεῖν αὐτοῖς ὁ λοιπὸς δύναιτ' ἂν δῆμος· οὔτε, εἰ παρακολουθήσειεν, ἔχει τι βέβαιον καὶ ἀσφαλές. λογισμοὶ γὰρ ἀνθρώπων δειλοὶ, καὶ ἐπισφαλεῖς αἱ ἐπίνοιαι αὐτῶν. ἡδέως δ' ἂν κἀκεῖνο [a] ἐροίμην τοὺς ἀντιλέγοντας ἡμῖν· τί ποτέ ἐστι τὸ παρὰ τῷ προφήτῃ λεγόμενον, τὸ, ἔμπροσθέν μου οὐκ ἐγένετο B ἄλλος θεὸς, καὶ μετ' ἐμὲ οὐκ ἔστιν; εἰ γὰρ νεώτερος τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς, πῶς φησι, μετ' ἐμὲ οὐκ ἔστιν; ἄρα οὖν ἀναιρήσετε καὶ αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς τὴν οὐσίαν; ἀνάγκη γὰρ, ἢ τοῦτο τολμᾷν, ἢ μίαν [b] παραδέξασθαι τὴν θεότητα ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει πατρὸς καὶ υἱοῦ. ποῦ δὲ ὅλως τὸ, πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, ἀληθές; εἰ γάρ ἐστιν αἰὼν αὐτοῦ πρεσβύτερος, πῶς ἂν τὸ πρὸ αὐτοῦ, δι' αὐτοῦ γεγενημένον εἴη; ὁρᾶτε εἰς ὅσην τόλμαν αὐτοὺς ἅπαξ παρακινηθείσης τῆς ἀληθείας ὁ λόγος ἐξήγαγε; διατί γὰρ οὐκ εἶπεν ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, καθάπερ περὶ πάντων ὁ Παῦλος ἀποφαίνεται, λέγων οὕτως· ὁ καλέσας τὰ C μὴ ὄντα ὡς ὄντα, ἀλλ' ἐν ἀρχῇ ἦν, φησι; τοῦτο γὰρ ἐναντίον ἐκείνῳ· καὶ μάλα εἰκότως. θεὸς γὰρ οὔτε γίνεται, οὔτε ἔχει [c] τι πρεσβύτερον· ἀλλὰ ταῦτα Ἑλλήνων ῥήματα. εἰπὲ δή μοι κἀκεῖνο· τὸν κτίστην τῶν ἔργων οὐχὶ ἀσυγκρίτως ὑπερέχειν εἴποις ἄν; ὅταν [d] οὖν αὐτοῖς ὅμοιον ᾖ τὸ ἐξ οὐκ ὄντων, ποῦ ἡ ἀσύγκριτος ὑπεροχή; τί δέ ἐστιν ὅλως τὸ, ἐγὼ πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα, καὶ ἔμπροσθέν μου οὐκ ἐγένετο ἄλλος θεός; εἰ γὰρ ὁ υἱὸς μὴ εἴη τῆς αὐτῆς οὐσίας, ἕτερός ἐστι θεός· καὶ εἰ μὴ συναΐδιος, ἔστι μετ' αὐτόν· καὶ εἰ μὴ ἐκ τῆς οὐσίας προῆλθεν, εὔ- D δηλον ὅτι ἐγένετο. εἰ δὲ λέγοιεν, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν εἰδώλων ταῦτα εἰρῆσθαι· πῶς οὐ συγχωροῦσι πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν εἰδώλων λέγειν τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν; εἰ δὲ καὶ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν εἰδώλων εἴρηται τοῦτο· πῶς ἑρμηνεύσεις τὴν ῥῆσιν ἅπασαν; μετ' ἐμὲ γάρ, φησιν, οὐκ ἔστιν ἄλλος θεός· οὐκ ἐκβάλλων τὸν υἱὸν, τοῦτό φησιν, ἀλλ' ὅτι θεὸς εἰδωλικὸς μετ' ἐμὲ οὐκ ἔστιν· οὐχ ὅτι υἱὸς [e] οὐκ ἔστι. ναί φησι. τί οὖν; καὶ τὸ ἔμπροσθέν μου οὐκ ἐγένετο ἄλλος θεὸς, οὕτως ἐκλήψῃ, ὅτι εἰδωλικὸς μὲν οὐκ E ἐγένετο· ἐγένετο δ' οὖν ὅμως υἱὸς ἔμπροσθεν αὐτοῦ; καὶ ποῖος ἂν τοῦτο δαίμων εἴποι; οὐδὲ γὰρ αὐτὸν οἶμαι τὸν διάβολον τοῦτο [f] ἐρεῖν. ἄλλως δέ· εἰ οὐκ ἔστι συναΐδιος τῷ πατρὶ, πῶς ἄπειρον αὐτοῦ τὴν ζωὴν ἐρεῖς; εἰ γὰρ ἀρχὴν ἄνωθεν ἔχει, κἂν ἀτε-

A vos ne Pater quidem sine principio erit. Viden' verum esse id quod a Servatore dictum est, & dictum illud virtutis ejus ubique argumentum esse? Quodnam illud est? *Qui non honorat Filium, non honorat Patrem.* Novi multis hæc incomprehensibilia esse. Ideoque ratiocinia hujusmodi movere sæpe cunctamur, quod vulgus illa assequi nequeat; vel si assequatur, illa non firma & certa maneant; *Ratiocinia* quippe *hominum timida sunt, & fallaces cogitationes eorum.* (Sap. 9. 14.) Libenter autem adversarios interrogaverim. Quid sit illud a Propheta dictum: *Ante me non* (Isai. 43. 10.) B *fuit alius Deus, & post me non erit?* Nam si junior est Patre Filius, quomodo dicit, *Post me non erit?* Num ergo Unigeniti substantiam tolletis? necesse enim est aut eo audaciæ procedere, aut unam admittere divinitatem in propria hypostasi Patris & Filii. Quomodo autem illud, *Omnia per ipsum facta sunt*, verum est? Nam si ævum est illo antiquius, quomodo id quod ante illum est, per ipsum factum fuerit? Videtis-ne in quantam temeritatem semel abjecta veritate processerint? Cur non dixit Evangelista, ipsum ex non exstantibus factum C esse, ut de omnibus Paulus his verbis asserit: *qui vocavit ea quæ non sunt tamquam ea quæ sunt;* (Rom. 4. 17.) sed dicit, *In principio erat?* Hoc enim contrarium est illi; ac jure merito. Deus enim neque fit, neque quid se antiquius habet. Verum hæc Gentilium verba sunt. Dic & illud mihi: Annon dixeris creatorem, creatis operibus incomparabiliter excellentiorem esse? Cum ergo ipsis simile foret id quod ex non exstantibus esset, ubi esset illa incomparabilis excellentia? Quid autem est illud, *Ego primus, & ego post hæc, &, ante me non fuit alius Deus?* (Isai. 41. 4. 43. 10.) D Nam si Filius non sit ex eadem substantia, alius est Deus; si non coæternus, est post illum: ac si non ex substantia prodiit, palam est ipsum factum esse. Quod si dixerint hæc ad differentiam idolorum dicta fuisse; quomodo non concedent ad differentiam idolorum solum verum Deum dici? Quod si hoc etiam ad differentiam idolorum dictum sit, quomodo totam sententiam interpretaberis? Post me enim, inquit, non est alius Deus: non ejiciens Filium hoc dicit, sed significat, deus *idolicus* post me non est; non quod Filius non sit. Etiam, inquies, Quid igi- E tur? illud, ante me non fuit alius Deus, ita accipies, quod nempe idolicus deus non fuerit; at fuerit saltem ante eum Filius? (Deus idolicus.) Ecquis dæmon hæc dixerit? Ne ipsum quidem diabolum id puto dicturum esse. Alioquin autem: Si non est coæternus Patri, quomodo infinitam ejus vitam dixeris? Nam si principium anterius habet;

a ἐροίμην τοὺς, sic Savil. & maxima pars mss. Morel. ἐροίμην πρὸς τούς.
b Sic Savil. & mss. Morel. vero παραδέχεσθαι.
c Morel. τί ἑαυτοῦ πρεσβύτερον; sed ἑαυτοῦ deest in Savil. & in manuscriptis pene omnibus.

d Morel. οὖν ἄλλοις ὅμοιον. Savil. & mss. οὖν αὐτοῖς ὅμοιον.
e Morel. & Savil. οὐκ ἔστι. ναί φησι. Alii, οὐκ ἔστιν; ἔστι γάρ φησι.
f Alii, ἐρεῖν. ἄλλως δέ.

etiamsi infinitus sit, non tamen immensus erit: immensum enim utrinque immensum esse oportet; id quod etiam Paulus declarans dicebat: *Neque principium dierum, neque finem vitæ habens*, & principio & fine carere declarans. Quemadmodum enim hoc, sic neque illud finem habet; cum neque hic finis sit, neque illic initium.

Hebr. 7. 3.

3. Quomodo autem cum vita sit, fuerit tempus cum non esset? Vitam enim semper, ac sine principio & fine esse nemo non fateatur, si ille vere vita sit, ut revera est. Si vero fuit aliquando cum non esset, quomodo vita aliorum sit, quæ aliquando non fuit? Quomodo igitur, inquit, Joannes principium posuit dicens, *in principio erat*? Illi ne voci, quæso, *in principio*, & illi, *erat*, attendis; & illam *Verbum erat*, non cogitas? Quid vero, quando de Patre dicit Propheta: *a sæculo & usque in sæculum tu es*, an his verbis terminos ipsi ponit? Nequaquam: sed æternitatem significat. Idipsum hic cogita. Non terminos ponens ita loquutus est: neque enim dixit, principium habuit; sed, *in principio erat*; hac voce *erat*, te deducens ut Filium sine principio esse cogitares. At, inquies, Pater cum articulo dicitur; Filius vero sine articulo. Quid ergo cum Apostolus dicit, *Magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi*; & rursum, *qui est super omnia Deus*? Ecce namque hic sine articulo Filium memoravit. Idipsum de Patre observes: nam ad Philippenses scribens sic ait: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo*: & ad Romanos: *Gratia vobis & pax a Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo*. Alioquin vero supervacaneum fuisset hic articulum præponere, cum supra frequenter appositus fuerit. Quemadmodum enim cum de Patre dicit, *Spiritus est Deus*; quia articulus Spiritui non præpositus est, non ideo incorporeum esse Deum negamus; sic & hoc loco, etiamsi Filio articulus non præponatur, non minus tamen Deus est Filius. Qua vero de causa? Cum enim Deum & Deum dixit, nullum indicat nobis divinitatis discrimen; imo prorsus contra. Cum enim prius dixisset, *& Deus erat Verbum*, ne quis putaret minorem esse Filii divinitatem, statim veræ divinitatis ejus documenta profert; æternitatem nempe sic resumens, *Hic erat a principio apud Deum*; creandi vim cum addit, *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est*: id quod maxime Pater ejus per prophetas ubique substantiæ ejus argumentum esse dicit: ac frequenter hoc demonstrationis genus prophetæ versant: neque ad hoc solum, sed ut etiam idolorum cultum tollant: nam

Objectio hæreticorum: Filius Θεὸς dicitur sine articulo, refutatur.

Tit. 2. 13.

Philip. 2. 6.

Rom. 1. 7.

Joan. 4. 24.

[A] λεύτητος ᾖ, ἄπειρος ὅμως οὐκ ἔστι· τὸ γὰρ ἄπειρον, ἑκατέρωθεν ἄπειρον εἶναι χρή. ὅπερ οὖν καὶ ὁ Παῦλος δηλῶν ἔλεγε· μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων, τό τε ἄναρχον καὶ [a] ἀτελεύτητον δεικνὺς ταύτῃ. ὥσπερ γὰρ τοῦτο οὐκ ἔχει πέρας· οὕτως οὐδὲ ἐκεῖνο· οὔτε γὰρ ἐνταῦθα τέλος, οὔτε ἐκεῖ ἀρχή.

Πῶς δὲ καὶ ζωὴ ὢν, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν; τὴν γὰρ ζωὴν ἀεί τε εἶναι, καὶ ἀνάρχως εἶναι καὶ ἀτελευτήτως πάντες ἂν ὁμολογήσαιμεν, εἴπερ ὄντως εἴη ζωὴ, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν. εἰ δὲ ἔστιν ὅτε οὐκ ἔστι, πῶς ἂν εἴη [B] ζωὴ τῶν ἄλλων, αὐτή ποτε οὐκ οὖσα; πῶς οὖν, φησιν, ἀρχὴν ἔθηκεν ὁ Ἰωάννης εἰπὼν, ἐν ἀρχῇ ἦν; τῷ, ἐν ἀρχῇ, προσέσχες, καὶ τῷ, ἦν, εἰπέ μοι· καὶ τὸ, ὁ λόγος ἦν, οὐκ ἐννοεῖς; τί δὲ, ὅταν περὶ τοῦ πατρὸς ὁ προφήτης λέγῃ· ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ· ἆρα ὅρους αὐτῷ τιθεὶς οὕτω φησίν; οὐδαμῶς. ἀλλὰ τὸ ἀΐδιον δηλῶν. οὕτω τοίνυν καὶ ἐνταῦθα νόει. οὐ γὰρ ὅρους τιθεὶς, τοῦτο εἴρηκεν. οὐδὲ γὰρ εἶπεν, ἀρχὴν ἔσχεν, ἀλλ', ἐν ἀρχῇ ἦν· διὰ τοῦ, ἦν, παραπέμπων σε ἐπὶ τὸ ἄναρχον ἐννοεῖν τὸν υἱόν. ἀλλ' ἰδού, φησιν, [C] * ὁ πατὴρ μετὰ τῆς τοῦ ἄρθρου προσθήκης εἴρηται· ὁ δὲ υἱὸς χωρὶς ταύτης. τί οὖν, ὅταν ὁ ἀπόστολος λέγῃ, τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ πάλιν, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεός; ἰδοὺ γὰρ ἐνταῦθα χωρὶς τοῦ ἄρθρου τοῦ υἱοῦ ἐμνημόνευσε. ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ πατρός· τοῖς γοῦν Φιλιππησίοις ἐπιστέλλων, οὕτω φησίν· ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ· καὶ Ῥωμαίοις δὲ πάλιν· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. [b] ἄλλως τε, καὶ περιττὸν ἦν ἐνταῦθα αὐτὸ προστε- [D] θῆναι, ἄνω συνεχῶς προστεθὲν τῷ λόγῳ. ὥσπερ γὰρ περὶ τοῦ πατρὸς λέγων φησὶ, πνεῦμα ὁ θεός· καὶ οὐκ ἐπειδὴ πνεύματι τὸ ἄρθρον οὐ πρόσκειται, οὐκ ἀθετοῦμεν διὰ τοῦτο τὸ ἀσώματον τοῦ θεοῦ· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, κἂν μὴ πρόσκειται τῷ υἱῷ τὸ ἄρθρον, οὐ διὰ τοῦτο ἥττων θεὸς ὁ υἱός· τί δήποτε; θεὸν γὰρ καὶ θεὸν εἰπὼν, οὐκ ἐμφαίνει τι μέσον ἡμῖν τῆς θεότητος ταύτης, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον. προειπὼν γὰρ, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· ἵνα μὴ νομίσῃ τις ἐλάττονα εἶναι τὴν θεότητα τοῦ υἱοῦ, εὐθέως αὐτοῦ καὶ τὰ γνωριστικὰ τῆς γνησίας τίθησι θεότητος, τό τε ἀΐδιον ἀναλαβών· οὗτος γὰρ ἦν, φησιν, ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν· καὶ τὸ δημιουρ- [E] γικὸν προστιθείς· πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν. ὃ μάλιστα καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ διὰ τῶν προφητῶν ἁπανταχοῦ τῆς οὐσίας τῆς αὐτοῦ γνωριστικὸν εἶναί φησι· καὶ συνεχῶς τοῦτο τῆς ἀποδείξεως τὸ εἶδος περιστρέφουσιν οἱ προφῆται. καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν τῶν εἰδώλων ἀγωνιζόμενοι δόξαν. θεοὶ

a Alii, ἀτελεύτητον δηλῶν. ὥσπερ.

* ὁ πατὴρ μετὰ τῆς τοῦ ἄρθρου προσθήκης εἴρηται. ὁ δὲ υἱὸς χωρὶς ταύτης. *Pater cum articulo dicitur, Filius vero sine articulo.* Hoc respicit illud Evangelii, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, ubi τὸν θεὸν cum articulo dicitur de Patre, καὶ θεὸς ἦν sine articulo de Filio. Unde arguebant impie Ariani & Anomœi, Filium non esse Deum sicut Patrem, sed minorem, nec proprie Deum: quod contrariis exemplis confutat Chrysostomus.

b Sic Savil. & alii, Morel. vero, ἄλλως δέ.

A γάρ, φησιν, οἳ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν. καὶ πάλιν· ἐγὼ τῇ χειρί μου ἐξέτεινα τὸν οὐρανόν· καὶ δεικνὺς θεότητος εἶναι δηλωτικὸν, πανταχοῦ αὐτὸ τίθησιν. αὐτὸς δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς οὐδὲ τούτοις ἠρκέσθη τοῖς ῥήμασιν, ἀλλὰ καὶ ζωὴν αὐτὸν ἐκάλεσε, καὶ φῶς. εἰ τοίνυν ἀεὶ μετὰ τοῦ πατρὸς ἦν, εἰ πάντα αὐτὸς παρήγαγε, καὶ [a] συγκροτεῖ· τοῦτο γὰρ διὰ τῆς ζωῆς ἠνίξατο· εἰ πάντα φωτίζει, τίς οὕτως ἀνόητος, ὡς εἰπεῖν, τὸν εὐαγγελιστὴν διὰ τούτων ἐσπουδακέναι ἐλάττωσιν θεότητος εἰσηγήσασθαι, δι' ὧν μάλιστα ἰσότητα καὶ ἀπαραλλαξίαν ἐνδείξασθαι δυνατόν ἐστι; μὴ δὴ συγχέωμεν τὴν κτίσιν μετὰ τοῦ κτίσαντος, B ἵνα μὴ καὶ ἡμεῖς ἀκούσωμεν, ὅτι ἐσεβάσθησαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. εἰ γὰρ καὶ περὶ οὐρανῶν λέγοιεν τοῦτο εἰρῆσθαι· ἀλλ' ὅμως ἐν τῷ περὶ τούτων λόγῳ παντελῶς ἀπεῖπεν τὸ μὴ δεῖν κτίσει λατρεύειν, ὡς Ἑλληνικὸν ὄν.

Μὴ τοίνυν ταύτῃ [b] ὑποβάλλωμεν αὑτοὺς τῇ ἀρᾷ. διὰ τοῦτο ἦλθεν ὁ τοῦ θεοῦ υἱὸς, ἵνα ταύτης ἡμᾶς ἀπαλλάξῃ τῆς λατρείας· διὰ τοῦτο δούλου μορφὴν ἔλαβεν, ἵνα τῆς δουλείας ἐλευθερώσῃ ταύτης· διὰ τοῦτο ἐνεπτύσθη· διὰ τοῦτο ἐῤῥαπίσθη· διὰ τοῦτο θάνατον ὑπέμεινε τὸν ἐπονείδιστον. μὴ δὴ ταῦτα πάντα C ἀνόνητα ποιῶμεν, μηδὲ πάλιν ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανερχώμεθα ἀσέβειαν· μᾶλλον δὲ ἐπὶ πολλῷ χαλεπωτέραν. οὐ γάρ ἐστιν ἴσον τῇ κτίσει λατρεύειν, καὶ αὐτὸν τὸν δημιουργὸν εἰς κτίσεως κατάγειν εὐτέλειαν, τό γε εἰς ἡμᾶς ἧκον. αὐτὸς γὰρ μένει τοιοῦτος ὢν οἷός ἐστι. σὺ γὰρ ὁ αὐτὸς εἶ, φησι, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι. δοξάζωμεν οὖν αὐτὸν, ὥσπερ παρελάβομεν παρὰ τῶν πατέρων· δοξάζωμεν οὖν αὐτὸν, καὶ διὰ πίστεως καὶ δι' ἔργων. οὐδὲν γὰρ ὄφελος ἡμῖν εἰς σωτηρίαν δογμάτων ὑγιῶν, διεφθαρμένης ἡμῖν τῆς ζωῆς. διὸ ῥυθμίσωμεν αὐτὴν πρὸς τὸ τῷ θεῷ δοκοῦν, αἰσχρότητος ἁπάσης, ἀδικίας, πλεονεξίας πόῤῥω καθιστῶν- D τες ἑαυτοὺς, ὡς ξένοι καὶ παρεπίδημοι, καὶ τῶν ἐνταῦθα ἀλλότριοι. κἂν χρήματά τις ἔχῃ πολλὰ καὶ κτήματα, οὕτως αὐτοῖς κεχρήσθω, ὡς πάροικος καὶ μικρὸν ὕστερον αὐτῶν ἀποστησόμενος καὶ ἑκὼν καὶ ἄκων. κἂν ἠδικημένος τις ᾖ παρά τινος, μὴ ἀθάνατα ὀργιζέσθω, μᾶλλον δὲ μηδὲ πρόσκαιρα. μιᾶς γὰρ ἡμῖν πλέον οὐκ ἔδωκεν ὁ ἀπόστολος ἡμέρας τῇ ὀργῇ καταχρήσασθαι. ὁ ἥλιος γὰρ μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν. καὶ εἰκότως. ἀγαπητὸν γὰρ καὶ ἐν οὕτω βραχεῖ καιρῷ μηδὲν γενέσθαι ἀηδές. εἰ δὲ καὶ ἡ νὺξ καταλάβοι, δεινότερα γίνεται τὰ γεγενημένα, μυρίου πυρὸς ἀπὸ E τῆς μνήμης ἡμῖν συλλεγομένου, καὶ κατὰ σχολὴν πικρότερον ἡμῶν ἐξεταζόντων αὐτά. πρὶν οὖν τῆς ὀλεθρίας ταύτης ἐπιλαβέσθαι σχολῆς καὶ σφοδροτέραν ἀνάψαι τὴν πυρὰν, κελεύει προκαταλαμβάνειν καὶ σβεννύναι τὸ δεινόν. ὀξὺ γὰρ τὸ πάθος ἐστὶ τῆς ὀργῆς, καὶ φλογὸς ἁπάσης ὀξύτερον. διὸ πολλοῦ δεῖ τοῦ τάχους ἡμῖν εἰς τὸ προκαταλαβεῖν τὴν φλόγα, καὶ μὴ συγχωρῆσαι

[a] Alii non pauci, συγκρατεῖ.

[b] Alii, ὑποβάλλωμεν

dii, inquit, *qui cælum & terram non fecerunt, pereant*, ac rursum, *Ego manu mea extendi cælum*: ostendensque illud esse divinitatis argumentum, id ubique ponit. Ipse autem Evangelista, his non contentus verbis, vitam ipsum vocavit & lucem. Si itaque semper cum Patre erat, si omnia ipse produxit & continet; hoc enim per vitam significavit: si omnia illuminat; quis ita stultus erit ut dicat, Evangelistam hæc verba ut divinitatem ejus minueret induxisse, quibus æqualitas paritasque demonstrari poterat? Ne, quæso, confundamus creaturam cum creatore, ne nos quoque audiamus: *Coluerunt creaturam præ creatore.* Etiamsi enim de cælis hæc intelligenda dicant: attamen de his loquens omnino prohibuit ne creatura colatur, qui Gentilium error est.

Jer. 10. 11. Isai. 44. 24.

Rom. 1. 25.

4. Ne itaque hujusmodi maledictioni nos subjiciamus. Ideo venit Filius Dei, ut nos ab hoc cultu erueret; ideo servi formam accepit, ut nos ab illa servitate liberaret; ideo sputis & colaphis dehonestatus, ideo mortem turpissimam passus est. Ne, quæso, hæc omnia inutilia reddamus, neque rursum ad pristinam redeamus impietatem, imo in longe graviorem: non enim æquale est creaturam colere, & ipsum creatorem ad creaturarum vilitatem, quantum in nobis est, deprimere. Nam ipse manet qualis est: *Tu autem idem ipse es*, inquit, *& anni tui non deficient.* Glorificemus igitur eum, sicut accepimus a Patribus. Glorificemus eum & fide & operibus. Nihil enim nobis ad salutem prosunt dogmata pia, si vita sit corrupta. Quamobrem illam cocinnemus ad Dei placitum, omni turpitudine, injustitia, avaritia longe abacta, tamquam hospites & advenæ, & a præsentibus longe alieni. Si divitias quis multas habeat & prædia, sic iis utatur, ut peregrinus qui paulo post velit nolit discessurus est. Si quis ab alio injuria læsus sit, ne immortaliter irascatur, imo ne aliquo quidem tempore: non plus enim uno die nobis ad iram concessit Apostolus: *Sol*, inquit, *non occidat super iracundiam vestram.* Et jure quidem: optandum quippe est, & vix caveri potest, ut ne in tam modico spatio quid molestum accidat. Si autem nox nos apprehendat, res graviores evadunt, memoria ingentem nobis ignem colligente, nobisque per temporis spatium hæc acerbius scrutantibus. Antequam ergo otium hujusmodi occupemus, & vehementiorem accendamus rogum, jubet malum prævertere, & exstinguere. Vehemens quippe est iræ motus, omnique flamma acutius. Ideo celeritate multa nobis est opus, ut flammam prævertamus, nec sinamus assur-

Ps. 101. 28.

Dogmata non prosunt ad salutem, si vita sit corrupta.

Eph. 4. 26.

Ira celeriter exstinguenda.

gere. Hic quippe morbus multorum causa malorum efficitur. Domos enim totas evertit, veteres solvit consuetudines, non consolabiles tragœdias brevi tempore ac momento parit. Nam *momentum furoris ejus, ruina ejus*, inquit. Ne itaque feram hanc sine freno sinamus, sed camum ipsi undique fortissimum, futuri judicii metum, injiciamus. Cum te amicus læserit, aut familiaris concitaverit, cogita quanta erga Deum peccaveris, & perpende te si moderatius cum illo agas, mitius tibi judicium illud constituere. Nam ait, *Dimittite, & dimittetur vobis*; statimque morbus aufugiet. Ad hæc consideres velim, num aliquando in furorem actus, te continueris; & num aliquando etiam ab ira abreptus fueris: utrorumque comparatione temporum, ad emendationem valde juvaberis. Dic enim mihi, quandonam teipsum laudasti, cum ab ira superatus es, an cum superasti? Annon cum primum accidit, nos vehementer incusamus, erubescimus, etiam nemine arguente, ac multa nos & verborum & gestorum subit pœnitentia? Cum autem superamus, gaudemus, & quasi victores exsultamus? Victoria enim contra iram est, non cum par pari referimus; hæc quippe extrema clades est; sed cum æquo animo omnia patimur & audimus. Hoc quippe est superiorem esse, non mala inferre, sed mala pati. Cum irasceris igitur, ne dicas: Prorsus obsistam ego, prorsus irruam in illum: neque monentibus ut iram cohibeas dixeris: Non patiar ut postquam ille mihi illuserit, impune abeat. Neque enim te unquam irridebit, nisi quando ad vindictam te contuleris: sin te quiescente irriserit; ut stultus id aget. Tu vero cum viceris, ne quæras gloriam a stultis, sed ea contentus esto, quam a sapientibus assequeris. Imo vero cur tibi parvum illud ac vile theatrum hominum constituo? Ad Deum statim respice, & ipse te laudabit: quo laudante nemo debet ab hominibus gloriam quærere. Hominum quippe laudes plerumque vel ex gratia prodeunt, vel ex odio negantur; nihilque lucri afferunt: Dei vero judicium hac inæquabilitate vacat, multamque laudato affert utilitatem. Hanc igitur laudem sequamur.

Eccli. 1. 19.

Luc. 6. 37.

Laudes hominum vel ex gratia prodeunt, vel ex odio negantur.

5. Visne discere quantum sit malum ira: Præsens esto dum alii rixantur in foro: neque enim in teipso turpitudinem illam tam facile deprehendes, animo nempe tunc tenebris & ebrietate obvoluto. Sed cum ira vacuus es, tunc in aliis tua contemplare; quando judicium tuum corruptum non est. Vide mihi tur-

A πρὸς ὕψος ἀρθῆναι. καὶ γὰρ πολλῶν οὕτως αἴτιον γίνεται κακῶν τὸ νόσημα τοῦτο. οἰκίας γοῦν ὁλοκλήρους ἀνέτρεψε, καὶ συνηθείας ἀρχαίας διέλυσε, καὶ τραγῳδίας [a] ἀπαραμυθήτους εἰργάσατο ἐν βραχεῖ καὶ ἀκαριαίῳ χρόνῳ. ἡ γὰρ ῥοπὴ τοῦ θυμοῦ αὐτοῦ, πτῶσις αὐτοῦ, φησί. μὴ τοίνυν ἀχαλίνωτον ἐῶμεν τὸ θηρίον, ἀλλὰ κημὸν αὐτῷ πάντοθεν σφοδρὸν, τοῦ δικαστηρίου τοῦ μέλλοντος τὸν φόβον, ἐμβάλλωμεν. ὅταν ἄν σε λυπήσῃ φίλος ἢ καὶ παροξύνῃ τις τῶν οἰκείων, ἐννόησον τὰ ἡμαρτημένα σοι εἰς θεὸν, καὶ ὅτι τῇ πρὸς ἐκεῖνον ἐπιεικείᾳ πρᾳότερον σαυτῷ καθιστᾷς τὸ δικαστήριον ἐκεῖνο· ἄφετε γάρ, B φησι, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν· καὶ ταχέως θεραπεύσει τὸ πάθος. πρὸς τούτοις κἀκεῖνο σκόπησον, εἴποτε εἰς ἀγριότητα ἐξενεχθεὶς ἐκράτησας σαυτοῦ, καὶ εἴποτε περιεσύρης ὑπὸ τοῦ πάθους· καὶ ἀμφοτέρους παράβαλε τοὺς καιροὺς, καὶ ἐντεῦθεν πολλὴν λήψῃ διόρθωσιν. εἰπὲ γάρ μοι· πότε σαυτὸν ἐπῄνεσας, ἡνίκα ἡττήθης, ἢ ὅτε ἐκράτησας; οὐχὶ τότε [b] σφοδρῶς μὲν ἐγκαλοῦμεν ἑαυτοῖς καὶ αἰσχυνόμεθα, καὶ μηδενὸς ἐλέγχοντος ἡμᾶς, καὶ πολὺ τὸ τῆς μετανοίας ἡμῖν ἐπεισέρχεται καὶ ῥημάτων ἕνεκεν καὶ πραγμάτων; ὅταν δὲ περιγενώμεθα, καὶ τρυφῶμεν καὶ γαυρούμεθα, ὡς νενικηκότες; νίκη γὰρ ἐπὶ τῆς ὀργῆς, οὐ τὸ τοῖς ἴσοις ἀμύνασθαι· ἐσχάτη C γὰρ αὕτη ἧττά ἐστιν· ἀλλὰ τὸ πρᾴως ἐνεγκεῖν πάσχοντα κακῶς καὶ ἀκούοντα. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ πλέον ἔχειν· οὐ τὸ ποιῆσαι, ἀλλὰ τὸ παθεῖν κακῶς. μὴ τοίνυν λέγε ὀργιζόμενος, πάντως ἀνταναιρῶ κἀγὼ, πάντως ἐπεξελεύσομαι· μηδὲ πρὸς τοὺς παραινοῦντας νικᾷν ἀντίτεινε λέγων· οὐκ ἀνέξομαι ἵνα μου καταγελάσας ὁ δεῖνα ἀπέλθῃ. οὐ γὰρ δή ποτέ σου καταγελάσεται, ἀλλ' ὅταν ἐπεξέλθῃς. εἰ δὲ καὶ τότε καταγελάσεται, ὡς ἀνόητος τοῦτο πείσεται. σὺ δὲ μὴ ζήτει νικῶν τὴν παρὰ τῶν ἀνοήτων δόξαν, ἀλλ' ἀποχρῶσαν νόμιζε [c] αὐτὴν ἔχειν παρὰ τῶν νοῦν D ἐχόντων. ἀλλὰ γὰρ τί σοι μικρὸν καὶ ταπεινὸν καθίζω θέατρον, ἐξ ἀνθρώπων αὐτὸ συντιθείς; πρὸς τὸν θεὸν εὐθέως ἀνάβλεψον, κἀκεῖνός σε ἐπαινέσεται. τὸν δὲ παρ' ἐκείνου θαυμαζόμενον, οὐ δεῖ παρὰ τῶν ἀνθρώπων τιμὴν ἐπιζητεῖν. ἡ μὲν γὰρ καὶ πρὸς χάριν πολλάκις, καὶ πρὸς ἀπέχθειαν ἑτέρων γίνεται, καὶ κέρδος ἤνεγκεν οὐδέν. [d] ἡ δὲ παρὰ τοῦ θεοῦ ψῆφος, ταύτης ἀπήλλακται τῆς ἀνωμαλίας, καὶ πολλὴν φέρει τῷ θαυμαζομένῳ τὴν ὠφέλειαν. τοῦτον οὖν τὸν ἔπαινον διώκωμεν.

E Βούλει μαθεῖν πόσον τὸ ὀργίζεσθαι κακόν; παράστηθι μαχομένοις ἐν ἀγορᾷ ἑτέροις. ἐν γὰρ σαυτῷ τὴν ἀσχημοσύνην οὐ δυνήσῃ ῥᾳδίως ἰδεῖν, ἐσκοτωμένῳ καὶ μεθύοντι τῷ λογισμῷ· ἀλλ' ὅτ' ἂν καθαρεύσῃς τοῦ πάθους, τότε ἐν ἄλλοις θεώρει τὰ σὰ, τῆς κρίσεώς σοι μὴ [e] διεφθαρμένης. θέα δέ μοι τοὺς

a Savil. & omnes pene mss. ἀπαραμυθήτους. Morel. ἀμυθήτους.

b Morel. σφοδρῶς καὶ ἐγκαλοῦμεν, male.

c Savil. αὐτὴν παρά. Morel. αὐτὴν ἔχειν παρά. Paulopost idem αὐτῷ συντιθεὶς, Savil. αὐτό. Infra τὸν δὲ παρ' ἐκείνου θαυμαζόμενον, vertimus, *quo laudante*; nam θαυμάζειν sæpe siginificat laudare, laudibus celebrare, ut monuimus in onomastico ad Athanasii opera, & exemplis confirmavimus.

d Savil. ἡ δὲ τοῦ θεοῦ.

e Sic Savil. & mss. Morel. vero, διεφθαρμένης· ὄψει γὰρ τοὺς θυμουμένους.

περιρρέοντας

A περιῤῥέοντας ὄχλους, τοὺς θυμουμένους, καθάπερ μαινομένους εἰς τὸ μέσον ἀσχημονοῦντας. ὅτ' ἂν γὰρ περὶ τὸ στῆθος ὁ θυμὸς ζέσας διανιστῆται καὶ ἀγριαίνῃ, πῦρ πνέει τὸ στόμα· πῦρ ἀφιᾶσιν οἱ ὀφθαλμοί· οἰδεῖ πάντοθεν ἡ ὄψις· ἀτάκτως αἱ χεῖρες ἐκτείνονται· καταγελάστως πηδῶσιν οἱ πόδες καὶ ἐνάλλονται τοῖς κατέχουσι· καὶ μαινομένων οὐδὲν διεστήκασι πρὸς ταῦτα πάντα ἀναισθητοῦντες· ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἀγρίων ὄνων, λακτίζοντες, δάκνοντες. οὕτως ἀνὴρ θυμώδης οὐκ εὐσχήμων. εἶτα, μετὰ τὸν πολὺν γέλωτα τοῦτον, ἀναχωρήσαντες οἴκαδε, καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἐπανελθόντες, μείζονα ἔχουσι τὴν ὀδύνην καὶ πολὺ τὸ δέος, B ἐννοοῦντες ἄρα τίνες οἱ παρόντες ἦσαν, ἡνίκα ὠργίζοντο. καθάπερ γὰρ οἱ παραπαίοντες τοὺς παρόντας ἀγνοοῦντες, ὅταν σωφρονήσωσι τότε ταῦτα λογίζονται, ἆρα μὴ φίλοι, ἆρα μὴ πολέμιοι καὶ ἐχθροὶ οἱ θεασάμενοι· καὶ γὰρ ὁμοίως ὑπὲρ ἀμφοτέρων δεδοίκασι· τῶν μὲν, ὡς καταγνωσομένων καὶ μείζονα ποιησόντων τὴν αἰσχύνην· τῶν δὲ, ὡς ἐφησθησομένων. ἂν δὲ καὶ πληγὰς τείναντες [a] τύχωσιν ἀλλήλοις, χαλεπώτερον τὸ δέος, οἷον μή τι τῶν χαλεπωτάτων συμβαίη περὶ τὸν παθόντα· ἢ πυρετὸς ἀκολουθήσας ἐπενέγκοι θάνατον· ἢ οἴδημα ἀναστὰν δυσίατον, εἰς τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων καταστήσῃ κίνδυνον. C καὶ τί γάρ μοι μάχης ἔδει; τί δὲ ὕβρεων καὶ φιλονεικίας; ἀπόλοιτο τὰ καὶ τά· καὶ πᾶσι καταρῶνται τοῖς πράγμασι λοιπὸν τοῖς ἐπικήροις τούτοις, καὶ παρέχουσιν αὐτοῖς τὴν ἀρχήν. οἱ δὲ ἀλογώτεροι καὶ δαίμονας πονηροὺς καὶ ὥραν αἰτιῶνται κακὴν τῶν γεγενημένων. ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὥρας κακῆς. οὐδὲ γάρ ἐστιν ὥρα κακὴ ποτέ· οὐδὲ δαίμονος ταῦτα πονηροῦ· ἀλλὰ τῆς πονηρίας τῶν ἑαλωκότων. οὗτοι γὰρ καὶ τοὺς δαίμονας ἐπισπῶνται, καὶ πάντα ἑαυτοῖς ἐπάγουσι τὰ δεινά. ἀλλ' οἰδαίνει, φησὶν, ἡ καρδία, καὶ ταῖς ὕβρεσι δάκνεται; οἶδα κἀγώ· διὰ γὰρ τοῦτο τοὺς κρατοῦντας τοῦ D δεινοῦ τούτου θηρίου θαυμάζω. ἂν γὰρ θέλωμεν, δυνατὸν διακρούσασθαι τὸ πάθος. διατί γὰρ ἀρχόντων ἡμᾶς ὑβριζόντων τοῦτο μὴ πάσχομεν; [b] ἆρ' οὐχ ὅτι φόβος ἀντίῤῥοπος ἕστηκε τῷ πάθει ἡμᾶς ἐκδειματῶν, καὶ οὐδὲ φύναι τὴν ἀρχὴν συγχωρῶν; διατί δὲ καὶ οἱ οἰκέται παρ' ἡμῶν ὑβριζόμενοι μυρία σιγῇ πάντα φέρουσιν; [c] ἆρ' οὐχ ὅτι καὶ αὐτοὶ τὸν αὐτὸν αὐτοῖς ἐπικείμενον ἔχουσι δεσμόν; σὺ δὲ μὴ μόνον ἐννοήσῃς τὸν παρὰ τοῦ θεοῦ φόβον· ἀλλ' ὅτι σε καὶ αὐτὸς ὁ θεὸς ὑβρίζει τότε, ὁ κελεύων σιγᾷν, καὶ πάντα οἴσεις πρᾴως. καὶ εἰπὲ πρὸς τὸν ἐπιόντα· τί σοι πάθω; ἄλλος μου κατέχει καὶ τὴν δεξιὰν καὶ τὴν E γλῶτταν· καὶ γενήσεται καὶ σοὶ κἀκείνῳ φιλοσοφίας ὑπόθεσις τὸ ῥῆμα. νῦν δὲ ἀνθρώπων μὲν ἕνεκεν καὶ τὰ ἀφόρητα φέρομεν, καὶ πρὸς τοὺς ὑβρίζοντας λέγομεν πολλάκις· ὁ δεῖνά με ὕβρισεν, οὐ σύ· ἐπὶ δὲ τοῦ θεοῦ οὐδὲ ταύτην ἔχομεν τὴν εὐλάβειαν; καὶ ποία ἡμῖν ἔσται συγγνώμη; εἴπωμεν καὶ πρὸς τὴν ἡμετέραν ψυχήν· ὁ θεὸς ἡμᾶς ὑβρίζει νῦν, ὁ κατέχων ἡ-

bam circumfluentem, & iratos ac si furerent, in medio turpiter agentes. Cum enim ira in pectore effervescit & efferatur, os ignem spirat, oculi ignem emittunt, inflatur undique vultus, incomposite manus jactantur, ridicule pedes exsiliunt, & insultant litem dirimere conantibus; nihil irati differunt a furentibus, cum hæc omnia nullo præditi sensu peragunt; imo ne ab asinis agrestibus, calcitrantes, mordentes. Sane vir iracundus modeste agere nescit. Deinde post tantum excitatum risum, ubi domum redierint, ad se reversi, dolore simul ac metu agitantur; animo volventes, quinam rixæ præsentes fuerint. Postquam enim ceu furentes de spectantibus nihil cogitaverant, resipiscentes postea secum reputant, num amici, num inimici spectatores fuerint: nam perinde utrosque metuunt; illos, ut se improbantes majoremque inferentes pudorem; hos, ut de sua turpitudine gaudentes. Quod si ad plagas usque mutuas rixa proruperit, tum metus gravior, ne quid deterius verberato accidat, ne subsequens febris mortem inferat, vel tumor curatu difficilis in extremum periculum conjiciat. Quid enim mihi pugna opus erat? quid contumeliis & rixis? Pereant & hæc & illa: tuncque omnibus hisce fluxis rebus maledicunt, quæ rixandi causa fuere. Insipientiores vero & malignos dæmonas, & horam tempusque criminantur. Verum non hora mala in causa est; nulla quippe hora mala: neque hæc a maligno dæmone proficiscuntur; sed ex nequitia rixantium. Hi namque & dæmonas attrahunt, & sibi ipsis mala inferunt. Sed cor intumescit, inquies, & a contumeliis mordetur? Id & ego novi: ideoque miror eos qui malam hanc feram coërcent. Si enim velimus, possumus morbum depellere. Cur enim cum principes viri nos contumelia afficiunt, id non agimus? Nonne quia timor, non minor quam ira, nos deterret, nec vel a principio iram erumpere sinit? Cur porro servi a nobis mille contumeliis onerati, omnia taciti ferunt? Nonne quia & ipsi eodem vinculo ligantur? Tu vero ne solum Dei timorem cogites, sed etiam te tunc a Deo contumeliis affici, qui jubet te tacere, & omnia patienter feres. Dic te lacessenti: Quid faciam tibi? Alius mihi & manum & linguam cohibet; eritque dictum illud, & tibi & ipsi philosophiæ materia. Nunc autem hominum gratia etiam intolerabilia ferimus, iis qui nos lacessunt sæpe dicimus: Ille me lacessivit, non tu: Deo autem ne parem quidem reverentiam exhibebimus? Ecqua nobis erit venia? Animæ nostræ dicamus: Deus nos nunc lacessit, qui manus

Iracundi imago.

Contra eos qui superstitiose tempora observant.

[a] Quidam, ἐντύχωσιν.

[b] ἆρ' οὐχ post πάσχομεν, legitur in Morel. Sed a Savil. & Mss. plurimis abest.

[c] ἆρ' οὐχ ut supra legitur in Morel. Secus in Savil. & mss. sed utrovis modo legas perinde quadrat, & interpres vetus ἆρ' οὐχ legerat.

nostras cohibet: ne insiliamus, nec minore Deum quam homines obsequentia prosequamur. Ad hoc verbum exhorruistis? Sed non tantum ad verba, sed etiam ad opus vos exhorrescere cupio. Jussit Deus nos colaphis cæsos, non modo ferre, sed etiam ad pejus quidpiam patiendum nos offerre. Nos autem cum tanta violentia obsistimus, ut non modo nos ad male patiendum non offeramus, sed etiam nos ulciscamur; imo sæpe priores manus inferamus, nosque vinci putemus, nisi paribus afficiamus. Nam illud gravius est quod nos vincere existimemus, quando extrema clade afficimur, & humi prostrati jacemus; ac mille acceptis a diabolo vulneribus, de illo victoriam reportasse credamus. Quamobrem rogo discamus qui sit hujus victoriæ modus, & hanc morum speciem adeamus. Siquidem male pati, idipsum est quod coronari. Si ergo volumus nos a Deo victores proclamari, in his certaminibus ne legem sæcularium agonum servemus, sed legem a Deo pro his certaminibus positam, ut omnia æquo animo feramus. Ita enim & adversarios & præsentia omnia superabimus, & promissa consequemur bona; gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem & cum quo Patri simulque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc & semper & in sæcula sæculorum, amen.

A μὲν τὰς χεῖρας. μὴ σκιρτῶμεν· μηδὲ ἔστω ὁ θεὸς ἀνθρώπων ἀτιμότερος ἡμῖν. ἐφρίξατε πρὸς τὸ ῥῆμα; ἀλλ' οὐχὶ πρὸς τὰ ῥήματα βούλομαι μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν πρᾶξιν φρίττειν [a] ὑμᾶς. ἐκέλευσε γὰρ ὁ θεὸς ῥαπιζομένους μὴ μόνον φέρειν, ἀλλὰ καὶ παρέχειν ἑαυτοὺς πρὸς τὸ χεῖρόν τι παθεῖν. ἡμεῖς δὲ μετὰ τοσαύτης σφοδρότητος ἐναντιούμεθα, ὡς μὴ μόνον μὴ παρέχειν ἑαυτοὺς εἰς τὸ κακῶς παθεῖν, ἀλλὰ καὶ [b] ἀμύνεσθαι· πολλάκις δὲ καὶ ἄρχειν χειρῶν ἀδίκων, καὶ ἐλαττοῦσθαι νομίζειν, ἂν μὴ πράξωμεν τὰ αὐτά. καὶ γὰρ τὸ δεινὸν τοῦτό ἐστιν, ὅτι καὶ νικᾶν οἰόμεθα, B τὴν ἐσχάτην ἧτταν ἡττώμενοι καὶ κείμενοι κάτω, καὶ μυρίας δεχόμενοι πληγὰς παρὰ τοῦ διαβόλου, κρατεῖν αὐτοῦ νομίζομεν. διὸ παρακαλῶ μάθωμεν τίς τῆς νίκης ταύτης ὁ τρόπος, καὶ τοῦτο μετίωμεν τοῦ τρόπου τὸ εἶδος. τὸ γὰρ παθεῖν κακῶς, τοῦτό ἐστι τὸ στεφανοῦσθαι. εἰ τοίνυν βουλόμεθα καὶ ἡμεῖς ἀναῤῥηθῆναι παρὰ τοῦ θεοῦ, μὴ τὸν τῶν ἔξωθεν ἀγώνων, ἀλλὰ τὸν παρὰ τοῦ θεοῦ νόμον φυλάττωμεν ἐν τοῖς παλαίσμασι τούτοις, [c] καὶ τὸ πάντα φέρειν μετὰ μακροθυμίας. οὕτω γὰρ καὶ τῶν παλαιόντων περιγινώμεθα, καὶ τῶν ἐνταῦθα, καὶ τῶν ἐπηγγελμένων ἐπι- C τύχωμεν ἀγαθῶν· χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

HOMILIA V.

ΟΜΙΛΙΑ ε'.

3\. *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est.*

Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν.

1\. MOYSES historiam veteris Testamenti a sensilibus nobis orditur, & ea pluribus enumerat: nam ait, *In principio fecit Deus cælum & terram.* (Gen. 1. 1.) Deinde adjicit lucem factam, secundum cælum, stellarum naturam, omnigena animalium genera, ne singula prosequentes longiores simus. Hic autem Evangelista uno verbo complectitur omnia, & illa nempe & illis superiora. Et jure certe, quia illa auditoribus nota sunt, & ipse ad præstantius argumentum properat, ac totum opus aggreditur, non de operibus, sed de opifice & creatore dicturus. Ideo Moyses quidem, etsi minorem creationis partem aggrediatur; nihil enim nobis de invisibilibus potestatibus narravit, in illis versatur. Hic vero, quia ad ipsum creatorem ascendere festinat, jure omnia prætercurrit, & hæc quæ ille dixit, & ea quæ ipse tacuit, paucis complectitur, *Omnia per ipsum facta sunt.* Ne vero putes ipsum ea tantum memorare quæ Moyses narravit, subjungit, *& sine ipso factum est ni-*

ΜΟΥΣΗΣ μὲν ἀρχόμενος τῆς ἱστορίας καὶ τῆς συγγραφῆς τῆς ἐν τῇ παλαιᾷ, περὶ τῶν αἰσθητῶν ἡμῖν διαλέγεται, καὶ ταῦτα ἀπαριθμεῖται διὰ D πολλῶν· ἐν ἀρχῇ γάρ, φησιν, ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· εἶτα ἐπάγει ὅτι καὶ φῶς ἐγένετο, * καὶ δεύτερος οὐρανὸς, καὶ ἀστέρων φύσις, καὶ παντοδαπὰ γένη ζώων, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον ἐπεξιόντες παρέλκωμεν. ὁ δὲ εὐαγγελιστὴς οὗτος, ἅπαντα συντεμὼν ἐν ῥήματι [d] περιλαμβάνει ἐκεῖνά τε καὶ τὰ ἐκείνων ἀνώτερα· εἰκότως, ἅτε καὶ γνώριμα ὄντα τοῖς ἀκούουσι, καὶ ἐπὶ μείζονα ἐπειγόμενος ὑπόθεσιν, καὶ πᾶσαν τὴν πραγματείαν ἐνστησάμενος, οὐ περὶ τῶν ἔργων, ἀλλὰ περὶ τοῦ δημιουργοῦ καὶ πάντα [e] παραγαγόντος εἰπεῖν. διά τοι τοῦτο ἐκεῖνος μὲν, καίτοιγε τὸ ἔλαττον μέρος τῆς κτίσεως ἀπολαβών· οὐδὲν γὰρ ἡμῖν περὶ E τῶν ἀοράτων διελέχθη δυνάμεων· τούτοις ἐνδιατρίβει· οὗτος δὲ, ἅτε πρὸς αὐτὸν σπεύδων τὸν ποιητὴν ἀνελθεῖν, εἰκότως ἅπαντα παρατρέχει, καὶ ταῦτα καὶ τὰ ἐκείνῳ σεσιγημένα, ἑνὶ καὶ βραχεῖ λόγῳ περιλαβὼν, τῷ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο. καὶ ἵνα μὴ νομίσῃς πάντα ἐκεῖνα λέγειν μόνον αὐτὸν τὰ καὶ Μωϋσεῖ εἰρημένα, ἐπάγει· ὅτι καὶ

[a] ὑμᾶς, alii ἡμᾶς.
[b] Morel. ἀμύνεσθαι.
[c] Savil. & mss. quidam καὶ τὸ πάντα, Morel. καὶ τὰ.

* καὶ δεύτερος οὐρανὸς, *secundum cælum*, id est, firmamentum.
[d] Alii, παραλαμβάνει.
[e] Sic Savil. & mss. Morel. vero περιαγαγόντος.

χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονε· τουτέστι, τῶν γενητῶν κἂν ὁρατόν τι ᾖ, κἂν νοητὸν, οὐδὲν χωρὶς τῆς τοῦ υἱοῦ δυνάμεως εἰς τὸ εἶναι παρήχθη. οὐ γὰρ δὴ τὴν τελείαν στιγμὴν τῷ, οὐδὲ ἓν, ἐπιθήσομεν κατὰ τοὺς αἱρετικούς. ἐκεῖνοι γὰρ βουλόμενοι τὸ πνεῦμα κτιστὸν εἰπεῖν, φασιν· ὃ γέγονεν, ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν· ἀλλ' οὕτω ἀπερινόητον γίνεται τὸ λεγόμενον. πρῶτον μὲν γὰρ οὐδὲ καιρὸς ἦν ἐνταῦθα τοῦ πνεύματος ἐπιμνησθῆναι· εἰ δὲ καὶ ἐβούλετο, τίνος ἕνεκεν οὕτως ἀσαφῶς αὐτὸ τέθεικε; [a] πόθεν γὰρ δῆλον, ὅτι περὶ τοῦ πνεύματος τοῦτο εἴρηται; ἄλλως δὲ, εὑρήσομεν κατὰ τὴν λόγον τοῦτον, οὐ τὸ πνεῦμα, ἀλλ' αὐτὸν τὸν υἱὸν δι' ἑαυτοῦ γινόμενον. ἀλλὰ διανάστητε, ὥστε μὴ διαφυγεῖν ὑμᾶς τὸ λεγόμενον· καὶ φέρε κατὰ τὸν ἐκείνων τέως ἀναγνῶμεν τρόπον. οὕτω γὰρ ἡμῖν φανερώτερον τὸ ἄτοπον ἔσται· ὃ γέγονεν, ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν. τὸ πνεῦμά φασιν εἰρῆσθαι τὴν ζωήν. ἀλλ' ἡ ζωὴ αὕτη καὶ φῶς εὑρίσκεται· ἐπάγει γὰρ, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων. οὐκοῦν κατ' αὐτοὺς τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων ἐνταῦθα τὸ πνεῦμα λέγει. τί οὖν; ὅτ' ἂν ἐπάγῃ καὶ λέγῃ, ὅτι ἐγένετο ἄνθρωπος παρὰ τοῦ θεοῦ ἀπεσταλμένος, ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτὸς, ἀνάγκη περὶ τοῦ πνεύματος αὐτοὺς λέγειν καὶ τοῦτο εἰρῆσθαι. ὃν γὰρ ἄνω λόγον εἶπεν, τοῦτον προϊὼν καὶ θεὸν, καὶ ζωὴν, καὶ φῶς ὀνομάζει. ζωὴ γὰρ ἦν, φησιν, ὁ λόγος οὗτος, καὶ ἡ ζωὴ αὕτη φῶς ἦν. εἰ τοίνυν ὁ λόγος ἡ ζωή· * ὁ δὲ λόγος οὗτος καὶ ἡ ζωὴ, σὰρξ ἐγένετο, ἡ ζωὴ ἐγένετο σὰρξ, τουτ' ἔστιν, ὁ λόγος· καὶ αὐτῆς ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός. ἂν τοίνυν τὸ πνεῦμα λέγωσιν ἐνταῦθα τὴν ζωὴν εἰρῆσθαι, ὅρα πόσα ἕψεται τὰ ἄτοπα. ἔσται γὰρ αὐτὸ σαρκωθὲν, οὐχ ὁ υἱός· ἔσται μονογενὴς υἱὸς τὸ πνεῦμα. εἰ δὲ μὴ τοῦτο, εἰς ἕτερον πάλιν ἀτοπώτατον τοῦτο φεύγοντες ἐμπεσοῦνται οὕτως ἀναγινώσκοντες. εἰ γὰρ δὴ ὁμολογήσαιεν, ὅτι περὶ τοῦ υἱοῦ εἴρηται, καὶ μὴ στίξαιεν μηδὲ ἀναγνοῖεν ὥσπερ ἡμεῖς, αὐτὸν ἀφ' ἑαυτοῦ τὸν υἱὸν γεγενῆσθαι ἐροῦσιν. εἰ δὲ ἡ ζωὴ ὁ λόγος· ὃ δὲ γέγονεν, ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν· αὐτὸς ἐν αὐτῷ καὶ δι' ἑαυτοῦ γέγονε κατὰ τὴν ἀνάγνωσιν ταύτην. εἶτά τινα εἰπὼν ἐν τῷ μέσῳ ἐπήγαγε· καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός. [b] ἰδοὺ καὶ μονογενὴς υἱὸς εὑρίσκεται κατὰ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν ταῦτα λεγόντων τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. περὶ γὰρ αὐτοῦ πᾶσα αὐτῷ αὕτη ἡ διήγησις εἴρηται. ὁρᾶτε ὅτ' ἂν ἐκκυλισθῇ ὁ λόγος τῆς ἀληθείας ποῦ παρατρέπεται, καὶ πόσα τίκτει τὰ ἄτοπα; τί οὖν; οὐκ ἔστι τὸ πνεῦμα φῶς, φησι; ἔστι μὲν φῶς· ἀλλ' ἐνταῦθα οὐ περὶ τούτου εἴρηται. ἐπεὶ καὶ ὁ θεὸς λέγεται πνεῦμα, τουτέστιν, ἀσώματος· ἀλλ' οὐ πάντως εἴπου πνεῦμα εἴρηται, ὁ θεὸς δηλοῦται. καὶ τί θαυμάζεις, εἰ περὶ τοῦ πατρὸς τοῦτό φαμεν; οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τοῦ παρακλήτου

A *hil quod factum*: hoc est, ex rebus factis, sive sub aspectum, sive sub intellectum tantum cadant, nihil sine Filii virtute productum est. Neque enim punctum apponemus post illud, *nihil*, ut hæretici faciunt. Illi enim cum velint Spiritum creatum esse, ita legunt: *Quod factum est, in ipso vita erat.* At sic hæc nullo modo intelligi poterunt. Primo enim hic non opportuna Spiritus mentio esset: quod si tandem id voluisset, cur tam obscure loquutus esset? Unde enim constat hoc de Spiritu dictum esse? Alioquin autem secundum hanc seriem comperiemus, non Spiritum, sed ipsum Filium per seipsum factum esse. Verum attendite, ne vos hoc dictum effugiat; & age interim ad illorum morem legamus: hoc pacto enim manifestior erit absurditas: *Quod factum est, in ipso vita erat.* Vitam hic Spiritum significare dicunt: Sed vita etiam lux appellata hic occurrit; subjicit enim, *& vita erat lux hominum.* Secundum illos ergo lucem hominum hic Spiritum dicit. Quid igitur? cum subdit, *Fuit homo missus a Deo, ut testimonium perhiberet de lumine*, necesse est ut dicant, hoc etiam de Spiritu proferri. Eum enim quem supra Verbum dixit, in sequentibus Deum, vitam, & lucem nominat. *Vita erat*, inquit, hoc Verbum, & hæc ipsa vita lux erat. Si itaque Verbum vita erat; Verbum autem, quod est vita, caro factum est, vita caro facta est, hoc est, Verbum: Et ejus gloriam vidimus, quasi Unigeniti a Patre. Si ergo dicant Spiritum hic vitam vocari, vide quanta absurda sequantur. Spiritus enim incarnatus fuerit, non Filius: Spiritus erit unigenitus Filius. Si non id res fuerit, dum hoc effugient, in aliud longe absurdius incident ita legentes. Nam si confiteantur illud de Filio dictum esse, neque interpungant, nec legant ut nos legimus, ipsum Filium a seipso factum esse dicant oportet. Si enim Verbum vita erat; si quod factum est, in ipso vita erat: ipsum in seipso & per seipsum factum est secundum hanc lectionem. Deinde quibusdam interpositis adjicit: *Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre.* Ecce secundum illorum qui ita loquuntur lectionem Spiritus sanctus, Unigenitus esse filius deprehenditur. De illo enim hæc omnis narratio instituitur. Videtis-ne, quando a veritate sermo aberrat, in quæ præcipitia abeat; & quot absurda pariat? Quid igitur? Spiritus, inquies, non est lux? Est quidem lux, verum hic non de illo agitur: quandoquidem & Deus Spiritus, hoc est, incorporeus; sed non ubicumque Spiritus dicitur Deum esse declaratur. Et quid miraris, si id de Patre dicamus? Neque enim de

Hæretici punctum apponebant post illud, *Sine ipso factum est nihil.*

[a] Savil. & plurimi mss. πόθεν γὰρ δῆλον. Morel. & alii, πόθεν δὲ δῆλον.

* ὁ δὲ λόγος οὗτος καὶ ἡ ζωὴ σὰρξ ἐγένετο, ἡ ζωὴ ἐγένετο σάρξ. Putat Boisius illud καὶ ἡ ζωὴ ante hæc verba, σὰρξ ἐγένετο, delendum esse, nec lectum fuisse ab Interprete. Sed omnia exemplaria sic habent.

[b] Alii, ἰδοὺ καὶ μονογενής.

Paracleto quoque id dixerimus, quod ubicumque Spiritus dicitur, id de Paracleto intelligatur: quamvis hoc nomen ipsi maxime competat. Attamen ubi Spiritus legitur, non semper Paracletus est intelligendus. Nam & Christus Dei virtus & Dei sapientia vocatur; at non semper ubi Dei virtus & Dei sapientia dicitur, Christus indicatur. Sic & hoc loco, licet Spiritus illuminet, non tamen de ipso nunc loquitur Evangelista. Attamen his exclusi absurdis ratiociniis illi, qui semper veritati repugnant, dicere non desistunt, *Quod factum est, in ipso vita erat*; id est, quod factum est vita erat. Quid igitur? An Sodomorum supplicium, diluvium, gehenna & mille res hujusmodi vita erant? Sed de creatione nobis est sermo, inquiunt. Certe illa quoque ad creationem pertinent. Verum ut aliunde etiam illorum sententiam validius confutemus, interrogabimus illos: Num quæso, lignum vita est? num lapis, inanima hæc & immobilia? An homo omnino vita est? Ecquis hoc dixerit? Non enim ipsa vita homo, sed vitæ capax homo est.

tia & veritas per Jesum Christum facta est. Et vide prudentiam. Non personarum, sed rerum disquisitionem facit. Nam cum res ipsæ longe majores demonstrarentur, necessario ingrati illi sententiam & opinionem de Christo excipere debebant. Cum enim opera ipsa, quæ nullam habeant vel gratiæ vel odii suspicionem, testificantur; certum etiam impudentibus præbent indicium. Nam qualia illa auctores ediderunt, talia manent & conspicua sunt: quamobrem omni suspicione & exceptione majus est illorum testimonium. Animadverte autem quam modestam faciat comparatiomem etiam apud infirmiores. Non enim excellentiam illam verbis extollit, sed nudis nominibus differentiam ostendit, dum gratiam & veritatem, legi; & hanc vocem, *facta est*, huic, *data est*, opponit. Multum autem est inter utramque discrimen. Nam illud, *data est*, ministri erat, qui ab alio acceptum dedit quibus jussus erat; illud vero, Facta est gratia & veritas, Regis est qui cum potestate peccata omnia dimittit, & donum præparat suum.

Marc. 2. 9. Quamobrem dicebat, *Dimittuntur tibi peccata*; & rursum, *Ut autem sciatis quia potestatem habet Filius hominis in terra dimittendi peccata, ait paralytico: Surgens tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.* Viden' quomodo gratia per eum fiat? Veritatem quoque vide. Gratiam igitur, & hæc & quæ ad latronem spectant, & baptismatis donum, & Spiritus gratia per ipsum data ostendunt; necnon alia plurima. Veritatem autem manifestius intelligemus, si figuras didicerimus. Nam quæ in novo Testamento dispensanda erant, figuræ prius ut figuræ descripserant, Christus autem veniens consummavit. (Figuræ veteris Testamenti in novo implentur.) Paucis ergo figuras illas videamus. Neque enim omnia illa recensere præsentis est temporis; a paucis quæ nunc proferam cætera intelligetis. Vultis ab ipsa passione incipiamus? Quid ait

Exod. 12. 3. figura: *Accipite agnum per domos, & immolate, & facite ut præcepit & statuit Dominus.* Christus vero non sic; neque enim præcipit hoc agere: sed ipse sese oblationem & hostiam Patri offert.

4. Vide quo pacto figura per Moysem data sit, veritas autem per Jesum Christum facta sit. Et rursum in monte Sina, cum Amalecitæ contra Hebræos pugnam committerent, manus Moysis ab Aarone & Or utrinque extensæ sustinebantur; Christus autem ipse per sese manus extensas tenuit in cruce. Viden' quomodo figura data, veritas autem facta sit? Rursus lex dicebat,

Deut. 27. 26. *Maledictus omnis qui non manet in iis quæ scripta sunt in libro hoc;*

Matth. 11. 28. Gratia vero quid dicit? *Venite ad me omnes*

A ἡ χάρις, καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. καὶ θέα τὴν σύνεσιν. οὐ τοῦ προσώπου ποιεῖται τὴν ἐξέτασιν, ἀλλὰ τῶν πραγμάτων. τούτων γὰρ ἀποδειχθέντων πολλῷ μειζόνων, ἐξ ἀνάγκης καὶ τοὺς ἀγνώμονας εἰκὸς ἦν παραδέξασθαι τὴν ψῆφον καὶ τὴν ὑπόνοιαν περὶ τοῦ Χριστοῦ. ὅτ' ἂν γὰρ τὰ πράγματα μαρτυρῇ, τὰ μηδεμίαν [a] ἔχοντα ὑποψίαν ὡς πρὸς χάριν τινὸς, ἢ καὶ πρὸς ἀπέχθειαν τοῦτο ποιοῦντα, ἀναμφισβήτητον καὶ τοῖς ἀγνώμοσι τὴν ψῆφον παρίστησιν. οἷα γὰρ ἂν αὐτὰ διαθῶσιν οἱ ποιήσαντες, τοιαῦτα μένει φαινόμενα. διὸ μάλιστα πάντων ἀνύποπτος ἡ παρὰ τούτων ἐστὶ μαρτυρία. B ὅρα δὲ καὶ πῶς ἀνεπαχθῆ ποιεῖται τὴν παράθεσιν καὶ παρὰ τοῖς ἀσθενεστέροις. οὐ γὰρ κατασκευάζει τῷ λόγῳ τὴν ὑπεροχήν· ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὀνομάτων γυμνῶν τὴν διαφορὰν παραδείκνυσι, χάριν καὶ ἀλήθειαν ἀντιθεὶς νόμῳ· καὶ τὸ, ἐγένετο, τῷ ἐδόθη. πολὺ δὲ τὸ μέσον ἑκατέρων. τὸ μὲν γὰρ διακονουμένου ἦν τὸ ἐδόθη, λαβόντος παρ' ἑτέρου καὶ δόντος οἷς προσετάγη δοῦναι· τὸ δὲ ἐγένετο ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια, βασιλέως μετ' ἐξουσίας πάντα ἀφιέντος τὰ ἁμαρτήματα, καὶ αὐτοῦ κατασκευάζοντος τὴν δωρεάν. διὸ ἔλεγεν· ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι. καὶ πάλιν· ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀφιέναι ἐπὶ τῆς γῆς ἁμαρτίας, λέγει C τῷ παραλυτικῷ· ἐγερθεὶς ἆρον τὴν κλίνην σου, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. [b] ὁρᾷς πῶς ἡ χάρις γίνεται δι' αὐτοῦ; σκόπει δὲ καὶ τὴν ἀλήθειαν. τὴν μὲν οὖν χάριν, καὶ ταῦτα καὶ τὰ κατὰ τὸν λῃστὴν, καὶ ἡ τοῦ βαπτίσματος δωρεὰ, [c] καὶ ἡ τοῦ πνεύματος χάρις ἡ δι' αὐτοῦ διδομένη δείκνυσι, καὶ ἕτερα πολλά· τὴν δὲ ἀλήθειαν σαφέστερον εἰσόμεθα, ἂν τοὺς τύπους καταμάθωμεν. τὰς γὰρ [d] μελλούσας ἐπιτελεῖσθαι ἐν τῇ καινῇ οἰκονομίας, προλαβόντες προδιέγραψαν οἱ τύποι ὡς τύποι· ἐλθὼν δὲ ἐπετέλεσεν αὐτὴν ὁ Χριστός. ἴδωμεν τοίνυν καὶ τοὺς τύπους ἐν ὀλίγοις· οὐδὲ γὰρ ἄπλετα διελθεῖν τὰ τῶν D τύπων [e] τοῦ νῦν καιροῦ· ἀφ' ὧν δὲ παραθήσομαι τινα μαθόντες, καὶ τὰ λοιπὰ εἴσεσθε. βούλεσθε οὖν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πάθους ἀρξόμεθα; τί οὖν φησιν ὁ τύπος; λάβετε ἀρνίον κατ' οἰκίαν, καὶ θύσατε, καὶ ποιήσατε ὡς προσέταξε καὶ ἐνομοθέτησεν. ὁ δὲ Χριστὸς οὐχ οὕτως· οὐ γὰρ προστάττει τοῦτο γενέσθαι, ἀλλ' αὐτὸς αὐτὸ γίνεται, θυσίαν ἑαυτὸν καὶ προσφορὰν τῷ πατρὶ προσενεγκών.

Ὅρα πῶς ὁ μὲν τύπος ἐδόθη διὰ Μωσέως, ἡ δὲ ἀλήθεια ἐγένετο διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ πάλιν ἐν τῷ ὄρει Σινᾷ [f] τῶν Ἀμαληκιτῶν πολεμούντων ἑβραίοις, αἱ χεῖρες μὲν ἐστηρίζοντο Μωϋσέως, αἰρόμεναι ὑπὸ Ἀαρὼν καὶ E Ὢρ ἑκατέρωθεν ἑστώτων· ὁ δὲ Χριστὸς παραγενόμενος, αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ τὰς χεῖρας τείνας εἶχεν ἐν τῷ σταυρῷ. εἶδες πῶς ὁ μὲν τύπος ἐδίδοτο, ἡ δὲ ἀλήθεια ἐγίνετο; πάλιν ὁ νόμος ἔλεγεν· ἐπικατάρατος πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ· ἡ δὲ χάρις τί φησι; δεῦτε πρός με πάν-

a Quidam, ἔχοντα αἰτίαν, ὡς.
b Savil. ὁρᾷς πῶς. Alii, ὅρα πῶς.
c Savil. καὶ ἡ τοῦ πνεύματος χάρις, ἡ δι' αὐτοῦ διδομένη, & sic plurimi mss. Morel. καὶ ἡ διὰ τοῦ πνεύματος υἱοθεσία ἡμῖν διδομένη δείκνυσιν.

d Alii & Savil. μελλούσας τελεῖσθαι.
e Alii & Savil. τοῦ παρόντος καιροῦ. Quidam ibidem, ἀπὸ τῶν ὀλίγων δὲ τὸ πᾶν μαθόντες, τοὺς λοιποὺς εἴσεσθε.
f Savil. τῶν Ἀμαληκιτῶν ἐπιστρατευόντων, αἱ χεῖρες.

τες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· καὶ ὁ Παῦλος, Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. ἐπεὶ οὖν τοσαύτης ἀπολελαύκαμεν χάριτος καὶ ἀληθείας, παρακαλῶ μὴ διὰ τὸ μέγεθος τῆς δωρεᾶς γενώμεθα ῥαθυμότεροι. ὅσῳ γὰρ μείζονος ἠξιώθημεν τιμῆς, τοσούτῳ καὶ πλείονός ἐσμεν ἀρετῆς ὀφειλέται. ὁ μὲν γὰρ μικρὰ εὐεργετηθεὶς κἂν μικρὰ ἐπιδείξηται, [a] οὐ τοσαύτης καταγνώσεως ἄξιός ἐστιν· ὁ δὲ πρὸς τὴν ἀνωτάτω κορυφὴν τῆς τιμῆς ἀναβὰς, εἶτα χαμαίζηλα καὶ ταπεινὰ ἐπιδεικνύμενος, πολλῷ μείζονος ἔσται κολάσεως ἄξιος. ἀλλὰ μὴ γένοιτο περὶ ὑμῶν τοιαῦτα ὑποπτεῦσαί ποτε. πεποίθαμεν γὰρ ἐν κυρίῳ, ὅτι πρὸς τὸν οὐρανὸν τὰς ψυχὰς ὑμῶν ἐπτερώσατε, καὶ τῆς γῆς ἀπανέστητε, καὶ ἐν τῷ κόσμῳ ὄντες, οὐ τὰ τοῦ κόσμου μεταχειρίζεσθε. ἀλλ' ὅμως καὶ πεπεισμένοι, οὐ παυόμεθα συνεχῶς τὰ αὐτὰ παρακαλοῦντες. ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς ἔξωθεν ἀγῶσιν, οὐ τοὺς ἀναπεπτωκότας, οὐδὲ τοὺς ὑπτίους κειμένους, ἀλλὰ τοὺς ἐνεργοῦντας, τοὺς ἔτι τρέχοντας, ἅπαντες προτρέπονται οἱ θεαταί. ἐπ' ἐκείνων μὲν γὰρ ὡς [b] ἀνόνητα πονοῦντες, καὶ οὐ δυνάμενοι διὰ τῶν παρακλήσεων αὖθις ἀναστῆσαι, ἀπορραγέντας καθάπαξ τῆς νίκης, οὕτω παύονται καταγινώσκοντες· ἐνταῦθα δὲ, οὐκ ἐφ' ὑμῶν μόνον τῶν νηφόντων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἀναπεσόντων εἰ βουληθεῖεν μεταβαλέσθαι, ἔστι τι προσδοκῆσαι χρηστόν. διὸ καὶ πάντα πράττομεν, παρακαλοῦντες, ὀνειδίζοντες, προτρέποντες, ἐπαινοῦντες, ὥστε τὴν ὑμετέραν πραγματεύσασθαι σωτηρίαν. μὴ τοίνυν τῇ συνεχεῖ τῇ περὶ τῆς πολιτείας δυσχεραίνετε παραινέσει. οὐ γὰρ ῥαθυμίαν κατεγνωκότων ἐστὶ τὰ λεγόμενα, ἀλλὰ χρηστὰς σφόδρα ἐλπίδας ἐχόντων περὶ ὑμῶν. οὐ πρὸς ὑμᾶς δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἡμᾶς τοὺς λέγοντας ταῦτα εἴρηται καὶ εἰρήσεται. καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ τῆς αὐτῆς δεόμεθα διδασκαλίας. εἰ γὰρ καὶ παρ' ἡμῶν λέγεται, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἡμᾶς οὐδὲν κωλύει ταῦτα λέγεσθαι. τὸν μὲν γὰρ εὑρὼν ὑπεύθυνον ὄντα, ὁ λόγος διωρθώσατο· τὸν δὲ ἐκτὸς καὶ ἀπηλλαγμένον, ὡς πορρωτάτω πάλιν ἀπήγαγεν. οὐδὲ γὰρ αὐτοὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἐσμὲν καθαροί. ἥ τε οὖν ἰατρεία κοινὴ, τά τε φάρμακα ἅπασι πρόκειται· ἡ δὲ θεραπεία λοιπὸν οὐ κοινὴ, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν χρωμένων προαίρεσιν [c] γίνεται. διὸ καὶ ὁ μὲν δεόντως μεταχειρίσας τὸ φάρμακον, ἀπώνατό τι τῆς θεραπείας· ὁ δὲ μὴ ἐπιθεὶς τῷ τραύματι, μεῖζον εἰργάσατο τὸ κακὸν, καὶ εἰς τὴν χαλεπωτάτην κατέστρεψε τελευτήν. μὴ τοίνυν ἀλγῶμεν ἰατρευόμενοι, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον χαίρωμεν, κἂν πικρὰς φέρῃ τὰς ὀδύνας τῆς διδασκαλίας ἡ μεθοδεία. πολὺ γὰρ ἥδιστον ἡμῖν ὕστερον ἐπιδείξεται τὸν καρπόν. πάντα οὖν εἰς τοῦτο πράττωμεν, [d] ὅπως καθαροὶ τραυμάτων καὶ πληγῶν, ἃς οἱ τῆς ἁμαρτίας ὀδόντες ἐντιθέασι τῇ ψυχῇ, εἰς τὸν αἰῶνα ἀπάρωμεν ἐκεῖνον· ἵνα ἄξιοι τῆς ὄψεως γενόμενοι τοῦ Χριστοῦ, μὴ ταῖς τιμωρητικαῖς καὶ ἀποτόμοις δυνάμεσι κατὰ τὴν ἡμέραν παραδο-

A *qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos*; & Paulus, *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.* (Gal. 3. 13.) Quia igitur tanta fruimur gratia & veritate, obsecro ne propter doni magnitudinem segniores evadamus. Quanto majori enim dignati sumus honore, tanto majorem virtutem exhibere tenemur. Nam qui parvis acceptis beneficiis parva retulerit, non usque adeo culpandus est: qui vero ad supremum honoris culmen ascendit, posteaque vilia exiguaque rependit, longe majori erit supplicio dignus. Sed absit, ne de vobis B talia unquam suspicemur. Confidimus enim in Domino, vos animas vestras versus cælum ceu alis quibusdam extulisse, & a terra abstraxisse, ac dum in mundo versamini, mundana non tractare. Attamen licet tali instructi fiducia, non cessamus vos frequenter de iisdem ipsis monere. Nam & in externis illis certaminibus, non prostratos, non supinos jacentes; sed strenuos, currentes, hortantur spectatores omnes. Illos enim semel a victoria exclusos, qui nullo possint hortatu moti surgere, ne vane laborent, sinunt decussos jacere. Hic autem non de vo- C bis modo qui vigilatis, sed etiam de iis qui collapsi sunt, est aliquid sperandum, si resipiscere velint. Quamobrem nihil non agimus, rogantes, hortantes, exprobrantes, increpantes, laudantes, ut vestram salutem operemur. Ne itaque frequentiorem ad probam vitam hortationem ægre feratis. Non enim ita loquimur ut vos in desidiæ crimen vocemus, sed bona spe fulti monemus. Neque ad vos solum, sed ad nos etiam spectant & hæc & quæ postea dicentur. Etenim nos quoque hac egemus doctrina: etiamsi enim a nobis dicantur, nihil tamen vetat quominus hæc nos etiam attingant. D Sermo namque peccatis obnoxium corrigit; probum vero ac scelere vacuum ab eo longius abducit. Neque enim nos a peccatis puri sumus. Communis est medicina, remedia omnibus prostant; sed curatio non communis est, licet usus singulorum arbitrio permittatur. Quapropter is qui ut par est remedio utitur, valetudinem recuperat; qui vulneri remedium non admovet, malum auget, & ad deteriorem finem vergit. Ne itaque medicinam ægre feramus; imo potius E gaudeamus, si doctrinæ modus acerbum inferat dolorem: nam suavissimum postea nobis fructum afferet. Nihil ad hoc non agamus, ut a plagis & vulneribus, quæ peccati dentes animæ infligunt, liberi, ad æternam vitam proficiscamur; ut Christi conspectu digni, ne ultricibus immanibusque potestatibus illo die tra-

[a] Savil. ἐν τῆς αἰτῆς, & mox αἰωτέρα.
[b] Alii, ἀνόητα ποιοῦντες.
[c] Alii & Savil. γίνεται· ὁ μὲν γὰρ θέλων δεόντως μεταχειρίσαι
[d] Sic Savil. At Morel. πράττωμεν καὶ λέγωμεν.

damur; sed illis quæ nos ad cælorum hereditatem inducant, quæ præparata iis est qui diligunt illum: quam utinam nos omnes consequamur, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi; cui gloria & imperium in sæcula sæculorum, amen.

A θῶμεν ἐκείνην, ἀλλὰ τῇ δυναμέναις πρὸς τὴν κληρονομίαν εἰσαγαγεῖν ἡμᾶς τῶν οὐρανῶν, τὴν ἡτοιμασμένην τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

HOMILIA XV.

18. *Deum nemo vidit unquam. Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit.*

1. NON ea est Dei voluntas, ut sacræ Scripturæ nomina tantum & verba audiamus; sed ut cum multa prudentia intelligamus. Ideo beatus David plerumque sic Psalmos suos inscripsit, *in intellectum*, & dicebat: *Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.* (Ps. 118. 18) Post ipsum filius ejus docet, Sapientiam quasi argentum exquirendam esse; imo plusquam aurum comparandam. Dominus vero Judæos hortatur, ut scrutentur Scripturas, ad majoremque nos inducit perquisitionem. Neque enim sic loquutus fuisset, si statim a prima lectione hæc intelligi possent. Quod enim in medio positum statim percipitur, nemo scrutatus fuerit; sed id tantum quod obscurum est & multo eget examine. Ideo thesaurum absconditum Scripturas esse dicit, ut ad inquisitionem nos excitet. Hæc autem ideo dixi, ut ne obiter & perfunctorie Scripturæ verba aggrediamur; sed cum accuratione multa. Si quispiam enim sine examine ejus dicta audiat, & omnia secundum literam accipiat, absurda multa de Deo suspicabitur. Nam illum hominem esse, & æneum, iracundum, furibundum putabit, & his deteriora de illo dogmata excipiet. Si vero profundam ejus mentem edidicerit, absurdis hujusmodi opinionibus liber erit. Nam in hac proposita lectione Deus dicitur sinum habere, quod est corporibus proprium. At nemo ita stultus est, ut incorporeum corpus esse putet. Ut itaque omnia spirituali sensu percipiamus, age altius hunc locum exploremus. *Deum nemo vidit unquam.* Ex qua illud consequentia Evangelista dicit? Postquam ostenderat tantam illam donorum Christi magnitudinem, & quam immenso hæc discrimine illa quæ a Moyse dispensata fuerant superarent, vult demum consentaneam differentiæ causam aperire. Ille enim servus cum esset, humiliorum rerum minister fuit; hic vero Dominus, rex, regis filius, longe

ΟΜΙΛΙΑ ιε'.

Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ὁ μονογενὴς υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο.

B ΤΩΝ ὀνομάτων καὶ τῶν ῥημάτων τῶν ἐν ταῖς γραφαῖς κειμένων, οὐχ ἁπλῶς ἡμᾶς ὁ θεὸς ἐπακούειν βούλεται, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς συνέσεως. διὰ τοῦτο ὁ μὲν μακάριος Δαυὶδ πολλαχοῦ τῶν ψαλμῶν προέγραφε τῷ ἑαυτοῦ τὸ, εἰς σύνεσιν, καὶ ἔλεγεν· ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου. μετὰ δὲ τοῦτον καὶ ὁ τούτου παῖς ὑποτιθεὶς δείκνυσιν, [a] ὅτι δεῖ καθάπερ ἀργύριον ἐκζητεῖν τὴν σοφίαν· μᾶλλον δὲ ὑπὲρ χρυσίον αὐτὴν ἐμπορεύεσθαι. καὶ ὁ κύριος δὲ τοῖς Ἰουδαίοις παραι-C νῶν τὰς γραφὰς ἐρευνᾶν, ἐπὶ πλέον ἡμᾶς εἰς ζήτησιν ἐνάγει. οὐκ ἂν γὰρ οὕτως εἶπεν, εἴγε αὐτόθεν, καὶ ἐκ προφήτης αὐτὰς καταλαβεῖν δυνατὸν ἦν τῆς ἀναγνώσεως. τὸ γὰρ ἐν μέσῳ κείμενον, καὶ πρόχειρον, οὐδείς ποτ' ἂν ἐρευνήσαιτο, ἀλλὰ τὸ συνεσκιασμένον, καὶ μετὰ πολλῆς εὑρισκόμενον τῆς ζητήσεως. διὰ τοῦτο καὶ θησαυρὸν κεκρυμμένον αὐτάς εἶναί φησι, πρὸς τὴν ζήτησιν ἡμᾶς διεγείρων. ταῦτα δὲ ἡμῖν εἴρηται, ἵνα μὴ ἁπλῶς μηδὲ ὡς ἔτυχε προσβάλλωμεν τοῖς τῶν γραφῶν ῥήμασιν, ἀλλὰ μετὰ ἀκριβείας πολλῆς. εἰ μὲν γὰρ ἀνεξετάστως τις ἐπακούσειε [b] τῶν λεγομένων ἐν αὐταῖς, καὶ D δέξαιτο πάντα οὕτως ὡς εἴρηται κατὰ τὸ γράμμα, πολλὰ τὰ ἄτοπα ὑποπτεύσει περὶ τοῦ θεοῦ. καὶ γὰρ καὶ ἄνθρωπον αὐτὸν εἶναι, καὶ ἀπὸ χαλκοῦ συνεστάναι, καὶ ὀργίλον, καὶ θυμώδη, καὶ πολλὰ ἔτι τούτων χείρονα περὶ αὐτοῦ δέξεται δόγματα. εἰ δὲ τὸν νοῦν [c] τὸν ἐν τῷ βάθει κείμενον καταμάθοι, πάσης ταύτης ἀπαλλαγήσεται τῆς ἀτοπίας. ἐπεὶ καὶ τὸ νῦν προκείμενον ἡμῖν ἀνάγνωσμα, κόλπον, φησὶ, τὸν θεὸν ἔχειν, ὅπερ σωμάτων ἐστὶν ἴδιον. ἀλλ' οὐδεὶς οὕτω μέμηνεν, ὥστε σῶμα ὑποπτεῦσαι τὸν ἀσώματον εἶναι. ἵν' οὖν ἀξίως τῆς πνευματικῆς ἐννοίας τὸ πᾶν ἐκλάβωμεν, φέρε ἄνωθεν τὸ χωρίον διερευνησώ-E μεθα. θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. ἐκ ποίας ἐπὶ τοῦτο ἦλθεν ἀκολουθίας ὁ εὐαγγελιστής; δείξας πολλὴν τῶν τοῦ Χριστοῦ δωρεῶν τὴν ὑπερβολὴν, ὡς εἶναι τὸ μέσον ἄπειρον τούτων τε καὶ τῶν διὰ Μωσέως οἰκονομηθέντων, θέλει λοιπὸν καὶ αἰτίαν εὔλογον τῆς διαφορᾶς εἰπεῖν. ἐκεῖνος μὲν γὰρ ὑπηρέτης ὢν, ταπεινοτέρων γέγονε πραγμάτων διάκονος· οὗτος δὲ δεσπότης, καὶ βασιλεὺς, καὶ βασιλέως υἱὸς ὢν, τὰ πολλῷ μεί-

a Quidam, ὅτι δεῖ καὶ, καθάπερ θησαυρὸν ἐξερευνᾷν. οὐκ ἂν εἶπεν, ἐρευνᾶτε. εἴγε αὐτόθεν.

b Morel. τῶν ἐμφερομένων. Savil. τῶν λεγομένων.
c Alii, τῶν ἐν τῷ βάθει κειμένων.

A ζονα ἡμῖν ἐκόμισε, συνὼν ἀεὶ τῷ πατρὶ, καὶ ὁρῶν αὐτὸν [a] διηνεκῶς. διὸ καὶ οὕτως ἐπήγαγε λέγων· θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. τί οὖν ἐροῦμεν τῷ μεγαλοφωνοτάτῳ Ἡσαΐᾳ λέγοντι· εἶδον τὸν κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου; [b] τί δὲ τῷ Ἰωάννῃ προσμαρτυροῦντι αὐτῷ ὅτι ταῦτα εἶπεν, ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ; τί δὲ τῷ Ἰεζεκιήλ; καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ καθήμενον αὐτὸν ὁρᾷ. τί δὲ καὶ τῷ Δανιήλ; καὶ γὰρ καὶ οὗτος, φησιν· ὁ παλαιὸς τῶν ἡμερῶν ἐκάθητο. τί δὲ καὶ αὐτῷ τῷ Μωσεῖ λέγοντι· δεῖξόν μοι τὴν δόξαν σου ὅπως γνωστῶς ἴδω σε; ὁ δὲ Ἰακὼβ καὶ ἀπὸ τούτου τὴν προσηγορίαν ἔλαβε, Ἰσραὴλ ἐπικληθείς. B Ἰσραὴλ γὰρ ὁ τὸν θεὸν ὁρῶν ἐστι. καὶ ἕτεροι αὐτὸν ἑωράκασι. πῶς οὖν ὁ Ἰωάννης εἶπε, θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε; δηλῶν ὅτι πάντα ἐκεῖνα συγκαταβάσεως ἦν, οὐκ αὐτῆς τῆς οὐσίας γυμνῆς ὄψις. εἰ γὰρ αὐτὴν ἑώρων τὴν φύσιν, οὐκ ἂν διαφόρως αὐτὴν ἐθεάσαντο. ἁπλῆ γάρ τις καὶ ἀσχημάτιστος αὕτη, καὶ ἀσύνθετος, καὶ ἀπερίγραπτος· οὐ κάθηται, οὐδὲ ἕστηκεν, οὐδὲ περιπατεῖ. ταῦτα γὰρ πάντα σωμάτων. πῶς δέ ἐστιν, αὐτὸς οἶδε μόνος. καὶ τοῦτο διὰ [c] προφήτου τινὸς ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ἐμφαίνων ἔλεγεν· ἐγὼ ὁράσεις, φησὶν, ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην· τουτέστι, συγκατέβην, C οὐ τοῦτο ὅπερ ἤμην ἐφάνην. ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε αὐτοῦ ὁ υἱὸς δι' ἀληθινῆς σαρκὸς φανήσεσθαι ἡμῖν, ἄνωθεν αὐτοὺς προεγύμναζεν ὁρᾷν τοῦ θεοῦ τὴν οὐσίαν, ὡς αὐτοῖς δυνατὸν ἦν ἰδεῖν. ἐπεὶ αὐτὸ ὅπερ ἐστὶν ὁ θεὸς, οὐ μόνον προφῆται, ἀλλ' οὐδὲ ἄγγελοι εἶδον, οὔτε ἀρχάγγελοι· ἀλλ' ἐὰν ἐρωτήσῃς αὐτοὺς, ἀκούσῃ περὶ μὲν τῆς οὐσίας οὐδὲν ἀποκρινομένους· [d] δόξα δὲ ἐν ὑψίστοις, μόνον ᾄδοντας, τῷ θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. κἂν παρὰ τῶν Χερουβὶμ, ἢ τῶν Σεραφὶμ ἐπιθυμήσῃς τι μαθεῖν, τὸ μυστικὸν τοῦ ἁγιασμοῦ μέλος ἀκούσῃ, καὶ ὅτι πλήρης ὁ οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. ἂν τὰς ἀνωτέρω δυνάμεις ἐξετάσῃς, D οὐδὲν ἄλλο εὑρήσεις, ἢ ὅτι ἓν ἔργον αὐταῖς ἐστὶ τὸ αἰνεῖν τὸν θεόν. αἰνεῖτε γὰρ αὐτόν, φησι, πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ. μόνος οὖν αὐτὸν ὁρᾷ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ [e] ἅγιον. ἡ γὰρ κτιστὴ φύσις ἅπασα πῶς καὶ ἰδεῖν δυνήσεται τὸν ἄκτιστον; εἰ γὰρ ἁπλῶς τῆς ὁποίας οὖν ἀσωμάτου δυνάμεως, καίτοι γενητῆς οὔσης, οὐ δυνάμεθα δέξασθαι [f] θεωρίαν σαφῆ, καὶ τοῦτο πολλάκις ἐπὶ τῶν ἀγγέλων ἐδείχθη· πολλῷ μᾶλλον τῆς καὶ ἀσωμάτου, καὶ ἀγενήτου [g] οὐσίας. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλός, φησιν, ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται, ἆρ' οὖν τῷ πατρὶ μόνῳ τὸ ἐξαίρετον τοῦτο πρόσεστι· τῷ δὲ υἱῷ E οὐκέτι; ἄπαγε· ἀλλὰ καὶ τῷ [h] υἱῷ. ὅτι δὲ καὶ αὐτῷ, ἄκουε Παύλου τοῦτο δηλοῦντος, καὶ λέγοντος· ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου. ὁ δὲ τοῦ ἀοράτου εἰκὼν ὢν, καὶ αὐτὸς ἀόρατος· ἐπεὶ οὐκ ἂν εἴη

[a] Savil. διηνεκῶς, διὰ τοῦτο ἔλεγε, θεόν. Levissimum est discrimen.
[b] Savil. καὶ τῷ Ἰωάννῃ δὲ μαρτυροῦντι.
[c] Alii & Savil. προφήτου τινὸς ἔλεγεν ἐμφαίνων. Eadem ipsa sententia est.
[d] Alii & Savil. δόξαν δὲ ἐν ὑψίστοις ἀναπέμποντας τῷ θεῷ . . . . εἰρήνη . . . . καὶ εὐδοκίαν.
[e] Alii & Savil. ἅγιον. ἡ γὰρ κτιστὴ φύσις ἅπασα πῶς καὶ ἰδεῖν δύναται τὸν ἄκτιστον. Morel. τὸ δὲ κτιστῆς φύσεως ὂν, πῶς καὶ.
[f] Savil. θεωρίαν σαφῆ. Morel. θεωρίαν ὅλως.
[g] Savil. οὐσίας. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος. Morel. οὐσίας. οὕτως αὐτὸ ἐμφαίνων καὶ Παῦλος.
[h] Alii, υἱῷ. ἄκουε τοίνυν αὐτοῦ τὰ πρότερα εἰρηκότος λέγοντος, & in sequentibus quoque verbo tenus variant.

A majora nobis attulit, qui cum Patre semper est & videt eum perpetuo. Propterea hæc intulit, Deum nemo vidit unquam. Quid ergo dicemus vocalissimo Esaïæ dicenti: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & elevatum?* (Isai. 6. 1.) Quid Joanni testificanti ipsum hæc dixisse, quando vidit gloriam ejus? Quid Ezechieli? nam & ipse super cherubim sedentem illum vidit. Quid Danieli, qui & ipse dicit, *Antiquus dierum sedit?* (Dan. 7. 9.) Quid & ipsi Moysi dicenti, *Ostende mihi gloriam tuam, ut manifeste videam te?* (Exod. 33. 13.) Jacob vero hinc appellationem accepit, B Israel vocatus: Israel enim *videns Deum* significat. Alii quoque ipsum viderunt. Quid ergo Joannes ait, *Deum nemo vidit unquam?* Ut ostenderet illa omnia attemperationem quamdam esse, non nudæ substantiæ visionem. (Deus secundum nudam substantiam a nemine visus est.) Nam si ipsam naturam vidissent, non diverso vidissent modo. Simplex enim illa est, sine figura, sine compositione, incircumscripta; non sedet, non stat, non ambulat. Hæc quippe omnia ad corpora pertinent. Quomodo autem sit, ipse solus novit. Et hoc per prophetam quemdam ipse Deus & C Pater declaravit. *Ego*, inquit, *visiones multiplicavi, & in manibus prophetarum assimilatus sum*; (Osee. 12. 10.) id est, me attemperavi, neque id quod eram apparui. Quia enim filius ejus in vera carne nobis adventurus erat, jam olim illos exercitabat, ut Dei substantiam viderent, quantum videre poterant. Nam id quod Deus est, non modo prophetæ, sed nec angeli nec archangeli vident. Sed si interroges illos, nihil de substantia respondentes audies, sed tantum canentes, *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas.* (Luc. 2. 14.) Si a cherubinis & seraphinis aliquid ediscere velis, mysticum D sanctificationis melos audies; &, *pleni sunt cœli & terra gloria ejus.* (Isai. 6. 2.) Si supernas virtutes perconteris, nihil aliud comperies, nisi totum illis opus esse Deum laudare: *Laudate*, inquit, *eum omnes virtutes ejus.* (Ps. 148. 2.) Solus ergo Filius ipsum videt, itemque Spiritus sanctus. Creata quippe natura quomodo increatum videre possit? Nam si incorpoream quamlibet virtutem, etsi ea creata sit, clare conspicere nequimus, & hoc sæpe in Angelis ostensum est, multo minus incorpoream & non factam naturam videre poterimus. Ideo Paulus quoque ait: *Quem nemo hominum vidit, neque videre potest.* (1. Tim. 6. 16.) E Soli-ne igitur Patri hoc præcipuum competit, non autem Filio? Apage: etiam Filio inest: quod & illi insit audi Paulum declarantem: *Qui est imago Dei invisibilis.* (Col. 1. 15.) Qui autem invisibilis imago est, & ipse invisibilis est; alias non esset ima-

1 Tim. 3. 16. go. Quod si alibi dicat, *Deus manifestatus est in carne*; ne mireris: nam manifestatio per carnem, non secundum essentiam facta est. Siquidem ipsum invisibilem esse, non modo hominibus, sed etiam supernis virtutibus, ostendit Paulus. Cum dixisset enim, *manifestatus est in carne*, subdidit, *visus est angelis.*

2. Itaque tunc angelis visus est, cum carnem induit: antea autem ipsum non ita videbant: siquidem substantia ipsis invisibilis erat. Et quomodo, inquies, dicit Christus, *Ne contemnatis unum ex his pusillis: Dico enim vobis, quod angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est?* (Matth. 18. 10.) Quid enim, num faciem habet Deus, & in cælis circumscribitur? Verum nemo ita insaniat, ut hæc dicat. Quid ergo nunc dicitur? Quemadmodum cum ait: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*; (Matth. 5. 8.) de illa quæ secundum mentem est visione loquitur nobis possibili, & de cogitatione Deum respiciente; sic & de angelis dicendum est, ipsos per puram & vigilem naturam suam nihil aliud, quam Deum, semper imaginari. Ideo ipse quoque ait, *Nemo novit Patrem, nisi Filius.* (Matth. 11. 27.) Quid igitur? Omnes-ne in ignorantia sumus? Absit. Sed nemo sic novit, ut Filius. Ut igitur multi pro captu suo ipsum viderunt; substantiam vero nemo vidit; sic & nunc omnes Deum novimus, substantiam vero ejus quæ sit nemo novit, nisi is qui ex ipso natus est. Cognitionem enim hic dicit certam visionem & comprehensionem, talemque qualem Pater de Filio habet. *Sicut enim cognoscit me Pater, inquit, & ego cognosco Patrem.* (Joan. 10. 15.) Quapropter vide cum quanta securitate loquatur Evangelista. Cum dixisset enim, *Deum nemo vidit unquam*, non addidit, Filius qui vidit, narravit; sed aliquid aliud amplius, quam videre, posuit, cum dixit, *qui est in sinu Patris*: multo enim amplius, quam videre, est esse in sinu Patris. Nam qui solum videt, non accuratam omnino rei visæ cognitionem habet. Qui autem in sinu versatur, nihil ignoraverit. Ne ergo audiens, *Nemo novit Patrem, nisi Filius*, dicas, si amplius quam alii novit, at non novit quantus sit; ideo Evangelista dicit ipsum in sinu Patris versari; ipseque Christus se tantum illum nosse dicit, quantum Pater Filium. Contradicentem ergo interroga. Cognoscit-ne Pater Filium? Respondebit, Etiam, nisi insaniat. Deinde interrogare pergamus: Accurata-ne visione & cognitione ipsum novit & videt, ac quidnam sit plane cognoscit? Illud etiam fatebitur. Hinc collige accuratam Filii de Patre cognitionem. Ipse namque dixit, *Sicut novit me Pater, ita & ego cognosco Patrem*; &

Christus quod in sinu Patris sit, accurate Patrem novit.

A εἰκών. εἰ δὲ ἀλλαχοῦ, φησι, Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, μὴ θαυμάσῃς· ὅτι ἡ φανέρωσις διὰ τῆς σαρκὸς, οὐ μὴν κατὰ τὴν οὐσίαν γέγονεν. ἐπεὶ ὅτι καὶ αὐτὸς ἀόρατος οὐ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄνω δυνάμεσι, δείκνυσιν ὁ Παῦλος. εἰπὼν γὰρ, ὅτι ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, ἐπήγαγεν, ὅτι ὤφθη ἀγγέλοις.

Ὥστε καὶ τοῖς ἀγγέλοις τότε ὤφθη, ὅτε σάρκα περιεβάλετο. πρὸ τούτου δὲ οὐχ ἑώρων αὐτὸν οὕτως, ἐπειδὴ καὶ αὐτοῖς ἀόρατος ἡ οὐσία ἦν. καὶ πῶς, φησιν, ὁ Χριστὸς εἶπεν· μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων· λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν διαπαντὸς βλέ-
B πουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. τί γάρ; καὶ πρόσωπον ὁ Θεὸς ἔχει, καὶ ἐν οὐρανοῖς περιγέγραπται; ἀλλ' οὐκ ἄν τις οὕτω μανείη, ὥστε ταῦτα εἰπεῖν. τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ λεγόμενον; ὥσπερ ὅτ' ἂν λέγῃ· μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται· τὴν κατὰ διάνοιαν ὄψιν φησὶ, τὴν ἡμῖν δυνατὴν καὶ τὴν ἔννοιαν τὴν περὶ Θεοῦ· οὕτω καὶ [a] ἐπὶ τῶν ἀγγέλων εἰπεῖν ἐστιν, ὅτι διὰ τὴν καθαρὰν αὐτῶν καὶ ἄγρυπνον φύσιν, οὐδὲ ἕτερον, ἀλλ' ἢ τὸν Θεὸν ἀεὶ φαντάζονται. διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς πάλιν φησὶν, οὐδεὶς γινώσκει τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱός. τί οὖν; καὶ πάντες ἐν ἀγνοίᾳ ἐσμέν; μὴ γένοιτο·
C ἀλλ' οὕτως οὐδεὶς οἶδεν ὡς ὁ υἱός. ὥσπερ οὖν εἶδον αὐτὸν [b] οἱ πολλοὶ κατὰ τὴν ἐγχωροῦσαν αὐτοῖς ὄψιν· τὴν δὲ οὐσίαν οὐδεὶς ἐθεάσατο· οὕτω καὶ νῦν ἴσμεν πάντες μὲν τὸν Θεὸν, τὴν δὲ οὐσίαν οὐδεὶς οἶδεν ὅτι ποτέ ἐστιν, εἰ μὴ μόνος ὁ γεννηθεὶς ἐξ αὐτοῦ. γνῶσιν γὰρ ἐνταῦθα τὴν ἀκριβῆ λέγει θεωρίαν τε καὶ κατάληψιν, καὶ τοσαύτην ὅσην ὁ πατὴρ ἔχει περὶ τοῦ παιδός. καθὼς γὰρ γινώσκει με ὁ πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν πατέρα. διὸ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ὅρα μεθ' ὅσης φθέγγεται [c] τῆς περιουσίας· εἰπὼν γὰρ, ὅτι Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, οὐκ εἶπεν, ὅτι ὁ υἱὸς ἰδὼν ἐξηγήσατο· ἀλλ' ἕτερόν τι πλέον τοῦ ἰδεῖν ἔθηκεν, εἰπὼν ὅτι ὁ ὢν ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ πατρός. τοῦ
D γὰρ ἰδεῖν, τὸ καὶ ἐν τῷ κόλπῳ ἐνδιαιτᾶσθαι, πολλῷ πλέον ἐστίν. ὁ μὲν γὰρ ἁπλῶς ὁρῶν, οὐ πάντως ἀκριβῆ τοῦ φαινομένου τὴν γνῶσιν ἔχει· ὁ δὲ τοῖς κόλποις ἐνδιατρίβων, οὐδὲν ἀγνοήσειε [d] ποτε. ἀκούων οὖν ὅτι οὐδεὶς γινώσκει τὸν πατέρα εἰ μὴ ὁ υἱὸς, ἵνα μὴ λέγῃς, ὅτι εἰ πλέον ἁπάντων οἶδε τὸν πατέρα, ἀλλ' οὐχ ὅσος ἐστὶν οἶδε· διὰ τοῦτο ὅ τε εὐαγγελιστὴς ἐν τῷ κόλπῳ αὐτὸν διαιτᾶσθαι τοῦ πατρὸς λέγει, αὐτός τε ὁ Χριστὸς τοσοῦτον αὐτὸν εἰδέναι φησὶν, ὅσον ὁ πατὴρ τὸν υἱόν. ἐρώ-
E τησον οὖν τὸν ἀντιλέγοντα· ἆρά γε, εἰπὲ, γινώσκει τὸν υἱὸν ὁ πατήρ; καὶ ἐρεῖ πάντως, ἂν μὴ μαίνηται, ὅτι ναί. μετὰ τοῦτο κἀκεῖνο [e] ἐρώμεθα πάλιν αὐτόν. τί δὲ, ἀκριβῆ τινα ὅρασιν καὶ γνῶσιν αὐτὸν ὁρᾷ καὶ γινώσκει, καὶ τοῦτο ὅπερ ἐστὶν οἶδε σαφῶς; καὶ πάντως καὶ τοῦτο ἐρεῖ. ἀπὸ γοῦν τούτου λοιπὸν συνάγαγε τὴν ἀκριβῆ τοῦ υἱοῦ περὶ τοῦ πατρὸς κατάληψιν. αὐτὸς γὰρ εἶπεν, ὅτι ὡς γινώσκει με ὁ πατὴρ, οὕτω καὶ ἐγὼ αὐτὸν γινώσκω.

a Savil. ἐπὶ τῶν ἀγγέλων ἐκλαμπέστερον.
b Morel. οἱ προφῆται. Savil. οἱ πολλοί.
c Morel. τῆς ἀκριβείας. Savil. & mss. τῆς περιουσίας.

d Alii & Savil. ἀκούων οὖν ὅτι; & mox, ὁ υἱὸς, ἵνα μὴ λέγῃς. Morel. [illegible]
e Alii, ἐρῶμεν.

A καὶ ἀλλαχοῦ, οὐχ ὅτι θεόν τις ἑώρακεν, εἰ μὴ ὁ ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ. Διὰ τοῦτο, ὅπερ ἔφην, καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς τοῦ κόλπου μέμνηται, πάντα διὰ τοῦ ἑνὸς ῥήματος τούτου ἡμῖν ἐμφαίνων, ὅτι πολλὴ τῆς οὐσίας [a] ἡ συγγένεια καὶ ἡ ἑνότης· ὅτι ἀπαράλλακτος ἡ γνῶσις· ὅτι ἴση ἡ ἐξουσία. Οὐ γὰρ τὸν ἑτερούσιον ἐν τοῖς κόλποις ἂν ἔσχεν ὁ πατήρ· ἀλλ' οὐδὲ ἂν αὐτὸς ἐτόλμησε δοῦλος ὢν καὶ τῶν πολλῶν εἷς, ἐν τῷ κόλπῳ [b] στρέφεσθαι τοῦ δεσπότου. Τοῦτο γὰρ υἱοῦ γνησίου μόνον καὶ πολλῇ τῇ παρρησίᾳ πρὸς τὸν γεγεννηκότα χρωμένου, καὶ οὐδὲν ἔλαττον ἔχοντος. Βούλει καὶ τὸ ἀΐδιον μαθεῖν; ἄκουσον τί φησιν ὁ Μωσῆς περὶ τοῦ πατρός. Ἐρωτήσας γὰρ, εἰ ἐρωτηθείη παρὰ τῶν Αἰγυπτίων, τίς ὁ ἀπεσταλκὼς αὐτὸν [c] εἴη, τί ποτε δὴ καὶ ἀποκρίνεσθαι πρὸς αὐτοὺς, κελεύεται εἰπεῖν, ὅτι ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με. Τὸ δὲ ὁ ὢν, τοῦ ἀεὶ εἶναι σημαντικόν ἐστι, καὶ τοῦ ἀνάρχως εἶναι, καὶ τοῦ ὄντως εἶναι καὶ κυρίως. Τοῦτο καὶ τὸ, ἐν ἀρχῇ ἦν, ἐμφαίνει, τοῦ ἀεὶ εἶναι δηλωτικὸν ὄν. Τούτῳ δὴ οὖν ἐνταῦθα κέχρηται τῷ ῥητῷ ὁ Ἰωάννης, δεικνὺς ὅτι ἀνάρχως καὶ ἀϊδίως ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ πατρός ἐστιν ὁ υἱός. [d] Ἵνα τοίνυν μὴ διὰ τὴν τοῦ ὀνόματος κοινωνίαν ἕνα τινὰ τῶν χάριτι γινομένων υἱῶν εἶναι νομίσῃς αὐτὸν, πρῶτον μὲν πρόσκειται τὸ ἄρθρον διαιροῦν αὐτὸν τῶν κατὰ χάριν. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο ἀρκεῖ σοι, ἀλλ' ἔτι κάτω κύπτεις, τούτου κυριώτερον ἄκουε ὄνομα τὸ, μονογενής. C Εἰ δὲ καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν κάτω βλέπεις, οὐ παραιτήσομαί πως, καὶ ἀνθρωπίνην τινὰ ῥῆσιν εἰπεῖν περὶ τοῦ θεοῦ, τὴν τοῦ κόλπου λέγω· μόνον ἵνα μηδὲν ὑποπτεύσῃς ταπεινόν. Εἶδες φιλανθρωπίαν καὶ κηδεμονίαν δεσπότου; ἀνάξια ῥήματα [e] περιτίθησιν ἑαυτῷ ὁ θεὸς, ἵνα κἂν οὕτω διαβλέψῃς, καὶ μέγα τι καὶ ὑψηλὸν ἐννοήσῃς, καὶ σὺ κάτω μένεις; Εἰπὲ γάρ μοι· τίνος ἕνεκεν ὁ κόλπος ἐνταῦθα παρείληπται, τὸ παχὺ τοῦτο ὄνομα καὶ σαρκικόν; ἵνα σῶμα τὸν θεὸν ὑποπτεύσωμεν; ἄπαγε, οὐδαμῶς φησι. Τίνος οὖν ἕνεκεν εἴρηται; Εἰ γὰρ μήτε ἡ γνησιότης τοῦ υἱοῦ παρίσταται διὰ τούτου, μήτε τὸ μὴ σῶμα εἶναι τὸν θεὸν, D περιττῶς περιέῤῥιπται τὸ ῥητὸν οὐδεμίαν χρείαν πληροῦν. Τίνος οὖν ἕνεκεν εἴρηται; οὐ γὰρ ἀποστήσομαί σου τοῦτο πυνθανόμενος. Οὐκ εὔδηλον ὅτι οὐδὲν ἕτερον ἢ ἵνα μὴ ὑπολάβωμεν δι' αὐτοῦ, ἀλλ' ἢ τὸ γνήσιον τοῦ μονογενοῦς, καὶ τὸ συναΐδιον τῷ πατρί; Ἐκεῖνος ἐξηγήσατό, φησι. Τί ἐξηγήσατο; ὅτι θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ θεός. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν καὶ οἱ λοιποὶ προφῆται, καὶ Μωσῆς ἄνω καὶ κάτω βοᾷ· κύριος ὁ θεός σου, κύριος εἷς ἐστι· καὶ ὁ Ἡσαΐας· ἔμπροσθέν μου E οὐκ ἐγένετο ἄλλος θεὸς, καὶ μετ' ἐμὲ οὐκ [f] ἔστιν.

Τί οὖν πλέον ἐμάθομεν παρὰ τοῦ υἱοῦ, ὡς ἐν τοῖς κόλποις ὄντος τοῖς πατρικοῖς; τί παρὰ τοῦ μονογενοῦς; ὅτι πρῶτον μὲν καὶ αὐτὰ ταῦτα τῆς ἐνεργείας ἐστὶ τῆς

alibi, *Deum nemo vidit, nisi qui est ex Deo.* Ideo, ut dixi, Evangelista sinum commemorat, omnia hoc uno verbo nobis declarans, quod multa sit substantiæ cognatio & unitas; quod omnino par sit utrinque cognitio, quod par potestas. Non enim aliquem alterius substantiæ Pater in sinu habuerit: neque ille auderet, si servus & ex aliorum numero esset, in sinu Patris versari: hoc enim veri Filii tantum est, qui multa fiducia cum Patre utatur, nihilque minus quam ille habeat. Vis æternitatem ejus discere? audi quæ dicat Moyses de Patre. Cum enim interrogaret, quid, quærentibus Ægyptiis quis ipsum misisset, responsurus ipse esset, jussus est dicere, *Qui est, misit me.* Illud autem, *Qui est*, ipsum semper esse significat, atque etiam sine principio, vere & proprie esse. Hoc significat etiam illud, *In principio erat*, ipsumque semper esse indicat. Hoc igitur dicto hic usus est Joannes, ostendens Filium sine principio & ab æterno in sinu Patris esse. Ne itaque ob nominis consortium putares illum ex eorum numero esse qui per gratiam filii sunt, adest articulus qui distinguat illum ab iis qui per gratiam sunt filii. Quod si hoc tibi non sit satis, & si adhuc versus terram pronus incedis, magis proprium audi nomen, *Unigenitus.* Sin adhuc humum respicis, non dubitabo humanum de Deo proferre verbum, nempe *sinum*; tantum ne quidpiam humile suspiceris. Vidistin' benignitatem & providentiam Domini? Indignas sibi voces adscribit Deus; ut vel sic videas, ac magnum quid & sublime cogites, & tu humi repis? Dic enim mihi cur sinus hic memoratur, quod crassum & carnale nomen est? An ut Deum esse corpus suspicemur? Absit, inquies. Cur ergo? Nam si per hoc verbum, nec verus Filius esse probatur, nec Deum incorporeum esse statuitur, frustra jactatur hoc dictum nullius usus. Cur ergo dictum est? neque enim ab hac quæstione desistam. Annon palam est ideo prolatum esse, ut non aliud ex illo percipiamus, quam quod ille sit vere Unigenitus, quod coæternus Patri? Ille enarravit, inquit. Quid enarravit? *Deum nemo vidit unquam.* Unus est Deus. Sed hoc & reliqui Prophetæ, & Moyses frequentissime clamat: *Dominus Deus tuus, Dominus unus est:* & Esaïas, *Ante me non est factus alius Deus, & post me non est.*

Exod. 3. 14.

Deut. 6. 4.

Isa. 43. 10.

3. Quid ergo aliud a Filio didicimus, utpote qui sit in sinu Patris? Quid ab Unigenito? Primo quod hæc sint ex ejus

[a] ἡ συγγένεια καὶ ἡ ἐγγύτης, sic Savil, & Morel. & quidam mss. nostri. Duo, καὶ ἐγγύτης, sine articulo. Unus melius, καὶ ἑνότης *& unitas*, quem sequimur. ἐγγύτης enim, sive propinquitas, etiam de eo qui alterius sit substantiæ dici potest. Scilicet de ἑτερουσίῳ, contra quam Chrysostomus subinfert. οὐ γὰρ τὸν ἑτερούσιον ἐν τοῖς κόλποις ἂν ἔσχεν ὁ πατήρ; *Neque enim aliquem alterius substantiæ in sinu suo Pater habuerit.*

[b] Morel. & mss. plurimi, στρέφεσθαι. Savil. τρέφεσθαι.

[c] Alii & Savil. εἴη, τί κελεύεται ἀποκρίνασθαι αὐτοῖς; ἤκουσεν· εἰπὲ ὅτι ὁ ὤν. Quod idipsum est alio verborum ordine.

[d] Savil. ἵνα γὰρ μή.

[e] Alii & Savil. περιτίθησιν ἑαυτῷ ὁ θεὸς, ἵνα κἄν.

[f] Alii & Savil. ἔστι· τί οὖν πλέον ἐμάθομεν: deinde post τοῖς πατρικοῖς; τί παρὰ τοῦ μονογενοῦς; πρῶτον μέν. In Morelli edito hæc secus jacent. Sed mss. cum Savilio consonant.

operatione. Deinde, nos longe clariorem accepisse doctrinam, & cognoscere quod Spiritus sit Deus, & quod qui adorant eum, in spiritu & veritate adorare debeant: insuperque illud ipsum, impossibile esse Deum videre, & neminem ipsum cognoscere, nisi Filium: & quod sit Pater veri Unigeniti; & quæcumque alia de illo enarrata sunt. Illud autem, *enarravit*, clariorem & apertiorem effert doctrinam, quam non Judæis modo, sed etiam toti orbi tradidit & complevit. Prophetis certe, ne Judæi quidem omnes attendebant; Unigenito autem Dei, totus orbis cessit & credidit. Enarratio itaque hic doctrinæ evidentiam significat. Ideoque & Verbum dicitur, & magni consili Angelus. Quoniam igitur & majore & perfectiore doctrina dignati sumus, Deo non ultra per Prophetas, sed per proprium Filium nobis extremis hisce diebus loquente, vitæ institutum longe melius, & tanto honore dignum exhibeamus. Absurdum enim esset, si cum ipse tantum descenderit, ut non ultra per servos suos nos alloqui velit, sed per seipsum; nos nihil amplius quam illi priores exhibeamus. Illi Moysem, nos Moysis dominum doctorem habemus. Tanti ergo honoris dignam philosophiam proferamus, nihilque habeamus cum terra commune. Ideo namque ille de cælis nobis doctrinam attulit, ut eo cogitationem nostram transferret, & pro virili nostra imitatores doctoris nostri simus. Et quomodo possumus, inquies, imitatores Christi esse? Si omnia ad communem utilitatem faciamus, nec quæ nostra sunt quæramus. Nam & Christus ait, non sibi ipsi placuit; sed sicut scriptum est, *Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Nemo igitur quod suum est quærat.* Sic enim quis quod suum est quærit, si quod proximum spectat, respiciat. Nam quæ proximi sunt, nostra sunt. Corpus unum sumus, alter alterius membra & partes. Ne igitur ita affecti simus ac si segregati essemus. Ne quis dixerit, Ille mihi amicus non est, non cognatus, non vicinus, neque quid commune cum illo habeo: quomodo accedam? quid dicam? Etiamsi enim non cognatus, etiamsi non amicus sit; at homo est ejusdem naturæ, eumdem habens dominum, conservus, contubernalis: in eodem quippe mundo est. Quod si eamdem fidem habeat, ecce membrum est tuum. Quæ amicitia tantam conjunctionem efficere potest, quantam fidei cognatio? Neque enim tanta solum propinquitas inter nos exhibenda, quanta est amici ad amicum; sed quanta membri ad membrum. Hoc quippe amicitiæ & necessitudinis genere, nullum majus reperias. Quemadmodum nec dice-

Joan. 4. 23.

Ps. 67. 10.

Rom. 15. 3.

Christiani unum corpus sunt, quod est maximum amicitiæ vinculum.

a Alii & Savil. ἔχομεν. ταύτης οὖν τῆς.
b Alii, ἡμετέραν. πῶς δέ ἐστι μιμ-

A ἐκείνου. ἔπειτα, πολλῷ τρανοτέραν ἐδεξάμεθα τὴν διδασκαλίαν, καὶ ἔγνωμεν ὅτι πνεῦμα ὁ θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν· καὶ ἔτι αὐτὸ τοῦτο, ὅτι θεὸν ἰδεῖν ἀδύνατον καὶ ὅτι οὐδεὶς αὐτὸν γινώσκει, εἰ μὴ ὁ υἱός· καὶ ὅτι ὁ πατὴρ ἐστὶ γνησίου μονογενοῦς· καὶ τὰ ἄλλα ὅσα περὶ αὐτοῦ διελέχθη. τὸ δὲ, ἐξηγήσατο, τὴν τρανοτέραν καὶ σαφεστέραν δείκνυσι διδασκαλίαν, ἣν οὐ πρὸς Ἰουδαίους μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἅπασαν ἐποιήσατο τὴν οἰκουμένην καὶ κατώρθωσε. τοῖς μὲν οὖν προφήταις, οὐδὲ Ἰουδαῖοι πάντες προσεῖχον· τῷ δὲ μονογενεῖ τοῦ θεοῦ πᾶσα ἡ οἰκουμένη καὶ εἶξε καὶ B ἐπείσθη. ἡ τοίνυν ἐξήγησις ἐνταῦθα τὸ σαφέστερον τῆς διδασκαλίας δηλοῖ. διὸ καὶ λόγος λέγεται, καὶ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος. ἐπεὶ οὖν καὶ μείζονος καὶ τελειοτέρας κατηξιώθημεν τῆς διδασκαλίας, οὐκ ἔτι διὰ προφητῶν, ἀλλὰ διὰ τοῦ υἱοῦ λαλήσαντος ἡμῖν τοῦ θεοῦ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων, πολλῷ μείζονα καὶ ἀξίαν πολιτείαν ἐπιδειξώμεθα τῆς τιμῆς. καὶ γὰρ ἄτοπον, αὐτὸν μὲν καταβῆναι τοσοῦτον, ὡς μηκέτι διὰ τῶν δούλων ἡμῖν ἐθέλειν διαλέγεσθαι, ἀλλὰ δι' αὐτοῦ· ἡμᾶς δὲ τῶν προτέρων μηδὲν ἐπιδείξασθαι πλέον. ἐκεῖνοι μὲν οὖν Μωσέα· ἡμεῖς δὲ τὸν Μωσέως δεσπότην διδάσκαλον [a] ἔχομεν. C οὐκ οὖν ταύτης τῆς τιμῆς ἀξίαν φιλοσοφίαν ἐπιδειξώμεθα, καὶ μηδὲν ἔχωμεν κοινὸν πρὸς τὴν γῆν. διὰ γὰρ τοῦτο ἡμῖν ἄνωθεν ἐκ τῶν οὐρανῶν διδασκαλίαν ἐκόμισεν, ἵνα ἐκεῖ μεταστήσῃ τὴν διάνοιαν, ἵνα μιμηταὶ τοῦ διδασκάλου γενώμεθα κατὰ δύναμιν τὴν [b] ἡμετέραν. καὶ πῶς, φησίν, ἔστι μιμητὰς γενέσθαι τοῦ Χριστοῦ; εἰς τὸ κοινωφελὲς ἅπαντα πραγματευομένους, καὶ μὴ τὰ ἑαυτῶν ζητοῦντας. καὶ γὰρ ὁ Χριστός, φησιν, οὐχ ἑαυτῷ ἤρεσεν· ἀλλὰ καθὼς γέγραπται· οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε ἐπέπεσον ἐπ' ἐμέ. μηδεὶς τοιγαροῦν τὸ ἑαυτοῦ ζητείτω. οὕτω γάρ τις τὸ ἑαυτοῦ ζητεῖ, ἂν τὸ τοῦ πλησίον σκοπῇ. καὶ γὰρ D τὰ ἐκείνων ἡμέτερα. σῶμά ἐσμεν ἓν, καὶ ἀλλήλων μέρη καὶ μέλη. μὴ τοίνυν ὡς διεσπασμένοι διακείμεθα· μηδὲ λεγέτω τις, ὁ δεῖνά μοι φίλος οὐκ ἔστιν, οὐδὲ συγγενὴς, οὐδὲ γείτων, οὐδὲ ἔχω τι κοινὸν πρὸς αὐτόν· πῶς προσελεύσομαι; πῶς διαλέξομαι; εἰ γὰρ καὶ μὴ συγγενὴς, μηδὲ φίλος ἐστὶν, ἀλλ' ἄνθρωπός ἐστι τῆς αὐτῆς σοι μετέχων φύσεως, τὸν αὐτὸν ἔχων δεσπότην, ὁμόδουλος καὶ ὁμόσκηνος· ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ γέγονε κόσμῳ. εἰ δὲ E καὶ τῆς πίστεως μετέχει τῆς αὐτῆς, ἰδού σοι καὶ μέλος γέγονε. ποία γὰρ φιλία τοσαύτην ἕνωσιν ἐργάσασθαι δύναιτ' ἂν, ὅσην τῆς πίστεως ἡ συγγένεια; οὐ γὰρ ὅσην φίλους πρὸς φίλους ἐπιδείκνυσθαι χρὴ τὴν ἐγγύτητα, καὶ τοσαύτην ἡμᾶς ἔχειν δεῖ τὴν πρὸς ἀλλήλους οἰκείωσιν· ἀλλ' ὅσην μέλος πρὸς μέλος. τούτου γὰρ τοῦ τρόπου τῆς [c] φιλίας καὶ κοινωνίας, ἄλλην μείζονα οἰκείωσιν οὐκ ἄν τις εὕροι ποτέ. ὥσπερ οὖν οὐκ

c Alii, φιλίας καὶ κηδεμονίας.

ἂν

ἂν δύναιο λέγειν, πόθεν μοι οἰκειότης καὶ ἐγγύτης πρὸς αὐτόν· καταγέλαστον γὰρ τοῦτο. οὕτως οὐδὲ περὶ τοῦ ἀδελφοῦ δυνήσῃ τοῦτο εἰπεῖν. οἱ γὰρ πάντες εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν, φησι. διατί εἰς ἓν σῶμα; ὥστε μὴ διεσπάσθαι, ἀλλὰ τῇ πρὸς ἀλλήλους συνόδῳ καὶ φιλίᾳ, σώματος ἑνὸς ἀκολουθίαν [a] διατηρεῖν. μὴ δὴ καταφρονήσωμεν ἀλλήλων, ἵνα μὴ ἑαυτῶν ὑπερίδωμεν. οὐδεὶς γάρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησε, φησιν. ἀλλ' ἐκτρέφει καὶ θάλπει αὐτήν. διὰ τοῦτο οἰκίαν μίαν τοῦτον ἡμῖν τὸν κόσμον ἔδωκεν ὁ Θεὸς, πάντα ἐξίσου διένειμεν, ἕνα ἀνῆψε πᾶσιν ἥλιον, ἕνα ἐξέτεινεν ὄροφον τὸν οὐρανὸν, μίαν ἀνῆκε τράπεζαν, τὴν γῆν. ἔδωκε καὶ ἑτέραν ταύτης πολλῷ μείζονα τράπεζαν, ἀλλὰ καὶ ταύτην μίαν· ἴσασιν οἱ συμμύσται τὸ λεγόμενον. ἕνα τρόπον γεννήσεως ἅπασιν ἐχαρίσατο τὸν πνευματικόν· μία πᾶσι πατρὶς, ἡ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ἐκ τοῦ ποτηρίου τοῦ αὐτοῦ πάντες πίνομεν. οὐ τῷ μὲν πλουτοῦντι πλέον καὶ τιμιώτερον, τῷ πένητι δὲ εὐτελέστερον καὶ ἔλαττον ἐχαρίσατο· ἀλλὰ πάντας ἐξίσης ἐκάλεσε, τὰ σαρκικὰ ὁμοτίμως, τὰ πνευματικὰ ὁμοίως παρέχει. πόθεν οὖν ἡ ἀνωμαλία πολλὴ κατὰ τὸν βίον; ἐκ τῆς τῶν πλουτούντων πλεονεξίας τε καὶ ἀλαζονείας. ἀλλὰ μὴ ἀδελφοὶ μηκέτι ταῦτα γινέσθω· μηδὲ τῶν καθολικῶν καὶ ἀναγκαιοτέρων εἰς τὸ αὐτὸ συναγόντων ἡμᾶς, ἀπὸ τῶν [b] γηΐνων καὶ εὐτελῶν διαιρώμεθα, πλούτου λέγω, καὶ πενίας, καὶ συγγενείας σωματικῆς, καὶ ἔχθρας καὶ φιλίας. ταῦτα γὰρ πάντα σκιὰ καὶ σκιᾶς εὐτελέστερα, τοῖς τὸν σύνδεσμον ἔχουσι τῆς ἀγάπης ἄνωθεν. τοῦτον οὖν φυλάττωμεν ἄρραγῆ, καὶ οὐδὲν ἐπεισελθεῖν δυνήσεται [c] τῶν πνευμάτων τῶν πονηρῶν καὶ διαιρούντων τὴν τοιαύτην ἕνωσιν. ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A re possis, Unde mihi familiaritas & necessitudo cum illo: id enim ridiculum est, sic nec de fratre hoc dicere possis. *Omnes enim*, inquit, *in unum corpus baptizati sumus.* 1. Cor. 12. 13. Cur in unum corpus? ut non segregemur; sed ut ex mutua necessitudine & amicitia, unius corporis conditionem servemus. Ne ergo proximum despiciamus, ut ne nos ipsos contemnamus. *Nemo*, inquit, *carnem suam odio habet*, sed nutrit & fovet. Ideo domum unam hunc mundum dedit nobis Deus, omnia ex æquo B distribuit: unum accendit omnibus solem, unum tectum extendit cælum, unam paravit mensam, terram. Dedit quoque alteram mensam, hac longe majorem, sed hanc unam, ut sciunt mysteriorum consortes; unum spiritualem generationis modum omnibus largitus est. Una est omnibus patria in cælis: ex eodem calice omnes bibimus. Nihil diviti plus aut pretiosius, nihil pauperi vilius vel minus datur. Sed omnes ex æquo vocavit, & carnalia & spiritualia æqualiter tradidit. Unde ergo tanta in vita inæqualitas? C Ex divitum avaritia & arrogantia. Sed ne quæso, fratres, ita in posterum agatur, communibus & magis necessariis nos una copulantibus, ne a terrenis & vilibus rebus distrahamur; a divitiis, inquam, & paupertate, a cognatione corporea, ab odio, & amicitia. Hæc quippe omnia umbra sunt, & umbra abjectiora iis, qui superna caritate colligantur. Hoc vinculum infractum servemus: nihilque ex malignis spiritibus surrepere poterit, quod hanc unitatem dividat. Quam nos omnes assequi contingat, gratia & benignitate D Domini nostri Jesu Christi, per quem & cum quo Patri gloria, una cum sancto Spiritu, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, amen.

ΟΜΙΛΙΑ ις'.

Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ μαρτυρία τοῦ Ἰωάννου, ὅτε ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεῖς καὶ Λευΐτας, ἵνα ἐρωτήσωσιν αὐτόν, σὺ τίς εἶ.

ΔΕΙΝΟΝ ἡ βασκανία, ἀγαπητέ· δεινὸν καὶ ὀλέθριον τοῖς βασκαίνουσιν, οὐ τοῖς βασκαινομένοις. προτέρους γὰρ αὐτοὺς λυμαίνεται καὶ διαφθείρει, καθάπερ ἰός τις θανατηφόρος ἐγκαθήμενος αὐτῶν ταῖς ψυχαῖς. εἰ δέ που καὶ τοὺς φθονουμένους παραβλάψειε, μικρὰν καὶ οὐδενὸς ἀξίαν βλάβην, καὶ μεῖζον τῆς ζημίας τὸ κέρδος ἔχουσαν. καὶ οὐκ ἐπὶ τῆς βασκανίας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁ-

HOMILIA XVI.

19. *Hoc enim est testimonium Joannis, quando miserunt ad eum Judæi ex Jerosolymis Sacerdotes & Levitas, ut interrogarent eum, Tu quis es?*

E 1. GRAVE quidpiam invidia est, dilecte, grave, inquam, & perniciosum invidis, non iis quibus invidetur. Ipsis enim prioribus nocet, ipsos priores corrumpit, tamquam virus mortiferum eorum animos occupans. Si autem in quopiam lædat eos quibus invidetur, leve & nullius momenti damnum est, quod damno majus lucrum referat. Neque in invidia solum, sed etiam in

[a] Savil. & alii, διατηρεῖν. μὴ δὴ καταφρονῶμεν ἀλλήλων, ἵνα μὴ ἑαυτῶν ὑπερίδωμεν. οὐδεὶς γάρ. Morel. εἰκοῖν οὕτω κηδόμεθα τῶν πλησίον. ὡς ἕκαστος ἡμῶν τὴν ἑαυτοῦ μὴ ὑπερορῶν σάρκα οὐδείς.
[b] Morel. γηΐνων. καὶ μικρῶν. Savil. γηΐνων καὶ εὐτελῶν.

[c] Alii, τῶν πνευμάτων τῶν πονηρῶν, & sic Savil. & Morel. alii, τῶν παθημάτων τῶν πονηρῶν, καὶ διαιρούντων τὴν πρὸς αὐτὸν ἑνώσεως.

cæteris omnibus vitiis, non qui malo afficitur, sed qui afficit, is damnum accipit. Nisi enim res se ita haberet, non præcepisset discipulis Paulus injuriam accipere, potius quam inferre, cum dicit, 1. Cor. 6. 7. *Cur non potius injuriam accipitis? Cur non magis fraudem patimini?* Accurate quippe noverat, non mala accipienti, sed mala inferenti perniciem ubique paratam esse. Hæc porro omnia propter Judæorum livorem dicta nobis sunt. Nam qui ex urbibus ad Joannem confluxerant, & peccata sua damnantes baptizati fuerant, iidem ipsi quasi pœnitentia ducti, mittunt qui interrogent eum, *Tu quis es?* Vere genimina viperarum, serpentes, & si quid his gravius. Generatio mala, adultera & perversa, postquam baptizata es, de Baptista inquiris & curiose scrutaris? Ecquid hac stultitia stultius fuerit? Quomodo exiistis ad eum? quomodo peccata confessi estis? quomodo accurristis ad baptizantem, quomodo interrogastis quid agendum esset? Hæc quippe omnia a vobis inconsiderate facta sunt, qui nec principium, nec qua de re ageretur intelligeretis. Sed nihil horum dixit vel exprobravit beatus Joannes; verum omni cum mansuetudine respondit. Cur autem ita se gesserit, cognitu dignum est: ut eorum nequitia omnibus manifesta esset. Sæpe Joannes apud Judæos Christo testimonium perhibuit, & cum baptizaret eos, frequenter Christum commemorabat dicebatque: Matth. 3. 11. *Ego quidem vos baptizo in aqua, qui autem post me venit, fortior me est. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igne.* Illi igitur circa Joannem aliquid humanum passi sunt: mundi namque gloriam spectantes, & ea solum quæ ob oculos erant respicientes, Joanne indignum putabant, si Christo inferior esset. Multa namque Joannem commendabant; primo splendor generis; erat enim principis sacerdotum filius; deinde vitæ asperitas, humanarum omnium rerum contemtus: vestitum siquidem, mensam, domum, ipsum cibum parvipendens, in deserto antea versatus fuerat. Christus contra, vili genere natus erat, id quod ipsi sæpe his verbis objiciebant: Matth. 13. 55. *Nonne hic est fabri filius? Nonne mater ejus dicitur Maria, & fratres ejus Jacobus & Joses?* Ac quæ videbatur ejus esse patria ita vituperabilis erat, ut etiam Nathanael diceret: *Ex Nazaret potest aliquid boni esse?* Ad hæc vitæ genus communis; vestimenta vulgaria. Neque enim zona pellicea cingebatur, neque ex pilis paratum vestimentum habuit, neque melle & locustis vescebatur. Sed vulgari victus genere usus, etiam improborum homi-

πάντων, οὐχ ὁ παθὼν κακῶς, ἀλλ' ὁ δράσας κακῶς, οὗτός ἐστιν ὁ τὴν βλάβην δεξάμενος. οὐδὲ γὰρ ἂν εἰ μὴ τοῦτο ἦν, ἀδικεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἀδικεῖν προσέταξεν ὁ Παῦλος τοῖς μαθηταῖς, διατί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε λέγων; διατί οὐχὶ μᾶλλον ἀποστερεῖσθε; οἶδε γὰρ ἀκριβῶς οὐ τῷ πάσχοντι κακῶς, ἀλλὰ τῷ ποιοῦντι κακῶς, τὸν ὄλεθρον ἑπόμενον πανταχοῦ. ταῦτα δή μοι πάντα διὰ τὴν βασκανίαν εἴρηται τὴν Ἰουδαϊκήν. οἱ γὰρ ἀπὸ τῶν πόλεων ἐκχυθέντες πρὸς τὸν Ἰωάννην, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων κατηγοροῦντες τῶν οἰκείων, καὶ βαπτιζόμενοι, αὐτοὶ μετὰ τὸ βάπτισμα καθάπερ ἔκ τινος μεταμελείας πέμπουσιν ἐρωτῶντες αὐτόν· σὺ τίς εἶ; ὄντως γεννήματα ἐχιδνῶν καὶ ὄφεις, καὶ εἴ τι τούτων χαλεπώτερον, γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς καὶ διεστραμμένη, μετὰ τὸ βαπτίσασθαι, τότε τὸν βαπτιστὴν περιεργάζῃ καὶ πολυπραγμονεῖς; καὶ τί ταύτης τῆς ἀλογίας ἀλογώτερον γένοιτ' ἄν; [a] πῶς ἐξήειτε; πῶς ἐξομολογεῖσθε τὰ ἁμαρτήματα; πῶς ἐπετρέχετε τῷ βαπτίζοντι; πῶς αὐτὸν ἠρωτᾶτε περὶ τῶν πρακτέων; ταῦτα γὰρ ἅπαντα ἀλόγως ἐπράττετο, τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ὑπόθεσιν ἀγνοοῦσιν. ἀλλ' οὐδὲν τούτων εἶπεν, οὐδὲ ἐνεκάλεσεν ὁ μακάριος Ἰωάννης, οὐδὲ ὠνείδισεν· ἀλλὰ μετὰ ἐπιεικείας ἁπάσης ἀποκρίνεται πρὸς αὐτούς. [b] τίνος δὲ ἕνεκεν τοῦτο ἐποίει, ἐκεῖνο μαθεῖν ἄξιον. ὥστε πᾶσιν αὐτῶν κατάδηλον τὴν κακουργίαν γενέσθαι καὶ φανεράν. πολλάκις πρὸς Ἰουδαίους ἐμαρτύρησεν ὁ Ἰωάννης τῷ Χριστῷ, καὶ ὅτε ἐβάπτιζεν αὐτούς, συνεχῶς αὐτοῦ πρὸς τοὺς παρόντας ἐμέμνητο, καὶ ἔλεγεν· ἐγὼ μὲν ὑμᾶς βαπτίζω ἐν ὕδατι· ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἰσχυρότερός μου ἐστίν· αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. [c] ἔπαθον οὖν τι πρὸς αὐτὸν ἀνθρώπινον πάθος. εἰς γὰρ τὴν τοῦ κόσμου δόξαν ἐπτοημένοι, καὶ τὰ κατὰ πρόσωπον βλέποντες, ἀνάξιον εἶναι ἐνόμιζον ὑποτάσσεσθαι αὐτὸν τῷ Χριστῷ. τὸν μὲν γὰρ Ἰωάννην πολλὰ τὰ δεικνύντα λαμπρὸν ἦν· καὶ πρῶτον, τὸ γένος ἐπίσημον καὶ περιφανές· [d] ἀρχιερέως γὰρ ἦν υἱός. ἔπειτα, ἡ δίαιτα καὶ ἡ σκληραγωγία· ἡ τῶν ἀνθρωπίνων ὑπεροψία πάντων· καὶ γὰρ ἐσθῆτος, καὶ τραπέζης, καὶ οἰκίας, καὶ τροφῆς δὲ αὐτῆς ὑπεριδὼν, κατὰ τὴν ἔρημον τὸν ἔμπροσθεν διετέλει χρόνον. ἐπὶ δὲ τοῦ Χριστοῦ, πᾶν τοὐναντίον ἦν· τό τε γὰρ γένος εὐτελές· ὃ καὶ πολλάκις αὐτῷ προὔφερον λέγοντες· οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; οὐχ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται Μαριάμ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ Ἰάκωβος καὶ Ἰωσῆς; καὶ ἡ δοκοῦσα δὲ αὐτοῦ πατρὶς εἶναι τοσοῦτον ἐπονείδιστος ἦν, ὡς καὶ τὸν Ναθαναὴλ λέγειν· ἐκ Ναζαρὲτ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι; καὶ ἡ δίαιτα δὲ, κοινή· καὶ τὰ ἱμάτια δὲ, οὐδὲν πλέον τῶν πολλῶν ἔχοντα. οὐ γὰρ περιέκειτο ζώνην δερματίνην· οὐδὲ ἀπὸ τριχῶν τὸ ἔνδυμα εἶχεν· οὐδὲ μέλι καὶ ἀκρίδας ἤσθιεν· ἀλλὰ πᾶσιν ὁμοίως διῃτᾶτο, καὶ συμποσίοις παρεγίνετο πονηρῶν ἀν-

[a] Morel. πῶς ἐξήειτε, male. Savil. πῶς ἐξῄειτε, quidam mss. πῶς ἐξῄειτε. Alii, πῶς ἐξίετε. Unus, πῶς ἐξηγεῖσθε.

[b] Savil. τίνος οὖν ἕνεκεν. Ibid. Savil. ἐκεῖνο μαθεῖν ἄξιον. Morel. εἰπεῖν.

[c] Savil. ἔπαθόν τι.

[d] ἀρχιερέως γὰρ ἦν υἱός. Non defuere alii qui dicerent Zachariam Joannis Baptistæ patrem fuisse sacerdotum principem: quod tamen in Evangelio Lucæ non dicitur, imo contrarium suadetur.

θρώπων, καὶ τελωνῶν, ὥστε αὐτοὺς ἐπισπάσασθαι. ὅπερ οὐ συνιέντες οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ διὰ ταῦτα αὐτῷ ὠνείδιζον καθὼς καὶ αὐτός φησιν· ἦλθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων, καὶ πίνων, καὶ λέγουσιν· ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης; τελωνῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν. ἐπεὶ οὖν συνεχῶς ὁ Ἰωάννης ἀφ᾽ ἑαυτοῦ πρὸς ἐκεῖνον αὐτοὺς παρέπεμπε τὸν δοκοῦντα παρ᾽ αὐτοῖς εὐτελέστερον εἶναι, αἰσχυνόμενοι καὶ δυσχεραίνοντες, καὶ βουλόμενοι τοῦτον μᾶλλον ἔχειν διδάσκαλον, φανερῶς μὲν τοῦτο οὐκ ἐτόλμησαν εἰπεῖν· πέμπουσι δὲ πρὸς αὐτὸν προσδοκῶντες διὰ τῆς κολακείας αὐτὸν ἐπισπάσασθαι εἰς τὸ ἑαυτὸν ὁμολογῆσαι Χριστόν. οὐ τοίνυν τινὰς εὐκαταφρονήτους πέμπουσιν ὡς ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ· ἐκεῖνον μὲν γὰρ βουλόμενοι καταλαβεῖν, ὑπηρέτας ἀπέστειλαν, καὶ Ἡρωδιανοὺς πάλιν καὶ τοιούτους τινάς· ἐνταῦθα δὲ, ἱερεῖς, καὶ Λευΐτας· καὶ οὐχ ἁπλῶς ἱερεῖς, ἀλλὰ τοὺς ἐξ Ἱεροσολύμων· τουτέστι, τοὺς ἐντιμοτέρους. οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς ταῦτα ἐπεσημήνατο ὁ εὐαγγελιστής· καὶ πέμπουσιν, ἵνα ἐρωτήσωσι, σὺ τίς εἶ; καὶ μὴν ἡ γέννησις αὐτοῦ πᾶσι κατάδηλος ἦν, ὡς καὶ λέγειν ἅπαντας· τί ἄρα τὸ παιδίον τοῦτο ἔσται; καὶ εἰς ὅλην τὴν ὀρεινὴν ὁ λόγος ἐξῆλθεν τούτου. καὶ ὅτε [a] παρεγίνετο πάλιν ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, πᾶσαι αἱ πόλεις ἀνεπτερώθησαν, καὶ ἐξ Ἱεροσολύμων καὶ ἐκ πάσης Ἰουδαίας ἐπορεύοντο βαπτισθῆναι πρὸς αὐτόν. οὗτοι τοιγαροῦν ἐρωτῶσι νῦν, οὐχ ὡς ἀγνοοῦντες· πῶς γὰρ τὸν τοσούτοις τρόποις γενόμενον δῆλον; ἀλλὰ βουλόμενοι εἰς τοῦτο ὅπερ εἶπον αὐτὸν ἐναγαγεῖν.

Ἄκουσον γοῦν πῶς καὶ ὁ μακάριος οὗτος πρὸς τὴν διάνοιαν μεθ᾽ ἧς ἠρώτων, οὐ πρὸς τὴν ἐρώτησιν αὐτὴν ἀπεκρίνατο. εἰπόντων γὰρ, σὺ τίς εἶ; οὐκ εἶπεν εὐθέως ὅπερ ἐξ εὐθείας ἦν εἰπεῖν· ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ. ἀλλὰ τί; ὅπερ ὑπώπτευον ἐκεῖνοι τοῦτο ἀνεῖλεν. ἐρωτηθεὶς γάρ, φησι, τίς εἶ; ὡμολόγησε καὶ οὐκ ἠρνήσατο. καὶ ὡμολόγησεν ὅτι ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ὁ Χριστός. καὶ ὅρα σοφίαν εὐαγγελιστοῦ. τρίτον τὸ αὐτὸ λέγει, καὶ τὴν ἀρετὴν τοῦ βαπτιστοῦ δηλῶν, καὶ τὴν πονηρίαν καὶ τὴν ἄνοιαν τὴν [b] ἐκείνων. καὶ ὁ Λουκᾶς δέ φησιν ὅτι, τῶν ὄχλων ὑποπτευόντων αὐτὸν εἶναι τὸν Χριστὸν, πάλιν ἀναιρεῖ τὴν ὑπόνοιαν. τοῦτο οἰκέτου εὐγνώμονος, μὴ μόνον μὴ ἁρπάζειν δόξαν δεσποτικὴν, ἀλλὰ καὶ διακρούεσθαι διδομένην παρὰ τῶν πολλῶν. ἀλλ᾽ οἱ μὲν ὄχλοι ἐξ ἀφελείας καὶ ἀγνοίας ἐπὶ ταύτην ἦλθον τὴν ὑποψίαν· οὗτοι δὲ ἀπὸ πονηρᾶς γνώμης, καὶ ἧς εἶπον, ἠρώτων αὐτὸν, προσδοκῶντες ὅπερ ἔφην ἀπὸ τῆς κολακείας αὐτὸν ἐπισπάσασθαι εἰς ὅπερ ἐσπούδαζον. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο προσεδόκων, οὐκ ἂν εὐθέως ἐφ᾽ ἑτέραν ἦλθον ἐρώτησιν, ἀλλ᾽ ἠγανάκτησαν ἂν ὡς ἀπᾴδοντα ἀποκρινομένου, καὶ οὐ πρὸς τὴν πεῦσιν. καὶ εἶπον ἄν· μὴ γὰρ τοῦτο ὑπωπτεύομεν; μὴ γὰρ τοῦτο παραγεγόναμεν ἐρησόμενοι; ἀλλ᾽ ὡς ἁλόντες καὶ κατάφωροι γενόμενοι, ἐφ᾽ ἕτερον ἔρχονται καὶ λέγου-

A num ac publicanorum conviviis intererat, ut illos attraheret. Quod non intelligentes Judæi, ipsi exprobrabant, ut & ipse ait: *Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus.* Cum ergo frequenter Joannes ab se Judæos ad Christum mitteret, qui videbatur illis Joanne inferior esse; cum pudefacti & ægre ferentes mallent Joannem habere doctorem, id tamen aperte dicere ausi non sunt; sed mittunt ad illum sperantes se per adulationem posse illum allicere, ut se B confiteretur Christum. Non infimæ sortis homines mittunt, ut ad Christum, cum vellent eum capere in sermone; servos enim miserunt, deinde Herodianos ejusdemque farinæ homines. Hic autem Sacerdotes & Levitas; nec quoslibet Sacerdotes; sed ab Jerosolymis; id est honorabiliores. Neque enim sine causa hæc significavit Evangelista. Et mittunt, ut interrogarent, *Tu quis es?* Natales quippe ejus ita conspicui erant, ut omnes dicerent: *Quis putas puer iste erit?* & per omnia montana hæc divulgabantur. Rursumque cum venit ad Jorda- C nem, omnes civitates advolarunt, & ex Jerusalem omnique Judæa Joannem adibant ut baptizarentur. Hi itaque nunc interrogant, non quod ignorent, quomodo enim ignorarent eum qui tot modis manifestus erat? sed ut eum ad id quod supra dixi inducerent.

Matth. 11. 19.

Judæi putabant Christum Joanne B. inferiorem.

Luc. 1. 66.

2. Audi ergo quomodo beatus hic ad interrogantium mentem, non ad ipsam interrogationem respondeat. Dicentibus enim, *Tu quis es?* non respondit statim id quod recte respondendum erat, *Ego vox clamantis in deserto.* Sed quid? Id quod illi suspicabantur amovit. Nam D interrogatus, *Tu quis es?* inquit. 20. *Confessus est, & non negavit, & confessus est, quia non sum ego Christus.* Et vide Evangelistæ sapientiam. Ter idipsum dicit, ut & Baptistæ virtutem, & nequitiam insaniamque illorum demonstret. Lucas vero dicit, quod cum turbæ suspicarentur illum esse Christum, ipse hanc amoverit suspicionem. Hoc frugi servi officium est, non modo domini sui gloriam non abripere, sed etiam oblatam a multitudine depellere. Verum turbæ ex simplicitate & ignorantia in hanc venere suspicionem: hi autem malo, ut dixi, E animo interrogabant eum, sperantes se adulatione id quod optabant consequuturos esse. Nisi enim hoc sperassent, non statim ad aliam venissent interrogationem, sed indignati quod ad propositum non respondisset, dixissent: Num hoc suspicati sumus? num hoc percontatum venimus? Sed quasi capti ac deprehensi ad

[a] Morel. παρεγένετο.
[b] Savil. & mss. ἐκείνων. καὶ ὁ Λουκᾶς δέ φησιν, ὅτι τῶν ὄχλων ὑποπτευόντων αὐτὸν εἶναι τὸν Χριστὸν, πάλιν ἀναιρεῖ τὴν ὑπόνοιαν. Morel. ἐκείνων. τὸ αὐτὸ καὶ παρὰ τῷ Λουκᾷ ἐστιν ἰδεῖν τὸν Ἰωάννην λέγοντα πρὸς τοὺς διαλογιζομένους περὶ αὐτοῦ μήποτε αὐτὸς εἴη ὁ Χριστὸς, ὅτι ἔρχεται ἰσχυρότερός μου, καὶ δι᾽ ὧν ἀποκρίνεται ἀναιροῦντα πάλιν τὴν τοιαύτην ὑπόνοιαν.

aliam veniunt interrogationem 21. *Quid ergo? Elias es tu? Et reſpondit, Non ſum.* Nam & hunc venturum eſſe ſperabant, ut & Chriſtus ait. Nam interrogantibus discipulis: *Quomodo ergo Scribæ dicunt, quod oporteat Eliam primum venire?* ipſe reſpondit: *Elias quidem veniet, & reſtituet omnia.* Deinde interrogant: *Propheta es tu? Et reſpondit, Non.* Et tamen propheta erat. Cur ergo id negat? Rurſus interrogantium mentem reſpicit. Sperabant enim prophetam quemdam eximium venturum eſſe, quod Moyſes dixiſſet: *Prophetam vobis ſuſcitabit Dominus Deus ex fratribus veſtris, ſicut me: ipſum audite.* Hic autem erat Chriſtus. Ideo non dicunt, Propheta es tu, ex numero prophetarum; ſed cum articulo: Propheta ille es tu, qui a Moyſe prænunciatus eſt? Idcirco negavit ille, non ſe prophetam eſſe, ſed illum prophetam. 22. *Dixerunt ergo ei, Quis es? ut reſponſum demus iis qui miſerunt nos. Quid dicis de teipſo?* Viden' illos quidem inſtantes & interrogantes, neque deſiſtentes; illum vero moderate prius remotis falſis ſuſpicionibus, veram ſententiam ſtatuentem. Nam ait: 23. *Ego vox clamantis in deſerto, parate viam Domini, ſicut dixit Eſaias propheta.* Quia enim magnum & excelſum quidpiam de Chriſto loquutus eſt, illorum ſe opinioni attemperans, ad prophetam ſtatim confugit, hinc verbis ſuis fidem concilians. 24. *Et qui miſſi fuerant*, inquit, *erant ex Phariſæis:* 25. *& interrogaverunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, neque propheta?* Viden' me non temere dixiſſe ipſos eo inducere illum voluiſſe? Et initio quidem id non dicebant, ne ab omnibus deprehenderentur. Deinde quia dixit, Non ſum Chriſtus, rurſum illi ut ea quæ intus machinabantur obtegerent, ad Eliam veniunt, & ad prophetam. Ut vero dixit; ſe neutrum eorum eſſe; dubii demum & poſita larva, aperte doloſam ſuam mentem detegunt dicentes: *Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus?* Deinde rurſum obſcure loquentes, alios addunt, Eliam nempe, & prophetam. Quia enim adulatione ipſum ſupplantare non potuerant, ſperarunt ſe accuſatione poſſe illum cogere ad id de ſe confitendum, quod verum non eſſet. At non potuerunt. O amentiam! o arrogantiam & intempeſtivam curioſitatem! Miſſi eſtis ut diſceretis ab eo, quis & unde eſſet ipſe. Numquid leges ipſi præſcribetis? Hoc enim cogentium erat, ut ſe Chriſtum eſſe confiteretur. Attamen neque nunc indignatur, neque ut par eſſe videbatur aliquid profert ſimile. An vos mihi præcipitis, legemque ſtatuiſtis?

Matth. 17. 10.

Deut. 18. 15.

A σι· τί οὖν; Ηλίας εἶ σύ; καὶ λέγει, οὐκ εἰμί. καὶ γὰρ καὶ τοῦτον προσεδόκων ἥξειν, καθὼς καὶ ὁ Χριστός φησιν. [a] ἐρωμένων γὰρ τῶν μαθητῶν· πῶς οὖν οἱ γραμματεῖς λέγουσιν ὅτι Ηλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον; αὐτὸς ἔλεγεν· Ηλίας μὲν ἔρχεται, καὶ ἀποκαταστήσει πάντα. εἶτα ἐρωτῶσιν· ὁ προφήτης εἶ σύ; καὶ ἀπεκρίθη, οὔ. καὶ μὴν προφήτης ἦν. τίνος οὖν ἕνεκεν ἀρνεῖται; πάλιν πρὸς τὴν διάνοιαν βλέπων τῶν ἐρωτώντων. προσεδόκων γάρ τινα προφήτην ἐξαίρετον ἥξειν, διὰ τὸ λέγειν Μωσέα· προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει κύριος ὁ θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ὡς ἐμὲ, αὐτοῦ ἀκούσεσθε. οὗτος δὲ ἦν ὁ Χριστός. διά τοι

B τοῦτο οὐ λέγουσι, προφήτης * εἶ σύ; ἕνα τῶν πολλῶν αἰνιττόμενοι· ἀλλὰ μετὰ τοῦ ἄρθρου, ὁ προφήτης εἶ σύ; ἐκεῖνός φησιν ὁ παρὰ Μωσέως προανακηρυχθείς. διὰ δὴ τοῦτο καὶ οὗτος ἠρνήσατο, οὐ τὸ προφήτης εἶναι, ἀλλὰ τὸ ἐκεῖνος ὁ προφήτης. εἶπον οὖν αὐτῷ· τίς εἶ; ἵνα ἀπόκρισιν δῶμεν τοῖς πέμψασιν ἡμᾶς. τί λέγεις περὶ σεαυτοῦ; ὁρᾷς τοὺς μὲν σφοδρότερον ἐπικειμένους [b] καὶ ἐπείγοντας καὶ ἐρωτῶντας πάλιν καὶ οὐκ ἀφισταμένους· τὸν δὲ μετ' ἐπιεικείας πρότερον τὰς οὐκ οὔσας ὑπονοίας ἀναιροῦντα, καὶ τότε τὴν οὖσαν τιθέντα; ἐγὼ γάρ φησι φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· εὐθύνατε τὴν ὁδὸν κυρίου, καθὼς

C εἶπεν Ησαΐας ὁ προφήτης. ἐπειδὴ γὰρ μέγα τι καὶ ὑψηλὸν ἐφθέγξατο περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὡς πρὸς τὴν ἐκείνων ὑπόνοιαν, ἐπὶ τὸν προφήτην εὐθέως κατέφυγεν, ἀξιόπιστον καὶ ἐντεῦθεν τὸν λόγον ποιῶν. καὶ οἱ ἀπεσταλμένοι, ἦσαν ἐκ τῶν Φαρισαίων φησι· καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν καὶ εἶπον αὐτῷ· τί οὖν βαπτίζεις, εἰ σὺ οὐκ εἶ ὁ Χριστὸς, οὔτε Ηλίας, οὔτε ὁ προφήτης; ὁρᾷς ὡς οὐ μάτην ἔλεγον ὅτι εἰς τοῦτο αὐτὸν ἐναγαγεῖν ἠβούλοντο; καὶ ἐξ ἀρχῆς μὲν αὐτὸ οὐκ ἔλεγον, ἵνα μὴ κατάφωροι γένωνται ἅπασιν. εἶτα ἐπειδὴ εἶπεν, οὐκ εἰμὶ ὁ Χριστὸς, πάλιν ἐκεῖνοι

D συσκιάσαι βουλόμενοι, ἅπερ ἔνδον ἐτύρβευον, ἐπὶ τὸν Ηλίαν ἔρχονται καὶ τὸν προφήτην. ὡς δὲ ἔφησε μηδὲ ἐκείνων τις εἶναι, ἀπορούμενοι λοιπὸν καὶ τὸ προσωπεῖον ῥίψαντες, γυμνῇ τῇ κεφαλῇ τὴν δολερὰν αὐτῶν ἐμφαίνουσι γνώμην, λέγοντες· τί οὖν βαπτίζεις εἰ σὺ οὐκ εἶ ὁ [c] Χριστός; εἶτα πάλιν συσκιάσαι βουλόμενοι, τοὺς ἄλλους προστιθέασι, τὸν Ηλίαν λέγω καὶ τὸν προφήτην; ἐπειδὴ γὰρ κολακείᾳ οὐκ ἴσχυσαν ὑποσκελίσαι, [d] ἐγκλήματι προσεδόκησαν αὐτὸν δύνασθαι ἀναγκάζειν ὅπερ οὐκ ἦν εἰπεῖν· ἀλλ' οὐκ

E ἴσχυσαν. ὢ τῆς ἀνοίας· ὢ τῆς ἀλαζονείας καὶ τῆς ἀκαίρου περιεργίας· ἀπεστάλητε μαθησόμενοι παρ' αὐτοῦ τίς εἴη καὶ πόθεν, οὐχὶ καὶ νόμους αὐτῷ θήσετε; τοῦτο γὰρ πάλιν ἀναγκαζόντων ἦν ὁμολογῆσαι ἑαυτὸν Χριστόν. ἀλλ' ὅμως οὐδὲ νῦν ἀγανακτεῖ, οὐδὲ λέγει τι τοιοῦτον πρὸς αὐτοὺς οἷον εἰκός· ὑμεῖς ἐμοὶ διατάττεσθε καὶ νομοθετεῖ-

[a] Quidam, ἐρωτωμένων.
* εἶ σύ; ἐκεῖνός φησιν. Intermedia omnia lapſu typographico deſiderantur in Morel.
[b] Alii, καὶ ἐπισάγοντας.
[c] Savil. & alii, Χριστός; εἶτα πάλιν συσκιάσαι βουλόμενοι, καὶ τοὺς ἄλλους. Morel. Χριστός; εἶδες πῶς συσκιάζοντες ἅπερ εἶχον, τοὺς ἄλλους προστιθέασι.
[d] Savil. ἐγκλήματι προσεδόκησαν αὐτὸν δύνασθαι ἀναγκάζειν εἰπεῖν ὅπερ οὐκ ἦν. Morel. ἐγκλήματι περιβαλεῖν αὐτὸν . . . ἀναγκάζοντες.

τε; ἀλλὰ πολλὴν πάλιν τὴν ἐπιείκειαν ἐπιδείκνυται. ἐγὼ μὲν γάρ, φησι, βαπτίζω ἐν ὕδατι· μέσος δὲ ὑμῶν ἕστηκεν, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. οὗτός ἐστιν ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, οὗ οὐκ εἰμὶ [a] ἄξιος ἵνα λύσω τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος.

Τί πρὸς ταῦτα λοιπὸν ἂν ἔχοιεν εἰπεῖν Ἰουδαῖοι; ἀπαραίτητος γὰρ κἀντεῦθεν ἡ κατ' αὐτῶν κατηγορία· ἀσύγγνωστος ἡ κατάκρισις· αὐτοὶ καθ' ἑαυτῶν τὴν ψῆφον ἐξήνεγκαν. πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; ἀξιόπιστον ἡγήσαντο εἶναι τὸν Ἰωάννην, καὶ οὕτως ἀληθῆ, ὡς μὴ μόνον ἑτέροις [b] μαρτυροῦντα, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ περὶ ἑαυτοῦ λέγοντι πιστεῦσαι. οὐδὲ γὰρ ἂν εἰ μὴ οὕτω διέκειντο, ἔπεμψαν ἂν εἰσόμενοι παρ' αὐτοῦ τὰ περὶ ἑαυτοῦ. ἴστε γὰρ ὅτι μόνοις ἐκείνοις μάλιστα περὶ ἑαυτῶν λέγουσι πιστεύομεν, οὓς ἂν ἁπάντων ἀληθεστέρους εἶναι νομίζωμεν. καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ ἀποφράττον αὐτῶν τὰ στόματα, ἀλλὰ καὶ ἡ γνώμη μεθ' ἧς πρὸς αὐτὸν παρέβαλον. καὶ γὰρ μετὰ πολλῆς ἐξῆλθον τῆς προθυμίας πρὸς αὐτόν, εἰ καὶ ὕστερον μετεβάλοντο. ἅπερ ἀμφότερα δηλῶν ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος· καὶ ὑμεῖς ἠθελήσατε πρὸς ὥραν ἀγαλλιαθῆναι ἐν τῷ φωτὶ αὐτοῦ. καὶ ἡ ἀπόκρισις δὲ αὐτοῦ πάλιν ἀξιοπιστότερον αὐτὸν ἐποίει. ὁ γὰρ μὴ ζητῶν τὴν δόξαν τὴν ἑαυτοῦ, φησιν, ἀληθής ἐστιν, καὶ ἀδικία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν. οὗτος δὲ οὐκ ἐζήτησεν, ἀλλ' ἐφ' ἕτερον αὐτοὺς παραπέμπει. καὶ οἱ ἀποσταλέντες δέ, τῶν ἀξιοπίστων παρ' αὐτοῖς καὶ τὰ πρωτεῖα ἐχόντων· ὥστε μηδαμόθεν αὐτοῖς εἶναι καταφυγήν, μηδὲ παραίτησιν εἰς τὴν ἀπιστίαν ἣν ἠπίστησαν τῷ Χριστῷ. τίνος γὰρ ἕνεκεν οὐκ ἐδέξασθε τὰ εἰρημένα περὶ αὐτοῦ παρὰ Ἰωάννου; ὑμεῖς ἀπεστάλκατε τοὺς τὰ πρωτεῖα ἔχοντας· ὑμεῖς ἠρωτήσατε δι' αὐτῶν· ὑμεῖς ἠκούσατε ἅπερ ἀπεκρίνατο ὁ Βαπτιστής· πᾶσαν ἐκεῖνοι περιεργίαν ἐπεδείξαντο· πάντα ἠρεύνησαν, καὶ οὓς ὑπωπτεύετε πάντας εἶπον· καὶ ὅμως μετὰ παρρησίας πολλῆς ὡμολόγησε μὴ εἶναι μήτε ὁ Χριστός, μήτε Ἠλίας, μήτε ὁ προφήτης. καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἔστη, ἀλλὰ καὶ ἐδίδαξε τίς εἴη, καὶ διελέχθη καὶ περὶ τῆς τοῦ οἰκείου βαπτίσματος φύσεως, ὅτι μικρὸν καὶ εὐτελές, καὶ ὕδατος πλέον ἔχον [c] οὐδέν, δεικνὺς τὴν ὑπεροχὴν τοῦ βαπτίσματος, τοῦ παρὰ τοῦ Χριστοῦ διδομένου· παρήγαγε δὲ καὶ Ἠσαΐαν τὸν προφήτην μαρτυροῦντα ἄνωθεν καὶ πρὸ πολλοῦ τοῦ χρόνου· καὶ τὸν μὲν κύριον καλοῦντα, τὸν δὲ διάκονον αὐτοῦ καὶ ὑπηρέτην ὀνομάζοντα. τί λοιπὸν ἔδει; οὐχὶ πιστεῦσαι τῷ μαρτυρηθέντι, καὶ προσκυνῆσαι καὶ ὁμολογῆσαι θεόν; ὅτι γὰρ οὐχὶ κολακείας ἦν ἡ μαρτυρία, ἀλλ' ἀληθείας, ἐδείκνυ μὲν καὶ ὁ τρόπος καὶ ἡ φιλοσοφία τοῦ μαρτυρήσαντος. δῆλον δὲ κἀκεῖθεν τοῦτο, ὅτι [d] οὐδεὶς τὸν πλησίον ἑαυτοῦ προτίθησιν· οὐδὲ ἐξὸν αὐτῷ χαρίσασθαι τιμήν, ἑτέρῳ ταύτης παραχωρεῖν ἐθέλοι, καὶ ταῦτα τοσαύτης οὔσης. ὥστε οὐκ ἂν οὐδὲ Ἰωάννης μὴ θεῷ ὄντι τῷ Χριστῷ, ταύτης ἂν ἐξέστη τῆς μαρτυ-

A Verum multam rursum modestiam exhibet. Nam ait: 26. *Ego quidem baptizo in aqua: medius autem vestrum stat, quem vos nescitis. 27. Hic est qui post me venturus est, qui ante me factus est, cujus non sum dignus ut solvam corrigiam calceamenti.*

3. Quid his opponere possunt Judæi? Contra hanc accusationem ne mutire quidem possunt, damnatio nulla venia averti potest: ipsi contra seipsos sententiam tulerunt. Quomodo & qua ratione? Fide dignum putabant esse Joannem, B & ita veracem, ut non modo cum de aliis, sed etiam cum de seipso testificaretur, credendus esset. (Magna Judæorum de Joanne B. opinio.) Neque enim, nisi ea fuissent opinione, misissent qui interrogarent illum de seipso. Scitis enim nos illis tantum de seipsis loquentibus credere, quos omnium veracissimos esse putamus. Neque illud tantum ipsorum obstruit ora; sed animus quoque quo illum adorti sunt. Cum vehementi namque studio ipsum adierunt, licet postea mutati sint, quæ ambo significans Christus dicebat: *Ille erat lucerna ardens, & vos voluistis ad horam exsultare in ejus luce.* (Joan. 5. 35.) Et responsio ejus fidem ipsi concili- C liabat majorem. *Qui enim non quærit gloriam suam*, inquit, *verax est, & injustitia in illo non est.* Hic vero non quæsivit, sed ad alium ipsos misit. Et qui missi fuerant ex fide dignioribus apud ipsos & ex primariis viris erant, ut nulla ipsis superesset excusatio aut venia quod Christo non crediderint. Cur enim non obtemperastis iis quæ Joannes de illo dicebat? Vos misistis primores vestros, vos ipsorum opera interrogastis: vos audistis quid Baptista responderit: Omne studium, omnem diligentiam illi adhibuerunt, omnia scrutati sunt, om- D nesque protulerunt quos suspicabamini. Et tamen ille cum libertate magna confessus est, se nec Christum, nec Eliam, nec Prophetam illum esse: neque hoc contentus, quis ipse esset docuit, & de baptismatis sui natura disseruit, quod nempe exiguum & vile esset, & præter aquam nihil amplius haberet, ostendens præcellentiam baptismatis a Christo dati. Protulit quoque Esaïam prophetam diu antea testificantem; illum Dominum, hunc servum & ministrum vocantem. Quid demum supererat? Annon ut crederent ei de quo testimonium fereba- E tur, ut adorarent eum, & confiterentur Deum? Quod autem testimonium non ex adulatione, sed ex veritate procederet, id & mores & philosophia testificantis ostendebant. Inde vero palam id erat, quod nemo proximum sibi præferat, neque si possit honorem sibi conciliare, alteri illum cedat, cum maxime tantus esset honor. Itaque Joannes, nisi Christus fuisset Deus, nunquam hoc testimonium

a Morel. ἱκανός. Savil. ἄξιος.
b μαρτυροῦντα, recte suspicatur Savilius legendum μαρτυροῦντι.
c Savil. οὐδέν. εἶπε τὴν ὑπ... παρήγαγε τόν.
d Quidam, οὐδεὶς τῷ πλησίον αὐτοῦ προστίθησιν.

protulisset. Nam si hunc honorem, utpote naturam suam longe exsuperantem, ab se repulit; certe non alii naturæ inferiori illum tribuisset. *Medius autem vestrum stat, quem vos nescitis.* Hoc dixit, quia ille, ut par erat, quasi unus e turba populo admiscebatur, utpote qui ubique & fastûs & pompæ contemtum edoceret. Cognitionem autem hic dicit perfectam notitiam; nempe quis esset, unde venisset. Illud vero, *post me venturus est*, sæpe posuit, ac si diceret: Ne putetis totum in baptismate meo perfici. Si hoc perfectum esset, non alius post me veniret, alterum allaturus. Sed hoc ad illud est præparatio quædam. Nostra sunt umbra & imago; alium venire oportet, qui veritatem afferat. Itaque illud, *post me veniet*, ejus dignitatem maxime ostendit. Nam si hoc perfectum esset, non secundum quæreretur. *Ante me factus est*; hoc est, me honorabilior & clarior est. Deinde ne putarent præcellentiam ex comparatione indicari, ut nullam esse comparationem declaret, adjicit: *Cujus non sum dignus solvere corrigiam*; hoc est, non solum ante me factus est, sed ita res est, ut ne quidem inter ultimos ejus famulos computari merear; calceamentum quippe solvere, extremum ministerium est. Quod si Joannes non est dignus qui corrigiam solvat; Joannes quo nullus major inter natos mulierum, quo nos ipsi loco ponemus? Si is qui orbi æqualis, imo illo major erat; *quorum*, inquit, *dignus non erat mundus*; se indignum esse ait qui inter ultimos ejus ministros computetur; quid nos dicemus, qui malis innumeris onusti sumus, qui tantum distamus a Joannis virtute, quantum terra distat a cælo?

Hebr. 11. 38.

4. Hic ergo se indignum esse ait qui solvat corrigiam calceamenti. Inimici autem veritatis in tantam prorumpunt insaniam, ut dicant se nosse illum, ut ipse se novit. Qua amentia quid deterius? qua arrogantia quid furiosius? Bene dixit sapiens quidam: *Principium superbiæ non nosse Dominum.* Non dejectus, nec diabolus effectus fuisset diabolus ille, qui ante diabolus non erat, nisi hoc morbo captus fuisset. Hoc illum a pristina fiducia dejecit, hoc in gehennam demisit: hoc ipsi caput omnium malorum fuit. Hoc quippe vitium omnem animi virtutem labefactat, eleemosynam nempe, orationem, jejunium, quidvis aliud. *Excelsum in hominibus*, inquit, *impurum est apud Dominum.* Non fornicatio igitur, non adulterium tantum hominem polluit; sed etiam & multo magis superbia. Quare? Quoniam fornicatio, licet venia indigna sit, potest tamen quis concupiscentiam prætendere. Arro-

Contra Anomæos.

Eccli. 10. 14.

Superbia virtutes omnes labefactat.

A ρίας. εἰ γὰρ καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ ταύτην ὡς μείζονα οὖσαν τῆς οἰκείας φύσεως διεκρούσατο· ἀλλ' οὐκ ἂν ἑτέρᾳ φύσει πάλιν αὐτὴν ἀνέθηκε ταπεινοτέρᾳ. μέσος δὲ ὑμῶν ἕστηκεν, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. τοῦτο εἶπεν, ὅτι εἰκὸς ἦν αὐτὸν καὶ ἀναμεμίχθαι τῷ λαῷ, ὡς ἕνα τῶν πολλῶν, ἅτε πανταχοῦ τὸ ἄτυφον καὶ ἀκόμπαστον διδάσκοντα. εἴδησιν δὲ ἐνταῦθα, γνῶσίν φησι τὴν ἀκριβῆ· οἷον τίς ἐστι, καὶ πόθεν. τὸ δὲ, ὀπίσω μου ἐρχόμενος, συνεχῶς τίθησι, μονονουχὶ λέγων· μὴ νομίσητε τὸ πᾶν ἐν τῷ ἐμῷ κεῖσθαι βαπτίσματι. οὐκ ἂν εἰ τοῦτο τέλειον ἦν, ἕτερος ἂν ἦλθε μετ' ἐμὲ προέξων ἕτερον· ἀλλὰ παρα-
B σκευὴ τοῦτό ἐστιν ἐκείνου, καὶ προοδοποίησις. τὰ δὲ ἡμέτερα σκιὰ καὶ εἰκών· ἄλλον χρὴ τὸν τὴν ἀλήθειαν ἐπιθήσοντα παραγενέσθαι· ὥστε αὐτὸ τὸ ὀπίσω μου ἐλθεῖν, τοῦτο μάλιστα αὐτοῦ δείκνυσι τὸ ἀξίωμα. εἰ γὰρ τοῦτο ἦν τέλειον, οὐκ ἂν δευτέρου ἐζητεῖτο τόπος. ἔμπροσθέν μου γέγονε· τουτέστιν, ἐντιμότερος, λαμπρότερος. εἶτα ἵνα μὴ νομίσωσιν ἀπὸ συγκρίσεως εἶναι [a] τὴν ὑπεροχὴν, τὸ ἀσύγκριτον παραστῆσαι θέλων, ἐπήγαγεν· οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς λῦσαι τὸν ἱμάντα. τουτέστιν, οὐχ ἁπλῶς ἔμπροσθέν γέγονεν, ἀλλ' οὕτως ὡς ἐμὲ μηδὲ ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῶν τούτου διακόνων ἀριθμηθῆναι ἄξιον εἶναι. τὸ γὰρ ὑ-
C πόδημα λῦσαι, τῆς ἐσχάτης διακονίας ἐστὶ πρᾶγμα. εἰ δὲ Ἰωάννης οὐκ ἄξιος τὸν ἱμάντα λῦσαι, Ἰωάννης, οὗ μείζων οὐδεὶς ἐν γεννητοῖς γυναικῶν γέγονε, ποῦ τάξομεν ἡμεῖς ἑαυτούς; εἰ ὁ τῆς οἰκουμένης ἀντίῤῥοπος, μᾶλλον δὲ [b] μείζων· οὐχ ἦν γὰρ αὐτῶν, φησιν, ἄξιος ὁ κόσμος· οὐδὲ ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῶν διακονησαμένων ἑαυτὸν καταλέγεσθαί φησιν ἄξιον εἶναι· τί ἐροῦμεν ἡμεῖς οἱ μυρίων γέμοντες κακῶν· οἱ τοσοῦτον ἀποδέοντες τῆς ἀρετῆς τοῦ Ἰωάννου, ὅσον ἡ γῆ τοῦ οὐρανοῦ;

Οὗτος μὲν οὖν οὐδὲ τὸ λῦσαι τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος ἄξιον εἶναι ἑαυτὸν λέγει· οἱ δὲ τῆς ἀληθείας
D ἐχθροὶ τοσαύτην ἐμάνησαν μανίαν, ὡς καὶ τοῦ εἰδέναι αὐτὸν, ὡς αὐτὸς οἶδεν [c] ἑαυτὸν, ἀξίους εἶναι λέγειν ἑαυτούς. τί ταύτης τῆς παραπληξίας χεῖρον; τί ταύτης τῆς ἀλαζονείας μανικώτερον; καλῶς τις ἔλεγε σοφὸς, ὅτι ἀρχὴ ὑπερηφανίας τὸ μὴ εἰδέναι τὸν κύριον. οὐκ ἂν κατηνέχθη καὶ διάβολος γέγονεν ὁ διάβολος, οὐκ ὢν διάβολος πρότερον, εἰ μὴ τοῦτο τὸ νόσημα ἐνόσησε. τοῦτο αὐτὸν τῆς παῤῥησίας ἐξέβαλεν ἐκείνης· τοῦτο εἰς τὴν γέενναν ἔπεμψε· τοῦτο τῶν κακῶν αἴτιον αὐτῷ πάντων ἐγένετο. ἱκανὸν γὰρ
E καὶ καθ' ἑαυτὸ διαφθεῖραι πᾶσαν ἀρετὴν ψυχῆς, κἂν ἐλεημοσύνην εὕρῃ, κἂν εὐχὴν, κἂν νηστείαν, κἂν ὁτιοῦν. τὸ γὰρ ὑψηλὸν ἐν ἀνθρώποις, ἀκάθαρτον, φησι, παρὰ κυρίῳ. οὐκ ἄρα πορνεία μόνον, οὐδὲ μοιχεία μολύνειν εἴωθε τοὺς χρωμένους αὐτῇ· ἀλλὰ καὶ ὑπερηφανία, καὶ πολλῷ πλέον ἐκείνων. διὰ τί; ὅτι πορνεία μὲν εἰ καὶ ἀσύγγνωστον κακὸν, ἀλλ' ὅμως ἔχει τις τὴν ἐπιθυμίαν εἰπεῖν. ἀλαζονεία δὲ, οὐδὲ

[a] Savil. τὴν ὑπεροχὴν . . . παραστῆσαι βουλόμενος, φησιν· οὗ οὐκ.
[b] Morel. μείζων. οὕτω γὰρ περὶ τῶν γραφει δικαίων Παῦλός φησιν, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος. οὐδὲ ἐν τοῖς ἐσχ.
[c] Morel. ἑαυτὸν ἀπαυθαδιαζομένους αὐτοὺς λέγειν. τί ταύτης.

A αἰτίαν ἂν εὕροι τινὰ οὐδὲ οἵαν δήποτε πρόφασιν, δι' ἣν ἂν τύχοι σκιᾶς γοῦν συγγνώμης· ἀλλ' οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν αὕτη, ἢ διαστροφὴ ψυχῆς καὶ νόσος χαλεπωτάτη, οὐδαμόθεν ἄλλοθεν τικτομένη, ἢ ἐξ ἀνοίας. οὐδὲν γὰρ ἀνοητότερον ἀλαζόνος ἀνθρώπου, κἂν πλοῦτον ᾖ περιβεβλημένος· κἂν πολλὴν κεκτημένος τὴν ἔξωθεν σοφίαν· κἂν ἐν δυναστείᾳ κατεστὼς· κἂν ἅπαντα τὰ ἐν ἀνθρώποις εἶναι δοκοῦντα ζηλωτὰ περιφέρων. εἰ γὰρ ὁ ἐπὶ τοῖς ὄντως καλοῖς ἀλαζονευόμενος, ἄθλιος καὶ ταλαίπωρος, καὶ πάντων ἐκείνων τὸν μισθὸν ἀπόλλυσιν, ὁ ἐν τοῖς μηδὲν οὖσιν ἐπαιρόμενος, καὶ διὰ B τὴν σκιὰν καὶ τὸ ἄνθος τοῦ χόρτου· τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ παροῦσα δόξα, φυσῶν ἑαυτόν· πῶς οὐκ ἂν εἴη πάντων καταγελαστότερος, ταὐτὸν ποιῶν, ὅπερ ἄν τις ποιήσειε πτωχὸς καὶ πένης· πάντα μὲν τὸν χρόνον λιμῷ τηκόμενος· εἰ δὲ συμβαίη ποτὲ μίαν νύκτα χρηστὸν ὄναρ ἰδεῖν, διὰ τοῦτο γαυρούμενος; ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε, τῆς ψυχῆς σοι διαφθειρομένης χαλεπωτάτῃ νόσῳ, καὶ τὴν ἐσχάτην πενόμενος πενίαν, μέγα φρονεῖς, ὅτι χρυσοῦ τάλαντα ἔχεις τόσα καὶ τόσα; ὅτι πλῆθος ἀνδραπόδων; ἀλλὰ ταῦτα οὐ σά. καὶ εἰ μὴ πείθῃ τοῖς ἐμοῖς ῥήμασιν, ἀπὸ τῆς πείρας τῶν προ- C λαβόντων μάνθανε. ἐὰν δὲ οὕτω μεθύῃς, ὡς μή τε ἐκ τῶν ἑτέροις συμβαινόντων ταῦτα παιδεύεσθαι, μικρὸν ἀνάμεινον, καὶ εἴσῃ διὰ τῶν εἰς σὲ συμβαινομένων ὅτι σοι τούτων ὄφελος οὐδὲν, ὅτε ψυχορραγῶν, καὶ οὐδὲ ὥρας μιᾶς, μηδὲ ῥοπῆς βραχείας κύριος ὤν, ἄκων εἰς τοὺς παρόντας [a] αὐτὰ καταλείψεις, καὶ τούτους πολλάκις, οὓς οὐκ ἤθελες. πολλοὶ γὰρ οὐδὲ ἐπισκῆψαι περὶ αὐτῶν συνεχωρήθησαν, ἀλλ' ἀπῆλθον ἀθρόον, βουλόμενοι μὲν αὐτῶν ἀπολαύειν, οὐ συγχωρούμενοι δέ· ἀλλὰ ἑλκόμενοι, καὶ ἑτέροις αὐτῶν ἐξιστάμενοι, καὶ μετὰ βίας παραχωροῦντες οἷς οὐκ ἐβούλοντο. ὅπερ ἵνα μὴ πάθωμεν, ἐντεῦθεν ἤδη ἐρρωμέ- D νοι καὶ ὑγιαίνοντες, διαπεμψώμεθα αὐτὰ πρὸς τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν. οὕτω γὰρ αὐτῶν ἀπολαῦσαι δυνησόμεθα μόνον· ἑτέρως δὲ οὐδαμῶς. οὕτως εἰς ἄσυλον καὶ ἀσφαλῆ τόπον αὐτὰ ἀποθησόμεθα. οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἐκεῖ τῶν δυναμένων αὐτὰ ἀφελέσθαι· οὐκ ἔστι θάνατος· οὐκ εἰσὶν ἀληθεῖς διαθῆκαι· οὐκ εἰσὶ διάδοχοι κλήρων· οὐ συκοφαντίαι καὶ ἐπιβουλαί· ἀλλὰ τὸν ἀπελθόντα ἐντεῦθεν πολλὰ ἐπιφερόμενον, διαπαντός ἐστιν αὐτὰ καρποῦσθαι. τίς [b] οὖν οὕτως ἄθλιος, ὡς μὴ θελῆσαι τοῖς χρήμασιν ἐντρυφᾶν τοῖς ἑαυτοῦ διόλου; μετακομίσωμεν τοίνυν ἡμῶν τὸν πλοῦτον, καὶ μεταθῶμεν ἐκεῖσε. οὐκ ὄνων ἡμῖν δεή- E σει, καὶ καμήλων, καὶ ὀχημάτων· οὐδὲ πλοίων πρὸς τὴν τοιαύτην μετάθεσιν· καὶ γὰρ καὶ ταύτης ἡμᾶς τῆς δυσκολίας ἀπήλλαξεν ὁ θεός· ἀλλὰ πενήτων ἡμῖν δεῖ μόνων, τῶν χωλῶν, τῶν ἀναπήρων, τῶν ἀρρώστων. αὐτοὶ τὴν τοιαύτην εἰσὶν ἐγκεχειρισμένοι μετάθεσιν· οὗτοι τὰ χρήματα παραπέμπουσιν εἰς τὸν οὐρανόν· οὗτοι τοὺς τῶν τοιούτων χρημάτων κυρίους, εἰς τὴν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν κληρονομίαν εἰσάγουσιν. ἧς γένοιτο

gantia vero nullam habet causam, non obtentum, quo vel veniæ umbram mereatur: sed nihil aliud est quam mentis eversio, morbus gravissimus ex una insipientia ortus. Nihil enim insipientius arrogante homine, etsi opulentissimus sit, etsi externa illa sapientia admodum instructus, quantumvis potens, etiamsi ea omnia quæ hominibus expetenda videntur obtineat. Nam si is qui de veris bonis superbit, infelix ac miser, omnium illorum mercedem amittat; qui de iis quæ nihil sunt extollitur, qui ex umbra & fœni flore, id enim est inanis gloria, sese inflat, quomodo non omnium maxime ridiculus sit; cum idipsum agat quòd pauper & mendicus, qui semper famelicus, si semel lætum somnium noctu viderit, ideo glorietur? Infelix & miser, dum anima tua gravissimo morbo corrumpitur, extrema paupertate laborans, altum sapis, quod tot talenta auri habeas, quod servorum turbam? Verum hæc non tua sunt; si mihi non credis, aliorum divitum experientia id edisce. Sin ita ebrius es, ut hujusmodi exemplis non instituaris, paululum exspecta, & experimento tuo edisces, nihil hinc tibi utilitatis accedere, quando animam efflans, nec horæ nec momenti unius dominus, hæc invitus præsentibus relinques, iisque sæpe quibus nolles. Multis enim nec de iis disponere permissum fuit. Sed repente migrarunt, dum iis frui optarent, nec concessum illis est; sed abstracti, ac per vim abducti, aliis, quibus minime volebant, ea reliquerunt. Quod ne nobis accidat, hinc jam, dum per valetudinem licet, mittamus in civitatem nostram; illo enim tantum modo his frui poterimus, alias minime. Sic in tutissimum locum recondemus: nihil enim, nihil utique potest ea istinc auferre, non mors, non testamenta, non hereditatum successio, non sycophantiæ vel insidiæ; sed qui hinc abscedit multa secum ferens, iis perpetuo fruetur. Quis ergo sic miser est, qui nolit cum pecuniis suis æternum deliciari? Transferamus ergo divitias nostras, illic deponamus. Non nobis opus erit asinis, camelis, curribus, non navibus ad hæc transvehenda. Hac difficultate nos eripuit Deus; sed opus tantum habemus pauperibus, claudis, cæcis, infirmis. His talis comportatio demandata est: hi pecunias transmittunt in cælum; hi talium possessores opum, in æternorum hereditatem bonorum perducunt, quam

a Quidam, αὐτὰ παραπέμπῃς.

b οὖν deest in mss. plurimis.

nos omnes assequi contingat gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem & cum quo Patri gloria una cum Spiritu sancto, nunc & semper & in sæcula sæculorum, amen.

HOMILIA XVII.

28. *Hæc facta sunt in Bethania trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans.* 29. *Altera autem die videt Jesum venientem ad se, & ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.*

1. MAGNUM bonum fiducia & loquendi libertas, omniaque Christi confessioni postponere; ita magnum & mirabile, ut Filius Dei unigenitus talem hominem coram Patre prædicet: etsi non æqualis sit merces. Tu enim confiteris in terra; ille vero confitetur in cælis: tu hominibus præsentibus; ille coram Patre & angelis omnibus. Talis erat Joannes: non multitudinem, non gloriam, non aliud quidvis respiciebat; sed hæc omnia calcabat, & cum ea qua par erat libertate, quæ Christi erant omnibus prædicabat. Ideo locum indicat Evangelista, ut vocalissimi preconis fiduciam ostenderet. Non domi, non in angulo, non in deserto; sed ad Jordanem in medio multitudinis, præsentibusque omnibus qui ab ipso baptizabantur; aderant enim Judæi; mirabilem illam de Christo prædicavit confessionem, sublimibus, magnis arcanisque plenam dogmatibus, quod non esset ipse dignus qui corrigiam calceamenti ejus solveret. Quomodo autem id agit? his nempe verbis: *Hæc in Bethania facta sunt.* Accuratiora autem exemplaria habent *in Bethabara.* Nam Bethania non est trans Jordanem, neque in deserto, sed prope Jerosolymam. Loca autem alia etiam de causa significat. Cum enim res non antiquas, sed quæ paulo ante contigerant, narraturus esset, illos qui aderant & viderant dictorum testes advocat, exque locis testimonium accipit. Cum enim fideret se nihil veritati addere, sed ea quæ gesta fuerant vere & simpliciter enarrare, a loco testimonium accipit, quæ non levis, ut dixi, futura erat veritatis demonstratio. *Altera autem die vidit Joannes Jesum venientem ad se, & ait: Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi.* Distribuerunt tempora Evangelistæ. Matthæus tempora quæ Joannis Baptistæ

A πάντως ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν· χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ιζ'.

Ταῦτα ἐγένετο * ἐν Βηθανίᾳ πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ὅπου ἦν Ἰωάννης βαπτίζων. τῇ ἐπαύριον βλέπει τὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν, καὶ λέγει· ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου.

B

ΜΕΓΑ ἀγαθὸν παῤῥησία καὶ τὸ ἐλευθεροστομεῖν, καὶ πάντα δεύτερα τίθεσθαι τῆς ὁμολογίας τῆς εἰς τὸν Χριστόν· οὕτω μέγα καὶ θαυμαστὸν, ὡς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν τοιοῦτον ἀνακηρύττειν ἐπὶ τοῦ πατρὸς, καίτοιγε οὐκ ἴση ἡ ἀντίδοσις. σὺ μὲν γὰρ ὁμολογεῖς ἐπὶ τῆς γῆς, [a] αὐτὸς δὲ ὁμολογεῖ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ σὺ μὲν ἀνθρώπων παρόντων, αὐτὸς δὲ ἐπὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τῶν ἀγγέλων ἁπάντων. τοιοῦτος ὁ Ἰωάννης ἦν· οὐ πλῆθος, οὐ δόξαν, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τῶν ἀνθρωπίνων ὑφορώμενος, ἀλλὰ ταῦτα πάντα καταπατῶν, καὶ μετὰ τῆς προσηκούσης ἐλευθερίας τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ πᾶσιν ἀνακηρύττων. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὸν τόπον ἐπισημαίνεται ὁ εὐαγγελιστὴς, ἵνα τὴν παῤῥησίαν δείξῃ τοῦ μεγαλοφώνου κήρυκος. οὐ γὰρ ἐν οἰκίᾳ οὐδὲ ἐν γωνίᾳ [b] οὐδὲ ἐν ἐρημίᾳ· ἀλλὰ τὸν Ἰορδάνην καταλαβὼν ἐν μέσῳ τῷ πλήθει, παρόντων ἁπάντων τῶν ὑπ' αὐτοῦ βαπτιζομένων· βαπτίζοντι γὰρ ἐπέστησαν οἱ Ἰουδαῖοι· τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην ἀνεκήρυξεν ὁμολογίαν περὶ τοῦ Χριστοῦ, τὴν τῶν ὑψηλῶν καὶ μεγάλων καὶ ἀποῤῥήτων γέμουσαν δογμάτων, καὶ ὡς οὐκ εἴη ἱκανὸς λῦσαι τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος αὐτοῦ. πῶς οὖν τοῦτο ποιεῖ; ἐπάγων καὶ λέγων· ταῦτα ἐγένετο ἐν Βηθανίᾳ. ὅσα δὲ τῶν ἀντιγράφων ἀκριβέστερον ἔχει, ἐν Βηθαβαρᾷ, φησιν. ἡ γὰρ Βηθανία οὐχὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου, οὐδὲ ἐπὶ τῆς ἐρήμου ἦν, ἀλλ' ἐγγύς που τῶν Ἱεροσολύμων. τοὺς δὲ τόπους καὶ δι' ἑτέραν αἰτίαν ἐπισημαίνεται· ἐπειδὴ γὰρ πράγματα οὐ παλαιὰ διηγεῖσθαι ἔμελλεν· ἀλλὰ πρὸ μικροῦ συμβάντα τοῦ χρόνου, τοὺς παρόντας καὶ θεωμένους μάρτυρας ποιεῖται τῶν λεγομένων, καὶ ἀπόδειξιν καὶ ἀπὸ τῶν τόπων παρέχεται. θαῤῥῶν γὰρ ὅτι οὐδὲν παρ' ἑαυτοῦ προσετίθει τοῖς λεγομένοις, ἀλλὰ τὰ ὄντα ἁπλῶς ἀπήγγελλε μετ' ἀληθείας ἐξηγεῖτο, τὴν ἀπὸ τῶν τόπων μαρτυρίαν παραλαμβάνει, ἀπόδειξιν ὅπερ ἔφην οὐ τὴν τυχοῦσαν τῆς ἀληθείας ἐσομένην. τῇ ἐπαύριον βλέπει τὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν, καὶ λέγει, ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. διενείμαντο τοὺς καιροὺς οἱ εὐαγγελισταί· καὶ ὁ μὲν Ματθαῖος τοὺς πρὶν ἢ δεθῆναι τὸν Βαπτιστὴν

(Margin letters: C at "ταῦτα πάντα καταπατῶν", D at "ματος αὐτοῦ", E at "θει τοῖς λεγομένοις".)

* Aliqui, ἐν Βηθαβαρᾷ, sic in accuratioribus exemplaribus legitur, inquit infra Chrysostomus, qui addit Bethaniam non trans Jordanem esse, sed prope Jerosolymam. Quidam putant aliam hic Bethaniam memorari, quæ sit trans Jordanem.

a Savil. αὐτὸς δέ ἐν τοῖς. Exemplaria variant, in re certe levissimi momenti.

b οὐδὲ ἐν ἐρημίᾳ deest in plurimis.

περιϊστὴν Ἰωάννην χρόνους ἐπιτεμὼν, ἐπείγεται πρὸς τοὺς [a] ἑξῆς. [a] ὁ δὲ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, οὐ μόνον οὐκ ἐπιτέμνει, ἀλλὰ τούτοις μάλιστα καὶ ἐνδιατρίβει. κἀκεῖνος μὲν μετὰ τὸ ἐλθεῖν τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τῆς ἐρήμου, τὰ μεταξὺ σιωπήσας, οἷον ὅσα Ἰωάννης ἐφθέγξατο, ὅσα οἱ Ἰουδαῖοι ἀποστείλαντες ἔλεγον, καὶ τὰ ἄλλα πάντα συντεμὼν, μετεπήδησεν εὐθέως ἐπὶ τὸ δεσμωτήριον· ἀκούσας γάρ, φησιν, ὁ Ἰησοῦς ὅτι παρεδόθη Ἰωάννης, ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν· ὁ δὲ Ἰωάννης οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τὴν μὲν εἰς τὴν ἔρημον ὁδὸν ἀπεσιώπησεν, ἅτε ὑπὸ τοῦ Ματθαίου λεχθεῖσαν· τὰ δὲ μετὰ τὴν κάθοδον τὴν ἀπὸ τοῦ ὄρους γινομένην διηγεῖται, καὶ πολλὰ διελθὼν, τότε ἐπάγει· οὔπω γὰρ ἦν βεβλημένος ὁ Ἰωάννης εἰς τὴν φυλακήν. καὶ τίνος ἕνεκεν, φησι, νῦν παραγίνεται πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, καὶ οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δεύτερον τοῦτο ποιεῖ; ὁ μὲν γὰρ [b] Ματθαῖος ἀναγκαίαν αὐτοῦ τὴν παρουσίαν [b] γεγενῆσθαι λέγει διὰ τὸ βάπτισμα· διὸ τοῦτο δηλοῦν καὶ ὁ Ἰησοῦς ἐπάγει καὶ λέγει, ὅτι οὕτω πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. ὁ δὲ Ἰωάννης καὶ πάλιν αὐτὸν παραγεγενῆσθαι δείκνυσι μετὰ τὸ βάπτισμα· καὶ τοῦτο [c] ἐντεῦθεν ἐδήλωσεν λέγων· ἐγὼ τεθέαμαι τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ μένον ἐπ᾽ αὐτόν. τίνος οὖν ἕνεκεν παραγίνεται πρὸς τὸν Ἰωάννην; οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς ἦλθεν, ἀλλὰ πρὸς αὐτὸν ἐπορεύετο. ἐρχόμενον γάρ, φησι, πρὸς αὐτὸν, βλέπει αὐτόν. τίνος οὖν ἕνεκεν ἤρχετο; ἐπειδὴ αὐτὸς αὐτὸν ἐβάπτισε μετὰ πολλῶν, ὥστε μηδένα ὑποπτεύειν ὅτι ἀπὸ τῆς αὐτῆς αἰτίας ἀφ᾽ ἧς [d] καὶ οἱ ἄλλοι πρὸς [d] Ἰωάννην ἠπείγετο, οἷον ὡς ἁμαρτήματα ἐξομολογησόμενος, καὶ εἰς μετάνοιαν λουσόμενος ἐν τῷ ποταμῷ. διὰ τοῦτο παραγίνεται, διδοὺς ἅμα καὶ τῷ Ἰωάννῃ ταύτην πάλιν διορθώσασθαι τὴν ὑπόνοιαν. καὶ γὰρ τῷ εἰπεῖν, ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, πᾶσαν ταύτην ἀναιρεῖ τὴν ὑποψίαν. ὁ τοίνυν οὕτω καθαρὸς ὡς καὶ τὰ ἑτέρων ἁμαρ-[e]τήματα [e] ἀπολύεσθαι δύνασθαι, εὔδηλον ὅτι οὐχ ὥστε ἐξομολογήσασθαι ἁμαρτήματα παραγίνεται, ἀλλ᾽ ὥστε δοῦναι ἀφορμὴν ἐκείνῳ τῷ θαυμαστῷ κήρυκι, καὶ δευτέρᾳ φωνῇ τοῖς τὰ πρότερα ἀκηκόασιν ἀκριβέστερον ἐνθεῖναι τὰ εἰρημένα, καὶ προσθεῖναι ἕτερα πάλιν. τὸ δὲ, ἴδε, εἴρηται, διὰ τὸ πολλοὺς πολλάκις ἐπιζητεῖν αὐτὸν ἀπὸ τῶν εἰρημένων καὶ ἀπὸ μακροῦ τοῦ χρόνου. διὰ τοῦτο παρόντα δείκνυσιν αὐτὸν οὗτος καὶ λέγει, ἴδε· δηλῶν ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ πάλαι ζητούμενος. οὗτος ὁ ἀμνός. ἀμνὸν δὲ αὐτὸν καλεῖ τῆς προφητείας ἀναμιμνήσκων Ἰουδαίους τῆς Ἡσαΐου καὶ τῆς σκιᾶς τῆς κατὰ τὸν Μωσέα, ἵν᾽ ἀπὸ τοῦ τύπου μᾶλλον αὐτοὺς προσαγάγηται πρὸς τὴν ἀλήθειαν. ἐκεῖνος μὲν οὖν ὁ ἀμνὸς οὐδενὸς καθάπαξ ἁμαρτίαν ἔλαβεν· οὗτος δὲ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης. κινδυνεύουσαν γὰρ αὐτὴν ἀπολέσθαι, ταχέως αὐτὴν ἀπήλλαξε τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ. οὗτός ἐστιν ὑπὲρ οὗ εἶπον· ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου γέγονεν.

A vincula præcesserunt breviter transcurrens, ad sequentia properat: Joannes autem Evangelista non modo hæc non breviter prætercurrit, sed in his maxime immoratur. Ille postquam venit Jesus e deserto, intermediis omissis, verbi gratia, quæ Joannes loquutus est, quæ mittentes Judæi dixerunt; cæterisque missis omnibus, statim transiit ad carcerem: *Cum audisset*, inquit, *Jesus quod traditus esset Joannes, secessit inde.* Joannes vero non sic, sed profectionem in desertum B tacuit, utpote a Matthæo narratam; ea vero quæ post descensum ex monte gesta sunt narravit, & multa prætercurrens adjicit: *Nondum enim missus fuerat Joannes in carcerem.* Joan. 3. 24. Et cur, inquies, nunc Jesus venit ad Joannem non semel, sed bis? nam Matthæus quidem necessario illum ad baptisma venisse dicit; id quod ostendens Jesus adjicit: *Sic decet nos implere omnem justitiam.* Joannes vero iterum venisse illum dicit post baptisma; id quod palam facit his verbis: *Ego vidi Spiritum descendentem quasi columbam, & manentem super eum.* Cur ergo venit C ad Joannem? Non modo enim venit, sed & illum adiit: *Cum veniret*, inquit, *ad eum, vidit eum.* Cur ergo venit? Quia ille ipsum cum multis baptizavit, ita ut nemo suspicaretur ipsum eadem de causa, qua alii, ad Joannem accessisse, ut scilicet peccata confiteretur, & in pœnitentiam ablueretur in flumine. Ideo accedit dans Joanni locum, ut talem amoveret suspicionem. Nam cum dicit, *Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi*, totam illam depellit suspicionem. Qui enim ita purus est, ut D aliorum peccata possit abluere, is, ut palam est, non ut peccata sua confiteatur accedit, sed ut admirando illi preconi occasionem præbeat, ut secunda repetitaque voce quæ prius dicta fuerant in audientium animis altius imprimerentur, aliaque rursum adjicerentur. Illud autem, *ecce*, dictum est, quia multi sæpe ex jam dictis, & a multo tempore quærebant eum. Ideoque præsentem illum ostendit ac dicit, *ecce*; ostendens illum ipsum esse qui jam olim quærebatur. Hic est agnus. Agnum E autem vocat, in mentem Judæorum revocans prophetiam Esaïæ, necnon umbram illam Moysis tempore, ut per figuram illos magis ad veritatem adduceret. Ille quidem agnus nullius peccatum accepit; hic autem totius orbis terrarum peccata. Periclitantem quippe mundum cito ab ira Dei eripuit.

30. *Hic est de quo dixi, Qui post me venit, ante me factus est.*

[a] Sic Savil. & mss. plurimi. Morel. vero, οὗτος δὲ, οὐ μόνον.
[b] Savil. γεγενῆσθαί φησι διὰ τὸ βάπτισμα. ἐπάγει γὰρ ὁ Ἰησοῦς, ὅτι οὕτω πρέπον.
[c] Savil. ἐντεῦθεν ἐδήλωσεν. ἐγὼ γάρ, φησι, τεθέαμαι. Morel. δῆλον ἐργάζεται.
[d] Alii, Ἰωάννῃ ἀπήντα.
[e] Quidam, ἀπολύεσθαι.

A 2. Viden' etiam hic, quo pacto id quod supra dictum fuerat interpretatur? Nam cum dixisset agnum, & ipsum tollere peccatum mundi, tunc, ait, *ante me factus est*; ostendens illud *ante*, sic explicandum esse, quod tollat peccata mundi, quod baptizet in Spiritu sancto. Adventus quippe meus nihil plus habuit, quam quod communem orbis benefactorem prædicaverim, & quod baptismum aquæ ministraverim; hujus autem adventus opus illud est, purgare homines omnes, Paracliti operationem largiri. Hic ante me factus est; id est, me B clarior apparuit, *quia prior me erat*. Erubescant ii qui Pauli Samosateni insanum errorem suscepere, qui tam apertam oppugnant veritatem. 31. *Et ego nesciebam eum*. Vide quo pacto omnem hoc testimonio auferat suspicionem, ostendens illud non ex humana gratia & amicitia, sed ex divina revelatione proficisci. *Ego nesciebam eum*, inquit. Quomodo ergo fide dignus testis fueris? Quomodo alios docebis, si ipse ignores? Non dixit, Non novi illum, sed, *nesciebam eum*; ita ut hinc maxime fide dignus appareat. Quo pacto enim in ejus gratiam, quem ignorabat, loquutus fue- C rit? *Sed ut manifestetur in Israel: ideo veni baptizans in aqua*. Non ergo ille baptismate opus habebat: neque alia de causa lavacrum illud paratum fuerat, quam ut omnibus ad Christi fidem viam sterneret. Non enim dixit, Ut baptizatos puros reddam, neque, baptizatum veni, ut a peccatis liberem; sed, *ut manifestetur in Israel*. Quid enim, quæso, an sine baptismate non licebat prædicare & populum attrahere? Verum non id ita facile fieri poterat. Neque enim ita concurrissent omnes, si prædicatio D sine baptismate fuisset; nec comparatione facta ejus præeminentiam edidicissent. Siquidem multitudo exibat, non ut quæ dicebat, audiret. Sed cur? Ut confitentes peccata baptizarentur. Advenientes autem quæ ad Christum spectabant docebantur, necnon baptismi differentiam: hic enim erat Judaïco præstantior; ideoque omnes accurrebant. Attamen hic baptismus imperfectus erat. Quomodo igitur cognovisti eum? Per descensum Spiritus, inquit. Ne quis autem hinc existimet, illum Spiritu eguisse, ut nos egemus, audi quomo- E do hanc quoque suspicionem amoveat, ostendens Spiritus descensum ad prædicandum Christum solummodo fuisse. Cum dixisset enim, *& ego non cognoscebam eum*, subjunxit: *Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, ille est qui baptizat in Spiritu sancto*. Viden' ad hoc venisse Spiritum sanctum,

Pauli Samosateni insania.

Ὁρᾷς κἀνταῦθα πῶς τὸ ἔμπροσθεν ἑρμηνεύει; εἰπὼν γὰρ ἀμνὸν, καὶ ὅτι αἴρει τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, τότε, φησὶν, ὅτι ἔμπροσθέν μου γέγονε· δηλῶν ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ, ἔμπροσθεν, τὸ τὰς ἁμαρτίας λαβεῖν τοῦ κόσμου, τὸ βαπτίσαι ἐν πνεύματι ἁγίῳ. ἡ μὲν γὰρ ἐμὴ παρουσία πλέον οὐδὲν εἶχε τοῦ κηρύξαι τὸν κοινὸν τῆς οἰκουμένης εὐεργέτην, καὶ τὸ τοῦ ὕδατος βάπτισμα παρασχεῖν· ἡ δὲ τούτου, τὸ καθᾶραι πάντας ἀνθρώπους, καὶ χαρίσασθαι τοῦ παρακλήτου τὴν ἐνέργειαν. οὗτος ἔμπροσθέν μου γέγονε· τουτέστι, ἐδείχθη μου λαμπρότερος, ὅτι πρῶτός μου ἦν. αἰσχυνέσθωσαν οἱ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως τὴν μανίαν [a] διαδεξάμενοι, πρὸς οὕτω φανερὰν ἀλήθειαν ἀνθιστάμενοι. κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτόν. ὅρα πῶς ἀνύποπτον ἐνταῦθα τὴν μαρτυρίαν ἐργάζεται, δεικνὺς αὐτὴν οὐκ ἀνθρωπίνης οὖσαν φιλίας, ἀλλ' ἐξ ἀποκαλύψεως θείας γεγενημένην. οὐκ ᾔδειν γὰρ αὐτὸν ἐγώ, φησι. πῶς οὖν ἂν εἴης ἀξιόπιστος μάρτυς; πῶς δὲ ἂν καὶ ἑτέρους διδάξεις αὐτὸς ἀγνοῶν; οὐκ εἶπεν, οὐκ οἶδα αὐτὸν, ἀλλ', οὐκ ᾔδειν αὐτόν. ὥστε ταύτῃ μάλιστα ἀξιόπιστος ἂν γένοιτο. πῶς γὰρ ἂν ἐχαρίσατο τῷ ἀγνοουμένῳ; ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τῷ Ἰσραὴλ, διὰ τοῦτο ἦλθον βαπτίζων ἐν ὕδατι. οὐ τοίνυν αὐτὸς βαπτίσματος ἐδεῖτο, οὐδὲ ἄλλην τινὰ αἰτίαν εἶχεν ἐκεῖνο τὸ λουτρὸν, ἢ τὸ προοδοποιῆσαι τῇ εἰς Χριστὸν πίστει τοῖς λοιποῖς ἅπασιν. οὐ γὰρ εἶπεν, ἵνα καθάρω τοὺς βαπτιζομένους, οὐδ' ἵνα ἀπαλλάξω ἁμαρτημάτων ἦλθον βαπτίζων, ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τῷ Ἰσραήλ. τί γὰρ, εἰπέ μοι, τοῦ βαπτίσματος χωρὶς οὐκ ἐνῆν κηρύξαι καὶ ἐπαγαγέσθαι τοὺς [b] ὄχλους; ἀλλὰ ῥαδίως οὕτως οὐδαμῶς. οὐδὲ γὰρ ἂν οὕτως συνέδραμον ἅπαντες, εἰ βαπτίσματος χωρὶς τὸ κήρυγμα ἐγένετο· οὐκ ἂν ἔμαθον τὴν ἀπὸ τῆς συγκρίσεως ὑπεροχήν. τὸ γοῦν πλῆθος ἐξήρχετο, οὐκ ἀκουσόμενον ὧν ἔλεγεν· ἀλλὰ τί; βαπτίσασθαι ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. παραγενόμενοι δὲ, ἐδιδάσκοντο τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ [c] τοῦ βαπτίσματος τὸ διάφορον. καίτοι τοῦ Ἰουδαϊκοῦ τοῦτο σεμνότερον ἦν, καὶ διὰ τοῦτο πάντες ἐπέτρεχον· ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτως ἀτελὲς ἦν. πῶς οὖν σὺ ἔγνως αὐτόν; διὰ τῆς τοῦ πνεύματος καθόδου, φησί. ἵνα μή τις νομίσῃ πάλιν, ὅτι ἐν χρείᾳ καθειστήκει τοῦ πνεύματος, καθάπερ ἡμεῖς, ἄκουσον πῶς καὶ ταύτην ἀναιρεῖ τὴν ὑποψίαν· δεικνὺς ὅτι ἡ τοῦ πνεύματος κάθοδος ὑπὲρ τοῦ κηρύξαι τὸν Χριστὸν μόνον ἐγένετο. εἰπὼν γὰρ, κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτὸν, ἐπήγαγεν· ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνός μοι εἶπεν· ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν πνεύματι ἁγίῳ. ὁρᾷς ὅτι τοῦτο ἔργον τοῦ πνεύματος ἦν τὸ δεῖξαι τὸν Χριστόν;

[a] Savil. δεξάμενοι. Morel. & quidam mss. διαδεξάμενοι. Dicebat Paulus Samosatenus Filium nullam hypostasin habuisse antequam ex Maria nasceretur.

[b] Quidam, ὄχλους ῥαδίως οὕτως; οὐδαμῶς.
[c] Savil. τοῦ βαπτίσματος τὸ μέσον.

A ἦν μὲν γὰρ καὶ ἡ τοῦ Ἰωάννου μαρτυρία ἀνύποπτος. βουλόμενος δὲ αὐτὴν ἀξιοπιστοτέραν ποιῆσαι, ἀνήγαγεν αὐτὴν ἐπὶ τὸν Θεὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἐπειδὴ γὰρ ἐμαρτύρησεν ὁ Ἰωάννης οὕτω μέγα τι καὶ θαυμαστὸν, καὶ ἱκανὸν τοὺς ἀκούοντας ἐκπλῆξαι πάντας, [a] οἷον ὅτι τῆς οἰκουμένης ἁπάσης τὰς ἁμαρτίας λαμβάνει μόνος αὐτός· καὶ ὅτι πρὸς τοσοῦτον ἀρκεῖ λύτρον τῆς δωρεᾶς τὸ μέγεθος, κατασκευάζει λοιπὸν ταύτην τὴν ἀπόφασιν. ἡ δὲ κατασκευὴ, ὅτι υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι οὐκ ἐδεῖτο βαπτίσματος, καὶ ὅτι ἔργον τῆς τοῦ πνεύματος καθόδου γέγονε, τὸ δῆλον αὐτὸν ποιῆσαι μόνον. οὐ γὰρ ἦν τῆς τοῦ Ἰωάννου δυνάμεως πνεῦμα B διδόναι· καὶ δηλοῦσι τοῦτο οἱ βαπτιζόμενοι ὑπ' αὐτοῦ λέγοντες, ἀλλ' οὐδὲ εἰ πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν ἠκούσαμεν. οὐκ ἄρα τοῦ βαπτίσματος ἐδεῖτο ὁ Χριστὸς, οὐκ ἐκείνου, οὐχ ἑτέρου τινός· ἀλλὰ [b] μᾶλλον τὸ βάπτισμα ἔχρῃζε τῆς δυνάμεως τοῦ Χριστοῦ. τὸ γὰρ ἐλλεῖπον τοῦτο ἦν τὸ κεφάλαιον πάντων τῶν ἀγαθῶν, τὸ πνεύματος ἀξιωθῆναι τὸν βαπτιζόμενον. ταύτην οὖν τὴν τοῦ πνεύματος χορηγίαν προσέθηκε παραγινόμενος. καὶ ἐμαρτύρησεν ὁ Ἰωάννης λέγων· ὅτι τεθέαμαι τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν καὶ μένον ἐπ' αὐτόν· κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτόν· ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνός μοι εἶπεν· C ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν πνεύματι ἁγίῳ. κἀγὼ ἑώρακα καὶ μεμαρτύρηκα ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. συνεχῶς δὲ τὸ, οὐκ ᾔδειν αὐτὸν, [c] τίθησιν, οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῆ· ἀλλ' ἐπειδὴ συγγενὴς αὐτοῦ ἦν κατὰ σάρκα. ἰδοὺ γάρ, φησιν, Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου, καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἱόν. ἵν' οὖν μὴ δόξῃ χαρίζεσθαι διὰ τὴν συγγένειαν, συνεχῶς φησι, τὸ οὐκ ᾔδειν αὐτόν. καὶ κατὰ λόγον δὲ τοῦτο συνέβαινε. καὶ γὰρ τὸν ἅπαντα χρόνον ἐπὶ τῆς ἐρήμου διέτριβεν ὢν τῆς πατρῴας οἰκίας ἐκτός. πῶς οὖν, εἰ οὐκ ᾔδει αὐτὸν πρὸ D τῆς τοῦ πνεύματος καθόδου, καὶ εἰ τότε πρῶτον αὐτὸν ἐγνώρισε, πρὸ τοῦ βαπτίσματος διεκώλυεν αὐτὸν λέγων· ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι. τοῦτο γὰρ τεκμήριον τοῦ σφόδρα αὐτὸν εἰδέναι ἦν. ἀλλ' οὐκ ἔμπροσθεν καὶ πρὸ πολλοῦ τοῦ χρόνου. καὶ εἰκότως. τὰ μὲν γὰρ θαύματα ὅσαπερ παιδὸς ὄντος ἐγένετο, οἷον τὰ περὶ τοὺς μάγους, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα, πρὸ πολλοῦ συμβεβήκει τοῦ χρόνου, τοῦ Ἰωάννου σφόδρα καὶ αὐτοῦ παιδὸς ὄντος· ἐν δὲ τῷ μεταξὺ πολλοῦ γενομένου χρόνου, εἰκότως πᾶσιν [d] ἄγνωστος ἐτύγχανεν. ἐπεὶ εἰ γνώριμος ἦν, οὐκ ἂν εἶπεν ὅτι φανερωθῇ τῷ Ἰσραὴλ, διὰ τοῦτο ἦλθον βαπτίζων. E

Ἐντεῦθεν ἡμῖν λοιπὸν δῆλον, ὅτι καὶ τὰ σημεῖα ἐκεῖνα ἃ παιδικά εἶναί φασιν τοῦ Χριστοῦ, ψευδῆ καὶ πλάσματά τινων ἐπεισαγόντων ἐστίν. εἰ γὰρ ἐκ πρώτης ἀρξάμενος ἡλικίας ἐθαυματούργει, οὐκ ἂν οὔτε Ἰωάννης αὐτὸν ἠγνόησεν, οὐδὲ τὸ λοιπὸν πλῆθος ἐδεήθη ἂν διδασκάλου τοῦ φανερώσοντος αὐ-

ut Christum ostenderet? Erat quippe etiam Joannis testimonium suspicione vacuum. Ut autem illud fide dignius exhiberet, ad Deum reduxit & ad Spiritum sanctum. Quia enim Joannes rem tantam, tam admirandam prædicavit, quæ posset auditores omnes in stuporem conjicere; nempe quod ipse solus orbis peccata omnia tolleret, & quod doni magnitudo ad tantam redemtionem sufficeret, hanc demum sententiam firmat. Confirmatur autem ex eo quod sit Filius Dei, quod non egeat baptismate, & quod ideo tantum Spiritus descendit, ut illum manifestaret. Non enim penes Joannem erat Spiritum dare, quod declarant ii qui ab ipso baptismum acceperant, dicentes: *Sed neque si Spiritus sanctus est audivimus.* Act. 19. 2. Non ergo baptismate Christus egebat, non illo, non alio; sed potius baptisma potentia Christi. Nam residuum caput erat omnium bonorum, ut scilicet baptizatus Spiritu sancto dignaretur. Hoc Spiritus donum addidit ille cum advenit. 32. *Et testimonium perhibuit Joannes dicens, Vidi Spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum.* 33. *Et ego nesciebam eum. Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto.* 34. *Et ego vidi & testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei.* Frequenter hoc utitur dicto, *Nesciebam eum*, nec sine causa; sed quia cognatus ejus erat secundum carnem. *Ecce Elisabet*, Luc. 1. 36. inquit, *cognata tua, & ipsa concepit filium.* Ne videretur ergo cognationis gratia loqui, frequenter dicit, *nesciebam eum.* Ac vere ita res se habuit: nam toto vitæ tempore in deserto versabatur extra paternam domum. Cur ergo, si ante Spiritus descensum non noverat eum, & si illum tunc primum novit, ante baptismum prohibebat eum dicens, *Ego a te debeo baptizari?* Hoc enim signum erat Christum sibi probe notum fuisse. Verum non diu ante; & jure quidem. Nam miracula illa, quæ dum puer esset Jesus facta sunt, nempe circa Magos & similia, multo ante tempore contigerant, ipso quoque Joanne adhuc infante. Per multum autem illud quod ab hinc intercessit tempus, omnibus erat ignotus. Nam si notus fuisset, non dicturus erat, *Quia manifestatus est in Israel: ideo veni baptizare.*

Christus baptismate Joannis non egebat.

3. Hinc palam est signa illa quæ a Christo in pueritia facta feruntur, falsa & a quibusdam conficta esse. Nam si a puero miracula edidisset, Joannes non illum ignoravisset, nec reliqua multitudo opus habuisset doctore qui illum

Quidam falso narrabant Christum puerum miracula patravisse.

[a] οἷον in quibusdam deest.
[b] μᾶλλον deest in quibusdam mss.
[c] Morel. τίθησιν, οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῆ· ἀλλ' ἐπειδὴ συγγενής. Savil. τίθησι. τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί; συγγενὴς αὐτοῦ ἦν.
[d] Savil. ἄγνωστος ἦν.

indicaret. Nunc autem ipse ait, se ideo venisse, ut manifestaretur in Israel; atque ideo rursum dicebat, *Ego a te debeo baptizari.* Deinde, utpote qui clarius edidicisset, turbis ipsum prædicavit dicens: *Hic erat quem dixi, Post me venit vir, qui ante me factus est; & qui misit me baptizare in aqua*, ideoque me misit ut manifestaretur in Israel; ipse illi ante descensum Spiritus ipsum revelavit. Quamobrem antequam adveniret dicebat, *Post me venit, qui ante me factus est.* Non ergo noverat illum antequam veniret ad Jordanem, omnesque baptizaret: sed quando baptizandus erat, tunc illum cognovit: ipso Patre illum prophetæ revelante, & Spiritu ipsum dum baptizaretur ostendente Judæis, quorum causa Spiritus descendit. Etenim ne Joannis testimonium contemneretur dicentis, Prior me erat, &, in Spiritu baptizat, & judicabit orbem; Pater Filium prædicans, vocem emittit: Spiritus advenit vocem in Christi caput pertrahens. Quia enim ille baptizabat, hic baptizabatur, ne quis ex præsentibus illud de Joanne dictum esse putaret, venit Spiritus qui hanc suspicionem amoveret. Itaque cum dicit, *Nesciebam eum*, de præterito id intelligendum est tempore, non autem de eo quod baptismo proximum erat. Nam quo pacto prohibuisset eum dicens, *Ego a te debeo baptizari*? Quomodo tanta loquutus fuisset? Cur ergo, inquies, non crediderunt Judæi? Neque enim solus Joannes Christum viderat in columbæ specie. Quia etiamsi illi viderant, at res hujusmodi non corporeis tantum oculis opus habent, sed potius mentis, ne inanis phantasia esse putaretur. Nam si miracula edentem videntes, si manibus tangentem corpora ægrorum & mortuorum, & sic ad vitam & sanitatem reducentem; tanta livoris ebrietate capti erant, ut contraria iis quæ videbantur proferrent, quomodo ex solo Spiritus adventu incredulitatem abjecissent? Quidam vero dicunt, non omnes vidisse, sed Joannem tantum & eos qui melius affecti erant. Licet enim sensu præditis oculis Spiritus specie columbæ descendens videri posset; non necesse tamen erat rem esse omnibus manifestam. Nam & Zacharias multa sensibili specie vidit; necnon Daniel & Ezechiel, ac sine ullo visionis consorte. Moyses quoque multa vidit, & qualia nullus alius viderat. Transfigurationis quoque in monte visione non omnes discipuli dignati sunt; imo ne resurrectionem quidem omnes viderunt: id quod aperte declarat Lucas dicens, *Ostendit seipsum*
Act. 10. 41. *testibus a Deo præordinatis. Et ego vidi & testimonium perhibui, quia hic est Fi-*

A τόν. νῦν δὲ αὐτός, φησιν, διὰ τοῦτο παραγεγονέναι, ἵνα φανερωθῇ τῷ [a] Ἰσραήλ· καὶ διὰ τοῦτο ἔλεγε πάλιν, ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι. ὕστερον δὲ ἅτε σαφέστερον μαθὼν, τοῖς ὄχλοις αὐτὸν ἐκήρυττε λέγων· οὗτός ἦν ὃν εἶπον, ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι καὶ ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, καὶ διὰ τοῦτο πέμψας ἵνα φανερωθῇ τῷ Ἰσραήλ· αὐτὸς αὐτῷ καὶ πρὸ τῆς τοῦ πνεύματος καθόδου αὐτὸν ἀπεκάλυψε. διὸ καὶ πρὶν ἢ παραγενέσθαι ἔλεγεν· ὀπίσω μου ἔρχεται, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν. οὐ τοίνυν ᾔδει αὐτὸν πρὸ τοῦ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην καὶ πάντας βαπτίζειν, ἀλλ' ὅτε
B ἔμελλε βαπτίζεσθαι, τότε αὐτὸν ἔγνω· καὶ ταῦτα τοῦ πατρὸς αὐτὸν ἀποκαλύψαντος τῷ προφήτῃ, καὶ τοῦ πνεύματος δείξαντος βαπτιζόμενον Ἰουδαίοις, δι' οὓς καὶ ἡ κάθοδος τοῦ πνεύματος γέγονεν. ἵνα γὰρ ἡ Ἰωάννου μὴ καταφρονηθῇ μαρτυρία λέγοντος, ὅτι πρῶτός μου ἦν, καὶ ὅτι ἐν πνεύματι βαπτίζει, καὶ ὅτι κρινεῖ τὴν οἰκουμένην, καὶ ὁ πατὴρ φωνὴν ἀφίησιν ἀνακηρύττων τὸν υἱόν, καὶ τὸ πνεῦμα ἔπεισι τὴν φωνὴν ἕλκον ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ Χριστοῦ. ἐπειδὴ γὰρ ὁ μὲν ἐβάπτιζεν, ὁ δὲ ἐβαπτίζετο, ἵνα μή τις τῶν παρόντων περὶ Ἰωάννου νομίσῃ λέγεσθαι τὸ εἰρημένον, ἔρχεται τὸ πνεῦμα διορθούμενον τὴν τοιαύτην ὑπόνοιαν. ὥστε ὅταν λέγῃ, οὐκ ᾔδειν αὐτὸν, τὸν ἔμπροσθεν λέγει χρό-
bendum esset. Itaque quia Christus ad nos venit, ostendamus nos gaudere, nihilque quod ad iracundiam provocare possit faciamus, ornemus domum illam in quam advenit: hoc gaudentium est. Apponamus in prandium id quod ipsi maxime placet: hoc exsultantium est. Quodnam vero prandium illud est? Ipse ait: *Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me.* Pascamus ipsum esurientem, potum demus sitienti; si vel aquam frigidam dederis, accipiet, te quippe amat; amici vero dona, quantumvis exigua, amico magna videntur esse. Tu vero solum ne segnis esto, etiamsi duos obolos deposueris, non aversabitur, sed tamquam magnas opes accipiet. Cum enim nullo indigeat, neque hæc ipsi necessaria sint, jure non munerum magnitudinem, sed dantis propositum spectat. Tantum ostende te adventantem ipsum amare, te ea de causa nihil non agere, te de præsentia ejus gaudere. Vide quomodo ille erga te sit affectus. Propter te advenit, animam pro te posuit: & post tanta beneficia, ne rogare quidem te recusat. *Pro Christo enim, inquit, legatione fungimur, tamquam Deo obsecrante per nos.* Ecquis ita furiosus est, ut dominum suum non amet? Hoc & ego dico: scioque nostrum singulos non aliter verbo saltem & mente sensuros esse. Sed non verbis tantum, sed etiam operibus vult is qui amatur amorem exhiberi. Nam si ita quidem loquamur, neque præstemus id quod amantes solent, ridicula sane res est, non apud Deum tantum, sed etiam apud homines. Quoniam igitur verbis tantum confiteri, & rebus contraria præstare, non inutile modo, sed etiam perniciosum est; rogo confessionem per opera exhibeamus, ut ipse nos confiteatur illo die, quando apud Patrem quinam digni sint confitebitur: in Christo Jesu Domino nostro, per quem & cum quo Patri gloria simulque sancto Spiritui, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, amen.

2.Cor.5.20.

Non verbis, sed operibus amor exhibetur.

ΟΜΙΛΙΑ κα'.

Ἀπεκρίθη Ναθαναὴλ, καὶ λέγει αὐτῷ· Ῥαββὶ, σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ· σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ. ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ· ὅτι εἶπόν σοι, εἶδόν σε ὑποκάτω τῆς συκῆς, πιστεύεις; μείζω τούτων ὄψει.

ΠΟΛΛΗΣ ἡμῖν, ἀγαπητοὶ, δεῖ τῆς μερίμνης, πολλῆς τῆς ἀγρυπνίας ὥστε δυνηθῆναι τὸ βάθος κατοπτεῦσαι τῶν θείων γραφῶν, οὐ γὰρ ἁπλῶς, οὐδὲ καθεύδοντας ἔνι [b] τὸ βούλημα αὐτῶν εὑρεῖν. ἀλλὰ δεῖ μὲν ἐρευνῆς ἀκριβοῦς, δεῖ δὲ καὶ εὐχῆς ἐκτενοῦς, ἵνα δυνηθῶμεν

HOMILIA XXI.

49. *Respondit Nathanaël, & dicit ei: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israël.* 50. *Respondit Jesus, & dixit ei: Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis? Majora his videbis.*

1. MULTA nobis cura opus est, dilecti, multisque vigiliis, ut sacrarum Scripturarum profundum inspicere possimus, neque enim supini vel dormitantes possumus ejus sensa percipere. Sed opus est accurato examine, assiduisque precibus, ut vel tantillum

a Unus, ἵνα ποιῶ τό. Ibid. quidam, κἂν ψυχρόν.

b Savil. τὸ θέλημα, Morel. τὸ βούλημα.

A possimus in sacra illa mysteria penetrare. Ecce namque hodie non levis nobis quæstio proponitur, sed quæ multa egeat diligentia, multa perquisitione. Cum Nathanaël dicit, *Tu es Filius Dei*; respondet Christus, *Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis? majora his videbis.* Quid quæritur circa præmissa verba? Cur Petrus post tanta miracula, post tantam susceptam doctrinam, sic confessus, *Tu es Filius Dei*, beatus prædicatur, utpote cui Pater hæc revelaverit; Nathanaël vero qui ante signa, ante doctrinam, idem ipsum est loquutus, nihil tale audivit; B sed quasi nihil tantum dixisset, quantum opus erat, ad majora mittitur? Quid igitur in causa est? Quia eadem quidem verba loquuti sunt Petrus & Nathanaël, nec tamen eodem uterque sensu. Sed Petrus quidem confessus est eum Filium Dei, ut verum Deum, Nathanael vero simplicem hominem. Et undenam id nobis liquet? Ex sequentibus. Postquam dixit enim, *Tu es Filius Dei*, addidit, *tu es Rex Israël.* Filius autem Dei, non Israëlis tantum, sed etiam orbis totius Rex est. Neque inde solum id palam est, sed etiam ex sequentibus. C Petro namque nihil ultra adjecit Christus, sed quasi fides ejus perfecta esset, Ecclesiam dicit se super confessionem ejus ædificaturum esse: hic vero nihil hujusmodi, imo contrarium observes. Quasi enim confessio illa potiore sui parte deficeret, reliqua subdidit. Quid enim ait? 51. *Amen, amen dico vobis: Amodo videbitis cælum apertum, & Angelos Dei ascendentes & descendentes super Filium hominis.* Viden' quomodo illum paulatim de terra erigat, & eo deducat, ne ipsum tamquam simplicem D hominem effingat? Is enim cui Angeli serviunt, super quem Angeli ascendunt & descendunt, quo pacto homo fuerit? Ideo dixit, *majora his videbis*, quod explicans, Angelorum ministerium attulit; ac si diceret: Magnum tibi hoc videtur, o Nathanaël, ideoque me ut Israëlis Regem confessus es: quid ergo dices cum videris Angelos super me ascendentes & descendentes? His illi suadens, ut se Angelorum etiam Dominum confiteatur. Nam quasi ad genuinum Regis filium, sic descendebant & ascendebant ministri regii. Hoc modo tempore crucis, illo autem in Resurrectione & Ascen- E sione, imo antea quando accesserunt, & ministrabant ei, quando ipsius natales prædicabant, quando clamabant,
Luc. 2. 14. *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax.* Quando ad Mariam venerunt, quando ad Josephum. Quod sæpe fecerat, nunc facit. Duo prædicit, & alterius indicium dat, alterum ex hoc confirmat futurum. Ex supra dictis alia jam demonstrata fuerant, quale illud erat ante Phi-

A μικρόν τι διαβλέψαι πρὸς τὰ ἄδυτα τῶν θείων λογίων. ἰδοὺ γὰρ καὶ τήμερον οὐ μικρὸν ἡμῖν ζήτημα πρόκειται· ἀλλὰ καὶ πολλῆς δεόμενον τῆς σπουδῆς καὶ τῆς ἐρεύνης. εἰπόντος γὰρ τοῦ Ναθαναὴλ, σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὁ Χριστός φησιν· ὅτι εἶπόν σοι, εἶδόν σε ὑποκάτω τῆς συκῆς, πιστεύεις; μείζονα τούτων [a] ὄψει. τί ποτ' οὖν ἐν τοῖς εἰρημένοις ἐστὶ τὸ ζητούμενον; ὅτι Πέτρος μὲν μετὰ τοσαῦτα θαύματα καὶ διδασκαλίαν τοιαύτην ὁμολογήσας ὅτι σὺ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, μακαρίζεται, ὡς παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν ἀποκάλυψιν δεξάμενος. ὁ δὲ Ναθαναὴλ καὶ πρὸ τῶν σημείων, καὶ πρὸ τῆς διδασκαλίας τὸ αὐτὸ τοῦτο B εἰπὼν, οὐδὲν τοιοῦτον ἤκουσεν, ἀλλὰ καὶ ὡς οὐδὲν εἰρηκὼς τοσοῦτον ὅσον ἐχρῆν εἰπεῖν, ἐπὶ μείζω [b] προσάγεται; τί ποτ' οὖν τὸ αἴτιον; ὅτι τὰ μὲν ῥήματα τὰ αὐτὰ ἐφθέγξατο καὶ ὁ Πέτρος καὶ ὁ Ναθαναήλ· οὐ μετὰ τῆς αὐτῆς δὲ διανοίας ἑκάτερος· ἀλλ' ὁ μὲν Πέτρος ὡμολόγησεν υἱὸν τοῦ θεοῦ, ὡς θεὸν ἀληθῆ· ὁ δὲ ἄνθρωπον ψιλόν. [c] καὶ πόθεν δῆλον τοῦτο ἡμῖν; ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα εἰρημένων. εἰπὼν γὰρ, σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἐπήγαγε· σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ· ὁ δὲ τοῦ θεοῦ υἱὸς, οὐ τοῦ Ἰσραὴλ ἐστὶ βασιλεὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης. οὐκ ἀπὸ τούτου δὲ μόνον τοῦτο δῆλον, ἀλλὰ C καὶ ἐκ τῶν ἑξῆς. τῷ μὲν γὰρ Πέτρῳ, οὐδὲν ὕστερον προσέθηκεν ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ὡς ἀπηρτισμένης αὐτῷ τῆς πίστεως, τὴν ἐκκλησίαν ἔφησεν ἐπὶ τὴν ὁμολογίαν οἰκοδομήσειν τὴν ἐκείνου· ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐναντίον. ὡς γὰρ πολλοῦ τινος καὶ τοῦ βελτίονος μέρους τῇ ὁμολογίᾳ λείποντος, τὰ λοιπὰ προσέθηκε. τί γάρ φησιν; ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀπάρτι ὄψεσθε τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα, καὶ τοὺς ἀγγέλους τοῦ θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. ὁρᾷς πῶς αὐτὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἀνάγει κατὰ μικρὸν, καὶ ποιεῖ μηκέτι φαντάζεσθαι ἄνθρωπον ἁπλῶς; ᾧ γὰρ ἄγγελοι διακονοῦσι, καὶ ἐφ' ὃν ἄγγελοι ἀναβαίνουσι καὶ D καταβαίνουσι, πῶς ἂν οὗτος ἄνθρωπος εἴη; διὰ τοῦτο εἶπε, μείζονα τούτων ὄψει, καὶ δεικνὺς αὐτὸ, ἐπήγαγε τὴν τῶν ἀγγέλων διακονίαν. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· μέγα σοι, φησὶν, ὦ Ναθαναὴλ, ἔδοξεν εἶναι τοῦτο, καὶ διὰ τοῦτό με βασιλέα τοῦ Ἰσραὴλ ὡμολόγησας; τί οὖν ἐρεῖς ὅταν ἴδῃς τοὺς ἀγγέλους ἐπ' ἐμὲ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας; διὰ τούτων πείθων, καὶ ἀγγέλων αὐτὸν ὁμολογῆσαι δεσπότην. ὡς γὰρ ἐπὶ υἱὸν βασιλέως γνήσιον, οὕτως ἀνῄεσαν καὶ κατῄεσαν οἱ διάκονοι οἱ βασιλικοί. τοῦτο μὲν παρὰ τὸν καιρὸν τοῦ σταυροῦ, τοῦτο E δὲ παρὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀναστάσεως καὶ τῆς ἀναλήψεως. καὶ πρὸ τούτου δὲ ὅτε προσῆλθον καὶ διηκόνουν αὐτῷ· ὅτε εὐαγγελίζοντο αὐτοῦ τὸν τόκον· ὅτε ἐβόων, δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη· ὅτε πρὸς τὴν Μαριὰμ ἦλθον, ὅτε πρὸς τὸν Ἰωσήφ. ὅπερ ἐπὶ πολλῶν ἐποίησε, τοῦτο καὶ νῦν ποιεῖ. δύο λέγει προρρήσεις, καὶ τῆς μὲν ἤδη τὸν ἔλεγχον δίδωσι, τὴν δὲ μέλλουσαν ἀπὸ τῆς παρούσης βεβαιοῖ. καὶ γὰρ τῶν λεχθέντων τὰ μὲν τὴν ἀπόδειξιν ἔλαβεν, οἷόν ἐστιν πρὸ τοῦ

[a] Savil. & mss. plurimi, ὄψει. τί ποτ' οὖν, &c. ut in textu. Morel. vero, ὄψει, πολλῶν ἀναγινωσκόντων τὸ ῥητὸν τοῦτο διαπορούντων φασὶ τί δήποτε Πέτρος.

[b] Morel. προάγεται.

[c] Savil. καὶ πόθεν δῆλον τοῦτο ἡμῖν; ἐκ τῶν, & sic omnes fere manuscripti. Morel. vero, καὶ ὅτι τοῦτο ἀληθὲς, δῆλον ἐκ τῶν.

Φίλιππον

Φίλιππον φωνῆσαι ᵃ σε ὑπὸ τὴν συκῆν εἶδόν σε· τὰ δὲ ἐκβήσεσθαι ἔμελλε, καὶ ἐκ μέρους ἐξέβη ἡ τῶν ἀγγέλων κατάβασις καὶ ἀνάβασις, ἡ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, ἡ ἐπὶ τῆς ἀναστάσεως, καὶ τῆς ἀναλήψεως· ὃ καὶ αὐτὸ διὰ τῶν εἰρημένων ἀξιόπιστον ποιεῖ καὶ πρὸ τῆς ἐκβάσεως. ὁ γὰρ ἐπὶ τοῖς παρελθοῦσιν αὐτοῦ τὴν δύναμιν γνοὺς, καὶ περὶ τῶν μελλόντων ἀκούων, εὐκολώτερον καταδέχοιτο ἂν καὶ ταύτην τὴν πρόρρησιν. τί οὖν ὁ Ναθαναήλ; οὐδὲν πρὸς τοῦτο ἀποκρίνεται. διὸ καὶ ὁ Χριστὸς μέχρι τούτου τὸν λόγον ἔστησε τὸν πρὸς αὐτὸν, συγχωρῶν κατιδίαν ἀναλογίσασθαι τὰ λεχθέντα, καὶ οὐ βουλόμενος πάντα ἀθρόως ἐκχέειν, ἀλλὰ καταβαλὼν εἰς εὔφορον γῆν τὰ σπέρματα, ἀφίησιν αὐτὴν ἐπὶ σχολῆς βλαστῆσαι λοιπόν. ὅπερ καὶ ἀλλαχοῦ δεικνὺς ἔλεγεν· ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ σπείροντι καλὸν σπέρμα· καὶ ἐν τῷ καθεύδειν αὐτὸν, ἐπέρχεται ὁ ἐχθρὸς, καὶ σπείρει ζιζάνια ἀνὰ μέσον τοῦ σίτου. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἐκλήθη ὁ Ἰησοῦς εἰς τοὺς γάμους. ἦν δὲ καὶ ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ ἐκεῖ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ. εἶπον καὶ φθάσας, ὅτι ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ μᾶλλον γνώριμος ἦν· διὸ καὶ καλοῦσιν αὐτὸν εἰς τὸν γάμον, καὶ παραγίνεται. οὐδὲ γὰρ πρὸς τὴν ἀξίαν ἑώρα τὴν ἑαυτοῦ· ἀλλὰ πρὸς τὴν εὐεργεσίαν τὴν ἡμετέραν. ὁ γὰρ μὴ ἀπαξιώσας δούλου μορφὴν λαβεῖν, πολλῷ μᾶλλον οὐκ ἂν ἀπηξίωσεν εἰς γάμον ἐλθεῖν δούλων· ὁ τελώναις καὶ ἁμαρτωλοῖς συναναστρεφόμενος, πολλῷ μᾶλλον οὐκ ἂν παρῃτήσατο τοῖς ἐν τῷ γάμῳ παροῦσι συγκατακλίνεσθαι. οὐ μὴν οἱ καλέσαντες τὴν προσήκουσαν περὶ αὐτοῦ κρίσιν εἶχον, οὐδ᾽ ὡς μέγαν τινὰ ἐκάλουν, ἀλλ᾽ ἁπλῶς ὡς πολλῶν ἕνα καὶ ὡς γνώριμον· καὶ τοῦτο ᾐνίξατο ὁ εὐαγγελιστὴς εἰπών· ἦν δὲ ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ ἐκεῖ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ. ὥσπερ οὖν ἐκείνην καὶ τοὺς ἀδελφοὺς ἐκάλεσαν, ἐκάλεσαν καὶ τὸν Ἰησοῦν. καὶ ὑστερήσαντος οἴνου, λέγει ἡ μήτηρ αὐτοῦ· οἶνον οὐκ ἔχουσιν. ἄξιον ἐνταῦθα ζητῆσαι, πόθεν ἐπῆλθε τῇ μητρὶ μέγα τι φαντασθῆναι περὶ τοῦ παιδός. οὐδὲ γὰρ σημεῖον ἦν πεποιηκώς. ταύτην γάρ, φησιν, ἀρχὴν ἐποίησε τῶν σημείων ὁ Ἰησοῦς ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας.

Εἰ δὲ λέγοι τις, μὴ εἶναι τοῦτο τεκμήριον ἱκανὸν τοῦ ταύτην ἀρχὴν εἶναι τῶν σημείων, διὰ τὸ ἁπλῶς προσκεῖσθαι ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, ὡς ἐγχωροῦν πρῶτον ἐκεῖ γεγενῆσθαι, μὴ μέντοι ᵇ πάντως καὶ πρῶτον. εἰκὸς γὰρ αὐτὸν ἀλλαχοῦ πεποιηκέναι ἕτερα· ἐκεῖνο πρὸς αὐτὸν ἐροῦμεν, ὃ καὶ ἔμπροσθεν εἴπομεν. ποῖον δὴ τοῦτο; ὅπερ Ἰωάννης, φησίν· ἐγὼ δὲ οὐκ ᾔδειν αὐτόν· ἀλλ᾽ ἵνα φανερωθῇ τῷ Ἰσραήλ, διὰ τοῦτο ἦλθον βαπτίζων. εἰ δὲ κατὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν ἐθαυματούργει, οὐκ ἂν ἐδεήθησαν Ἰσραηλῖται ἑτέρου τοῦ φανερώσοντος αὐτόν. ὁ γὰρ εἰς ἄνδρας ἐλθὼν, καὶ οὕτως ἀπὸ τῶν θαυμάτων οὐ τοῖς ἐν Ἰουδαίᾳ γνωρισθεὶς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν Συρίᾳ καὶ περαιτέρω, καὶ ταῦτα ἐν τρισὶν ἔτεσι μόνον ταῦτα πεποιηκώς, μᾶλλον δὲ οὐδὲ τῶν τριῶν τούτων δεηθεὶς εἰς τὸ δεῖξαι ἑαυτόν· εὐθέως γὰρ καὶ ἐκ τῆς πρώτης πανταχοῦ ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ ἀπῆλθεν. ὁ τοίνυν

ᵃ Alii, σε ἐν τῇ συκῇ.

A lippi vocationem, *Vidi te sub ficu*; alia eventura erant, & ex parte evenerant, Angelorum nempe descensus & ascensus, in cruce, in Resurrectione, in Ascensione: cui rei ex prædictis fidem facit, etiam ante eventum. Nam qui jam in præteritis ejus virtutem agnovit, futura si audiat, facilius accipiet. Quid ergo Nathanaël? Nihil ad hoc respondit. Ideo Christus hic finem dicendi facit, sinens illum dicta secum reputare, nec volens omnia statim effundere, sed jacto in bonam terram semine, sinit eam fructus per otium proferre. Id quod alibi B sic declarabat: *Simile est regnum cælorum homini, qui seminavit bonum semen: cum autem dormiret, venit inimicus ejus, & superseminavit zizania in medio tritici.* 1. *Die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ.* 2. *Et vocatus est Jesus ad nuptias. Erat autem mater Jesu ibi, & fratres ejus.* Jam dixi eum in Galilæa notiorem fuisse; quare vocant eum ad nuptias, ipseque adest. Non enim ad dignitatem suam respiciebat, sed erat ad beneficium nobis inferendum paratus. Nam qui non dedignatus est formam servi accipere, multo minus dedignabitur ad C nuptias servorum venire. Qui cum publicanis & peccatoribus versabatur, multo minus recusabit cum invitatis ad nuptias recumbere. Qui vocaverant, non congruentem de illo opinionem habebant, neque ut magnum quempiam virum invitabant; sed ut popularem & sibi notum; & hoc subindicavit Evangelista dicens: *Erat autem mater Jesu ibi, & fratres ejus*; quemadmodum illam & fratres ejus, ita & Jesum vocaverant. 3. *Et deficiente vino, dicit mater ejus ad eum: Vinum non habent.* Hic jure quæ- D ratur: Unde matri in mentem subiit quid magnum de filio opinari: nullum enim adhuc signum fecerat: nam *hoc fecit*, inquit, *initium signorum Jesus in Cana Galilææ*.

Cap. II.

2. Quod si quis dixerit, non idoneum hoc esse argumentum, quod illud sit initium signorum, eo quod additum sit, *in Cana Galilææ*; quasi hoc primum ibi factum sit; nec tamen absolute primum: verisimile quippe est illum alibi alia fecisse. Respondebimus ei id quod jam primo diximus. Quodnam illud est? Id quod ait Joannes: *Ego autem nesciebam* E *eum, sed ut manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans.* Nam si in primæva ætate miracula edidisset, non opus habuissent Israëlitæ altero, qui ipsum indicaret. Qui enim cum vir factus esset, ita ex miraculis celebratus est, non in Judæa tantum, sed etiam in Syria & ultra; idque trium tantum annorum spatio: imo ne tribus quidem annis ad famam opus habuit; sed quam primum fama ejus ubique pervagata est. Qui ergo

Christus trium annorum spatio miraculis celebratus est.

ᵇ Morel. solus, παῖτοι, male.

tam brevi spatio temporis ob miraculorum multitudinem ita claruit, ut nomen ejus omnibus notum esset; multo magis si adhuc puer miracula edidisset, non potuisset tanto tempore latere: majori quippe admirationi fuissent miracula a puero facta, cum maxime tempus & duplex & triplex, imo amplius fuerit. Verum nihil aliud puer fecit, nisi id tantum quod Lucas enarrat, duodennem ipsum sedisse in medio doctorum audientem, & interrogatione sua admirandum visum fuisse. Alioquin autem jure ac merito non cœpit in puerili ætate miracula edere. Putassent enim rem illam vere phantasma esse: nam si de illo jam viro id multi suspicati sunt; multo magis id credidissent, si admodum juvenis signa fecisset. Et invidia permoti ipsum citius & ante constitutum tempus in crucem egissent: atque ita res ad œconomiam spectantes creditæ non fuissent. Quomodo igitur matri in mentem subiit, inquies, magnum quid de illo existimare? Manifestari jam cœperat, & ex Joannis testimonio, & ex iis quæ discipulis ipse dixerat: ante hæc autem omnia, ipsa conceptio, & quæ in natali ejus gesta sunt, magnam matri circa filium

Luc. 2. 51. existimationem indebant. *Audivit* enim, inquit, *de puero & conservabat in corde suo.* Sed cur, inquies, non id antea dixit? Quia, ut dixi, tunc cœpit in publicum prodire. Antehac enim tamquam unus e vulgo versabatur: quapropter non audebat mater tale quidpiam ipsi dicere. Ubi autem audivit Joannem propter ipsum venisse, ac de illo tale testimonium perhibuisse, discipulos ipsum habere, tunc demum cum fiducia rogat illum, & deficiente vino dicit, *Vinum non habent.* Volebat enim & illos beneficio devincire, seque splendidiorem per filium reddere; & forte humanum quidpiam passa est, ut & fratres ejus qui dicebant: *Ostende teipsum mundo*, quod vellent ex miraculis sibi gloriam comparare. Ideo sic illi asperius respondit:
4. *Quid mihi & tibi est, mulier? Nondum venit hora mea.* Nam quod admodum matrem veneraretur, audi Lucam narrantem quam subditus esset parentibus; necnon hunc Evangelistam dicentem quantam illius curam in cruce habuerit.

Parentibus quandonam obsequendum. Ubi enim parentes rem divinam non impediunt neque prohibent, cedendum ipsis est; & si secus fiat, periculum magnum est: cum autem a nobis intempestive quidpiam postulant, nobisque officiunt in spiritualibus, non tutum est ipsis obsequi. Ideoque hîc ita respon-

Marc. 3. 33. det, & alibi rursum: *Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei?* Nondum enim eam quam par erat de ipso opinionem

A ἐν βραχεῖ καιρῷ οὕτω διὰ τοῦ πλήθους τῶν θαυμάτων ἐκλάμψας, ὥστε αὐτοῦ τὸ ὄνομα κατάδηλον γενέσθαι πᾶσι, πολλῷ μᾶλλον εἰ παῖς ὢν ἐκ πρώτης ἡλικίας ἐθαυματούργει, ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον οὐκ ἔμελλε λήσεσθαι. τότε γὰρ γινόμενα παραδοξότερα ἂν ἔδοξεν εἶναι, ἅτε παρὰ μειρακίου γινόμενα· ὅτε χρόνος, διπλασίων καὶ τριπλασίων καὶ πολλῷ πλείων ἦν ἄν. ἀλλὰ γὰρ οὐδὲν ἐποίησε παῖς ὤν· ἀλλ' ἓν τοῦτο μόνον ἐμαρτύρησεν ὁ Λουκᾶς, ὅτι ἐκαθέζετο δωδεκαέτης ὢν τῶν διδασκάλων ἀκροώμενος, καὶ διὰ τῆς ἐρωτήσεως ἐδόκει θαυμαστὸς εἶναι. καὶ ἄλλως δὲ, εἰκότως καὶ κατὰ λό-

B γον οὐκ ἤρξατο τῶν σημείων ἐκ πρώτης ἡλικίας εὐθέως. ἐνόμισαν [a] γὰρ ἂν φαντασίαν εἶναι τὸ πρᾶγμα. εἰ γὰρ ἐν ἡλικίᾳ γενομένου πολλοὶ τοῦτο ὑπώπτευσαν· πολλῷ μᾶλλον ἐὰν μειράκιον ὢν κομιδῇ ἐθαυματούργει. καὶ θᾶττον δὲ καὶ πρὸ τοῦ προσήκοντος καιροῦ ἐπὶ τὸν σταυρὸν ὥρμησαν ἄν, τῇ βασκανίᾳ τηκόμενοι· καὶ αὐτὰ τὰ τῆς οἰκονομίας δι' ἂν ἠπιστήθη πράγματα. πόθεν οὖν ἐπῆλθε τῇ μητρὶ μέγα τι φαντασθῆναι περὶ αὐτοῦ, φησίν; ἀποκαλύπτεσθαι λοιπὸν ἤρχετο, καὶ ἐξ Ἰωάννου κατάδηλος ἦν, καὶ ἀπὸ τῶν πρὸς τοὺς μαθητὰς εἰρημένων αὐτῷ· καὶ πρὸ τούτων δὲ ἁπάντων, αὐτὴ ἡ σύλληψις [b] καὶ τὰ μετὰ τὴν γέννησιν γενόμενα πάντα, μεγίστην αὐ-

C τῇ περὶ τοῦ παιδὸς ἐνέθηκε τὴν ὑπόνοιαν. ἤκουσε γάρ, φησι, τὰ περὶ τοῦ παιδὸς, καὶ συνετήρει ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. τίνος οὖν ἕνεκεν, φησιν, οὐ πρὸ τούτου ταῦτα ἔλεγεν; ὅτι ὅπερ ἔφην, τότε λοιπὸν ἀρχὴν τοῦ φανεροῦσθαι ἐλάμβανε. πρὸ μὲν γὰρ τούτου ὡς τῶν πολλῶν εἷς ὢν οὕτω διῆγεν· ὅθεν οὐδὲ ἐθάῤῥει τοιοῦτόν τι πρὸς αὐτὸν ἡ μήτηρ εἰπεῖν· ἐπειδὴ δὲ ἤκουσεν, ὅτι Ἰωάννης δι' αὐτὸν ἦλθε, καὶ ὅτι αὐτῷ ἐμαρτύρησεν ἅπερ ἐμαρτύρησε, καὶ ὅτι μαθητὰς ἔσχε, τότε λοιπὸν θαῤῥοῦσα παρακαλεῖ· καὶ ὑστερήσαντος οἴνου, λέγει· οἶνον οὐκ ἔχουσιν. ἐβούλετο γὰρ καὶ ἐκείνοις καταθέσθαι χάριν καὶ ἑαυτὴν λαμ-

D προτέραν ποιῆσαι διὰ τοῦ παιδός· καὶ τάχα τι καὶ ἀνθρώπινον ἔπασχε, καθάπερ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, λέγοντες· δεῖξον σεαυτὸν τῷ κόσμῳ, βουλόμενοι τὴν ἀπὸ τῶν θαυμάτων δόξαν καρποῦσθαι. διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς σφοδρότερον ἀπεκρίνατο, λέγων· τί ἐμοὶ καὶ σοὶ, γύναι. οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου. ἐπεὶ ὅτι σφόδρα ᾐδεῖτο τὴν τεκοῦσαν, ἄκουσον τοῦ Λουκᾶ διηγουμένου, πῶς ὑποτεταγμένος τοῖς γονεῦσιν ἦν. καὶ αὐτοῦ δὲ τούτου τοῦ εὐαγγελιστοῦ δεικνύντος, πῶς αὐτῆς προενόησε καὶ παρ' αὐτὸν τοῦ σταυροῦ τὸν καιρόν. ἔνθα μὲν γὰρ ἂν μηδὲν ἐμποδίζωσι, μηδὲ παρεγκόπτωσί τι τῶν κατὰ θεὸν πραγμάτων οἱ γο-

E νεῖς, ἀναγκαῖον εἴκειν καὶ ὀφειλόμενον· καὶ τὸ μὴ τοῦτο ποιεῖν, κίνδυνος μέγας. ὅταν δὲ ἀκαίρως τι ζητῶσι καὶ [c] ἐγκόπτωσί τι τῶν πνευματικῶν, οὐκ ἀσφαλὲς πείθεσθαι. διὸ καὶ ἐνταῦθα οὕτως ἀπεκρίνατο· καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου, καὶ τίνες εἰσὶν οἱ ἀδελφοί μου; οὐδέπω γὰρ ἦν ἐχρῆν περὶ αὐτοῦ δόξαν εἶ-

a Morel. γὰρ φαντασίαν.
b Savil. καὶ τὰ περὶ τὴν γέννησιν, & sic mss. plurimi. Morel. καὶ τὰ μετὰ τὴν γέν. Mox post τὴν ὑπόνοιαν, Savil. & mss. ἤκουσε γάρ φησι, πάντα τὰ περὶ τοῦ παιδὸς, καὶ συνετήρει ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. τίνος οὖν ἕνεκεν φησιν. Morel. vero, τότε καὶ ὁ Λουκᾶς ἡμῖν δείκνυσι λέγων· ἡ δὲ Μαριὰμ συνετήρει, &c.
c Alii & Savil. ἐγκόπτωσί τι. Morel. ἐγκόπτωσιν ἡμᾶς.

χον· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ὤδινεν αὐτὸν, ἠξίου κατὰ τὴν λοιπὴν τῶν μητέρων συνήθειαν οὕτως ἅπαντα ἐπιτάττειν αὐτῷ, δέον ὡς δεσπότην σέβειν καὶ προσκυνεῖν. διὰ τοῦτο οὖν τότε οὕτως ἀπεκρίνατο. ἐννόησον γὰρ οἷον ἦν παντὸς τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ δήμου περιεστῶτος αὐτὸν, καὶ τοῦ πλήθους τῆς ἀκροάσεως ἐκκρεμαμένου, καὶ τῆς [a] διδασκαλίας προτεθείσης, ἐκείνην παρελθοῦσαν μέσην, ἀπαγαγεῖν μὲν αὐτὸν τῆς παραινέσεως, ἰδίᾳ δὲ διαλέγεσθαι, μηδὲ ἔνδον ἀνέχεσθαι ἐλθεῖν, ἀλλ᾽ ἕλκειν αὐτὸν ἔξω μόνον πρὸς ἑαυτήν. διὰ τοῦτο ἔλεγε, Τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου καὶ οἱ ἀδελφοί μου; οὐχ ὑβρίζων τὴν γεγεννηκυῖαν· ἄπαγε· ἀλλ᾽ ὠφελῶν τὰ μέγιστα, καὶ οὐκ ἀφιεὶς ταπεινὰ περὶ αὐτοῦ φρονεῖν. εἰ γὰρ τῶν ἄλλων ἐκήδετο, καὶ πάντα ἔπραττεν ὥστε ἐνθεῖναι αὐτοῖς τὴν προσήκουσαν περὶ αὐτοῦ δόξαν· πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ μητρός; ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν καὶ ἀκούσασαν παρὰ τοῦ παιδὸς [b] μὴ βούλεσθαι μηδὲ οὕτω πεισθῆναι, ἀλλ᾽ ἀξιοῦν ἑαυτὴν πανταχοῦ τῶν πρωτείων, ἅτε μητέρα οὖσαν, διὰ τοῦτο οὕτως ἀπεκρίνατο πρὸς τοὺς εἰπόντας. οὐδὲ γὰρ ἂν ἑτέρως αὐτὴν ἀνήγαγεν ἀπὸ τῆς ταπεινώσεως ταύτης πρὸς τὸ ὕψος ἐκεῖνο, εἰ προσεδόκα ὡς παρὰ παιδὸς ἀεὶ τιμηθήσεσθαι, ἀλλὰ μὴ ὡς δεσπότην ἕξειν αὐτόν. καὶ ἐνταῦθα μὲν οὖν ταύτης ἕνεκεν τῆς προφάσεως ἔλεγε· Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ ὦ γύναι; καὶ δι᾽ ἑτέραν δὲ ἀναγκαίαν αἰτίαν οὐχ ἧττον. ποίαν δὴ ταύτην; ὥστε μὴ ὑποπτευθῆναι τὰ γινόμενα θαύματα. παρὰ γὰρ τῶν δεομένων παρακληθῆναι ἐχρῆν, οὐ παρὰ τῆς μητρός. τί δήποτε; ὅτι τὰ μὲν ἐκ τῆς τῶν οἰκείων παρακλήσεως γινόμενα, κἂν μεγάλα ᾖ, προσίσταται τοῖς ὁρῶσι πολλάκις· ὅταν δὲ οἱ χρείαν ἔχοντες οὗτοι δέωνται, ἀνύποπτον τὸ θαῦμα γίνεται, καὶ καθαρὸς ὁ ἔπαινος, καὶ πολλὴ ἡ ὠφέλεια.

Καὶ γὰρ ἰατρὸς εἴ τις ἄριστος εἰς οἰκίαν καμνόντων πολλῶν εἰσελθὼν, παρὰ μὲν τῶν ἀρρωστούντων μηδὲν ἀκούοι μηδὲ τῶν προσηκόντων ἐκείνοις, ὑπὸ δὲ τῆς οἰκείας μητρὸς παρακαλοῖτο μόνοις, ὕποπτός τε παρὰ τοῖς [c] κάμνουσιν ἔσται καὶ ἐπαχθὴς, οὔτε τῶν κειμένων, οὔτε τῶν παρεστώτων αὐτοῖς οἰήσεταί τις αὐτὸν μέγα τι καὶ γενναῖον ἐπιδείξασθαι δύνασθαι. διὸ καὶ τότε ἐπετίμησε, λέγων· Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ, γύναι; παιδεύων αὐτὴν εἰς τὸ μέλλον μηκέτι τὰ τοιαῦτα ποιεῖν. ἔμελε γὰρ αὐτῷ καὶ τῆς εἰς τὴν μητέρα τιμῆς· πολλῷ δὲ πλέον τῆς σωτηρίας τῆς κατὰ ψυχὴν, καὶ τῆς τῶν πολλῶν εὐεργεσίας, δι᾽ ἣν καὶ τὴν σάρκα ὑπέδυ. οὐ τοίνυν ἀπαυθαδιαζομένου πρὸς τὴν μητέρα ταῦτα τὰ ῥήματα ἦν, ἀλλ᾽ οἰκονομίας πολλῆς ῥυθμιζούσης αὐτήν τε ἐκείνην, καὶ τὰ θαύματα μετὰ τῆς προσηκούσης γενέσθαι παρασκευαζούσης ἀξίας. ἐπεὶ ὅτι σφόδρα αὐτὴν ἐτίμα, καὶ χωρὶς τῶν ἄλλων αὐτὸ τοῦτο τὸ δοκοῦν ἐπιτιμητικῶς εἰρῆσθαι, μάλιστα ἱκανὸν ἐμφῆναι. τῷ γὰρ δυσχερᾶναι ἔδειξεν ὅτι σφόδρα αὐτὴν δυσωπεῖται. πῶς δὲ καὶ τίνι τρόπῳ, τῇ ἑξῆς τοῦτο ἐροῦ-

A habebant; sed quia ipsum pepererat, matrum more putabat se illi posse omnia præcipere, quæ illum ut dominum colere & adorare debuisset: ideo tunc ita respondit. Cogites velim, quid illud erat, circumstante populo, totaque turba ipsum intentis animis audiente, doctrinamque percipiente, illam in medium accedentem a concione ipsum abducere, ut seorsim alloqueretur: non domum ingredi, sed foras ipsum solum educere. Idcirco dicebat ille, *Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei?* non matrem contumelia afficiens, absit; sed ipsi optime consulens, nec sinens eam vile quidpiam & abjectum de se existimare. B Nam si aliorum curam gerebat, nihilque non agebat ut congruentem de se opinionem illis ingereret, multo magis erga matrem id agebat? Quia enim verisimile est, cum talia audisset a filio, noluisse tamen obtemperare, sed primas sibi semper vindicasse partes, utpote matrem, ideo sic ille respondit. Neque enim illam ab humili opinione ad sublimiorem sententiam erexisset, si semper exspectasset illa, se ab ipso tamquam a filio honorandam, neque ipsum ut Dominum habituram esse. C Hac ergo de causa sic tunc loquebatur: *Quid mihi & tibi est mulier?* Alia quoque causa non minus necessaria afferri potest, quænam illa? Ne gesta miracula in suspicionem venirent: ab indigentibus enim, non a matre rogandus erat. Quare? Quia illa quæ cognatorum precibus impetrantur, licet magna, non ita grata sunt præsentibus, ut plurimum. Cum autem indigentes ipsi supplicant, tunc miraculum suspicione vacat, puræ laudes sunt, magna utilitas.

D 3. Etenim si quis optimus medicus in ægrorum complurium domos ingressus, ab ægrotis vel adstantibus nihil audiat, sed a matre tantum rogetur, hinc suspectus & molestus ægris erit, ac neque ægri, neque adstantes magnum quidpiam ab illo exspectabunt. Ideo tunc increpavit dicens, *Quid mihi & tibi est mulier?* monens illam ne simile quidpiam in posterum ageret. Curæ namque illi erat maternus honor, multoque magis illius salus, & multis præstanda beneficia, pro quibus carnem induerat. E Hæc itaque verba non erant arroganter matrem alloquentis; sed dispensationis qua & illam institueret, & miracula cum dignitate fieri provideret. Nam quod magno illam in honore haberet, vel hoc ipsum, ut cætera taceam, quod illam increpare videatur, probare potest, indignatioque ipsa magnam præ se fert reverentiam. Quonam autem pacto, in se-

a Alii, διδασκαλίας προσελθούσης.
b Savil. & alii, μὴ βούλεσθαι εὐκόλως. Morel. μὴ βούλεσθαι μηδὲ οὕτω.
c Savil. κάμνουσιν ἔσται καὶ ἐπαχθής. Morel. κάμνουσιν ἔσται καὶ φορτικὸς, καὶ ἐπαχθής.

quenti concione dicemus. Hæc itaque cogitans, cum audieris mulierem quamdam dicentem, *Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ suxisti*, illumque respondentem, *Quinimmo beati qui faciunt voluntatem Patris mei*; eadem sententia hæc dicta esse existimato. Non enim matrem repellentis responsio est, sed declarantis, nihil ipsi profuturum fuisse partum, nisi admodum proba fidelisque fuisset. Si porro Mariæ nihil proderat quod Christum genuisset, nisi virtute interiori prædita fuisset, multo minus nobis proderit probitatis expertibus, si patrem, si fratrem, si filium probum & virtute præditum habeamus; si nos ejus virtute procul fuerimus; ait quippe David, *Frater non redimit, redimet homo?* In nullo quippe alio, nisi in bonis operibus, post Dei gratiam, spes salutis habenda. Nam si partus ad id profuturus Virgini erat; profuturum quoque Judæis erat, quod Christi secundum carnem cognati essent, profuturum item civitati in qua natus erat, profuturum etiam fratribus. Atqui dum fratres illius sui curam non gererent, nihil a cognationis dignitate juvabantur; sed cum reliquo mundo damnati erant. Tunc vero admirationi habiti sunt, cum per propriam virtutem effulserunt. Urbs autem & excisa & combusta est, nihil hinc mutuata subsidii; cognati vero illi secundum carnem, cæsi misere perierunt, nihil ex cognatione ad salutem lucrati, quia virtutis patrocinio destituti erant. Omnium autem præstantissimi claruerunt Apostoli; quia verum & expetendum cognationis ejus modum subierunt, per obedientiam. Hinc ediscimus, fide nobis opus esse, & vita proba virtuteque fulgente: id enim tantum nobis salutem parare poterit. Certe cognati ejus multo tempore admirationi fuerunt ubique, & Desposyni appellati; attamen ne nomina quidem illorum scimus. Apostolorum autem & nomina & vita ubique celebrantur. Ne itaque de generis nobilitate altum sapiamus; sed etiamsi avos & abavos innumeros claros & illustres proferre possimus, illorum nos virtutem superare conemur; gnari nobis in futuro judicio ex aliorum virtute nihil lucri fore, imo id nobis gravius judicium pariturum esse. Nam probis orti patribus, domique exemplum habentes, ne sic quidem doctores imitamur. Hæc nunc dico, quia gentiles multos video, cum illos ad fidem & Christianismum amplectendum cohortamur, ad cognatos & avos suos confugere ac dicere, omnes cognati, familiares & contubernales mei, fideles Christiani sunt. Quid hoc ad te, miser & infelix, hoc in perniciem tuam

Luc. 11. 27.

Improbo non prosunt cognati probi.

Ps. 48. 7.

Cognati Christi Desposyni appellati.

A μὲν. Ταῦτα οὖν ἐννοῶν, καὶ ὅταν ἀκούσῃς γυναικός τινος [a] λεγούσης· μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας. εἶτα αὐτοῦ ἀποκρινομένου· μενοῦν γε μακάριοι οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου· ἀπὸ τῆς αὐτῆς γνώμης κἀκεῖνα εἰρῆσθαι νόμιζε τὰ ῥήματα. οὐ γὰρ ἀπωθουμένου τὴν μητέρα ἡ ἀπόκρισις ἦν· ἀλλὰ δεικνύντος ὅτι οὐδὲν αὐτὴν ὁ τόκος ὤνησεν ἂν, εἰ μὴ σφόδρα ἦν ἀγαθὴ καὶ πιστή. εἰ δὲ τὴν Μαρίαν οὐδὲν ὠφελεῖ, χωρὶς τῆς κατὰ ψυχὴν ἀρετῆς, τὸ γεννηθῆναι παρ' αὐτῆς τὸν Χριστόν· πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς κἂν B πατέρα, κἂν ἀδελφὸν, κἂν παῖδα ἔχωμεν ἐνάρετον καὶ γενναῖον, αὐτοὶ δὲ πόῤῥω ὦμεν τῆς ἀρετῆς τῆς ἐκείνου, οὐδὲν τοῦτο ὠφελῆσαι δυνήσεται. ἀδελφὸς γάρ, φησιν ὁ Δαυίδ, οὐ λυτροῦται, λυτρώσεται ἄνθρωπος; ἐν οὐδενὶ γὰρ ἑτέρῳ, ἀλλ' ἐν μόνοις τοῖς οἰκείοις κατορθώμασι μετὰ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας ἔχειν δεῖ. ἐπεὶ εἰ τοῦτο ἔμελλεν ὠφελήσειν [b] καθ' ἑαυτὸ τὴν παρθένον, ὠφέλησεν ἂν καὶ Ἰουδαίους· συγγενὴς γὰρ ἦν αὐτῶν κατὰ σάρκα ὁ Χριστός· ὠφέλησεν ἂν καὶ τὴν πόλιν ἐν ᾗ ἐτέχθη· ὠφέλησεν ἂν καὶ τοὺς ἀδελφούς. νῦν δὲ καὶ οἱ ἀδελφοὶ, ἕως μὲν ἑαυτῶν ἠ- C μέλουν, οὐδὲν αὐτοὺς τὸ τῆς συγγενείας ἀξίωμα ὠφέλει, ἀλλὰ μετὰ τοῦ λοιποῦ κατεγινώσκοντο κόσμου. τότε δὲ ἐθαυμάσθησαν, ὅτε ἀπὸ τῆς οἰκείας ἔλαμψαν ἀρετῆς. ἀλλ' ἡ πόλις καὶ ἔπεσε καὶ ἐνεπρήσθη· μηδὲν ἀπὸ τούτου κερδάνασα. κατεσφάγησαν δὲ καὶ ἀπώλοντο σφόδρα ἐλεεινῶς καὶ οἱ κατὰ σάρκα συγγενεῖς, οὐδὲν ἀπὸ τῆς πρὸς αὐτὸν συγγενείας εἰς τὸ σωθῆναι κερδάναντες, ἐπειδὴ τὴν ἀπὸ τῆς ἀρετῆς προστασίαν οὐκ εἶχον. πάντων δὲ μείζους ἀνεφάνησαν οἱ ἀπόστολοι· ἐπειδὴ τὸν ἀληθινὸν καὶ ζηλωτὸν τρόπον τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειώσεως μετῆλθον τὸν διὰ τῆς ὑπακοῆς. D κἀντεῦθεν οὖν μανθάνομεν, ὅτι πίστεως ἡμῖν πανταχοῦ χρεία, καὶ βίου λάμποντος καὶ φαιδροῦ. τοῦτο γὰρ ἡμᾶς μόνον διασῶσαι δυνήσεται· ἐπειδὴ καὶ μέχρι πολλοῦ οἱ συγγενεῖς αὐτοῦ ἐθαυμάζοντο πανταχοῦ, * οἳ καὶ δεσπόσυνοι ἐλέγοντο· ἀλλ' ὅμως αὐτῶν μὲν οὐδὲ τὰ ὀνόματα ἴσμεν· τῶν δὲ ἀποστόλων καὶ ὁ βίος καὶ τὰ ὀνόματα ᾄδεται πανταχοῦ. μὴ τοίνυν μέγα φρονῶμεν [c] ἐπὶ εὐγενείᾳ τῇ κατὰ σάρκα, ἀλλὰ κἂν μυρίους ἔχωμεν προγόνους θαυμαστοὺς, αὐτοὶ σπουδάσωμεν ὑπερβαλέσθαι τὰς ἐκείνων ἀρετὰς, εἰδότες ὅτι οὐδὲν ἀπὸ τῆς ἑτέρων σπουδῆς εἰς τὴν μέλλουσαν κερδανοῦμεν κρίσιν, ἀλλὰ καὶ E τοῦτο κρίμα ἔσται σφοδρότερον. ἀγαθῶν γὰρ ὄντες πατέρων, καὶ οἴκοθεν ἔχοντες τὸ ὑπόδειγμα, οὐδὲ οὕτω μιμούμεθα τοὺς διδασκάλους. ταῦτα δὲ λέγω νῦν, ἐπειδὴ ὁρῶ Ἕλληνας πολλοὺς, ὅταν ἐπὶ τὴν πίστιν αὐτοὺς ἄγωμεν καὶ παρακαλῶμεν γενέσθαι Χριστιανοὺς, ἐπὶ τοὺς συγγενεῖς καὶ τοὺς προγόνους καταφεύγοντας καὶ τὴν οἰκίαν, καὶ λέγοντας, πάντες οἱ προσήκοντές μοι καὶ ἐπιτήδειοι καὶ συνοικοῦντες, πιστοὶ Χριστιανοὶ τυγχάνουσι. τί οὖν τοῦτο πρὸς σὲ, ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε; τοῦτο γάρ σε μάλιστα ἀπολεῖ, ὅτι οὐδὲ τὸ πλῆθος τῶν

[a] λεγούσης. Alii, λαλούσης.
[b] Quidam mss. cum Morel. καθ' ἑαυτὸ τὴν παρθένον ὠφέλησεν. In Savil. & aliis, τὴν παρθένον deest.
* οἳ καὶ δεσπόσυνοι ἐλέγοντο. Cognatos Christi δεσποσύνους, sive Dominicos appellatos fuisse refert Eusebius ex Africano Hist. Eccl. p. 26. Editionis Valesii.
[c] Savil. ἐπὶ εὐγενείᾳ. Morel. ἐπὶ τῇ συγγενείᾳ.

συνοικούντων αἰδεσθεὶς πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἔδραμες. πάλιν ἄλλοι τινὲς πιστοὶ μὲν ὄντες, βίου δὲ ἠμελημένως τυγχάνοντες, παρακαλούμενοι πρὸς ἀρετὴν, τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο προβάλλονται λέγοντες· ὁ πατὴρ ὁ ἐμὸς, καὶ ὁ πάππος καὶ ὁ ἐπίπαππος σφόδρα εὐσεβεῖς καὶ σπουδαῖοι ἐτύγχανον [a] ὄντες. ἀλλὰ τοῦτο δή σε κατακρινεῖ μάλιστα, ὅτι τοιούτων ὢν ἔγγονος, ἀνάξια τῆς οἰκείας ἔπραξας ῥίζης. ἄκουσον γὰρ ὁ προφήτης τί φησι πρὸς τοὺς Ἰουδαίους· ἐδούλευσεν Ἰσραὴλ ἐν γυναικὶ, καὶ ἐν γυναικὶ ἐφυλάξατο. καὶ πάλιν ὁ Χριστός· Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ ἴδε καὶ ἐχάρη. καὶ πανταχοῦ τὰ τῶν προγόνων κατορθώματα οὐ μόνον ἀντ' ἐγκωμίων, ἀλλὰ καὶ ἀντὶ μείζονος αὐτοῖς [b] προσφέρουσι τῆς κατηγορίας. ταῦτ' οὖν εἰδότες, καὶ ἡμεῖς ἅπαντα πράττωμεν, ὥστε διὰ τῶν οἰκείων ἔργων σωθῆναι δυνηθῆναι, ἵνα μὴ μάτην ἑαυτοὺς ταῖς εἰς ἑτέρους ἀπατήσαντες ἐλπίσι, τότε μάθωμεν ὅτι μάτην ἠπατήθημεν, ὅτε τῆς γνώσεως ἡμῖν ταύτης ὄφελος οὐδέν. ἐν γὰρ τῷ ᾅδῃ φησὶ τίς ἐξομολογήσεταί σοι; οὐκοῦν ἐνταῦθα μετανοήσωμεν, ὥστε τῶν αἰωνίων τυχεῖν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A vertitur, quod nec contubernales reverearis, ut ad virtutem curras. Rursus alii quidam, fideles utique, sed ignavi, ad virtutem incitati, idipsum obtendunt. Pater meus, avus, proavus, pii ac virtute præditi fuerunt. Sed hoc ipsum te maxime damnabit, quod a talibus ortus, genere tuo indigna perpetres. Audi quid Propheta Judæis dicat: *Servivit Israel in muliere, & in muliere servatus est*: Osee.12.12. & Christus, *Abraham pater vester exsultavit ut videret diem meum; & vidit & gavisus est.* Joan.8.56. Et ubique virtutem B avorum non ad laudem, sed ad majorem accusationem proferunt. Hæc cum sciamus & nos, nihil non agamus, ut per propria opera salutem consequi possimus, ne frustra in aliorum gestis spem habentes, tunc discamus nos deceptos fuisse, cum nobis hæc notitia nihil proderit. Nam *in inferno*, inquit, *quis confitebitur tibi?* Ps.6.6. Hic ergo pœnitentiam agamus, ut æterna consequamur bona, quæ nos omnes nancisci contingat gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem & cum quo Patri gloria & imperium, simulque Spiritui sancto, in sæcula sæculorum, amen. C

ΟΜΙΛΙΑ κβ'.

Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ, γύναι; οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου.

Ἔχει μέν τινα πόνον τὸ λέγειν, καὶ τοῦτο ὁ Παῦλος δηλῶν ἔλεγεν· οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι, διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν, μάλιστα οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ. ἀλλὰ τὸν μὲν πόνον τοῦτον ὑμεῖς κύριοι καὶ κοῦφον ποιῆσαι καὶ βαρύν. D ἂν μὲν γὰρ ἀποπτύητε τὰ λεγόμενα, ἢ μὴ ἀποπτύητε μὲν, ἐν δὲ τοῖς ἔργοις μὴ δεικνύητε, βαρὺς ὁ κόπος ἡμῖν [c] ἔσται διὰ τὸ πονεῖν εἰκῇ καὶ μάτην· ἂν δὲ προσέχητε καὶ τὴν διὰ τῶν ἔργων ἐπίδειξιν παρέχητε, οὐδὲ αἴσθησιν ληψόμεθα τῶν ἱδρώτων. ὁ γὰρ ἀπὸ τῶν πόνων τικτόμενος καρπὸς, οὐκ ἀφήσει φαίνεσθαι τοῦ πόνου τὸ σφοδρόν. ὥστε εἰ [d] βούλεσθε ἡμῖν τὴν προθυμίαν διεγεῖραι καὶ μὴ σβέσαι, μηδὲ ἀσθενεστέραν ποιῆσαι, δείξατε ἡμῖν παρακαλῶ τὸν καρπόν· ἵνα κομῶντα ὁρῶντες τὰ λήια, καὶ ἡμεῖς ταῖς τῆς εὐθηνίας ἐλπίσι τρεφόμενοι, καὶ τὸν πλοῦτον [e] ἡμῶν ἀναλογιζόμενοι, μὴ ναρκῶμεν ἐμπορευόμενοι E τὴν καλὴν ταύτην πραγματείαν. οὐδὲ γὰρ μικρὸν ἡμῖν καὶ τήμερον πρόκειται ζήτημα. τῆς γὰρ μητρὸς τοῦ Ἰησοῦ εἰπούσης ὅτι οἶνον οὐκ ἔχουσιν, ὁ Χριστὸς εἰπὼν, τί ἐμοὶ καὶ σοὶ, γύναι; οὔπω ἥκει [f] ἡ ὥρα μου· καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἔπραξεν ὅπερ εἶπεν ἡ μήτηρ. τοῦτο δὲ τοῦ προτέρου οὐκ ἔλαττόν ἐστιν εἰς ζητήσεως λόγον. αὐτὸν οὖν τοῦτον παρακαλέσαντες τὸν τὸ θαῦμα ἐρ-

HOMILIA XXII.

Quid mihi & tibi mulier? Nondum venit hora mea.

1. Est quidam in concionando labor, quod Paulus his verbis testatur: *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina.* 1.Tim.5.17. At penes vos est hunc laborem vel levem vel gravem reddere. Nam si dicta respuatis, vel non respuentes, operibus non exhibueritis, gravis nobis labor erit quod frustra laboremus; sin attendatis, & audita exsequamini, sudoris hujus ne sensum quidem percipiemus: fructus enim labore partus non sinet laborem gravem videri. Itaque si vultis studium nostrum excitare, non exstinguere vel minuere, fructum, quæso, exhibete nobis, ut lætas segetes videntes, spe rei bene gerendæ fulti, & divitias nostras computantes, ne torpeamus in hac tam fausta negotiatione. Neque enim parva nobis hodie proponitur quæstio. Matre namque Jesu dicente, *Vinum non habent*; cum respondisset Christus, *Quid mihi & tibi est, mulier? Nondum venit hora mea*; cum id, inquam, respondisset, quod volebat mater effecit. Hæc non minor priore quæstio est. Illo igitur invocato qui hoc

[a] Quidam mss. ὄντες. τοῦτο γάρ σε κατακρίνει.
[b] Alii, προφέρουσι.
[c] Savil. ἔσται διὰ τὸ πονεῖν. Morel. ἔσται τῷ πονεῖν.

[d] Morel. βούλεσθε τὴν σπουδὴν ἡμῶν προθυμίαν μὴ σβέσαι.
[e] Savil. ὑμῶν, minus recte.
[f] Savil. ἡ ὥρα μου· καὶ τοῦτο εἰπὼν ἔπραξεν. Morel. variat.

miraculum operatus est, sic ad solutionem properemus. Non hic solum autem hoc dictum occurrit, ipse namque Evangelista in sequentibus dicit, *Non potuerunt eum apprehendere, quia nondum venerat hora ejus:* & iterum, *Nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora ejus:* ac rursum, *Venit hora: Glorifica Filium tuum.* Hæc omnia per totum Evangelium dicta hic collegi, ut unam omnibus solutionem afferam. Quænam est illa solutio? Non temporum necessitati subjectus erat Christus, neque horas observans dicebat, *Nondum venit hora mea.* An id observaret temporum opifex, annorum & sæculorum creator? Verum per hæc dicta hoc vult significare; se omnia congruenti tempore operari, nec simul facere, ne hinc rerum ordo turbaretur; si non opportuno tempore singula ederet, sed omnia simul misceret, generationem, resurrectionem, judicium. Hic animum adhibe, oportuit creaturam facere, sed non omnem simul; hominem & mulierem; sed non una ambos. Oportuit morte damnari humanum genus, & resurrectionem fieri; sed multum inter utrumque intervallum erat. Oportuit dari legem, sed non simul gratiam: verum singula suis temporibus dispensanda. Non suberat ergo Christus temporum necessitati, ut qui temporibus suum ordinem assignavisset, eorum nempe creator. Sed Joannes hic Christum dicentem inducit, *Nondum venit hora mea*, ostendens ipsum nondum notum fuisse multis, neque totum discipulorum chorum habuisse. Sed Andreas eum sequebatur cum Philippo, nullusque alius. Imo vero neque hi omnes ipsum uti par erat cognoscebant, neque mater ipsa, neque fratres. Nam post multa edita miracula de fratribus dicit Evangelista, *Neque fratres ejus credebant in eum.* Sed neque illi qui nuptiis aderant, ipsum noverant. Alioquin enim accessissent, & in necessitate rogassent illum. Ideo ait, *Nondum venit hora mea.* Nondum notus sum præsentibus, sed neque sciunt illi vinum deficere. Sine, donec id sentiant. Neque enim hæc me a te audire oportuit. Mater quippe es, & miraculum reddis suspectum. Oportebat illos indigentes accedere & precari; non quod ea re opus habeam; sed ut ipsi cum magno consensu miraculum gestum acciperent. Nam qui se in necessitate constitutum novit, cum petita consequitur, magnam habet gratiam; qui vero necessitatem nondum advertit, neque beneficii clare sensum recipiet. Et cur, inquies, postquam dixerat,

Joan. c. 7. c. 8.

A γασάμενον, [a] οὕτως ἔλθωμεν ἐπὶ τὴν λύσιν. οὐ γὰρ ἐνταῦθα τοῦτο μόνον εἴρηται· ἀλλὰ καὶ προϊὼν ὁ αὐτὸς φαίνεται εὐαγγελιστὴς λέγων, οὐκ ἠδύναντο αὐτὸν πιάσαι, ὅτι οὔπω ἥκει ἡ ὥρα αὐτοῦ. καὶ πάλιν· οὐδεὶς ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, ὅτι οὔπω ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ. καὶ πάλιν· ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, δόξασόν σου [b] τὸν υἱόν. ταῦτα πάντα δι' ὅλου τοῦ εὐαγγελίου εἰρημένα ἐνταῦθα συνήγαγον, ἵνα πᾶσι μίαν ἐπαγάγω τὴν λύσιν. τίς ποτ' οὖν ἐστιν τῶν λεγομένων ἡ λύσις; οὐκ ἀνάγκῃ καιρῶν ὁ Χριστὸς ὑποκείμενος, οὐδὲ ὥρας παρατηρήσει ἔλεγεν, οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου. πῶς γὰρ ὁ τῶν καιρῶν ποιητὴς καὶ τῶν χρόνων καὶ τῶν αἰώνων δημιουργός; [c] ἀλλὰ B διὰ τῶν οὕτως εἰρημένων τοῦτο δηλῶσαι βούλεται, ὅτι πάντα μετὰ καιροῦ τοῦ προσήκοντος ἐργάζεται, οὐχ ὁμοῦ [d] πάντα ποιῶν, ἐπεὶ σύγχυσίς τις ἔμελλεν ἔσεσθαι καὶ ἀταξία ἐντεῦθεν· εἰ μὴ τοῖς προσήκουσι καιροῖς ἕκαστον ἐδημιούργει, ἀλλ' ὁμοῦ πάντα ἔφυρε, καὶ γέννησιν, καὶ ἀνάστασιν, καὶ κρίσιν. σκόπει δέ· ἔδει γενέσθαι τὴν κτίσιν, ἀλλ' οὐχ ὁμοῦ πᾶσαν· καὶ τὸν ἄνθρωπον δὲ μετὰ τῆς γυναικός, ἀλλ' οὐδὲ τούτους ὁμοῦ. ἔδει θανάτῳ καταδικασθῆναι τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων καὶ τὴν ἀνάστασιν γενέσθαι, ἀλλὰ πολὺ τὸ μέσον ἑκατέρων. ἐχρῆν δοθῆναι τὸν νόμον· ἀλλ' οὐχ ὁμοῦ καὶ τὴν χάριν· ἀλλ' ἕκαστα C καιροῖς τοῖς προσήκουσιν οἰκονομεῖσθαι. οὐ τοίνυν ὁ Χριστὸς ὑπέκειτο τῇ τῶν καιρῶν [e] ἀνάγκῃ, ὃς καὶ τοῖς καιροῖς μάλιστα τάξιν ἐπέθηκεν· ἐπεὶ καὶ ποιητὴς αὐτῶν ἐστιν. ἀλλ' Ἰωάννης ἐνταῦθα τό, οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου, εἰσάγει τὸν Χριστὸν λέγοντα, δεικνὺς ὅτι οὔπω δῆλος ἦν τοῖς πολλοῖς· καὶ ὅτι οὐδὲ τῶν μαθητῶν τὸν χορὸν πάντα εἶχεν. ἀλλ' Ἀνδρέας αὐτῷ ἠκολούθει καὶ [f] μετ' αὐτοῦ Φίλιππος, ἄλλος δὲ οὐδείς. μᾶλλον δὲ οὐδὲ οὗτοι πάντες ὡς ἐχρῆν αὐτὸν ἐγίγνωσκον, οὐδὲ ἡ μήτηρ, οὐδὲ οἱ ἀδελφοί. μετὰ γὰρ τὰ πολλὰ θαύματα τοῦτο περὶ τῶν ἀδελφῶν ἔφησεν ὁ εὐαγγελιστής, ὅτι οὐδὲ οἱ D ἀδελφοὶ αὐτοῦ ἐπίστευον εἰς αὐτόν. ἀλλ' οὐδὲ οἱ ἐν τῷ γάμῳ αὐτὸν ᾔδεισαν. ἦ γὰρ ἄν, αὐτοὶ προσῆλθον καὶ παρεκάλεσαν ἐν χρείᾳ [g] καταστάντες. διὰ τοῦτό φησιν· οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου. οὐδέπω γνώριμός εἰμι τοῖς παροῦσιν, ἀλλ' οὐδὲ ἴσασιν ὅτι ὑστέρησεν οἶνος. ἔασον αὐτοὺς αἰσθέσθαι τοῦτο πρότερον. οὐδὲ γὰρ παρὰ σοῦ ταῦτά με ἀκούειν ἐχρῆν. μήτηρ γὰρ εἶ, καὶ τὸ θαῦμα ὕποπτον ποιεῖς. ἐχρῆν δὲ τοὺς δεομένους προσελθεῖν, καὶ δεηθῆναι· E οὐκ ἐπειδὴ τούτου χρήζω, ἀλλ' ἵνα αὐτοὶ τὸ γινόμενον μετὰ πολλῆς δέξωνται τῆς συγκαταθέσεως. ὁ μὲν γὰρ εἰδὼς ὅτι ἐν χρείᾳ καθέστηκεν, ἐπειδὰν [h] τύχῃ ὧνπερ αἰτεῖ, πολλὴν ἔχει τὴν χάριν· ὁ δὲ τῆς χρείας μὴ λαβὼν αἴσθησιν, οὐδὲ τῆς εὐεργεσίας σαφῆ καὶ τρανὴν αἴσθησιν λήψεται. καὶ τίνος, φησίν, ἕνεκεν εἰπὼν,

a Savil. οὕτω κατίωμεν εἰς λύσιν. Paulopost Savil. ἀλλὰ καὶ ἀλλαχοῦ. φησὶ γὰρ ὁ εὐαγγελιστὴς ὅτι οὐκ ἠδύναντο.

b Savil. τὸν υἱόν. τί οὖν ἐστι τὸ εἰρ- Hic longe variant Savil. & Morel. sed in verbis tantum. Morelli series clarior videtur.

c Savil. ἀλλὰ τί ποτέ ἐστιν ὅπερ ᾐνίξατο; τοῦτο δηλῶσαι.

d Morel. ταῦτα ποιῶν. Paulopost Savil. ἀταξία γίνεσθαι, & mox καιροῖς πάντα.

e Hic multa deerant in Morel. quæ ex Savilio supplentur. Paulopost Savil. ἀνάγκῃ, ἀλλὰ τοῖς καιροῖς αὐτὸς καὶ τάξιν. & mox, αὐτός ἐστιν. διὸ καὶ ἐνταῦθά φησιν.

f Morel. μετ' αὐτοῦ... δὲ οὐδαμῶς οὐδὲ εἷς.

g Morel. καταστάντες. ὁ οὖν λέγει διὰ τοῦ οὔπω.

h Morel. τύχῃ ὥσπερ αἰτεῖ, πολλήν. Savil. τύχῃ τῆς βοηθείας.

A οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου, καὶ παραιτησάμενος, ἔπραξεν ὅπερ εἶπεν ἡ μήτηρ; μάλιστα μὲν ὥστε καὶ τοῖς ἀντιλέγουσι καὶ ὥρᾳ αὐτὸν ὑποκεῖσθαι νομίζουσιν ἱκανὴν γενέσθαι ἀπόδειξιν τοῦ μὴ ὑποκεῖσθαι αὐτὸν ὥρᾳ. εἰ γὰρ ὑπέκειτο, πῶς ἂν τῆς προσηκούσης ὥρας μὴ παραγενομένης ἔπραξεν ἂν ὅπερ ἔπραξεν; ἔπειτα δὲ καὶ τιμῶν τὴν μητέρα, ἵνα μὴ διαπαντὸς ἀντιλέγειν αὐτῇ δόξῃ, ἵνα μὴ ἀσθενείας λάβῃ δόξαν, ἵνα μὴ αἰσχύνῃ τὴν τεκοῦσαν παρόντων τοσούτων. καὶ γὰρ προσήγαγεν αὐτῷ τοὺς διακόνους. ἐπεὶ καὶ τῇ Χαναναίᾳ λέγων· οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων καὶ δοῦναι τοῖς κυναρίοις, [a] ἔδωκε μετὰ τὸ εἰπεῖν, τὴν προσεδρείαν αὐτῆς αἰδεσθείς. καίτοιγε μετ᾽ ἐκεῖνο καὶ B τοῦτο εἶπεν· ὅτι οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ· ἀλλ᾽ ὅμως καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἐθεράπευσε τὸ θυγάτριον τῆς γυναικός.

Ἐντεῦθεν μανθάνομεν, ὅτι κἂν ἀνάξιοι ὦμεν, πολλάκις τῇ προσεδρείᾳ ποιοῦμεν ἀξίους ἑαυτοὺς τοῦ λαβεῖν. διὰ τοῦτο καὶ ἡ μήτηρ καὶ περιέμενε, καὶ [b] σοφῶς τοὺς διακόνους προσῆγεν, ὥστε παρὰ πλειόνων γενέσθαι τὴν αἴτησιν. διὰ τοῦτο καὶ προσέθηκε τὸ, ὅ, τι ἂν λέγῃ ὑμῖν, ποιήσατε. ᾔδει γὰρ ὅτι οὐκ ἀσθενείας ἡ παραίτησις ἦν, ἀλλὰ τοῦ ἀκομπάστου, καὶ τοῦ μὴ δόξαι ἁπλῶς ἐπιρρίπτειν ἑαυτὸν τῷ θαύματι· [c] διὸ καὶ τοὺς διακόνους προσῆγεν. ἦσαν δὲ ἐκεῖ C ὑδρίαι λίθιναι κείμεναι ἓξ κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων, χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς. λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· ἐμπλήσατε τὰς ὑδρίας ὕδατος· καὶ ἐνέπλησαν ἕως ἄνω. οὐχ ἁπλῶς εἶπεν κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων. ἀλλ᾽ ἵνα μή τινες τῶν ἀπίστων ὑποπτεύσωσιν, ὅτι τρυγὸς ἔνδον ἀπομεινάσης, εἶτα τοῦ ὕδατος ἐπιβληθέντος καὶ κραθέντος, οἶνος λεπτότατος γέγονε. διὰ τοῦτό φησι κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων· δεικνὺς ὅτι οὐδέποτε ἐκεῖνα οἴνου γέγονε δοχεῖα τὰ σκεύη. ἐπειδὴ γὰρ ἄνυδρός ἐστιν ἡ Παλαιστίνη, καὶ οὐκ ἦν πολλαχοῦ κρή- D νας καὶ πηγὰς εὑρίσκειν, ἐπλήρουν ἀεὶ τὰς ὑδρίας ὕδατος, ὥστε μὴ τρέχειν εἰς ποταμοὺς εἴποτε ἀκάθαρτοι γένοιντο, ἀλλ᾽ ἐγγύθεν ἔχειν τοῦ καθαρσίου τὸν τρόπον. καὶ τί δήποτε πρὶν ἢ γεμίσαι οὐκ ἐποίησε τὸ σημεῖον, ὃ πολλῷ θαυμαστότερον ἦν; ἕτερον γάρ ἐστιν ὕλην ὑποκειμένην εἰς ποιότητα μεταβαλεῖν, καὶ αὐτὴν τὴν οὐσίαν ἐξ οὐκ ὄντων ποιῆσαι. θαυμαστότερον μὲν γὰρ ἐκεῖνο, ἀλλ᾽ οὐχ οὕτως ἂν ἔδοξεν εἶναι πιστὸν τοῖς πολλοῖς. διὰ τοῦτο γοῦν πολλάκις τῶν θαυμάτων ὑποτέμνει τὸ μέγεθος ἑκὼν, ὥστε εὐπαράδεκτον μᾶλλον γενέσθαι. καὶ τίνος ἕνεκεν, φησιν, E οὐχὶ τὸ ὕδωρ αὐτὸς παρήγαγε, καὶ τότε τὸν οἶνον ἔδειξεν, ἀλλὰ τοῖς διακόνοις ἐκέλευσε; διὰ τὴν αὐτὴν πάλιν αἰτίαν· καὶ ἵνα αὐτοὺς μάρτυρας ἔχῃ τοῦ γινομένου τοὺς ἀντλήσαντας, καὶ ὅτι οὐδεμία φαντασία ἦν τὸ τελούμενον. εἰ γὰρ ἔμελλόν τινες ἀναισχυντεῖν, ἠδύναντο πρὸς αὐτοὺς λέγειν οἱ διακονησάμενοι, ἡμεῖς

A *Nondum venit hora mea*, & recusaverat, id quod mater dixerat effecit? Ut contradicentibus, & putantibus ipsum horæ subjectum esse, demonstraretur ipsum non esse horæ & tempori subditum. Nam si subditus horæ fuisset, quomodo congruente nondum adveniente hora id opus peregisset? Ad hæc in matris honorem id fecit, ne omnino ipsi repugnare videretur, ne ex imbecillitate id facere videretur, ne tanto adstante cœtu matrem pudore afficeret: nam ministros ipsi obtulerat. Siquidem postquam Chananææ dixerat, *Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus*, Matth. 15. 26.
B dedit tamen postea, ejus assiduitate permotus. Atqui etiam dixerat, *Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel.* Postquam tamen hæc dixerat, filiam ejus liberavit. Ibid. 24.

2. His discimus, nos etsi indignos, assiduitate tamen nos sæpe dignos reddere qui accipiamus. Idcirco mater & exspectavit, & sapienter ministros admovit, ut a pluribus rogaretur. Ideo addidit: 5. *Quodcumque dixerit vobis facite.* Noverat enim ipsum non ex imbecillitate renuisse, sed quod fastum fugeret, nolletque se ad miraculum patrandum statim projicere, ideoque ministros C adduxit. 6. *Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Judæorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas.* 7. *Dixit eis Jesus: Implete hydrias aqua. Et impleverunt eas usque ad summum.* Non sine causa dixit, *secundum purificationem Judæorum.* Sed ne quis forsitassis infidelium suspicari posset, fæce intus remanente, infusa deinde & admixta aqua vinum tenuissimum evasisse; ideo ait, *secundum purificationem Judæorum*, ostendens in vasis illis nunquam servatum fuisse vinum. Nam cum Palæ- D stina aquæ penuria laboret, rarique sint ibi fontes & aquarum scaturigines, semper hydrias aqua implebant, ne si quando immundi fierent, ad flumina currere cogerentur, sed ad manum sese purgandi modum haberent. Cur autem signum non edidit antequam illæ implerentur, quod longe mirabilius fuisset? Aliud enim est subjectam materiam in aliam qualitatem mutare, aliud ipsam substantiam antea non exsistentem creare; hoc enim longe mirabilius est. Sed res non ita credibilis multis visa fuisset. E Ideoque miraculorum magnitudinem sæpe libenter minuit, ut facilius illa credantur. Et cur, inquies, non ipse aquam produxit, ut tunc in vinum converteret; sed id ministros facere jussit? Eadem rursum de causa, & ut ipsos, qui hauserant, rei testes haberet, nec id præstigias esse putaretur. Nam si qui ausi essent id impudenter negare, poterant ministri dicere, nos aquam hausi-

[a] Morel. ἔδωκε μετὰ τὸ εἰπεῖν, τὴν προσ- & mox, μετ᾽ ἐκεῖνο. Savil. ἔδωκε τὸν ἄρτον.... μετ᾽ ἐκεῖνην.

[b] σοφῶς Morel. σαφῶς Savil.
[c] Morel. διὸ καὶ τὴν ὑπακοὴν ἀναβάλλεται.

Manichæorum error.

mus. Ad hæc vero dogmata contra Ecclesiam suborta evertit. Quia enim quidam alium esse mundi creatorem dicunt, operaque visibilia non ejus esse, sed alterius dei ipsi contrarii, ut eorum insaniam reprimat, ita multa miracula edit ex subjectis substantiis. Nam si creator ipsi contrarius esset, non alienis uteretur ad potentiam suam demonstrandam. Nunc igitur ostendens, se eumdem ipsum esse, qui aquam in vineis mutat, & pluviam per radicem in vinum convertit, id quod in ipsa planta longiori tempore facit, id repente in nuptiis operatus est. Postquam autem implessent hydrias ait: 8. *Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt.* 9. *Ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factam, & nesciebat unde esset; ministri autem sciebant, qui hauserant aquam, vocat sponsum architriclinus,* 10. *& dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est: tu servasti bonum vinum usque adhuc.* Hic rursum quidam cavillantur dicentes, ebriosorum cœtum fuisse, hebetem gustantium sensum, qui rem non possent capere, nec judicium ferre, ita ut nescirent an vinum an aqua id esset: nam quod ebrii essent, ipse architriclinus declaravit. Ridiculum plane illud est: verum hanc illorum suspicionem jam sustulit Evangelista. Non enim convivas ait de re illa sententiam tulisse, sed architriclinum, qui sobrius adhuc nihil gustaverat. Scitis quippe omnes, quibus conviviorum cura committitur, esse omnium maxime sobrios, unam hanc curam habentes, ut cum recto ordine omnia disponantur. Ideoque sensum illum vigilem & sobrium ad rei gestæ testimonium evocavit. Non enim dixit, infundite convivis vinum; sed, *ferte architriclino. Ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factam, & nesciebat unde esset, ministri autem sciebant, vocat sponsum architriclinus.* Cur non ministros alloquitur? Sic enim miraculum revelatum esset. Quia ne ipse quidem Jesus quod factum fuerat revelavit, sed sensim paulatimque volebat vim miraculorum in notitiam venire. Si vero tunc declaratum fuisset, non fides habenda erat ministris narrantibus; sed insanire putati fuissent, cum homini, qui opinione multorum e vulgo erat, talia adscriberent. Ipsi quidem experientia rem clare noverant, neque poterant suis manibus fidem negare, non tamen idonei erant ut aliis fidem facerent. Ideo non

A τὸ ὕδωρ ἠντλήσαμεν. πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ τὰ κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἀναφυόμενα δόγματα ἀνατρέπει. ἐπειδὴ γάρ εἰσί τινες οἱ τοῦ κόσμου δημιουργὸν ἕτερον εἶναί φασι, καὶ οὐκ αὐτοῦ ἔργα τὰ ὁρώμενα, ἀλλ' ἑτέρου τινὸς ἐναντίου θεοῦ, καὶ τούτων ἐπιστομίζων τὴν μανίαν, οὕτω τὰ πλείονα [a] ποιεῖ τῶν θαυμάτων ἐκ τῶν ὑποκειμένων οὐσιῶν. εἰ γὰρ ἐναντίος ὁ δημιουργὸς ἦν αὐτῷ, οὐκ ἂν τοῖς ἀλλοτρίοις ἐχρήσατο πρὸς τὴν τῆς οἰκείας δυνάμεως ἐπίδειξιν. νῦν μέντοι δεικνὺς, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ἐν ταῖς ἀμπέλοις τὸ ὕδωρ μεταβάλλων, καὶ τὸν ὑετὸν διὰ τῆς ῥίζης εἰς οἶνον τρέπων, ὅπερ ἐν τῷ φυτῷ διὰ πολλοῦ χρόνου γίνεται, τοῦτο ἀθρόον ἐν τῷ γάμῳ εἰργάσατο. ἐπειδὴ δὲ ἐγέμισαν

B τὰς ὑδρείας, φησὶν, ἀντλήσατε νῦν καὶ φέρετε τῷ ἀρχιτρικλίνῳ. καὶ ἤνεγκαν. ὡς δὲ ἐγεύσατο ὁ ἀρχιτρίκλινος τὸ ὕδωρ οἶνον γεγενημένον, καὶ οὐκ ᾔδει πόθεν ἐστίν· οἱ δὲ διάκονοι ᾔδεισαν οἱ ἠντληκότες τὸ ὕδωρ, φωνεῖ τὸν νυμφίον ὁ ἀρχιτρίκλινος, καὶ λέγει αὐτῷ· πᾶς ἄνθρωπος πρῶτον τὸν καλὸν οἶνον τίθησι, καὶ ὅταν μεθυσθῶσι, τότε τὸν ἐλάσσω. σὺ τετήρηκας τὸν καλὸν οἶνον ἕως ἄρτι. πάλιν ἐνταῦθά τινες [b] ἐπισκώπτουσι λέγοντες, οὕτω μεθυόντων ἀνθρώπων ὁ σύλλογος ἦν, καὶ ἡ αἴσθησις τῶν κρινόντων διεφθαρμένη, καὶ οὐχ ἱκανὴ ἀντιλαβέσθαι τῶν γινομένων, οὐδὲ κρῖναι τοῖς πραττομένοις, ὡς μηδὲ εἰ-

C δέναι πότερον ὕδωρ ἢ οἶνος τὸ γινόμενον ἦν. ὅτι γὰρ ἐμέθυον, αὐτὸς ὁ ἀρχιτρίκλινος ἔδειξε δι' ὧν εἶπεν. μάλιστα μὲν καὶ τοῦτο γελοῖον· πλὴν ἀλλὰ καὶ ταύτην αὐτῶν ἐξέκοψε τὴν ὑποψίαν ὁ εὐαγγελιστής. οὐ γὰρ τοὺς δαιτυμόνας εἶναί φησι τοὺς ψηφιζομένους περὶ τοῦ γενομένου, ἀλλὰ τὸν ἀρχιτρίκλινον τὸν νήφοντα καὶ οὐδενὸς οὐδέπω γευσάμενον. ἴστε γὰρ δήπου τοῦτο πάντες ὅτι μάλιστα πάντων οἱ τὴν διακονίαν τῶν τοιούτων ἐμπεπιστευμένοι δείπνων,, οὗτοι μάλιστά εἰσιν οἱ νήφοντες, ἓν ἔργον ἔχοντες, τὸ ἐν κόσμῳ καὶ ἐν τάξει πάντα διατιθέναι. διὰ τοῦτο τὴν νήφουσαν αἴσθησιν, ταύ-

D την εἰς μαρτυρίαν τῶν γινομένων ἐκάλεσεν. οὐ γὰρ εἶπεν [c] οἰνοχοήσατε, τοῖς ἀνακειμένοις· ἀλλὰ, φέρετε τῷ ἀρχιτρικλίνῳ. ὡς δὲ ἐγεύσατο ὁ ἀρχιτρίκλινος τὸ ὕδωρ οἶνον γεγενημένον, καὶ οὐκ ᾔδει πόθεν ἐστίν· οἱ δὲ διάκονοι ᾔδεισαν, φωνεῖ τὸν νυμφίον ὁ ἀρχιτρίκλινος. καὶ τίνος ἕνεκεν μὴ τοὺς διακόνους ἐφώνησεν; οὕτω γὰρ ἂν καὶ τὸ θαῦμα ἐξεκαλύφθη· ὅτι οὐδὲ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἐξεκάλυψε τὸ γεγονός· ἀλλ' ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν ἐβούλετο [d] γνωρισθῆναι τῶν σημείων τὴν δύ-

E ναμιν. εἰ μὲν οὖν τότε ἠλέγχθη, οὐκ ἂν διηγούμενοι οἱ διάκονοι ταῦτα ἂν ἐπιστεύθησαν· ἀλλ' ἔδοξαν ἂν μαίνεσθαι, ἀνθρώπῳ ψιλῷ τοῖς πολλοῖς εἶναι δοκοῦντι τότε τοιαῦτα μαρτυροῦντες. αὐτοὶ μὲν γὰρ καὶ διὰ τῆς πείρας τὸ σαφὲς ἔγνωσαν· οὐ γὰρ δὴ ταῖς ἑαυτῶν χερσὶν ἔμελλον ἀπιστεῖν· ἑτέρους δὲ πεῖσαι οὐκ ἦσαν ἱκανοί. διὰ τοῦτο οὐδὲ αὐτὸς ἐξεκάλυψεν

a Morel. ποιεῖ. Savil. ποιεῖται. Sed omnes mss. ποιεῖ habent. Videturque Savilius ποιεῖται posuisse, quia apud alios Scriptores longe usitatior est hæc forma passiva in activo sensu posita. Verum hoc frequens est apud Chrysostomum.

b Morel. ἐπισκήπτουσι. Savil. ἐπισκώπτουσι.

c Morel. οἰνοχοῆσαι. Savil. οἰνοχοήσατε.

d Savil. γνωσθῆναι. Mox Morel. ἠλέγχθη. Savil. ἐλέγχθη.

ἅπασιν,

A ἅπασιν, ἀλλὰ τῷ μάλιστα συνιδεῖν τὸ γεγονὸς δυναμένῳ, τὴν σαφεστέραν αὐτοῦ γνῶσιν τῷ μέλλοντι χρόνῳ τηρῶν. μετὰ γὰρ τὴν τῶν λοιπῶν σημείων ἐπίδειξιν, καὶ τοῦτο ἔμελλεν εἶναι πιστόν. ὅτε γοῦν τὸν βασιλικοῦ [a] τὸν υἱὸν ὕστερον θεραπεύει, δι' ὧν ἐκεῖ λέγει, δείκνυσιν ὁ εὐαγγελιστὴς ὅτι καὶ τοῦτο σαφέστερον γέγονε. διὰ γὰρ τοῦτο μάλιστα αὐτὸν ἐκάλεσεν ἐκεῖνος, ἐπειδὴ τὸ σημεῖον ἐγνωκὼς ἦν, ὥσπερ ἔφην. ὃ καὶ δηλῶν Ἰωάννης ἔλεγεν· ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, ὅπου ἐποίησε τὸ ὕδωρ οἶνον. οὐχ ἁπλῶς δὲ οἶνον, ἀλλ' οἶνον κάλλιστον.

Τοιαῦτα γὰρ τοῦ Χριστοῦ τὰ θαύματα, πολλῷ τῶν διὰ B φύσεως τελουμένων ὡραιότερα ὄντα καὶ βελτίω. οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ὅτε μέλος διώρθου σώματος χωλεῦον, τῶν ὑγιαινόντων ἐδείκνυ τοῦτο ἄμεινον. ὅτι μὲν οὖν οἶνος, καὶ οἶνος κάλλιστος ἦν ὁ γεγενημένος, οὐχ οἱ διάκονοι μόνοι, ἀλλὰ καὶ ὁ νυμφίος καὶ ὁ ἀρχιτρίκλινος μαρτυρεῖν ἔμελλον· ὅτι δὲ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ γεγενημένος, οἱ τὸ ὕδωρ ἀντλήσαντες. ὥστε εἰ καὶ μὴ τότε ἐξεκαλύφθη τὸ θαῦμα, ἀλλ' ὅμως εἰς τέλος σιγηθῆναι οὐκ εἶχεν. οὕτω πολλὰς καὶ ἀναγκαίας αὐτῷ πρὸς τὸ μέλλον προαπέθετο μαρτυρίας. τοῦ μὲν γὰρ τὸ ὕδωρ οἶνον ποιῆσαι, τοὺς διακόνους μάρτυρας εἶχε· τοῦ δὲ καλὸν γενέσθαι τὸν οἶνον, τὸν ἀρχιτρίκλινον καὶ τὸν νυμφίον. εἰκὸς μὲν οὖν τὸν νυμφίον ἀποκρίνασθαί τι πρὸς ταῦτα καὶ εἰπεῖν· πλὴν ἀλλ' ὁ εὐαγγελιστὴς ἐπειγόμενος C πρὸς τὰ ἀναγκαιότερα τῶν πραγμάτων, ἁψάμενος τοῦ σημείου τούτου μόνον, παρέδραμε τὰ λοιπά. τὸ γὰρ ἀναγκαῖον ἦν μαθεῖν, ὅτι οἶνον τὸ ὕδωρ ἐποίησε, καὶ οἶνον καλόν· τί δὲ πρὸς τὸν ἀρχιτρίκλινον εἶπεν ὁ νυμφίος, οὐκ ἔτι ἀναγκαῖον ἐνόμισεν εἶναι προσθεῖναι. πολλὰ γὰρ τῶν σημείων πρότερον ὄντα ἀμυδρότερα, τοῦ χρόνου προϊόντος σαφέστερα γέγονεν, ὑπὸ τῶν ἐξ ἀρχῆς εἰδότων αὐτὰ ἀκριβέστερον [b] ἀγγελθέντα. τότε μὲν οὖν οἶνον ἐξ ὕδατος ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ τότε δὲ καὶ νῦν προαιρέσεις χαύνας καὶ διαρρεούσας μεταβάλλων οὐ παύεται. D εἰσὶ γὰρ εἰσὶν ἄνθρωποι οὐδὲν ὕδατος διαφέροντες, οὕτω ψυχροὶ καὶ χαῦνοι καὶ οὐδέποτε ἑστηκότες. τοὺς δὴ οὕτω διακειμένους προσάγωμεν τῷ κυρίῳ, [c] ὥστε αὐτῶν τὴν προαίρεσιν εἰς τὴν τοῦ οἴνου μεταθεῖναι ἕξιν, ὥστε μηκέτι διαρρεῖν, ἀλλ' ἔχειν τὸ ἐπεστυμμένον, καὶ εὐφροσύνης καὶ ἑαυτοῖς καὶ ἑτέροις γίνεσθαι αἰτίους. τίνες δ' ἂν εἶεν οὗτοι οἱ ψυχροί, ἢ οἱ τοῖς ῥεῦσι τοῦ παρόντος βίου προσέχοντες πράγμασιν· οἱ μὴ καταγελῶντες τῆς ἐνταῦθα τρυφῆς· οἱ δόξης καὶ δυναστείας ἐρασταί. ταῦται γὰρ πάντα ῥεύματά ἐστιν, ἱστάμενα μὲν οὐδαμοῦ, κατὰ E δὲ πρανοῦς ἀεὶ φερόμενα μετὰ πολλῆς τῆς ῥύμης. καὶ γὰρ ὁ σήμερον πλούσιος, αὔριον πένης· ὁ σήμερον μετὰ κήρυκος καὶ ζώνης καὶ ὀχήματος καὶ πολλῶν τῶν ῥαβδούχων φαινόμενος, πολλάκις τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ τὸ δεσμωτήριον ᾤκησεν, ἑτέρῳ καὶ ἄκων τῆς φαντασίας παραχωρήσας ἐκείνης. ὁ τρυφῶν πάλιν [d] καὶ διασπώμενος, ἐπειδὰν

A omnibus revelavit; sed ei qui maxime posset id perspicere, clariorem rei notitiam in posterum reservans. Nam post alia conspicua signa, hoc etiam credibile futurum erat. Quando enim filium reguli postea curavit, per ea quæ tunc dicit Evangelista indicat hoc etiam manifestius fuisse. Ideo enim maxime regulus ipsum vocavit, quia signi istius gnarus erat, ut dixi. Quod declarans Joannes dicebat: *Venit Jesus in Cana Galilææ, ubi fecit aquam vinum.* Neque modo vinum, sed vinum optimum.

3. Talia sunt Christi miracula, quæ B res naturales præstantiâ longe superent. Sic & in aliis quoque quando membrum distortum restituit, sanioribus validius effecit. Quod ergo vinum & vinum optimum illud esset, non modo ministri, sed & architriclinus & sponsus testificaturi erant; quod autem a Christo factum esset, qui aquam hauserant. Ita ut etsi tunc miraculum non revelatum fuisset, non ad finem usque sileri posset. Sic multa necessariaque præmittebantur in futurum tempus testimonia. Quod enim aquam vinum fecisset, ministros testes habuit: quod bonum vinum esset, architriclinum & sponsum. Verisimile autem est sponsum aliquid ad hæc respondisse. C Verum Evangelista ad magis necessaria properans, hoc tantum recensito signo, cætera prætermisit. Necessarium quippe erat ut sciretur ipsum aquam in vinum mutavisse; quid vero architriclino sponsus responderit, referre necessarium non putavit. Multa quippe signa primum obscuriora, progressu temporis clariora facta sunt, iis accurate narrantibus, qui a principio viderant. Tunc igitur vinum ex aqua fecit Jesus; tunc & nunc voluntates molles & dissolutas in melius mu- D tare non desinit. Sunt enim, sunt, inquam, homines, qui nihil ab aqua differunt; ita sunt frigidi, molles & nunquam consistentes. Illos autem qui sic affecti sunt ad Dominum adducamus, ut illorum voluntatem in vini conditionem mutet, ut non ultra diffluant, sed solidiores sint, ac cum sibi tum aliis lætitiæ causa evadant. Quinam vero sunt illi frigidi, nisi ii qui fluxis hujus vitæ rebus inhærent; qui mundi delicias non derident, qui gloriam & potentiam amant. Hæc quippe omnia fluxa, nun- E quam consistunt, quæ in præceps semper & cum impetu feruntur. Nam qui hodie dives, cras pauper est: qui hodie cum precone, balteo, curru multisque lictoribus se effert, sæpe sequenti die carceri mancipatur, aliique invitus hunc fastum relinquit. Qui delicatis cibis deditus est, postquam ventrem crapula

Terrena omnia fluxa sunt, & nunquam consistunt.

a Savil. υἱὸν ἔμελλε θεραπεύειν, ἐδήλωσεν ὁ εὐαγγελιστής .... ὅπερ καὶ παραδηλῶν, quod idipsum est.
b Savil. ἀναγγελθέντα, Morel. ἀγγελθέντα.
c Quidam, ὥστε αὐτόν.
d καὶ διασπώμενος. Boisius in notis Savilii, suspicatur legendum. καὶ περὶ εὐωχίας καὶ πότους διασπώμενος. Superfluus sane conatus alios res exprimendi modos explorare, quod sæpe factitat vir ille alioqui doctissimus, sed nullo fructu; quare multas ejus conjecturas similes tacuimus.

disrupit, ne uno quidem die potest in eadem abundantia permanere; sed illa in vaporem versa, cogitur alia congerere, nihilque differt a torrente: nam quemadmodum ibi priore recedente fluctu, alii rursus instant; sic & nos alio post alium cibo indigemus. Hujusmodi est rerum hujus sæculi natura, nunquam stant; sed semper fluunt & trahuntur. Deliciæ vero ciborum non modo fluunt & prætercurrunt; sed multa nobis alia negotia ingerunt. Dum enim cum impetu diffluunt, tum robur corporis, tum animæ virtutem abstrahunt. Neque ita violenti fluminum fluctus ripas excedere solent, ut ciborum deliciæ valetudinis fundamenta secum subtrahunt. Si medicum adeas & perconteris, omnem morborum causam hinc prodire disces. Nam tenuis & vilis mensa, valetudinis mater est. Ideo medici sic illam vocarunt. Non satiari id valetudinem vocant: *Cibi* enim *parcitas, sanitas; frugalis mensa, mater valetudinis*, inquiunt. Quod si frugalitas mater est valetudinis, plane satietas mater est morbi & infirmitatis: paritque ægritudines ipsam medicorum artem superantes; pedum, capitis, oculorum, manuum morbos, tremores, paralysin, icteron, febres diuturnas & ardentes, aliaque longe plura, quæ recensere non vacat: hæc non ex indigentia, nec ex philosophico victu, sed ex satietate & crapula generantur. Quod si velis hinc ortos animæ morbos explorare, deprehendes inde nasci avaritiam, mollitiem, atram bilem, prigritiam, libidinem, omnemque ignorantiam. His gaudentes mensis animæ non asinis meliores evadunt, quæ a talibus feris discerpantur. Nec tacebo & fastidia quibus obnoxii sunt ii qui se huic addixere morbo, quæ omnia recensere non possumus: unum quod est caput omnium declarabo. Lauta mensa, de qua loquimur, nunquam illi cum voluptate fruuntur. Frugalitas quippe ut valetudinis, ita & voluptatis mater est; satietas vero, ut morborum, ita fastidii fons est & radix. Nam ubi satietas est, ibi concupiscentia esse nequit: ubi vero concupiscentia non est, quomodo voluptas esse possit? Ideo non modo prudentiores & valentiores divitibus pauperes videmus; sed majori lætitia fruentes. Quæ omnia cogitantes ebrietatem deliciasque fugiamus; non mensæ tantum delicias, sed & alias omnes, quæ in rebus sæcularibus haberi possunt; earumque loco spiritualem nanciscemur voluptatem, & delectabimur in Domino secundum Prophetam, qui dicit, *Delectare in Domino, & det tibi petitiones cordis tui*; ut & præsentibus & futuris frua-

Mensa frugalis valetudinis est mater.

Ps. 36. 4.

A διαῤῥήξῃ τὴν ἑαυτοῦ γαστέρα, μέχρι μιᾶς ἡμέρας οὐ δύναται τὴν ἐκ τούτων ἐγγενομένην αὐτῷ χορηγίαν κατασχεῖν, ἀλλὰ διαπνευσθείσης ἐκείνης ἀναγκάζεται πάλιν ἕτερα ἐπεμβάλλειν, οὐδὲν διαφέρων χειμάῤῥου. καθάπερ γὰρ ἐκεῖ τοῦ προτέρου ῥεύματος προχωροῦντος, ἕτερα ἐπέρχεται πάλιν· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα τῆς προτέρας ἐξισταμένης τροφῆς, ἑτέρας ἡμῖν δεῖ πάλιν. καὶ τοιαύτη τῶν βιωτικῶν ἡ φύσις, τὸ μηδέ ποτε ἑστάναι λαχοῦσα, ἀλλ' ἀεὶ ῥεῖν καὶ παρασύρεσθαι. ἐπὶ δὲ τῆς τρυφῆς, οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ παραῤῥεῖν καὶ παρατρέχειν, ἀλλὰ καὶ πολλὰ ἡμῖν ἕτερα παρέχει πράγματα. B ἐν τῷ γὰρ παριέναι μετὰ ῥύμης, τό τε ἰσχυρὸν ἀποξύει τοῦ σώματος, τό τε ἀνδρεῖον παρασύρει τῆς ψυχῆς· καὶ οὐχ οὕτω τὰ σφοδρὰ τῶν ποταμίων ῥευμάτων τὰς ὄχθας εἴωθε διατρώγειν, καὶ ποιεῖν ὑφιζάνειν, ὡς τρυφὴ καὶ σπατάλη τὰ τῆς ὑγείας ἡμῶν ἐρείσματα πάντα ὑποσύρει ῥᾳδίως. κἂν ἔλθῃς εἰς ἰατρεῖον, καὶ προσελθὼν ἐρωτήσῃς, πάσας σχεδὸν τῶν νοσημάτων τὰς αἰτίας ἐκεῖθεν εὑρήσεις οὔσας. ἡ μὲν γὰρ εὐτέλεια καὶ ἡ λιτὴ τράπεζα, ὑγείας μήτηρ ἐστίν. διὰ τοῦτο καὶ ἰατρῶν παῖδες οὕτως αὐτὸν ὠνόμασαν, τόγε μὴ κορέννυσθαι ὑγείαν καλέσαντες. ἀκορίη γὰρ τροφῆς, ὑγιείη· C τό τε ἐνδεῶς ἐσιτᾶσθαι, μητέρα ὑγείας εἰπόντες. εἰ δὲ ἡ ἔνδεια μήτηρ ὑγείας, εὔδηλον ὅτι ἡ πλησμονὴ μήτηρ νόσου καὶ ἀῤῥωστίας ἐστί· καὶ τίκτει πάθη, καὶ αὐτὴν ὑπερβαίνοντα τῶν ἰατρῶν τὴν τέχνην. καὶ γὰρ ποδαλγίαι, καὶ καρηβαρίαι, καὶ ἀμβλυωπίαι, καὶ χειραλγίαι, καὶ τρόμοι, καὶ παρέσεις, καὶ ἴκτερος, καὶ πυρετοὶ μακροὶ καὶ φλογώδεις, καὶ ἕτερα τούτων πολλῷ πλείονα· οὐ γὰρ καιρὸς πάντα ἐπιέναι· οὐκ ἀπὸ ἐνδείας καὶ φιλοσόφου διαίτης, ἀλλ' ἐξ ἀδηφαγίας καὶ πλησμονῆς τίκτεσθαι πέφυκεν. εἰ δὲ βούλει καὶ τῆς ψυχῆς τὰς νόσους ἰδεῖν τὰς ἐντεῦθεν φυομένας, ὄψει ὅτι πλεονεξίαι, βλακεῖαι, μελαγχολίαι, νωθεῖαι, ἀσέλγειαι, ἀμαθία πᾶσα ἐντεῦ- D θεν ἔχει τὴν ἀρχήν. ὄνων γὰρ οὐδὲν ἄμεινον ἀπὸ τῶν τοιούτων τραπεζῶν αἱ τρυφῶσαι γίνονται ψυχαί, [a] ὑπὸ τοιούτων διασπώμεναι θηρίων. εἴπω καὶ λύπας ὅσας ἔχουσι καὶ ἀηδίας οἱ προσεδρεύοντες τῇ τρυφῇ· ἀλλὰ πάσας μὲν ἐπελθεῖν οὐ δυνατόν· ἑνὶ δὲ καὶ τούτῳ κεφαλαίῳ τὸ πᾶν ποιήσω φανερόν. τῆς γὰρ τραπέζης, ταύτης δὴ λέγω τῆς πολυτελοῦς, μεθ' ἡδονῆς οὐδέποτε ἀπολαύονται. ἡ μὲν γὰρ ἔνδεια, ὥσπερ ὑγείας, οὕτω καὶ ἡδονῆς μήτηρ ἐστίν· ἡ πλησμονὴ δὲ, ὥσπερ νόσων, οὕτω καὶ ἀηδίας ἐστὶ πηγὴ καὶ ῥίζα. ἔνθα γὰρ ὁ κόρος, ἐπιθυμίαν εἶναι οὐκ ἔστιν· ἐπιθυμίας δὲ οὐκ οὔσης, πῶς ἂν εἴη ποτὲ ἡδονή; E διὰ τοῦτο οὐ μόνον συνετωτέρους καὶ ὑγιεινοτέρους τοὺς πενομένους τῶν πλουσίων εὕροιμεν ἄν, ἀλλὰ καὶ πλείονα καρπουμένους τὴν εὐφροσύνην. ἅπερ πάντα ἐννοήσαντες, φύγωμεν μέθην τε καὶ τρυφήν· μὴ τὴν ἐν τραπέζαις μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν τὴν ἐν πράγμασι βιωτικοῖς· καὶ ἀντ' ἐκείνης ἀνταλλαξώμεθα τὴν ἀπὸ τῶν πνευματικῶν ἡδονὴν, καὶ κατὰ τὸν προφήτην κατατρυφήσωμεν τοῦ κυρίου. κατατρύφησον [b] γὰρ τοῦ κυρίου, φησὶ, καὶ δώῃ σοι τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου· ἵνα καὶ τῶν ἐν-

a Savil. ὑπὸ τοιούτων. Morel. ὑπὸ τοσούτων.

b Alii, γὰρ τούτου.

ταῦθα καὶ τῶν μελλόντων ἀπολαύσωμεν ἀγαθῶν, χάριτι A καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ κγ'.

Ταύτην ἐποίησε τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων ὁ Ἰησοῦς, ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας.

ΠΟΛΥΣ ὁ διάβολος ἔγκειται καὶ σφοδρὸς, πάντοθεν πολιορκῶν τὴν σωτηρίαν τὴν ἡμετέραν. δεῖ B τοίνυν ἐγρηγορέναι καὶ νήφειν, καὶ πανταχόθεν ἀποτειχίζειν αὐτοῦ τὴν ἔφοδον. κἂν γὰρ μικρᾶς ἐπιλάβηταί τινος ἀφορμῆς, εὐρεῖαν ἑαυτῷ κατασκευάζει λοιπὸν τὴν εἴσοδον, καὶ ὅλην εἰσάγει κατὰ μικρὸν τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν. εἰ τοίνυν λόγος τις ἡμῖν ἐστι τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας, μηδὲ ἐν τοῖς μικροῖς αὐτῷ συγχωρῶμεν ἡμῖν ἐπιέναι, ἵνα ἀπὸ τούτων τὰ μεγάλα προαναστείλωμεν. καὶ γὰρ ἐσχάτης ἀνοίας ἂν εἴη, ἐκεῖνον μὲν τοσαύτην ἐπι-
a δείκνυσθαι σπουδὴν, ὥστε τὴν ἡμετέραν [a] ἀπολλύναι ψυχήν· ἡμᾶς δὲ ὑπὲρ τῆς ἡμῶν αὐτῶν σωτηρίας μηδὲ
1. τὸ ἴσον [b] ἄγειν μέτρον. ταῦτά μοι οὐχ ἁπλῶς εἴρηται· C ἀλλ' ἐπειδὴ δέδοικα, μήποτε ἐν μέσῳ τῷ σηκῷ καὶ νῦν ὁ λύκος ἀφανὴς ἑστήκῃ μὴ καθορώμενος ἡμῖν, καὶ θηριάλωτον ἐκ τούτου γένηται πρόβατον, ῥαθυμίᾳ καὶ ἐπιβουλῇ πονηρᾷ ἀποβουκοληθὲν τῆς ἀγέλης καὶ τῆς ἀκροάσεως. εἰ μὲν γὰρ ἦν αἰσθητὰ τὰ τραύματα, ἢ καὶ τὸ σῶμα τὰς πληγὰς ἐλάμβανεν, οὐκ ἦν ἔργον διαγνῶναι τὰς τοιαύτας ἐπιβουλάς. ἐπειδὴ δὲ ἀόρατος ἡ ψυχὴ, καὶ αὐτὴ τὰ ἕλκη δέχεται, πολλῆς ἡμῖν δεῖ τῆς ἀγρυπνίας, ὥστε ἕκαστον ἑαυτὸν δοκιμάζειν. οὐδεὶς γὰρ οἶδε τὰ τοῦ ἀνθρώπου ὡς τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ. ὁ μὲν γὰρ λόγος ἅπασι διαλέγεται, καὶ κοινὸν πρόκειται φάρμακον τοῖς δεομένοις· ἑνὸς δὲ ἑκάστου τῶν ἀκροω- D μένων λαβεῖν ἐστι τὸ ἐπιτήδειον τῷ νοσήματι. οὐκ οἶδα ἐγὼ τοὺς ἀρρωστοῦντας· οὐκ οἶδα τοὺς ὑγιαίνοντας.
c διὰ τοῦτο πάντα λόγον [c] κινῶ καὶ πᾶσιν ἐπιτήδειον πάθεσι· νῦν μὲν πλεονεξίας κατηγορῶν· αὖθις δὲ τρυφῆς· πάλιν ἀσελγείας καθαπτόμενος· εἶτα ἐλεημοσύνης συντιθεὶς ἔπαινον καὶ παράκλησιν· εἶτα τῶν ἄλλων ἑκάστου κατορθωμάτων. δέδοικα γὰρ μήποτε
d [d] περὶ ἓν τῶν λόγων ἡμῖν ἀσχολουμένων, λάθω θεραπεύων πάθος ἕτερον, ἄλλα καμνόντων ὑμῶν. ὥστε εἰ μὲν εἷς ἦν ἐνταῦθα ὁ συλλεγόμενος, οὐκ ἂν οὕτω σφόδρα ἀναγκαῖον εἶναι ἐνόμισα πολυειδῆ τὸν λόγον ποιῆσαι. ἐπειδὴ δὲ ἐν πλήθει τοσούτῳ πολλὰ εἶναι καὶ E πάθη εἰκὸς, οὐκ ἀπεικότως ποικίλλομεν τὴν διδασκαλίαν· πάντως γὰρ εὑρήσει τὴν ἑαυτοῦ χρείαν ὁ λόγος ἅπασιν ἐφαπλούμενος. διά τοι τοῦτο καὶ ἡ γραφὴ πολυειδής τίς ἐστι περὶ μυρίων ἡμῖν διαλεγομένη πραγμά-

HOMILIA XXIII.

II. *Hoc fecit initium signorum Jesus in Cana Galilææ.*

I. VEHEMENTER instat diabolus, & saluti nostræ undique insidiatur. Vigilandum itaque, & undique ipsi aditus intercludendus est. Nam si vel parvam invenerit occasionem, latum sibi postea parabit ingressum, & vim suam totam paulatim inducet. Si itaque salutis nostræ aliquam rationem habeamus, ne in parvis quidem rebus ipsum accedere sinamus, ut per hæc majoribus occurramus. Nam extremæ insipientiæ esset, si dum tantam ille diligentiam adhibet, ut animam perdat nostram, nos pro salute nostra non parem adhibeamus solicitudinem. Hæc a me non sine causa dicta sunt; sed quia timeo, ne in media caula nunc ille lupus adstet occultus, ovemque rapiat, quæ se vel ex segnitie vel dolo malo a grege auditorum semoverit. Nam vulnera si sub sensum caderent, aut si corpus plagas acciperet, non opus esset insidias hasce tantum præcavere. Quia vero invisibilis anima est, ipsaque vulneribus confoditur, multa nobis opus est vigilantia, ut unusquisque sese exploret. *Nemo enim* 1. Cor. 2. 11.
novit ea quæ sunt hominis, ut spiritus hominis qui in ipso est. Oratio enim ad omnes pervadit, & commune omnibus offert remedium: sed ad singulos auditores pertinet illa accipere, quæ morbo suo depellendo sunt congruentia. Ægros non novi, nec bene valentes: ideo de rebus omnibus loquor, ea quæ animi morbis singulis competant: modo de avaritia, mox de mensæ deliciis; hinc libidinem aggredior: postea vero eleemosynam laudo, ad illamque erogandam hortor; hinc bonorum operum alia genera. Timeo enim ne dum uni morbo curando incumbo, alii remedium afferam, dum vos aliis ægritudinibus laboratis. Si unus tantum hic adesset, non necessarium ducerem multiplicem habere sermonem. Quia vero in tanta multitudine, multos esse morbos verisimile est, non sine causa doctrinam variamus: sermo quippe in omnes effusus, suam certe utilitatem habebit. Ideoque Scriptura ipsa varia est, ac de sexcentis

[a] Savil. & mss. ἀπολλύναι ψυχήν. Morel. ἀπολέσαι.
[b] εἰσαγαγεῖν. Savil. ἄγειν. Paulopost Morel. ἔστηκε. Savil. εἰστήκει. Sed suspicatur legendum, ἑστήκῃ, & hæc vera lectio quam habet codex unus optimæ notæ. Duo autem alii, ἑστήκει, mendose.
[c] Savil. & mss. κινῶ καὶ πᾶσιν ἐπιτήδειον. Morel. κινῶ, πᾶσιν αἰθερώπους ὁμοίως ἁρμόζοντα, καὶ πᾶσιν.

[d] Alii, περὶ ἓν τῶν λεγομένων ὑμῖν ἀσχολουμένων. Franciscus Aretinus alio modo legisse videtur, qui Latine sic interpretatur: *Timeo enim nequando uni nobis morbo vacantibus, alii, quo magis laboret, medicinam non adhibeam.*

rebus edisserit, quia ad communem hominum naturam sermonem dirigit. In tanta vero multitudine, necesse est omnes animi morbos reperiri, licet non omnes in cunctis adsint. His itaque nos expurgantes, divina verba quæ hodie lecta sunt intentis admodum animis audiamus. Quænam illa sunt? *Hoc fecit initium signorum Jesus in Cana Galilææ.* Dixi nuper quosdam non hoc initium esse putare. Quid enim, inquiunt, si dicatur id de Cana Galilææ tantum, nam hoc initium fecit in Cana. Ego vero hac de re non curiosius edisseram; sed dico ipsum post baptisma signa edere cœpisse: ante baptisma vero nullum fecisse, jam declaravimus. Sive autem hoc, sive aliud post baptisma primum signum fuerit, disquirere non operæ precium esse existimo. *Et manifestavit gloriam suam.* Quo modo & qua ratione? Neque enim multi rei gestæ attendebant; sed ministri tantum, architriclinus & sponsus. Quomodo ergo manifestavit gloriam suam? Quantum in ipso erat. Quod si non tunc, certe postea omnes miraculum audituri erant; nam ad hoc usque tempus celebratur nec latet. Quod autem illo die non omnes id noverint, ex sequentibus palam est: postquam enim dixerat, *manifestavit gloriam suam*, subdidit: *& crediderunt in eum discipuli ejus*, qui prius mirabantur. Viden' tunc maxime necessarium fuisse ut miracula ederentur, cum probi homines, qui dictis attendebant, aderant? Hi enim & facilius credituri erant, & gesta accurate observaturi. Et quomodo notus fuisset sine miraculis? Certe satis erant doctrina, & prophetia cum miraculo conjuncta, ut ea in auditorum animos insinuarent, ut jam assueti, gestis rebus cum affectu attenderent. Ideo alibi sæpe dicunt Evangelistæ, ipsum non edidisse signa, propter hominum illorum perversitatem.

12. *Et post hæc descendit in Capernaum ipse & mater ejus & fratres & discipuli ejus: & ibi manserunt non multis diebus.* Cur cum matre Capernaum venit? Neque enim ibi ullum fecit miraculum; neque urbis istius incolæ probe erga illum affecti erant: sed admodum corrupti. Illudque Christus significavit dicens: *Et tu Capernaum usque ad cælum elata, usque ad infernum deprimêris.* Cur ergo illo se confert? Ut mihi quidem videtur, quia paulopost iturus erat Jerosolymam; ideo tunc abiit, ne matrem & fratres ubique secum traheret. Abiens igitur illicque in matris honorem paulum commoratus, iterum miracula ag-

Luc. 10. 15.

A των, ἐπειδὴ κοινῇ τῇ φύσει διαλέγεται τῶν ἀνθρώπων. ἐν δὲ πλήθει τοσούτῳ, πάντα ἀνάγκη τὰ πάθη τῆς ψυχῆς εἶναι, εἰ καὶ μὴ πάντα ἐν πᾶσι. τούτων τοίνυν ἑαυτοὺς ἐκκαθάραντες, [a] οὕτω τῶν θείων λόγων ἀκούσωμεν, καὶ μετὰ συντεταμένης διανοίας, καὶ τῶν σήμερον ἡμῖν ἀναγνωσθέντων ἀκούσωμεν. τίνα δὲ ταῦτά ἐστι; ταύτην ἐποίησέ, φησι, τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων ὁ Ἰησοῦς, ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας. εἶπον καὶ πρώην ὅτι τινὲς οὐκ ἀρχὴν ταύτην εἶναί φασι. [b] τί γάρ, φησιν, εἰ πρόσκειται ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας· τὴν γὰρ ἀρχήν, φησιν, ταύτην ἐποίησεν ἐν Κανᾷ. ἐγὼ δὲ ὑπὲρ τούτων μὲν,
B οὐδὲν ἂν ἀκριβολογησαίμην· ἀλλ' ὅτι μέν τοι μετὰ τὸ βάπτισμα τῶν σημείων ἤρξατο, καὶ πρὸ τοῦ βαπτίσματος οὐδὲν ἐθαυματούργησε, καὶ ἔμπροσθεν ἐδηλώσαμεν. εἴτε δὲ τοῦτο, εἴτε ἕτερον πρῶτον σημεῖον ἐγένετο τῶν μετὰ τὸ βάπτισμα γινομένων, οὐ σφόδρα διϊσχυρίζεσθαι ἀναγκαῖον εἶναί μοι δοκεῖ. καὶ ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ. πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; οὐδὲ γὰρ πολλοὶ προσεῖχον τῷ γινομένῳ, ἀλλ' οἱ διάκονοι, καὶ ὁ ἀρχιτρίκλινος καὶ ὁ νυμφίος. πῶς οὖν ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ; τό γε αὐτοῦ μέρος. εἰ δὲ καὶ μὴ τότε, ἀλλ' ὕστερον ἔμελλον τὸ θαῦμα ἀκούσεσθαι ἅπαν-
C τες· μέχρι γὰρ τοῦ νῦν ᾄδεται καὶ οὐ διέλαθεν. ὅτι γὰρ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ οὐ πάντες ᾔδεσαν, ἀπὸ τῶν ἐπαγομένων δῆλον. εἰπὼν γάρ, ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ, ἐπήγαγε· καὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, [c] οἱ καὶ πρὸ τούτου θαυμάζοντες αὐτόν. ὁρᾷς ὅτι τὰ σημεῖα τότε μάλιστα ἀναγκαῖον ἦν ποιεῖν, ὅτε οἱ εὐγνώμονες καὶ προσέχοντες τοῖς γινομένοις σαφῶς παρῆσαν; οὗτοι γὰρ ἔμελλον καὶ πιστεύειν εὐκολώτερον, καὶ μετὰ ἀκριβείας προσέχειν τοῖς γινομένοις. καὶ πῶς ἂν ἐγένετο γνώριμος τῶν σημείων χωρίς; ὅτι καὶ διδασκαλία ἱκανὴ καὶ [d] προφητεία καὶ τὸ θαῦμα ἐνθεῖναι ταῖς τῶν ἀκουόντων ψυχαῖς, ὥστε μετὰ διαθέσεως προσέχειν τοῖς
D γινομένοις, τῆς ψυχῆς προῳκειωμένοις ἤδη. διά τοι τοῦτο πολλαχοῦ καὶ ἀλλαχοῦ φασιν οἱ εὐαγγελισταὶ, μὴ πεποιηκέναι σημεῖον αὐτὸν, διὰ τὸ τῶν ἀνθρώπων σκαιὸν τῶν ἐκεῖ διατριβόντων. καὶ μετὰ ταῦτα κατέβη εἰς Καπερναοὺμ αὐτὸς καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· καὶ ἦσαν ἐκεῖ οὐ πολλὰς ἡμέρας. τίνος οὖν ἕνεκεν παραγίνεται μετὰ τῆς μητρὸς εἰς Καπερναούμ; οὔτε γὰρ θαῦμα οὐδὲν εἰργάσατο αὐτόθι, οὔτε οἱ τὴν πόλιν οἰκοῦντες ἐκείνην τῶν ὑγιῶς πρὸς αὐτὸν ἐχόντων ἦσαν· ἀλλὰ καὶ τῶν σφόδρα διεφθαρμένων. καὶ τοῦτο ἐδήλωσεν ὁ Χριστὸς εἰπών· καὶ σὺ Καπερναοὺμ ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως ᾅδου καταβιβασθή-
E σῃ. τίνος οὖν ἕνεκεν παραγίνεται; ἐμοὶ δοκεῖ, ἐπειδὴ μικρὸν ὕστερον ἔμελλεν ἀπιέναι εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, διὰ τοῦτο τότε ἀπελθεῖν, ὥστε μὴ πανταχοῦ τοὺς ἀδελφοὺς ἐπισύρεσθαι καὶ τὴν μητέρα. ἀπελθὼν γοῦν καὶ ὀλίγον διατρίψας χρόνον διὰ τὴν εἰς τὴν μητέρα τιμὴν, οὕτω πάλιν ἐπιλαμβάνεται τῶν θαυμάτων, ἀποκα-

[a] Morel. οὕτω τοῖς θείοις λόγοις προσβάλλωμεν, καὶ οὕτω μετὰ συντεταμένης σφόδρα τῆς διανοίας Savilium sequimur, qui tamen male συντετριμμένης pro συντεταμένης posuit, contra fidem manuscriptorum omnium.
[b] Savil. & mss. τί γάρ φησιν εἰ πρόκειται ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας· τὴν γὰρ ἀρχὴν, φησι, ταύτην ἐποίησεν ἐν Κανᾷ. Morel. τί γὰρ ἄτοπον προσκεῖσθαι ἐν Κ. . . . καὶ μὴ ἀρχὴν εἶ ταύτην τῶν Ἰησοῦ σημείων· ἐγώ.
[c] Morel. ὥστε οἱ καὶ πρὸ τούτου θαυμάζοντες ἐπίστευσαν· ὁρᾷς.
[d] Savil. προφητεία καὶ τὸ θαῦμα. Morel. secus.

παστήσας τὴν γεγεννηκυῖαν. διὰ τοῦτό, φησιν, ὅτι οὐ μετὰ πολλὰς ἡμέρας ἀνέβη εἰς Ἱεροσόλυμα. πρὸ ὀλίγων ἄρα ἡμερῶν τοῦ [a] πάσχα ἐβαπτίσατο. ἀνελθὼν δὲ εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, τί ποιεῖ; πρᾶγμα πολλῆς αὐθεντίας γέμον. τοὺς γὰρ καπήλους ἐκείνους, τοὺς τραπεζίτας, τοὺς τὰς περιστερὰς πωλοῦντας καὶ βόας καὶ πρόβατα, καὶ διὰ τοῦτο ἐκεῖ διατρίβοντας ἐξέβαλε.

Καὶ ἕτερος μὲν εὐαγγελιστής φησιν, ὅτι ἐκβάλλων ἔλεγε· μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου σπήλαιον λῃστῶν· οὗτος δέ φησιν, οἶκον ἐμπορίου· οὐκ ἐναντίως ἀλλήλοις λέγοντες, ἀλλὰ δεικνύντες ὅτι ἐκ δευτέρου τοῦτο ἐποίησε· καὶ ὅτι οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἀμφότερα γέγονεν· ἀλλὰ νῦν μὲν ἐν προοιμίοις, νῦν δὲ πρὸς αὐτὸ τὸ πάθος ἐλθὼν, τοῦτο ποιεῖ· διὸ καὶ σφοδρότερον τοῖς λόγοις χρησάμενος, σπήλαιον ἐκάλεσεν ἐνταῦθα· ἐν δὲ ἀρχῇ τῶν σημείων οὐχ οὕτως· ἀλλ' ὑφειμένῃ μᾶλλον τῇ ἐπιτιμήσει κέχρηται. ὅθεν εἰκὸς δεύτερον τοῦτο πεποιηκέναι. καὶ τίνος ἕνεκεν, φησιν, αὐτὸ τοῦτο πεποίηκεν ὁ Χριστὸς, καὶ τοσαύτῃ σφοδρότητι κατ' αὐτῶν, ὅπερ οὐδαμοῦ φαίνεται ποιῶν, καὶ ταῦτα ὑβριζόμενος, λοιδορούμενος, καὶ Σαμαρείτης καὶ δαιμονῶν κληθεὶς παρ' αὐτῶν; οὐδὲ γὰρ ἠρκέσθη τοῖς λόγοις μόνον, ἀλλὰ καὶ φραγέλλιον λαβὼν, οὕτως αὐτοὺς ἐξέβαλεν. οἱ δὲ Ἰουδαῖοι ἑτέρων μὲν εὐεργετουμένων, ἐγκαλοῦσι καὶ ἀγριαίνουσιν· ὅτε δὲ εἰκὸς ἦν ἐκθηριωθῆναι ἐπιτιμωμένους, οὐ τοιούτῳ κέχρηνται πρὸς αὐτὸν τρόπῳ. οὐ γὰρ ἐπετίμησαν οὐδὲ ὕβρισαν· ἀλλὰ [b] τί φασι; τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν ὅτι ταῦτα ποιεῖς; ὁρᾷς βασκανίας ὑπερβολὴν, καὶ πῶς αἱ τῶν ἄλλων εὐεργεσίαι μᾶλλον αὐτοὺς παρώξυναν; ποτὲ μὲν οὖν σπήλαιον λῃστῶν τὸν ναὸν ὑπ' αὐτῶν ἔλεγε γίνεσθαι, δεικνὺς ὅτι τὰ πωλούμενα ἀπὸ κλοπῆς ἦν, καὶ ἁρπαγῆς καὶ πλεονεξίας, καὶ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἐπλούτουν συμφορῶν· ποτὲ δὲ οἶκον ἐμπορίου, τὰς ἀναισχύντους αὐτῶν καπηλείας ἐνδεικνύμενος. ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν τοῦτο πεποίηκεν; ἐπειδὴ ἔμελλεν ἐν σαββάτῳ θεραπεύειν, καὶ πολλὰ τοιαῦτα ποιεῖν, ἃ ἐδόκει παρ' αὐτῶν τοῦ νόμου παράβασις εἶναι· ἵνα μὴ δόξῃ ὡς ἀντίθεός τις καὶ ἐξ ἐναντίας ἥκων τῷ πατρὶ ταῦτα ποιεῖν, ἐντεῦθεν τῆς τοιαύτης ὑπονοίας αὐτῶν ποιεῖται τὴν διόρθωσιν. οὐ γὰρ ἂν ὁ τοσοῦτον ζῆλον ἐπιδειξάμενος ὑπὲρ τοῦ οἴκου, τῷ τοῦ οἴκου δεσπότῃ καὶ ἐν αὐτῷ θεραπευομένῳ ἔμελλεν ἐναντιοῦσθαι. ἦν μὲν οὖν ἱκανὰ καὶ τὰ πρότερα ἔτη, ἐν οἷς κατὰ τὸν νόμον ἐβίω, δεῖξαι τὴν πρὸς τὸν νομοθέτην αἰδῶ, καὶ ὅτι οὐκ ἀντινομοθετῶν ἦλθεν· ἐπειδὴ δὲ εἰκὸς ἦν ἐκεῖνα λήθῃ παραδοθῆναι τῷ τρόπῳ, ἅτε οὐ πᾶσιν ὄντα γνώριμα, διὰ τὸ ἐν οἰκίᾳ τρέφεσθαι πτωχῇ καὶ εὐτελεῖ, παρόντων πάντων λοιπόν· καὶ γὰρ πολλοὶ παρῆσαν, ἅτε ἑορτῆς πλησίον οὔσης· τοῦτο ποιεῖ, καὶ [c] παρακεκινδυνευμένως. οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς ἐξέβαλεν, ἀλλὰ καὶ τὰς τραπέζας ἀνέτρεψε, καὶ τὸ ἀργύριον ἐξέχεε, διδοὺς αὐτοῖς ἐκ τούτων λογίσασθαι, ὅτι

[a] Morel. πάσχαλος.
[b] Savil. & Morel. τί φησι. Mss. plurimi, τί φασι, melius.

A greditur, cum illam ibi reliquisset. Ideo dicit ipsum non paucis elapsis diebus, 13. venisse Jerosolymam. Paucis ergo ante Pascha diebus baptizatus est. Et Jerosolymæ quid agit? Rem magnæ auctoritatis. Nam negotiatores illos, nummularios, eos qui columbas vendebant & boves & oves, ideoque illic versabantur, ejecit.

2. Alius autem Evangelista narrat ejicientem illum dixisse, *Nolite facere domum Patris mei speluncam latronum*: hic vero dicit, 16. *domum negotiationis*: non contraria loquentes, sed demonstrantes ipsum id bis fecisse, & hæc non eodem B gesta tempore fuisse; sed & nunc initio prædicationis, atque etiam cum ad passionem pervenisset: quapropter vehementioribus usus verbis, speluncam vocavit: non item nunc initio; sed moderatiore increpatione utitur: unde verisimile sit idipsum bis fecisse. Et cur, inquies, id Christus & cum tanta vehementia fecit, quanta nusquam agere deprehenditur, & hæc cum contumeliis & convitiis affectus, Samaritanus & dæmoniacus ab illis vocaretur? Neque enim verbis contentus, cum flagello etiam illos expulit. Judæi, cum aliis beneficium C confertur, accusant & efferuntur; quando autem par esse videbatur illos exasperari castigatos, non ita aspere agunt. Neque enim increparunt, aut contumelia affecerunt, sed quid dixerunt? 18. *Quod signum ostendis nobis quia talia facis?* Viden' livorem ingentem, & quomodo aliis illata beneficia indignius ferent? Aliquando igitur templum ab illis speluncam latronum factum esse dicebat, ostendens illa quæ vendebantur, furto parta fuisse, atque ex rapina & avaritia prodire, ipsosque ex aliorum calamitate ditescere; aliquando autem D domum negotiationis dicit, impudentem negotiationem significans. Sed cur hoc fecit? Quia futurum erat ut in sabbato curaret, & multa hujusmodi faceret, quæ ipsi putabant transgressionem esse legis; ne videretur Deo adversarius esse, qui contra Patrem id faciendo insurgeret, jam hinc illorum hujusmodi suspicionem corrigit. Nam qui pro templi honore tantam ostenderat indignationem, templi Domino, qui in ipso colebatur, non adversaturus erat. Satis erant superiores anni quibus secundum legem vixerat, ut probaretur E ejus erga legislatorem reverentia, ipsumque non legi adversaturum esse. Quia autem illi anni in oblivionem venturi erant, quia omnibus noti non erant, eo quod in paupere domo enutritus fuisset; omnibus præsentibus, utpote die festo appropinquante, id facit, nec sine periculo. Neque solum enim ejecit; sed & mensas evertit, argentum effudit, ut illi secum reputarent, eum qui ob decorem

Christus bis ementes & vendentes ejecit de templo.

[c] Savil. παρακεκινδυνευμένως. Morel. παρακινδυνευμένως.

domus sese in pericula conjiceret, dominum domus non despicere. Si enim id simulate tantum fecisset, hortari solum oportuisset: nam se in pericula conjicere, audax facinus erat. Neque enim leve illud erat sese forensium furori objicere, & brutorum hominum, mercatorum videlicet, turbam contumeliis onerare & adversum se exasperare; id non simulantis erat, sed pro domus decore pericula omnia adeuntis. Quamobrem non gestis solum, sed etiam dictis ostendit suam cum Patre concordiam: non dixit enim domum sanctam, sed domum Patris mei. Ecce Patrem vocat, nec indignantur. Putabant enim ipsum simpliciter loqui. Sed quia deinde clarius loquutus est, ut suam cum Patre æqualitatem declararet; tunc in furorem acti sunt. Quid igitur illi? *Quod signum nobis ostendis*, inquiunt, *quia hæc facis?* O summam amentiam! Quo signo opus erat, ut a male faciendo desinerent, & domum a tanta turpitudine liberarent? Ille tantus pro domo Dei zelus, nonne maximum virtutis signum erat? Probi autem viri hinc agniti sunt: nam 17. *recordati sunt discipuli ejus tunc quia scriptum est, Zelus domus tuæ comedit me.* At non illi prophetiæ meminerunt, sed dicebant, *Quod signum ostendis nobis?* De turpi amisso lucro dolentes, sperantesque se sic posse illum abducere, ad miraculum patrandum evocant, ut factum ejus coarguant. Ideo signum non dat illis. Imo cum prius accessissent signum petentes, hoc respondit: *Generatio prava & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ.* (Matth. 16. 4.) Sed tunc clarius; nunc autem magis ænigmatice. Illud autem agit ob extremam illorum insaniam. Neque enim ille qui non petentes præveniebat & signa dabat, petentes repulisset, nisi illos prava & dolosa mente fuisse scivisset. Nam vel ipsa interrogatio quanta nequitia plena esset, consideres velim. Cum enim oportuisset ejus studium ac zelum approbare, atque obstupescere, quod talem domus curam gereret; illi accusant, ac vendere sibi licere contendunt, neque licere sibi a vendendo desistere, nisi ipse signum ostendat. Quid ergo Christus? 19. *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Multa hujusmodi loquitur, quæ audientibus sint obscura, sed post futuris clara: cur hoc? ut cum rei prædictæ finis adveniret, probaretur ipsum jam olim id præscivisse; quod in hac prophetia accidit. Nam ait: 22. *Cum resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli ejus quia hoc dicebat: & crediderunt Scripturæ & sermoni quem dixit Jesus.* Cum hæc dicerentur; alii dubitabant quandonam id even-

Cur Christus obscure prænunciet.

A οὐκ ἂν εἰς κινδύνους ῥίπτων ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς εὐκοσμίας τοῦ οἴκου, τοῦ δεσπότη τοῦ οἴκου κατεφρόνησεν ἄν. εἰ γὰρ ὑποκρινόμενος ταῦτα ἐποίει, παραινέσαι ἐχρῆν μόνον· τὸ δὲ καὶ εἰς κινδύνους [a] καταστῆναι, πάνυ τολμηρόν. οὐδὲ γὰρ τὸ τυχὸν ἦν, καὶ θυμῷ τοσούτῳ ἀγοραίων ἑαυτὸν ἐκδοῦναι· καὶ δῆμον πολλῆς γέμοντα ἀλογίας καπήλων ἀνθρώπων καθ᾽ ἑαυτοῦ παροξῦναι ὑβρίζοντα, ζημιοῦντα, οὐχ ὑποκρινομένου ἦν, ἀλλὰ πάντα αἱρουμένου παθεῖν, ὑπὲρ τῆς εὐκοσμίας τοῦ οἴκου. διὰ τοῦτο οὐδὲ δι᾽ ὧν ποιεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ δι᾽ ὧν λέγει, δείκνυσι τὴν πρὸς αὐτὸν συμφωνίαν· οὐδὲ γὰρ εἶπε τὸν ἅγιον, ἀλ-
B λὰ τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου. ἰδοὺ καὶ πατέρα καλεῖ, καὶ οὐκ ὀργίζονται. ᾤοντο γὰρ ἁπλῶς αὐτὸν λέγειν. ἐπειδὴ δὲ προϊὼν τρανώτερον ἐφθέγγετο, ὡς ἐκείνην παραστῆσαι τὴν διάνοιαν τῆς ἰσότητος, τότε ἀγανακτοῦσιν. τί οὖν ἐκεῖνοι; τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν, φησιν, ὅτι ταῦτα ποιεῖς; ὢ τῆς ἐσχάτης μανίας. σημείου γὰρ χρεία ἦν, ὥστε τὰ κακῶς γινόμενα παῦσαι, καὶ τὸν οἶκον ἀπαλλάξαι τοσαύτης αἰσχύνης· τὸ δὲ ζῆλον τοιοῦτον λαβεῖν ὑπὲρ τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ, οὐ μέγιστον σημεῖον ἀρετῆς ἦν; οἱ γοῦν εὐγνώμονες καὶ ἐντεῦθεν ἐδείκνυντο. καὶ γὰρ ἐμνήσθησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τότε, φησὶν, ὅτι ἐστὶ γεγραμμένον· ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατεφάγησέ με·
C ἀλλ᾽ οὐκ ἐκεῖνοι τῆς προφητείας ἐμνήσθησαν, ἀλλὰ τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν, ἔλεγον; ἅμα μὲν ὑπὲρ τῆς αἰσχροκερδίας τῆς ἑαυτῶν ἀλγοῦντες ἐκκοπτομένης, καὶ προσδοκῶντες ταύτῃ κωλύειν αὐτὸν, καὶ ἐκκαλέσασθαι εἰς θαῦμα βουλόμενοι, καὶ ἐπισκῆψαι τοῖς γινομένοις· διὰ τοῦτο οὐδὲ δίδωσιν αὐτοῖς σημεῖον. ἐπεὶ καὶ πρότερον προσελθοῦσι καὶ αἰτοῦσι, τὸ αὐτὸ ἀπεκρίνατο· γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ. ἀλλὰ τότε μὲν σαφέστερον· νυνὶ δὲ αἰνιγματωδέστερον. ποιεῖ δὲ τοῦτο διὰ τὴν ἐσχάτην αὐτῶν ἀναισθησίαν. οὐ γὰρ ἄν,
D ὁ μὴ αἰτοῦντας [b] προλαμβάνων καὶ σημεῖα διδοὺς, τοὺς αἰτοῦντας ἂν ἀπεστράφη, εἰ μὴ τὴν διάνοιαν αὐτῶν εἶδε πονηρὰν οὖσαν καὶ δολερὰν καὶ ὕπουλον αὐτῶν τὴν προαίρεσιν. αὐτὸ γὰρ εὐθέως τὸ ἐρώτημα, ἐννόησον ὅσης κακίας μεστὸν ἦν. δέον γὰρ αὐτὸν ἀποδέξασθαι τῆς σπουδῆς καὶ τοῦ ζήλου· δέον ἐκπλαγῆναι, ὅτι τοσαύτην τοῦ οἴκου ποιεῖται πρόνοιαν· οἱ δὲ ἐγκαλοῦσι, καπηλεύειν ἐξεῖναι λέγοντες, λύειν δὲ τὴν καπηλείαν οὐκ ἐξὸν εἶναι, ἂν μὴ σημεῖόν τι ἐπιδείξηται. τί οὖν ὁ Χριστός; λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. πολλὰ τοιαῦτα φθέγγεται τοῖς μὲν τότε ἀκούουσιν οὐκ ὄντα δῆλα· τοῖς δὲ μετὰ ταῦτα ἐσόμε-
E να. τίνος δὲ ἕνεκεν τοῦτο ποιεῖ; ἵνα δειχθῇ προειδὼς ἄνωθεν τὰ μετὰ ταῦτα, ὅταν ἐξέλθῃ καὶ τῆς προρρήσεως τὸ τέλος· ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τῆς προφητείας ταύτης γέγονεν. ὅτε γάρ, φησιν, ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν, τότε ἐμνήσθησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὅτι τοῦτο ἔλεγεν, καὶ ἐπίστευσαν τῇ γραφῇ καὶ τῷ λόγῳ ᾧ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς. ὅτε δὲ ἐλέγετο, οἱ μὲν ἠπόρουν πότ᾽ ἂν εἴη τὸ εἰρημέ-

[a] Savil. καταστῆναι· οὐδὲ γάρ. MSS. alii aliam efferunt lectionem.

[b] Quidam, προσλαμβάνων.

νον· οἱ δὲ ἀμφέβαλλον λέγοντες· τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος, καὶ σὺ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερεῖς αὐτόν; τεσσαράκοντα δὲ καὶ ἓξ ἔτη ἔλεγον, τὴν ὑστέραν οἰκοδομὴν δηλοῦντες· ἡ γὰρ [a] προτέρα εἰς εἴκοσιν ἐτῶν ἀπηρτίσθη χρόνον.

Τίνος οὖν ἕνεκεν οὐκ ἔλυσε τὸ αἴνιγμα, καὶ εἶπεν ὅτι οὐ περὶ τοῦ ναοῦ λέγω τούτου, ἀλλὰ περὶ τῆς σαρκὸς τῆς ἐμῆς. ἀλλ' ὁ μὲν εὐαγγελιστὴς ὕστερον γράφων τὸ εὐαγγέλιον, ἑρμηνεύει τὸ εἰρημένον· αὐτὸς δὲ ἐσίγησε τότε. Τίνος οὖν ἕνεκεν ἐσίγησεν; ὅτι οὐκ ἂν τὸν λόγον ἐδέξαντο· εἰ γὰρ μηδὲ οἱ μαθηταὶ ἱκανοί πως συνιέναι τὸ λεχθὲν ἦσαν, πολλῷ μᾶλλον οἱ ὄχλοι. ὅτε γὰρ, φησὶν, ἀνέστη ὁ Ἰησοῦς ἐκ τῶν νεκρῶν, τότε ἐμνήσθησαν καὶ ἐπίστευσαν τῷ λόγῳ καὶ τῇ γραφῇ, δύο γὰρ ἦν αὐτοῖς τὰ προϊστάμενα τέως· ἓν μὲν τὸ τῆς ἀναστάσεως· ἕτερον δὲ τὸ τούτου μεῖζον, εἰ Θεὸς ἦν ὁ ἔνδον οἰκῶν. ἅπερ ἀμφότερα ἠνίξατο εἰπών· λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν· ὅπερ καὶ ὁ Παῦλος οὐ μικρὸν εἶναι σημεῖόν φησι θεότητος, οὕτω λέγων· τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. διατί δὲ καὶ ἐκεῖ καὶ ἐνταῦθα τοῦτο δίδωσι σημεῖον, καὶ πανταχοῦ· νῦν μὲν λέγων, ὅταν ὑψωθῶ, καὶ ὅταν ὑψώσητε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, τότε γνώσεσθε ὅτι ἐγώ εἰμι· νῦν δὲ, οὐ δοθήσεται ὑμῖν σημεῖον, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ· καὶ ἐνταῦθα πάλιν, ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν; ὅτι τοῦτο μάλιστα ἦν τὸ δεικνύον αὐτὸν οὐκ ὄντα ἄνθρωπον ψιλὸν, τὸ δυνηθῆναι κατὰ τοῦ θανάτου στῆσαι τρόπαιον· τὸ τὴν τυραννίδα αὐτοῦ τὴν μακρὰν, καὶ τὸν χαλεπὸν καταλῦσαι πόλεμον οὕτω ταχέως. διὰ τοῦτό, φησι, τότε εἴσεσθε. τότε. πότε; ὅταν ἀναστὰς ἐπισπάσωμαι τὴν οἰκουμένην· τότε εἴσεσθε, ὅτι καὶ ταῦτα ὡς Θεὸς καὶ Θεοῦ υἱὸς γνήσιος ἐποίησεν, ἐκδικῶν τὴν εἰς τὸν πατέρα ὕβριν. Τί δήποτε δὲ οὐκ εἶπε καὶ ποίων σημείων χρεία πρὸς τὸ παῦσαι τὸ γινόμενον κακῶς, ἀλλ' ἐπηγγείλατο δώσειν σημεῖον; ὅτι ἐκείνῳ μὲν ἂν αὐτοὺς πλέον παρώξυνε· ταύτῃ δὲ μᾶλλον κατέπληξεν. ἀλλ' ὅμως, οὐδὲν πρὸς τοῦτο εἶπον. καὶ γὰρ ἔδοξεν αὐτοῖς ἄπιστον λέγειν, καὶ οὐδὲ ἐρωτῆσαι ἠνείχοντο· ἀλλ' ὡς ἀδύνατον ὂν παρέδραμον. εἰ δὲ νοῦν εἶχον, εἰ καὶ τότε ἄπιστον ἔδοξεν αὐτοῖς εἶναι, ὅτε τὰ πολλὰ ἐποίησε σημεῖα, τότε ἂν προσελθόντες ἠρώτησαν· τότε ἂν ἠξίωσαν τὴν ἀπορίαν αὐτοῖς λυθῆναι. ἀλλ' ἀνόητοι ὄντες, τοῖς μὲν οὐδ' ὅλως προσεῖχον τῶν λεγομένων· τὰ δὲ μετὰ πονηρᾶς ἤκουον διανοίας. διὸ καὶ ὁ Χριστὸς αἰνιγματωδῶς πρὸς αὐτοὺς ἐφθέγγετο. ἀλλὰ τὸ ζητούμενον ἐκεῖνό ἐστι, πῶς οἱ μαθηταὶ [b] οὐκ ᾔδεισαν, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι; ὅτι οὔπω τῆς τοῦ πνεύματος ἦσαν κατηξιωμένοι χάριτος. διὸ συνεχῶς τοὺς περὶ ἀναστάσεως ἀκούοντες λόγους, οὐδὲν συνίεσαν· ἀλλὰ

A turum esset; alii contendebant dicentes: 20. *Quadraginta sex annis ædificatum est templum hoc: & tu in tribus diebus excitabis illud?* Quadraginta sex annis dicentes postremam templi constructionem significant; prior enim viginti annis absoluta fuit.

3. Cur ergo ænigma illud non solvit, neque dixit: Non de hoc templo loquor, sed de carne mea. Verum Evangelista, diu postea scribens Evangelium, dictum illud explicavit; ille vero tacuit. Quare? Quia verbis ejus fidem non habuissent. Si enim ne quidem discipuli B poterant tunc intelligere, multo minus turbæ. *Cum surrexisset*, inquit, *Jesus a mortuis, tunc recordati sunt, & crediderunt sermoni & Scripturæ.* Duo enim ipsis tunc proponebantur; resurrectio, &, quod majus erat, num Deus esset is qui intus habitabat; quæ ambo subindicavit dicens: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud:* quod Paulus dicit non parvum esse divinitatis signum, his verbis: *Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Jesu Christi.* Cur & illic & hic & ubique hoc C signum dat; modo dicens, *cum exaltatus fuero*; &, *cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum*; modo autem, *& signum non dabitur vobis, nisi signum Jonæ*; atque hic rursum, *in tribus diebus excitabo illud?* Quia hoc maxime argumento ostendebatur ipsum non esse purum hominem, quod posset adversus mortem tropæum erigere, ac diuturnam illius tyrannidem difficileque bellum illud tam cito solvere. Ideo ait: *Tunc scietis.* Tunc, quandonam? Cum postquam resurrexero attraham totum orbem: tunc scietis me ut Deum & verum Dei Filium id fecisse, ad ulciscendam Patri il- D latam contumeliam. Cur autem non dicit, quibus opus esset signis, ad male factum tollendum, sed se signum daturum esse pollicitus est? Quia sic illos magis irritasset; hoc autem modo magis exterruit. Attamen nihil ad hoc responderunt: videbatur enim illis incredibile quidpiam dicere, nec ultra interrogare valuerunt; & quasi res fieri non posset, missam illam fecerunt. Quod si mente valuissent, etiamsi illud incredibile videretur esse, postquam multa signa fecerat, tunc interrogassent illum, tunc precati fuissent ut illorum dubitationem E solveret; sed insani cum essent, aliis dictis ne minimum quidem attenderant: alia vero cum mala mente audiebant. Ideoque Christus ænigmatice ipsis loquebatur. Sed quod jam quæritur hoc est; cur discipuli non noverint ipsum a mortuis resurrecturum esse? Quia nondum Spiritûs gratia dignati fuerant. Quapropter de resurrectione frequenter audientes, nihil intelligebant: sed cogitabant

Rom. 1. 4.

Joan. 8. 24.

a Quidam, προτέρα εἰκοσαετῆ ἀπ-

b Savil. οὐκ ᾔδεισαν Morel. οὐκ εἶχον εἰδέναι.

intra se quid hoc esset. Nam stupendum & inexspectatum erat, quod dicebatur, quod nempe quispiam sese posset resuscitare, atque illo modo resuscitare. Ideo Petrus increpatus fuit, quod cum nihil Matth. 16. 22. nosset de resurrectione, diceret: *Propitius esto tibi.* Neque Christus ante rem ipsam hoc illis revelavit, ne illis offendiculo esset, qui initio vix fidem habebant iis quæ dicebantur, quod ea admodum inexspectata essent, neque clare scirent quis esset Jesus. Iis enim quæ operibus ipsis clare comprobantur, nemo fidem negaverit; illis vero quæ verbis solum proferebantur, verisimile erat quosdam fidem esse negaturos. Idcirco sinebat initio rem occultam manere; cum autem experimento dicta sua vera comprobabat, tunc verborum dabat intelligentiam, tantamque Spiritus gratiam, ut confestim omnia acciperent. *Ille enim*, inquit, *vobis commemorabit omnia.* Nam qui conceptam de illo reverentiam, una vespera deposuerunt ac fugerunt, qui se dicebant non nosse illum, vix omnium quæ multo tempore facta dictaque fuerant, recordati fuissent, nisi magnam consequuti fuissent Spiritus gratiam. Si vero, inquies, a Spiritu audituri erant, quid opus erat illos cum Christo versari, non intellecturos ea quæ dicebantur? Quoniam Spiritus non docuit, sed in memoriam revocavit ea quæ Christus dixerat. Non parum autem ad gloriam Christi conferebat, quod Spiritus mitteretur ad renovandam dictorum suorum memoriam. Apostolorum virtus quanta. Initio quidem ex Dei beneficio fuit, quod Spiritus gratia involaret, ita copiosa & ampla. Deinde eorum virtutis fuit, quod donum tantum retinerent. Vitam quippe sanctitate conspicuam ducebant, multamque sapientiam exhibebant, laboresque magnos: vitam præsentem contemnebant, humana nihili pendebant; sed superiores omnibus fuere; ac sicut aquilæ leves in altum volantes, operibus ad ipsum cælum pertingebant, perque opera ingentem Spiritus gratiam obtinebant. Hos itaque nos quoque imitemur: ne exstinguamus lampades nostras; Eleemosyna commendatur. sed lucidas per eleemosynam reddamus. Hujusce ignis lumen ita servatur. Colligamus igitur oleum in vasis, dum vivimus. Neque enim post discessum hinc nostrum possumus illud emere, nec aliunde accipere, nisi per manus pauperum. Illud, inquam, hinc abunde colligamus, si velimus cum sponso ingredi: sin minus, extra thalamum necessario manebimus. Impossibile enim, impossibile, inquam, est, etiamsi mille bona edamus opera, sine eleemosyna ad regni limina ingredi. Ideo illam admodum li-

A διελογίζοντο καθ' ἑαυτούς, τί ποτε τοῦτό ἐστι. καὶ γὰρ πολὺ ξένον καὶ παράδοξον ἦν τὸ λεγόμενον, τὸ ἑαυτόν τινα δύνασθαι ἀνιστᾶν, καὶ ἀνιστᾶν οὕτως. διὰ τοῦτο καὶ Πέτρος ἐπετιμήθη, ἐπειδὴ οὐδὲν εἰδὼς περὶ ἀναστάσεως, ἔλεγεν· ἵλεώς σοι. καὶ οὐδὲ ὁ Χριστὸς πρὸ τοῦ πράγματος αὐτοῖς ἀπεκάλυψε τοῦτο σαφῶς, ἵνα μὴ σκανδαλισθῶσιν ἐν ἀρχῇ διαπιστοῦντες τοῖς λεγομένοις διὰ τὸ πολὺ παράδοξον, καὶ μηδέπω σαφῶς αὐτὸν εἰδέναι ὅστις ἐστίν. τοῖς μὲν γὰρ διὰ τῶν πραγμάτων βοωμένοις οὐδεὶς ἂν διαπιστήσειε· τοῖς δὲ διὰ τῶν λόγων λεγομένοις, εἰκὸς ἦν τινας διαπιστεῖν. διὰ τοῦτο ἐκ πρώτης B εἴασε συγκεκαλυμμένον εἶναι τὸν λόγον· ὅτε δὲ διὰ τῆς πείρας πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἤγαγε τὰ εἰρημένα, τότε λοιπὸν ἔδωκε καὶ τῶν ῥημάτων τὴν σύνεσιν, καὶ τοσαύτην τοῦ πνεύματος τὴν χάριν, ὥστε ἀθρόον πάντα ἀπολαβεῖν. ἐκεῖνος γάρ, φησιν, ἀναμνήσει ὑμᾶς πάντα. οἱ γὰρ καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν αἰδῶ ἐν μιᾷ μόνον ἐκβάλλοντες ἑσπέρᾳ καὶ φεύγοντες, καὶ οὐδὲ ἰδεῖν αὐτὸν φάσκοντες, σχολῇ γ' ἂν τῶν ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ γινομένων τε καὶ λεχθέντων ἐμνημόνευσαν, εἰ μὴ πολλῆς ἀπήλαυσαν τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος. καὶ εἰ παρὰ τοῦ πνεύματος, φησιν, ἀκούσεσθαι ἔμελλον, τίς χρεία ἦν συγγίνεσθαι αὐτοῖς τῷ Χριστῷ, μέλλοντας μὴ κατέχειν C τὰ λεγόμενα; ὅτι οὐκ ἐδίδασκε τὸ πνεῦμα, ἀλλ' ἀνεμίμνησκεν ἃ προλαβὼν ὁ Χριστὸς εἶπεν. οὐ μικρὸν δὲ εἰς τὴν δόξαν συντελεῖ τοῦ Χριστοῦ τὸ [a] παραπεμφθῆναι εἰς τὴν μνήμην τῶν λεχθέντων αὐτοῖς. παρὰ μὲν οὖν τὴν ἀρχὴν τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος ἐγένετο τὸ ἐπιπτῆναι τὴν τοῦ πνεύματος χάριν οὕτω δαψιλῆ καὶ πολλήν· ὕστερον δὲ τῆς ἑαυτῶν ἀρετῆς τὸ κατασχεῖν τὴν δωρεάν. βίον γὰρ ἐπεδείξαντο λαμπρὸν καὶ πολλὴν τὴν σοφίαν καὶ μεγάλους τοὺς πόνους, καὶ κατεγέλασαν μὲν τῆς παρούσης ζωῆς· οὐδὲν δὲ ἡγήσαντο τὰ ἀνθρώπινα, ἀλλὰ ἀνώτεροι πάντων ἐγένοντο, καὶ D καθάπερ τινὲς ἀετοὶ κοῦφοι ὑψηλὰ πετώμενοι, διὰ τῶν ἔργων πρὸς αὐτὸν ἀφίκοντο τὸν οὐρανόν, καὶ διὰ τούτων εἶχον τοῦ πνεύματος τὴν χάριν ἄφατον. τούτους τοίνυν καὶ ἡμεῖς μιμησώμεθα, καὶ μὴ σβέσωμεν τὰς λαμπάδας, ἀλλὰ διατηρήσωμεν [b] φαιδρὰς δι' ἐλεημοσύνης. τούτου τοῦ πυρὸς τὸ φέγγος οὕτω διακρατεῖται. συνάξωμεν τοίνυν εἰς ἀγγεῖα τὸ ἔλαιον, ἕως ἐνταῦθά ἐσμεν. οὐδὲ γὰρ ἔστι τοῦτο πρίασθαι [c] ἀπελθόντας ἐκεῖ· οὐδὲ ἀλλαχόθεν αὐτὸ λαβεῖν, ἀλλ' ἢ διὰ τῆς τῶν πενήτων χειρός. συλλέξωμεν τοίνυν E ἐντεῦθεν ἤδη μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας, εἴγε βουλόμεθα μετὰ τοῦ νυμφίου εἰσελθεῖν. εἰ δὲ μή, ἔξω μένειν τοῦ νυμφῶνος ἀνάγκη. ἀμήχανον γάρ, ἀμήχανον, κἂν μυρία κατορθώσωμεν ἀγαθά, τῆς ἐλεημοσύνης χωρὶς ἐπιβῆναι τῶν τῆς βασιλείας προθύρων. διὸ μετὰ πολλῆς ταύτην ἐπι-

[a] Alii, παραπεμφθῆναι τῇ μνήμῃ τῶν. Paulopost Morel. ἐγένετο ἐπιπτῆναι. Savil. & mss. multi, ἐγένετο τὸ ἐπιπτῆναι. Unus, ἐγένετο τὸ ἐπιστῆναι. Boisius legendum putat, ἐπιχυθῆναι, quia Interpres Latinus verterat: *Spiritus itaque gratiæ infusio.*

[b] Sic Savil. & mss. Morel. φαιδρῶς.

[c] Mss. quidam, ἀπελθόντα.

δειξώμεθα

δεξώμεθα τῆς δαψιλείας, ὥστε ἀπολαῦσαι τῶν ἀπορρήτων ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος πάντοτε, καὶ νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ κδʹ.

Ὡς δὲ ἦν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐν τῷ πάσχα ἐν τῇ ἑορτῇ, πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν.

B

ΤΩΝ ἀνθρώπων τῶν τότε, οἱ μὲν τῇ πλάνῃ προσεῖχον· οἱ δὲ τῆς ἀληθείας ἀντείχοντο· ἀλλὰ καὶ τούτων ἔνιοι πρὸς ὀλίγον αὐτῆς ἀντιλαμβανόμενοι, πάλιν αὐτῆς ἐξέπιπτον. Τούτους καὶ ὁ Χριστὸς αἰνιττόμενος σπέρμασι παρέβαλε τοῖς οὐ κατὰ βάθους κειμένοις, ἀλλὰ τὰς ῥίζας ὑπὲρ τῆς ἐπιφανείας τῆς γῆς ἔχουσιν, οὓς καὶ ταχέως ἀπολεῖσθαι ἔφη. Τούτους καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐνταῦθα ἡμῖν ἐδήλωσεν, οὕτω λέγων· ὅτι ὡς ἦν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐν τῷ πάσχα ἐν τῇ ἑορτῇ, πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν, θεωροῦντες αὐτοῦ τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει. αὐτὸς δὲ ὁ Ἰησοῦς οὐκ ἐπίστευεν ἑαυτὸν αὐτοῖς. (C) Ἐκεῖνοι γὰρ ἀκριβέστεροι ἦσαν οἱ μαθηταὶ, ὅσοι μὴ ἀπὸ σημείων προσήεσαν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς διδασκαλίας. Τοὺς μὲν γὰρ παχυτέρους τὰ σημεῖα ἐφείλκετο, τοὺς δὲ λογικωτέρους αἱ προφητεῖαι καὶ διδασκαλίαι. ὅσοι γοῦν ἀπὸ διδασκαλίας κατεχέθησαν, οὗτοι τῶν ἀπὸ σημείων ἦσαν βεβαιότεροι· οὓς καὶ ὁ Χριστὸς ἐμακάριζε λέγων· μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες καὶ πιστεύσαντες. ὅτι δὲ οὐ τῶν γνησίων ἦσαν οὗτοι, δείκνυσι καὶ ἡ ἐπαγωγή· αὐτὸς γάρ, φησιν, ὁ Ἰησοῦς οὐκ ἐπίστευεν ἑαυτὸν αὐτοῖς. Διατί; Διὰ τὸ γινώσκειν [a] πάντα, καὶ ὅτι οὐ χρείαν εἶχεν ἵνα τις μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ ἀνθρώπου· αὐτὸς γὰρ ἐγίνωσκε τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. (D) Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· οὐ προσεῖχε τοῖς ἔξωθεν ῥήμασι, τὰς καρδίας ἐμβατεύων αὐτῶν, καὶ πρὸς τὴν διάνοιαν εἰσιών· καὶ τὴν πρόσκαιρον αὐτῶν θερμότητα εἰδὼς σαφῶς, οὐκ [b] ἐθάῤῥει αὐτοῖς ὡς μαθηταῖς ἀπηρτισμένοις, οὐκ ἐνεχείριζε πάντα τὰ δόγματα αὐτοῖς ὡς ἤδη βεβαίως πιστοῖς γενομένοις. Τὸ δὲ τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ τῶν ἀνθρώπων εἰδέναι, τοῦ πλάσαντος κατὰ μόνας τὰς καρδίας [c] ἐστὶ μόνου θεοῦ. σὺ γάρ, φησιν, ἐπίστασαι καρδίας μονώτατος. Οὐκ ἐδεῖτο τοίνυν μαρτύρων ὥστε τῶν οἰκείων πλασμάτων μαθεῖν τὴν διάνοιαν· ὅθεν οὐδὲ ἀπὸ τῆς προσκαίρου πίστεως [d] αὐτοῖς ἐθάῤῥει. (E) ἄνθρωποι μὲν γὰρ οὔτε τὰ παρόντα, οὔτε τὰ μέλλοντα εἰδότες, πολλάκις καὶ τοῖς δολερῶς προσιοῦσι καὶ τοῖς μικρὸν ὕστερον ἀποστησομένοις ἅπαντα χωρίς τινος ὑποστολῆς καὶ λέγουσι καὶ ἐγχειρίζουσιν· ὁ δὲ Χριστὸς οὐχ οὕτως. ᾔδει γὰρ αὐτῶν τὰ ἀπόῤῥητα πάντα σαφῶς. τοιοῦτοι πολλοὶ καὶ νῦν εἰσι, τὸ μὲν τῆς πίστεως ὄνομα ἔχοντες, εὐρίπιστοι δὲ καὶ εὐάγωγοι. Διὰ τοῦτο

a Alii, πάντας.
b ἐθάῤῥει Savil. Morel. ἐθάῤῥησεν

A beraliter exhibeamus, ut ineffabilibus fruamur bonis, quæ utinam nos omnes consequamur, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria & imperium ubique, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, amen.

HOMILIA XXIV.

23. Cum autem esset Jerosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in eum.

1. TUNC ex hominibus illis, alii quidem in errore perstabant, alii veritatem amplexabantur; verum ex his nonnulli brevi tantum retinebant illam, & ab ea demum excidebant. Hos Christus subindicavit, quando ipsos seminibus comparavit, quæ non profundas mitterent radices, sed eas in superficie terræ ponerent, quos cito perire dixit. Hos quoque hic commemorat Evangelista cum ait: *Cum autem esset Jerosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in eum, videntes ejus signa* C *quæ faciebat. 24. Ipse autem Jesus non se credebat eis.* Firmiores erant discipuli, qui non signis tantum, sed etiam doctrina permoti accesserunt. Crassiores quippe signa pertrahebant, ratione præditos prophetiæ & doctrina. Quotquot igitur per doctrinam capti sunt, hi signorum sequacibus firmiores erant; quos & Christus beatos prædicabat his verbis: *Beati* Joan. 20. *qui non viderunt & crediderunt.* Quod 29. autem illi non veri essent discipuli probat id quod subjungitur: *Ipse Jesus non se credebat eis.* Quare? *Quia omnia noverat, 25. & quia opus non erat ut quis* D *testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.* Id est, verba non curabat, qui in ipsa corda penetrat & mentes; & cum fervorem illorum temporaneum esse sciret, non fidebat eis ut perfectis discipulis: non omnia ipsis dogmata tradebat, quasi fidem firmiter essent amplexi. Nosse autem ea quæ in corde hominum sunt, illius tantum est, *qui finxit sigillatim corda*, nempe Ps. 32. 15. solius Dei; nam *tu*, inquit, *cognoscis corda* Act. 1. 24. *solus.* Non egebat testibus, ut eas quas formaverat mentes cognosceret; ideoque temporaneæ ipsorum fidei non con- E fidebat. Homines quippe, qui neque præsentia neque futura norunt, sæpe dolose accedentibus & paulopost recessuris omnia sine ullo metu dicunt & tradunt. Christus vero non item; nam arcana eorum omnia probe sciebat. Tales nunc sunt multi, qui fidelium quidem nomen habent, sed versatiles & inconstantes sunt; ideo

c Quidam, ἐστὶ μόνου θεοῦ. Alii paulum variant.
d Savil. πίστεως αὐτοῖς. Morel. αὐτῶν.

Christus non se credit eis, sed plurima ipsis occultat. Ut enim nos non amicis quibuslibet, sed veris fidimus; ita & Deus. Audi itaque quid Christus discipulis dicat: *Non jam dico vos servos: vos enim amici mei estis.* (Joan. 15. 14.) Unde & quare? *quia omnia quæ audivi a Patre meo nota feci vobis.* Idcirco neque Judæis signa petentibus dabat, quia illi tentantes petebant. Annon ut olim, sic nunc quoque signa petere tentantium est? (Cur nunc miranda non fiant.) Nam sunt hodieque qui quærunt ac dicunt; Cur non etiam nunc signa fiunt? Si fidelis es ut esse debes, si amas Christum ut amare par est, non opus habes signis: hæc enim infidelibus dantur. Cur Judæis, inquies, non data sunt? Data certe sunt. Siquando vero petentes non acceperint, illud ideo factum est, quod non ut ab infidelitate liberarentur hæc petiissent, sed ut sese magis in nequitia confirmarent. (Cap. 3.) 1. *Et erat homo ex Pharisæis Nicodemus nomine, princeps Judæorum: 2. hic venit ad Jesum nocte.* Hic & in medio Evangelio Christum defendere videtur; (Joan. 7. 51.) ait enim: *Lex nostra neminem judicat, nisi prius audiat ab eo.* Adversus hunc Judæi indignabantur dicentes: *Interroga & vide quia propheta ex Galilæa non surrexit.* Post crucem etiam magnam pro Dominici corporis sepultura curam adhibuit. *Venit*, inquit, *Nicodemus*, *qui venerat ad Dominum nocte*, *ferens mixturam unguenti & aloës quasi libras centum.* Hic jam nunc bene affectus erat erga Christum, nec tamen quantum par erat, neque eo quo oportebat animo, sed adhuc Judaïca imbecillitate detinebatur. Ideo noctu venit, quia interdiu id facere formidabat. Sed benignus Deus neque repulit, neque redarguit, nec doctrinâ suâ privavit: verum cum mansuetudine magna ipsum alloquitur, sublimiaque ipsi dogmata aperit; ænigmatice quidem, aperitque tamen. Multo magis enim venia dignus ille erat, quam ii qui maligne idipsum agebant. Illi enim omni sunt excusatione indigni; hic vero improbandus quidem erat, sed non tantopere. Cur ergo Evangelista nihil tale de illo dixit? (John. 11. 42.) Dixit quidem alibi, ex principibus multos in illum credidisse; sed propter Judæos non illum confessos esse, ne extra Synagogam ejicerentur. Hic vero omnia ista per illum noctu aditum subindicavit. Quid ergo ait? *Rabbi, scimus quod a Deo venisti magister: nemo enim potest facere hæc signa quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.*

2. Adhuc Nicodemus humi repit, adhuc humanam de Christo sententiam habet, & de illo quasi de propheta loquitur, nihil altum ex signis conjectans: *Scimus*, inquit, *quod a Deo venisti magister.* Cur ergo noctu & clam venis ad eum qui divina loquitur, qui a Deo ve-

A οὐδὲ [a] νῦν ὁ Χριστὸς ἑαυτὸν ἐμπιστεύει· ἀλλὰ τὰ πλείονα ἀποκρύπτεται. καθάπερ γὰρ ἡμεῖς οὐ τοῖς ἁπλῶς φίλοις, ἀλλὰ τοῖς γνησίοις θαῤῥοῦμεν· οὕτω [b] καὶ ὁ θεός. ἄκουσον γοῦν τί φησι τοῖς μαθηταῖς ὁ Χριστός· οὐκ ἔτι ὑμᾶς λέγω δούλους· ὑμεῖς γὰρ φίλοι μου ἐστέ. πόθεν καὶ διατί; ὅτι πάντα ὅσα ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρὸς, ἀπεκάλυψα ὑμῖν. διὰ τοῦτο οὔτε τοῖς Ἰουδαίοις τὰ σημεῖα ἐδίδου αἰτοῦσιν, ὅτι πειράζοντες ἦσαν. ἆρα οὖν τὸ σημεῖα αἰτεῖν, πειραζόντων ἐστὶ καὶ τότε καὶ νῦν; καὶ γὰρ καὶ νῦν εἰσιν οἱ ζητοῦντες καὶ λέγοντες, διατί μὴ καὶ νῦν σημεῖα γίνεται; εἰ γὰρ πιστὸς εἶ ὡς εἶναι χρὴ, καὶ φιλεῖς τὸν Χριστὸν ὡς φιλεῖν δεῖ, οὐ χρείαν ἔχεις σημείων· ταῦτα γὰρ τοῖς ἀπίστοις δίδοται. πῶς οὖν Ἰουδαίοις οὐκ ἐδόθη, φησί; μάλιστα μὲν ἐδόθη. εἰ δέ ἐστιν ὅπου καὶ αἰτοῦντες οὐκ ἔλαβον, ἐπειδὴ οὐχ ὑπὲρ τοῦ τῆς ἀπιστίας ἀπαλλαγῆναι ταῦτα ᾔτουν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ μᾶλλον αὐτῶν βεβαιῶσαι τὴν πονηρίαν. καὶ ἦν ἄνθρωπος ἐκ τῶν Φαρισαίων, Νικόδημος ὄνομα αὐτῷ, ἄρχων τῶν Ἰουδαίων· οὗτος ἦλθε πρὸς αὐτὸν νυκτός. οὗτος καὶ ἐν μέσῳ τῷ εὐαγγελίῳ φαίνεται τὸν ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ ποιούμενος λόγον. λέγει γάρ· ὁ νόμος ἡμῶν οὐδένα κρίνει, ἐὰν μὴ πρότερον ἀκούσῃ. C πρὸς τοῦτον καὶ Ἰουδαῖοι δυσχεραίνουσι λέγοντες· ἐρώτησον καὶ ἴδε ὅτι προφήτης ἐκ τῆς Γαλιλαίας οὐκ ἐγήγερται. καὶ μετὰ τὸν σταυρὸν δὲ πολλὴν τὴν ἐπιμέλειαν τῆς ταφῆς τοῦ δεσποτικοῦ σώματος πεποίηται. ἦλθε γάρ, φησι, καὶ Νικόδημος ὁ ἐλθὼν πρὸς τὸν κύριον νυκτὸς, φέρων μίγμα μύρου καὶ ἀλόης ὡς λίτρας ἑκατόν. καὶ νῦν δὲ διέκειτο μὲν περὶ τὸν Χριστὸν, οὐχ ὡς ἐχρῆν δὲ, οὔτε μετὰ διανοίας τῆς προσηκούσης, ἀλλ' ἔτι ὑπὸ τῆς Ἰουδαϊκῆς κατείχετο ἀσθενείας. διὰ τοῦτο καὶ νυκτὸς ἦλθε, δεδοικὼς ἐν ἡμέρᾳ τοῦτο ποιῆσαι. ἀλλ' ὁ φιλάνθρωπος θεὸς οὐδὲ οὕτως ἀπώσατο, οὐδὲ διήλεγξεν, οὐδὲ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας ἀπεστέρησεν· ἀλλὰ καὶ μετὰ πολλῆς αὐτῷ τῆς ἐπιεικείας διαλέγεται, καὶ δόγματα αὐτῷ παραD νοίγει τὰ σφόδρα ὑψηλά· αἰνιγματωδῶς μὲν, παρανοίγει δὲ ὅμως. πολλῷ γὰρ μᾶλλον οὗτος συγγνώμης ἄξιος ἦν τῶν διὰ πονηρίαν τοῦτο ποιούντων. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ πάσης εἰσὶν ἀπολογίας ἐκτός· οὗτος δὲ καὶ αὐτὸς καταγνώσεως μὲν ὑπεύθυνος ἦν, οὐ μὴν τοσαύτης. πῶς οὖν ὁ εὐαγγελιστὴς οὐδὲν τοιοῦτον εἶπε περὶ αὐτοῦ; εἶπε μὲν οὖν ἀλλαχοῦ, ὅτι καὶ ἐκ τῶν ἀρχόντων πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν· διὰ δὲ τοὺς Ἰουδαίους οὐχ ὡμολόγουν, ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται. ἐνταῦθα δὲ τὸ πᾶν διὰ τῆς κατὰ τὴν νύκτα παρουσίας ᾐνίξατο. τί οὖν οὗτός φησι; Ῥαββὶ, E οἴδαμεν ὅτι ἀπὸ θεοῦ ἐλήλυθας διδάσκαλος· οὐδεὶς γὰρ ταῦτα τὰ σημεῖα δύναται ποιῆσαι ἃ σὺ ποιεῖς, ἐὰν μὴ ᾖ ὁ θεὸς μετ' αὐτοῦ.

Ἔτι κάτω στρέφεται ὁ Νικόδημος. ἔτι ἀνθρωπίνην ἔχει περὶ αὐτοῦ διάνοιαν, καὶ ὡς περὶ προφήτου διαλέγεται, οὐδὲν μέγα ἀπὸ τῶν σημείων φανταζόμενος. οἴδαμεν, φησιν, ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐλήλυθας διδάσκαλος. τί οὖν νυκτὸς ἔρχῃ καὶ λανθάνων πρὸς τὸν τὰ τοῦ θεοῦ λέ-

a Morel. νῦν αὐτὸς ὁ Χριστός.

b Alii, καὶ ὁ Χριστός.

όντα, πρὸς τὸν ἐκεῖθεν ἥκοντα; τί μὴ μετὰ παῤῥησίας διαλέγῃ; ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο εἶπεν ὁ Ἰησοῦς, οὐδὲ διήλεγξεν αὐτόν· κάλαμον γὰρ συντεθλιμμένον οὐ κατεάξει, φησὶν, καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει. καὶ αὐτὸς πάλιν, οὐκ ἐρίσει, φησὶν, οὐδὲ κράξει. καὶ πάλιν· οὐκ ἦλθον ἵνα κρίνω τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσω τὸν κόσμον. οὐδεὶς δύναται ταῦτα τὰ σημεῖα ποιεῖν, ἐὰν μὴ ᾖ ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ. ἐκεῖνος μέν τοι ἔτι κατὰ τοὺς αἱρετικοὺς φθέγγεται, ἐνεργούμενον αὐτὸν καὶ τῆς ἑτέρων βοηθείας δεόμενον ταῦτα πράττειν, ἅπερ ἔπραττε, λέγων. τί οὖν ὁ Χριστός; ὅρα συγκαταβάσεως ὑπερβολήν. οὐκ εἶπε μὲν, ὅτι οὐδὲν δέομαι τῆς ἑτέρων βοηθείας· ἀλλὰ μετ' ἐξουσίας πάντα πράττω. καὶ γὰρ υἱός εἰμι γνήσιος τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς αὐτῆς τῷ γεγεννηκότι δυνάμεως· παρῃτήσατο δὲ τέως διὰ τὸ πρόσαντες εἶναι τῷ ἀκούοντι. ὅπερ γὰρ ἀεὶ λέγω, τοῦτο καὶ νῦν ἐρῶ, ὅτι τὸ σπουδαζόμενον ἦν τῷ Χριστῷ, οὐχ οὕτω τέως τὴν ἀξίαν ἐκκαλύψαι τὴν ἑαυτοῦ, ὡς τὸ πεῖσαι ὅτι οὐδὲν ἐξ ἐναντίας ἔπραττε τῷ πατρί. διὰ τοῦτο ἐν μὲν τοῖς ῥήμασι πολλαχοῦ μετριάζων φαίνεται· ἐν δὲ τοῖς πράγμασιν, οὐχ οὕτως ποιῶν. ὅταν γὰρ θαυματουργῇ, μετ' ἐξουσίας πάντα ποιεῖ λέγων· θέλω, καθαρίσθητι· [a] ταλιθὰ, ἀνάστηθι· ἔκτεινον τὴν χεῖρα· ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι· σιώπα, πεφίμωσο· ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου· σοὶ λέγω τὸ πονηρὸν δαιμόνιον ἔξελθε ἀπ' αὐτοῦ. γενηθήτω σοι ὡς θέλεις. ἄν τις ὑμῖν εἴπῃ τι, ἐρεῖτε ὅτι ὁ κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει. σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, οὐ φονεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν ὅτι ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει. δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων. καὶ πανταχοῦ πολλὴν ὁρῶμεν τὴν αὐθεντίαν αὐτοῦ οὖσαν. ἐν μὲν γὰρ τοῖς πράγμασιν, οὐδεὶς ἂν ἐπελάβετο τῶν γινομένων. πῶς γάρ; εἰ μὲν γὰρ μὴ [b] ἐξῄει τὰ λεγόμενα, μηδὲ τέλος ἐλάμβανεν οἷον ἐκέλευεν, εἶχεν ἄν τις εἰπεῖν ἐκείνων ὅτι ἀπονοίας ἦν τὰ ἐπιτάγματα· ἐπειδὴ δὲ ἐξέβαινεν, καὶ ἄκοντας αὐτοὺς ἐπεστόμιζεν ἡ τοῦ τέλους τῶν γινομένων ἀλήθεια. ἐπὶ δὲ τῶν λόγων ἠδύναντο πολλάκις κατὰ τὴν αὐτῶν ἀναισχυντίαν, ἀπόνοιαν ἐπισκήπτειν αὐτῷ. * ὃ καὶ ἐπὶ τοῦ Νικοδήμου νῦν, φανερῶς μὲν οὐδὲν ὑψηλὸν φθέγγεται· αἰνιγματωδῶς δὲ αὐτὸν ἀνάγει τῆς ταπεινότητος, διδάσκων ὅτι αὐτάρκης αὐτός ἐστιν ἑαυτῷ εἰς τὴν τῶν θαυμάτων ἐπίδειξιν. τέλειον γὰρ αὐτὸν ἐγέννησεν ὁ πατὴρ, καὶ αὐταρκοῦντα ἑαυτῷ, καὶ οὐδὲν ἀτελὲς ἔχοντα. ἀλλ' ἴδωμεν δὲ πῶς αὐτὸ τοῦτο κατασκευάζει. εἶπεν ἐκεῖνος· Ῥαββὶ, οἴδαμεν ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐλήλυθας διδάσκαλος, καὶ ὅτι οὐδεὶς δύναται ποιεῖν ἃ σὺ ποιεῖς, ἐὰν μὴ ᾖ ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ. ἐνόμισε μεγάλα τινὰ εἰρηκέναι ταῦτα εἰρηκὼς περὶ τοῦ Χριστοῦ. τί οὖν ὁ Χριστός; δεικνὺς ὅτι οὐδὲ τῶν προθύρων τῆς προσηκούσης γνώσεως ἐπέβη, οὐδὲ ἐν τοῖς προπυλαίοις ἔστη, ἀλλ' ἔξω που τῆς βασιλείας

A nit? Cur non cum fiducia loqueris? Verum hoc non dixit Jesus, neque redarguit illum: *Calamum enim conquassatum non confringet*, inquit, *& lignum fumigans non exstinguet.* (Isai. 42. 3.) Idem quoque rursum: *Non contendet*, inquit, *neque clamabit*; ac rursum, *Non veni ut judicem mundum; sed ut salvum faciam mundum.* (Matth. 12. 20.) *Nemo potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.* Adhuc ille secundum hæreticorum sententiam loquitur, qui dicit, ab alio moveri, & aliorum ope indigere, ut hoc faciat. Quid ergo Christus? Vide indulgentiæ illius B magnitudinem. Non dixit, aliorum auxilio non egeo; sed cum potestate omnia facio: nam verus sum Dei Filius, & eamdem quam genitor potestatem habeo: interim vero id efferre noluit, ut audienti sese accommodaret. Nam quod semper dico, hoc nunc repetam, id Christum interim studuisse, non ut dignitatem suam revelaret, sed ut persuaderet se nihil contra Patris voluntatem facere. Ideoque in verbis sæpe moderatus deprehenditur, in rebus non item. Cum enim miracula edit, cum potestate omnia facit dicens: *Volo, mundare, Talitha, surge. Extende manum; dimittuntur tibi* C *peccata: Tace, obmutesce; tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam. Tibi dico malum dæmonium, Exi ab ipso. Fiat tibi sicut vis. Si quis vobis dixerit aliquid, dicite quia Dominus his opus habet. Hodie mecum eris in paradiso. Audistis quia dictum est antiquis, Non occides: ego autem dico vobis, quia qui irascitur fratri suo temere, reus erit judicio. Venite post me, & faciam vos piscatores hominum.* (Marc. 1. 41. 5. 41. Luc. 5. 20. Marc. 4. 39. Marc. 2. 9. Luc. 23. 43. Matth. 5. 21. Matth. 4. 19.) Ubique certe magnam videmus ejus auctoritatem. In rebus enim nemo ea quæ facta sunt reprehendere posset. Quomodo D possit? Nam si ea quæ ille dicebat non effectum & finem consequuta essent, potuisset quis dicere præcepta illa ex arrogantia prodiisse. Quia vero eveniebant, rei veritas illos vel invitos ad silentium compellebat. In verbis autem impudentes cum essent, poterant illum ut arrogantem carpere. Ita nunc Nicodemum alloquens, nihil sublime aperte dicit, sed per ænigmata ipsum ab humili sententia deducit, ostendens se sibi ipsi sufficere ad miracula patranda. (Cur Christus per ænigmata Nicodemo loquatur.) Perfectum enim illum Pater genuit, sibique ipsi sufficientem, & nihil imperfe- E ctum habentem. Sed videamus quo pacto hoc ille confirmet. Dixit ille: *Rabbi, scimus quia a Deo venisti magister, & quod nemo potest facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.* Existimavit se magna quæpiam de Christo dixisse. Quid ergo Christus? ostendens illum ne ad limina quidem veræ cognitionis accessisse, nec vel in vestibulo esse, sed extra regiam

[a] Alii, Ταβιθά. Mox Morel. ἀφέωνταί σοι. Savil. ἀφέωνταί σου.
[b] Morel. ἐξῄειν, Savil. ἐξῄει, alius ἐξῄῃ.
* ὃ καὶ, omnino legendum videtur, διὸ καί; atque ita legit Fr. Aretinus qui vertit: *Quamobrem hoc in loco Nicodemum alloquens.*

aberrare & eum & alium quemvis hæc dicentem, necdum ad veram appropinquasse notitiam, qui talem de Unigenito opinionem haberet: quid ait? 3. *Amen, amen dico tibi, nisi quis natus fuerit desuper, non potest videre regnum Dei*; hoc est, Nisi tu natus fueris desuper, & accuratam dogmatum cognitionem acceperis, foris aberras, & procul es a regno cælorum. Verum id non clare dicit; & ut minus onerosum id quod dicebatur esset, non ipsum aperte alloquitur, sed indeterminate dicit, *nisi quis natus fuerit*; ac si diceret: sive tu, sive quivis alius hæc de me sentiat, is extra regnum est. Nisi enim hæc illa mente dixisset, responsio non ad propositum esset. Hoc si Judæi audissent, deridentes discessuri erant. Hic autem discendi studium præ se tulit. Ideo enim obscure sæpe loquitur Christus, ut auditores & ad interrogandum promtiores, & ad operandum expeditiores reddat. Nam quod clare dicitur, auditorem sæpe fugit; quod autem obscurum est, attentiorem studioſioremque reddit. Hoc autem significat: Nisi natus fueris desuper; nisi per lavacrum regenerationis Spiritum acceperis, non potes ad rectam de me opinionem pervenire. Hæc tua opinio non spiritualis, sed animalis est. Non tamen his verbis usus est, ne illum pro facultate sua loquentem terreret; sed ad majorem illum cognitionem sine suspicione erigit, cum dicit, *Nisi quis renatus fuerit desuper.* Illud *desuper*, quidam *de cælo* dicunt significare; alii vero, *a principio.* Is enim qui non sic natus fuerit, inquit, non potest videre regnum Dei; seipsum significans, & ostendens id non esse quod solum videtur; sed aliis opus esse oculis, ut Christus videatur. His auditis Nicodemus ait: 4. *Quomodo potest homo nasci, cum sit senex?* Rabbi eum appellas, & a Deo venisse dicis, nec ejus verba admittis, dictumque profers magistro, quod possit magnam afferre perturbationem? Illud enim *quomodo*, non admodum credentium dubitationem effert, sed eorum qui adhuc terrenis hærent. Nam Sara ideo risit, quia, *quomodo*, dixit: aliique multi hac interrogatione usi a fide exciderunt.

3. Sic & hæretici in sua perstant hæresi pari modo interrogantes; dicunt enim alii, Quomodo incarnatus est? alii, Quomodo natus? cogitationumque suarum infirmitati, immensam illam subjiciunt substantiam. Quæ cum sciamus, intempestivam illam curiositatem vitare oportet. Neque enim quomodo hæc facta sint scient unquam ii qui hasce movent quæstiones, & a recta fide excident. Ideo Nicodemus dubius modum quæ-

In rebus divinis non nimia curiositas adhibenda.

A πλανᾶται ἔτι καὶ αὐτὸς καὶ ὅστις ἂν ἕτερος ταῦτα λέγῃ, καὶ a οὐδέπω πρὸς τὴν ἀληθῆ προέκυψε γνῶσιν, ὁ ταύτην περὶ τοῦ μονογενοῦς ἔχων τὴν δόξαν. τί φησιν; ἀμὴν, ἀμὴν λέγω σοι· ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν, οὐ δύναται ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ· τουτέστιν, ἐὰν σὺ μὴ γεννηθῇς ἄνωθεν, καὶ τὴν τῶν δογμάτων παραλάβῃς ἀκρίβειαν, ἔξω που πλανᾶσαι, καὶ πόῤῥω τῆς βασιλείας εἶ τῶν οὐρανῶν. ἀλλ' οὕτω μὲν σαφῶς οὔ φησιν· ἵνα δὲ ἀνεπαχθέστερον ποιήσῃ τὸν λόγον, οὐ πρὸς αὐτὸν ἀποτείνεται φανερῶς, ἀλλ' ἀορίστως λέγει· ἐὰν μή τις γεννηθῇ· μονονουχὶ λέγων, ὅτι κἂν σὺ κἂν ὁστισοῦν

B ἕτερος ᾖ τοιαῦτα περὶ ἐμοῦ δοξάζων, ἔξω που τῆς βασιλείας ἐστίν. ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο βουλόμενος κατασκευάσαι ταῦτα ἔλεγεν, καὶ ἀνάρμοστος πρὸς τὰ εἰρημένα ἡ ἀπόκρισις ἦν. Ἰουδαῖοι μὲν οὖν εἰ ταῦτα ἤκουσαν, καταγελάσαντες ἀνεχώρησαν ἄν· οὗτος δὲ καὶ ἐν τούτῳ b τὸ φιλομαθὲς δείκνυσι. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἀσαφῶς b πολλαχοῦ φθέγγεται ὁ Χριστὸς, πρὸς τὴν ἐρώτησιν τοὺς ἀκούοντας διαναστῆσαι βουλόμενος, καὶ προσεκτικωτέρους ἐργάσασθαι. τὸ μὲν γὰρ σαφῶς λεχθὲν, πολλάκις καὶ παρατρέχει τὸν ἀκροατήν· τὸ δὲ ἀσαφὲς, περιεργότερον αὐτὸν ποιεῖ καὶ σπουδαιότερον. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦ-

C τόν ἐστιν· ἐὰν μὴ γεννηθῇς ἄνωθεν, ἐὰν μὴ μετάσχῃς πνεύματος τοῦ διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, οὐ δύνασαι περὶ ἐμοῦ δόξαν λαβεῖν τὴν προσήκουσαν. αὕτη γὰρ c οὐ πνευματικὴ ἡ δόξα, ἀλλὰ ψυχική. ἀλλ' οὕτω μὲν c οὐκ εἶπε παραιτούμενος αὐτὸν πλῆξαι, τὰ παρ' ἑαυτοῦ συνεισενεγκόντα καὶ ὅσον ἐγχωρεῖ φθεγξάμενον· ἀνάγει δὲ ἀνυπόπτως ἐπὶ τὴν μείζονα γνῶσιν αὐτὸν λέγων· ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν. τὸ ἄνωθεν ἐνταῦθα, οἱ μὲν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ φασιν, οἱ δὲ ἐξ ἀρχῆς. τὸν γὰρ μὴ οὕτω γεννηθέντα, οὐ δυνατὸν ἰδεῖν φησι τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ· ἑαυτὸν ἐνταῦθα δεικνὺς, καὶ δηλῶν ὅτι οὐ τοῦτό ἐστι τὸ ὁρώμενον μόνον, ἀλλ' ἑτέρων

D ἡμῖν ὀφθαλμῶν δεῖ ὥστε ἰδεῖν τὸν Χριστόν. ταῦτα ἀκούσας ὁ Νικόδημός, φησι· πῶς δύναται ἄνθρωπος γεννηθῆναι γέρων ὤν; Ῥαββὶ αὐτὸν καλεῖς, καὶ ἀπὸ θεοῦ ἐληλυθέναι λέγεις, καὶ οὐ δέχῃ τὰ λεγόμενα, ἀλλὰ τὴν πολλοὺς θορύβους ἐπεισάγουσαν λέξιν φθέγγῃ πρὸς τὸν διδάσκαλον; τὸ γὰρ πῶς τοῦτο, τῶν οὐ σφόδρα πιστευόντων ἐστὶν ἐπαπόρησις, τῶν ἀπὸ γῆς ὄντων ἔτι. ἐπεὶ καὶ ἡ Σάῤῥα διὰ τοῦτο ἐγέλασεν, ἐπειδὴ τὸ πῶς εἶπε· καὶ ἄλλοι πολλοὶ τοῦτο ζητήσαντες, τῆς πίστεως ἐξέπεσον.

Οὕτω καὶ οἱ αἱρετικοὶ μένουσιν ἐπὶ τῆς αἱρέσεως, ταύ-

E την πολλαχοῦ τὴν λέξιν ἐπιζητοῦντες· οἱ μὲν λέγοντες, πῶς ἐσαρκώθη; οἱ δὲ λέγοντες, πῶς ἐγεννήθη; καὶ τῇ τῶν οἰκείων λογισμῶν ἀσθενείᾳ, τὴν ἄπειρον ἐκείνην ὑποβάλλοντες οὐσίαν. ἅπερ οὖν εἰδότας, φεύγειν χρὴ τὴν ἄκαιρον ταύτην πολυπραγμοσύνην. οὔτε γὰρ τὸ πῶς εἴσονται καὶ οἱ ταῦτα ζητοῦντες, καὶ τῆς πίστεως ἐκπεσοῦνται τῆς ὀρθῆς. διὰ τοῦτο καὶ οὗτος d διαπορῶν τὸν d

a Morel. οὐδέπω. Savil. οὐδέ.
b Sic Savil. & mss. plurimi. Morel. & alii, φιλαληθές.
c Suspicatur Savilius legendum, οὐ ψυχικὴ ἡ δόξα, ἀλλὰ πνευματική. Ego nihil mutandum censeo.
d διαπορῶν. Alii, δι' ἀπορίας.

περίεργον ἐπιζητεῖ. καὶ γὰρ συνῆκεν ὅτι καὶ πρὸς αὐτὸν λέγεται τὸ λεγόμενον, καὶ θορυβεῖται, καὶ ἰλιγγιᾷ, καὶ ἐν ἀμηχανίᾳ ἐστίν· ἐλθὼν μὲν ὡς εἰς ἄνθρωπον, ἀκούων δὲ μείζονα ἢ κατὰ ἄνθρωπον, καὶ ἃ μηδεὶς ἤκουσε πώποτε. καὶ διανίσταται μὲν πρὸς τὸ ὕψος τῶν λεγομένων τέως· σκοτοῦται δὲ καὶ οὐχ ἵσταται, πανταχοῦ περιφερόμενος καὶ συνεχῶς ἐκπίπτων τῆς πίστεως. διὸ καὶ ἐπιμένει κατασκευάζων τὸ ἀδύνατον, ὥστε εἰς σαφεστέραν αὐτὸν ἐκκαλέσασθαι διδασκαλίαν. μὴ δύναται γάρ, φησιν, ἄνθρωπος εἰς τὴν κοιλίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ δεύτερον εἰσελθεῖν καὶ γεννηθῆναι; ὁρᾶτε πῶς, ὅταν τοῖς οἰκείοις λογισμοῖς ἐπιτρέψῃ τις τὰ πνευματικά· καὶ καταγέλαστα φθέγγεται, καὶ ληρεῖν δοκεῖ καὶ μεθύειν, ὅταν περιεργάζηται παρὰ τὸ τῷ θεῷ δοκοῦν τὰ εἰρημένα, καὶ μὴ δέχηται τὴν τῆς πίστεως συγκατάθεσιν; ἤκουσε γεννήσεως πνευματικῆς καὶ οὐκ ἐνόησε πνευματικήν· ἀλλ᾽ εἰς τὴν ταπεινότητα τῆς σαρκὸς καθείλκυσε τὸ εἰρημένον, καὶ μέγα δόγμα οὕτω καὶ ὑψηλὸν τῆς φυσικῆς ἀκολουθίας ἐξήρτησεν. διὰ τοῦτο ληρωδίας πλάττει λοιπὸν καὶ ἀπορίας καταγελάστους. διὸ καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγεν, ὅτι ψυχικὸς ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος. πλὴν ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ τὴν αἰδῶ τὴν ἐν τῷ Χριστῷ φυλάττει. οὐ γὰρ ἔσκωψε τὸ λεχθὲν, ἀλλ᾽ ἀδύνατον εἶναι νομίζων ἐσίγησεν. δύο γὰρ ἦν τὰ ἄπορα, ἥ τε γέννησις ἡ τοιαύτη, ἥ τε βασιλεία. οὔτε γὰρ βασιλείας ὄνομα ἠκούσθη παρὰ Ἰουδαίοις ποτὲ, οὔτε γεννήσεως τοιαύτης. ἀλλὰ τέως περὶ τὸ πρότερον ἵσταται, ὃ μάλιστα αὐτοῦ τὴν διάνοιαν κατέσεισεν. ταῦτ᾽ οὖν εἰδότες μὴ λογισμῷ τὰ περὶ θεοῦ ζητῶμεν· μηδὲ ὑπὸ τὴν ἀκολουθίαν τὴν παρ᾽ ἡμῖν ἄγωμεν τὰ ἐκεῖθεν, μηδὲ ἀνάγκῃ φύσεως ὑποβάλλωμεν· ἀλλ᾽ εὐσεβῶς πάντα νοῶμεν, πιστεύοντες ὡς εἶπον αἱ γραφαί. ὁ γὰρ [a] περίεργος καὶ πολυπράγμων, κερδαίνει μὲν οὐδέν· πρὸς δὲ τῷ τὸ ζητούμενον μὴ εὑρεῖν, καὶ δίκην δώσει τὴν ἐσχάτην. ἤκουσας ὅτι ἐγέννησεν; πίστευσον ὃ ἤκουσας· τὸ δὲ πῶς, μὴ ζήτει· μηδὲ διὰ τοῦτο ἀνέλῃς τὴν γέννησιν. ἀγνωμοσύνης γὰρ ταῦτα ἐσχάτης. εἰ γὰρ ἐκεῖνος ἀκούσας γέννησιν, οὐκ ἐκείνην τὴν ἀπόρρητον, ἀλλὰ ταύτην τὴν κατὰ χάριν· ἐπειδὴ μηδὲν μέγα περὶ αὐτῆς ὑπώπτευσεν, ἀλλὰ ἀνθρώπινα καὶ γεώδη, διὰ τοῦτο ἐσκοτώθη καὶ ἠπόρησεν, οἱ τὴν φρικωδεστάτην ἐκείνην καὶ πάντα ὑπερβαίνουσαν καὶ λόγον καὶ νοῦν περιεργαζόμενοι καὶ πολυπραγμονοῦντες, πόσης ἂν εἶεν ἄξιοι τιμωρίας; οὐδὲν γὰρ οὕτως ποιεῖ [b] σκοτόδινον, ὡς ἀνθρώπινος λογισμὸς ἀπὸ τῆς γῆς πάντα φθεγγόμενος, καὶ μὴ ἀνεχόμενος φωτίζεσθαι ἄνωθεν. πολλὴν γὰρ ἔχει τὴν ἰλὺν τὸ γεῶδες τῶν λογισμῶν. διὰ τοῦτο τῶν ἄνωθεν ἡμῖν ναμάτων χρεία, ἵνα τῆς ἰλύος ὑφιζανούσης, ὅσον αὐτοῦ καθαρὸν, τοῦτο ἄνω φέρηται καὶ τοῖς ἐκεῖσε διδάγμα-

A rit. Intellexit enim ea quæ Christus dicebat ad se spectare, turbatur, caligine repletus, hæret, utpote qui se hominem adiisse putet, & majora audiat quam quæ ad hominem pertinere possint, quæque nemo unquam audierit; mentem quidem erigit ad dictorum sublimitatem; sed obtenebratur, nec consistere potest: undique circumfertur, & frequenter ex fide excidit. Ideoque persistit impossibilia tentans, ut Jesum ad clariorem doctrinam evocet. *Numquid potest*, inquit, *homo in ventrem matris suæ iterato introire, & nasci?* Animadvertite, B quando quis propriis cogitationibus spiritualia permittit, quomodo ridicula proferat; ac delirare videatur ut ebrius, quando præter Dei placitum, dicta curiosius scrutatur, neque fidei assensum præbet? Audivit generationem, nec intellexit eam spiritualem esse; sed in carnis vilitatem dictum pertraxit, tantumque tam sublime dogma ad naturalem rerum seriem deduxit. Ideo nugas & ridiculas quæstiones jam comminiscitur. Idcirco Paulus dicebat: *Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus.* 1. Cor. 2. 14. Veruntamen hîc etiam Nicodemus reveren- C tiam erga Christum servat. Neque enim dictum irrisit, sed impossibile esse putans siluit. Duo namque dubitationem afferre poterant, generatio talis, & regnum. Nondum enim regni nomen apud Judæos auditum fuerat, neque generatio hujusmodi. Sed interim in priori consistit, quod ejus mentem maxime exagitabat. Hæc cum sciamus, ne ratiocinio divina scrutemur, neque ad naturalem rerum seriem illa referamus, vel naturali necessitati subjiciamus; Sed pie omnia cogitemus, credentes Scripturæ dictis. Nam curiosus indagator, nihil lu- D cratur, ac præterquam quod id quod quærit non inveniet, extremas etiam dabit pœnas. Audis Patrem genuisse? id quod audisti crede; quomodo autem ne quæras; neque ideo generationem abneges: hoc enim extremæ improbitatis esset. Nam si Nicodemus audita generatione, non illa ineffabili, sed hac generatione secundum gratiam; quia nihil magnum de illa cogitavit, sed humana tantum & terrena commentus est, in dubium & caliginem conjectus est; qui tremendam illam generationem, quæ & rationem & men- E tem omnem exsuperat, curiose scrutantur & explorant, quanto supplicio digni fuerint? Nihil enim tantas parit tenebras, quantas humana ratio, quæ terrena semper loquitur, neque supernam illuminationem admittit. Luteas quippe versat & terrenas cogitationes. Ideo supernis nobis fluentis est opus, ut luto deposito, quidquid in mente purum est sursum feratur, & cum divi-

[a] περίεργος. Quidam, πολύεργος.
[b] Morel. σκολόδεινον. Savil. σκολόδινον. Alii, σκότος δεινόν. Boisius legendum putat, σκοτοδινιᾷ.

nis dogmatibus commisceatur. Illud vero tunc contingit, cum & animam probam & rectam vitam exhibemus. Potest enim, potest utique non ex intempestiva modo curiositate, sed etiam ex morum pravitate mens nostra obscurari. Idcirco Paulus Corinthiis dicebat: *Lac vobis potum dedi, non escam. Nondum enim poteratis; sed ne nunc quidem potestis: adhuc enim carnales estis. Cum sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis?* In Epistola quoque ad Hebræos & alibi sæpe apud Paulum hæc dicitur esse pravorum dogmatum causa. Anima enim affectibus dedita non potest quid magnum aut generosum intueri; sed ceu quadam lippitudine perturbata, densissimis tenebris subjecta est. Expurgemus itaque nosmetipsos, illuminemus luce cognitionis: ne semen in spinas jaciamus. Quænam hæc sit spinarum copia nostis, etsi nos taceamus. Sæpe namque Christum audistis præsentis vitæ solicitudinem, divitiarumque fallaciam spinarum nomine vocantem; & jure quidem. Quemadmodum enim illæ infructuosæ sunt, ita & divitiæ; ut illæ tangentes se lacerant, sic & hæc vitia animam: ac quemadmodum spinæ igne facile absumuntur, & odiosæ agricolis sunt; ita & res mundanæ: ac sicut in spinis feræ, viperæ, scorpii occultantur; ita & in divitiarum fallacia. Verum immittamus Spiritus ignem, ut & spinas consumamus, & purum paremus agricolæ arvum; deinde vero spiritualibus ipsum rigemus alveis. Plantemus olivam fructiferam, mitissimam arborem semperque virentem, illuminantem, nutrientem, valetudini aptam. Hæc omnia in se habet eleemosyna, quæ quasi sigillum est ipsam possidentibus. Hanc arborem ne mors quidem ipsa arefacit: sed stat illa semper mentem illuminans, nervos animæ fovens, vires integras servans, robustioremque reddit animam. Si perpetuo illam habeamus, poterimus cum fiducia Sponsum videre, & in thalamum intrare; quem nos omnes assequi contingat gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria simulque Spiritui sancto, nunc & semper & in sæcula sæculorum, amen.

1. Cor. 3. 2.

Divitiæ spinæ sunt quæ lacerant.

A σιν ἀναμιγνύηται. γίνεται δὲ τοῦτο, ὅταν καὶ ψυχὴν εὐγνώμονα καὶ ὀρθὸν ἐπιδειξώμεθα βίον. ἔστι γὰρ ἔστι καὶ ἀπὸ τρόπων διεφθαρμένων οὐκ ἀπὸ πολυπραγμοσύνης μόνον ἀκαίρου, σκοτωθῆναι τὴν διάνοιαν. διὸ καὶ ὁ Παῦλος Κορινθίοις ἔλεγε· γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα. οὔπω γὰρ ἠδύνασθε, ἀλλ' οὐδὲ ἔτι νῦν δύνασθε· ἔτι γὰρ σαρκικοί ἐστε. ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν ζῆλος καὶ ἔρεις καὶ διχοστασίαι, οὐχὶ σαρκικοί ἐστε; καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους δὲ καὶ πολλαχοῦ τῶν πονηρῶν δογμάτων ταύτην ἴδοι τις ἂν τὸν Παῦλον τὴν αἰτίαν εἶναι λέγοντα. τὴν γὰρ ἐμπαθῆ ψυχὴν οὐ δύνασθαι μέγα τι γενναῖον ἰδεῖν, ἀλλ' ὥσπερ B ὑπό τινος λήμης θολουμένην ἀμβλυωπίαν ὑπομένειν τὴν χαλεπωτάτην. ἐκκαθάρωμεν οὖν ἑαυτοὺς, φωτίσωμεν * φῶς γνώσεως· μὴ σπείρωμεν ἐπ' ἀκάνθαις. τί δὲ τὸ τῶν ἀκανθῶν πλῆθος ἴστε, κἂν ἡμεῖς μὴ λέγωμεν. καὶ γὰρ πολλάκις ἠκούσατε τοῦ Χριστοῦ, τὴν μέριμναν τοῦ παρόντος βίου καὶ τὴν ἀπάτην a τοῦ πλούτου τῷ τῶν ἀκανθῶν καλοῦντος ὀνόματι· καὶ εἰκότως. καθάπερ γὰρ ἐκεῖναι ἄκαρποι· οὕτω καὶ ταῦτα. καθάπερ ἐκεῖναι τοὺς ἁπτομένους σπαράττουσιν· οὕτω καὶ ταῦτα τὰ πάθη. καὶ ὥσπερ εὐάλωτοι τῷ πυρὶ, καὶ μισηταὶ τῷ γεωργοῦντι αἱ ἄκανθαι· οὕτω καὶ τὰ τοῦ κόσμου πράγματα. καὶ ὥσπερ ἐν ταῖς ἀκάνθαις C θηρία κρύπτονται, καὶ ἔχεις καὶ σκορπίοι· οὕτω καὶ ἐν τῇ ἀπάτῃ τοῦ πλούτου. ἀλλ' b ἐπαφῶμεν τὸ πῦρ τοῦ πνεύματος, ἵνα καὶ τὰς ἀκάνθας δαπανήσωμεν, καὶ καθαρὰν παραδῶμεν τῷ γεωργῷ τὴν ἄρουραν· καὶ μετὰ τὸ καθᾶραι τοῖς πνευματικοῖς αὐτὴν ἀρδεύσωμεν νάμασι. φυτεύσωμεν τὴν κατάκαρπον ἐλαίαν· τὸ ἡμερώτατον φυτόν· τὸ ἀειθαλὲς, τὸ φωτιστικὸν, τὸ θρεπτικὸν, τὸ ὑγιείας ποιητικόν. ταῦτα πάντα ἡ ἐλεημοσύνη ἔχει, ὡς σφραγὶς οὖσα μετὰ τῶν κεκτημένων αὐτήν. τοῦτο οὐδὲ c θάνατος ἐπελθὼν ξηραίνει τὸ φυτόν. ἀλλ' ἕστηκεν ἀεὶ φωτίζων τὴν διά-D νοιαν, τρέφων τὰ νεῦρα τῆς ψυχῆς, τὴν ἰσχὺν δυνατωτέραν ἐργαζόμενος. ἂν ταύτην ἔχωμεν διηνεκῶς, δυνησόμεθα μετὰ παῤῥησίας καὶ τὸν νυμφίον ἰδεῖν, καὶ εἰς τὸν νυμφῶνα εἰσελθεῖν· οὗ γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

* Unus habet, φωτίσωμεν φωτισμὸν γνώσεως. Savilius legendum suspicatur, φωτίσωμεν φωτὶ γι-

a Morel. male, τοῦ πλούτου τοῦ.

b Quidam, ἐπαφῶμεν τῷ πυρί.

c Ita Savil. & alii. Morel. vero, θάνατος ἐπελθών.

A

ΟΜΙΛΙΑ κε'.

Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς· ἀμὴν λέγω σοι· ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ.

Τὰ παιδία τὰ μικρὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἰς διδασκάλους φοιτῶντα, καὶ δέχεται τὰ μαθήματα καὶ ἀποδίδωσι, καὶ οὐδέποτε παύεται ταύτης [a] τῆς κτήσεως· ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ τὰς νύκτας προστίθησι ταῖς ἡμέραις, καὶ ταῦτα ὑπὲρ ἐπικήρων καὶ προσκαίρων πραγμάτων παρ' ὑμῶν ἀναγκάζεται ποιεῖν. ἀλλ' οὐχ ὑμᾶς τοὺς ἐν ἡλικίᾳ γενομένους ἡμεῖς τοσοῦτον ἀπαιτοῦμεν πόνον, ὅσον ὑμεῖς τοὺς παῖδας τοὺς ὑμετέρους. οὐ γὰρ καθ' ἑκάστην ἡμέραν· ἀλλὰ δύο μόνον τῆς ἑβδομάδος ἡμέρας παρακαλοῦμεν προσέχειν τοῖς λεγομένοις πρὸς βραχὺ τῆς ἡμέρας μέρος, ὥστε κοῦφον ὑμῖν γενέσθαι τὸν πόνον. διὰ τοῦτο καὶ κατὰ μικρὸν διαξαίνομεν ὑμῖν τὰ ἐν ταῖς γραφαῖς [b] κείμενα, ἵνα μετ' εὐκολίας ἐξῇ λαβεῖν ὑμῖν αὐτὰ, καὶ τοῖς ταμιείοις ἐναποθέσθαι τῆς διανοίας· καὶ οὕτω πάντα διὰ μνήμης ποιεῖσθαι σπουδάζειν, ὡς δύνασθαι καὶ ἀπαγγέλλειν αὐτὰ μετ' ἀκριβείας ὑμᾶς· πλὴν εἰ μή τις σφόδρα ὑπνηλὸς εἴη καὶ νωθὴς, καὶ παιδίου μικροῦ ῥᾳθυμότερος. [c] ἀλλὰ φέρε πάλιν ἁψώμεθα τῆς ἀκολουθίας τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων· καὶ ἴδωμεν πῶς τοῦ Νικοδήμου καταπεσόντος, καὶ πρὸς τὴν ἐνταῦθα γέννησιν ἕλκοντος τὸ εἰρημένον καὶ λέγοντος, ἀδύνατον εἶναι γέροντα γεννηθῆναι ἄνωθεν, ὁ Χριστὸς σαφέστερον ἀποκαλύπτει τῆς γεννήσεως τὸν τρόπον, ἔχοντα μὲν καὶ οὕτω δυσκολίαν τῷ ψυχικῶς ἐρωτῶντι· δυνάμενον δὲ ὅμως ἀπὸ τῆς ταπεινότητος ἀναγαγεῖν τὸν [d] ἀκούοντα. τί γάρ φησιν; ἀμὴν λέγω σοι· ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. ὃ δὲ διὰ τούτου δηλοῖ, τοῦτό ἐστι· σὺ μὲν ἀδύνατον αὐτὸ φῂς εἶναι· ἐγὼ δὲ οὕτως αὐτὸ σφόδρα δυνατὸν εἶναι λέγω, ὡς καὶ ἀναγκαῖον εἶναι, καὶ μηδὲ δυνατὸν ἄλλως σωθῆναι. τὰ γὰρ ἀναγκαῖα, [e] σφόδρα ἡμῖν εὔκολα πεποίηκεν ὁ θεός. ἡ μὲν γηΐνη γέννησις ἡ κατὰ σάρκα, ἀπὸ τοῦ χοός ἐστι· διὸ καὶ ἀποτετείχισται τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς αὐτῇ· τί γὰρ κοινὸν τῇ γῇ πρὸς τὸν οὐρανόν; ἐκείνη δὲ ἐκ πνεύματος οὖσα, ῥᾳδίως ἡμῖν τὰς ἀψῖδας ἀναπετάννυσι τὰς ἄνω. ἀκούσατε ὅσοι τοῦ φωτίσματος ἐστὲ ἐκτός· φρίξατε, στενάξατε. φοβερὰ γὰρ ἡ ἀπειλή· φοβερὰ ἡ ἀπόφασις. οὐκ ἔστι, φησὶ, τὸν μὴ γεννηθέντα ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. διότι τὸ τοῦ θανάτου φορεῖ ἔνδυμα, τὸ τῆς κατάρας, τὸ τῆς φθορᾶς· οὐδέπω τὸ δεσποτικὸν ἔλαβε σύμβολον. ξένος ἐστὶ καὶ ἀλλότριος. οὐκ ἔχει τὸ σύνθημα τὸ βασιλικόν. ἐὰν μή τις, φησὶ, γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ἀλλ' ὁ Νικόδημος οὐδὲ

a Sic Savil. & alii. Morel. τῆς κλίσεως, male. Ibidem multi, προστιθέασι. Ibidem Savil. & alii, ὑπὲρ ἐπικήρων καὶ προσκαίρων.
b Morel. κείμενα, Savil. εἰρημένα, idipsum est.
c Savil. & manuscr. quidam ἐχώμεθα τοίνυν τῆς ἀκολουθίας..... εἰρημένων. τοῦ γὰρ Νικοδήμου καταπεσόντος. Morel. ἀλλὰ φέρε, πάλιν ἁψώμεθα τῶν.... καὶ ἴδωμεν πῶς τοῦ Νικοδήμου καταπεσόντος καὶ ἑξῆς.
d Savil. ἀκούοντα. τί γάρ φησι. Morel. ἀκούοντα τί φησιν.
e Savil. σφόδρα καὶ εὔκολα ἐποίησεν.

HOMILIA XXV.

5. *Respondit Jesus: Amen dico tibi: Nisi quis natus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum Dei.*

1. PUERULI quotidie magistros adeuntes, doctrinam accipiunt & recitant, & nunquam hoc agendi finem faciunt; imo nonnunquam noctibus dies adjiciunt, idque pro fluxis rebus facere a vobis coguntur. Nos autem non a B vobis, qui in perfectiore ætate estis, hoc requirimus, quod vos a filiis vestris exigitis. Neque enim quotidie, sed bis tantum in hebdomada: idque per brevem diei partem, ut laborem levemus, vos concioni adesse, & attendere hortamur. Ideo paulatim vobis Scripturarum dicta decerpimus, ut ea facilius capere, & in mentis vestræ receptaculis deponere valeatis; atque in memoria retinere, ut possitis ea aliis referre. Nisi fortasse quispiam admodum somniculosus sit & ignavus pueruloque hebetior. Dictorum itaque seriem arripiamus; Nicodemo nam- C que in humiliora decidente, & Christi dictum ad terrenam generationem deprimente, ac dicente impossibile esse senem denuo nasci, Christus generationis illius modum clarius explicat, qui difficile quidem intelligeretur ab eo, qui animali modo interrogasset; possetque tamen ab hac abjecta cogitatione interrogantem erigere. Quid enim dicit? *Amen dico tibi, nisi quis natus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest intrare in regnum Dei;* id est: Tu quidem hoc impossibile esse dicis: ego vero admodum D possibile dico; ut etiam necessarium sit, & sine illo nemo salvus esse possit. Necessaria enim, nobis admodum facilia fecit Deus. Nam terrena quidem generatio secundum carnem ex pulvere est: quapropter a cælestibus illa intercluditur: quid enim habet terra cum cælo commune? Illa vero ex Spiritu facile nobis cælestes illos fornices aperit. Audite quotquot nondum illuminati estis: exhorrescite, gemite: tremenda quippe est comminatio, terribilis sententia; *Non potest*, inquit, *qui non natus est ex aqua* E *& Spiritu, intrare in regnum cælorum.* Quia mortis indumentum gestat, nempe maledictionis & corruptionis: nondum Dominicum accepit symbolum, peregrinus est & alienus. Non habet regium signum: *Nisi quis natus fuerit*, inquit, *ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum cælorum.* Verum Nico-

Chrysostomus bis in hebdomade concionabatur.

demus neque sic intellexit. Nihil enim deterius, quam humanis ratiociniis spiritualia permittere: hoc impedivit quominus ille sublime quidpiam & magnum cogitaret. Ideo nos fideles vocamur, ut humanarum rationum imbecillitate contemta, ad fidei sublimitatem ascendamus, & bonorum nostrorum summam hujusmodi doctrinæ committamus: quod si fecisset Nicodemus, res non illi impossibilis visa fuisset. Quid ergo Christus? Ut illum abducat ab hac cogitatione humi repente, & ostendat se non de hac generatione loqui, ait: *Nisi quis natus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum cælorum.* Sic autem loquutus est, ut per hanc commninationem ipsum ad fidem pertraheret, suaderetque ipsi ne rem esse impossibilem existimaret, atque illum a carnalis generationis cogitatione abstraheret. De alia, inquit, loquor generatione, o Nicodeme; cur sermonem ad terram detrahis? Cur naturæ necessitati rem illam subjicis? Hic partus vulgari illo superior est, nec quid commune nobiscum habet. Hæc quoque generatio vocatur, sed nomine tantum communis, re differt. Abscede a vulgari more, alium induco partum in mundum: alio modo gigni homines volo; novum procreationis modum affero. Formavi ex terra & aqua; non utile figmentum fuit, sed vas deterius factum est. Non ultra ex terra & aqua efformare volo; sed ex aqua & Spiritu. Quod si quis interroget, quomodo ex aqua? interrogabo & ego illum, Quomodo ex terra? quomodo lutum varias in partes distributum est? quomodo unius speciei erat illud quod subjectum est? Terra tantum erat; quæ autem ex illa facta sunt, diversæ sunt speciei. Unde ossa, nervi, arteriæ, venæ? unde membranæ, vasa organica, cartilagines, tunicæ, hepar, splen, cor? unde pellis, sanguis, pituita, bilis? unde tot operationes? unde varii colores? Hæc enim non ex terra vel luto proficiscuntur. Quomodo terra accepto semine germinat; caro autem hæc accepta corrumpit? Quomodo terra jacta semina nutrit; caro autem ab illis nutritur, non illa nutrit? exempli causa, terra aquam excipiens, vinum fecit; caro sæpe vinum accipiens, in aquam convertit. Unde ergo liquet hæc ex terra esse, cum terra contrariam exhibeat operationem, ut dixi? Id ratiocinio assequi nequeo; sola fide accipio. Si ergo illa quæ quotidie fiunt & tanguntur, fide opus habent: multo magis illa admodum arcana & spiritualia. Quemadmodum enim terra inanimata, immota, Deo sic volente virtutem accepit, ut tam mirabilia ex illa prodirent; ita ex spiritu & aqua simul hæc mirabilia & rationem superantia omnia facile parantur.

a Savil. τῇ διδασκαλίᾳ ταύτης.

A οὕτω συνῆκεν· οὐδὲν γὰρ χεῖρον τοῦ τοῖς λογισμοῖς τὰ πνευματικὰ ἐπιτρέπειν. τοῦτο καὶ τοῦτον οὐκ ἀφῆκεν ὑψηλόν τι καὶ μέγα φαντασθῆναι. διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς πιστοὶ καλούμεθα, ἵνα τὴν τῶν λογισμῶν τῶν ἀσθένειαν ἀφέντες τῶν κάτω, πρὸς τὸ ὕψος τῆς πίστεως ἀναβῶμεν, καὶ τὰ πλείονα τῶν ἀγαθῶν τῶν ἡμετέρων [a] τῇ διδασκαλίᾳ ταύτῃ ἐπιτρέψωμεν. ὅπερ εἰ καὶ Νικόδημος ἐποίησεν, οὐκ ἂν αὐτῷ τὸ πρᾶγμα ἀδύνατον εἶναι ἐνομίσθη. τί οὖν ὁ Χριστός; ἀπάγων αὐτὸν τῆς ἐννοίας ταύτης τῆς χαμαὶ συρομένης, καὶ δεικνὺς ὅτι οὐ περὶ ταύτης διαλέγεται τῆς γεννήσεως, λέγει τό· ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ
B ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ταῦτα δὲ ἐφθέγγετο, τῷ φόβῳ τῆς ἀπειλῆς ἐπισπάσασθαι πρὸς τὴν πίστιν αὐτὸν βουλόμενος, καὶ πεῖσαι τὸ πρᾶγμα μὴ νομίζειν εἶναι ἀδύνατον, καὶ τῆς περὶ τὴν σαρκικὴν γέννησιν φαντασίας ἀποστῆσαι σπουδάζων. ἑτέραν λέγω γέννησιν, φησὶν, ὦ Νικόδημε. τί τὸν λόγον ἕλκεις πρὸς τὴν γῆν; τί τῇ τῆς φύσεως ἀνάγκῃ τὸ πρᾶγμα ὑποβάλλεις; ἀνώτερός ἐστι τῶν τοιούτων ὠδίνων οὗτος ὁ τόκος, οὐδὲν ἔχει κοινὸν πρὸς ὑμᾶς. γέννησις μὲν γὰρ καὶ αὕτη λέγεται, ἀλλὰ τῷ ὀνόματι κοινωνεῖ, τῷ δὲ πράγματι διέστηκεν. ἀπόστησον σαυτὸν τῆς κοινῆς συνηθείας· ἑτέραν εἰσάγω λοχείαν
C εἰς τὸν κόσμον. ἄλλως βούλομαι γεννᾶσθαι τοὺς ἀνθρώπους. ξένον ἦλθον κομίζων δημιουργίας τρόπον. ἔπλασα ἀπὸ γῆς καὶ ὕδατος· οὐκ ἐγένετο χρήσιμον τὸ πλασθὲν, ἀλλὰ διεστράφη τὸ σκεῦος. οὐκ ἔτι λοιπὸν ἀπὸ γῆς καὶ ὕδατος πλάσαι βούλομαι· ἀλλ' ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος. εἰ δέ τις ἐρωτᾷ πῶς ἀπὸ ὕδατος; ἐρωτῶ κἀγὼ πῶς ἀπὸ γῆς; πῶς γὰρ ὁ πηλὸς εἰς διάφορα μέρη κατεμερίσθη; πῶς τὸ μὲν ὑποκείμενον μονοειδές; γῆ γὰρ ἦν μόνη· τὰ δὲ ἐξ αὐτῆς γενόμενα ποικίλα καὶ παντοδαπά. πόθεν ὀστᾶ, καὶ νεῦρα, καὶ ἀρτηρίαι, καὶ φλέβες; πόθεν ὑμένες καὶ ἀγγεῖα ὀργανικὰ, καὶ χόνδροι, καὶ
D χιτῶνες, ἧπαρ καὶ σπλὴν, καὶ καρδία; πόθεν δέρμα, καὶ αἷμα, καὶ φλέγμα, καὶ χολή; πόθεν αἱ τοσαῦται ἐνέργειαι; πόθεν χρώματα ποικίλα; ταῦτα γὰρ, οὐ γῆς, οὐδὲ πηλοῦ. πῶς ἡ γῆ δεχομένη σπέρματα βλαστάνει· ἡ γῆ σὰρξ δεχομένη σπέρματα, σήπει; πῶς ἡ γῆ τρέφει τὰ βαλλόμενα· ἡ δὲ σὰρξ τρέφεται ὑπὸ τούτων, οὐ τρέφει ταῦτα; οἷον ἡ γῆ ἡ δεχομένη ὕδωρ, οἶνον ποιεῖ· ἡ σὰρξ δεχομένη πολλάκις οἶνον, εἰς ὕδωρ μετέβαλε. πόθεν οὖν δῆλον ὅτι ἀπὸ γῆς [b] ταῦτα, τῆς γῆς ἐναντίως ἐχούσης πρὸς τὸ σῶμα κατὰ τὰ εἰρημένα; λογισμῷ μὲν εὑρεῖν οὐ δύναμαι· πίστει δὲ δέχομαι μόνῃ. εἰ τοί-
E νυν τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα καὶ ψηλαφώμενα πίστεως δεῖται· πολλῷ μᾶλλον τὰ ἀπορρητότερα τούτων καὶ πνευματικώτερα. καθάπερ γὰρ ἡ γῆ ἡ ἄψυχος, ἡ ἀκίνητος, ἐνεδυναμώθη τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ, καὶ τοσαῦτα ἐξ αὐτῆς τὰ θαύματα γέγονεν· οὕτω καὶ τοῦ πνεύματος τῷ ὕδατι παρόντος, τὰ παράδοξα ταῦτα καὶ λογισμὸν ὑπερβαίνοντα εὐκόλως πάντα γίνεται.

b Morel. ταῦτα καὶ τοσαῦτα, τῆς γῆς ἐναντίως ἐχούσης.

Μὴ

[a] Μὴ τοίνυν, ἐπειδὴ μὴ ὁρᾷς αὐτὰ, ἀπίστει· ἐπεὶ οὐδὲ τὴν ψυχὴν ὁρᾷς, καὶ ὅμως πιστεύεις ἔχειν ψυχὴν, καὶ ἄλλο ψυχὴν εἶναί τι παρὰ τὸ σῶμα. ἀλλ' ὁ Χριστὸς οὐκ ἀπὸ τούτου τοῦ παραδείγματος αὐτὸν ἐνήγεν, ἀλλ' ἑτέρου. τοῦτο μὲν γὰρ εἰ καὶ ἀσώματόν ἐστιν· ἡ ψυχὴ λέγω· διὰ τοῦτο οὐ παρήγαγεν αὐτὸ, ἐπειδὴ ἔτι παχύτερον ἐκεῖνος διέκειτο. τίθησι δὲ ἕτερον ὑπόδειγμα, ὃ μήτε κοινωνίαν τινὰ πρὸς τὴν τῶν σωμάτων ἔχει παχύτητα, μήτε εἰς τὴν τῶν ἀσωμάτων ἀνέβη φύσιν· ὅπερ ἐστὶν ἡ τῶν ἀνέμων φορά. καὶ πρῶτον ἀπὸ τοῦ ὕδατος ἄρχεται, τοῦ λεπτοτέρου μὲν τῆς γῆς, παχυτέρου δὲ τοῦ ἀνέμου. ὥσπερ γὰρ ἐν ἀρχῇ ὑπέκειτο στοιχεῖον ἡ γῆ, τὸ δὲ πᾶν τοῦ διαπλάττοντος ἦν· οὕτω καὶ νῦν ὑπόκειται μὲν στοιχεῖον τὸ ὕδωρ, τὸ δὲ πᾶν τῆς τοῦ πνεύματός ἐστι χάριτος. καὶ τότε μὲν εἰς ψυχὴν ζῶσαν ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος· νῦν δὲ εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν. πολὺ δὲ τὸ μέσον ἑκατέρων. ἡ μὲν γὰρ ψυχὴ, οὐχ ἑτέρῳ παρέχει τὸ ζῆν· τὸ δὲ πνεῦμα οὐ καθ' ἑαυτὸ ζῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις παρέχει τοῦτο. οὕτω γοῦν καὶ νεκροὺς ἀνέστησαν οἱ ἀπόστολοι. καὶ τότε μὲν τῆς κτίσεως γενομένης, ὁ ἄνθρωπος ὕστερον πλάττεται· νῦν δὲ τοὐναντίον, πρὸ γὰρ τῆς καινῆς κτίσεως, ὁ ἄνθρωπος ὁ νέος δημιουργεῖται. καὶ γὰρ πρῶτος οὗτος γεννᾶται, τότε ὁ κόσμος μετασχηματίζεται. καὶ καθάπερ ἐξ ἀρχῆς ὁλόκληρον ἔπλασεν· οὕτω καὶ νῦν ὁλόκληρον αὐτὸν δημιουργεῖ. καὶ τότε μέν φησι, ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθόν· ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτον. ὁ γὰρ τὴν τοῦ πνεύματος λαβὼν χάριν, τίνος δεήσεται βοηθοῦ ἑτέρου; ὁ εἰς τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ τελῶν, ποίαν ἔχει λοιπὸν συμμαχίας χρείαν; τότε κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον· νῦν αὐτῷ τῷ θεῷ ἥνωσε. τότε ἰχθύων ἄρχειν καὶ θηρίων ἐκέλευσε· νῦν ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν τὴν ἀπαρχὴν ἡμῶν ἀνήγαγε. τότε παράδεισον ἔδωκε τὴν δίαιταν· νῦν τὸν οὐρανὸν ἡμῖν ἀνέῳξε. τότε ἐπλάσθη τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ, ἐπειδὴ ἔμελλε καὶ συντελεῖσθαι ὁ αἰών· νῦν δὲ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ καὶ ἐν προοιμίοις, ὅτε καὶ τὸ φῶς. ἐξ ὧν πάντων δῆλον, [b] ὅτι ἑτέρας ζωῆς ἀμείνονος τὰ τελούμενα ἦν, καὶ καταστάσεως πέρας οὐκ ἐχούσης. ἡ μὲν οὖν προτέρα πλάσις, ἀπὸ γῆς ἡ τοῦ Ἀδὰμ, καὶ ἀπὸ πλευρᾶς ἡ μετ' ἐκείνην, ἡ τῆς γυναικὸς, καὶ ἀπὸ σπέρματος ἡ μετ' αὐτὴν, ἡ τοῦ Ἄβελ. ἀλλ' ὅμως οὐδὲ μιᾶς ἐφικέσθαι δυνάμεθα τούτων, οὔτε παραστῆσαι λόγῳ τὰ γινόμενα· καίτοι παχύτατα [c] ὄντα. πῶς οὖν περὶ τῆς νοητῆς τῆς διὰ τοῦ βαπτίσματος γεννήσεως δυνησόμεθα δοῦναι εὐθύνας τῆς πολλῷ τούτων ὑψηλοτέρας, καὶ λογισμοὺς ἀπαιτεῖσθαι τῆς θαυμαστῆς καὶ παραδόξου ταύτης λοχείας; ἐπεὶ καὶ ἄγγελοι τῇ γεννήσει ταύτῃ παρεστήκασι γινομένῃ. εἰπεῖν δὲ τὸν τρόπον, [d] οὐκ ἂν ἔχοι τις τῆς θαυμαστῆς ἐκείνης γεννήσεως τῆς διὰ τοῦ βαπτίσματος. καὶ παρεστήκασι τελοῦντες μὲν οὐδέν· μόνον ὁρῶντες δὲ τὰ γινόμενα. πατὴρ καὶ υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα πάντα

A 2. Ne itaque, quoniam illa non vides, fidem neges. Nam nec animam vides, & tamen credis animam esse, & diversam a corpore. Verum Christus non hoc exemplo Nicodemum instituit, sed alio. Hoc enim, nempe anima, cum incorporeum sit; ideo non in medium adduxit, quia ille adhuc rudior erat. Aliud ergo exemplum ponit, quod cum corporum crassitudine communionem quidem nullam habeat, neque in incorpoream ascendit naturam; id est, ventorum impetum. B Et primum ab aqua orditur, quæ tenuior est quam terra, crassior quam ventus. Quemadmodum enim a principio elementum terra subjecta est; totum autem opificis fuit; sic & nunc aqua elementum subjicitur: totum autem est ex Spiritus gratia: & tunc quidem *factus est homo in animam viventem*; (Gen. 2. 7.) nunc vero in Spiritum vivificantem. Multum autem est inter utrumque discrimen: anima enim vitam alteri non dat: spiritus vero non per se tantum vivit, sed & aliis vitam præbet. Sic mor- C tuos suscitarunt Apostoli. Et olim quidem post creationem homo demum formatur; nunc vero contra ante novam creationem novus homo creatur. Nam hic prior generatur, deinde mundus transformatur. Et ut a principio totum formavit, sic & nunc totum ipsum creat. Et tunc quidem ait: *Faciamus ei adjutorium*; (Ibid. 18.) hic vero nihil simile. Nam qui Spiritus gratiam accepit, quo altero egebit adjutore? Qui in corpore Christi consistit, qua deinde egebit ope? Tunc ad imaginem Dei fecit hominem; nunc ipsi Deo conjunxit. Tunc jussit illum D imperare piscibus & bestiis; nunc supra cælos primitias nostras assumsit. Tunc paradisum habitandum dedit; nunc cælum nobis aperuit. Tunc formatus homo est die sexta, quia complendum erat sæculum; nunc prima die & ab initio, & cum luce. (Vita alia longe melior exspectatur.) Ex quibus omnibus liquet, ea quæ perficiebantur ad aliam meliorem vitam pertinere, & ad statum nunquam terminandum. Prima itaque formatio Adæ terrena est, & post hanc ex Adæ latere, mulieris, & post illam ex semine, Abelis. Attamen nullam explorare possumus, nec sermone describere; E etsi illa crassiora sint. Quomodo ergo spiritualis per baptismum generationis, quæ longe sublimior est, rationem dare poterimus? quo pacto stupendi partus ratio a nobis expetatur? Nam & Angeli huic generationi adfuere. At vero modum explicare mirabilis illius per baptismum generationis, nemo potuerit. Adfuerunt illi, nihil efficientes; sed ea quæ fiebant solum videntes. Pater, Filius &

a Savil. μὴ γὰρ, ἐπειδή.
b Savil. ὅτι ἑτέρας ζωῆς. Morel. ὅτι ἀπαρχὴ ἑτέρας.
c Savil. & mss. ὄντα. πῶς οὖν περὶ τῆς νοητῆς τῆς διὰ τοῦ βαπτίσματος γενν- &c. ut in textu. Morel. ὄντα. εἰ δὲ πρὸς ταῦτα λέγειν ἀδύνατον, πῶς περὶ τῆς νοητῆς καὶ πολὺ τούτων ὑψηλοτέρας γεννήσεως οὐκ ἀδυνατώτερον ἔσται τὸ λέγειν· μᾶλλον δὲ πῶς οὐ περιττὸν λόγον ἀπαιτεῖσθαι;

d Alii mss. & Savil. οὐκ ἂν ἔχοι τις τῆς θαυμαστῆς ταύτης. Paulopost πατὴρ καὶ υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα πάντα ἐργάζεται, *Pater, Filius, & Spiritus sanctus omnia operatur*; ad tria supposita singulari verbo utitur, ut notat Savilius, quo scilicet unitas substantiæ declaratur.

Spiritus sanctus omnia operatur. Obtemperemus ergo Dei sententiæ, quæ est ipso visu certior. Nam visus sæpe fallitur: illa falli nequit. Obtemperemus itaque ipsi. Nam quæ illa quæ non erant produxit, de eorum natura loquens fidem meretur. Quid igitur illa dicit? Id quod efficitur esse generationem. Quod si tibi quispiam dixerit, quomodo? ex Christi sententia os ejus obstrue, quæ magna claraque est demonstratio. Si quis vero interrogaverit, cur aqua assumatur; vicissim interrogemus & nos: Cur terra ab initio ad hominis formationem producta sit. Nam quod sine terra posset hominem formare, nemini non conspicuum est. Ne itaque curiosius inquiras. Quod enim necessaria sit aqua, hinc ediscas; cum aliquando Spiritus ante aquam descendisset, non hic stetit Apostolus, sed ut ostendat hanc necessariam nec superfluam esse, vide quid dicat:

Act. 10. 47. *Numquid aquam quis prohibere potest, ut non baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt sicut & nos?* Quid ergo opus est aqua? Hoc jam dicam, ut occultum mysterium vobis aperiam: sunt enim hac de re arcani quidam alii sermones. Interim autem vobis ex multis unum dicam. Quis ille est? Divina celebrantur in hoc symbola: sepultura, mortificatio, resurrectio, vita, & hæc simul fiunt omnia. In aqua enim tamquam in sepulcro caput immergentibus nobis, vetus homo sepelitur ac demergitur totus: deinde nobis emergentibus, novus exsurgit. Ut enim nobis facile est immergi & postea emergere; sic Deo facile est veterem sepelire hominem, & novum inducere. Ter hoc fit, ut discas virtutem Patris & Filii & Spiritus sancti hæc omnia implere. Quod autem hæc non per conjecturam dicta sint, audi Paulum:

Aqua cur necessaria ad illuminationem.

Baptismi ritus.

Col. 2. 12. *Consepulti sumus cum illo per baptismum*

Rom. 6. 6. *in mortem*; ac rursum, *Vetus homo noster*

Rom. 6. 5. *simul crucifixus est*; & iterum, *Complantati facti sumus similitudini mortis ejus.* Non modo autem baptisma crux dicitur; sed crux quoque baptisma.

Marc. 10. 39. *Baptismo quo ego baptizor, vos baptizabimini*; ac rursum, *Baptismo habeo baptizari, quem vos nescitis.* Quemadmodum enim nos facile baptizamur, & emergimus; sic & ille mortuus, cum voluit resurrexit; imo longe facilius, etiamsi triduo per mysterium & œconomiam manserit.

3. Talibus ergo dignati mysteriis, vitam tanto dono dignam exhibeamus, optimum institutum. Qui vero nondum his dignati estis, omnia facite ut iis dignemini, ut unum corpus efficiamur, ut simus fratres. Quamdiu enim sic separamur; etsi pater quis fuerit, etsi filius, etsi frater, quivis tandem fuerit, nondum vere co-

A ἐργάζεται. πειθώμεθα τοίνυν τῇ ἀποφάσει τοῦ θεοῦ· ὄψεως γάρ ἐστιν αὐτὴ πιστοτέρα. ἡ μὲν γὰρ ὄψις πολλαχοῦ καὶ σφάλλεται· ἐκείνην δὲ ἀμήχανον διαπεσεῖν. πειθώμεθα τοίνυν αὐτῇ. ἡ γὰρ τὰ μὴ ὄντα παραγαγοῦσα, ἀξιόπιστος ἂν εἴη καὶ περὶ τῆς φύσεως αὐτῶν διαλεγομένη. τί οὖν αὕτη φησίν; ὅτι γέννησίς ἐστι τὸ τελούμενον. εἰ δέ τίς σοι λέγοι, πῶς; ἐπιστόμισον αὐτὸν τῇ ἀποφάσει τοῦ Χριστοῦ, ἥπερ ἐστὶ μεγίστη καὶ σαφὴς [a] ἀπόδειξις. εἰ δέ τις ἐρωτῴη, τίνος ἕνεκεν τὸ ὕδωρ παρείληπται· ἀντερωτήσωμεν καὶ ἡμεῖς, τίνος ἕνεκεν ἡ γῆ παρὰ τὴν ἀρχὴν εἰς τὴν τοῦ ἀνθρώπου διάπλασιν

B παρήγετο; ὅτι γὰρ καὶ τῆς γῆς χωρὶς ποιῆσαι ἄνθρωπον αὐτῷ δυνατὸν ἦν, παντί που δῆλον. μηδὲν τοίνυν περιεργάζου. ὅτι γὰρ ἀναγκαία καὶ ἀπαραίτητος ἡ τοῦ ὕδατος χρεία, οὕτως ἂν μάθοις. τοῦ πνεύματος ποτὲ καταπτάντος πρὸ τοῦ ὕδατος, οὐκ ἔστη μέχρις ἐκείνου ὁ ἀπόστολος, ἀλλ' ὡς ἀναγκαίου καὶ τούτου καὶ οὐ περιττοῦ, ὅρα τί φησι· μήτι τὸ ὕδωρ δύναταί τις κωλῦσαι τοῦ μὴ βαπτισθῆναι τούτους, οἵτινες τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔλαβον ὡς καὶ ἡμεῖς; τίς οὖν ἐστιν ἡ τοῦ ὕδατος χρεία; καὶ ταύτην ἤδη λοιπὸν ἐρῶ, τὸ μυστήριον [b] ἐκκαλύπτων ὑμῖν τὸ ἀποκεκρυμμένον. εἰσὶ μὲν γάρ τινες καὶ ἕτεροι ἀπόρρητοι λόγοι τοῦ πράγματος· τέως δὲ ἐκ

C τῶν πολλῶν ὑμῖν ἐγὼ ἕνα ἐρῶ. τίς οὖν οὗτός ἐστι; θεῖα τελεῖται ἐν αὐτῷ σύμβολα· τάφος καὶ νέκρωσις, καὶ ἀνάστασις καὶ ζωή, καὶ ταῦτα ὁμοῦ γίνεται πάντα. καθάπερ γὰρ ἔν τινι τάφῳ, τῷ ὕδατι καταδυόντων ἡμῶν τὰς κεφαλάς, ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος [c] θάπτεται, καὶ καταδὺς κάτω κρύπτεται ὅλος καθάπαξ· εἶτα ἀνανευόντων ἡμῶν, ὁ καινὸς ἄνεισι πάλιν. ὥσπερ γὰρ εὔκολον ἡμῖν βαπτίσασθαι καὶ ἀνανεῦσαι· οὕτως εὔκολον τῷ θεῷ θάψαι τὸν ἄνθρωπον τὸν παλαιόν, καὶ ἀναδεῖξαι τὸν νέον. τρίτον δὲ τοῦτο γίνεται, ἵνα μάθῃς ὅτι δύναμις πατρὸς

D καὶ υἱοῦ καὶ πνεύματος ἁγίου ἅπαντα ταῦτα πληροῖ. καὶ ὅτι οὐ στοχασμὸς τὸ εἰρημένον, ἄκουσον Παύλου λέγοντος· συνετάφημεν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον. καὶ πάλιν· ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη. καὶ πάλιν· σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ. οὐ μόνον δὲ τὸ βάπτισμα σταυρὸς λέγεται· ἀλλὰ καὶ ὁ σταυρὸς βάπτισμα. τὸ γὰρ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, φησι, βαπτισθήσεσθε. καὶ πάλιν· βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι, ὃ ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. καθάπερ γὰρ ἡμεῖς εὐκόλως βαπτιζόμεθα καὶ ἀνανεύομεν· οὕτω καὶ αὐτὸς εὐκόλως ἀποθανών, ὅτε ἠθέλησεν ἀνέστη· μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ ῥᾷον, εἰ καὶ τὰς

E τρεῖς ἡμέρας διά μυστηρίου τινὸς οἰκονομίαν ἀνέμεινε.

Τηλικούτων οὖν μυστηρίων καταξιωθέντες βίον ἐπιδειξώμεθα ἄξιον τῆς δωρεᾶς, πολιτείαν ἀρίστην. οἱ δὲ μηδέπω τούτων καταξιωθέντες, πάντα πράττετε ὥστε καταξιωθῆναι, ἵνα γενώμεθα σῶμα ἕν· ἵνα ὦμεν ἀδελφοί. ἕως μὲν γὰρ ἂν κατὰ τοῦτο διεστήκαμεν, κἂν πατήρ τις ᾖ, κἂν υἱός, κἂν ἀδελφός, κἂν ὁστισοῦν,

[a] Alii & Savil. ἀπόδειξις. εἰ δέ τις ἐρωτῴη. Morel. ἐπεὶ τὸ ἐρωτῶντα.

[b] Savil. ὑμῖν ἐκκαλύπτων τὸ ἀποκεκρυμμένον. εἰσὶ μὲν γάρ. Morel. ἐκκαλύπτων ὑμῖν ὡς ἔνεστιν ἄνωθεν.

[c] Savil. θάπτεται κάτω, καὶ καταποντίζεται εἰς τέλος ἅπας· εἶτα, ἀνα- Morel. θάπτεται καὶ καταδὺς κάτω, κρύπτεται ὅλως καθάπαξ· εἶτα.

οὐδέπω συγγενής ἐστι γνήσιος, τῆς ἄνωθεν συγγενείας διεσπασμένος. τί γὰρ ὄφελος ἀπὸ τοῦ πηλίνου γένους συνῆφθαι, ὅταν ἀπὸ τοῦ πνευματικοῦ μὴ συνημμένοι ὦμεν; ποῖον δὲ κέρδος τῆς ἐν τῇ γῇ ἀγχιστείας, ὅταν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀλλότριοι ὦμεν; ἀλλότριος γὰρ ὁ κατηχούμενος τοῦ πιστοῦ. οὐ γὰρ ἔχει κεφαλὴν τὴν αὐτὴν, οὐκ ἔχει πατέρα τὸν αὐτόν· οὐκ ἔχει πόλιν τὴν αὐτήν· οὐ τροφὴν, οὐκ ἔνδυμα, οὐ τράπεζαν, οὐκ οἰκίαν· ἀλλὰ πάντα ἐξηλλαγμένα. καὶ γὰρ πάντα ἐπὶ γῆς * τούτῳ, τὰ πάντα ἐν οὐρανοῖς ἐκείνῳ. βασιλεὺς τούτῳ ὁ Χριστός· ἐκείνῳ δὲ ἡ ἁμαρτία καὶ ὁ διάβολος. τρυφὴ τούτῳ μὲν ὁ Χριστός· ἐκείνῳ δὲ ἡ σηπομένη καὶ φθειρομένη. καὶ ἔνδυμα πάλιν, τούτῳ μὲν τὰ σκωλήκων ἔργα· ἐκείνῳ δὲ ὁ ἀγγέλων δεσπότης. πόλις τούτῳ μὲν, οὐρανός· ἐκείνῳ δὲ ἡ γῆ. ὅταν οὖν μηδὲν ἔχωμεν κοινὸν, κατὰ τί κοινωνήσομεν, εἰπέ μοι; ἀλλὰ τὰς αὐτὰς ἐλύσαμεν ὠδῖνας, καὶ ἐκ μιᾶς προήλθομεν γαστρός; ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο πρὸς συγγένειαν ἀκριβεστάτην. σπουδάσωμεν τοίνυν τῆς ἄνω πόλεως γενέσθαι πολῖται. μέχρι τίνος ἐπὶ τῆς ὑπερορίας μένομεν, δέον τὴν ἀρχαίαν πατρίδα ἀπολαβεῖν; οὐδὲ γὰρ περὶ τῶν τυχόντων ὁ κίνδυνος· ἀλλ' εἰ γένοιτο, ὃ μὴ γένοιτο, ἀπροσδοκήτου τῆς τελευτῆς ἐπελθούσης, ἀμυήτους ἐντεῦθεν ἀπελθεῖν, κἂν μυρία ἔχωμεν ἀγαθὰ, οὐδὲν ἡμᾶς ἕτερον [a] διαδέξεται, ἢ γέεννα καὶ σκώληξ ἰοβόλος, καὶ πῦρ ἄσβεστον, καὶ δεσμὰ ἄλυτα. ἀλλὰ μὴ γένοιτό τινα τῶν ταῦτα ἀκουόντων ἐκείνης πειραθῆναι τῆς κολάσεως. τοῦτο δὲ ἔσται, ἂν τῶν ἁγίων καταξιωθέντες μυστηρίων, χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ λίθους τιμίους οἰκοδομήσωμεν ἐπὶ τὸν θεμέλιον. οὕτω γὰρ δυνησόμεθα ἀπελθόντες ἐκεῖ φανῆναι πλούσιοι, ὅταν μὴ ἐνταῦθα χρήματα καταλείψωμεν, ἀλλὰ μετακομίσωμεν πρὸς τοὺς ἀσύλους θησαυροὺς διὰ τῶν χειρῶν τῶν πενήτων· ὅταν δανείσωμεν τῷ Χριστῷ. πολλὰ ὀφείλομεν ἐκεῖ· οὐ χρήματα, ἀλλ' ἁμαρτήματα. δανείσωμεν τοίνυν αὐτῷ χρήματα, ἵνα λάβωμεν ἁμαρτημάτων συγχώρησιν. αὐτός γάρ ἐστιν ὁ δικάζων. μὴ περιίδωμεν αὐτὸν ἐνταῦθα πεινῶντα, ἵνα καὶ αὐτὸς ἐκεῖ ἡμᾶς διαθρέψῃ. ἐνταῦθα ἐνδύσωμεν αὐτὸν, ἵνα μὴ ἀφῇ ἡμᾶς γυμνοὺς τῆς ἀσφαλείας τῆς παρ' αὐτοῦ. ἐὰν ἐνταῦθα αὐτὸν ποτίσωμεν, οὐκ ἐροῦμεν κατὰ τὸν πλούσιον, πέμψον Λάζαρον ἵνα ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ ἐπιστάξῃ τῇ γλώσσῃ ἡμῶν ἀποτηγανιζομένῃ. ἐὰν ἐνταῦθα εἰς τὰς οἰκίας ἡμῶν αὐτὸν [b] δεξώμεθα, ἐκεῖ πολλὰς παρασκευάσει μονὰς ἡμῖν. ἐὰν ἀπέλθωμεν πρὸς αὐτὸν ἐν φυλακῇ ὄντα, καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ἀπαλλάξει τῶν δεσμῶν. ἐὰν ξένον ὄντα συναγάγωμεν, οὐ περιόψεται ξένους ἡμᾶς ὄντας τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· ἀλλὰ μεταδώσει ἡμῖν τῆς πόλεως τῆς ἄνω. ἐὰν ἀσθενῆ ὄντα ἐπισκεψώμεθα, ταχέως ἐλευθερώσει ἡμᾶς καὶ αὐτὸς τῶν ἀσθενειῶν ἡμῶν. ὡς οὖν μεγάλα λαμβάνοντες καὶ μικρὰ διδόντες, κἂν τὰ μικρὰ δῶμεν, ἵνα ἐμπορευσώμεθα

gnatus eſt, cum a ſuperna cognatione ſit abſtractus. Quæ enim utilitas ex lutei generis conjunctione, cum ſpiritualiter non ſumus conjuncti? Quod lucrum terrenæ affinitatis, cum in cælis ſumus extranei? Extraneus quippe eſt Catechumenus fideli. Neque enim idem ipſum caput habet, non eumdem patrem, non eamdem civitatem, non eſcam, non indumentum, non menſam; ſed omnia ſegregata. Etenim huic omnia in terra, illi omnia in cælo: huic Chriſtus rex eſt, illi peccatum & diabolus: huic Chriſtus deliciæ, illi corruptio. Indumentum quoque illi vermium opera, huic Angelorum Dominus. Civitas huic cælum, illi terra. Cum ergo nihil commune habeamus, in quo, quæſo, communicabimus? Sed eodem partu, ex eadem vulva prodimus? Verum neque hoc ſufficit ad genuinam cognationem. Studeamus igitur, ut ſupernæ civitatis cives ſimus. Quouſque in exſilio manemus, cum oporteret veterem repetere patriam? Neque enim de re nullius precii periculum eſt. Sed ſi accidat, quod Deus avertat, inexſpectata morte non initiatos hinc abripi, etiam ſi mille bonis inſtructi ſimus, nihil aliud nos excipiet, quam gehenna & vermis venenatus, ignis inexſtinguibilis, vincula inſolubilia. Verum abſit ut quiſpiam auditorum ſupplicium illud experiatur. Quod vitabimus, ſi ſacris myſteriis dignati, aurum, argentum & lapides pretioſos pro fundamento ponamus. Sic enim poterimus illo abeuntes, divites apparere, quando non hic pecunias reliquerimus, ſed ad tutos illos theſauros tranſmiſerimus per manus pauperum; quando Chriſto mutuum dederimus. Multa debemus illic, non pecunias, ſed peccata. Mutuo igitur illi pecunias demus, ut impetremus remiſſionem peccatorum. Ipſe enim eſt qui judicat. Ne deſpiciamus illum hic eſurientem, ut & ipſe nos ibi nutriat. Hic induamus ipſum, ut non relinquat nos nudos patrocinio ſuo. Si hic illi potum dederimus, non dicemus cum divite: *Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aqua, ut refrigeret linguam noſtram aduſtam.* Si hic eum domi accipiamus, illic multas nobis parabit manſiones. Si inviſamus eum in carcere detentum; ipſe quoque nos a vinculis liberabit. Si illum hoſpitem exceperimus, non deſpiciet nos, qui peregrini & hoſpites ſumus in regno cælorum, ſed ſupernæ civitatis conſortes reddet. Si infirmum illum inviſamus, cito nos ille liberabit ab infirmitatibus noſtris. Ut ergo qui magna pro parvis donis accipiamus; ſaltem illa exigua demus, ut

Catechumeni fidelibus extranei ſunt.

Contra Catechumenos qui baptiſmum differebant uſque ad mortem.

Luc. 16. 24.

* ἐπὶ γῆς τούτῳ, τὰ πάντα ἐν οὐρανοῖς ἐκείνῳ. *Hæc relativa*, inquit Savilius, τούτῳ & ἐκείνῳ, *nunc ad* πιστὸν, *nunc ad* κατηχούμενον *referuntur*, *contra rigidam legem linguæ*, *ſed non contra morem ſuum*, *qui alias in hoc genere non ſemel peccat*, *ut ſuis in locis oſtenditur.* Verum id fortaſſe librariorum incuriæ adſcribatur.

a Morel. διαδέξεται. Savil. λήψεται.

b Savil. ὑποδεξώμεθα.

maxima mercemur. Dum adhuc tempus est ſeminemus, ut metamus. Cum enim hiems advenerit, cum mare non ultra navigabile erit, tunc non penes nos erit negotiari. Sed quando erit hiems? Cum advenerit dies ille magnus & conſpicuus. Tunc enim non hoc mare magnum & ſpatioſum navigabimus: mari namque præſens vita ſimilis eſt. Nunc ſerendi tempus eſt, tunc metendi & lucrandi. Si quis ſementis tempore ſemina non jecerit, ſi tempore meſſis ſerat inutiliter, ſane ridiculus erit. Si ſerendi ſit tempus; non jam colligendum, ſed ſerendum eſt. Diſpergamus igitur ut colligamus; ne jam colligere ſatagamus, ne meſſem perdamus. Nam hoc tempus, ut dixi, ad ſerendum evocat, & ad erogandum, non ad colligendum & recondendum. Ne itaque opportunitatem amittamus, ſed ubertim ſemen jaciamus, nec rei familiari ullo modo parcamus, ut eam cum magno recipiamus fœnore, gratia & benignitate Domini noſtri Jeſu Chriſti, quîcum Patri gloria unaque Spiritui ſancto in ſæcula ſæculorum, amen.

A τὰ μεγάλα. ὡς ἔτι καιρὸς σπείρωμεν, ἵνα ἀμήσωμεν ὅταν ὁ χειμὼν καταλάβῃ, ὅταν ἡ θάλασσα οὐκ ἔτι πλέηται, οὐκ ἔτι κύριοι τῆς ἐμπορείας ἐσμέν. πότε δὲ ἔσται ὁ χειμών; ὅταν ἡ ἡμέρα ἐπιστῇ ἡ μεγάλη τότε ἐκείνη καὶ ἐπιφανής. τότε γὰρ οὐκ ἔτι πλευσόμεθα τὴν θάλασσαν ταύτην τὴν μεγάλην καὶ εὐρύχωρον· ταύτῃ γὰρ ὁ παρὼν ἔοικε βίος. νῦν ὁ τοῦ σπεῖραι καιρὸς, τότε ὁ τοῦ ἀμᾶσθαι καὶ κερδαίνειν. ἐάν τις ἐν τῷ καιρῷ τοῦ σπόρου μὴ καταβάλῃ σπέρματα, ἐν ἀμήτῳ σπείρων, πρὸς τῷ μηδὲν ἀνύειν, καὶ καταγέλαστος ἔσται. εἰ δὲ σπόρου ἐστὶν ὁ παρὼν καιρὸς, οὐ τοῦ συλλέγειν, ἀλλὰ τοῦ [a] σκορπίζειν καιρὸς ἂν εἴη B λοιπόν. σκορπίσωμεν τοίνυν, ἵνα συναγάγωμεν· μὴ βουληθῶμεν συναγαγεῖν νῦν, ἵνα μὴ τὸν ἀμητὸν ἀπολέσωμεν. οὗτος γὰρ, ὅπερ ἔφην, ὁ καιρὸς ἐπὶ τὸ σπείρειν καλεῖ, καὶ δαπανᾷν καὶ ἀναλίσκειν, οὐκ ἐπὶ τὸ συλλέγειν καὶ ἀποτίθεσθαι. μὴ τοίνυν προδῶμεν τὴν εὐκαιρίαν, ἀλλὰ δαψιλῆ τὸν σπόρον καταβάλωμεν, καὶ μηδενὸς φεισώμεθα τῶν ἔνδον, ἵνα μετὰ πολλῆς αὐτὰ ἀπολάβωμεν τῆς ἀντιδόσεως, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· μεθ᾽ οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

HOMILIA XXVI.

C

ΟΜΙΛΙΑ κϛʹ.

6. Quod natum eſt ex carne, caro eſt; & quod natum eſt ex Spiritu, ſpiritus eſt.

Τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστι· καὶ τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, πνεῦμά ἐστιν.

1. MAGNIS nos myſteriis dignatus eſt unigenitus Filius Dei; magnis, & quibus digni non eramus, ſed quæ decebat illum dare. Nam ſi merita noſtra quis reputet; non ſolum dono eramus indigni, ſed ſupplicio & ultioni obnoxii. Sed id non reſpiciens ille, non modo nos a ſupplicio liberavit, ſed vitam largitus eſt priori longe clariorem. In alium nos mundum induxit, aliam condidit creaturam: *Si* (2.Cor.5.17.) *qua enim in Chriſto nova creatura*, inquit. Quæ nova creatura? audi ipſum: *Niſi quis natus fuerit ex aqua & Spiritu, non poterit intrare in regnum Dei.* Paradiſus nobis concreditus fuit, neque digni fuimus qui illic verſaremur. In cælum nos extulit. In prioribus fideles non fueramus, & majora tamen tradidit. Non potuimus ab uno abſtinere ligno, & ſupernas præbuit delicias. In paradiſo non perſeveravimus, & cælos nobis aperuit. (Rom.11.33.) Jure dixit Paulus: *O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei!* Non ultra mater, non ultra partus, non ſomni, non concubitus & amplexus: ſurſum tandem naturæ noſtræ texitur opificium ex Spiritu & aqua. Aqua au-

ΜΕΓΑΛΩΝ ἡμᾶς μυστηρίων κατηξίωσεν ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ· μεγάλων καὶ οἵων οὐχ ἡμεῖς ἦμεν ἄξιοι, ἀλλ᾽ οἵων αὐτῷ παρέχειν πρέπον ἦν. ἂν μὲν γὰρ τὴν ἀξίαν τὴν ἡμετέραν λογίσηταί τις, D οὐ μόνον τῆς δωρεᾶς ἦμεν ἀνάξιοι· ἀλλὰ καὶ κολάσεως ὑπεύθυνοι καὶ τιμωρίας. ἐπειδὴ δὲ οὐ πρὸς τοῦτο εἶδεν, οὐ μόνον κολάσεως ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ καὶ ζωὴν ἐχαρίσατο πολλῷ τῆς προτέρας [b] λαμπροτέραν. εἰς ἄλλον ἡμᾶς εἰσήγαγε κόσμον· ἑτέραν ἐδημιούργησε κτίσιν. εἴ τις γὰρ ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις, φησί. ποία καινὴ κτίσις; ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος· ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. παράδεισον ἐπιστεύθημεν, καὶ οὐδὲ [c] τῆς ἐν αὐτῷ διαγωγῆς ἐφάνημεν ἄξιοι· καὶ εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἡμᾶς ἀνήγαγεν. ἐν τοῖς προτέροις οὐχ εὑρέθημεν πιστοί· E καὶ μείζονα ἐνεχείρισεν. ἑνὸς ἀπέχεσθαι ξύλου οὐκ ἰσχύσαμεν· καὶ τὴν ἄνω παρέσχε τρυφήν. ἐν παραδείσῳ οὐκ ἐκαρτερήσαμεν· καὶ τοὺς οὐρανοὺς ἡμῖν ἐπέτασεν. εἰκότως ἔλεγεν ὁ Παῦλος· ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ. οὐκ ἔτι μήτηρ, οὐκ ἔτι ὠδῖνες, οὔτε ὕπνοι, καὶ συνουσίαι καὶ περιπλοκαὶ σωμάτων· ἄνω λοιπὸν ὑφαίνεται τῆς ὑμετέρας φύσεως ἡ κατασκευὴ, ἀπὸ πνεύματος ἁγίου καὶ ὕδατος. τὸ δὲ ὕδωρ

[a] Quidam, σκορπίζειν ὁ καιρός ἐστιν οὗτος.
[b] Morel. τιμιωτέραν. Savil λαμπροτέραν.

[c] Alii, τῆς ἐνταῦθα διαγωγῆς γεγόναμεν ἄξιοι.

περιείληπται, τόκος τοῦ τικτομένου γινόμενον. ὅπερ γάρ ἐστιν ἡ μήτρα τῷ ἐμβρύῳ, τοῦτο τῷ πιστῷ τὸ ὕδωρ· ἐν γὰρ τῷ ὕδατι διαπλάττεται καὶ μορφοῦται. τὸ μὲν γὰρ πρότερον ἐλέγετο, ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν· ἐξ οὗ δὲ ἐπέβη [a] τῶν Ἰορδάνου ῥείθρων ὁ δεσπότης, οὐκ ἔτι ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν, ἀλλὰ ψυχὰς λογικὰς καὶ πνευματοφόρους τὸ ὕδωρ ἀναδίδωσι. καὶ ὃ περὶ τοῦ ἡλίου εἴρηται, ὅτι ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ, τοῦτο περὶ τῶν πιστῶν καιρὸς ἂν εἴη μᾶλλον εἰπεῖν. πολλῷ γὰρ φαιδροτέρας [b] ἀφιᾶσι τὰς ἀκτῖνας ἐκείνου. ἀλλὰ τὸ μὲν ἐν τῇ μήτρᾳ διαπλαττόμενον, χρόνου δεῖται· ἐν τῷ ὕδατι δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἐν μιᾷ ῥοπῇ πάντα γίνεται. ἔνθα μὲν γὰρ ἐπίκηρος ἡ ζωὴ καὶ ἀπὸ σωματικῆς φθορᾶς ἔχει τὴν ἀρχήν, βραδύνει τὸ τικτόμενον· τοιαύτη γὰρ τῶν σωμάτων ἡ φύσις, χρόνῳ προσλαμβάνει τὸ τέλειον. ἐπὶ δὲ τῶν πνευματικῶν, οὐχ οὕτω. τί δήποτε; ὅτι τέλεια ἐξ ἀρχῆς κατασκευάζεται τὰ γινόμενα. ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ Νικόδημος ἀκούων ταῦτα συνεχῶς ἐταράττετο, ὅρα πῶς αὐτῷ διανοίγει τὸ ἀπόρρητον τοῦ μυστηρίου τούτου, καὶ σαφὲς ἐργάζεται τὸ ἀσαφὲς ἐκείνῳ τέως, τὸ γεγεννημένον, λέγων, ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστι· τὸ δὲ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, πνεῦμά ἐστιν. ἀπάγει τῶν αἰσθητῶν αὐτὸν ἁπάντων, καὶ οὐκ ἀφίησι τοῖς ὀφθαλμοῖς τούτοις περιεργάζεσθαι τὴν μυσταγωγίαν. οὐ γὰρ περὶ σαρκὸς διαλεγόμεθα, φησίν, ἀλλὰ περὶ πνεύματος, ὦ Νικόδημε. τέως αὐτὸν τῷ λόγῳ τούτῳ πρὸς τὸ ἄνω παρέπεμψε. μηδὲν τοίνυν τῶν αἰσθητῶν ἐπιζήτει· τὸ γὰρ πνεῦμα οὐκ ἂν φανείη τοῖς ὀφθαλμοῖς τούτοις. μηδὲ νόμιζε ὅτι σάρκα τίκτει τὸ πνεῦμα. πῶς οὖν, ἴσως εἴποι ἄν τις, ἡ τοῦ κυρίου σὰρξ ἐτέχθη; οὐκ ἀπὸ πνεύματος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ σαρκός. διὸ καὶ τοῦτο δηλῶν Παῦλος ἔλεγε· [c] γενόμενος ἐκ γυναικὸς, γενόμενος ὑπὸ νόμον. τὸ μὲν γὰρ πνεῦμα αὐτὴν διέπλασεν οὕτως, οὐ μὲν ἐξ οὐκ ὄντων· ἐπεὶ τί ἔδει τῆς μήτρας; ἀλλ' ἐκ τῆς σαρκὸς τῆς παρθενικῆς. τὸ δὲ, πῶς, οὐ δύναμαι ἑρμηνεύειν. τοῦτο δὲ γέγονεν, ἵνα μή τις ἀλλότριον τῆς ἡμετέρας εἶναι νομίσῃ φύσεως τὸ τικτόμενον. εἰ γὰρ καὶ τούτου γενομένου εἰσί τινες οἱ διαπιστοῦσι τῇ τοιαύτῃ γεννήσει, εἰ μὴ τῆς σαρκὸς ἐκοινώνησε τῆς παρθενικῆς, ποῦ οὐκ ἂν ἐξέπεσαν ἀσεβείας οὗτοι; τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, πνεῦμά ἐστιν. ὁρᾷς πνεύματος ἀξίαν; τὸ γὰρ τοῦ θεοῦ ἔργον φαίνεται ποιοῦν. ἀνωτέρω [d] μὲν οὖν ἔλεγεν, ὅτι ἐκ τοῦ θεοῦ ἐγεννήθησαν· ἐνταῦθα δὲ, ὅτι τὸ πνεῦμα αὐτοὺς γεννᾷ. τὸ γεγεννημένον, φησὶν, ἐκ τοῦ πνεύματος, πνεῦμά ἐστιν. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν, ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ πνεύματος πνευματικός ἐστι. γέννησιν γὰρ ἐνταῦθα οὐ τὴν κατ' οὐσίαν λέγει· ἀλλὰ τὴν κατὰ τιμὴν καὶ χάριν. εἰ τοίνυν καὶ ὁ υἱὸς οὕτω γεγέννηται, τί πλέον ἕξει τῶν ἀνθρώπων τῶν οὕτω γεγεννημένων; πῶς δὲ μονογενής ἐστι; καὶ γὰρ καὶ ἐγὼ ἐκ θεοῦ γεγέννημαι· ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ. εἰ τοίνυν μηδὲ αὐτὸς ἐκ τῆς οὐσίας, τί κατὰ τοῦτο διε-

tem assumta est, partus genito facta. Quod est matrix embryoni, hoc est aqua fideli: in aqua enim fingitur & formatur. Primum dicebatur: *Producant aquæ reptile animæ viventis.* (Gen. 1. 20.) Ex quo autem Jordanis fluenta ingressus est Dominus, non amplius reptilia animarum viventium, sed animas rationales Spiritum sanctum ferentes aqua producit. Ac quod de sole dictum est, *Tamquam sponsus procedens de thalamo suo*; (Ps. 18. 6.) id de fidelibus jam dici possit, qui splendidiores quam sol emittunt radios. Sed quod in vulva formatur, tempore opus habet; in aqua vero non sic, sed uno temporis momento fiunt omnia. Ubi enim fluxa vita ex corporea corruptione principium habet, moras trahit id quod paritur; talis quippe est corporum natura: tempore illa perfectionem acquirunt. Spiritualia vero non sic. Sed quid? A principio perfecta sunt. Verum quia Nicodemus hæc frequenter audiens turbabatur; vide quomodo ipsi mysterii arcanum aperiat, & clarum reddat id quod obscurum antea erat, cum ait: *Quod natum est ex carne, caro est; & quod natum est ex Spiritu, spiritus est.* Ipsum abducit a rebus omnibus sub sensum cadentibus, neque sinit corporeis oculis mysteria scrutari. Non de carne, inquit, disserimus, sed de Spiritu, o Nicodeme. Interim eum ad superna transmittit. Nihil ergo sensile quæras. Nam Spiritus his oculis non percipitur. Neque putes quod carnem Spiritus pariat. Quomodo ergo, dixerit forte quispiam, Domini caro nata est? (Christi caro quomodo nata.) Non a Spiritu tantum, sed etiam a carne; quod Paulus his verbis significat: *Factum ex muliere, factum sub lege.* (Gal. 4. 4.) Spiritus enim illam sic formavit, non ex nihilo: nam quid opus fuisset vulva? Sed ex virginea carne: quomodo autem, non possum explicare. Illud porro factum est, ne quis alienum a natura nostra partum illum existimaret. Nam si re sic gesta, sunt tamen quidam qui talem non credunt generationem; nisi virginalis carnis particeps fuisset, quo non prorupissent impietatis? *Quod natum est ex Spiritu, spiritus est.* Viden' Spiritus dignitatem? Nam Dei opus ille efficit. Supra dicebat, *ex Deo nati sunt*, hic vero dicit ipsos a Spiritu gigni: *Quod natum est ex Spiritu, spiritus est*; id est, qui natus est ex Spiritu, spiritualis est. Generationem quippe hic non secundum substantiam dicit, sed secundum honorem & gratiam. Si ergo Filius sic natus est, quid amplius habebit quam cæteri homines, qui ita nati sunt? Quomodo Unigenitus est? Nam & ego ex Deo natus sum, sed non ex ejus substantia. Si ergo neque ipse ex ejus sub-

a Alii & Morel. τοῦ Ἰορδάνου, alii & Savil. τῶν Ἰορδανίων.
b ἀφιᾶσι, sic unus codex recte: & sic legendum suspicabatur Savilius. Editi, ἀφίησι.

c Alii, γενόμενον.
d Savil. μὲν γάρ φησιν.

ſtantia, in quo differt a nobis? Sic quoque Spiritu minor invenietur. Nam hujuſmodi generatio fit ex Spiritus gratia. Num ergo ut Filius maneat, Spiritus auxilio opus habet? Ecquid hæc a Judaïca doctrina differunt? Cum dixiſſet ergo Chriſtus, qui natus eſt ex Spiritu, ſpiritus eſt; quod turbatum illum adhuc cerneret, ad ſenſibile exemplum progreditur. 7. *Ne mireris*, inquit, *quia dixi tibi, oportet nos naſci denuo.* 8. *Spiritus ubi vult ſpirat.* Cum dicit, *Ne mireris*, ejus animi perturbationem ſignificat, & ad ſubtiliorem corporum rationem deducit. Nam a carnalibus ipſum abduxerat his verbis, *quod natum eſt ex Spiritu, ſpiritus eſt*; quia vero non intelligebat ille quid hoc eſſet, rurſus illum ad aliam transfert imaginem, neque ad corporum craſſitudinem adducens, neque de incorporeis omnino loquens: neque enim poterat id ille intelligere; ſed medium aliquid corporeum inter & incorporeum invenit, venti nempe impetum; indeque illum inſtituit. De vento namque dicit: *Vocem ejus audis; ſed neſcis unde veniat, aut quo vadat.* Cum dicit, *ubi vult ſpirat*, non ſignificat ventum arbitrio ſuo ferri; ſed naturalem ejus impetum & vim ſine impedimento latam. Solet enim Scriptura etiam de inanimatis ita loqui, ut cum dicit: *Vanitati creatura ſubjecta eſt non volens.* Illud igitur, *ubi vult ſpirat*, non poſſe illum retineri ſignificat, & ubique diffundi, neminemque illum impedire, quominus huc illuc feratur; ſed magna vi effundi, nemine impetum coërcere valente.

Rom. 8. 20.

2. *Et vocem ejus audis*, ſtrepitum nempe & ſonum: *Sed neſcis unde veniat, aut quo vadat. Sic eſt omnis qui natus eſt ex Spiritu.* Hæc concluſio eſt. Si hujus venti, inquit, quem ſenſu, nempe auditu & tactu percipis, impetum explicare non potes, nec viam ejus noſti; cur divini Spiritus operationem curioſe exploras, qui venti vim non intelligis, etſi ſonum audias? Illud enim, *ubi vult ſpirat*, de Paracleti poteſtate dictum eſt, & ſic explicandum. Si ventum nemo cohibet, ſed quo vult ille fertur, multo magis Spiritus operationem nec naturæ leges quælibet, nec corporeæ generationis termini, nec quævis alia hujuſmodi poterunt cohibere. Quod autem de vento dicatur illud, *vocem ejus audis*, inde perſpicuum eſt. Neque enim infideli, qui non noſſet operationem Spiritus dixiſſet, *vocem ejus audis.* Quemadmodum igitur ventus non apparet, etiamſi ſonum emittat; ſic nec ſpiritualis generatio oculis corporeis perſpicitur. Atqui

A νήνοχεν ἡμῶν; εὑρεθήσεται δὲ ἄρα καὶ τοῦ πνεύματος οὕτως ἐλάττων. ἡ γὰρ τοιαύτη γέννησις ἐκ τῆς τοῦ πνεύματος γίνεται χάριτος. ἆρ' οὖν ἵνα μένῃ υἱὸς, τῆς παρὰ τοῦ πνεύματος δεῖται βοηθείας; καὶ τί ταῦτα Ἰουδαϊκῶν διέστηκε δογμάτων; εἰπὼν τοίνυν ὁ Χριστὸς, ὅτι ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ πνεύματος, πνεῦμά ἐστιν· ἐπειδὴ θορυβούμενον πάλιν εἶδον, ἐπὶ αἰσθητὸν παράδειγμα ἄγει τὸν λόγον. μὴ θαυμάσῃς γάρ, φησιν, ὅτι εἶπόν σοι, ὅτι δεῖ ὑμᾶς γεννηθῆναι ἄνωθεν. τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει πνέει. τῷ γὰρ εἰπεῖν, μὴ θαυμάσῃς, δείκνυσιν αὐτοῦ τὸν θόρυβον τῆς ψυχῆς, καὶ ἐπὶ τὸ λεπτότερον αὐτὸν ἄγει τῶν σωμάτων. τῶν μὲν γὰρ σαρκινῶν [a] ἀπήB
γαγεν εἰπὼν, τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, πνεῦμά ἐστιν. ἐπειδὴ δὲ οὐκ ᾔδει τί ποτέ ἐστιν ὅ φησιν, τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, πνεῦμά ἐστιν, λοιπὸν αὐτὸν πρὸς ἑτέραν μεταφέρει εἰκόνα, οὔτε εἰς τὴν τῶν σωμάτων ἄγων παχύτητα, οὔτε περὶ ἀσωμάτων καθαρῶς διαλεγόμενος· οὐδὲ γὰρ ἐδύνατο [b] ἀκούων χωρεῖν ἐκεῖνος, ἀλλ' εὑρών τι μέσον σώματός τε καὶ ἀσωμάτου, τὴν τοῦ ἀνέμου φορὰν· ἐντεῦθεν αὐτὸν ἀνάγει. περὶ γὰρ αὐτοῦ φησιν, ὅτι τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις, ἀλλ' οὐκ οἶδας πόθεν ἔρχεται καὶ ποῦ ὑπάγει. [c] εἰ δὲ λέγει, ὅπου θέλει πνεῖ, οὐχ ὡς προαίρεσίν τινα τοῦ ἀνέμου C
ἔχοντος λέγει τοῦτο, ἀλλὰ τὴν ἀπὸ φύσεως φορὰν τὴν ἀκώλυτον καὶ μετ' ἐξουσίας γινομένην δηλῶν. οἶδε γὰρ ἡ γραφὴ καὶ περὶ τῶν ἀψύχων οὕτω διαλέγεσθαι, ὡς ὅταν λέγῃ· τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη οὐχ ἑκοῦσα. τὸ οὖν ὅπου θέλει πνεῖ, τὸ ἀκάθεκτόν ἐστι δηλοῦντος· καὶ ὅτι διαχεῖται πανταχοῦ, καὶ ὁ κωλύων οὐδεὶς τῇδε κἀκεῖσε φέρεσθαι· [d] ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς ἐξουσίας σκεδάννυται, καὶ οὐδεὶς ὁ ἰσχύων παρατρέψαι τὴν ῥύμην αὐτοῦ.

Καὶ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις, τουτέστι, τὸν πάταγον, D
τὸν κτύπον· ἀλλ' οὐκ οἶδας πόθεν ἔρχεται, καὶ ποῦ ὑπάγει. οὕτως ἐστὶ πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ πνεύματος. ἐνταῦθά ἐστι τὸ συμπέρασμα ἅπαν. εἰ γὰρ τούτου, φησὶ, τοῦ πνεύματος, οὗ τὴν αἴσθησιν δέχῃ τῇ ἀκοῇ καὶ τῇ ἁφῇ, τὴν ὁρμὴν ἑρμηνεῦσαι οὐκ οἶδας, οὐδὲ τὴν ὁδόν· πῶς τὴν ἀπὸ τοῦ θείου πνεύματος ἐνέργειαν περιεργάζῃ, τὴν τοῦ ἀνέμου οὐκ ἐπιστάμενος, καίτοι φωνὴν ἀκούων; [e] τὸ τοίνυν, ὅπου θέλει πνεῖ, καὶ πρὸς παράστασιν τῆς τοῦ παρακλήτου εἴρηται ἐξουσίας. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν. εἰ τοῦτο οὐδεὶς κατέχει, ἀλλ' ὅπου θέλει φέρεται· πολλῷ μᾶλλον τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν οὐ φύσεως δυνήσονται νόμοι κατασχεῖν, οὐχ ὅροι σωματικῆς γεννήσεως, οὐκ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐE
δέν. [f] ὅτι δὲ περὶ ἀνέμου εἴρηται τὸ, τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις, δῆλον ἐκεῖθεν. οὐ γὰρ ἂν ἀπίστῳ διαλεγόμενος, καὶ οὐκ εἰδότι τοῦ πνεύματος τὴν ἐνέργειαν εἶπε, τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις. ὥσπερ οὖν ὁ ἄνεμος οὐ φαίνεται, καίτοιγε φωνὴν διδοὺς· οὕτως οὐδὲ ἡ τοῦ πνευματικοῦ φαίνεται γέννησις ὀφθαλμοῖς σώματος. καίτοιγε

a Quidam habent, ἀπάγων, εἰπὼν δὲ τό.
b Alius, ἀκούων πολὺ χωρῆσαι.
c Savil. ἂν δὲ λέγῃ; ſuſpicatur vero legendum, ὅταν δὲ λέγῃ. Morel. εἰ δὲ λέγει, bene.

d Morel. καὶ γὰρ μετὰ, Savil. ἀλλὰ μετά.
e Savil. τὸ δὲ, ὅπου.
f Savil. ἔτι γὰρ περί.

A σῶμα ὁ ἄνεμος, εἰ καὶ λεπτότατον· τὸ γὰρ αἰσθήσει ὑποβαλλόμενον, σῶμα. εἰ τοίνυν τὸ σῶμα οὐκ ἀγανακτεῖς ὅτι μὴ ὁρᾷς, οὐδὲ ἀπιστεῖς διὰ τοῦτο, τί δή ποτε περὶ τοῦ πνεύματος ἀκούων ἰλιγγιᾷς, καὶ τοσαύτας ἀπαιτεῖς εὐθύνας, ἐπὶ σώματος τοῦτο οὐ ποιῶν; τί οὖν ὁ Νικόδημος; ἔτι ἐπὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς εὐτελείας μένει, καὶ ταῦτα παραδείγματος οὕτω σαφοῦς λεχθέντος αὐτῷ. ὅθεν καὶ ἀπορητικῶς πάλιν εἰπόντι, πῶς δύναται ταῦτα γενέσθαι; λοιπὸν πληκτικώτερον πρὸς αὐτὸν ὁ Χριστὸς διαλέγεται, σὺ εἶ ὁ διδάσκαλος, λέγων, τοῦ Ἰσραήλ, καὶ ταῦτα οὐ γινώσκεις; ὅρα πῶς οὐδαμοῦ πονηρίαν κατηγορεῖ τοῦ ἀνδρὸς, ἀλλ' εὐήθειαν καὶ [a] ἀφέλειαν μόνον. B καὶ τί κοινὸν αὕτη πρὸς τὰ Ἰουδαϊκὰ ἡ γέννησις ἔχει, εἴποι τις ἄν; τί γὰρ οὐ κοινὸν, εἰπέ μοι; ὅ τε γὰρ πρῶτος γενόμενος ἄνθρωπος, ἥ τε ἀπὸ τῆς πλευρᾶς γενομένη γυνὴ, καὶ αἱ στεῖραι, καὶ τὰ διὰ τῶν ὑδάτων ἐπιτελεσθέντα· λέγω δὲ τὰ κατὰ τὴν πηγὴν ἐξ ἧς ὁ Ἐλισσαῖος τὸ σιδήριον ἐμετεώρισε, τὰ κατὰ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν ἣν διέβησαν οἱ Ἰουδαῖοι, τὰ κατὰ τὴν κολυμβήθραν ἣν ὁ ἄγγελος ἐκίνει, τὰ κατὰ τὸν Σύρον Νεεμὰν τὸν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ καθαρθέντα· ταῦτα πάντα τὴν γέννησιν καὶ τὸν καθαρμὸν τὸν μέλλοντα ἔσεσθαι, ὡς ἐν τύπῳ προανεφώνει, καὶ τὰ παρὰ τῶν [b] προφητῶν εἰρημένα· τοῦτο αἰνίττεται τῆς γεννήσεως τὸν τρόπον. οἷον τὸ, ἀναγγελήσεται τῷ κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη, καὶ ἀναγγελοῦσι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ λαῷ τῷ τεχθησομένῳ, C ὃν ἐποίησεν ὁ κύριος· τὸ, ἀνακαινισθήσεται ὡς ἀετοῦ ἡ νεότης σου· τὸ, φωτίζου Ἱερουσαλήμ. ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεται· τὸ, μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι. καὶ ὁ Ἰσαὰκ δὲ τύπος ἦν τῆς γεννήσεως ταύτης. εἰπὲ γὰρ, ὦ Νικόδημε, πῶς ἐκεῖνος ἐτέχθη; ἆρα νόμῳ φύσεως; οὐδαμῶς. οὕτω μέσος ὁ τρόπος ταύτης κἀκείνης τῆς γεννήσεως τις ἦν· ἐκείνης μὲν, ὅτι ἐκ συνουσίας· ταύτης δὲ, ὅτι οὐκ ἐξ αἱμάτων ἐτέχθη. ἐγὼ δὲ δείκνυμι ὅτι οὐ ταύτην μόνον τὴν γέννησιν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκ παρθένου προανεφώνουν οὗτοι οἱ τρόποι. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἄν τις ῥᾳδίως ἐπίστευσεν ὅτι παρθένος τίκτει, D στεῖραι προέλαβον, εἶτα οὐ στεῖραι μόνον, ἀλλὰ καὶ γεγηρακυῖαι. καίτοι τῆς στείρας πολὺ θαυμαστότερον, τὸ ἀπὸ πλευρᾶς γενέσθαι γυναῖκα. ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκεῖνο ἀρχαῖον ἦν καὶ παλαιὸν, πάλιν ἄλλος γίνεται τρόπος νέος καὶ πρόσφατος ὁ τῶν στειρῶν, προοδοποιῶν τῇ πίστει τῆς παρθενικῆς ὠδῖνος. τούτων οὖν αὐτὸν ἀναμιμνήσκων ἔλεγε· σὺ εἶ ὁ διδάσκαλος τοῦ Ἰσραήλ, καὶ ταῦτα οὐ γινώσκεις; ὃ οἴδαμεν, λαλοῦμεν, καὶ ὃ ἑωράκαμεν, μαρτυροῦμεν, καὶ τὴν μαρτυρίαν ἡμῶν E οὐδεὶς λαμβάνει. ταῦτα ἐπήγαγε, καὶ ἑτέρωθεν πάλιν ἀξιόπιστον τὸν λόγον ποιῶν, καὶ πρὸς τὴν ἀσθένειαν [c] τὴν ἐκείνου συγκαταβαίνων τῇ λέξει.

Τί δέ ἐστιν ὅ φησιν· ὃ οἴδαμεν, λαλοῦμεν, καὶ ὃ ἑωράκαμεν, μαρτυροῦμεν; ἐπειδὴ καὶ παρ' ἡμῖν ἡ ὄψις ἐστὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων πιστοτέρα, κἂν βουληθῶμέν

ventus eſt corpus, licet tenuiſſimum: nam quod ſenſui ſubjicitur, corpus eſt. Si ergo non ægre fers quod corpus non videas, neque ideo ipſum eſſe diffiteris; cur de Spiritu audiens turbaris, & tot rationes exigis; cum tamen id circa corpus non agas? Quid ergo Nicodemus? Adhuc in Judaïca vilitate manet, cum tam manifeſtum exemplum acceperit. Cui adhuc cum dubio dicenti, 9. *Quomodo poſſunt hæc fieri?* vehementius dicit Chriſtus, 10. *Tu es magiſter in Iſraël, & hæc ignoras?* Vide quomodo nuſquam eum de malitia, ſed de ſtoliditate potius ac ſimplicitate accuſat. Ecquid habet commune, dixerit quiſpiam, hæc generatio cum Judaïcis rebus? Sed quid, quæſo, non commune? Etenim primi hominis formatio, necnon mulieris ex latere eductæ, item ſteriles, & ea quæ per aquas perfecta ſunt, in fonte videlicet, unde Eliſæus ferrum eduxit; ea quæ in mari rubro, quod trajecerunt Judæi; ea quæ in piſcina, quam Angelus agitabat, & quæ ad Neeman Syrum ſpectant, qui in Jordane mundatus eſt: hæc inquam omnia generationem & purgationem futuram, quaſi in figura prænunciabant; necnon Prophetarum dicta hunc naſcendi modum ſubindicabant, exempli cauſa: *Annunciabitur Domino generatio ventura, & annunciabunt juſtitiam ejus populo qui naſcetur, quem fecit Dominus;* Pſ. 21. 34.
& illud, *Renovabitur ut aquilæ juventus tua;* item, *Illuminare Jeruſalem: Ecce Rex tuus venit;* &, *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates.* Pſ. 102. 5. Iſai. 60. 1. Pſ. 31. 1.
Et Iſaac quoque figura erat hujus generationis. Dic enim, o Nicodeme, quomodo natus ille eſt? an lege naturæ? Nequaquam: ergo quidam medius inter hanc & illam generationem modus erat; illa enim ex concubitu eſt; hic vero non ex ſanguinibus natus eſt. Ego vero demonſtrabo, non hanc modo generationem, ſed & illam ex Virgine, hiſce modis prænunciatam fuiſſe. Quia enim nemo facile crediturus erat Virginem parere, ſteriles primum, deinde non modo ſteriles, ſed etiam anus pepererunt; quamvis longe mirabilius ſit, ex coſta mulierem fieri. Verum quia illud antiquiſſimum erat, alius pariendi novus modus ſequutus eſt, nempe ſterilium, qui virginalis partus fidem anteceſſit. Hæc ergo Nicodemo in memoriam revocans dicebat: *Tu es magiſter in Iſraël, & hæc ignoras? Quod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſt[a]mur, & teſtimonium noſtrum nemo accipit.* Hæc ſubjunxit, & aliunde rurſum dicto fidem faciens, & illius imbecillitati ſe attemperans.

3. Quid vero ſignificat illud, 11. *Quod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur?* Quia cum viſus plus quam alii ſenſus nobis fidem faciat, & cum perſua-

a Alii, ἀφέλειαν μᾶλλον. καὶ τί.
b Savil. προφητῶν δὲ λεγόμενα.

c Morel. τὴν ἐκείνων. Ibidem quidam, τῇ λέξει διὰ τοῦτό φησιν· ὃ οἴδαμεν.

dere volumus, ita loquamur, non auditu percepimus, sed ipsis oculis vidimus; ideo Christus humano more ipsum alloquitur, hincque dictis fidem facit. Quodque res ita sit, quod nihil aliud declarare velit, neque visum sensibilem intelligat, hinc palam est. Postquam enim dixerat, *quod natum est ex carne, caro est; & quod natum est ex Spiritu, spiritus est;* subjunxit, *quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur.* Hoc autem nondum factum fuerat. Cur ergo dicit, *quod vidimus?* Annon manifestum est ipsum loqui de accurata cognitione, quæ non errare possit? *Et testimonium nostrum nemo accipit.* Illud ergo, *quod scimus*, vel de se & de Patre dicit, vel de seipso solum. Illud vero, *nemo accipit;* non ægre ferentis nunc est; sed rem gestam narrantis. Non enim dixit: Quid vobis insensibilius sit, qui ea quæ a nobis ita accurate annunciantur non admittitis? Sed rebus & verbis nullam non mansuetudinem exhibens, nihil ita loquitur; sed miti sermone quod futurum erat prædicit, nos hinc quoque ad summam instituens mansuetudinem, ut cum quosdam alloquimur, nec ipsis suademus, ne id indigne feramus. Nam qui indignatur nihil perficere solet, sed magis a fide habenda avertit. Ideo oportet ab ira abstinere: illud vero quod dicimus fide dignum reddere, abstinendo, non ab ira modo, sed etiam a clamore. Materia enim iræ clamor. Impediamus igitur equum, ut dejiciamus equitem; iræ pennas cædamus, ne malum accrescat. Acutus enim morbus est ira, qui possit animas nostras decipere. Ideo illi aditus undique intercludendus est. Nam absurdum esset feras mansuefacere posse; mentem vero nostram efferatam despicere. Ignis vehemens est ira, qui omnia absumit; nam & corpus corrumpit & animam labefactat, atque injucundum visuque turpem hominem reddit. Certe si iratus seipsum intueri posset, non altera indigeret admonitione. Nihil enim insuavius irato vultu. Ebrietas quædam ira est, imo ebrietate deterior, & dæmone miserabilior. Verum si curemus ne in clamorem erumpamus, optimam philosophiæ viam inveniemus. Ideo Paulus non iram modo,
Eph. 4. 31. sed etiam clamorem vitare jubet: *Omnis ira & clamor tollatur a vobis.* Obtemperemus ergo huic omnis philosophiæ magistro: & cum contra servos nostros irascimur, peccata nostra cogitemus, & eorum nos mansuetudinis pudeat. Cum enim tu conviciis oneras, ille vero silens convicia tolerat; tu te turpiter geris, ille philosophatur; id pro admonitione habeas. Etsi namque servus, homo tamen est, anima præditus immortali, iisdemque a communi domino honoratus

A τινὰ πιστώσασθαι οὕτω λέγομεν, ὅτι τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν ἑωράκαμεν, οὐκ ἐξ ἀκοῆς οἴδαμεν· διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἀνθρωπινώτερον πρὸς αὐτὸν διαλέγεται, τὸν λόγον κἀντεῦθεν πιστούμενος. καὶ ὅτι τοῦτό ἐστι, καὶ οὐδὲν ἄλλο παραστῆσαι βούλεται, οὐδὲ ὄψιν αἰσθητὴν ἐμφαίνει, δῆλον ἐκεῖθεν. εἰπὼν γὰρ τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστι· καὶ τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, πνεῦμά ἐστιν, ἐπήγαγεν· ὃ οἴδαμεν, λαλοῦμεν, καὶ ὃ ἑωράκαμεν, μαρτυροῦμεν. τοῦτο δὲ οὐδέπω γεγενημένον ἦν. πῶς οὖν λέγει, ὃ ἑωράκαμεν; οὐκ εὔδηλον ὅτι λέγει περὶ τῆς ἀκριβοῦς γνώσεως, καὶ οὐκ ἄλλως ἐχούσης; καὶ τὴν μαρτυρίαν ἡμῶν οὐδεὶς λαμβάνει. B [a] τὸ μὲν οὖν ὃ οἴδαμεν, ἤτοι περὶ ἑαυτοῦ καὶ τοῦ πατρός φησιν, ἢ περὶ ἑαυτοῦ μόνου· τὸ δὲ, οὐδεὶς λαμβάνει, οὐ δυσχεραίνοντός ἐστι τὸ ῥῆμα νῦν, ἀλλὰ τὸ γινόμενον ἀπαγγέλλοντος. οὐ γὰρ εἶπε· τί δὲ ὑμῶν ἀναισθητότερον γένοιτ' ἂν, οἳ τὰ παρ' ἡμῶν οὕτως ἀκριβῶς ἀπαγγελθέντα οὐ προσίεσθε; ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἔργων καὶ διὰ τῶν ῥημάτων πᾶσαν ἐπιείκειαν ἐνδεικνύμενος, τούτων μὲν οὐδὲν ἐφθέγξατο. πράως δὲ καὶ ἡμέρως τὸ συμβησόμενον προανεφώνησεν, ἐντεῦθεν εἰς πᾶσαν καὶ ἡμᾶς ἐνάγων πραότητα, καὶ παιδεύων ἡμᾶς, ὅταν πρός τινας διαλεγώμεθα, καὶ μὴ πείθωμεν, μὴ δυσχεραίνειν μηδὲ C ἐκθηριοῦσθαι. οὐ γάρ ἐστιν [b] ἀνύσαι τὸν χαλεπαίνοντα, ἀλλὰ καὶ ἀπειθέστερον ἐργάσασθαι μᾶλλον. διὰ τοῦτο χρὴ τῆς μὲν ὀργῆς ἀπέχεσθαι· πάντοθεν δὲ ἀξιόπιστον ποιεῖν τὸν λόγον οὐ τῷ μὴ ὀργίζεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ μηδὲ κράζειν. ὕλη γὰρ ὀργῆς ἡ κραυγή· συμποδίσωμεν τοίνυν τὸν ἵππον, ἵνα καταστρέψωμεν τὸν ἀναβάτην· περικόψωμεν τὰ πτερὰ τοῦ θυμοῦ, καὶ οὐκ ἔτι πρὸς ὕψος ἀρθήσεται τὸ κακόν. ὀξὺ γὰρ ἡ ὀργὴ πάθος, ὀξὺ, καὶ δεινὸν κλέψαι τὰς ἡμετέρας ψυχάς. διὰ τοῦτο χρὴ πάντοθεν ἀποφράττειν αὐτῷ τὴν εἴσοδον. καὶ γὰρ ἄτοπον θηρία μὲν δύνασθαι ἡμεροῦν, τὴν δὲ ἡμετέραν διάνοιαν ἀγριαίνουσαν περιορᾶν. D πῦρ ἐστι σφοδρὸν ὁ θυμὸς πάντα διατρώγων· καὶ γὰρ καὶ σῶμα λυμαίνεται, καὶ ψυχὴν διαφθείρει, καὶ ἀηδῆ κατασκευάζει καὶ αἰσχρὸν ἰδεῖν. καὶ εἰ τὸν ὀργιζόμενον ἦν δυνατὸν ἑαυτῷ δῆλον εἶναι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ὀργῆς, οὐκ ἂν ἑτέρας ἐδεήθη παραινέσεως. οὐδὲν γὰρ ἀτερπέστερον ὄψεως ὀργιζομένης. μέθη τίς ἐστιν ἡ ὀργή· μᾶλλον δὲ μέθης χαλεπωτέρα, καὶ δαίμονος ἐλεεινοτέρα. ἀλλὰ ἂν μελετήσωμεν μὴ κράζειν, ἀρίστην ὁδὸν φιλοσοφίας εὑρήσομεν. διὰ τοῦτο ὁ Παῦλος μετὰ τῆς ὀργῆς, καὶ τὴν [c] κραυγὴν ἀναιρεῖν γράφει λέγων· πᾶσα ὀργὴ καὶ κραυγὴ ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν. οὐκ οὖν πειθώμεθα τῷ πάσης φιλοσοφίας E διδασκάλῳ· καὶ ὅταν ἂν ὀργιζώμεθα πρὸς τοὺς οἰκέτας, τὰ ἁμαρτήματα τὰ ἑαυτῶν ἐννοῶμεν, καὶ τὴν ἐπιείκειαν αἰσχυνώμεθα τὴν ἐκείνων. ὅταν γὰρ σὺ ὑβρίζῃς, ἐκεῖνος δὲ σιγῇ φέρῃ τὴν ὕβριν· καὶ σὺ μὲν ἀσχημονῇς, ἐκεῖνος δὲ φιλοσοφῇ, τοῦτο ἀντὶ πάσης δέχου νουθεσίας. εἰ γὰρ καὶ οἰκέτης ἐστὶν, ἀλλ' ἄνθρωπος καὶ ψυχὴν ἔχων ἀθάνατον, [d] καὶ τοῖς αὐτοῖς παρὰ τοῦ κοινοῦ δεσπότου

[a] Quidam, τοῦτο δέ· ὃ οἴδ-

[b] Savilius & Morellus legendum suspicantur, ἀνῦσαί τι τὸν χαλεπαίνοντα. Et vere sic melius quadraret series. Sed sine codicum auctoritate nihil mutamus.

[c] Unus, κραυγὴν ἀνεῖλε. πειθώμεθα τοίνυν τῷ omissis interpositis.

[d] Morel. καὶ τοῖς παρά.

τιμηθεὶς

τιμηθεὶς δωρεαῖς. Εἰ δὲ ὁ ἐν τοῖς μείζοσι καὶ πνευματικωτέροις ὁμότιμος ἡμῖν ὤν, δι' ἀνθρωπίνην τινὰ εὐτελῆ καὶ μικρὰν ὑπεροχὴν οὕτω πρᾴως φέρει τὰ παρ' ἡμῶν, τίνος ἂν εἴημεν συγγνώμης ἄξιοι ἢ ποίας ἀπολογίας ἡμεῖς, οἱ διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον μὴ δυνάμενοι φιλοσοφεῖν, μᾶλλον δὲ οὐ βουλόμενοι, ὥσπερ ἐκεῖνος διὰ τὸν ἡμέτερον; Ταῦτα οὖν ἅπαντα λογιζόμενοι, καὶ τὰ ἁμαρτήματα ἡμῶν ἐννοοῦντες, καὶ τὸ κοινὸν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, μελετῶμεν ἠρέμα πανταχοῦ φθέγγεσθαι, ἵνα ταπεινοὶ τῇ καρδίᾳ γενόμενοι, ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἀνάπαυσιν εὕρωμεν, τήν τε παροῦσαν, τήν τε μέλλουσαν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

donis. Quod si par nobis in majoribus & spiritualibus, humanæ cujusdam & vilis prærogativæ gratia convitia nostra ita mansuete ferat: qua venia, & qua defensione digni erimus, qui divino metu non possumus, imo nolumus, ut ille nostro, philosophari? Hæc itaque omnia nobiscum reputantes, ac peccata nostra naturæque consortium cogitantes, mansuete ubique loqui studeamus, ut humiles corde effecti, animabus nostris requiem inveniamus & præsentem & futuram, quam utinam omnes assequamur, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria unaque Spiritui sancto, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, amen.

ΟΜΙΛΙΑ κζ'.

Εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε, πῶς ἐὰν εἴπω ὑμῖν τὰ ἐπουράνια, πιστεύσετε; Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ.

HOMILIA XXVII.

12. *Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixero vobis cælestia, credetis? 13. Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit Filius hominis, qui est in cælo.*

Ὃ πολλάκις εἶπον, τοῦτο καὶ νῦν ἐρῶ, καὶ οὐ παύσομαι λέγων. Τί δὲ τοῦτό ἐστιν; Ὅτι μέλλων ὁ Ἰησοῦς ὑψηλῶν ἅπτεσθαι δογμάτων, διὰ τὴν τῶν ἀκουόντων ἀσθένειαν ἑαυτὸν κατέχει πολλάκις, καὶ οὐ συνεχῶς τοῖς ἀξίοις τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ λόγοις ἐνδιατρίβει, ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς συγκατάβασιν ἔχουσι. Τὸ μὲν γὰρ ὑψηλὸν καὶ μέγα καὶ ἅπαξ λεχθὲν ἱκανὸν παραστῆσαι τὴν ἀξίαν ἐκείνην, [a] καθόσον ἡμῖν ἀκοῦσαι δυνατόν· τὰ δὲ ταπεινότερα καὶ ἐγγὺς τῆς τῶν ἀκροωμένων διανοίας, εἰ μὴ διηνεκῶς ἐλέγετο, οὐ ταχέως κατέσχε τὰ ὑψηλὰ τὸν χαμαίζηλον ἀκροατήν. Διὰ δὴ τοῦτό ἐστι καὶ τὰ πλείονα ταπεινότερα τῶν ὑψηλῶν εἰρημένα παρ' αὐτοῦ. Ἀλλ' ἵνα μὴ τοῦτο ἑτέραν τινὰ ἐργάσηται βλάβην, πάλιν κατέχοντα κάτω τὸν μαθητὴν, οὐχ ἁπλῶς τὰ καταδεέστερα τίθησιν, ἂν μὴ πρότερον εἴπῃ καὶ τὴν αἰτίαν δι' ἣν [b] ταῦτα λέγει· ὃ δὴ καὶ ἐνταῦθα πεποίηκεν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε περὶ τοῦ βαπτίσματος ἅπερ εἶπεν καὶ τῆς κατὰ χάριν γεννήσεως τῆς ἐν τῇ γῇ γινομένης, βουλόμενος καὶ εἰς τὴν γέννησιν καθεῖναι τὴν ἑαυτοῦ τὴν ἀπόρρητον ἐκείνην καὶ ἄφραστον, τέως διαβαστάζει καὶ [c] οὐ καθίησιν· εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν λέγει, δι' ἣν οὐ καθίησι. Τίς δέ ἐστιν αὕτη; Ἡ παχύτης καὶ ἡ ἀσθένεια τῶν ἀκουόντων. [d] Καὶ ταύτην αἰνιττόμενος ἐπήγαγε λέγων· Εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε, πῶς ἐὰν εἴπω ὑμῖν τὰ ἐπουράνια, πιστεύσετε; Ὥστε ὅπουπερ ἂν εἴπῃ μέτριόν τι καὶ ταπεινὸν, τῇ τῶν ἀκουόντων ἀσθενείᾳ λογιστέον αὐτό. Τὰ δὲ ἐπίγεια ἐνταῦθα τινὲς μὲν περὶ τοῦ ἀνέμου φασὶν εἰρῆσθαι, τουτέστιν· Εἰ καὶ

1. Quod sæpe dixi, hoc & nunc dicam, nec finem dicendi faciam. Quid hoc est? Loquuturus Jesus de sublimibus, auditorum sæpe imbecillitati sese attemperat, neque magnitudine sua dignis utitur verbis, sed demissioribus. Nam sublime magnumque dictum semel prolatum, illam posset dignitatem declarare, quantum scilicet audire nos possumus: humiliora vero, quæ auditorum mentem attingere possunt, nisi frequenter dicerentur, sublimia cum essent, humi repentem auditorem non attigissent. Ideo longe plura humilia dixit, quam sublimia. Sed ne hoc aliud damnum importaret, & humi discipulum retineret; inferiora illa non dicit, nisi causam illa dicendi afferat: quod hic etiam fecit. Cum enim dixisset de baptismate, & de illa, quæ in terra fit secundum gratiam, generatione, volens de generatione illa sua arcana & ineffabili loqui, intermittit tamen, & qua de causa intermittat ipse declarat. Quænam illa causa est? Auditorum crassities & imbecillitas, quam mox subindicavit his verbis: *Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixero vobis cælestia credetis?* Itaque ubi modestum quid & humile dicit, id auditorum imbecillitati adscribendum est. Terrestria vero hic quidam putant ventum significare, ac si diceret:

a Morel. καθὼς, Savil. καθόσον. Ibid. Morel. καὶ ἁπτόμενα τῶν. Paulo post quidam, τῶν χαμαιζήλων ἀκροατῶν. Fr. Aretinus hunc locum sic vertit, *non facile humilem auditorem ad alta erigunt*, ac si legerit, οὐ ταχέως ἀνήγαγεν εἰς τὰ ὑψηλά.

b Alii, ταῦτα ἐρεῖ ὃ δή.

c Alii, οὐ μὴν καθίησι καὶ τὴν αἰτίαν.

d Morel. ἣν δὴ καὶ αἰνιττ.

Si exemplum ex terrenis dedi, nec tamen obtemperastis, quomodo poteritis sublimiora discere? Si porro hic baptisma terrenum appellet, ne mireris; aut enim illud ita vocat quod in terris conferatur; aut ita vocat, ipsum comparando cum tremenda illa sua generatione. Nam etsi hæc generatio cælestis sit; si tamen comparetur cum illa ex Patris substantia generatione, terrena dici potest. Ac jure non dixit, non intelligitis, sed, non creditis. Si quis enim ea credere & admittere nolit, quæ mente percipi possunt, is jure stultitiæ accusetur; si quis vero illa non admittat, quæ non mente, sed fide percipiuntur, is non jam stultitiæ, sed incredulitatis causa arguitur. Ut ergo illum abducat, ne ratiociniis dictum percipere quærat, vehementius in illum invehitur, de incredulitate accusans. Si vero nostram illam generationem fide admittere oporteat, quo non digni sunt supplicio, qui Unigeniti generationem ratione inquirunt? Sed forte dixerit quispiam, cur hæc dicta sunt, si auditores non credituri erant? Quia etsi illi non credituri erant, at credituri certe futuri homines, & hinc utilitatem percepturi. Vehementius ergo in illum invehens; ostendit demum, se non modo illa nosse, sed etiam alia longe plura & majora; quod per sequentia ostendit dicens: *Nemo in cælum ascendit, nisi qui de cælo descendit Filius hominis, qui est in cælo.* Et quænam, inquies, hæc consequentia? Maxima certe, & admodum cum supradictis consonans. Quia enim ille dixerat: *Scimus quia a Deo venisti magister*, hoc ipsum ille corrigit, ac si dicat: Ne putes me ita magistrum esse ut multi prophetæ, qui de terra erant. Ex cælo namque venio. Prophetarum quippe nullus eo ascendit; ego illic habito. Viden' quomodo illud etiam quod admodum sublime videtur esse, ejus magnitudine indignissimum sit? Non tantum enim in cælo est, sed etiam ubique, & omnia implet. Verum adhuc pro auditoris imbecillitate loquitur, ut paulatim illum erigat. Filium autem hominis hic non carnem vocavit; sed a minori substantia se totum, ut ita dicam, nominavit. Solet enim sæpe a divinitate, sæpe ab humanitate, se totum vocare. 14. *Et sicut Moses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis.* Hoc rursum videtur a superioribus alienum; sed cum illis maxime consentit. Cum dixisset enim maximum per baptisma collatum hominibus esse beneficium, addit hujus causam, neque illam minorem, scilicet per crucem. Quemadmodum & Paulus Corinthios alloquens, hæc simul jungit beneficia his verbis: *Numquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli*

Unigeniti generatio non ratione inquirenda.

1. Cor. 1. 13.

A ὑπόδειγμα ἀπὸ τῶν ἐπιγείων ἔδωκα, καὶ οὐδὲ οὕτως ἐπείσθητε, πῶς δυνήσεσθε τὰ ὑψηλότερα μαθεῖν; Εἰ δὲ τὸ βάπτισμα ἐπίγειον ἐνταῦθα λέγει, μὴ θαυμάσῃς· ἢ γὰρ διὰ τὸ ἐν τῇ γῇ τελεῖσθαι, ἢ πρὸς σύγκρισιν τῆς ἑαυτοῦ γεννήσεως τῆς φρικωδεστάτης ἐκείνης ὀνομάζων οὕτως αὐτὸ καλεῖ. Εἰ γὰρ καὶ ἐπουράνιος αὕτη ἡ γέννησις, ἀλλὰ πρὸς ἐκείνην παραβαλλομένη τὴν ἀληθῆ καὶ ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας οὖσαν, ἐπίγειός ἐστι. Καὶ καλῶς οὐκ εἶπεν, οὐχὶ νοεῖτε, ἀλλ' οὐ πιστεύετε. Ὅταν μὲν γὰρ πρὸς ἐκεῖνά τις δυσκολαίνῃ, ἃ διὰ τοῦ νοῦ λαβεῖν ἐστι, καὶ μὴ ῥᾳδίως καταδέχηται, εἰκότως ἂν ἄνοιαν B ἐγκαλοῖτο· ὅταν δὲ ταῦτα μὴ δέχηται, ἃ λογισμῷ μὲν οὐκ ἔστι λαβεῖν, πίστει δὲ μόνῃ, οὐκ ἔτι ἀνοίας, ἀλλ' ἀπιστίας ἐστὶ τὸ ἔγκλημα. Ἀπάγων οὖν αὐτὸν τοῦ μὴ ζητεῖν λογισμοῖς τὸ λεχθὲν, σφοδρότερον αὐτοῦ καθικνεῖται, ἀπιστίαν ἐγκαλῶν. Εἰ δὲ τὴν ἡμετέραν πίστει χρὴ δέχεσθαι γέννησιν, τίνος ἂν εἶεν ἄξιοι οἱ τὴν τοῦ μονογενοῦς λογισμοῖς περιεργαζόμενοι; Ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν· καὶ τίνος ἕνεκεν ἐλέγετο ταῦτα, εἰ μὴ ἔμελλον πιστεύειν οἱ ἀκούοντες; Ὅτι εἰ καὶ ἐκεῖνοι μὴ ἐπίστευον, ἀλλ' οἱ μετ' αὐτοὺς ἔμελλον αὐτὰ δέχεσθαι καὶ κερδαίνειν. [a] Καθικνούμενος τοίνυν αὐτοῦ σφοδρότατα, δείκνυσι λοιπὸν ὅτι οὐ C ταῦτα οἶδε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερα πολλῷ πλείω τούτων καὶ μείζω. Ὅθεν καὶ τοῦτο διὰ τῆς ἐπαγωγῆς ἐδήλωσεν οὕτως εἰπών· καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. Καὶ ποία αὕτη ἡ ἀκολουθία, φησί; [b] Μεγίστη μὲν οὖν, καὶ σφόδρα τοῖς ἔμπροσθεν συνᾴδουσα. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνος εἶπεν, ὅτι οἴδαμεν ὅτι ἀπὸ θεοῦ ἐλήλυθας διδάσκαλος, τοῦτο αὐτὸ διορθοῦται μονονουχὶ λέγων· μὴ νομίσῃς με οὕτως εἶναι διδάσκαλον ὡς τοὺς πολλοὺς τῶν προφητῶν ἀπὸ γῆς ὄντας. Ἐξ οὐρανοῦ γὰρ πάρειμι νῦν. [c] Τῶν μὲν γὰρ προφητῶν οὐδεὶς ἀναβέβηκεν ἐκεῖ· ἐγὼ δὲ ἐκεῖ διατρίβω. Εἶδες πῶς καὶ τὸ σφόδρα δοκοῦν D ὑψηλὸν εἶναι, σφόδρα ἀνάξιον αὐτοῦ τῆς μεγαλωσύνης ἐστίν; Οὐ γὰρ ἐν οὐρανῷ μόνον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ πανταχοῦ, καὶ πάντα πληροῖ. Ἀλλ' ἔτι πρὸς τὴν ἀσθένειαν τοῦ ἀκροατοῦ διαλέγεται, κατὰ μικρὸν αὐτὸν ἀνάγειν βουλόμενος. Υἱὸν δὲ ἀνθρώπου ἐνταῦθα, οὐ τὴν σάρκα ἐκάλεσεν· ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἐλάττονος οὐσίας ὅλον ἑαυτὸν, ἵν' οὕτως εἴπω, ὠνόμασε νῦν. Καὶ γὰρ τοῦτο ἔθος αὐτῷ, πολλάκις μὲν ἀπὸ τῆς θεότητος, πολλάκις δὲ ἀπὸ τῆς ἀνθρωπότητος τὸ πᾶν καλεῖν. Καὶ καθὼς Μωσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. Πάλιν καὶ τοῦτο δοκεῖ ἀπηρτῆσθαι τῶν ἔμ- E προσθεν· πολλὴν δὲ καὶ αὐτὸ τὴν συνάφειαν ἔχει. Εἰπὼν γὰρ τὴν μεγίστην εἰς ἀνθρώπους γεγενημένην εὐεργεσίαν διὰ τοῦ βαπτίσματος, ἐπάγει καὶ τὴν ταύτης αἰτίαν καὶ ἐκείνης οὐκ ἐλάττονα, τὴν διὰ τοῦ σταυροῦ. [d] Ὥσπερ δὴ καὶ Παῦλος Κορινθίοις διαλεγόμενος, ταύτας ὁμοῦ τίθησι τὰς εὐεργεσίας οὕτω λέγων· μὴ Παῦλος ἐσταυρώθη ὑπὲρ ὑμῶν, ἢ εἰς τὸ ὄνομα Παύλου

a Savil. καθικνούμενος. Morel. καθικόμενος.
b Savil. μεγίστη μὲν οὖν καὶ σφόδρα. Morel. μεγίστη, ἀγαπητὲ, καί.

c Savil. τῶν μὲν γὰρ προφ- Morel. τῶν μὲν οὖν.
d Savil. ὥσπερ δὴ καὶ. Morel. ὥσπερ δὴ καί.

ἐβαπτίσθητε; μάλιστα γὰρ πάντων τὰ δύο ταῦτα A τὴν ἄφατον αὐτοῦ δείκνυσιν ἀγάπην· ὅτι τε ὑπὲρ ἐχθρῶν ἔπαθε, καὶ ὅτι ἀποθανὼν ὑπὲρ ἐχθρῶν, διὰ τοῦ βαπτίσματος ὁλόκληρον τῶν ἁμαρτημάτων τὴν συγχώρησιν ἐδωρήσατο.

Τίνος δὲ ἕνεκεν οὐκ εἶπε σαφῶς ὅτι μέλλω σταυροῦσθαι, ἀλλ' ἐπὶ τὸν παλαιὸν παρέπεμψε τύπον τοὺς ἀκροατάς; πρῶτον μὲν, [a] ἵνα μάθωσιν ὅτι συγγενῆ τὰ παλαιὰ τοῖς καινοῖς, καὶ οὐκ ἀλλότρια τούτων ἐκεῖνα· ἔπειτα ἵνα γνῷς, ὅτι οὐκ ἄκων ἐπὶ τὸ πάθος ἤρχετο. καὶ ἔτι πρὸς τούτοις ἵνα μάθῃς, ὅτι οὔτε αὐτῷ τις ἀπὸ τοῦ πράγματος γίνεται βλάβη, καὶ πολλοῖς ἐντεῦθεν B τίκτεται σωτηρία. ἵνα γὰρ μή τις λέγῃ, καὶ πῶς ἔνι εἰς τὸν σταυρωθέντα πιστεύσαντας σωθῆναι, ὅταν καὶ αὐτὸς ἀπὸ θανάτου κατεσχημένος ᾖ; ἐπὶ τὴν παλαιὰν ἡμᾶς ἱστορίαν ἄγει, εἰ γὰρ πρὸς εἰκόνα χαλκῆν ὄφεως ἰδόντες Ἰουδαῖοι διέφυγον θάνατον· πολλῷ μᾶλλον οἱ εἰς τὸν ἐσταυρωμένον πιστεύοντες, εἰκότως καὶ πολλῷ μείζονος ἀπολαύσονται τῆς εὐεργεσίας. οὐ γὰρ διὰ τὴν ἀσθένειαν τοῦ σταυρουμένου, οὐδὲ διὰ τὸ περιγενέσθαι Ἰουδαίους τοῦτο γίνεται· ἀλλ' ἐπειδὴ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, διὰ τοῦτο ὁ ἔμψυχος αὐτοῦ ναὸς σταυροῦται· ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ C ζωὴν αἰώνιον. ὁρᾷς τὴν τοῦ σταυροῦ αἰτίαν, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ σωτηρίαν; ὁρᾷς τοῦ τύπου πρὸς τὴν ἀλήθειαν τὴν συγγένειαν; ἐκεῖ θάνατον [b] διέφυγον Ἰουδαῖοι, ἀλλὰ τὸν πρόσκαιρον· ἐνταῦθα τὸν αἰώνιον οἱ πιστεύοντες. ἐκεῖ δήγματα ὄφεων ἰᾶτο ὁ κρεμάμενος ὄφις· ἐνταῦθα τοῦ νοητοῦ δράκοντος ἐθεράπευσε τὰς πληγὰς ὁ σταυρωθεὶς Ἰησοῦς. ἐκεῖ ὁ τοῖς ὀφθαλμοῖς τούτοις βλέπων ἐθεραπεύετο· ἐνταῦθα ὁ τοῖς τῆς διανοίας ὀφθαλμοῖς ὁρῶν, πάντα ἀποτίθεται τὰ ἁμαρτήματα. ἐκεῖ χαλκὸς τὸ κρεμάμενον ἦν εἰς σχῆμα ὄφεως διατυπωθείς· ἐνταῦθα σῶμα δεσποτικὸν ὑπὸ πνεύματος κατασκευασθέν. ὄφις ἔδακνεν ἐκεῖ, καὶ ὄφις ἰᾶτο· οὕ- D τω καὶ ἐνταῦθα θάνατος ἀπώλεσε, καὶ θάνατος ἔσωσεν. ἀλλ' ὁ μὲν ἀπολλὺς ὄφις, ἰὸν εἶχεν· ὁ δὲ σώζων, ἰοῦ καθαρὸς ἦν. καὶ ἐνταῦθα τὸ αὐτὸ πάλιν. ὁ μὲν γὰρ ἀπολλὺς θάνατος ἁμαρτίαν εἶχεν, ὥσπερ τὸν ἰὸν ὁ ὄφις· ὁ δὲ τοῦ δεσπότου, ἁμαρτίας πάσης ἀπήλλακτο, ὥσπερ οὖν ὁ χαλκοῦς ὄφις, ἰοῦ. ἁμαρτίαν γὰρ, φησιν, οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ δόλος εὑρέθη ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. ἄρα τοῦτό ἐστιν, ὅ φησι Παῦλος, ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ. καθάπερ γάρ τις ἀθλητὴς γενναῖος, ὅταν ἐπὶ μετεώρου τὸν ἀνταγωνιστὴν ἄρας καὶ καταῤῥάξας, λαμπροτέραν [*] ἀποφαίνῃ τὴν νίκην· E οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ὁρώσης, τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις κατέβαλε· καὶ τοὺς ἐπὶ τῆς ἐρημίας πληττομένους ἰασάμενος, πάντων τῶν θηρίων ἀπήλλαξε κρεμασθεὶς ἐπὶ [c] τοῦ σταυροῦ. ἀλλ' οὐκ εἶπε, κρεμασθῆναι δεῖ, ἀλλ' ὑψωθῆναι.

[a] Morel. ἵνα μάθῃς.
[b] Quidam, ἔφυγον.
[*] Savil. ἀποφαίνει, minus recte: nam apud Chrysostomum ὅταν subjunctivum semper requirit.

A *baptizati estis?* Hæc enim duo maxime ineffabilem ejus amorem ostendunt; quod pro inimicis passus sit; & quod pro inimicis mortuus, per baptismum integram peccatorum veniam largitus sit.

2. Cur autem non clare dixit se crucifigendum esse, sed ad veterem figuram auditores remisit? Primum ut discerent veterum cum novis cognationem, scirentque hæc illis aliena non esse; deinde ut intelligas, ipsum non invitum ad mortem venisse; ad hæc autem ut disceres, nullum ipsi ab illa re damnum im- B portari, & hinc multis ipsum salutem parere. Ne quis enim diceret, & quomodo fieri potest, ut qui in crucifixum credunt, salutem consequantur, cum & ipse a morte correptus fuerit? ad veterem nos historiam ducit. Nam si imaginem æneam serpentis respicientes Judæi, mortem vitabant; multo magis ii qui in crucifixum credunt, præstantiore fruentur beneficio. Non enim propter crucifixi imbecillitatem, neque quod Judæi superiores fuerint, ita factum est: sed quia Deus dilexit mundum, ideo C animatum ejus templum crucifigitur. 15. *Ut omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam.* Viden' crucis causam, & salutem inde partam? Viden' figuræ cum veritate consonantiam? Illic mortem effugere Judæi, sed temporaneam; hic æternam fideles. Illic suspensus serpens serpentum morsus curabat; hic crucifixus Jesus a spirituali dracone inflictas plagas curabat. Illic qui oculis corporeis videbat, curabatur; hic qui mentis oculis videt, peccata omnia deponit. Illic æs pendebat ad modum serpentis figuratum; hic corpus dominicum a Spiritu formatum. Illic ser- D pens mordebat, & serpens curabat; hic mors perdidit, & mors servavit. Sed qui interimebat serpens, venenum habebat; qui vero servabat, veneno vacuus erat. Idipsum jam videre est: nam mors quæ interimebat, peccatum habebat, ut venenum serpens: Domini autem mors ab omni peccato immunis erat, ut æneus serpens a veneno vacuus. *Peccatum* enim, inquit, *non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus.* Hoc ergo est quod significavit 1.Pet.2.22. Paulus: *Exspolians principatus & potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso.* Quemadmodum Col. 2. 15. enim athleta strenuus, cum sublimem E actum adversarium prosternit, clariorem refert victoriam; sic & Christus toto spectante orbe, adversarias potestates dejecit; & eis qui in solitudine vulnerati fuerant curatis, ab omnibus feris ipsos in cruce suspensus liberavit. Verum non dixit, suspendi oportet sed, exaltari.

[c] Morel. σταυροῦ. καὶ διὰ τί οὐκ εἶπε. Quod dicit, καὶ ἐγγὺς τοῦ τύπου, *& proxime ad figuram:* nonnisi figurate dicitur Christus exaltari, cum in cruce suspenditur.

Quod enim dictu tolerabilius eſſe videbatur in audientis gratiam, hoc proxime ad figuram accedens poſuit. 16. *Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret, ut omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Hoc eſt: Ne mireris quod ego exaltandus ſim, ut vos ſalutem conſequamini. Nam hoc ita Patri viſum eſt; & ſic ille vos dilexit, ut pro ſervis Filium daret, & pro ingratis ſervis. Atqui neque pro amico quiſpiam id agat: *Vix enim pro juſto quis moriatur.* Sed ille longiore uſus ſermone eſt, quia fidelibus verba faciebat: hîc autem brevius Chriſtus, quia Nicodemum alloquebatur; ſed cum majore emphaſi: quæ in ſingulis dictis obſervatur. His enim verbis, *ſic dilexit*, & *Deus mundum*, ingens amor ſignificatur. Multum quippe, imo immenſum erat diſcrimen. Nam immortalis & ſine principio, magnitudo infinita, ex terra & cinere formatos, innumeris onuſtos peccatis, qui ſemper ſe offendebant, ingratos; hos, inquam, dilexit. Et quæ poſtea ſequuntur perinde vehementia ſunt; addit enim: *Ut Filium ſuum unigenitum daret*: non ſervum, non angelum, non archangelum ait. Atqui nemo unquam vel circa filium tantum ſtudium adhibuit, quantum Deus circa ingratos ſervos. Paſſionem itaque non omnino aperte, ſed obſcure prædicit: emolumentum autem ex paſſione futurum clare dicit, *Ut omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Quia dixerat ipſum exaltatum iri, & mortem ſubindicaverat, ne verba iſtæc mœrorem parerent auditori, & de ipſo humanum quidpiam ſuſpicaretur, putaretque mortem ipſi finem exiſtendi futuram eſſe, vide quo pacto id attemperet, cum dicit datum eſſe Dei Filium, vitæ cauſam, imo vitæ æternæ. Is vero qui per mortem ſuam, vitam aliis daturus erat, in morte non diu manſurus erat. Nam ſi ii qui in crucifixum credunt, non pereunt, multo minus peribit ille crucifixus. Qui enim perniciem ab aliis aufert, multo magis ipſe a pernicie liber erit: qui aliis vitam impertit, multo magis ſibi impertiet. Viden' ubique opus eſſe fide? Nam crucem vitæ fontem eſſe dicit. Id ratiocinium non facile admittat: cujus rei teſtes nunc ſunt gentiles, qui id videntes cum riſu excipiunt. Fides vero quæ ratiocinii imbecillitatem ſuperat, hoc facile admittit & retinet. Unde autem tantopere Deus mundum dilexit? non aliunde, quam ex ſola benignitate ſua.

Rom. 5. 7.

Dei amor erga homines quantus.

ignem, ut vim fervoremque gratiæ, & peccatorum perniciem significet; aquam, ut purificationem refrigeriumque per illam excipientibus animis partum indicet. Et jure quidem. Nam tamquam hortum, fructiferis semperque virentibus arboribus comantem; sic studiosam animam exornat, neque mœroris, neque satanicarum insidiarum sensum capere sinit; quippe quæ ignita maligni tela facile exstinguat. Tu vero mihi Christi sapientiam consideres velim, quam leniter muliérculam erigat. Neque enim a principio dixit illi, *Si scires quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere.* Sed postquam occasionem illi præbuerat, ut se Judæum vocaret & accusaret, criminationem depellens hoc dicit. Cum vero dixisset, *Si scires quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere, forsitan petiisses ab eo*, & magnis promissionibus eo induxisset illam ut patriarchæ mentionem faceret, sic mulieri oculos mentis aperuit. Deinde illa reponente, *Numquid tu major es patre nostro Jacob?* Non dixit, etiam, major sum. Nam visus fuisset id se jactando dicere, cum nulla adhuc esset rei demonstratio. Per ea autem quæ dicit, ad illud præparat. Non enim simpliciter dicit, dabo tibi aquam; sed postquam de Jacob tacuit, quod suum erat extulit, a natura doni personarum differentiam per munerum discrimen declarans, necnon suam supra patriarcham excellentiam. Si miraris, inquit, quod ille hanc aquam dederit, si longe meliorem tibi dedero, quid dices? Jam prius pene confessa es me Jacobo majorem esse, cum sciscitando dixisti, Numquid tu major es patre nostro Jacob, qui meliorem promittas aquam? Si illam acceperis aquam, tunc me plane majorem confiteberis. Viden' mulieris judicium sine ulla acceptione, quæ ex rebus ipsis & de patriarcha & de Christo fert sententiam? Verum non ita Judæi: cum viderent enim illum dæmonia ejicientem, dæmoniacum ipsum vocabant, nedum patriarcha majorem dicerent. Mulier vero non sic, sed inde fert sententiam, unde Christus volebat; ex ipsa nempe operum demonstratione: nam & ipse quoque inde fert judicium dicens: *Si non facio opera Patris mei, nolite mihi credere: si autem facio, etsi mihi non creditis, operibus credite.* (Joan. 10. 37.) Sic & mulier ad fidem adducitur; quapropter cum audisset, *Numquid major es patre nostro Jacob?* omisso Jacobo, de aqua loquitur his verbis, *Omnis qui bibet ex hac aqua, sitiet iterum*, & comparationem, missa accusatione, ex præcellentia facit. Non dicit enim, hæc aqua nihil est, omniaque despicienda; sed illud profert quod ipsa natura testatur: *Omnis qui bibit ex hac aqua, sitiet iterum; qui autem biberit ex aqua,*

μα καλεῖ, διὰ μὲν τῆς τοῦ πυρὸς προσηγορίας, τὸ διεγηγερμένον καὶ θερμὸν τῆς χάριτος, καὶ δαπανητικὸν ἁμαρτημάτων αἰνιττόμενος· διὰ δὲ τῆς τοῦ ὕδατος, τόν τε καθαρμὸν τὸν ἐξ αὐτοῦ, καὶ τὴν πολλὴν παραψυχὴν τὴν ὑποδεχομέναις αὐτὸ διανοίαις ἐμφῆναι. εἰκότως. ὥσπερ γάρ τινα παράδεισον πολυτίοις δένδροις κομῶντα καρποφόροις τε καὶ ἀειθαλέσιν, οὕτω τὴν πρόθυμον κατασκευάζει ψυχὴν, οὔτε ἀθυμίας, οὔτε σατανικῆς συγχωροῦσα ἐπιβουλῆς αἰσθέσθαι, ἅτε ῥᾳδίως σβεννῦσα τοῦ πονηροῦ πάντα τὰ πεπυρωμένα βέλη. σὺ δέ μοι σκόπει τοῦ Χριστοῦ τὴν σοφίαν, πῶς ἠρέμα [a] ἀνάγει τὸ γύναιον. οὐ γὰρ ἐξ ἀρχῆς εἶπεν, εἰ ᾔδεις τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι, δός μοι πιεῖν· ἀλλ' ὅτε αὐτὴ ἀφορμὴν παρέσχεν Ἰουδαῖον αὐτὸν καλέσαι, καὶ ὑπὸ ἔγκλημα ἤγαγεν, ἀποκρουόμενος τὴν κατηγορίαν, τότε τοῦτο λέγει. εἰπὼν δὲ, εἰ ᾔδεις τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι, δός μοι πιεῖν, σὺ ἂν ᾔτησας αὐτόν· καὶ ἀναγκάσας παρὰ μεγάλα ἐπαγγείλασθαι μνησθῆναι τοῦ πατριάρχου, οὕτω δίδωσι διαβλέψαι τῇ γυναικί. εἶτα ἀντεπαγαγούσης ἐκείνης, μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰακώβ; οὐκ εἶπεν, ναὶ, μείζων εἰμί· ἔδοξε γὰρ ἂν κομπάζειν μόνον, τῆς ἀποδείξεως μηδέπω φαινομένης· δι' ὧν δὲ λέγει, τοῦτο κατασκευάζει. καὶ γὰρ οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, δώσω σοι ὕδωρ· ἀλλὰ πρότερον ἀνελὼν τὸ τοῦ Ἰακὼβ, τότε ἐπαίρει τὸ ἑαυτοῦ, ἀπὸ τῆς τῶν διδομένων φύσεως, τὸ μέσον τῶν προσώπων, ὅσον καὶ διάφορον [b] τῶν διδόντων παραστῆσαι βουλόμενος, καὶ τὴν ὑπεροχὴν τὴν πρὸς τὸν πατριάρχην. εἰ γὰρ θαυμάζεις, φησὶ, τὸν Ἰακὼβ, ὅτι τοῦτο ἔδωκε τὸ ὕδωρ, ἂν πολὺ τούτου βέλτιον δῶ σοι, τί ἐρεῖς; προλαβοῦσα μείζονα ὡμολόγησας εἶναί με τοῦ Ἰακὼβ, παρὰ ἀνθυπενεγκεῖν καὶ εἰπεῖν, μὴ μείζων εἶ σὺ τοῦ Ἰακὼβ, ὅτι ἐπαγγέλλῃ βέλτιον ὕδωρ διδόναι; ἂν λάβῃς ἐκεῖνο τὸ ὕδωρ, πάντως ὁμολογήσεις μείζονα εἶναί με. ὁρᾷς κρίσιν ἀδέκαστον τῆς γυναικὸς, [c] ἀπὸ τῶν πραγμάτων ψηφιζομένης καὶ τῷ πατριάρχῃ καὶ τῷ Χριστῷ; ἀλλ' οὐκ Ἰουδαῖοι οὕτως· ἀλλὰ καὶ δαίμονας ὁρῶντες ἐκβάλλοντα αὐτὸν, οὐ μόνον τοῦ πατριάρχου οὐκ ἔλεγον μείζονα, ἀλλὰ καὶ δαιμονῶντα ἐκάλουν. ἡ δὲ γυνὴ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἐντεῦθεν φέρει τὴν ψῆφον, ὅθεν ὁ Χριστὸς βούλεται, ἀπὸ τῆς τῶν ἔργων ἀποδείξεως. καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ἐντεῦθεν δικάζεται οὕτω λέγων· εἰ μὴ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ πατρός μου, μὴ πιστεύσατέ μοι· εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις πιστεύσατε. οὕτω καὶ ἡ γυνὴ τῇ πίστει προσάγεται. διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἀκούσας, μὴ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰακώβ; τὸν Ἰακὼβ ἀφεὶς, περὶ τοῦ ὕδατος διαλέγεται λέγων· πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου, διψήσει πάλιν· καὶ τὴν σύγκρισιν οὐκ ἀπὸ κατηγορίας, ἀλλ' ἐξ ὑπεροχῆς ποιεῖται. οὐ γὰρ λέγει, ὅτι τὸ ὕδωρ τοῦτο οὐδέν ἐστιν, οὐδ' ὅτι εὐτελὲς καὶ εὐκαταφρόνητον· ἀλλ' ὅπερ καὶ ἡ φύσις μαρτυρεῖ, τοῦτο τίθησι· πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου, διψήσει πάλιν· ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ

[a] Morel. ἀνάγει, Savil. ἐνάγει.
[b] Quidam, τῶν διδομένων.

[c] Savil. ἀπὸ τῶν γενομένων. Morel. ἀπὸ τῶν πραγμάτων.

τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσει εἰς τὸν αἰῶνα. Ἤκουσεν ὕδωρ ζῶν ἡ γυνὴ πρὸ τούτου, ἀλλ' οὐκ ἐνόησεν. ἐπειδὴ γὰρ καὶ ὕδωρ ζῶν [a] τὸ ἀέναον καὶ διηνεκῶς ἀναβλύζον λέγεται, τῶν κρουνῶν οὐ διακοπτομένων, τοῦτο ἐνόμισεν ἡ γυνὴ λέγεσθαι. διὰ δὴ τοῦτο σαφέστερον αὐτῇ λοιπὸν ὃ ἔλεγε καθιστὰς, καὶ ἀπὸ συγκρίσεως τὴν ὑπεροχὴν ποιούμενος ἐπήγαγε λέγων· Ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, μὴ διψήσει εἰς τὸν αἰῶνα. διὰ τούτου, ὥσπερ ἔφην, δείκνυσι τὴν ὑπεροχὴν, καὶ διὰ τῶν ἑξῆς εἰρημένων· τούτων γὰρ οὐδὲν ἔχει τὸ αἰσθητὸν ὕδωρ. Τίνα δέ ἐστι τὰ ἑξῆς; Γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. ὥσπερ γὰρ ὁ πηγὴν ἔνδον ἔχων ἀποκειμένην, οὐκ ἂν ἁλοίη δίψῃ ποτέ· οὕτως οὐδὲ ὁ τὸ ὕδωρ τοῦτο ἔχων. Καὶ ἐπίστευσεν εὐθέως ἡ γυνὴ, πολὺ τοῦ Νικοδήμου συνετωτέρα φανεῖσα, οὐ συνετωτέρα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνδρειοτέρα. ἐκεῖνος μὲν γὰρ μυρίων τοιούτων ἀκούων, οὔτε ἄλλον τινὰ ἐπὶ τοῦτο ἐκάλεσεν, οὔτε αὐτὸς ἐπαῤῥησιάσατο· αὕτη δὲ ἀποστολικὰ ἐπιδείκνυται πράγματα, πάντας εὐαγγελιζομένη καὶ καλοῦσα πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ πόλιν ὁλόκληρον ἕλκουσα ἔξω πρὸς αὐτόν. κἀκεῖνος μὲν ἀκούσας ἔλεγε· Πῶς δύναται ταῦτα γενέσθαι; καὶ τοῦ Χριστοῦ θέντος παράδειγμα σαφὲς τὸ τοῦ ἀνέμου, οὐδὲ οὕτω τὸν λόγον κατεδέξατο· ἡ γυνὴ δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον ἠπόρει, ὕστερον δὲ οὐ μετὰ κατασκευῆς δεξαμένη τὸν λόγον, ἀλλ' ἐν ἀποφάσεως τάξει, ἐπὶ τὴν λῆψιν εὐθέως ἐπείγεται. ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ὁ Χριστός· Γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον, εὐθέως φησὶν ἡ γυνή· Δός μοι τοῦτο τὸ ὕδωρ, ἵνα μὴ διψῶ, μηδὲ ἔρχωμαι ἐνθάδε ἀντλεῖν.

Ὁρᾷς πῶς [b] κατὰ μικρὸν πρὸς τὸ τῶν δογμάτων ὕψος ἀνάγεται; πρῶτον ἐνόμισεν αὐτὸν παράνομόν εἶναί τινα Ἰουδαῖον· εἶτα ἐπειδὴ ταύτην ἀπεκρούσατο τὴν κατηγορίαν· ἔδει γὰρ μὴ εἶναι τὸ πρόσωπον ὕποπτον, τὸ μέλλον τοιαῦτα αὐτὴν κατηχεῖν· ἀκούσασα ὕδωρ ζῶν, ἐνόμισε περὶ αἰσθητοῦ τοῦτο λέγεσθαι· ὕστερον δὲ μαθοῦσα ὅτι πνευματικὰ ἦν τὰ λεγόμενα, ἐπίστευσε μὲν ὅτι δύναται τὸ ὕδωρ ἀναιρεῖν τοῦ δίψους τὴν χρείαν, οὔπω δὲ τί ποτε τοῦτό ἐστιν ᾔδει, ἀλλ' ἔτι διηπόρει, ἀνωτέρω μὲν τῶν αἰσθητῶν εἶναι νομίζουσα, τὸ δὲ σαφὲς οὐκ ἐπισταμένη. ἐνταῦθα δὲ ἀκριβέστερον μὲν διαβλέψασα, οὐ μὴν τὸ πᾶν κατιδοῦσα. Δός γάρ μοι, φησὶ, τοῦτο τὸ ὕδωρ ἵνα μὴ διψῶ, μὴ δὲ ἔρχωμαι ἐνθάδε ἀντλεῖν. Τέως προετίμησεν αὐτὸν τοῦ Ἰακώβ· οὐ δέομαι γὰρ ταύτης τῆς πηγῆς, ἐὰν λάβω παρὰ σοῦ τὸ ὕδωρ ἐκεῖνο. ὁρᾷς πῶς αὐτὸν προτίθησι τοῦ πατριάρχου; τοῦτο ψυχῆς εὐγνώμονος. ἔδειξεν ἡλίκην εἶχε περὶ τοῦ Ἰακὼβ δόξαν· εἶδε τὸν βελτίονα, καὶ οὐ κατεσχέθη τῇ προσλήψει. οὔτε οὖν εὐκόλως ἡ γυνή· οὐ γὰρ ἁπλῶς [c] κατεδέξατο τὰ λεγόμενα· πῶς γὰρ ἡ μετὰ τοσαύτης

quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Jam audierat aquam vivam mulier, sed non intellexerat. Quia enim aqua viva dicitur, quæ perennis est & semper scaturit, non præcisa scaturigine, de hac intelligendum mulier putabat. Ideo clarius id illi deinceps aperit, & ex comparatione ejus excellentiam demonstrans ita pergit: *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.* Sic, ut dixi, excellentiam ostendens, necnon ex sequentibus: horum quippe nihil habet vulgaris aqua. Quid vero sequitur? *Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Sicut enim qui fontem intus habet, nunquam sitiet; sic nec ille qui hanc aquam habuerit. Statimque mulier credidit, multo sapientior Nicodemo; nec modo sapientior, sed & fortior. Ille namque multis auditis hujusmodi, nec alium quempiam advocavit, neque ipse fiduciam habuit: hæc vero, apostolico fungitur officio, omnibus annuncians, omnes ad Jesum advocans, totamque civitatem ad illum pertrahens. Ille audito Christo dixit, *Quomodo possunt hæc fieri?* ac cum Christus clarum exemplum venti attulisset, neque ita sermonem admisit. Secus autem mulier: sed primo dubitabat, deinde vero non tanta adhibita cautela, sed quasi latam sententiam dicta excipiens, ad rem accipiendam statim fertur. Quia enim Jesus dixerat, *Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam;* statim ait mulier, 15. *Da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire.*

Samaritana Nicodemo sapientior.

Joan. 3. 9.

2. Viden' quomodo paulatim ad dogmatum culmen deducatur? Primo putavit illum transgressorem quempiam Judæum esse. Deinde quia hanc ille criminationem depulit; non decebat enim eum qui illam edocturus erat, suspectum esse; cum audisset aquam vivam, putavit de sensili aqua hoc dici. Demum cum audisset ea quæ dicebantur esse spiritualia, credidit quidem posse illam aquam pellere sitim, nec tamen quid illa esset sciebat; sed adhuc dubitabat: putabat certe hæc sublimiora esse, quam ut sensu percipi possent; sed non prorsus id quid esset noverat. Nunc certe melius videbat, neque tamen totum percipiebat: nam ait, *Da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire.* Jam illum Jacobo præferebat. Non hoc fonte opus habeo, si a te aquam illam accipiam. Viden' quomodo illum Patriarchæ anteponat? Hoc probi animi indicium est. Ostendit quam de Jacobo opinionem haberet: vidit Jacobo meliorem, neque prima illa opinione retenta fuit. Non ergo facile mulier credidit, neque temere dicta recepit, quæ

a Alii, καὶ ἀέναον τὸ διαπαντός.
b Savil. κατὰ μικρὸν εἰς τὸ τῶν.

c Alii, τοσαύτης προθυμίας ἐκζητοῦσα.

tanta accuratione quæsivit; neque etiam immorigera vel contentiosa fuit. Idque ex petitione sua demonstravit. Atqui Judæis dixit Christus: *Qui comederit de carne mea, non esuriet; & qui credit in me, non sitiet unquam*; sed non modo non crediderunt, sed etiam scandalizati sunt. Hæc mulier contra exspectat & petit. Judæis ille dicebat, *qui credit in me, non sitiet*; mulieri vero non ita, sed rudiore modo, *Qui biberit ex hac aqua, non sitiet*. Promissio namque erat spiritualium rerum, non visibilium. Ideo mulieris animum pollicitationibus erigens, adhuc sensibilibus immoratur, quod illa nondum posset spiritualia accurate comprehendere. Nam si dixisset, Si credideris in me, non sities; illa non intellexisset, cum non nosset quis esset ille se alloquens, nec de qua siti ageretur. Cur autem non ita Judæis loquutus est? Quia illi multa signa viderant, illa vero nullum; sed verba primum audierat. Ideo per prophetiam deinceps vim suam ostendit, nec statim arguit illam. Sed quid dicit? 16. *Vade, voca virum tuum, & veni huc.* 17. *Illa vero dicit, Virum non habeo. Dicit ei Jesus, Bene dixisti, Virum non habeo: 18. quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus vir. Hoc vere dixisti.* 19. *Dicit ei mulier, Domine, video quia propheta es tu.* Papæ, quanta mulieris philosophia! Quam mansuete reprehensionem admittit! Cur, inquies, non admisisset? Nonne sæpe Judæos acrius redarguit? Non enim paris virtutis est mentis secreta in medium adducere, & rem clam peractam revelare. Illud enim Dei tantum est, cum nemo novit, nisi is qui id in mente habet; alterum vero saltem familiaribus notum est. Attamen Judæi se reprehensos esse indigne ferunt. Sed illo dicente, *quid me quæritis interficere?* non modo non admirantur, ut mulier illa; sed etiam conviciis & contumeliis afficiunt; etiamsi aliorum signorum argumenta haberent: hæc autem hoc unum tantum audierat. Attamen illi non modo non mirati sunt, sed etiam probro affecerunt dicentes, *Dæmonium habes, quis te quærit interficere?* Hæc vero non modo non convitiatur, sed miratur & obstupescit, prophetamque opinatur esse; etsi acrius hanc reprehendat, quam illos. Hoc enim peccatum unius ipsius erat; illud vero omnibus commune. Non autem ita morderi solemus de communibus delictis, ut de propriis. Et illi quidem magnum quidpiam se perficere putabant, si Christum interficerent: mulieris vero facinus malum esse apud omnes in confesso erat. Attamen non ægre tulit mulier, sed obstupuit mirataque est. Eodem quoque modo cum Nathanaële Christus se gessit. Non primum prophetiam induxit,

Joan. 6. 35.

Samaritanæ philosophia.

Joan. 7. 20.

a Alii, οὐχ ὁρωμένων πρ-
b Savil. οἶδεν, ἢ ὁ ἐν διανοίᾳ.

A ἀκρίβειας ἐκζητήσασα· οὔτε ἀπειθὴς καὶ φιλόνεικος. καὶ τοῦτο ἔδειξεν ἀπὸ τῆς αἰτήσεως. καίτοι καὶ Ἰουδαίοις εἶπέ ποτε, ὃς ἂν φάγῃ ἐκ τῆς σαρκός μου, οὐ μὴ πεινάσῃ· καὶ ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ μὴ διψήσει πώποτε. ἀλλ' οὐ μόνον οὐκ ἐπίστευσαν, ἀλλὰ καὶ ἐσκανδαλίσθησαν. ἡ γυνὴ δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἔπαθεν, ἀλλὰ καὶ παραμένει καὶ αἰτεῖ. Ἰουδαίοις μὲν οὖν ἔλεγεν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ μὴ διψήσῃ· τῇ δὲ γυναικὶ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ παχύτερον· ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου, οὐ διψήσει. ἐπαγγελία γὰρ ἦν πνευματικῶν καὶ [a] οὐχ ὁρωμένων πραγμάτων. διὰ τοῦτο ἐπάρας αὐτῆς τὸν νοῦν ταῖς ὑποσχέσεσιν, ἔτι τοῖς αἰσθητοῖς ἐνδιατρίβει ῥή-
B μασι, διὰ τὸ μηδέπω δύνασθαι χωρῆσαι τὴν πνευματικῶν τὴν ἀκρίβειαν. εἰ γὰρ εἶπεν ὅτι ἐὰν πιστεύσῃς εἰς ἐμὲ, οὐ μὴ διψήσῃ, οὐκ ἂν ἐνόησε τὸ εἰρημένον· οὐκ εἰδυῖα τίς ποτέ ἐστιν ὁ διαλεγόμενος, οὐδὲ περὶ ποίου δίψους ἔλεγεν. τίνος οὖν ἕνεκεν οὐχὶ καὶ ἐπὶ Ἰουδαίων τοῦτο ἐποίησεν; ὅτι ἐκεῖνοι μὲν πολλὰ σημεῖα ἑωρακότες ἦσαν· αὕτη δὲ οὐδὲν σημεῖον εἶδεν, τῶν δὲ ῥημάτων ἤκουσε πρῶτον. διὰ τοῦτο λοιπὸν διὰ προφητείας ἀποκαλύπτει τὴν δύναμιν τὴν ἑαυτοῦ, καὶ οὐκ εὐθέως ἐπάγει τὸν ἔλεγχον· ἀλλὰ τί φησιν; ὕπαγε, φώνησόν σου τὸν ἄνδρα καὶ ἐλθὲ ὧδε. ἡ δέ φησιν· οὐκ ἔχω
C ἄνδρα. λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· καλῶς εἶπες ὅτι ἄνδρα οὐκ ἔχω· πέντε γὰρ ἄνδρας ἔσχες, καὶ νῦν ὃν ἔχεις οὐκ ἔστι σου ἀνήρ. τοῦτο ἀληθὲς εἴρηκας. λέγει αὐτῷ ἡ γυνὴ, κύριε, θεωρῶ ὅτι προφήτης εἶ σύ. βαβαὶ, πόση τῆς γυναικὸς ἡ φιλοσοφία· πῶς πρᾴως τὸν ἔλεγχον δέχεται. πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλέ, φησι; διατί εἰπέ μοι; οὐχὶ καὶ Ἰουδαίους ἤλεγξεν πολλάκις καὶ τούτου μείζονα; οὐ γάρ ἐστιν ἴσον τὰ ἐν διανοίᾳ ἀπόρρητα εἰς μέσον ἀγαγεῖν, καὶ πρᾶγμα γινόμενον λάθρα κατάδηλον ποιεῖν. τὸ μὲν γὰρ θεοῦ μόνον ἐστὶ, καὶ οὐδεὶς ἕτερος [b] οἶδεν εἰ μὴ ὁ ἐν διανοίᾳ ἔχων· τὰ δὲ οἱ κοινωνοῦντες ἐπίστανται ἅπαντες. ἀλλ' ὅμως ἐλεγχθέντες οὐ
D φέρουσι πρᾴως· ἀλλ' εἰπόντος, τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι; οὐ μόνον οὐ θαυμάζουσιν ὡς ἡ γυνὴ, ἀλλὰ καὶ [c] λοιδοροῦσι καὶ ὑβρίζουσι· καίτοιγε ἐκεῖνοι μὲν καὶ ἀπὸ ἄλλων σημείων εἶχον τὴν ἀπόδειξιν· αὕτη δὲ τοῦτο μόνον ἦν ἀκηκουῖα. ἀλλ' ὅμως οὐ μόνον οὐκ ἐθαύμασαν, ἀλλὰ καὶ ὕβρισαν λέγοντες, δαιμόνιον ἔχεις, τίς σε ζητεῖ ἀποκτεῖναι; αὕτη δὲ οὐ μόνον οὐχ ὑβρίζει, ἀλλὰ καὶ θαυμάζει καὶ ἐκπλήττεται, καὶ προφήτην εἶναι ὑπονοεῖ· καίτοι μειζόνως ἂν ὁ ἔλεγχος οὗτος
E τῆς γυναικὸς ἥψατο, ἢ ἐκείνων ἐκεῖνος. τοῦτο μὲν γὰρ ταύτης μόνης ἁμάρτημα ἦν· ἐκεῖνο δὲ κοινόν. οὐχ οὕτω δὲ ἐπὶ τοῖς κοινοῖς, ὡς ἐπὶ τοῖς ἰδίοις δακνόμεθα. κἀκεῖνοι μὲν μέγα ᾤοντό τι κατορθοῦν, ἂν τὸν Χριστὸν ἀνέλωσι· τὸ δὲ τῆς γυναικὸς, ὡμολόγητο παρὰ πᾶσι πονηρὸν εἶναι. ἀλλ' ὅμως οὐκ ἐδυσχέρανεν ἡ γυνὴ, ἀλλ' ἐξεπλάγη καὶ ἐθαύμαζεν. καὶ ἐπὶ τοῦ Ναθαναὴλ δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο ἐποίησεν ὁ Χριστός. οὐ γὰρ προηγουμένως τὴν προφητείαν εἰσήγαγεν,

c Alii, λοιδοροῦνται.

οὐδὲ εἶπεν, εἶδόν σε ὑπὸ τὴν συκῆν· ἀλλ᾽ ὅτε ἐκεῖνος εἶπε, πόθεν με γινώσκεις; τότε τοῦτο ἐπήγαγεν. ἐβούλετο γὰρ καὶ τῶν προῤῥήσεων καὶ τῶν θαυμάτων τὰς ἀρχὰς παρ᾽ αὐτῶν λαμβάνειν τῶν προσιόντων αὐτῷ, ὥστε καὶ οἰκειοῦσθαι τοῖς γινομένοις μᾶλλον αὐτοὺς, καὶ τὴν τοῦ κενοδοξεῖν διαφυγεῖν ὑπόνοιαν· τοῦτο δὴ καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ. τὸ μὲν γὰρ προηγουμένως ἐλέγξαι ὅτι ἄνδρα οὐκ ἔχεις, ἐδόκει φορτικὸν εἶναι καὶ περιττόν· τὸ δὲ παρ᾽ αὐτῆς λαβόντα τὴν αἰτίαν, πάντα ταῦτα διορθοῦν, καὶ σφόδρα ἀκόλουθον ἦν, καὶ τὴν ἀκούουσαν πρᾳοτέραν εἰργάζετο. καὶ ποία ἀκολουθία, φησὶ, τὸ εἰπεῖν, ὕπαγε, φώνησον τὸν ἄνδρα σου; περὶ δωρεᾶς ἦν ὁ λόγος καὶ χάριτος ὑπερβαινούσης τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν. ἐπέκειτο ἡ γυνὴ ζητοῦσα λαβεῖν, καὶ λέγει· φώνησόν σου [a] τὸν ἄνδρα· ὡσανεὶ ἐνδεικνύμενος ὅτι κἀκεῖνον δεῖ κοινωνῆσαι τούτων. ἡ δὲ σπεύδουσα [b] λαβεῖν, καὶ κρύπτουσα τὸ αἰσχρὸν τοῦ πράγματος, καὶ οἰομένη πρὸς ἄνθρωπον διαλέγεσθαί φησιν, οὐκ ἔχω ἄνδρα. ταῦτα ἀκούσας ὁ Χριστὸς εὐκαίρως λοιπὸν ἐπάγει τὸν ἔλεγχον, ἀμφότερα μετ᾽ ἀκριβείας λέγων. τούς τε γὰρ προτέρους ἠρίθμησεν ἅπαντας, καὶ τὸν νῦν κρυπτόμενον ἤλεγξε. τί οὖν ἡ γυνή; οὐκ ἐδυσχέρανεν, οὐδὲ ἀφεῖσα ἔφυγεν, οὐδὲ ὕβριν τὸ πρᾶγμα ἐνόμισεν εἶναι· ἀλλὰ θαυμάζει μᾶλλον αὐτὸν καὶ προσκαρτερεῖ πλέον. θεωρῶ γάρ, φησιν, ὅτι προφήτης εἶ σύ. καὶ σκόπει αὐτῆς τὴν σύνεσιν· οὐδὲ ἐνταῦθα εὐθέως συνέδραμεν, ἀλλ᾽ ἔτι περισκοπεῖται καὶ θαυμάζει. τὸ γὰρ, θεωρῶ, τοῦτό ἐστι· φαίνῃ μοι προφήτης εἶναι. εἶτα ἐπειδὴ τοῦτο ὑπώπτευσεν, οὐδὲν βιωτικὸν αὐτὸν ἐρωτᾷ· οὐ περὶ σώματος ὑγιείας· οὐ περὶ χρημάτων, οὐ περὶ πλούτου· ἀλλὰ περὶ δογμάτων εὐθέως. τί γάρ φησιν; οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ προσεκύνησαν· τοὺς περὶ τὸν Ἀβραὰμ λέγουσα· καὶ γὰρ ἐκεῖ φασι τὸν υἱὸν ἀνηνέχθαι· καὶ πῶς ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ἐστὶν ὁ τόπος, ὅπου χρὴ προσκυνεῖν;

Εἶδες πῶς ὑψηλοτέρα τῇ διανοίᾳ γέγονεν; ἡ γὰρ [c] ὑπὲρ τοῦ μὴ σκύλλεσθαι διὰ τὸ διψῆν μεριμνῶσα, καὶ ὑπὲρ δογμάτων ἐρωτᾷ λοιπόν. τί οὖν ὁ Χριστός; οὐκ ἔλυσε [d] τὸ ζήτημα. οὐ γὰρ τοῦτο ἦν αὐτῷ περισπούδαστον, πρὸς τὰ λεγόμενα ἁπλῶς ἀποκρίνεσθαι· παρέλκον γὰρ ἦν· ἀλλ᾽ ἄγει τὴν γυναῖκα πάλιν ἐπὶ τὸ μεῖζον ὕψος, καὶ οὐ πρότερον αὐτῇ περὶ τούτων διαλέγεται, ἕως ὡμολόγησεν ὅτι προφήτης ἐστὶν, ὥστε καὶ μετὰ πολλῆς τῆς πληροφορίας ἀκοῦσαι λοιπὸν τῶν λεγομένων. ἡ γὰρ τοῦτο πεισθεῖσα, οὐκ ἔτι λοιπὸν περὶ τῶν ῥηθησομένων ἀμφιβάλλειν εἶχεν. αἰσχυνθῶμεν τοίνυν καὶ ἐρυθριάσωμεν λοιπόν. γυνὴ πέντε ἄνδρας ἐσχηκυῖα, καὶ Σαμαρεῖτις οὖσα, τοσαύτην περὶ δογμάτων ποιεῖται σπουδὴν, καὶ οὐχ ὁ καιρὸς τῆς ἡμέρας, οὐ τὸ ἐφ᾽ ἕτερόν τι παραγίνεσθαι, οὐκ ἄλλο οὐδὲν αὐτὴν ἀπήγαγε τῆς περὶ τὰ τοιαῦτα ζητήσεως. ἡμεῖς δὲ οὐ μόνον περὶ δογμάτων οὐ ζητοῦμεν, ἀλλὰ καὶ περὶ πάντων ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχε διακείμεθα. διὰ

[a] Morel. τὸν ἄνδρα ὡσανεὶ ἐνδεικ- Alii aliud habent.
[b] Savil. λαβεῖν, Morel. λαβεῖν.

A neque dixit, *Vidi te sub ficu*; sed cum ille dixisset, *Unde me nosti?* id respondit. Volebat enim miracula & prophetias ab illis incipere, qui ad ipsum accedebant, ut & magis illos sibi conciliaret, & vanæ gloriæ suspicionem effugeret. Hoc ipsum hic agit. Existimabat enim molestum & superfluum fore, si eam statim accusaret dicendo, *Virum non habes*. Illud vero corrigere post acceptam ab eadem ipsa occasionem, certe consentaneum erat, & audientem mansuetiorem reddebat. Et quænam illa consequentia, inquies, dicere, *Vade, voca virum tuum?* De dono agebatur & de gratia humanam naturam superante. B Instabat mulier flagitans, & dixit ei, *Voca virum tuum*; subindicans illum quoque horum participem esse debere. Illa accipiendi cupida, suam celat turpitudinem, seque hominem alloqui putans ait, *non habeo virum*. Hinc occasionem captans Christus opportune illam reprehendit, utrumque accurate explicans: nam priores omnes numeravit, & hunc occultum revelavit. Quid ergo mulier? non ægre tulit, non illo relicto fugit, non id contumeliam esse putavit, sed magis admiratur, magis perseverat; nam ait, *Video quia propheta es tu*. Ejus vero C prudentiam perpende. Non statim accurrit, sed adhuc considerat & miratur. Illud enim, *Video*, id est, videris mihi propheta esse. Deinde quia hoc suspicata erat, nihil terrenum interrogat, non de valetudine corporis rogat, non de opibus, non de divitiis; sed de dogmatibus statim. Quid enim dicit? 20. *Patres nostri in monte hoc adoraverunt*, Abraham significans, quem filium eo adduxisse dicebant: *Et quomodo vos dicitis, quia Jerosolymis est locus ubi adora-* D *re oportet?*

3. Viden' quam mente sublimior evaserit? Nam illa cui de sedanda siti cura erat, jam de dogmatibus interrogat. Quid ergo Christus? Non solvit quæstionem. Non enim hoc curabat, ut ad omnia accurate responderet; id quippe supervacaneum fuisset. Sed rursus mulierem ad majorem sublimitatem ducit; nec prius illa tractat, quam mulier confessa esset ipsum esse prophetam, ut majorem postea dictis fidem haberet. Quæ enim hoc crederet, non ultra de dictis E dubitatura erat. Pudeat ergo nos, & erubescamus. Mulier quæ quinque viros habuerat, Samaritana, tantum doctrinæ addiscendæ studium habet, nec hora diei, nec aliud quodvis officium vel negotium illam ab hujusmodi quæstione abducit: nos autem non modo de dogmatibus non interrogamus, sed in omnibus socordes ignavique sumus. Ideo

Joan 3.

[c] Savil. περὶ τοῦ, Morel. ὑπὲρ τοῦ.
[d] Alii, τὸ ζητούμενον.

Lectio divinorum librorum commendatur.

A omnia negliguntur. Quis vestrum, quæso, domi christianum librum arripit, dicta examinat, aut Scripturam scrutatur? Nemo sane; sed talos & cubos apud plerosque inveniemus, libros nusquam, vel apud paucos certe. Hi vero perinde affecti sunt, atque ii qui non habent, qui ligatos vel prorsus in scriniis depositos servant, omneque studium ponunt in membranarum tenuitate, aut in literarum pulcritudine, neglecta lectione. Neque enim ad utilitatem quampiam illos acquirunt, sed ut opulentiam suam ambitiose ostentent. Tantus est B inanis gloriæ fastus. Neminem audio id ambire ut libros intelligat; sed potius se libros habere jactant aureis literis scriptos. Et quid, quæso, hinc lucri provenit? Non enim propterea datæ nobis sunt Scripturæ, ut illas in libris tantum habeamus; sed ut in cordibus insculpamus. Certe hæc librorum possessio, Judaïcæ ambitionis est, cum videlicet præcepta literis solum mandantur. Nobis utique non ab initio sic lex data fuit, sed in tabulis cordis carnalibus. Hæc vero, dico, non quod libros comparare prohibeam, imo id laudo, & ut fiat exopto; sed velim eorum & dicta & sen- C sa ita in animis nostris versari, ut ii scriptorum intelligentia purgentur. Nam si domum ubi Evangelium est adire non audet diabolus; multo minus ad animam Evangelicis imbutam sententiis accedere aut dæmon aut peccatum audebit. Sanctifica igitur animam tuam, sanctifica corpus: hæc semper in corde & in lingua verses. Nam si turpia verba inquinant, & dæmonas evocant; palam certe est lectionem spiritualem sanctificare & spiritualem gratiam attrahere. D Scripturæ divina sunt cantica. Cantemus ergo intra nos ipsos, ac morbis animæ hæc remedia adhibeamus. Si sciremus enim ea quæ leguntur, magno illa studio audiremus. Hæc semper dico, nec finem dicendi faciam. Annon absurdum fuerit, si dum homines in foro sedentes, aurigarum & saltatorum nomina, genus, urbes, industriam; imo equorum virtutem aut vitia narrant: illi qui huc conveniunt, eorum quæ hic aguntur nihil sciant, imo ipsum librorum numerum ignorent? Si enim voluptatis causa E illa percipias, ostendam tibi hinc majorem decerpi voluptatem. Quid enim, quæso, suavius? quid mirabilius? An hominem cum homine luctantem cernere, an hominem cum diabolo pugnantem, & corpus cum incorporea potestate congrediens & superans? Has pugnas con-

Libri aureis literis.

A τοῦτο τὰ πάντα ἠμέληται. Τίς γὰρ ὑμῶν, εἰπέ μοι, ἐν οἰκίᾳ γενόμενος, [a] πυκτίον ἔλαβε Χριστιανικὸν μετὰ χεῖρας, καὶ τὰ ἐγκείμενα ἐπῆλθε, καὶ ἠρεύνησε τὴν γραφήν; οὐδεὶς ἂν ἔχοι ταῦτα εἰπεῖν· ἀλλὰ πεττοὺς μὲν καὶ κύβους παρὰ τοῖς πλείοσιν εὑρήσομεν ὄντας· βιβλία δὲ οὐδαμοῦ, ἀλλὰ καὶ παρ' ὀλίγοις. καὶ οὗτοι δὲ τοῖς οὐκ ἔχουσιν ὁμοίως διάκεινται, δήσαντες αὐτὰ καὶ ἀποθέμενοι διαπαντὸς ἐν κιβωτίοις· καὶ ἡ πᾶσα αὐτῶν σπουδὴ περὶ τῶν ὑμένων τὴν λεπτότητα, καὶ τὸ τῶν γραμμάτων κάλλος, οὐ περὶ τὴν ἀνάγνωσιν. οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ ὠφελείας καὶ κέρδους τὴν κτῆσιν αὐτῶν πεποίηνται· ἀλλὰ B πλούτου καὶ φιλοτιμίας ἐπίδειξιν ποιούμενοι περὶ ταῦτα ἐσπουδάκασιν. τοσαύτη τῆς κενοδοξίας ἡ ὑπερβολή. οὐδενὸς γὰρ ἀκούω φιλοτιμουμένου, ὅτι οἶδε τὰ ἐγκείμενα, ἀλλ' ὅτι χρυσοῖς ἔχει γράμμασιν ἐγγεγραμμένον. καὶ τί τὸ κέρδος, εἰπέ μοι; οὐδὲ γὰρ διὰ τοῦτο ἐδόθησαν αἱ γραφαὶ, ἵνα ἐν βιβλίοις αὐτὰς ἔχωμεν μόνον· ἀλλ' ἵνα καὶ ἐν καρδίαις αὐτὰς ἐγκολάψωμεν. ὡς αὕτη γε ἡ κτῆσις Ἰουδαϊκῆς ἐστι φιλοτιμίας, τὸ ἐν τοῖς γράμμασι κατατίθεσθαι μόνον τὰς ἐντολάς· ἡμῖν δὲ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν [b] οὕτως ὁ νόμος ἐδόθη, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις. καὶ ταῦτα λέγω, οὐ κωλύων βιβλία κεκτῆσθαι· ἀλλὰ καὶ παραινῶ τοῦτο καὶ C σφόδρα εὔχομαι· βούλομαι δὲ ἐξ ἐκείνων καὶ τὰ γράμματα καὶ τὰ νοήματα εἰς τὴν διάνοιαν περιφέρεσθαι τὴν ἡμετέραν, ἵνα οὕτω καθαίρηται δεχομένη τὴν [c] τῶν γραμμάτων νόησιν. εἰ γὰρ ἐν οἰκίᾳ ἔνθα ἂν εὐαγγέλιον ᾖ κείμενον οὐ τολμήσει προσελθεῖν ὁ διάβολος, πολλῷ μᾶλλον ψυχῆς νοήματα τοιαῦτα περιφερούσης οὐχ ἅψεταί ποτε, οὐδὲ ἐπιβήσεται δαίμων, [d] ἢ ἁμαρτίας φύσις. ἁγίασον τοίνυν τὴν ψυχήν σου· ἁγίασόν σου τὸ σῶμα, ἀεὶ ταῦτα ἐπὶ τῆς καρδίας καὶ ἐπὶ τῆς γλώσσης ἔχων. εἰ γὰρ ἡ αἰσχρολογία καταρρυποῖ καὶ δαίμονας D καλεῖ, εὔδηλον ὅτι ἡ πνευματικὴ ἀνάγνωσις ἁγιάζει, καὶ τὴν τοῦ πνεύματος ἐπισπᾶται χάριν. θεῖαί εἰσιν ἐπῳδαὶ [e] τὰ γράμματα. ἐπᾴδωμεν τοίνυν ἑαυτοῖς, καὶ τοῖς ἐν τῇ ψυχῇ πάθεσιν τὰ ἀπ' ἐκείνων φάρμακα κατασκευάζωμεν. ἂν γὰρ εἰδῶμεν τίνα ἐστὶ τὰ ἀναγινωσκόμενα, μετὰ πολλῆς ταῦτα ἀκουσόμεθα τῆς προθυμίας. ταῦτα ἀεὶ λέγω, καὶ λέγων οὐ παύσομαι. πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, τοὺς μὲν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς καθημένους, καὶ ἡνιόχων καὶ ὀρχηστῶν καὶ ὀνόματα, καὶ γένη καὶ πόλεις, καὶ ἐνεργείας λέγειν τρόπους· καὶ αὐτῶν δὲ τῶν ἵππων καὶ ἀρετὴν καὶ κακίαν μετὰ ἀκριβείας ἀπαγγέλλειν· τοὺς δὲ ἐνταῦθα ἀπαντῶντας μηδὲν τῶν ὧδε γινομένων εἰδέναι, ἀλλὰ καὶ E αὐτῶν τῶν βίβλων τὸν ἀριθμὸν ἀγνοεῖν; εἰ γὰρ ἡδονῆς ἕνεκεν ἐκεῖνα διώκεις, πλείονα ταύτην ἐνταῦθα οὖσαν ἐπιδείξω. Τί γὰρ ἥδιον, εἰπέ μοι; τί δὲ θαυμαστότερον; ἄνθρωπον ἀνθρώπῳ παλαίοντα ἰδεῖν, ἢ ἄνθρωπον διαβόλῳ πυκτεύοντα, καὶ σῶμα ἀσωμάτῳ δυνάμει συμπλεκόμενον καὶ νικῶντα; ταύτας θεωρῶμεν

a πυκτίον ἔλαβε χριστιανικὸν, *Christianum librum accepit.* πυκτία apud veteres libros esse compactos probavimus apud Athanasium p. 124. & in Palæographia Græca p. 25. ubi rem exemplis confirmamus, ac præsertim in collectione nova Patrum T. 2. Animadversione XV. in vitam & scripta Athanasii.

b Alii, οὗτος ὁ νόμος.

c Alii, τῶν πραγμάτων ὑπόθεσιν. εἰ γάρ.

d Savil. οὐχ ἁμαρτίας. Morel. ἢ ἁμαρτίας, idipsum est.

e Morel. τὰ πράγματα. Mox idem post πράγματα, addit κατασκευάζωμεν, quæ vox deest in Savil. sed hic non supervacanea videtur.

τὰς πάλας· [a] ταύτας γὰρ καὶ μιμήσασθαι εὐπρεπὲς καὶ λυσιτελὲς, καὶ μιμουμένους στεφανωθῆναι ἔνι. ἀλλὰ μὴ ἐκείνας, ὧν ὁ ζῆλος αἰσχύνην φέρει τῷ μιμουμένῳ. ἐκείνην μὲν γὰρ μετὰ δαιμόνων θεωρεῖς τὴν πάλην, ἂν ἄρα θεωρῇς· ταύτην δὲ μετὰ ἀγγέλων καὶ τοῦ τῶν ἀγγέλων δεσπότου. εἰπὲ γάρ μοι· εἴ γέ σοι ἐξῆν μετὰ ἀρχόντων ἢ βασιλέων καθήμενον θεωρεῖν καὶ ἀπολαύειν τῆς θεωρίας, οὐ μεγίστην ἡγοῦ τιμὴν εἶναι τοῦτο; ἐνταῦθα δὲ μετὰ τοῦ βασιλέως τῶν ἀγγέλων [b] θεωρῶν καὶ ὁρῶν ἐκ μέσων κατεχόμενον τῶν νώτων τὸν διάβολον, καὶ πολλὰ μὲν φιλονεικοῦντα περιγενέσθαι, ἰσχύοντα δὲ οὐδὲν, οὐ τρέχεις εἰς τοιαύτην θεωρίαν; καὶ πῶς ἔνι τοῦτο γενέσθαι, φησίν; ἂν τὸ βιβλίον μετὰ χεῖρας ἔχῃς. ὄψει γὰρ ἐν αὐτῷ καὶ τὰ σκάμματα, καὶ τοὺς μακροὺς διαύλους, καὶ τὰς λαβὰς τὰς ἐκείνου, καὶ τοῦ δικαίου τὴν τέχνην. ταῦτα δὲ θεωρῶν, εἴσῃ καὶ αὐτὸς οὕτω παλαίειν, καὶ ἀπαλλαγήσῃ δαιμόνων. δαιμόνων γὰρ πανηγύρεις, οὐκ ἀνθρώπων θέατρα, τὰ ἔξω τελούμενα. εἰ γὰρ ἐν εἰδωλείῳ οὐ θέμις εἰσιέναι· πολλῷ μᾶλλον εἰς ἑορτὴν σατανικήν. [c] ταῦτα λέγων καὶ διενοχλῶν οὐ παύσομαι, ἕως ἂν τὴν ἐπιστροφὴν ἴδω. ταῦτα γὰρ λέγειν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές. μὴ δὴ βαρύνεσθε τῇ παραινέσει. εἰ γὰρ βαρύνεσθαι ἔδει, ἐμὲ ἔδει τὸν πολλάκις λέγοντα καὶ [d] οὐκ ἀκουόμενον, οὐχ ὑμᾶς τοὺς ἀεὶ μὲν ἀκούοντας, ἀεὶ δὲ παρακούοντας. ἀλλὰ μὴ γένοιτο διαπαντὸς ταῦτα ὑμᾶς ἐγκαλεῖσθαι, ἀλλὰ ἀπαλλαγέντας ταύτης τῆς αἰσχύνης, [e] καταξιωθῆναι τῆς πνευματικῆς θεωρίας, καὶ τῆς μελλούσης δόξης ἀπολαῦσαι· χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A templemur; has, inquam, quas imitari decorum utileque est, quas qui imitantur, coronam accipiunt: non autem illas, quarum studium ignominiam parit imitantibus. Illam enim pugnam, cum dæmonibus aspicies, si aspexeris; hanc cum Angelis & Angelorum Domino. Dic enim mihi, si liceret tibi cum principibus ac regibus sedentem spectaculis frui, annon illud valde honorificum putares? Hic vero cum rege Angelorum videns diabolum a dorso correptum, reluctantem ac vincere frustra conantem, annon curris ad hoc spectaculum? Et quo- B modo, inquies, possunt hæc fieri? Si librum præ manibus habeas. In illo namque videbis, & fossas & longa curricula, & captandi ansas, & justi artificium. Hæc si spectacula intueare, disces certandi modum, & dæmonas superabis. Illa vero spectacula, dæmonum sunt celebritates, non hominum theatra. Nam si in idolorum templum non licet ingredi; multo minus licet in Satanicam celebritatem. Hæc dicere & agitare non desinam, donec vos mutatos videro. Nam hæc dicere, *Mihi quidem non pigrum*, inquit, *vobis autem tutum est*. Ne igitur admonitionem ægre feratis. Nam si gra- C viter ferendum, mihi potius esset, qui non audior, quam vobis qui semper auditis, nunquam autem obtemperatis. Sed absit ut semper vos accusare cogar; faxit Deus ut hac turpitudine liberati, spirituali spectaculo dignemini, & futura gloria fruamini: gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, quîcum Patri gloria unaque Spiritui sancto in sæcula sæculorum, amen.

Phil. 3. 1.

ΟΜΙΛΙΑ λγ'.

HOMILIA XXXIII.

D

Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· γύναι, πίστευσόν μοι, ὅτι ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὔτε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ, οὔτε ἐν Ἱεροσολύμοις προσκυνήσετε τῷ πατρί. ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε· ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν, ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστίν.

21. *Dicit ei Jesus: Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque Jerosolymis adorabitis Patrem.* 22. *Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus, quia salus ex Judæis est.*

ΠΑΝΤΑΧΟΥ πίστεως ἡμῖν δεῖ, ἀγαπητοί· πίστεως, τῆς μητρὸς τῶν ἀγαθῶν, τοῦ τῆς σωτηρίας φαρμάκου· καὶ ταύτης ἄνευ οὐδὲν [f] ἔστι κατασχεῖν τῶν μεγάλων δογμάτων. ἀλλ' ἐοίκασι τοῖς πέλαγος νηὸς χωρὶς ἐπιχειροῦσι διαπερᾶν, οἳ μέχρι μὲν ὀλίγου νηχόμενοι διαρκοῦσι χερσὶν ὁμοῦ καὶ ποσὶ χρώμενοι· περαιτέρω δὲ προελθόντες, ταχέως ὑπὸ τῶν κυμάτων βαπτίζονται· οὕτως καὶ οἱ τοῖς οἰκείοις χρώμενοι λογισμοῖς, πρὶν ἤ τι μαθεῖν ναυάγιον ὑπο-

1. UBIQUE fide nobis opus est, dilecti, fide bonorum matre, salutis medicina, sine qua nullam magna- E rum rerum doctrinam percipere possumus; sed perinde atque illi qui sine navi mare trajicere conantur, tantillum possunt manibus pedibusque natare, sed ulterius progressi, cito a fluctibus demerguntur; sic & qui propriis utuntur ratiociniis, antequam didicerint, naufragium

Fide semper opus est.

[a] Morel. ταύτας γὰρ καὶ .... στεφανωθῆναι ἔδει. Savil. στεφανωθῆναι ἔνι.
[b] Morel. θεωρῶν καταισχυνόμενον τὸν διάβολον διὰ τῶν θείων λογίων, καὶ πολλά.
[c] Alii, ταῦτα λέγων οὐ παύσομαι συνεχῶς διοχλῶν, ἕως ἂν γένηταί τι πλέον. ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐκ.
[d] Morel. παρακουόμενον, Savil. οὐκ ἀκουόμενον.
[e] Morel. καταξιωθῆναι τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, χάριτι.
[f] Morel. ἐστι. Savil. ἔνι. Paulopost Morel. ἐπιχειροῦσι διαπερᾷ, Savil. ἐπιχειροῦσι διαβαλεῖν.

faciunt. Quemadmodum & Paulus ait, 1.Tim.9.19. *Qui circa fidem naufragarunt.* Quod ne nos quoque patiamur, sacram teneamus ancoram, per quam Christus Samaritanam nunc ducit. Nam cum illa diceret, *Quomodo vos dicitis quia in Jerosolymis est locus, in quo oportet adorare?* respondit Christus: *Crede mihi, mulier, quia venit hora, quando neque in Jerosolymis, neque in monte hoc adorabitis Patrem.* Maximum huic dogma revelavit, quod nec Nicodemo, nec Nathanaëli dixit. Hæc sua Judaïcis præstantiora esse contendit, & patrum auctoritate firmare nititur. Christus vero nihil ad hoc respondit; supervacaneum enim tunc fuisset ostendere, cur patres in monte, cur Judæi in Jerosolymis adorarent. Ideo illud tacuit; & sublata de utriusque loci præstantia quæstione, ejus animam erigit, ostendens neque Judæos neque patres posse magnum quidpiam in futuro præstare; & tunc differentiam inducit. Verumtamen præstantiores Judæos significat, non locum loco anteponens, sed illa solum ratione, Judæis primas concedens ac si diceret: Nihil de loco jam disputandum. In cultus quidem modo Judæi præferendi erant Samaritanis: *Vos*, inquit, *adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus.* Quomodo ergo nesciebant Samaritani quid adorarent? Quia Deum loco circumscribi, imo quasi dividi posse putabant. Sic igitur illum colebant; sic Persis nunciarunt, istius loci deum sibi iratum esse, nihil de eo amplius quam de idolo rati. Quapropter perseverabant & illum & dæmonas colere, ea quæ misceri non poterant confundentes. Judæi vero hac opinione liberi erant, ipsumque putabant esse orbis Deum; etiamsi id non omnes crederent. Propterea dicit: *Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus.* Ne mireris autem quod se Judæis annumeret: nam secundum mulieris opinionem loquitur, quasi propheta Judæorum; ideoque illud, *adoramus*, posuit. Quod enim adoretur, nemini non notum est; adorare enim creaturæ est, adorari vero, creaturarum Domini. Verum interim ille ut Judæus loquitur. Illud ergo, *nos*, id est, nos Judæi. Judaïca igitur extollens, se fide dignum præbet, & dictis suis fidem conciliat, suspicionem amovens, ostendensque se non cognationis gratia illa extollere. Qui enim circa locum talem profert sententiam, de quo loco Judæi maxime gloriabantur, ac se cæteris præferendos censebant, dum hanc illis præstantiam aufert, palam est eum jam non ad gratiam cujuspiam loqui; sed ex veritate & ex vi prophetica. Quia igitur a tali

Adorare creaturæ est, adorari, creaturarum Domini.

A νέμουσιν. καθὼς καὶ ὁ Παῦλός φησιν, οἵτινες περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν. ὅπερ ἵνα μὴ καὶ ἡμεῖς πάθωμεν, τὴν ἱερὰν κατέχωμεν ἄγκυραν, δι' ἧς καὶ τὴν Σαμαρεῖτιν ὁ Χριστὸς ἐπάγεται νῦν. εἰπούσης γὰρ ἐκείνης, πῶς ὑμεῖς λέγετε ὅτι ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐστὶν ὁ τόπος, ἐν ᾧ δεῖ προσκυνεῖν; ὁ Χριστὸς ἔλεγε· πίστευσόν μοι, γύναι, ὅτι ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὔτε ἐν Ἱεροσολύμοις, οὔτε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ προσκυνήσετε τῷ πατρί. πολὺ μέγα αὐτῇ δόγμα ἀπεκάλυψε, καὶ ὅπερ οὐδὲ Νικοδήμῳ, οὐδὲ τῷ Ναθαναὴλ εἶπεν. αὕτη μὲν οὖν ἐσπούδαζε σεμνότερα δεῖξαι τὰ αὐτῆς τῶν Ἰουδαϊκῶν, B καὶ τοῦτο ἀπὸ τῶν πατέρων ἐσοφίζετο. ὁ δὲ Χριστὸς οὐ πρὸς ταύτην ἀπήντησε τὴν ἐρώτησιν· πάρελκον γὰρ τέως ἦν τοῦτο εἰπεῖν καὶ δεῖξαι, διατί μὲν οἱ πατέρες ἐν τῷ ὄρει, διατί δὲ οἱ Ἰουδαῖοι ἐν Ἱεροσολύμοις προσεκύνουν. διὸ τοῦτο μὲν ἀπεσιώπησεν. ἀμφοτέρων δὲ τῶν τόπων τὰ πρεσβεῖα ἀνελὼν, διανίστησιν αὐτῆς τὴν ψυχὴν, δεικνὺς ὅτι οὐδὲ Ἰουδαῖοι οὐδὲ αὐτοὶ ἔχουσί τι μέγα πρὸς τὸ μέλλον δωρεῖσθαι· καὶ τότε τὴν διαφορὰν εἰσάγει. πλὴν καὶ οὕτω σεμνοτέρους τοὺς Ἰουδαίους ἀπέφηνεν· οὐ τόπον τόπου προτιμῶν, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς διανοίας ἐκείνης τὴν προεδρείαν διδούς. ὡσανεὶ ἔλεγε· τόπου μὲν ἕνεκεν, οὐδὲν δεῖ λοιπὸν φιλονεικεῖν. Ἰουδαῖοι μέντοι τῷ τρόπῳ τὸ πλέον τῶν Σαμαρειτῶν C ἔχουν. ὑμεῖς μὲν γάρ, φησι, προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε· ἡμεῖς δὲ προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν. πῶς οὖν οὐκ ᾔδεσαν οἱ Σαμαρεῖται ὃ προσεκύνουν; ὅτι τοπικὸν καὶ μερικὸν Θεὸν [a] ἐνόμιζον εἶναι· οὕτω γοῦν αὐτὸν καὶ ἐθεράπευον· οὕτω καὶ Πέρσαις πέμψαντες ἀπήγγειλαν ὅτι ὁ τοῦ τόπου τούτου θεὸς ἡμῖν ἀγανακτεῖ, οὐδὲν πλέον περὶ αὐτοῦ κατὰ τοῦτο τῶν εἰδώλων φανταζόμενοι. διόπερ ἔμενον καὶ δαίμονας καὶ αὐτὸν θεραπεύοντες, καὶ τὰ ἄμικτα μιγνύντες. Ἰουδαῖοι δὲ ταύτης ἦσαν ἀπηλλαγμένοι τῆς ὑπονοίας καὶ τῆς οἰκουμένης αὐτὸν [b] ᾔδεσαν εἶναι Θεὸν, εἰ καὶ μὴ πάντες. διὰ τοῦτό φησιν, ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε· ἡμεῖς δὲ προσκυνοῦ- D μεν ὃ οἴδαμεν. μὴ θαυμάσῃς δὲ ὅτι μετὰ Ἰουδαίων ἑαυτὸν ἀριθμεῖ· πρὸς γὰρ τὴν ὑπόνοιαν τῆς γυναικὸς διαλέγεται, ὡς προφήτης [c] ὢν Ἰουδαίων. διὸ καὶ τὸ, προσκυνοῦμεν, τέθεικεν. ὅτι γὰρ τῶν προσκυνουμένων ἐστὶ παντί που δῆλον. τὸ μὲν γὰρ προσκυνεῖν τῆς κτίσεως· τὸ δὲ προσκυνεῖσθαι, τοῦ τῆς κτίσεως δεσπότου. ἀλλὰ τέως ὡς Ἰουδαῖος διαλέγεται. τὸ οὖν, ἡμεῖς, ἐνταῦθα ἡμεῖς οἱ Ἰουδαῖοί, φησιν. ἐπάρας τοίνυν τὰ Ἰουδαϊκὰ, πάλιν ἀξιόπιστον ἑαυτὸν ποιεῖ, καὶ πείθει μᾶλλον τοῖς ὑπ' αὐτοῦ λεγομένοις προσέχειν, ἀνύ- E ποπτον ποιῶν τὸν λόγον· καὶ δεικνὺς ὅτι οὐ τῇ πρὸς τὸ ὁμόφυλον συγγενείᾳ τὰ ἐκείνων ἐπαίρει. ὁ γὰρ περὶ τοῦ τόπου ταῦτα ἀποφηνάμενος, ἐφ' ᾧ μάλιστα ηὔχουν Ἰουδαῖοι καὶ πλεονεκτεῖν πάντων ἐνόμιζον, καὶ τὰ σεμνὰ τούτων καθελὼν, εὔδηλον ὅτι οὐδὲ μετὰ ταῦτα πρὸς χάριν τινὸς ἔλεγεν, ἀλλὰ μετ' ἀληθείας καὶ προφητικῇ δυνάμει. ἐπεὶ [d] οὖν τῶν τοιούτων λογισμῶν τέως ἀ-

[a] Morel. ἐνόμιζον εἶναι, Savil. ἐνόμιζον ὄντα.
[b] Morel. ᾔδεσαν ὄντα, Savil. ᾔδεσαν εἶναι.
[c] Savil. ὢν Ἰουδαῖος, Morel. ὢν Ἰουδαίων.
[d] Morel. οὖν λογισμὸν τέως.

πέπεισεν εἰπών, πίστευσόν μοι γύναι, καὶ τὰ ἑξῆς, ἐπάγει· ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστίν. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· ἢ ὅτι τὰ ἀγαθὰ τῇ οἰκουμένῃ ἐκεῖθεν γέγονεν. τὸ γὰρ εἰδέναι θεὸν, καὶ τὸ καταγινώσκειν εἰδώλων, ἐκεῖθεν τὴν ἀρχὴν ἔσχεν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα δόγματα· καὶ παρ' ὑμῖν δὲ αὐτὸ τὸ τῆς προσκυνήσεως εἰ καὶ μὴ ὀρθῶς· ἀπὸ γοῦν τῶν Ἰουδαίων τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν. σωτηρίαν οὖν ἢ ταύτην, ἢ τὴν ἑαυτοῦ παρουσίαν καλεῖ· μᾶλλον δὲ οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι ἀμφότερα ταῦτα σωτηρίαν καλῶν, ἣν εἶπεν ἐκ τῶν Ἰουδαίων εἶναι. ὅπερ καὶ ὁ Παῦλος αἰνιττόμενος ἔλεγεν· ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεός. ὁρᾷς πῶς συγκροτεῖ τὴν παλαιὰν, καὶ ῥίζαν δείκνυσι τῶν ἀγαθῶν, καὶ διὰ πάντων οὐκ ἐναντίον ὄντα τῷ νόμῳ; εἴγε ἐκ τῶν Ἰουδαίων τὴν ὑπόθεσιν εἶναι πάντων τῶν ἀγαθῶν φησιν. ἀλλ' ἔρχεται ὥρα καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ προσκυνήσουσι τῷ πατρί. πλεονεκτοῦμεν μὲν ὑμῶν, ὦ γύναι, φησὶ, τῷ τρόπῳ τῆς προσκυνήσεως· πλὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο τέλος ἕξει λοιπόν. οὐ γὰρ τὰ τῶν τόπων ἀμειφθήσεται μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τοῦ τρόπου τῆς λατρείας· καὶ ταῦτα ἐπὶ θύραις ἕστηκεν. ἔρχεται γὰρ ὥρα καὶ νῦν ἐστιν.

Ἐπειδὴ γὰρ οἱ προφῆται πρὸ μακρῶν ἔλεγον χρόνων ἅπερ ἔλεγον, τοῦτο ἀναιρῶν ἐνταῦθα εἶπε, καὶ νῦν ἐστι. μὴ νομίσῃς, φησὶ, ταύτην τὴν προφητείαν ὡς μετὰ πολὺν γενήσεσθαι χρόνον. τὰ γὰρ πράγματα ἐφέστηκεν ἤδη καὶ ἐπὶ θύραις ἐστίν· ὅτε οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ προσκυνήσουσι τῷ πατρὶ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ. [a] Εἰπὼν ἀληθινοὺς, συνεξέβαλεν Σαμαρείταις Ἰουδαίους. εἰ γὰρ καὶ ἐκείνων ἀμείνους οὗτοι, ἀλλὰ τῶν μελλόντων ἐλάττους πολλῷ, καὶ τοσοῦτον, ὅσον ἀληθείας τύπος. λέγει δὲ περὶ τῆς ἐκκλησίας, ὅτι ἡ ἀληθὴς προσκύνησις καὶ θεῷ πρέπουσα αὕτη ἐστίν. καὶ γὰρ ὁ πατὴρ τοιούτους ζητεῖ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτόν. οὐκοῦν εἰ [b] τούτους πάλαι ἐζήτει, οὐ βουλόμενος ἐκείνοις συνεχώρησε τὸν τρόπον, ἀλλὰ συγκαταβαίνων, καὶ διὰ τοῦτο ἵνα καὶ τούτους εἰσαγάγῃ. τίνες οὖν εἰσιν οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταί; οἱ μήτε τόπῳ περικλείοντες τὴν λατρείαν, καὶ θεὸν ἐν πνεύματι θεραπεύοντες· καθὼς καὶ ὁ Παῦλός φησιν, ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. καὶ πάλιν· παρακαλῶ ὑμᾶς παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, εὐάρεστον τῷ θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν. ὅταν δὲ εἴπῃ· πνεῦμα ὁ θεὸς, οὐδὲν ἄλλο δηλοῖ, ἢ τὸ ἀσώματον. δεῖ τοίνυν τοῦ ἀσωμάτου καὶ τὴν λατρείαν τοιαύτην εἶναι, καὶ διὰ τοῦ ἐν ἡμῖν ἀσωμάτου προσφέρεσθαι· τουτέστι, διὰ τῆς ψυχῆς καὶ τῆς τοῦ νοῦ καθαρότητος. διό φησι· καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. ἐπειδὴ γὰρ καὶ ἐκεῖνοι καὶ οἱ Ἰουδαῖοι τῆς μὲν ψυχῆς ἠμέλουν, πολλὴν δὲ [c] περὶ τὸ σῶμα σπουδὴν ἐποιοῦντο, καθαίροντες αὐτὸ παντοδαπῶς, φησὶν ὅτι οὐ τῇ τοῦ σώματος

A existimatione abduxit dicens, *Crede mihi, mulier*, &c. adjicit, *Quia salus a Judæis est*; hoc est, vel quod hinc orbi bona collata sint: nam Dei cognitio idolorumque reprobatio hinc ortum habuit, necnon & alia omnia dogmata, & vester cultus licet non rectus sit; a Judæis enim ortum habuit. Vel hæc ergo, vel adventum suum salutem vocat. Imo vero non aberraverit quispiam si dicat hæc ambo salutem esse, eam scilicet quam ex Judæis esse dicit; quod Paulus subindicans dicebat, *Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus*. Rom. 9. 5.
B Viden' quomodo vetus prædicet testamentum ac bonorum radicem esse declaret, & se nullo modo contrarium esse legi? Siquidem ex Judæis bonorum causam omnium esse dicit: 23. *Sed venit hora & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem.* Vobis præstantiores sumus, o mulier, inquit, in adorandi modo: verum hic cultus deinceps finem habebit: non enim locus tantum, sed etiam modus colendi mutabitur: & hæc ad januam sunt. *Venit* enim *hora & nunc est*.

C 2. Quia enim prophetæ multo ante tempore loquuti sunt, id hoc loco tollens dicit, *& nunc est*. Ne putes, inquit, hanc prophetiam post multum tempus implendam esse: res enim instat, & in januis est, *quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate.* Cum dixit veros, cum Samaritanis Judæos repulit; etiamsi enim illi sint his meliores; venturis tamen longe sunt inferiores, & quantum veritas figura melior est. De Ecclesia vero loquitur, quia vera Deoque consentanea adoratio illa ipsa est. *Nam Pater tales quærit adoratores.* Joan. 4. 23. Ergo si tales quærebat: non ex voluntate pro-
D pria illis olim talem concessit modum, sed ex indulgentia, ut hos etiam introduceret. Quinam ergo sunt veri adoratores? Qui cultum non loco circumscribunt, ac Deum in spiritu colunt, sicut & Paulus ait: *Cui servio in spiritu meo, in Evangelio filii ejus*; & iterum, *Obsecro vos, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.* Adoratores veri qui. Rom. 12. 1. Cum autem dicit, 24. *Spiritus est Deus*, nihil aliud quam incorporeum significat. Oportet igitur incorporei cultum etiam talem esse, & per id quod incorporeum in nobis est
E offerri; id est, per animam & per mentis puritatem. Idcirco ait: *Et adoratores ejus in spiritu & veritate oportet adorare.* Cum enim & illi & Judæi animam negligerent, multamque corporis curam gererent, ipsumque omnimode purgarent, dicit non corporis puritate, sed

a Alii, εἰπών, ἀληθείᾳ οὐ συνεξέβαλε.
b Morel. τούτους, Savil. τοιούτους.
c Morel. περὶ τοῦ σώματος.

illo quod incorporeum in nobis est, scilicet mente, incorporeum esse colendum. Ne itaque oves & vitulos, sed teipsum offer Deo in holocaustum: hoc est enim hostiam viventem exhibere. In veritate namque adorare oportet. Ut priora typus erant, nempe circumcisio, holocausta, sacrificia, incensum; nunc certe non item; sed omnia veritas. Non enim caro circumcidenda, sed malignæ cogitationes, ac seipsum crucifigere oportet, absurdasque concupiscentias tollere & immolare. Hæc mulieri obscura visa sunt: dictorum sublimitatem non assequuta illa, & hærens, audi quid dicat: 25. *Scio quia venit Messias qui dicitur Christus: Cum venerit ille, annunciabit nobis omnia.* 26. *Dicit ei Jesus: Ego sum qui loquor tecum.* Et unde Christi adventum exspectabant Samaritani, qui solum Moysem recipiebant? Ex ipsis Moysis scriptis. Nam in principio Filium revelavit. Illud enim: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, ad Filium dictum fuerat; & Abrahamo in tabernaculo Filius loquitur; & Jacob de illo prophetice prædicit: *Non deficiet princeps de Juda, nec dux de femoribus ejus, donec veniat is cui repositum est, & ipse exspectatio gentium.* Ipse quoque Moyses ait: *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus de fratribus vestris, sicut me; ipsum audietis.* Item quæ de serpente, de virga Moysis, de Isaac & de ove, multaque alia, quis colligere possit, quæ adventum illius prædicebant. Et cur, inquies, his Christus non usus est ut mulieri suaderet; sed Nicodemo serpentem protulit, Nathanaëli prophetias commemoravit; huic vero nihil simile dixit? Cur & qua de causa? Quia illi viri erant, qui in his versabantur rebus; hæc vero mulier inops, rudis, Scripturarum expers. Ideoque non illa mulierem alloquens adhibet; sed ex aqua exque prophetia illam attrahit, ac per illa Christum in memoriam revocat, ac seipsum demum revelat. Quæ si initio non quærenti mulieri dixisset, visus fuisset ei delirare & futilia loqui. Nunc autem paulatim illi memoriam revocans, opportune sese revelat. Et quidem Judæis sæpe dicentibus, *Usquequo animam nostram tollis? Dic nobis si tu es Christus.* His non clare respondit; huic vero manifeste dixit se Christum esse: nam melius affecta mulier erat, quam Judæi. Illi enim non ad discendum quærebant, sed ut ipsum semper traducerent. Nam si discere voluissent, satis fuisset doctrina verborum, Scripturarum, signorum. Illa vero simplici mente & sincero affectu loquebatur, ut palam est ex iis quæ postea fecit. Nam audivit & credidit, & alios ad credendum induxit; in omnibusque videre est mulieris diligentiam &

Gen. 1. 26.
Gen. 49. 10.
Deut. 18. 15.
Joan. 10. 24.

A καθαρότητι, ἀλλὰ τῷ ἐν ἡμῖν ἀσωμάτῳ· τουτέστι, τῷ νῷ, ὁ ἀσώματος θεραπεύεται. μὴ τοίνυν πρόβατα καὶ μόσχους, ἀλλ᾽ ὅλον σαυτὸν ἀνάθες τῷ θεῷ καὶ ὁλοκαύτωσον· τοῦτο γάρ ἐστι θυσίαν ζῶσαν παραστῆσαι. ἐν γὰρ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. ὡς τά γε πρότερα τύπος ἦν, ἡ περιτομή, τὰ ὁλοκαυτώματα, τὰ θύματα, τὰ θυμιάματα· νυνὶ δὲ, οὐκέτι· ἀλλ᾽ ἀλήθεια τὸ πᾶν. οὐ γὰρ σάρκα, ἀλλὰ πονηροὺς δεῖ περικόπτειν λογισμούς, καὶ σταυροῦν ἑαυτόν, καὶ τὰς ἀλόγους ἀναιρεῖν ἐπιθυμίας καὶ κατασφάττειν. ἰλιγγίασεν ἡ γυνὴ πρὸς τὰ λεχθέντα, καὶ ἀπηγόρευσε πρὸς τὸ ὕψος τῶν εἰρημένων, καὶ καμνοῦσα ἄκουσον τί φησιν· οἶδα ὅτι ἔρχεται
B Μεσσίας ὁ λεγόμενος Χριστός· ὅταν ἔλθῃ ἐκεῖνος, ἀναγγελεῖ ἡμῖν πάντα. λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· ἐγώ εἰμι ὁ λαλῶν σοι. καὶ πόθεν Σαμαρεῖται τὸ προσδοκᾶν τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, τὸν Μωσέα δεξάμενοι μόνον; ἀπ᾽ αὐτῶν τῶν Μωσέως γραμμάτων. καὶ γὰρ ἐν ἀρχῇ τὸν υἱὸν ἀπεκάλυψε· τὸ γὰρ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν ἡμετέραν, πρὸς τὸν υἱὸν εἴρηται. καὶ τῷ Ἀβραὰμ ἐν τῇ σκηνῇ αὐτός ἐστιν ὁ διαλεγόμενος. καὶ ὁ Ἰακὼβ περὶ αὐτοῦ προφητεύων ἔλεγεν· οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ὃ
C ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Μωσῆς φησι· προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει κύριος ὁ θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε. καὶ τὰ κατὰ τὸν ὄφιν, καὶ τὰ κατὰ τὴν ῥάβδον τοῦ Μωσέως, καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰσαὰκ καὶ τὸ πρόβατον, καὶ πολλὰ ἕτερα ἐνῆν βουλομένοις ἐκλέγειν τὴν παρουσίαν αὐτοῦ ἀνακηρύττοντα. καὶ τί δή ποτε, φησὶν, οὐκ ἀπὸ τούτων ἐνῆγε τὴν γυναῖκα ὁ Χριστός, ἀλλὰ τῷ μὲν Νικοδήμῳ τὸν ὄφιν εἰς μέσον ἤγαγεν, καὶ τῷ Ναθαναὴλ προφητείας ἀνέμνησεν· ταύτῃ δὲ οὐδὲν τοιοῦτον εἶπεν; τίνος οὖν ἕνεκεν καὶ διατί; ὅτι ἐκεῖνοι μὲν ἄνδρες ἦσαν, καὶ ἐν τούτοις ἐστρέφοντο· αὕτη δὲ γυνὴ πενιχρά, καὶ ἀμαθής, καὶ γραφῶν ἄπει-
D ρος. διὰ τοῦτο αὐτῇ οὐκ ἀπὸ τούτων διαλέγεται· ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ ὕδατος καὶ τῆς προρρήσεως αὐτὴν ἐπισπᾶται, καὶ διὰ τούτων εἰς μνήμην ἄγει τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐκκαλύπτει λοιπὸν ἑαυτόν. ὅπερ ἂν εἰ παρὰ τὴν ἀρχὴν μὴ ζητησάσῃ τῇ γυναικὶ εἶπεν, ἔδοξεν ἂν αὐτῇ ληρεῖν καὶ εἰκῆ φθέγγεσθαι. νῦν δὲ κατὰ μικρὸν αὐτὴν ἐπὶ τὴν [a] μνήμην ἄγων, εὐκαίρως ἑαυτὸν ἀπεκάλυψε. καὶ τοῖς μὲν Ἰουδαίοις συνεχῶς λέγουσιν, ἕως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις; εἰπὲ ἡμῖν, εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστός· [b] τούτοις μὲν οὐκ ἀπεκρίνατο σαφῶς, ταύτῃ δὲ εἶπε φανερῶς αὐτὸς
E εἶναι. εὐγνωμονεστέρα γὰρ ἦν ἡ γυνὴ τῶν Ἰουδαίων. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ οὐχ ὑπὲρ τοῦ μαθεῖν ἐζήτουν, ἀλλ᾽ ὑπὲρ τοῦ κωμῳδεῖν αὐτὸν ἀεί. εἰ γὰρ ἐβούλοντο μαθεῖν, ἱκανὴ καὶ ἡ διὰ τῶν ῥημάτων, καὶ ἡ διὰ τῶν γραφῶν, καὶ ἡ διὰ τῶν σημείων διδασκαλία ἦν. αὕτη δὲ ἐξ ἀδεκάστου γνώμης καὶ ἁπλῆς διανοίας ἐφθέγγετο ἅπερ ἐφθέγγετο· καὶ δῆλον ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα ὑπ᾽ αὐτῆς γενομένων. καὶ γὰρ ἤκουσε καὶ ἐπίστευσεν, καὶ ἄλλους ἐπὶ τοῦτο ἐσαγήνευσεν· καὶ πανταχοῦ τῆς γυναικὸς ἔστιν ἰδεῖν τὸ ἠκριβωμένον καὶ τὸ

a Savil. μνήμην ἄγων. Morel. ἀγαγών.

b Morel. τοῦτο μέν.

πιστόν.

πιστόν. καὶ ἐπὶ τούτῳ ἦλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. σφόδρα εἰς καιρὸν ἀπήντησαν τῆς διδασκαλίας ἀπαρτισθείσης, καὶ ἐθαύμαζον ὅτι μετὰ γυναικὸς ἐλάλει. οὐδεὶς μέντοι εἶπεν, τί ζητεῖς, ἢ τί λαλεῖς μετ' αὐτῆς;

Τί δὲ ἐθαύμαζον; τὸ ἄτυφον, τὸ ταπεινὸν μεθ' ὑπερβολῆς· ὅτι οὕτω περίβλεπτος ὤν, ἠνείχετο μετὰ τοσαύτης ταπεινοφροσύνης γυναικὶ διαλέγεσθαι πενιχρᾷ καὶ Σαμαρείτιδι. ἀλλ' ὅμως καὶ ἐκπλαγέντες οὐκ ἠρώτησαν τὴν αἰτίαν· οὕτως ἦσαν πεπαιδευμένοι τὴν τῶν μαθητῶν τάξιν διατηρεῖν. οὕτως αὐτὸν ἐδεδοίκεισαν καὶ ᾐδοῦντο. εἰ γὰρ καὶ μηδέπω τὴν ἀξίαν περὶ αὐτοῦ δόξαν εἶχον, ἀλλ' ὅμως ὡς θαυμαστῷ τινι προσεῖχον, καὶ πολλὴν αὐτῷ ἀπένεμον τὴν αἰδῶ. καίτοιγε πολλαχοῦ φαίνονται πολλὰ παῤῥησιαζόμενοι· οἷον ὅταν ὁ Ἰωάννης ἐπιπίπτῃ αὐτοῦ τῷ στήθει· ὅταν αὐτῷ προσιόντες λέγουσι, Τίς μείζων ἐστὶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν; ὅταν οἱ υἱοὶ Ζεβεδαίου παρακαλῶσιν, ἵνα εἷς ἐκ δεξιῶν καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων καθίσῃ. τίνος οὖν ἕνεκεν ἐνταῦθα οὐκ ἠρώτησαν; ὅτι ἐκεῖνα μὲν πάντα ὡς εἰς αὐτοὺς ἀνήκοντα ἀνάγκην εἶχον ἐξετάζειν· ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν αὐτοὺς τοσοῦτον διέφερε τὸ γινόμενον. καὶ Ἰωάννης δὲ μετὰ πολὺν χρόνον τοῦτο ἐποίησε πρὸς αὐτῷ τῷ τέλει, ὅτε πλείονος ἀπήλαυσε παῤῥησίας, καὶ ἐθάῤῥει τῇ ἀγάπῃ τοῦ Χριστοῦ· οὗτος γὰρ ἦν, φησιν, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς. τί τούτου τοῦ μακαρισμοῦ γένοιτ' ἂν ἴσον; ἀλλὰ μὴ μέχρι τούτου στῶμεν, ἀγαπητοὶ, τοῦ μακαρίζειν τὸν ἀπόστολον, ἀλλ' ὥστε καὶ τῶν μακαριζομένων γενέσθαι πάντα πράττωμεν, καὶ μιμησώμεθα τὸν εὐαγγελιστὴν, καὶ ἴδωμεν τίνα ἦν ἃ τὴν ἀγάπην ἐποίησε [a] τὴν τοσαύτην. τίνα οὖν ἦν ταῦτα; ἀφῆκε πατέρα καὶ πλοῖον, καὶ δίκτυον, καὶ ἠκολούθησε τῷ Ἰησοῦ· ἀλλὰ τοῦτο κοινὸν αὐτῷ καὶ πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἦν καὶ πρὸς Πέτρον καὶ Ἀνδρέαν, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους τῶν ἀποστόλων. τί δὴ οὖν τὸ ἐξαίρετον ἦν, ὃ πολλὴν τὴν ἀγάπην ἐποίησεν; αὐτὸς μὲν γὰρ περὶ ἑαυτοῦ οὐδὲν τοιοῦτόν φησιν· ἀλλ' ἢ ὅτι ἠγαπᾶτο μόνον· τὰ δὲ κατορθώματα αὐτοῦ δι' ἃ ἠγαπᾶτο, ἀπεσιώπησε μετριάζων. ὅτι γὰρ αὐτὸν ἐξαίρετόν τινα ἀγάπην ἠγάπησε, παντί που δῆλον ἦν· ἀλλ' ὅμως οὐδὲ διαλεγόμενος, οὐδὲ ἐρωτῶν φαίνεται κατιδίαν αὐτὸν, καθὼς Πέτρος πολλάκις, καθὼς Φίλιππος, καθὼς Ἰούδας καὶ Θωμᾶς· ἀλλ' ὅτε τῷ συναποστόλῳ χαρίσασθαι καὶ ὑπακοῦσαι ἠθέλησε, [b] τότε μόνον. ὅτε γὰρ ὁ κορυφαῖος αὐτὸν ἠνάγκασε τῶν ἀποστόλων νεύσας, τότε ἠρώτησεν. πολλὴν γὰρ οὗτοι πρὸς ἀλλήλους εἶχον ἀγάπην. οὕτω γοῦν καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν ὁμοῦ φαίνονται ἀναβαίνοντες καὶ κοινῇ δημηγοροῦντες. καίτοιγε ὁ Πέτρος θερμότερον [c] πολλαχοῦ καὶ κινεῖται καὶ φθέγγεται· καὶ πρὸς τῷ τέλει δὲ ἀκούει τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· Πέτρε, φιλεῖς με πλέον τούτων; ὁ δὲ πλέον τούτων ἀγαπῶν, εὔδηλον ὅτι ἠγαπᾶτο. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐκ τοῦ ἀγαπᾶν τὸν Ἰησοῦν· ἐκεῖνο δὲ ἐκ τοῦ ἀγαπᾶσθαι παρὰ τοῦ Ἰησοῦ δῆλον ἐγένετο. τί οὖν ἐστιν, ὃ τὴν

fidem. 27. *Et continuo venerunt diſcipuli ejus.* Tempeſtive advenerunt, cum doctrina jam perfecte tradita eſſet. *Et mirabantur quod cum muliere loqueretur; nemo tamen dixit, Quid quæris, aut quid loqueris cum ea?*

3. Quid mirabantur? Facilitatem, humilitatem tantam; quod tam conſpicuus cum eſſet, eo ſe demittere dignaretur, ut mulierem inopem, Samaritanam alloqueretur. Attamen licet ſtupefacti, cauſam non quæſierunt; ita nempe inſtituti erant, ut diſcipulorum ſemper ordinem tenerent; ita ipſum timebant ac reverebantur. Etiamſi enim nondum dignam ejus exiſtimationem haberent, at quaſi admirandum quemdam virum ipſum ſuſpiciebant obſervabantque. Attamen ſæpe audentiores viſi ſunt, ut cum Joannes ſupra pectus ejus recubuit; & cum acceſſerunt ad eum dicentes, *Quis major eſt in regno cælorum?* cum filii Zebedæi rogant ut alter a dextris, alter a ſiniſtris ſedeat. Cur ergo hic non interrogarunt? Quia tunc cum de rebus ſuis ageretur, neceſſario ſciſcitabantur; hic autem res nihil ad eos pertinebat. Joannes autem multo poſt tempore hoc facere ſolebat, quando Chriſti erga ſe dilectione fretus, magis fidebat. *Hic enim erat*, inquit, *quem diligebat Jeſus.* Quid huic beatitudini par? Verum non hic gradum ſiſtamus, dilecti, ut Apoſtolum beatum prædicemus; ſed nihil non agamus ut in beatorum numero accenſeamur; imitemur Evangeliſtam, & videamus quid cauſæ fuerit, quod tantam ſibi Chriſti dilectionem attraheret. Quænam cauſa fuit? Patrem reliquit & naviculam & rete, & Jeſum ſequutus eſt. Verum hoc illi commune cum fratre ſuo erat, itemque cum Petro & Andrea, & cum cæteris Apoſtolis. Quid ergo eximium habuit, quod tantam ipſi dilectionem conciliaret? Ille de ſeipſo nihil hujuſmodi dixit, niſi ſolum quod diligeretur; cauſam vero cur diligeretur modeſte tacuit. Quod enim eximie a Chriſto diligeretur omnibus palam erat: attamen non obſervamus ipſum alloquentem, ac ſeorſim ſciſcitantem, ut fecit ſæpe Petrus, ut Philippus, ut Judas, ut Thomas; niſi tantum ſemel in gratiam Coapoſtoli ſui rogantis ſe: nam innuente Apoſtolorum coryphæo, tunc neceſſario interrogavit; hi enim mutuo ſe amore diligebant. Sic in templum ſimul aſcendiſſe, ſimul concionatos eſſe narratur. Atqui Petrus tamen ardentius ſæpe & movetur & loquitur: ac demum Chriſtum dicentem audit: *Petre, amas me plus his?* Qui vero plus cæteris diligebat, procul dubio diligebatur. Verum alterum ex amore erga Jeſum; alterum ex amore Jeſu erga illum palam erat. Quid ergo illi hunc

Matth. 18. 1.
Marc. 10. 35.
Joan. 19. 26.
Petrus Apoſtolorum coryphæus.
Joan. 21. 15.

a Savil. τὴν τοσαύτην. Morel. τὴν περὶ αὐτὸν τοσαύτην.
b Alii, τοῦτο μόνον.
c Morel. πανταχοῦ, Savil. πολλαχοῦ.

eximium amorem conciliavit? Videtur mihi ille modestiam & mansuetudinem magnam exhibuisse: quapropter sæpe non ita libere & fidenter agere deprehenditur. Hæc quanta sit virtus, ex Moyse arguitur: nam hæc illum talem & tantum effecit. Nihil enim par humilitati est. Ideo hinc beatitudines Christus incepit. Nam quasi ædificii maximi fundamentum jacturus, humilitatem primam posuit. Nemo quippe potest absque illa salutem consequi; sed etiamsi quis jejunaverit, etiamsi precatus sit eleemosynamque erogarit, si id superbe faciat, hæc omnia abominanda sunt; ut contra si adsit humilitas, omnia optabilia amabiliaque sunt & cum securitate exercentur. Modeste igitur agamus, dilecti, modeste agamus: certe facilis hæc virtus est, si vigilemus. Quid tandem illud est, mi homo, quod te in arrogantiam extollit? Annon vides naturæ vilitatem? voluntatem ad lapsum pronam? Cogita mortem tuam, peccatorum multitudinem. Verum fortassis ob multa præclare gesta altum sapis? Hoc ipso omnia amittes. Quapropter non tam peccator, quam virtutis sectator modestiæ operam dare debet. Quare? Quia ille ex conscientia ad id cogitur; hic vero nisi admodum vigilet, cito ceu a vento quopiam abripitur & evanescit, sicut Pharisæus ille. Sed pauperibus erogas? Verum non tua, sed ea quæ Domini sunt, quæ sunt conservis communia. Ideoque humiliter sentiendum, dum in contribulium calamitatibus, quæ tibi instent prævides, & naturæ tuæ conditionem in aliis edisces. Fortasse nos talibus orti sumus progenitoribus. Quod si divitiæ ad nos transiere, illas haud dubie relinquemus. Quid vero sunt divitiæ? Umbra inanis, fumus evanescens, flos fœni, imo flore sunt viliores. Cur de fœno altum sapis? Nonne & furibus, & mollibus, & meretricibus & sepulcrorum effossoribus divitiæ accedunt? Ideone intumescis quod tales opum consortes habeas? Sed honoris cupidus es? Verum nihil ad honorem opportunius eleemosyna. Nam honores ex divitiis & potentia parti, coacti sunt & odiosi; hi vero ex arbitrio & conscientia honorantium prodeunt, quos ne ii quidem qui honorant de medio tollere possunt. Quod si homines tantam erga eleemosynam erogantes reverentiam habent, & omnia ipsis bona apprecantur: cogita quantam a benigno Deo mercedem accepturi sint, quam retributionem. Has ergo quæramus divitias semper manentes, nunquam fugientes; ut & in hac vita magni, & in illa conspicui simus, atque æterna consequamur bona; gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, quîcum Patri gloria, unaque Spiritui sancto nunc & semper & in sæcula sæculorum, amen.

Humilitas fundamentum virtutum.

Divitiarum vanitas.

Eleemosyna commendatur.

a Alii, μεγίστην οἰκοδομῆς.
b Savil βδελυκτὰ ταῦτα.
c Alii, φρονεῖς σεαυτῷ. τούτῳ μὲν, τούτῳ πάντα. Paulopost Morel. ἁμαρτάνοντα, Savil. ἁμαρτόντα.

A ἐξαίρετον ἀγάπην ἐποίησεν; ἐμοὶ δοκεῖ πολλὴν τὸν ἄνδρα ἐπιείκειαν ἐπιδείκνυσθαι καὶ πραότητα. διόπερ οὐδὲ παῤῥησιαζόμενος πολλαχοῦ φαίνεται. τοῦτο δὲ ἡλίκον ἐστὶν, ἀπὸ τοῦ Μωσέως δῆλον. καὶ γὰρ ἐκεῖνον τοσοῦτον καὶ τηλικοῦτον τοῦτο εἰργάσατο. οὐδὲν γὰρ ταπεινοφροσύνης ἴσον. διὰ τοῦτο τῶν μακαρισμῶν ἐντεῦθεν ἤρξατο ὁ Χριστός. ὥσπερ γάρ τινα θεμέλιον καὶ κρηπῖδα a μεγίστης οἰκοδομῆς καταβάλλεσθαι μέλλων, οὕτως τὴν ταπεινοφροσύνην πρώτην ἔθηκεν. οὐ γάρ ἐστιν οὐκ ἔστιν ταύτης σωθῆναι χωρίς· ἀλλὰ κἂν νηστεύῃ τις, κἂν εὔχηται, κἂν ἐλεημοσύνην ποιῇ μετὰ ἀπονοίας, b βδελυκτὰ

B πάντα, ταύτης μὴ παρούσης, ὥσπερ οὖν ποθεινὰ καὶ ἐπέραστα παρούσης, καὶ μετὰ ἀσφαλείας πάντα γίνεται. μετριάζωμεν τοίνυν, ἀγαπητοὶ, μετριάζωμεν. καὶ γὰρ σφόδρα ῥᾴδιον τὸ κατόρθωμα ἐὰν νήφωμεν. τί γὰρ ὅλως ἐστὶ τὸ πρὸς ἀπόνοιάν σε ἐπαῖρον, ἄνθρωπε; οὐχ ὁρᾷς τὸ τῆς φύσεως εὐτελές; τὸ τῆς προαιρέσεως τὸ εὐόλισθον; ἐννόησον σαυτοῦ τὴν τελευτήν. ἐννόησον τῶν ἁμαρτημάτων τὸ πλῆθος. ἀλλ' ἴσως πολλὰ κατορθῶν μέγα c φρονεῖς; αὐτῷ μὲν οὖν τούτῳ πάντα ἀπολεῖς. διόπερ οὐχ οὕτω τὸν ἁμαρτάνοντα, ὡς τὸν κατορθοῦντα σπουδάζειν χρὴ μετριάζειν. τί δή ποτε;

C ὅτι ὁ μὲν ἔχει τὴν ἀνάγκην τοῦ συνειδότος· ὁ δὲ ἂν μὴ σφόδρα νήφῃ, ταχέως ὥσπερ ὑπό τινος πνεύματος ἀναῤῥιπισθεὶς, αἴρεταί τε καὶ ἀφανίζεται καθάπερ ὁ Φαρισαῖος. ἀλλὰ πένησι παρέχεις; ἀλλ' οὐ τὰ σὰ, ἀλλὰ τὰ τοῦ δεσπότου, τὰ κοινὰ τῶν ὁμοδούλων. καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα ταπεινοῦσθαι χρὴ, ἐν ταῖς τῶν ὁμογενῶν συμφοραῖς τὰ ἑαυτοῦ προορῶντα, καὶ τὴν οἰκείαν φύσιν ἐν ἐκείνοις μανθάνοντα. ἴσως καὶ ἡμεῖς τοιούτων ἦμεν προγόνων. εἰ μετέστη πρὸς ἡμᾶς ὁ πλοῦτος, d ἀλλ' εἰκὸς αὐτὸν καὶ καταλιπεῖν πάλιν ἡμᾶς. τί δὲ ὅλως καὶ ὁ πλοῦτός ἐστιν; σκιὰ ἀδρανὴς, καπνὸς διαλυόμενος, ἄνθος χόρτου, μᾶλλον δὲ, καὶ ἄνθους εὐτελέ-

D στερος. τί οὖν ἐπὶ χόρτῳ μέγα φρονεῖς; οὐχὶ καὶ λῃσταῖς παραγίνεται πλοῦτος καὶ μαλακοῖς, καὶ πόρναις, καὶ τυμβωρύχοις; τοῦτο οὖν σε ἐπαίρει, ὅτι τοιούτους ἔχεις κοινωνοὺς τοῦ κτήματος; ἀλλὰ τιμῆς ἐρᾷς; ἀλλ' οὐδὲν εἰς τιμῆς λόγον ἐλεημοσύνης ἐπιτηδειότερον. ἐκεῖναι μὲν γὰρ αἱ τιμαὶ κατηναγκασμέναι εἰσὶν καὶ μετὰ μίσους, αἱ τοῦ πλούτου καὶ τῆς δυναστείας, αὗται δὲ ἐκ προαιρέσεως καὶ ἀπὸ συνειδότος τῶν τιμώντων. διόπερ οὐδὲ ἐκβάλλειν αὐτὰς δύνανταί ποτε οἱ τιμῶντες. εἰ δὲ ἄνθρωποι ταύτην τοῖς ἐλεημοσύνης ἀπονέμουσι τὴν αἰδῶ, καὶ πάντα αὐτοῖς συνεύχονται τὰ ἀγαθὰ, ἐννόησον πηλίκην παρὰ τοῦ φι-

E λανθρώπου θεοῦ λήψονται τὴν ἀντίδοσιν, οἵαν τὴν ἀμοιβήν. τοῦτον τοίνυν ζητῶμεν τὸν πλοῦτον, τὸν ἀεὶ μένοντα, καὶ μηδέποτε δραπετεύοντα· ἵνα καὶ ἐνταῦθα μεγάλοι καὶ ἐκεῖ γενόμενοι λαμπροὶ, τῶν αἰωνίων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

d ἀλλ' εἰκὸς αὐτὸν καὶ καταλιπεῖν πάλιν ἡμᾶς. Vocis εἰκὸς non vulgaris hic usus est. Nam ἀλλ' εἰκὸς, ut plurimum significat, *sed fortassis, sed verisimile est*: hic vero, *sed haud dubie, sed necessario.*

A

ΟΜΙΛΙΑ λδ'.

Ἀφῆκεν οὖν τὴν ὑδρίαν αὐτῆς ἡ γυνὴ, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν πόλιν, καὶ λέγει τοῖς ἀνθρώποις· Δεῦτε, ἴδετε ἄνθρωπον, ὃς εἶπέ μοι πάντα ὅσα ἐποίησα· μήτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός;

a ΠΟΛΛΗΣ ἡμῖν θερμότητος δεῖ καὶ σπουδῆς διεγηγερμένοις. ταύτης γὰρ ἄνευ [a] οὐκ ἔνεστι τυχεῖν τῶν ἐπηγγελμένων ἡμῖν ἀγαθῶν. καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Χριστός φησι, νῦν μέν· ἐὰν μή τις ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καὶ ἀκολουθήσῃ μοι, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· νῦν δὲ, πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη; δι' ἀμφοτέρων τούτων τὸν διακαῆ καὶ πεπυρωμένον μαθητὴν καὶ πρὸς πάντα κίνδυνον παρεσκευασμένον ἡμῖν παραστῆσαι βουλόμενος. τοιαύτη τις ἦν καὶ αὕτη ἡ γυνή. οὕτω γὰρ ὑπὸ τῶν εἰρημένων ἀνήφθη, ὡς καὶ τὴν ὑδρίαν ἀφεῖναι καὶ τὴν χρείαν δι' ἣν παρεγένετο, καὶ δραμοῦσαν εἰς τὴν πόλιν πάντα τὸν δῆμον ἑλκῦσαι πρὸς τὸν Ἰησοῦν. δεῦτε γάρ, φησι, καὶ ἴδετε ἄνθρωπον, ὃς εἶπέ μοι πάντα ὅσα ἐποίησα. σκόπει σπουδὴν καὶ σύνεσιν. ἦλθεν ὑδρεύσασθαι· καὶ ἐπειδὴ τῆς ἀληθινῆς πηγῆς ἐπέτυχε, κατεφρόνησε λοιπὸν τῆς αἰσθητῆς, διδάσκουσα ἡμᾶς, εἰ καὶ διὰ μικροῦ παραδείγματος, ἀλλ' ὅμως ἐν τῇ τῶν πνευματικῶν ἀκροάσει πάντων ὑπεροραν τῶν βιωτικῶν, καὶ b μηδένα λόγον [b] αὐτῶν ποιεῖσθαι, κατὰ γὰρ τὴν ἰδίαν δύναμιν, ὅπερ οἱ ἀπόστολοι ἐποίησαν, καὶ αὕτη πεποίηκε μειζόνως. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ οἱ κληθέντες ἀφῆκαν τὰ δίκτυα· αὕτη δὲ αὐτομάτως οὐδενὸς παραγγείλαντος, ἀφίησι τὴν c ὑδρίαν καὶ εὐαγγελιστῶν ἔργον ποιεῖ [c] ὑπὸ τῆς χαρᾶς ἀναπτερωθεῖσα. καὶ οὐχ ἕνα καλεῖ καὶ δεύτερον καθάπερ Ἀνδρέας καὶ Φίλιππος, ἀλλὰ πόλιν ὁλόκληρον ἀνα- d στήσασα καὶ δῆμον τοσοῦτον, οὕτω πρὸς αὐτὸν [d] ἤγαγε. καὶ σκόπει πῶς συνετῶς λέγει. οὐ γὰρ εἶπε, δεῦτε ἴδετε τὸν Χριστὸν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ μετὰ συγκαταβάσεως, μεθ' ἧς καὶ ὁ Χριστὸς αὐτὴν ἐσαγήνευσεν, ἐπισπᾶται τοὺς ἄνδρας. δεῦτε γὰρ ἴδετε ἄνθρωπον, φησιν, ὃς εἶπέ μοι πάντα ὅσα ἐποίησα. καὶ οὐκ ᾐσχύνθη εἰπεῖν, ὅτι εἶπέ μοι πάντα ὅσα ἐποίησα. καίτοιγε ἐνῆν εἰπεῖν ἑτέρως· δεῦτε, ἴδετε προφητεύοντα· ἀλλ' ὅταν πυρωθῇ ψυχὴ τῷ πυρὶ τῷ θείῳ, πρὸς οὐδὲν τῶν ἐν τῇ γῇ λοιπὸν ὁρᾷ, οὐ πρὸς δόξαν, οὐ πρὸς αἰσχύνην· ἀλλ' ἑνός ἐστι μόνου τῆς κατεχούσης αὐτὴν φλογός. μήτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός; ὅρα πάλιν σοφίαν πολλὴν γυναικός· οὔτε ἀπεφήνατο σαφῶς, οὔτε ἐσίγησεν. ἐβούλετο γὰρ οὐκ ἐκ τῆς οἰκείας ἀποφάσεως εἰσάγειν αὐτοὺς, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀκροάσεως τῆς ἐκείνου τῆς ψήφου ταύτης ποιῆσαι κοινωνούς· ὃ μᾶλλον εὐπαράδεκτον ἐποίει τὸν λόγον. καίτοι οὐ πάντα αὐτῆς τὸν βίον ἐξήγγειλεν, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν εἰρημένων καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἐπέπειστο. καὶ οὐκ εἶπε, δεῦτε, πι-

HOMILIA XXXIV.

28. *Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in civitatem, & dixit hominibus : 29. Venite, videte hominem, qui dixit mihi quæcumque feci. Numquid ipse est Christus?*

1. MULTO nos fervore oportet, multo excitari studio; alioquin promissa bona consequi non poterimus, quod significans Christus modo quidem ait, *Si quis non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus*; modo autem, *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut accendatur?* Utroque dicto, ferventem incensumque discipulum nobis, & ad omnia subeunda pericula paratum significat. Talis erat & hæc mulier: ita enim verbis Christi incensa est, ut relicta hydria & aqua, cujus gratia eo concesserat, & in urbem accurrens, universum populum ad Jesum traheret. *Venite*, inquit, *& videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci.* Vide studium, vide prudentiam; venerat ut aquam hauriret, & cum verum fontem invenisset, fontem sub sensum cadentem despexit, ut nos doceret, etsi exiguo exemplo, spirituali doctrinæ intentos sæcularia omnia contemnere oportere, nullamque quantum in nobis est, illorum rationem habere: quod & Apostoli fecerunt, ipsa quoque, imo ferventius præstitit. Illi namque vocati, retia dimiserunt; hæc vero sponte sua, nullo præcipiente, relinquit hydriam & Evangelistarum officio fungitur, gaudio ipsi alas addente; neque unum aut alterum, ut Andreas & Philippus, sed universam commovet civitatem, & tantum populum ad Christum adducit. Et vide quam prudenter loquatur. Non dixit, Venite, videte Christum; sed cum eadem attemperatione qua Christus ipsam ceperat, illos allicit. *Venite*, inquit, *videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci*, nec puduit illam dicere, *dixit mihi omnia quæcumque feci*, etsi dicere potuisset, Venite, videte Prophetam. Verum cum anima divino igne succensa est, nihil ultra terrenum respicit, non famam, non infamiam; sed flammæ tantum ardore movetur. *Numquid ipse est Christus?* Animadverte iterum magnam mulieris sapientiam. Neque penitus affirmat, neque reticet. Volebat enim non ex opinione sua illos inducere; sed illo audito, ipsos suæ sententiæ consortes habere, unde res magis probabilis evasura erat. Atqui non totam vitam suam ipsi Christus declaraverat; sed ex dictis cæterorum quoque notitiam ipsum habere credidit. Nec dixit, Venite,

Fervore multo opus habent veri Christiani.

Matth. 10. 38.

Luc 12. 49.

a Morel. οὐδέν ἐστι. Savil. οὐκ ἔνεστι.
b Alii, αὐτῶν ἔχειν. Paulopost Morel. πεποίηκε μειζόνως. In Savil. μειζόνως in margine ponitur.
c Savil. ὑπὸ τῆς χαρᾶς, recte. Morel. ὑπὲρ τῆς χάριτος.
d Savil. ἤγαγε, Morel. ἠγάγετο.

credite; sed, *Venite, videte*, quod sane levius erat, & magis ipsos allicere poterat. Vidisti mulieris sapientiam? Sciebat enim, & plane sciebat, illo degustato fonte, idipsum illis eventurum esse quod sibi evenerat. Atqui alius crassioris ingenii, criminationem sibi factam obscurius dixisset; illa vero vitam suam declarat & in medium adducit, ut omnes attraheret caperetque. 31. *Interea rogabant eum discipuli ejus, dicentes: Rabbi, manduca.* Illud *rogabant*, idiomate suo hic significat, hortabantur. Videntes enim eum ex itinere & æstu defatigatum, hortabantur eum. Non enim ex petulantia, sed ex amore doctoris ad cibum sumendum pellebant. Quid ergo Christus? 32. *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis:* 33. *Dicebant ergo ad invicem: Numquid aliquis attulit ei manducare?* Quid ergo miraris si mulier aquam audiens, vere aquam esse arbitrabatur, quando discipuli pari sunt modo affecti, nihilque spirituale intelligunt; sed dubitant, dum doctori reverentiam & honorem pro more exhibent, ac mutuo colloquuntur, nec audent ab illo sciscitari? Hoc etiam alibi faciunt, dum interrogare cupientes, abstinent tamen. Quid ergo Christus? 34. *Meus cibus est ut faciam voluntatem ejus qui misit me, & perficiam opus ejus.* Hominum salutem hic cibum vocat, ostendens cum quanta cura nobis provideat. Ut enim nos cibum, ita ille nostram salutem desiderat. Audi vero quo pacto non ubique omnia cito revelet, sed primo auditorem in dubitationem conjiciat, ut postquam quærere incepit quid sit illud quod dicitur, cum dubitando laborat, libentius id quod quærebat expositum accipiat, & ad audiendum magis excitetur. Cur ergo non statim dixit, Meus cibus est ut faciam voluntatem Patris mei: quod etsi non omnino clarum, tamen clarius illo erat, quod jam dixerat. Sed quid? *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.* Primo igitur, ut dixi, ex dubitatione attentiores illos reddit, atque assuefacit, ut etiam per ænigmata, dicta intelligant. Quid autem sit voluntas Patris, deinceps explicat. 35. *Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis, Levate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem.*

Samaritanæ humilitas.

2. En rursum familiaribus verbis illos ad sublimium rerum contemplationem erigit: nam cum cibum dixit, nihil aliud quam futuram hominum salutem declaravit; ager rursum & messis hoc ipsum significant, animarum nempe multitudinem ad prædicantes excipiendos paratam. Oculos autem hic dicit & mentis & corporis. Nam videbant Samaritanorum turbam venientem, illorum vero

A γεύσατε· ἀλλὰ δεῦτε, ἴδετε, ὃ τούτου [a] κουφότερον ἦν, καὶ μᾶλλον αὐτοὺς ἐφείλκετο. εἶδες τῆς γυναικὸς τὴν σοφίαν; ᾔδει γὰρ ᾔδει σαφῶς, ὅτι γευσάμενοι μόνον τῆς πηγῆς ἐκείνης, τὰ αὐτὰ πείσονται ἅπερ καὶ αὐτή. καίτοιγε εἴ τις τῶν ἄλλων ἦν τῶν παχυτέρων, καὶ συνεσκίασεν ἂν τὸν ἔλεγχον· αὕτη δὲ ἐκπομπεύει τὸν ἑαυτῆς βίον καὶ εἰς μέσον προτίθησιν, ὥστε πάντας ἐπισπάσασθαι καὶ ἑλεῖν. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ ἠρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ λέγοντες· ῥαββὶ φάγε. Τὸ, ἠρώτων, ἐνταῦθα παρεκάλουν ἐστὶ, τῇ ἐγχωρίῳ αὐτῶν φωνῇ. B ὁρῶντες γὰρ αὐτὸν κεκμηκότα ὑπὸ τῆς ὁδοιπορίας καὶ τῆς ἐπικειμένης φλογὸς, παρεκάλουν αὐτόν. οὐ γὰρ ἦν προπετείας τὸ δεῖσθαι ὑπὲρ σιτίων, ἀλλὰ φιλοστοργίας τῆς περὶ τὸν διδάσκαλον. Τί οὖν ὁ Χριστός; Ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. Ἔλεγον οὖν πρὸς ἀλλήλους· μή τις ἤνεγκεν αὐτῷ φαγεῖν; Τί τοίνυν θαυμάζεις εἰ ἡ γυνὴ ὕδωρ ἀκούσασα ἔτι ὕδωρ ἐφαντάζετο, ὅπου γε καὶ οἱ μαθηταὶ ἔτι ταῦτα πάσχουσι, καὶ οὐδὲν οὔπω πνευματικὸν νοοῦσιν, ἀλλ' ἀποροῦσι μὲν, πάλιν δὲ τὴν αἰδῶ τὴν συνήθη καὶ τὴν τιμὴν τῷ διδασκάλῳ νέμουσι, πρὸς ἀλλήλους μὲν διαλεγόμενοι, αὐτῷ δὲ πεῦσιν C οὐ τολμῶντες προσαγαγεῖν; τοῦτο καὶ ἀλλαχοῦ ποιοῦσιν· ἐπιθυμοῦντες μὲν ἐρωτῆσαι, οὐκ ἐρωτῶντες δέ. Τί οὖν ὁ Χριστός; Ἐμὸν βρῶμά ἐστι, φησὶν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, καὶ τελειώσω αὐτοῦ τὸ ἔργον. Τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν ἐνταῦθα βρῶσιν ἐκάλεσε, δεικνὺς ὅσην ἐπιθυμίαν ἔχει τῆς ἡμετέρας προνοίας. ὥσπερ γὰρ ἡμῖν ποθεινὸν τὸ ἐσθίειν, οὕτως αὐτῷ τὸ σωθῆναι ἡμᾶς. Ἄκουε δὲ πῶς πανταχοῦ οὐκ ἐκ τοῦ προχείρου πάντα ἀποκαλύπτει, ἀλλὰ πρῶτον εἰς ἀπορίαν ἐμβάλλει τὸν ἀκροατήν· ἵνα ἀρξάμενος [b] ζητεῖν τί τὸ λεγόμενον, εἶτα ἀπορῶν καὶ κάμνων, μετὰ πλείονος ὑποδέξηται προθυμίας φανὲν τὸ ζητούμενον, καὶ μᾶλλον διαναστῇ πρὸς τὴν ἀκρόασιν. D Διατί γὰρ μὴ εὐθέως εἶπεν, Ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιήσω τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου· καίτοι οὐδὲ τοῦτο σαφὲς ἦν, ἀλλὰ τοῦ προτέρου σαφέστερον; ἀλλὰ τί; Ἐγὼ, φησὶ, βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. πρότερον γὰρ αὐτοὺς, ὅπερ ἔφην, τῇ διαπορήσει προσεκτικωτέρους ἐργάσασθαι βούλεται, καὶ ἐθίσαι καὶ διὰ τοιούτων αἰνιγμάτων ἀκούειν τὰ λεγόμενα. Τί δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς, λέγει λοιπὸν αὐτὸ καὶ ἑρμηνεύει. Οὐχ ὑμεῖς λέγετε ὅτι τετράμηνόν ἐστιν καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται; ἰδοὺ λέγω ὑμῖν, ἐπάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ θεάσασθε E τὰς χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμόν.

Ἰδοὺ πάλιν τοῖς συντρόφοις ὀνόμασιν ἀνάγει πρὸς τὴν τῶν μεγίστων θεωρίαν αὐτούς. καὶ γὰρ βρῶμα εἰπὼν, οὐδὲν ἕτερον ἐδήλωσεν, ἢ τὴν τῶν μελλόντων παραγίνεσθαι σωτηρίαν ἀνθρώπων· καὶ ἡ χώρα δὲ καὶ ὁ θερισμὸς τὸ αὐτὸ δηλοῖ, τὸ πλῆθος τῶν ψυχῶν τῶν ἑτοίμων πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τοῦ κηρύγματος. ὀφθαλμοὺς δὲ ἐνταῦθα λέγει, καὶ τοὺς τῆς διανοίας, καὶ τοὺς τοῦ σώματος. καὶ γὰρ ἑώρων λοιπὸν τὸ πλῆθος ἐρχόμενον τῶν Σαμαρειτῶν, τῶν δὲ τῶν

a Morel. φοβερώτερον, Savil. κουφότερον.

b Savil. ζητεῖν τὸ λεγόμενον.

προαιρέσεως αὐτῶν ἑτοιμότητα, τὰς χώρας τὰς λευκαινομένας φησίν. ὥσπερ γὰρ οἱ [a] ἀστάχυες ἐπειδὰν λευκανθῶσι, πρὸς ἄμητόν εἰσιν ἕτοιμοι· οὕτω καὶ οὗτοι νῦν φησι, πρὸς σωτηρίαν εἰσὶν παρεσκευασμένοι καὶ εὐτρεπεῖς. καὶ διατί μὴ εἶπε σαφῶς, ὅτι ἔρχονται πιστεῦσαι οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἕτοιμοί εἰσι πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ λόγου, κατηχηθέντες μὲν παρὰ τῶν προφητῶν, τὸν δὲ καρπὸν λοιπὸν ἀποδιδόντες· ἀλλὰ χώραν καὶ θερισμὸν ἐκάλεσε; τί βούλονται αὐτῷ αὗται αἱ τροπαί; οὐ γὰρ ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν παντὶ τῷ εὐαγγελίῳ τοῦτο ποιεῖ· οἱ προφῆται δὲ τῷ αὐτῷ κέχρηνται τρόπῳ, μεταφορικῶς πολλὰ λέγοντες. τί δήποτ' οὖν τὸ αἴτιον; οὐ γὰρ ἁπλῶς ταῦτα τοῦ πνεύματος ἡ χάρις ἐνομοθέτησεν· ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν καὶ διατί; [b] δυοῖν ἕνεκεν προφάσεων· μιᾶς μὲν, ὥστε ἐμφαντικώτερον γενέσθαι τὸν λόγον καὶ μᾶλλον, ὑπ' ὄψιν ἄγειν τὰ λεγόμενα. ἡ γὰρ διάνοια τῆς συντρόφου τῶν πραγμάτων εἰκόνος ἐπιλαβομένη, διανίσταται μᾶλλον, καὶ ὥσπερ ἐν γραφῇ τὰ πράγματα ὁρῶσα, κατέχεται μειζόνως. ἑνὸς μὲν οὖν ἕνεκα τούτου· δευτέρου δὲ, ὥστε καὶ γλυκαίνεσθαι τὴν διήγησιν καὶ μονιμωτέραν εἶναι τῶν λεγομένων τὴν μνήμην. οὐ γὰρ οὕτως ἀπόφασις χειροῦται καὶ ἐνάγει τὸν ἀκροατὴν τὸν πολὺν, ὡς ἡ διὰ τῶν πραγμάτων διήγησις, καὶ [c] ὑπογραφὴ πείρας. ὃ διὰ τῆς παραβολῆς ἐστι μετὰ πολλῆς γινόμενον ἰδεῖν τῆς σοφίας. καὶ ὁ θερίζων μισθὸν λαμβάνει, καὶ συνάγει καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον. ὁ μὲν γὰρ τοῦ ἀμητοῦ τούτου καρπὸς, οὐκ εἰς αἰώνιον ζωὴν, ἀλλ' εἰς τὴν πρόσκαιρον ταύτην περιχωρεῖ· ὁ δὲ πνευματικὸς, εἰς τὴν ἀγήρω καὶ ἀθάνατον. ὁρᾷς πῶς αἰσθητὰ μὲν τὰ ῥήματα, πνευματικὰ δὲ τὰ νοήματα, καὶ δι' αὐτῆς τῆς λέξεως διαιρεῖ τὰ γήϊνα ἀπὸ τῶν οὐρανίων; ὅπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ ὕδατος διαλεγόμενος ἐποίησε, τὸ ἰδιάζον αὐτοῦ θεὶς, ὅτι ὁ πίνων τὸ ὕδωρ τοῦτο οὐ μὴ διψήσει, τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ, τὸ εἰς ζωὴν αἰώνιον λέγων τὸν καρπὸν συνάγεσθαι τοῦτον· ἵνα καὶ ὁ σπείρων ὁμοῦ χαίρῃ, καὶ ὁ θερίζων. τίς ἐστιν ὁ σπείρων, καὶ τίς ὁ θερίζων; οἱ προφῆταί εἰσιν οἱ σπείροντες· ἀλλ' οὐκ αὐτοὶ ἐθέρισαν, ἀλλ' οἱ ἀπόστολοι. οὐ μὴν διὰ τοῦτο ἀπεστέρηνται τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς ἀμοιβῆς τῶν πόνων, ἀλλὰ συνήδονται καὶ χαίρουσι σὺν ἡμῖν, εἰ καὶ μὴ σὺν ἡμῖν θερίζουσιν. οὐδὲ γὰρ ὁ ἀμητὸς ἔργον τοῦ σπόρου. ἔνθα οὖν ἐλάττων ἐστὶ μὲν ὁ πόνος· μείζων δὲ ἡ ἡδονὴ, ἐνταῦθα ὑμᾶς ἐτήρησα, οὐκ ἐν τῷ σπόρῳ. πολλὴ γὰρ ἐκεῖ ἡ ταλαιπωρία καὶ ὁ πόνος. ἐν γὰρ τῷ ἀμητῷ, ἡ μὲν πρόσοδος πολλὴ, πόνος δὲ οὐ τοσοῦτος, ἀλλὰ καὶ πολλὴ ἡ εὐκολία. ἐνταῦθα δὲ βούλεται κατασκευάσαι διὰ τούτων, ὅτι καὶ προφητῶν θέλημα τοῦτό ἐστι, τὸ ἐμοὶ τοὺς ἀνθρώπους προσελθεῖν. τοῦτο καὶ ὁ νόμος κατεσκεύαζεν. διὰ τοῦτο καὶ ἔσπειραν, [d] ἵνα τοῦτον τέκωσι τὸν καρπόν. δείκνυσι δὲ ὅτι κἀκείνους αὐτὸς ἀπέστειλε, καὶ ὅτι πολλὴ ἡ συγγένεια τῇ καινῇ πρὸς τὴν παλαιὰν, καὶ πάντα ὁμοῦ διὰ τῆς παραβολῆς ταύτης κατασκευάζει. μέμνηται δὲ καὶ λόγου προοιμιώδους περιφερομένου

A promtam voluntatem regiones albas appellat. Quemadmodum enim ſpicæ, cum albæ ſunt, jam ad meſſem ſunt paratæ; ſic & iſti ad ſalutem jam ſunt parati & idonei. Et cur non clare dixit, illos ad credendum accedere, & paratos ad verbum ſuſcipiendum eſſe, a prophetis jam inſtitutos, & fructum reddituros; ſed regionem & meſſem ipſos appellavit? Quid ſibi volunt hæ figuræ? Neque enim hic tantum, ſed etiam per totum Evangelium id agit: & prophetæ quoque eo ipſo utuntur more, & metaphorice multa dicunt. Quanam ergo de cauſa? Neque enim temere Spiritus gratia ſic inſtituit. Sed cur tandem? Duabus de cauB ſis: primo, ut major dictorum emphaſis eſſet, & ea in conſpectu ponerentur: mens enim imaginem rebus conſonam aſſequuta, magis excitatur, ac res quaſi depictas videns, ab illis magis abripitur; hæc prior eſt cauſa. Secundo, ut narratio ſit ſuavior, & dictorum memoria magis perſeveret. Neque enim ita ſententia accipitur, neque ita ſuadet auditoribus multis, ut narratio per res ipſas, quarum experimentum habemus. Quod in parabola ſapientiſſime tractatum videre eſt. 36. *Et qui metit, mercedem accipit, & fructum colligit in vitam* C *æternam.* Nam terrenæ hujus meſſis fructus, non ad æternam, ſed ad temporaneam vitam juvat; ſpiritualis vero meſſis fructus, ad immortalem vitam. Viden' quomodo verba quidem ſenſibilia ſint, ſenſus vero ſpirituales; atque ipſa verba a cæleſtibus terrena diſtinguant? Quod enim de aqua dixit, poſtquam ejus proprietatem indicaverat, *qui bibit ex hac aqua, non ſitiet;* idipſum hic facit, cum ait hunc fructum colligi in vitam æternam: ut & qui ſeminat & qui metit ſimul gaudeant. Quis eſt qui ſe-
D minat, quis eſt qui metit? Prophetæ ſemen jecêre, nec ipſi meſſuere, ſed Apoſtoli. Neque tamen ideo illi a voluptate & mercede laborum privati ſunt; ſed nobiſcum lætantur & gaudent, etiamſi non nobiſcum metant: neque enim meſſis opus idem eſt ac ſementis. Ubi igitur minor eſt labor, & major voluptas; ad hoc vos ſervavi, non ad ſementem, ubi multum laboratur. In meſſe namque amplus eſt proventus, labor vero non tantus, ſed multa facilitas. Hic au-
E tem vult ſignificare prophetarum voluntatem eam eſſe, ut homines ad me accedant; hoc & lex apparavit. Ideo ſeminarunt, ut hunc fructum parerent. Oſtendit quoque ſe miſiſſe illos, ac multam inter veterem & novam legem eſſe affinitatem, ſimulque omnia per hanc parabolam efficit. Meminit autem proverbii cujuſdam, quod in multorum

Prophetæ ſeminarunt, Apoſtoli meſſuerunt.

a Savil. στάχυες, Morel. ἀσταχύες.
b Savil. δυοῖν ἕνεκεν προφ. Morel. δυοῖν θάτερον προφ.
c Morel. ὑπογραφὴ πεῖρα. Savil. ὑπογραφὴ πείρας.
d Quidam mss. ἵνα τελῷ.

ore ferebatur. 37. *In hoc enim*, inquit, *est verbum verum; quia alius est qui seminat, alius est qui metit.* Hæc autem dicebant multi, num alii labores ferrent, alii fructus decerperent: dicitque: hic sermo jam verus est: prophetæ quidem laborarunt, vos autem laborum ipsorum fructum decerpitis; non dixit mercedem: neque enim illi sine mercede tantum suscepere laborem; sed fructum. Hoc & Daniel fecit; ipse namque proverbium hoc commemorat: *Exiit ab iniquis scelus.* David quoque flendo hujus proverbii meminit. Ideo jam prius dixerat: *Ut & qui seminat simul gaudeat, & qui metit.* Quia enim dicturus erat alium seminaturum, alium messurum esse, ne quis, ut dixi, putaret prophetas mercede privari sua, novum quidpiam & inexspectatum dicit; quod in rebus sensilibus non accidat, sed in spiritualibus eximium sit. In sensilibus enim si contingat alium serere, alium metere, non una gaudent, sed dolet is qui seminavit, utpote qui alteri laboraverit; gaudent vero ii tantum qui metunt. Hic autem non ita; sed qui non metunt ea quæ seminarunt, una cum metentibus gaudent; unde palam est eos mercedis esse consortes. 38. *Ego misi vos metere quod vos non laborastis: alii laborarunt, & vos in laborem eorum intrastis.* Hoc pacto illos melius hortatur. Quia enim laboriosum videbatur esse totum orbem peragrare & prædicare; rem esse facilem ostendit. Nam hoc laboriosum, hoc multi sudoris erat, semina jacere, & animam non initiatam ad Dei cognitionem deducere. Cur autem hæc loquitur? Ut cum mitteret eos ad prædicandum, non turbarentur, quasi ad rem laboriosam missi. Prophetarum quippe munus longe magis laboriosum erat, ut res ipsa testificatur; vos ad facilia venistis. Sicut enim in messe facile fructus colligitur, & brevi tempore area manipulis impletur, nec tempora exspectantur, non hiems, non ver, non imber; ita & nunc fit; ut ipsa opera clamant. Dum hæc ille diceret, exierunt Samaritani, & confertim collectus est fructus; ideo dicebat: *Levate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt.* Hæc dixit, & res ipsa visa est, sermonem opera sequuta sunt. Nam 39. *ex civitate*

1. Reg. 24. 14.

A παρὰ πολλῶν. ἐν γὰρ τούτῳ, φησὶν, ὁ λόγος ἐστὶν ὁ ἀληθὴς, ὅτι ἄλλος ἐστὶν ὁ σπείρων, καὶ ἄλλος ὁ θερίζων. ταῦτα δὲ ἔλεγον οἱ πολλοὶ, εἴποτε ἄλλοι μὲν τοὺς πόνους ὑπέστησαν, ἄλλοι δὲ τοὺς καρποὺς ἐδρέποντο, καὶ λέγει, ὅτι οὗτος ὁ λόγος ἐνταῦθα μάλιστα τὴν ἀλήθειαν ἔχει. ἐπόνεσαν μὲν γὰρ οἱ προφῆται· ὑμεῖς δὲ τοὺς καρποὺς τοὺς ἐκ τῶν ἐκείνων πόνων ἀμᾶσθε. [a] καὶ οὐκ εἶπε, τοὺς μισθούς· οὐδὲ γὰρ ἐκείνοις ἄμισθος ὁ πολὺς ἐκεῖνος πόνος· ἀλλὰ τοὺς καρπούς. τοῦτο καὶ Δανιὴλ ἐποίησε. καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς παροιμίας μέμνηται λεγούσης· ἐξῆλθεν ἐξ ἀνόμων πλημμέλεια. καὶ ὁ Δαυῒδ ἐν τῷ θρηνεῖν μέμνηται τοιαύτης παροιμίας. B διὰ τοῦτο προλαβὼν εἶπε, ἵνα καὶ ὁ σπείρων ὁμοῦ χαίρῃ καὶ ὁ θερίζων. ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε λέγειν ὅτι ἄλλος ἔσπειρεν, καὶ ἄλλος θερίζει, ἵνα μή τις, ὅπερ ἔφην, ἀπεστερῆσθαι τοὺς προφήτας νομίσῃ τοῦ μισθοῦ, ξένον τι λέγει καὶ παράδοξον καὶ τοῖς αἰσθητοῖς οὐ συμβαῖνον· ἀλλὰ τῶν πνευματικῶν ἐξαίρετον ὄν. ἐν μὲν γὰρ τοῖς πράγμασι τοῖς αἰσθητοῖς ἐὰν συμβῇ ἕτερον σπεῖραι καὶ ἕτερον θερίσαι, οὐχ ὁμοῦ χαίρουσιν, ἀλλὰ ἀλγοῦσιν οἱ σπείραντες, ἅτε ἑτέροις καμόντες, χαίρουσι δὲ οἱ θερίζοντες μόνοι· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καὶ οἱ μὴ θερίζοντες ἅπερ ἔσπειραν, ὁμοίως τοῖς ἀμῶσι χαίρουσιν. πόθεν δῆλον, ὅτι καὶ αὐτοὶ κοινωνοῦσι τῶν μισθῶν. C ἐγὼ ἀπέστειλα ὑμᾶς θερίζειν ὃ οὐχ ὑμεῖς κεκοπιάκατε. ἄλλοι κεκοπιάκασι, καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν κόπον αὐτῶν εἰσεληλύθατε. ταύτῃ προτρέπει μᾶλλον αὐτούς. ἐπειδὴ γὰρ ἐδόκει ἐπίπονον εἶναι τὸ πρᾶγμα τὸ τὴν οἰκουμένην περιελθεῖν καὶ κηρύξαι. δείκνυσιν ὅτι [b] καὶ ῥᾷστόν ἐστι. τὸ γὰρ σφόδρα ἐπίπονον ἐκεῖνό ἐστιν, ὃ πολλοῦ καμάτου ἐδεῖτο, τὸ καταβαλεῖν σπέρματα, καὶ ψυχὴν ἀμύητον ἐναγαγεῖν εἰς θεογνωσίαν. τίνος δὲ ἕνεκεν ταῦτα φθέγγεται; ἵνα ὅταν αὐτοὺς ἀποστείλῃ εἰς τὸ κηρύξαι, μὴ θορυβηθῶσιν, ὡς εἰς πρᾶγμα ἐπίπονον πεμπόμενοι. τὸ γὰρ ἐπιπονώτερον τῶν προφητῶν ἦν, φησι, D καὶ μαρτυρεῖ τὸ ἔργον τῷ λόγῳ, ὅτι ὑμεῖς ἐπὶ τὰ εὔκολα ἤλθετε. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ θερισμοῦ μετ᾽ εὐκολίας μὲν ὁ καρπὸς συνάγεται, καὶ ἐν μιᾷ ῥοπῇ ἡ ἅλως πληροῦται τῶν δραγμάτων, [c] οὐκ ἀναμενόντων τὰς τῶν καιρῶν τροπὰς, χειμῶνα καὶ ἔαρ καὶ ὄμβρον· οὕτω καὶ νῦν γίνεται, καὶ τὰ ἔργα βοᾷ. μεταξὺ οὖν λέγοντος αὐτοῦ ταῦτα, ἐξῄεσαν οἱ Σαμαρεῖται καὶ συνήγετο ἀθρόον ὁ καρπὸς, διὰ τοῦτο εἶπεν· ἄρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ βλέπετε τὰς χώρας, ὅτι λευκαί εἰσιν. εἶπε ταῦτα, καὶ τὸ ἔργον ἐφάνη, καὶ τὰ ῥήματα ἐκ τῶν πραγμάτων ἑωρᾶτο. ἐκ γὰρ

a Alii, νῦν οὐκ εἶπε. Paulopost τοῦτο καὶ Δανιὴλ, Savil. hæc notat: *Hæc verba usque ad διὰ τοῦτο, olent glossema: quod si retinenda sunt, ut ea retinet uterque Codex noster, pro Δανιὴλ legendum est Δαυῒδ, & pro Δαυῒδ forte legendum vel Δανιὴλ vel Ἱερεμίας; sed nescio.* Hactenus Savilius. Sed hæc non esse glossema probant omnes mss. nostri, tum etiam Saviliani, qui hæc similiter habent, & omnino quadrant ad seriem. Postquam enim dixerat, ἐπόνεσαν μὲν γὰρ οἱ προφῆται, *Laborarunt enim Prophetæ*, ad exempla mox venit, & primo Danielem commemorat; imo potius Davidem; nam hic Danielem puto mendose pro Davide positum a Librariis. Siquidem proverbium illud, ἐξῆλθεν ἐξ ἀνόμων πλημμέλεια, ab uno Davide prolatum reperio 1. Reg. 24. 13. ubi Saülem alloquens, & de insidiis contra se structis conquerens, Deique justitiam appellans dicit, καθὼς λέγεται ἡ παραβολὴ ἀρχαία, ἐξ ἀνόμων ἐξελεύσεται πλημμέλεια. *Ut in veteri fertur proverbio, Ex iniquis egredietur scelus.* Itaque hoc nonnisi de Davide dici potuit. Pergit autem: καὶ ὁ Δαυῒδ ἐν τῷ θρηνεῖν μέμνηται τοιαύτης παροιμίας: *David quoque flendo hujus proverbii meminit.* Ut Danielem pro Davide supra positum puto, ita hic David pro Daniele positus fuerit; nam postquam per tres hebdomadas fleverat & jejunaverat Daniel, hæc post alia multa audivit, καὶ ἀνομήσωσιν οἱ ἄνομοι, *& inique agent iniqui*, cap. 12. 10. id quod in illud supra allatum proverbium recidit, *Ex iniquis egredietur scelus.* Verum contra manuscriptorum omnium auctoritatem nihil mutare ausi sumus.

b Alii, ῥᾷόν ἐστι.

c Quidam, οὐκ ἀναμενόντων, & sic Savil. At Morel. οὐκ ἀναμένων.

τῆς πόλεως ἐκείνης πολλοί, φησιν, ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν τῶν Σαμαρειτῶν διὰ τὸν λόγον τῆς γυναικὸς, μαρτυρούσης ὅτι εἶπέ μοι πάντα ὅσα ἐποίησα. συνεώρων γὰρ [a] ὅτι οὐκ ἂν ἐθαύμασε πρὸς χάριν ἡ γυνὴ τὸν διελέγξαντα αὐτῆς τὰ πλημμελήματα, οὐδ' ἂν ὑπὲρ τοῦ χαρίσασθαι ἑτέρῳ τὸν ἑαυτῆς ἐξεπόμπευσε βίον.

Μιμησώμεθα δὴ τὴν γυναῖκα καὶ ἡμεῖς, καὶ ἐπὶ τοῖς οἰκείοις ἁμαρτήμασι μὴ αἰσχυνώμεθα ἀνθρώπους, ἀλλὰ φοβώμεθα ὡς χρὴ θεὸν τὸν καὶ νῦν ὁρῶντα τὸ γινόμενον, καὶ τότε κολάζοντα τοὺς μὴ μετανοήσαντας νῦν· ὡς νῦν γε τοὐναντίον ποιοῦμεν. τὸν μὲν γὰρ μέλλοντα κρίνειν, οὐ δεδοίκαμεν· τοὺς δὲ οὐδὲν ἡμᾶς παραβλάπτοντας, τούτους φρίττομεν, καὶ τὴν παρ' αὐτῶν αἰσχύνην τρέμομεν. διὰ τοῦτο ἐν ᾧ δεδοίκαμεν, ἐν τούτῳ τὴν τιμωρίαν δίδομεν. ὁ γὰρ αἰσχύνην ἀνθρώπων ὑφορώμενος νῦν μόνον, θεοῦ ὁρῶντος μὴ αἰσχυνόμενος πρᾶξαί τι ἄτοπον, μὴ θέλων μετανοῆσαι καὶ μεταβαλέσθαι, ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ οὐκ ἐνώπιον ἑνὸς καὶ δευτέρου, ἀλλὰ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ὁρώσης παραδειγματίζεται. ὅτι γὰρ καὶ τῶν ἀγαθῶν πράξεων, καὶ τῶν οὐ τοιούτων μέγα θέατρον ἐκεῖ κάθηται, ἡ τῶν προβάτων καὶ τῶν ἐρίφων παραβολὴ παιδευέτω σε, καὶ ὁ μακάριος Παῦλος λέγων· δεῖ γὰρ ἡμᾶς, φησι, παραστῆναι ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος ὅσα ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν. καὶ πάλιν· ὃς φανερώσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους. ἔπραξάς τι πονηρὸν, ἢ ἐνενόησας καὶ κρύπτεις ἄνθρωπον; ἀλλὰ τὸν θεὸν οὐ κρύπτεις. ἀλλ' οὐδὲν τούτων σοι μέλει· οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ τῶν ἀνθρώπων τοῦτό σοι φόβος· οὐκοῦν ἐννόησον ὅτι οὐδὲ ἀνθρώπους λαθεῖν δυνήσῃ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην. πάντα γὰρ ὡς ἐν εἰκόνι τότε στήσεται κατ' ὀφθαλμοὺς ἡμῶν, ὡς αὐτοκατάκριτον ἕκαστον γενέσθαι. καὶ τοῦτο δῆλον, καὶ ἀπὸ τοῦ πλουσίου. καὶ γὰρ καὶ τὸν ὑπεροφθέντα πένητα, τὸν Λάζαρον λέγω, πρὸ ὀφθαλμῶν οἶδεν ἑστῶτα ὁ πλούσιος, καὶ ὃν πολλάκις ἐβδελύξατο δάκτυλον, τοῦτον παρακαλεῖ παραμυθίαν αὐτῷ γενέσθαι τότε. παρακαλῶ τοίνυν, κἂν μηδεὶς ἴδῃ τὰ ἡμέτερα, ἕκαστον ἡμῶν εἰς τὸ ἑαυτοῦ συνειδὸς εἰσελθεῖν, καὶ καθίσαι ἑαυτῷ δικαστὴν τὸν λογισμὸν, καὶ εἰς μέσον ἄγειν τὰ πεπλημμελημένα. καὶ εἰ μὴ βούλοιτο ἐκπομπευθῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ φοβερᾷ, ἐπιτιθέτω τὰ φάρμακα τῆς μετανοίας, καὶ ἰασάσθω τὰ τραύματα. ἔξεστι γὰρ ἔξεστι μυρίων γέμοντα τραυμάτων, ἀπελθεῖν ὑγιαίνοντα. ἐὰν γὰρ ἀφῆτε, φησιν, ἀφέωνται ὑμῶν αἱ ἁμαρτίαι· ἐὰν δὲ μὴ ἀφῆτε, οὐκ ἀφέωνται. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ βαπτίσματι καταχωννύμενα τὰ ἁμαρτήματα οὐκ ἔτι φαίνεται· οὕτω καὶ ταῦτα ἀφανισθήσεται, ἐὰν θελήσωμεν μετανοῆσαι. ἔστι δὲ μετάνοια τὸ μηκέτι [b] τὰ αὐτὰ ποιεῖν. ὁ γὰρ τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρῶν, ἔοικεν τῷ κυνὶ τῷ πρὸς τὸν ἴδιον ἔμετον ἐπανιόντι, καὶ τῷ κατὰ τὴν παροιμίαν εἰς πῦρ ξαίνοντι καὶ εἰς τετρημέ-

illa multi crediderunt in eum Samaritanorum propter verbum mulieris testimonium perhibentis, Quia dixit mihi omnia quæcumque feci. Videbant enim eam non ad gratiam laudasse illum, qui peccata sua coarguisset; neque ut gratiam cujuspiam sibi conciliaret, vitia sua omnibus patefacere.

3. Hanc ergo mulierem & nos imitemur, & in peccatis nostris vulgandis ne vereamur homines; sed Deum ut par est timeamus, qui & nunc facinora nostra videt, & tunc puniturus est eos qui nunc pœnitentiam non agunt. At nos contra, eum qui nos judicaturus est non timemus; eos autem qui nobis nocere nequeunt, formidamus, tremimusque ne apud illos infamia laboremus; idcirco in quo timemus, in eo pœnas dabimus. Nam qui solum ne hominibus turpis videatur cavet, neque erubescit Deo vidente nefarium quidpiam patrare; si non pœnitentiam agat, in illa die non ante unum aut duos, sed orbe toto vidente traducetur. Nam quod ad bona & mala opera spectanda, magnus ibi consessus sit, parabola ovium & hædorum te doceat, necnon beatus Paulus qui dicit: *Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gesserit, sive bonum, sive malum*; & rursus, *qui manifestabit abscondita tenebrarum.* Commisisti aliquod peccatum, aut cogitasti illud, & hominibus occultas? at Deo non occultas: & tamen nihil curas; oculos autem hominum formidas. Cogita ergo te non homines latere posse in die illo. Omnia enim quasi in imagine tunc stabunt ante oculos nostros, ut unusquisque contra se ferat sententiam; quod ex divite palam est. Etenim pauperem illum quem despexerat, Lazarum dico, ob oculos stantem dives vidit, & quem cum horrore depulerat digitum jam rogat sibi solatio esse. Rogo igitur, etsi nemo nostra videat, singuli in suam conscientiam ingrediantur, & judicem sibi rationem constituant, peccata in medium agant. Et nisi velint ea in die illa terribili promulgari, pœnitentiæ remedia apponant, ac vulnera sanent. Potest enim, potest quisque etsi mille plagis onustus, sanus abire. Nam *si dimiseritis*, inquit, *peccata dimittentur vobis; si non dimiseritis, non dimittentur.* Quemadmodum enim in baptismate abluta peccata non amplius apparent; ita & hæc delebuntur, si pœnitentiam agamus. In hoc autem pœnitentia sita est, ne eadem ipsa patrentur: *Nam qui ad peccata revertitur, similis est cani ad vomitum suum redeunti*; necnon ei qui secundum proverbium ignem

2. Cor. 5. 10.

Pœnitentia vera quæ.

2 Pet. 2. 22.

[a] ὅτι οὐκ ἂν ἐθαύμασε πρὸς χάριν, *eam non ad gratiam laudasse illum.* Sæpe vidimus θαυμάζειν apud Patres esse laudare, laudibus cum admiratione celebrare.

[b] Quidam habent, ταῦτα ποιεῖν. Paulopost Savil. ἐπανιόντι δεῖ τούτων ἀφίστασθαι, & sic quidam manuscripti. Alii vero nec pauciores ἐπανιόντι, καὶ τῷ κατὰ τὴν παροιμίαν εἰς πῦρ ξαίνοντι, καὶ εἰς τετρημένον ἀντλοῦντι πίθον, ut & Morellus habet.

verberat, & in pertuso dolio haurit. Oportet ergo & re & animo a sceleribus abstinere, atque contraria peccatis singulis remedia apponere. Exempli caussa, rapuisti, & avarus fuisti? a rapina abstine, & eleemosynæ remedium vulneri admove. Fornicatus es? A fornicatione absiste, & vulneri castitatem appone. Fratris tui famam verbo læsisti, ipsique nocuisti? A maledictis abstine, & caritatis remedium appone. Ita per singula faciamus, neque peccata transcurramus. Nam instat demum, instat certe rationis reddendæ tempus. Ideo Paulus dicebat: *Dominus prope est; nihil soliciti sitis.* Sed nobis forte contra dicendum est, Dominus prope est, soliciti estote. Illi namque tunc pulcre audiebant, *Nihil soliciti sitis*, qui in ærumnis, laboribus, certaminibus degebant. Qui autem in rapinis versantur, in voluptate, qui graves reddituri sunt rationes, non hoc, sed illud merito audierint, Dominus prope est, soliciti estote. Non enim longe a consummatione absumus, sed ad finem jam mundus vergit. Hoc prænunciant bella, ærumnæ, terræ motus, hoc exstincta caritas. Sicut enim corpus exspirans & morti proximum, mille doloribus afficitur, & ruitura domus multa præmittit quæ ex tecto & ex parietibus decidunt; sic consummatio orbis jam prope & pro foribus est: ideo mala undique ipsum invadunt. Nam si tunc Dominus prope erat, multo magis nunc prope est. Si ante quadringentos annos cum hæc dicerentur, tempus illud plenitudinem temporum Paulus vocabat, multo magis præsens tempus ita vocandum. At fortassis ideo quidam non credunt, atqui ideo magis credendum. Unde nosti, mi homo, finem & supra dicta non prope esse? Certe ut anni finem non diem ultimum dicimus esse, sed etiam ultimum mensem, etsi triginta dierum sit; ita si tot annorum quadringentesimum esse finem dixerimus, non aberrabimus. Itaque jam tunc ille finem prænunciavit. Coërceamus igitur nos ipsos: lætemur in timore Dei. Etenim nobis cum licentia versantibus, non valde curantibus, non exspectantibus, repente aderit Dei adventus: quod significans Christus dicebat: *Sicut enim factum est in diebus Noë, & in diebus Lot, sic erit in consummatione sæculi hujus.* Hoc & Paulus sic declarat: *Cum dixerint, pax & securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus, sicut dolor in utero habentis.* Quid est dolor in utero habentis? Sæpe prægnantes mulieres, dum ludunt, prandent, in balneo, in foro sunt, de futuro nihil cogitantes, repentinis invaduntur doloribus. Cum ergo ejusdem conditionis res nostræ sint, simus semper parati. Non enim semper

Philip. 4. 5.

Putat Chrysostomus non longe esse finem mundi.

Matth. 24. 37.

1. Thess. 5. 3.

A νον ἀντλοῦντι πίθον. δεῖ τοίνυν ἀφίστασθαι καὶ τῇ πράξει καὶ τῇ γνώμῃ τῶν πλημμεληθέντων καὶ ἀποστάντας φάρμακα ἐπιθεῖναι τοῖς τραύμασι τὰ ἐναντία τῶν ἁμαρτημάτων. οἷόν τι λέγω· ἥρπασας καὶ ἐπλεονέκτησας; ἀπόστηθι τῆς ἁρπαγῆς, καὶ ἐπίθες ἐλεημοσύνην τῷ τραύματι. ἐπόρνευσας; ἀπόστηθι τῆς πορνείας, καὶ ἐπίθες ἁγνείαν τῷ ἕλκει. κακῶς εἶπες τὸν ἀδελφὸν καὶ ἔβλαψας; παῦσαι [a] κακηγορῶν καὶ ἐπίθες φιλοφροσύνην. καὶ καθέκαστον οὕτω ποιῶμεν τῶν πεπλημμελημένων ἡμῖν καὶ μὴ ἁπλῶς παρατρέχωμεν τὰ ἁμαρτήματα· ἐφέστηκε γὰρ λοιπὸν, ἐφέστηκεν ὁ τῶν εὐθυνῶν καιρός. διὸ καὶ
B ὁ Παῦλος ἔλεγεν· ὁ κύριος ἐγγὺς μηδὲν μεριμνᾶτε. ἀλλ' ἡμῖν τάχα τοὐναντίον ἐστὶν ἐπιλέγειν· ὁ κύριος ἐγγὺς, μεριμνᾶτε. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ καλῶς ἤκουον, μηδὲν μεριμνᾶτε, οἱ ἐν θλίψει καὶ πόνοις καὶ ἀγῶσιν ὄντες· οἱ δὲ ἐν ἁρπαγαῖς ζῶντες, ἐν τρυφῇ, οἱ χαλεπὰς εὐθύνας μέλλοντες διδόναι, οὐ τοῦτο· ἀλλ' ἐκεῖνο ἂν ἀκούσαιεν εἰκότως· ὁ κύριος ἐγγὺς, μεριμνᾶτε. οὐδὲ γὰρ πολὺς λείπεται τῆς συντελείας ὁ χρόνος· ἀλλὰ πρὸς τὸ τέλος λοιπὸν ὁ κόσμος ἐπείγεται. τοῦτο οἱ πόλεμοι δηλοῦσι, τοῦτο οἱ θλίψεις, τοῦτο οἱ σεισμοὶ, τοῦτο ἡ ἀγάπη ψυγεῖσα. καθάπερ γὰρ σῶμα ψυχορραγοῦν καὶ ἐγγὺς ὂν τῆς τελευ-
C τῆς, μυρίας ἐπισπᾶται κακώσεις· καὶ οἰκίας μελλούσης καταπίπτειν κατὰ πολλὰ προπίπτειν εἴωθε, καὶ ἀπὸ τῆς ὀροφῆς καὶ ἀπὸ τῶν τοίχων· οὕτω καὶ τῆς οἰκουμένης ἐγγὺς καὶ ἐπὶ θύραις ἕστηκεν ἡ συντέλεια, καὶ διὰ τοῦτο τὰ μυρία διέσπαρται πανταχοῦ κακά. εἰ γὰρ τότε ὁ κύριος ἐγγὺς, πολλῷ μᾶλλον νῦν ἐγγύς. εἰ πρὸ [b] τετρακοσίων ἐτῶν ὅτε ταῦτα ἐλέγετο, καὶ πλήρωμα τῶν χρόνων τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ὁ Παῦλος ἐκάλει, πολλῷ μᾶλλον τὸν παρόντα. ἀλλ' ἴσως δι' αὐτὸ τοῦτο ἀπιστοῦσί τινες, καὶ μὴν διὰ τοῦτο πιστεύειν χρὴ μᾶλλον. πόθεν γὰρ οἶδας, ἄνθρωπε, ὅτι οὐκ ἐγγὺς τὸ τέλος καὶ μετὰ βραχὺν χρόνον ἀπαντήσεται τὰ εἰρημένα;
D ὥσπερ γὰρ τοῦ ἐνιαυτοῦ τέλος, οὐ τὴν ἐσχάτην ἡμέραν λέγομεν εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὸν ἔσχατον μῆνα, καίτοιγε τριάκοντα ἡμέρας ἔχοντα· οὕτω καὶ τῶν τοσούτων ἐτῶν, κἂν τετρακόσια ἔτη τέλος εἴπω, οὐχ ἁμαρτήσομεν. ὥστε ἔκτοτε προανεφώνει τὸ τέλος. συστείλωμεν οὖν ἑαυτοὺς, ἐντρυφήσωμεν τῷ φόβῳ τοῦ θεοῦ. καὶ γὰρ ἐν ἀδείᾳ διατριβόντων ἡμῶν, οὐ σφόδρα μεριμνώντων, οὐδὲ προσδοκώντων, ἐπιστήσεται ἀθρόον ἡ παρουσία. καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· ὥσπερ γὰρ ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ Νῶε, καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ Λὼτ, οὕτως ἔσται καὶ ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος τούτου. τοῦτο καὶ ὁ Παῦ-
E λος δηλῶν ἔλεγεν· ὅταν δὲ λέγωσιν εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια, τότε αἰφνίδιος αὐτοῖς ἐφίσταται ὄλεθρος, καὶ ὥσπερ ἡ ὠδὶν τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ. τί ἐστιν ἡ ὠδὶν τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ; πολλάκις αἱ κύουσαι γυναῖκες παίζουσαι ἢ ἀριστοποιοῦσαι, ἢ ἐν βαλανείῳ, ἢ ἐν ἀγορᾷ διάγουσαι, οὐδὲν τῶν μελλόντων προορώμεναι, ὑπὸ τῆς ὀδύνης κατεσχέθησαν ἀθρόον. ἐπεὶ οὖν τοιαῦτα καὶ τὰ ἡμέτερα, ὦμεν ἀεὶ παρεσκευασμένοι· οὐ γὰρ ἀεὶ

[a] Savil. κατηγορῶν, Morel. κακηγορῶν.
[b] Morel. τετρακοσίων, Savil. τετρακισίων, & sic duo manuscripti. At plures τετρακισίων habent.

ταῦτα

A ταῦτα ἀκουσόμεθα· οὐκ ἀεὶ τούτων ἐξουσίαν ἕξομεν. ἐν γὰρ τῷ ᾅδῃ, φησὶ, τίς ἐξομολογήσεταί σοι; οὐκοῦν ἐνταῦθα μετανοήσωμεν, ἵνα οὕτως ἵλεω τὸν Θεὸν ἔχωμεν κατὰ τὴν μέλλουσαν ἡμέραν, καὶ πολλῆς ἀπολαῦσαι δυνηθῶμεν συγγνώμης· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

hæc audiemus, non semper hanc potestatem habebimus. *In inferno*, inquit, *quis confitebitur tibi?* Hic itaque pœnitentiam agamus; ut sic Deum propitium habeamus, ac plenam delictorum veniam consequamur: quam utinam omnes impetremus, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum, amen. *Ps. 6. 6.*

ΟΜΙΛΙΑ λε'.

B Ὡς οὖν ἦλθον πρὸς αὐτὸν οἱ Σαμαρεῖται, ἠρώτων αὐτὸν μεῖναι παρ' αὐτοῖς. καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ δύο ἡμέρας. καὶ πολλῷ πλείους ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν διὰ τὸν λόγον αὐτοῦ· τῇ τε γυναικὶ ἔλεγον, ὅτι οὐκ ἔτι διὰ τὴν σὴν λαλιὰν πιστεύομεν· αὐτοὶ γὰρ ἀκηκόαμεν καὶ οἴδαμεν ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ σωτὴρ τοῦ κόσμου ὁ Χριστός. καὶ μετὰ δύο ἡμέρας ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν.

HOMILIA XXXV.

40. *Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogaverunt eum ut ibi maneret: & mansit ibi duos dies.* 41. *Et multo plures crediderunt in eum propter sermonem ejus,* 42. *& mulieri dicebant: Quia jam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audivimus & scimus, quia hic est vere Salvator mundi Christus.* 43. *Et post dies duos excessit inde, & abiit in Galilæam.*

C ΟΥΔΕΝ φθόνου καὶ βασκανίας χεῖρον· οὐδὲν κενοδοξίας χαλεπώτερον. αὕτη [a] τὰ μυρία εἴωθε διαφθείρειν ἀγαθά. οἱ οὖν Ἰουδαῖοι πλείονα τῶν Σαμαρειτῶν γνῶσιν ἔχοντες, καὶ τοῖς προφήταις συντραφέντες, ὕστεροι τούτων ἐφάνησαν ἐντεῦθεν. οὗτοι μὲν γὰρ καὶ ἀπὸ τῆς μαρτυρίας ἐπίστευσαν τῆς γυναικὸς, καὶ σημεῖον ἰδόντες οὐδὲν, ἐξῆλθον παρακαλοῦντες [b] τὸν Χριστὸν μεῖναι παρ' αὐτοῖς· οἱ δὲ Ἰουδαῖοι καὶ θαύματα θεασάμενοι, οὐ μόνον οὐ κατεῖχον αὐτὸν παρ' ἑαυτοῖς, ἀλλὰ καὶ ἀπήλαυνον, καὶ πάντα ἔπραττον, ὥστε καὶ τῆς χώρας αὐτὸν ἐκβαλεῖν. καίτοιγε αὕτη ἡ παρουσία δι' ἐκείνους ἐγεγόνει· ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν D ἀπήλαυνον, οὗτοι δὲ μεῖναι ἠξίουν παρ' ἑαυτοῖς. τούτους οὖν οὐκ ἐχρῆν προσίεσθαι παρακαλοῦντας, εἰπέ μοι, καὶ δεομένους, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἐπιβουλεύουσι καὶ διαπρουομένοις προσεδρεύειν; τοῖς δὲ ἀγαπῶσι καὶ βουλομένοις αὐτὸν κατέχειν, μὴ διδόναι ἑαυτόν; ἀλλ' οὐκ ἦν τοῦτο ἄξιον τῆς αὐτοῦ κηδεμονίας. διὰ τοῦτο καὶ [c] ἐδέξατο, καὶ ἔμεινε παρ' αὐτοῖς ἡμέρας δύο. αὐτοὶ μὲν γὰρ ἐβούλοντο διηνεκῶς αὐτὸν κατέχειν· τοῦτο γὰρ ἐδήλωσεν ὁ εὐαγγελιστὴς εἰπών· ὅτι ἠρώτων αὐτὸν μεῖναι παρ' αὐτοῖς· αὐτὸς δὲ οὐκ ἠνείχετο, ἀλλ' ἡμέρας δύο μόνον ἔμεινεν, καὶ ἐν ταύταις πολλῷ πλείους ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν. καίτοιγε τούτοις οὐκ εἰκὸς ἦν πιστεῦσαι, τῷ E τε σημεῖον μηδὲν ἑωρακέναι, καὶ τῷ ἀπεχθῶς πρὸς Ἰουδαίους ἔχειν. ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ τοῖς λεγομένοις μετὰ ἀληθείας ἐδίκαζον, οὐ προσέστη τοῦτο αὐτοῖς, ἀλλ' ὑψηλοτέραν τῶν κωλυμάτων ἔλαβον ἔννοιαν, καὶ ἐφιλοτιμοῦντο ἐπὶ τὸ μειζόνως θαυμάζειν αὐτόν. τῇ γὰρ γυναικί, φησιν, ἔλεγον· οὐκέτι διὰ τὴν σὴν λα-

1. NIHIL invidia & livore pejus, nihil inani gloria deterius: hæc innumera corrumpere solet bona. Judæi ergo cum majorem quam Samaritani cognitionem haberent, & cum prophetis educati essent, illis tamen hinc inferiores fuerunt. Samaritani testimonio mulieris fidem habuere, nulloque viso signo exeunt rogaturi Christum ut secum maneret. Judæi vero, etiam visis miraculis, non modo non illum apud se retinuerunt, sed etiam ipsum expulerunt, nihilque non egerunt ut ipsum e regione sua eliminarent: etiamsi illorum gratia venisset, illum nihilominus ejecerunt; hi contra ut apud se maneret rogarunt. Num ergo ad hos rogantes non accedendum fuit; sed illis qui sibi bene affecti erant, relictis, apud insidiatores & adversarios manere oportuit? At non fuisset illud ejus providentia dignum. Ideo morem gessit & mansit apud eos duobus diebus. Ipsi quidem voluissent illum perpetuo retinere; illud enim indicat Evangelista his verbis: *Rogaverunt eum ut ibi maneret.* Ipse vero noluit, sed duos tantum dies cum illis mansit, & illo temporis spatio longe plures crediderunt in eum. Atqui non verisimile erat illos esse credituros, tum quod nullum signum vidissent, tum quod Judæos odio haberent. Attamen quia dictorum illius veritatem juste æstimarunt, his nihil officientibus, sublimiora de illo cogitarunt, quam quæ possent hujusmodi obicibus impediri, ac certatim illum magis ac magis admirabantur. *Nam mulieri dicebant, Non jam propter tuam*

[a] Morel. τὰ μύρια διέφθειρεν. Savil. τὰ μυρία εἴωθε διαφθείρειν.
[b] Morel. τὸν Χριστὸν εἶναι σὺν αὐτοῖς. Savil. τὸν Χριστὸν μεῖναι παρ' αὐτοῖς.
[c] Morel. ἐξελέξατο, Savil. ἐδέξατο.

Ἂν οὕτω τοίνυν θέλωμεν τὰς γραφὰς ἐρευνᾷν μετ' ἀκριβείας καὶ μὴ ἁπλῶς, δυνησόμεθα τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας ἐπιτυχεῖν· ἂν διὰ παντὸς αὐταῖς ἐνδιατρίβωμεν, καὶ δογμάτων ὀρθότητα, καὶ βίον εἰσόμεθα ἠκριβωμένον. κἂν σφόδρα σκληρός τις εἴη, καὶ ἀπηνής, καὶ χαῦνος· κἂν μηδὲν κερδαίνῃ ἐν τοῖς ἄλλοις χρόνοις, τὸν χρόνον γοῦν καρπώσεται τοῦτον, καὶ λήψεταί τινα ὠφέλειαν. εἰ καὶ μὴ τοσαύτην ὡς αἴσθησιν ἔχειν, ἀλλ' ὅμως λήψεται. εἰ γὰρ μυρεψεῖόν τις παριὼν καὶ προσκαθήμενος ἐργαστηρίοις τοιούτοις, καὶ ἄκων ἀναχρώννυται ἐκ τῆς εὐωδίας· πολλῷ μᾶλλον εἰς ἐκκλησίαν ἀπιών. ὥσπερ γὰρ ἐξ ἀργίας ἀργία τίκτεται· οὕτω καὶ ἐκ τῆς ἐνεργείας προθυμία γίνεται. κἂν μυρίων ᾖς γέμων κακῶν, κἂν ἀκάθαρτος, μὴ φύγῃς τὴν ἐνταῦθα διατριβήν. τί οὖν, φησιν, ὅτι ἀκούων οὐ ποιῶ; οὐ μικρὸν τὸ κέρδος ταλανίζειν ἑαυτόν· οὐκ ἄχρηστός ἐστιν ὁ φόβος· οὐκ ἄκαιρον τοῦτο τὸ δέος. ἐὰν στενάξῃς μόνον, ὅτι ἀκούων οὐ ποιῶ, πάντως καὶ ἐπὶ τὸ ποιεῖν ἥξεις ποτέ. οὐ γὰρ ἔνεστι τῷ Θεῷ διαλεγόμενον καὶ ἀκούοντα Θεοῦ διαλεγομένου, μὴ κερδαίνειν. εὐθέως γοῦν συστελλόμεθα, καὶ τὰς χεῖρας νιπτόμεθα, ὅταν βιβλίον βουλώμεθα λαβεῖν. ὁρᾷς καὶ πρὸ τῆς ἀναγνώσεως πόση εὐλάβεια; ἂν δὲ καὶ μετ' ἀκριβείας ἐπέλθωμεν, πολλὴν καρπωσόμεθα τὴν ὠφέλειαν. οὐ γὰρ ἂν εἰ μὴ ἐν εὐλαβείᾳ καθίστη τὴν ψυχήν, τὰς χεῖρας ἂν ἀπενιψάμεθα. καὶ γυνὴ κἂν ἀκατακάλυπτος ᾖ, περιτίθεται εὐθέως τὸ φᾶρος, τῆς ἔνδοθεν εὐλαβείας τὸ δεῖγμα ἐνδεικνυμένη· καὶ ἀνήρ, ἐὰν κατακεκαλυμμένος ᾖ, γυμνοῖ τὴν κεφαλήν. ὁρᾷς πῶς κῆρυξ γίνεται τῆς ἔνδον εὐλαβείας τὸ ἔξωθεν σχῆμα; εἶτα καὶ εἰς ἀκρόασιν καθίσας, ἐστέναξε πολλάκις καὶ

merito humiliora audierunt, ut crederent. Et hæc jam defensio præmittitur pro iis quæ postea humiliter dicturus est. Crediderunt ergo, non tamen quantum oportebat, sed utcumque; in humilitate verborum placide consistentes. Quod enim non perfectam haberent fidem, monstrat Evangelista in sequentibus, ubi ipsi contumeliam inferunt. Quod autem iidem ipsi essent, indicavit his verbis: 31. *Dicebat ergo Jesus ad eos qui crediderant ei Judæos: Si vos manseritis in sermone meo.* Ostendens ipsos nondum suscepisse doctrinam, sed dictis attendere tantum: quapropter vehementius loquitur. Illic enim simpliciter dicebat, *Quæretis me*; nunc vero addit, *In peccatis vestris moriemini.* Et quomodo id fiat ostendit, quia cum eo veneritis, non poteritis me rogare. *Hæc quæ loquor in mundo.* His declarat se jam exiturum ad gentes: Cum vero non scirent ipsum de Patre prius loquutum esse, rursum de illo loquitur, & causam cur humiliter loquutus sit affert Evangelista. Joan. 7. 34.

3. Si sic ergo Scripturas accurate scrutari velimus, non perfunctorie, salutem consequi poterimus; si assidue in illis versemur, & in vera doctrina & vitæ probitate instituemur. Ac licet durus sit quispiam, immitis, mollis; licet præcedenti tempore nihil lucratus fuerit, nunc saltem proficiet, & aliquam, etsi non sentiat, utilitatem decerpet. Nam si unguentariam officinam quis adiens, si in illa moretur, vel invitus suavem aliquem consequetur odorem; multo magis qui Ecclesiam frequentat. Ut enim ex desidia, negligentia; sic ex operatione, animi ardor oritur. Etsi malis sis innumeris refertus, etsi impurus, noli hanc vitare frequentiam. Quid, vero, inquis, si audita non exsequar? Non parum lucri est, si te miserum prædicaveris: non inutilis hic timor est, non intempestiva formido; si solum ingemueris, quod audita non exsequaris, aliquando ad agendum te comparabis. Non potest enim qui Deum alloquitur, ipsumque audit, non aliquid lucri consequi. Statim enim nos colligimus manusque abluimus, cum librum accipere volumus. Viden' quanta vel ante lectionem pietas? quod si diligenter pergamus, magnam carpemus utilitatem. Neque enim nisi anima pie affecta, manus abluemus. Et mulier si non operta sit, statim velum assumit, in argumentum pietatis interioris. Vir si operto sit capite, nudat caput. Viden' quomodo externus habitus internæ sit pietatis indicium? Inde sedens ad audiendum frequens ingemiscit, & præteritam vi- Lectio divinorum librorum quo ritu fiebat.

tam damnat. Scripturis ergo animum A adhibeamus, dilecti, & saltem Evangelia studiose tractemus. Statim enim atque librum aperueris, Christi nomen videbis, & dicentem illum audies: *Jesu autem Christi generatio sic erat. Cum esset desponsata mater ejus Maria Joseph, inventa est in utero habens de Spiritu sancto.* Qui autem hæc audierit, statim virginitatis amore capietur, partum mirabitur, a terra migrabit. Nec pro modico habendum est, si vel carptim obiterque videris Spiritu sancto dignatam Virginem, & Angelum ipsam alloquentem. B Hæc adhuc in superficie sunt. Sed si hæc speculando usque in finem perseveres, sæcularia statim omnia respues, terrena omnia deridebis: si dives sis, divitias nihil esse duces; ubi audies illam fabri uxorem in humili domo, matrem Domini fuisse; si pauper, de paupertate non erubesces, cum didiceris Creatorem mundi vilissimam casam non erubuisse. Hæc si cogites, non rapies, non avarus eris, non in aliena involabis; sed potius paupertatis amator eris, divitiasque despicies; hinc mala omnia eliminabis. C Rursus cum videris Jesum in præsepio jacentem, non ultra curabis filio tuo ornatum aureum circumponere, non lectum argento decoratum uxori parare. His abjectis curis, jam non avaritiæ vel rapinæ studebis. Multa alia hinc lucra sequuntur, quæ nunc non possumus singulatim recensere; sed scient ii qui experimento didicerint. Quapropter rogo libros hujusmodi vobis comparetis, librorum sensa percipiatis, atque in mentibus vestris describatis. Judæi namque, quia non animum adhibebant, jussi sunt libros manibus appendere. D Nos autem non in manibus, sed domi deponimus, cum oporteret in corde exarare. Sic enim abstersis vitæ sordibus, futura consequemur bona, quæ utinam adipiscamur, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem & cum quo Patri gloria simulque Spiritui sancto, nunc & semper & in sæcula sæculorum, amen.

Matth. 1. 18.

Lectionis utilitas.

A κατέγνω τοῦ βίου τοῦ παρόντος. προσέχωμεν τοίνυν ταῖς γραφαῖς, ἀγαπητοί· καὶ εἰ μηδὲν ἕτερον τά γοῦν εὐαγγέλια περισπούδαστα ἡμῖν γινέσθω, καὶ ταῦτα μεταχειριζώμεθα. εὐθέως [a] γὰρ, ἀναπτύξας τὸ βιβλίον, τοῦ Χριστοῦ τὸ ὄνομα ὄψει ἐγκείμενον, καὶ ἀκούσῃ εὐθέως λέγοντος· τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις ἦν οὕτω. μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου. ὁ δὲ ταῦτα ἀκούων, ἐπιθυμήσει παρθενίας εὐθέως, θαυμάζεται τὸν τόκον, ἀπαλλαγήσεται τῆς γῆς. οὐ μικρὰ καὶ ταῦτα, B ὅταν ἴδῃς καὶ πνεύματος καταξιουμένην τὴν παρθένον, καὶ ἄγγελον αὐτῇ διαλεγόμενον. καὶ ταῦτα μὲν ἐξ ἐπιπολῆς. εἰ δὲ ἐπιμείνῃς μέχρι τέλους ἐπιὼν, πάντα εὐθέως διαπτύσεις τὰ βιωτικά· πάντων καταγελάσῃ τῶν ἐνταῦθα· κἂν πλούσιος ᾖς, οὐδὲν ἡγήσῃ τὸν πλοῦτον, ἀκούσας ὅτι τέκτονος οὖσα ἐκείνη καὶ ταπεινῆς οἰκίας, μήτηρ τοῦ δεσπότου σου γέγονε. κἂν πένης ᾖς, οὐκ ἐπαισχυνθήσῃ τὴν πενίαν, μαθὼν ὅτι τὴν εὐτελεστάτην οἰκίαν οὐκ ἐπῃσχύνθη ὁ τοῦ κόσμου δημιουργός. ταῦτα ἐννοῶν, οὐχ ἁρπάσεις, οὐ πλεονεκτήσεις, οὐ λήψῃ τὰ C τῶν ἑτέρων σύ· ἀλλ' ἐραστὴς ἔσῃ μᾶλλον πενίας, καὶ ὑπερόψει τὸν πλοῦτον. ἂν δὲ τοῦτο γένηται, πάντα ἐξορίεις τὰ κακά. πάλιν ὅταν ἴδῃς αὐτὸν ἐπὶ φάτνης κείμενον, οὐ σπουδάσεις τῷ παιδίῳ σου περιθεῖναι κόσμον χρυσοῦν, οὐδὲ τῇ γυναικὶ ἀργυρένδετον ποιῆσαι κλίνην. [b] ταῦτα δὲ μὴ σπουδάζων, οὐδὲ τὰς ἐκ τούτων ἐργάσῃ πλεονεξίας καὶ ἁρπαγάς. πολλὰ καὶ ἕτερα ἔστι κερδᾶναι, ἅπερ οὐκ ἔνεστι νῦν κατὰ μέρος λέγειν. εἴσονται δὲ οἱ πεῖραν εἰληφότες. διὸ παρακαλῶ καὶ κτᾶσθαι βιβλία, καὶ μετὰ τῶν βιβλίων τὰ νοήματα κατέχειν, καὶ ταῖς διανοίαις ἐγγράφειν. οἱ μὲν γὰρ D Ἰουδαῖοι, ἐπειδὴ οὐ προσεῖχον, τῶν χειρῶν ἐκελεύοντο τὰ βιβλία ἐξαρτᾷν· ἡμεῖς δὲ οὔτε ἐν χερσὶν, ἀλλ' ἐν οἰκίᾳ τίθεμεν, δέον ἐντυποῦν τῇ καρδίᾳ. οὕτω γὰρ τὸν παρόντα ἐκκαθαίροντες βίον, τευξόμεθα τῶν μελλόντων ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

a Sic Savil. & alii. Morel. vero, γὰρ ἂν ἀναπτ-

b Alii, ταῦτα δὲ σπουδάζων.

A

ΟΜΙΛΙΑ νδ'.

Ἔλεγεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς τοὺς πεπιστευκότας αὐτῷ Ἰουδαίους· ἐὰν ὑμεῖς μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ, ἀληθῶς μαθηταί μου ἐστὲ, καὶ γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς.

ΠΟΛΛΗΣ ὑπομονῆς δεῖται τὰ ἡμέτερα, ἀγαπητοί. ἡ δὲ ὑπομονὴ γίνεται, ὅταν κατὰ βάθους ἐῤῥιζωμένα τὰ δόγματα ᾖ. καθάπερ γὰρ τὴν δρῦν τὴν εἰς B τοὺς κάτω κόλπους ἀφεῖσαν τὰς ῥίζας καὶ περισφιγγομένην μετὰ ἀκριβείας, οὐδεὶς ἄνεμος προσπεσὼν ἀνασπάσαι δυνήσεται· οὕτω δὴ καὶ τὴν ψυχὴν τὴν καθηλωμένην τῷ τοῦ Θεοῦ φόβῳ, οὐδεὶς περιτρέψαι δυνήσεται. τοῦ γὰρ ἐῤῥιζῶσθαι, τὸ καθηλῶσθαι πλέον ἐστί. τοῦτο γοῦν ὁ προφήτης εὔχεται λέγων· καθήλωσον ἐκ τοῦ φόβου σου τὰς σάρκας μου. οὕτω καὶ σὺ καθήλωσον καὶ σύναψον, ὡσανεὶ ἥλῳ περιπεπαρμένῳ. ὥσπερ γὰρ οὗτοι δυσάλωτοι· οὕτως οἱ ἐναντίοι εὐάλωτοι γίνονται καὶ καταῤῥίπτονται ῥᾳδίως. [a] ὅπερ καὶ τότε ἔπαθον οἱ Ἰουδαῖοι. ἀκούσαντες γὰρ καὶ πιστεύσαντες, C πάλιν ἐξετράπησαν. βουλόμενος οὖν ἐμβαθῦναι τὴν πίστιν αὐτῶν ὁ Χριστὸς, ὥστε μὴ ἐπιπολαίαν εἶναι, διασκάπτει τὴν ψυχὴν πληκτικωτέροις λόγοις. τῶν γὰρ πιστευόντων ἦν καὶ ἐλέγχων ἀνέχεσθαι. οἱ δὲ εὐθέως ἠγρίαινον. πῶς δὲ τοῦτο ποιεῖ; πρότερον παραγγέλλει· ἐὰν ὑμεῖς μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ, ὄντως μαθηταί μου ἐστὲ, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς. μονονουχὶ λέγων, μέλλω βαθεῖαν διδόναι τομήν· ἀλλὰ μὴ σαλεύεσθε. μᾶλλον δὲ καὶ διὰ τούτων αὐτῶν τὸν τῦφον αὐτῶν τῆς διανοίας κατέστειλε. τίνος ἐλευθερώσει, εἰπέ μοι; ἁμαρτημάτων. τί οὖν οἱ ἀλαζόνες ἐκεῖνοι; σπέρμα Ἀβραάμ ἐσμεν, καὶ οὐδενὶ δεδουλεύκαμεν D πώποτε. κατέπεσεν εὐθέως αὐτῶν ἡ διάνοια· τοῦτο δὲ γέγονεν, ἀπὸ τοῦ πρὸς τὰ κοσμικὰ ἐπτοῆσθαι. ἐὰν μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ, δηλοῦντος ἦν τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν, καὶ εἰδότος ὅτι ἐπίστευσαν μὲν, οὐκ ἔμειναν δέ. καὶ μέγα ἐπαγγέλλεται, τὸ μαθητὰς αὐτοῦ ἐκείνους γενέσθαι. ἐπειδὴ γάρ τινες ἀνεχώρησαν πρώην, αἰνιττόμενος αὐτούς φησιν, ἐὰν μείνητε. ἐπεὶ κἀκεῖνοι ἤκουσαν καὶ ἐπίστευσαν, καὶ ἀνεχώρησαν, ἐπειδὴ οὐκ ἔμειναν. πολλοὶ γὰρ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἀπῆλθον εἰς [b] τὰ ὀπίσω, καὶ οὐκ ἔτι μετ' αὐτοῦ [b] παῤῥησίᾳ περιεπάτουν. γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν· τουτέστιν, ἐμέ· ἐγὼ γάρ E εἰμι ἡ ἀλήθεια. τὰ μὲν Ἰουδαϊκὰ πάντα τύπος ἦν· τὴν δὲ ἀλήθειαν παρ' ἐμοῦ εἴσεσθε, καὶ ἐλευθερώσει ὑμᾶς τῶν ἁμαρτημάτων. ὥσπερ γὰρ ἐκείνοις ἔλεγεν· ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἀποθανεῖσθε· οὕτω καὶ τούτοις ἔλεγεν, ἐλευθερώσει ὑμᾶς. καὶ οὐκ εἶπεν, ἀπαλλάξω ὑμᾶς δουλείας· ἀλλὰ τοῦτο αὐτοῖς εἴασε συνιδεῖν. τί οὖν ἐκεῖνοι; σπέρμα Ἀβραάμ ἐσμεν, καὶ οὐδενὶ δεδουλεύκαμεν πώποτε. καίτοι εἰ ἔχρῆν ἀγανακτῆσαι,

[a] Morel. ὥσπερ, minus recte.

[b] παῤῥησίᾳ, deest in quibusdam mss.

HOMILIA LIV.

31. *Dicebat ergo Jesus ad eos qui crediderunt ei Judæos: Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis: 32. & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.*

1. MULTA nobis patientia opus est, dilecti. Patientia autem tunc acquiritur, cum dogmata in corde radices egerunt. Ut enim quercum profundis instructam radicibus, quævis venti violentia non evellit; sic animam divino confixam timore nemo poterit evertere: clavis enim affixum esse amplius est, quam radicatum esse. Id precabatur Propheta, *Confige timore tuo carnes meas.* Ps. 118. 120. Sic & tu confige & alliga, quasi clavo altius impacto. Ut enim sic affecti vix capiantur; sic secus compositi captu faciles, nullo negotio dejiciuntur. Quod tunc Judæi passi sunt. Cum audissent enim & credidissent, rursus eversi sunt. Cum ergo fidem illorum Christus firmiorem reddere vellet, ne ultra in sola superficie maneret, vehementiore sermone animum configit. Credentium enim erat reprehensiones facile tolerare. Illi vero statim excanduerunt. Quomodo id agit? Primo hortatur: *Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, & veritas liberabit vos;* ac si diceret: Altam facturus sum incisionem; sed ne exagitemini. Imo vero his illorum superbiam repressit. A quo, quæso, liberabit? A peccatis. Quid ergo arrogantes illi? 33. *Semen Abrahæ sumus, & nemini servivimus unquam.* Statim animo deciderunt, quia terrenis inhiabant. Illud, *si manseritis in sermone meo*, est indicantis quid in corde versarent, & scientis ipsos credidisse quidem, non autem mansisse in fide: & magnum quidpiam promittit, ipsos nempe discipulos ejus fore. Cum enim nonnulli nuper recessissent, ipsos subindicans dicit, *si manseritis:* nam illi audierant, crediderant & recesserant, quoniam non manserant. *Multi enim discipulorum ejus abierunt retro, & jam non cum illo palam ambulabant.* Joan. 6. 66. *Cognoscetis veritatem*; hoc est, me; nam *ego sum veritas.* Judaïca quidem omnia typus erant; veritatem autem a me discetis, quæ vos a peccatis liberabit. Quemadmodum enim illis dicebat, *In peccatis vestris moriemini;* sic & his dixit, *Liberabit vos.* Non dixit, Liberabo vos a servitute, sed hoc illis intelligendum reliquit. Quid ergo illi? *Semen Abrahæ sumus, & nemini servivimus unquam.* Atqui si indignandum

fuisset, de priori utique oportuerat, cum dixit, *Cognoscetis veritatem*, & dicendum erat: Quid ergo? an veritatem ignoramus? Lex ergo & notitiæ nostræ mendacia sunt. Verum hæc non curabant, sed de terrenis tantum rebus dolebant, & hæc servitutem esse suspicabantur. Sunt enim, sunt utique nunc etiam multi qui de rebus indifferentibus & de hac servitute erubescant; de servitute peccati non item; ac mallent millies illa servitute servi vocari, quam hac semel. Tales illi erant, neque aliam noverant servitutem; dicuntque: Servos vocasti eos qui ex genere Abrahæ sunt, nobiles illos? quos ideo non oportebat servos vocare. Nunquam, inquiunt, servivimus.
Matth. 3. 9. Talis Judæorum fastus est. *Semen Abrahæ sumus, Israelitæ sumus.* Nusquam gesta sua commemorant. Ideo in eos clamabat Joannes, *Nolite dicere, patrem habemus Abraham.* Cur autem non coarguit illos Christus? Siquidem sæpe servierunt Ægyptiis, Babyloniis, aliisque multis. Quia non ad contentionem, sed ad salutem loquutus fuerat, & ad beneficia præstanda; id illi curæ erat. Potuisset enim quadringentorum annorum servitutem afferre, hinc septuaginta annorum; & quæ sub Judicibus, modo viginti, modo duorum, modo septem annorum; potuisset dicere ipsos nunquam serviendi finem fecisse. Verum eos non hominum servos ostendere voluit, sed
Peccati servitus gravissima. peccati; quæ servitus est gravissima, a qua solus Deus liberare potest. Dimittendi enim peccata potestatem nemo habet, nisi Deus: idque illi confitebantur. Ideoque ad hoc illos inducit his verbis: 34. *Omnis qui facit peccatum, servus est peccati;* ostendens se loqui de libertate ab hujusmodi servitute. 35. *Servus autem non manet in domo: filius autem manet in æternum.* Sensim hinc legem dejicit priora tempora subindicans. Ne enim eo recurrerent dicentes: Sacrificia habemus quæ Moyses præcepit, illa nos eruere poterunt, ideo hæc intulit; alioquin quam hæc consequentiam habe-
Rom. 3. 23. rent? *Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei, justificati gratis per gratiam illius*, etiamque ipsi sacerdotes. Ideo
Heb. 5. 3. Paulus de sacerdote ait, *Debet offerre pro seipso, ut pro populo, quoniam ipse circumdatus est infirmitate;* & hoc significat dicendo: *Servus non manet in domo.* Hic autem & parem cum Patre honorem, & servi a libero differentiam significat: nam hoc sibi vult parabola, id est, non habet potestatem servus; quod indicatur per illud, *non manet.*

2. Cur autem cum de peccatis sermonem habet, domum memoravit? Ut ostenderet sicut in domo habet herus, sic se in

A ἐπὶ τοῦ προτέρου εἰκὸς ἦν, τοῦ εἰρηκέναι, γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν, καὶ εἰπεῖν· τί οὖν; νῦν τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἴσμεν; ὁ νόμος οὖν ψεῦδος καὶ ἡ γνῶσις ἡ ἡμετέρα; [a] ἀλλ' οὐδενὸς τούτων αὐτοῖς ἔμελεν, ἀλλ' ἐπὶ κοσμικοῖς πράγμασιν ἀλγοῦσι, καὶ ταῦτα δουλείαν ὑποπτεύοντες. εἰσὶ γάρ εἰσι καὶ νῦν πολλοὶ, οἳ ἐπὶ μὲν τοῖς ἀδιαφόροις αἰσχύνονται, καὶ ἐπὶ τῇ δουλείᾳ ταύτῃ· ἐπὶ δὲ τῆς δουλείας τῆς ἁμαρτίας οὐκέτι, καὶ ἕλοιντο ἂν μυριάκις ἐκείνην κληθῆναι δοῦλοι τὴν δουλείαν, ἢ ταύτην ἅπαξ. τοιοῦτοί τινες ἦσαν κἀκεῖνοι, καὶ οὐδὲ ᾔδεσαν ἄλλην δουλείαν, καὶ φασί· δούλους ἐκάλεσας τοὺς ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ Ἀβραάμ; τοὺς εὐγενεῖς;
B οὓς οὐκ ἐχρῆν διὰ τοῦτο καλέσαι δούλους. οὐδέποτε γάρ, φησιν, ἐδουλεύσαμεν. τοιαῦτα γὰρ τῶν Ἰουδαίων τὰ αὐχήματα· σπέρμα Ἀβραάμ ἐσμεν· Ἰσραηλῖταί ἐσμεν. οὐδαμοῦ τῶν οἰκείων κατορθωμάτων μέμνηνται. διὰ τοῦτο πρὸς αὐτοὺς ἀνέκραγεν Ἰωάννης λέγων· μὴ δόξητε λέγειν, ὅτι πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ. διατί δὲ μὴ ἤλεγξεν αὐτοὺς ὁ Χριστός; καὶ γὰρ πολλάκις ἐδούλευσαν, καὶ Αἰγυπτίοις, καὶ Βαβυλωνίοις, καὶ ἑτέροις πολλοῖς. ὅτι οὐ πρὸς φιλοτιμίαν αὐτῷ τὰ λεγόμενα ἦν, ἀλλὰ πρὸς σωτηρίαν, καὶ πρὸς εὐεργεσίαν, καὶ πρὸς τοῦτο ἠπείγετο. ἐπεὶ, εἶπεν ἂν τὰ τετρακόσια ἔτη· εἶπεν ἂν τὰ ἑβδομήκοντα· εἶπεν ἂν τὰ ἐπὶ τῶν
C κριτῶν, τὰ ποτὲ μὲν εἴκοσι, ποτὲ δὲ δύο, ποτὲ δὲ ἑπτά· εἶπεν ἂν, πῶς οὐδέποτε διέλιπον δουλεύοντες. ἀλλ' οὐ τοῦτο ἐσπούδαζε δεῖξαι, δούλους ἀνθρώπων γενομένους· ἀλλὰ τῆς ἁμαρτίας, ἥπερ ἐστὶ καὶ χαλεπωτάτη δουλεία, ἧς Θεὸς μόνος ἀπαλλάξαι δύναται. τὸ γὰρ ἀφεῖναι ἁμαρτίας, οὐδενὸς ἑτέρου ἐστί. καὶ τοῦτο καὶ αὐτοὶ ὡμολόγουν. ἐπεὶ οὖν τοῦτο ὡμολόγουν Θεοῦ ἔργον εἶναι, εἰς τοῦτο αὐτοὺς ἐνάγει καί φησι· πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας, δεικνὺς ὅτι περὶ ταύτης λέγει τῆς ἐλευθερίας, τῆς ἀπὸ ταύτης τῆς δουλείας. ὁ δὲ δοῦλος οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ· ὁ δὲ υἱὸς
D μένει εἰς τὸν αἰῶνα. [b] ἠρέμα καὶ ἐντεῦθεν τὰ τοῦ νόμου καταβάλλει, αἰνιττόμενος τοὺς προτέρους χρόνους. ἵνα γὰρ μὴ ἀνατρέχωσι καὶ λέγωσι· θυσίας ἔχομεν ἃς ἐπέταξε Μωσῆς· ἐκεῖναι ἡμᾶς ἀπαλλάξαι δύνανται· διὰ τοῦτο ταῦτα ἐπήγαγεν. ἐπεὶ ποίαν ἀκολουθίαν εἶχε τὰ εἰρημένα; πάντες γὰρ ἥμαρτον καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, δικαιούμενοι δωρεὰν [c] τῇ αὐτοῦ χάριτι, καὶ οἱ ἱερεῖς αὐτοί. διὰ τοῦτο καὶ Παῦλός φησι περὶ τοῦ ἱερέως· ὅτι ὀφείλει, φησὶ, προσφέρειν ὑπὲρ ἑαυτοῦ, καθὼς ὑπὲρ τοῦ λαοῦ. ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν. καὶ τοῦτο δηλοῦται, διὰ τοῦ εἰπεῖν, ὁ δοῦλος οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ. ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ ὁμότιμον αὐτοῦ δείκνυσι τὸ πρὸς τὸν πατέρα, καὶ τὸ διάφορον δούλου καὶ ἐλευθέρου. ἡ γὰρ παραβολὴ τοῦτο βούλεται, τουτέστιν, οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ δοῦλος· τοῦτο γάρ ἐστι, τὸ, οὐ μένει.

Διατί δὲ περὶ ἁμαρτημάτων διαλεγόμενος, οἰκίας ἐμνημόνευσε; δεικνὺς ὅτι ὥσπερ ἐπὶ οἰκίας ὁ δεσπότης, οὕτω

a Alii, ἀλλ' οὐδενὸς αὐτοῖς ἔμελεν ἐπὶ κοσμικοῖς πράγμασι. Infra, καὶ ἐπὶ τῇ δουλείᾳ ταύτῃ· ἐπὶ δὲ τῆς δουλείας τῆς ἁμαρτίας; eodem regimine dicendum videbatur, ἐπὶ δὲ τῇ δουλείᾳ τῆς. Sed omnia exemplaria, ἐπὶ δὲ τῆς δουλείας habent.

b Unus Codex, isque optimus, ἠρέμα καὶ ἐντεῦθεν τὰ τοῦ νόμου καταβάλλει, recte Boisius legendum existimat, τὰ τοῦ νόμου, quæ lectio comprobatur ex Codice. Editi & alii Codices, καὶ διὰ τοῦ νόμου, male.
c τῇ αὐτοῦ χάριτι, deest in quibusdam.

πάντων αὐτὸς ἐξουσιάζει. τὸ δὲ, οὐ μένει, τοῦτό ἐστιν· οὐκ ἔχει ἐξουσίαν χαρίζεσθαι, ἅτε μὴ ὢν οἰκοδεσπότης· ὁ δὲ υἱὸς, οἰκοδεσπότης ἐστί. τοῦτο γάρ ἐστι, μένει εἰς τὸν αἰῶνα, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀνθρωπίνων, ἵνα μὴ λέγωσι, σὺ τίς εἶ; ἐμά ἐστι πάντα· υἱὸς γάρ εἰμι, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ μένω τοῦ πατρὸς· οἰκίαν, τὴν ἐξουσίαν καλῶν. καὶ γὰρ καὶ ἀλλαχοῦ οἰκίαν καλεῖ τοῦ πατρὸς, τὴν ἀρχήν. ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν. ἐπειδὴ γὰρ περὶ ἐλευθερίας καὶ δουλείας ὁ λόγος, εἰκότως ταύτῃ κέχρηται τῇ μεταφορᾷ λέγων ὅτι οὐκ εἶχον ἐξουσίαν ἐκεῖνοι ἀφιέναι. ἐὰν οὖν ὁ υἱὸς ὑμᾶς ἐλευθερώσῃ. εἶδες τὸ ὁμοούσιον τοῦ πρὸς τὸν πατέρα; καὶ πῶς δείκνυσι τὴν αὐτὴν ἔχοντα αὐτὸν ἐξουσίαν ἐκείνῳ; ἐὰν ὁ υἱὸς ὑμᾶς ἐλευθερώσῃ. οὐδεὶς ἀντιλέγει λοιπόν· ἀλλὰ βεβαίαν ἔχετε τὴν ἐλευθερίαν. θεὸς γὰρ ὁ δικαιῶν, τίς ὁ κατακρίνων; ἐνταῦθα δείκνυσι καὶ ἁμαρτίας ἑαυτὸν καθαρὸν, καὶ τὴν μέχρι προσηγορίας ἐλευθερίαν αἰνίττεται· ταύτην γὰρ καὶ ἄνθρωποι διδόασιν, ἐκείνην δὲ μόνος ὁ θεός. καὶ διὰ τούτου πείθει αὐτοὺς μὴ αἰσχύνεσθαι ἐπὶ τῇ δουλείᾳ ταύτῃ, ἀλλ' ἐπὶ τῇ τῆς ἁμαρτίας. [a] καὶ βουλόμενος δεῖξαι ὅτι εἰ καὶ δοῦλοι οὐκ ἦσαν, διὰ τὸ ἐκείνην ἀποκρούσασθαι, μᾶλλον γεγόνασι δοῦλοι, ἐπήγαγεν εὐθέως, ὄντως ἐλεύθεροι ἔσεσθε. διὰ δὲ τῆς ἐπαγωγῆς καὶ ἐμφαίνει, ὅτι αὕτη ἡ ἐλευθερία οὐκ ἀληθής. εἶτα ἵνα μὴ λέγωσιν ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν· εἰκὸς γὰρ τοῦτο ἦν εἰπεῖν· ὅρα πῶς αὐτοὺς εἰς τὴν κατηγορίαν ἐνέβαλε ταύτην. ἀφεὶς γὰρ πάντα αὐτῶν ἐλέγξαι τὸν βίον, τοῦτο δὲ μετὰ χεῖρας, ὃ ἔτι πράττειν ἐβούλοντο, ἄγει εἰς μέσον, καί φησιν· οἶδα ὅτι σπέρμα Ἀβραάμ ἐστε· ἀλλὰ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι. ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν ἐκβάλλει τῆς συγγενείας αὐτοὺς ἐκείνης, παιδεύων μὴ μέγα φρονεῖν ἐπὶ τούτῳ. ὥσπερ γὰρ ἐλευθερία καὶ δουλεία ἀπὸ τῶν ἔργων, οὕτω καὶ συγγένεια. καὶ οὐκ εἶπεν εὐθέως, οὐκ ἐστὲ τοῦ Ἀβραάμ, οἱ ἀνδροφόνοι τοῦ δικαίου· ἀλλὰ καὶ συντρέχει τέως, καί φησιν· οἶδα ὅτι σπέρμα Ἀβραάμ ἐστε· [b] ἀλλὰ οὐ τοῦτό ἐστι τὸ ζητούμενον, καὶ λοιπὸν καταφορικωτέρᾳ κέχρηται τῇ δημηγορίᾳ ταύτῃ. καὶ γάρ ἐστιν ὡς τὰ πολλὰ παρατηρῆσαι, ὅτι μέλλων μέγα ἐργάζεσθαί τι, μετὰ τὸ ἐργάσασθαι, πλείονι κέχρηται τῇ παῤῥησίᾳ, ὡς τῆς μαρτυρίας τῆς ἀπὸ τῶν ἔργων ἐπιστομιζούσης αὐτούς. ἀλλὰ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι. τί οὖν, εἰ δικαίως φησίν; ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο. διὸ καὶ τὴν αἰτίαν τίθησιν, ὅτι ὁ λόγος ὁ ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν. πῶς οὖν φησιν, ὅτι ἐπίστευον εἰς αὐτόν; ἀλλ' ὅπερ ἔφην, μετετίθεντο πάλιν. διὸ καὶ σφόδρα αὐτῶν καθήψατο. εἰ γὰρ τὴν συγγένειαν αὐχεῖτε ἐκείνου, καὶ τὸν βίον ἐπιδείξασθαι χρή. καὶ οὐκ εἶπεν, οὐ χωρεῖτε τὸν λόγον, ἀλλ' οὐ χωρεῖ ὁ ἐμὸς λόγος ἐν ὑμῖν, τὸ ὑψηλὸν αὐτοῦ τῶν δογμάτων ἐπιδεικνύμενος. καίτοι οὐδὲ ὑπὲρ τούτου ἀ-

A omnia potestatem habere. Illud vero, *non manet*; id est, non habet largiendi potestatem, quod non sit herus; filius porro herus est; id enim significat illud, *manet in sæculum*, secundum humanarum rerum metaphoram: ne dicant, tu quis es? Mea sunt omnia; Filius enim sum, & in paterna domo maneo; domum vocat potestatem. Nam alibi quoque domum Patris vocat principatum: *In domo Patris mei mansiones multæ sunt.* Joan. 14. 2. Nam cum de libertate & de servitute sit sermo, jure hac usus est metaphora, B dicens illos non habuisse dimittendi potestatem. 36. *Si ergo Filius vos liberaverit.* Viden' eum Patri esse consubstantialem; & quomodo ostendat se parem habere potestatem? *Si vos Filius liberaverit*; nemo contradicet amplius, sed firmam habebitis libertatem: nam *Deus est qui justificat, quis est qui condemnet?* Hic a peccato se purum ostendit; illamque significat quæ nomine tenus est libertatem, quam dant homines: illam vero aliam, solus Deus. Hinc illis suadet ne propter hanc servitutem erubescant, sed propter peccati servitutem. C Et ostendere volens ipsos, etsi servi non sint, quia illam respuerunt servitutem; magis tamen servos factos esse, statim intulit, *Vere liberi eritis.* Indeque declarat hanc non esse veram libertatem. Deinde ne dicerent se peccatum non habere; nam credibile erat hoc esse dicturos; vide quomodo illos accuset. Omissis cæteris in illorum vita reprobandis, hoc facinus, quod jam agitabant, in medium adducit: 37. *Scio quia semen Abrahæ estis, sed quæritis me interficere.* Sensim ejicit illos ab Abrahæ cognatione illa, docens ne altum illa de re saperent; D sicut enim libertas & servitus ab operibus pendent, ita & cognatio. Nec statim dixit, Non estis filii Abrahæ illius justi, vos homicidæ; sed cum illis adhuc consonat dicitque, *scio quia semen Abrahæ estis*; verum non hoc est quod quæritur: & jam asperius in illos invehitur. Etenim ut plurimum observandum est, ipsum cum magnum quidpiam est operaturus, postquam id fecerit, majore uti loquendi fiducia, utpote cum ipsa opera contentiosos reprimant. *Sed quæritis me interficere.* Quid si juste? At non sic se res habet; quapropter causam ille affert, quia *sermo meus non capit in vobis.* E Quomodo ergo ait in ipsum credidisse? Verum, ut dixi, iterum mutati fuerant. Ideo vehementer in illos invehitur. Nam si de cognatione illa gloriamini, ut vita consonet oportet. Nec dixit, Non capitis verbum; sed, *sermo meus non capit in vobis*, dogmatum suorum sublimitatem declarans. Atqui non ideo interfi-

[a] Ille ipse Codex optimus hunc locum sic apprime restituit: καὶ βουλόμενος δεῖξαι ὅτι εἰ καὶ δοῦλοι οὐκ ἦσαν διὰ τὸ ἐκείνην ἀποκρούσασθαι τὴν δουλείαν, &c. ut supra. Editi vero sic habent, καὶ βουλ- δεῖξαι ὅτι δοῦλοι... ἀποκρούσασθαι. μᾶλλον δὲ δείκνυσι ὄντας δούλους τῷ εἰπεῖν, ὄντως ἐλεύθεροι ἔσεσθε. τοῦτο δὲ ἐμφατικόν ἐστιν ἔτι. Unus habet, καὶ βουλόμενος δεῖξαι, quæ lectio, meo quidem judicio non quadrat.

[b] Morel. ἀλλὰ τοῦτο, male.

cere oportuit; imo potius honorare & colere, ut discerent. Sed quid si tu a temetipso hæc loqueris? ut hæc præveniat, ait: 38. *Quæ ego vidi apud Patrem meum, hæc loquor: & vos quæ audistis apud patrem vestrum facitis.* Ut ego, inquit, & re & verbis ostendo Patrem; ita & vos re tantum. Non modo enim eamdem substantiam, sed eamdem quam Pater veritatem habeo. 39. *Dicunt ei: Nos patrem habemus Abraham. Dicit eis Jesus: Si patrem haberetis Abraham, opera ejus faceretis.* 40. *Nunc autem quæritis me interficere.* Frequenter hic illorum sanguinarium animum exagitat, & Abrahamum commemorat. Idque, ut illos ab hac cognatione abducat, & superfluam illam jactantiam auferat, suadeatque ne illa in re spem salutis habeant, neque in cognatione naturæ, sed in cognatione propositi. Hoc enim illos impediebat quominus ad Christum accederent, quod putarent cognationem talem illis esse satis ad salutem. Quam veritatem dicit? Quod sit æqualis Patri. Ideo enim quærebant illum Judæi interficere, ut ait ille: *Quæritis me interficere. Quia veritatem vobis loquutus sum, quam audivi a Patre meo.* Ostendens hæc non esse Patri contraria: rursus ad illum confugit. 41. *Dicunt ei: Nos ex fornicatione non sumus nati; unum patrem habemus Deum.* Quid dicitis? Vos patrem habetis Deum, & Christum incusatis hoc dicentem? Viden' illum præcipuo quodam modo dixisse Deum esse patrem suum?

3. Quia igitur illos ex Abrahæ cognatione ejecit; cum nihil habeant quod objiciant, aliud quidpiam majus audent, ad Deum se referentes: sed hoc etiam honore illos dejicit dicens: 42. *Si Deus pater vester esset, diligeretis utique me; quia ego ex Deo exivi, & venio: neque a meipso veni; sed ille me misit.* 43. *Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum.* 40. *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit. Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur.* Exclusit eos a cognatione Abrahæ; & quia majora ausi sunt, tunc demum plagam infligit, cum dicit eos non modo ex Abraham non esse; sed etiam ex diabolo esse, impudentiæ par vulnus infligens; neque id sine testimonio, sed adhibita probatione. Interficere enim, inquit, diabolicæ est malitiæ. Nec simpliciter opera dixit; sed desideria; ostendens & diabolum & Judæos cædibus esse deditos, idque invidiæ causa. Adamum enim occidit non alia quam invidiæ causa. Hoc & nunc quoque subindicat. *Et in veritate non stetit*; id est,

Invidia diaboli Adam ejectus est.

A ναιρεῖν ἐχρῆν, ἀλλὰ μᾶλλον τιμᾶν καὶ θεραπεύειν, ὥστε μαθεῖν. Τί οὖν, φησιν, ἂν ἀπὸ σαυτοῦ ταῦτα λαλῇς; διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν· ἃ ἐγὼ ἑώρακα παρὰ τῷ πατρί μου, ταῦτα λαλῶ· καὶ ὑμεῖς ἃ ἠκούσατε παρὰ τοῦ πατρὸς ὑμῶν, ποιεῖτε. ὥσπερ, φησὶν, ἐγὼ καὶ ἀπὸ τῶν ῥημάτων, καὶ ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἐμφαίνω τὸν πατέρα, οὕτω καὶ ὑμεῖς ἀπὸ τῶν πραγμάτων. οὐ γὰρ τὴν αὐτὴν οὐσίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν αὐτὴν ἀλήθειαν ἔχω τῷ πατρί. λέγουσιν αὐτῷ· ἡμεῖς πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ. λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· εἰ πατέρα ἔχετε τὸν Ἀβραάμ, τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐποιεῖτε. νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι. συνεχῶς ἐνταῦθα τὴν φονικὴν αὐτῶν στρέφει προαίρεσιν, καὶ τοῦ Ἀβραὰμ μέμνηται. B ποιεῖ δὲ τοῦτο, καὶ ταύτης αὐτοὺς ἀπαγαγεῖν βουλόμενος τῆς συγγενείας, καὶ τὸ περιττὸν καύχημα ἐξελεῖν, καὶ πεῖσαι μηκέτι ἐν ἐκείνῳ τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας ἔχειν, μηδὲ ἐν τῇ κατὰ φύσιν συγγενείᾳ, ἀλλ' ἐν τῇ κατὰ προαίρεσιν. τοῦτο γὰρ ἦν τὸ κωλῦον αὐτοὺς προσελθεῖν τῷ Χριστῷ, τὸ νομίζειν ἀρκεῖν αὐτοῖς τὴν συγγένειαν ἐκείνην εἰς σωτηρίαν. ποίαν δὲ ἀλήθειαν λέγει; ὅτι ἴσος ἐστὶ τῷ πατρί. διὰ γὰρ τοῦτο ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι, καί φησι· ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι, ὅτι τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα ἣν ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός C μου· δεικνὺς, ὅτι οὐκ ἐναντία τῷ πατρὶ ταῦτά ἐστι, πάλιν ἐπ' αὐτὸν καταφεύγει. λέγουσιν αὐτῷ· ἡμεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα· ἕνα πατέρα ἔχομεν τὸν θεόν. τί λέγεις; ὑμεῖς πατέρα τὸν θεὸν ἔχετε, καὶ τῷ Χριστῷ ἐγκαλεῖτε τοῦτο λέγοντι; ὁρᾷς ὅτι ἐξαιρέτως ἔλεγεν αὐτοῦ πατέρα εἶναι τὸν θεόν;

Ἐπειδὴ τοίνυν τῆς συγγενείας αὐτοὺς ἐξέβαλε τοῦ Ἀβραὰμ, οὐδὲν ἔχοντες εἰπεῖν, ἕτερόν τι μεῖζον τολμῶσιν, εἰς τὸν θεὸν ἀνατρέχοντες. ἀλλὰ καὶ ταύτης αὐτοὺς ἐκβάλλει τῆς τιμῆς λέγων· εἰ ὁ θεὸς πατὴρ ὑμῶν ἦν, ἠγαπᾶτε ἂν ἐμὲ, ὅτι ἐγὼ ἐκ τοῦ θεοῦ ἐξῆλ- D θον καὶ ἥκω, καὶ ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλήλυθα, ἀλλ' ἐκεῖνός με ἀπέστειλε. διατί οὐκ οἴδατε τὴν λαλιὰν τὴν ἐμήν; ὅτι οὐ δύνασθε ἀκούειν τὸν λόγον τὸν ἐμόν. ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ διαβόλου ἐστὲ, καὶ τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν. ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν. ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ. ἐξέβαλεν αὐτοὺς τῆς συγγενείας τοῦ Ἀβραάμ. καὶ ἐπειδὴ [a] μείζονα ἐτόλμησαν, τότε λοιπὸν ἐπάγει τὴν πληγὴν λέγων· ὅτι οὐ μόνον τοῦ Ἀβραὰμ οὐκ εἰσὶν, ἀλλ' ὅτι καὶ τοῦ διαβόλου εἰσὶν, ἀντίῤῥοπον τῆς ἀναισχυντίας E διδοὺς τὴν τομήν· καὶ οὐδὲ ἀμάρτυρον αὐτὴν ἀφίησιν, ἀλλ' ἐλέγχοις αὐτὴν κατασκευάζει. τὸ γὰρ [b] φονεύειν, φησὶ, τῆς ἐκείνου κακία ἐστί. καὶ οὐκ εἶπεν ἁπλῶς τὰ ἔργα, ἀλλὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτοῦ ποιεῖτε, δεικνὺς ὅτι σφοδρῶς κἀκεῖνος καὶ [c] οὗτοι φόνων ἔχονται, καὶ ὅτι φθόνος ἦν ἡ αἰτία. οὐδὲ γὰρ ἔχων τι τῷ Ἀδὰμ ἐγκαλεῖν, ἀλλ' ἢ βασκαίνων μόνον ἀνεῖλε. τοῦτο οὖν καὶ ἐνταῦθα αἰνίττεται· καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκε· τουτέστιν,

a μείζονα, quidam habent μεῖζον.
b φονεύειν, alii, φονᾷν.

c Alii, οὗτοι φονῶσι.

ἐν τῷ ὀρθῷ βίῳ. ἐπειδὴ γὰρ συνεχῶς αὐτοῦ κατηγόρουν, ὅτι ἐκ τοῦ θεοῦ οὐκ ἔστι, λέγει ὅτι καὶ τοῦτο ἐκεῖθέν ἐστιν. ἐκεῖνος γὰρ ἔτεκε τὸ ψεῦδος πρῶτος λέγων· ᾗ ἂν ἡμέρᾳ φάγητε, διανοιχθήσονται ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοί. καὶ αὐτὸς αὐτῷ πρῶτος ἐχρήσατο. ἄνθρωποι μὲν γὰρ, οὐχ ὡς ἰδίῳ αὐτῷ χρῶνται, ἀλλ' ὡς ἀλλοτρίῳ· ἐκεῖνος δὲ ὡς ἰδίῳ. ἐγὼ δὲ ὅτι ἀλήθειαν λέγω οὐ πιστεύετέ μοι. ποία αὕτη ἀκολουθία; οὐδὲν ἐγκαλοῦντες, ἀνελεῖν με θέλετε. ἐπειδὴ γὰρ ἐχθροί ἐστε τῆς ἀληθείας, διὰ τοῦτό με διώκετε. ἐπεὶ εἰ μὴ διὰ τοῦτο, εἴπατε τὸ ἔγκλημα. διὰ γὰρ τοῦτο ἐπήγαγε· τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγξει με περὶ ἁμαρτίας; εἶτα ἐκεῖνοι· ἡμεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα. καὶ μὴν ἐκ πορνείας ἐγεννήθησαν πολλοί· καὶ γὰρ οὐ προσηκούσας ἐπιμιξίας ἐποιοῦντο. ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἐλέγχει, ἀλλὰ πρὸς ἐκεῖνο ἵσταται. ἐπειδὴ γὰρ ἔδειξεν οὐκ ὄντας ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ἐκ τοῦ διαβόλου, ἐκ τούτων ἁπάντων· καὶ γὰρ τὸ φονεύειν διαβολικὸν, καὶ τὸ ψεύδεσθαι διαβολικόν· ἅπερ ἀμφότερα ὑμεῖς ποιεῖτε· δείκνυσιν ὅτι τὸ ἀγαπᾶν τοῦτο σημεῖον τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ εἶναι. διατί οὐκ οἴδατε τὴν λαλιὰν τὴν ἐμήν; ἐπειδὴ γὰρ ἀεὶ ἠπόρουν λέγοντες· τί ἐστιν ὅ λέγει, ὅπου ἐγὼ ὑπάγω ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν; διὰ τοῦτό φησιν· οὐκ οἴδατε τὴν ἐμὴν λαλιὰν, ὅτι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ οὐκ ἔχετε. τοῦτο δὲ ὑμῖν γίνεται διὰ τὸ χαμαίζηλον τῆς διανοίας, καὶ διὰ τὸ πολὺ μείζονα εἶναι τὰ ἐμά. τί οὖν εἰ μὴ δύναιντο συνιδεῖν; ἐνταῦθα τὸ μὴ δύνασθαι, τὸ μὴ βούλεσθαί ἐστιν, ὅτι ταπεινοὺς ἑαυτοὺς εἶναι ἐπαιδεύσατε, ὅτι οὐδὲν μέγα φαντάζεσθε. ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγον διώκειν αὐτὸν ὡς ὑπὲρ τοῦ θεοῦ ζηλοῦντες, διὰ τοῦτο πανταχοῦ πειρᾶται δεῖξαι, ὅτι τὸ διώκειν αὐτὸν, τοῦτο μισούντων ἐστὶ τὸν θεόν· τοὐναντίον δὲ τὸ ἀγαπᾶν, εἰδότων τὸν θεόν, φησιν· ἕνα πατέρα ἔχομεν, τὸν θεόν. ἀπὸ τούτων σεμνύνονται, ἀπὸ τιμῆς, οὐκ ἀπὸ κατορθωμάτων. οὐκ ἄρα τοῦ ἀλλότριόν με εἶναι, τὸ μὴ πιστεύειν ὑμᾶς τεκμήριον· ἀλλὰ τοῦ ὑμᾶς μὴ εἰδέναι τὸν θεόν, ἡ ἀπιστία σημεῖον. τὸ δὲ αἴτιον, ἐκ τοῦ θέλειν ψεύδεσθαι καὶ τὰ τοῦ διαβόλου ποιεῖν. τοῦτο δὲ ποιεῖ ψυχῆς εὐτέλεια, καθάπερ ὁ ἀπόστολός φησιν· ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν ἔρις καὶ ζῆλος, οὐχὶ σαρκικοί ἐστε; διατί δὲ οὐ δύνασθε; ὅτι τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν, σπουδάζετε, φιλονεικεῖτε. ὁρᾷς ὅτι τὸ, οὐ δύνασθε, τὸ μὴ θέλειν λέγει; ὅτι Ἀβραὰμ τοῦτο οὐκ ἐποίησεν. ἀλλὰ τίνα ἐστὶν αὐτοῦ τὰ ἔργα; τὸ ἥμερον, τὸ ἐπιεικὲς, τὸ πειθήνιον. ὑμεῖς δὲ ἐξ ἐναντίας ἵστασθε, ἀπηνεῖς ὄντες καὶ ὠμοί. πόθεν δὲ αὖθις ἐπῆλθεν ἐπὶ τὸν θεὸν καταφυγεῖν; ἀναξίους αὐτοὺς ἔδειξε τοῦ Ἀβραάμ· βουλόμενοι οὖν τοῦτο διαφυγεῖν, ἐπὶ τὸ μεῖζον ἀνέβησαν. ἐπειδὴ γὰρ ὠνείδισε φόνον, ὥσπερ ἀπολογίαν τινὰ ποιούμενοι ὅτι τὸν θεὸν ἐκδικοῦσι, τοῦτο λέγουσι. δείκνυσιν οὖν ὅτι τοῦτο αὐτὸ, ἐναντιουμένων ἐστὶ τῷ θεῷ. τὸ δὲ, ἐξῆλθον, δείκνυσιν αὐτὸν ἐκεῖθεν ὄντα. ἐξῆλθον δὲ λέγει, τὴν πρὸς ἡμᾶς ἄφιξιν αἰνιττόμενος. ἐπειδὴ δὲ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς

A in vitæ probitate. Quia enim illum frequenter incusabant quod non esset ex Deo, dicit hoc inde provenire. Ille namque prior peperit mendacium, cum dixit: *In quacumque die comederitis, aperientur oculi vestri.* Gen. 3. 5. Ille primus mendacio est usus. Homines enim illo ut non sibi proprio utuntur, sed ut alieno; hic ut proprio. 45. *Ego autem quia veritatem dico, non creditis mihi.* Qua consequentia arguit? Nulla oblata accusatione vultis me interficere. Quia enim inimici veritatis estis, ideo me persequimini: sin minus, peccatum meum dicite. Ideo pergit:

B *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Hinc illi: *Nos ex fornicatione nati non sumus.* Atqui multi ex fornicatione nati erant, utpote illicitis coïtibus assueti. Verum non ideo arguit, sed in hoc institit. Quia enim ostenderat illos non ex Deo, sed ex diabolo esse: ex his omnibus procedit. Nam interficere, diabolicum est; ut & mentiri, quod utrumque facitis. Ostendit vero ex amore probari quempiam ex Deo esse. *Quare loquelam meam non cognoscitis?* Cum enim semper dubitarent dicerentque: *Quid est quod dicit, Quo ego vado, vos non potestis venire?* ideo ait: *Non cognoscitis loquelam meam, quia sermonem Dei*

C *non habetis.* Idque accidit, quia mens vestra humi repit, & quod mea longe sublimiora sint. Quid ergo si intelligere non poterant? hic non posse est nolle, quia vos ita instituistis, ut abjecti sitis, quod nihil magnum cogitatis. Quia enim dicebant se ideo illum persequi, quod Dei cultui studerent; ideo ubique ostendere conatur, quod se persequi sit Deum odisse, contra vero se amare, sit Deum nosse. *Unum patrem habemus Deum.* Hinc gloriam aucupantur ab honore, non ab operibus. Incredulitas ergo vestra

D probat non me alienum a Deo esse; sed vos Deum non nosse. In causa autem est quod mentiri, & diaboli opera facere velitis. Illud autem ex abjecto animo proficiscitur, ut Apostolus inquit: *Cum enim sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis?* 1. Cor. 3. 3. Quare autem non potestis? *Quia desideria patris vestri vultis facere*, id curatis, & contenditis. Viden' illud, *non potestis*, significare quod non velint? *Hoc Abraham non fecit.* Sed quænam sunt ejus opera? Mansuetudo,

E modestia, obsequium. Vos contra inhumani & crudeles estis. Unde autem moti sunt ut ad Deum confugerent? Illos Abrahamo indignos ostenderat: cum illud vitare vellent, in majus quidpiam ascenderunt. Cum enim cædes illis exprobraret, quasi ad defensionem dicunt se Deum ulcisci. Ostendit ergo illud ipsum esse Deo adversantium. Illud autem, *exivi*, significat illum inde venisse. *Exivi* enim subindicat ejus ad nos adventum. Quia autem verisimiliter dictu-

Judæorum opera Abrahæ operibus contraria.

ri erant, aliena & nova loqueris; se a Deo venisse dicit. Ideo hæc non auditis, inquit, quia ex diabolo estis. Cur me vultis interficere? Quid criminis offerre potestis? Si nihil, cur non creditis mihi? Sic ergo cum ex mendacio & cæde illos ex diabolo esse ostendisset, probat & ab Abrahamo & a Deo alienos esse; tum quod odio haberent eum qui se nihil læserat, tum quod non audirent sermonem ejus. Demonstrat autem ubique se non esse Deo adversarium, neque ideo illos sibi non credere; sed quod alieni essent a Deo. Nam eum qui peccatum non fecit, qui dicit se a Deo venire & ab ipso missum esse, qui veritatem loquebatur, & ita loquebatur, ut omnes ad se redarguendum provocaret: neque tamen credebatur, palam erat ideo non credi, quod illi carnales essent. Noverat enim, noverat utique peccata animam abjectam reddere. Ideo inquit, *Quoniam imbecilles facti estis ad audiendum.* Quando enim terrena non potest quis contemnere, quomodo de cælestibus philosophari poterit?

Hebr. 5. 11.

4. Quamobrem, obsecro, nihil non agamus ut rectam instituamus vitam, animum purgemus, ut nihil sordium nobis impedimento sit. Accendite vobis lucem cognitionis, & ne seminetis in spinis. Qui non intelligit malam esse avaritiam, quomodo id quod majus est sciet? Qui ab his non abstinet, quomodo illis hærebit? Rapere bonum est, at non peritura, sed regnum cælorum; nam *violenti*, inquit, *rapiunt illud.* Non igitur desides possumus illud consequi; sed cum diligentia & studio. Sed quid sibi vult *violenti?* Violentia multa est opus. Nam angusta est via, & strenuo opus est animo. Qui rapiunt, omnes volunt antevertere. Nihil respiciunt, non damnationem, non accusationem, non supplicium, sed unum tantum, id rapere quod appetunt, omnes qui ante sunt antevertere student. Rapiamus ergo regnum cælorum. Non est culpa id rapere, sed laudi datur; culpa vero est non rapere. Hic divitiæ nostræ non in alterius detrimentum vertunt. Studeamus ergo illud rapere. Si ira, si concupiscentia instent, naturæ vim inferamus, mansuetiores simus, paulalum laboremus, ut perpetuo quiescamus. Ne rapias aurum; sed illas rape divitias, quæ te aurum pro luto habere suadeant. Dic mihi, si plumbum & aurum prostarent, quid raperes? Nonne aurum? Tu vero ubi is qui rapit punitur, quod majus est honoras; ubi autem raptor honoratur, quod majus est prodis. Quod si utrinque punitio esset, annon ad hoc magis venisses? Hic autem nihil tale est, sed beatitudo. Et quomodo, inquies, rapi potest? Projice ea quæ præ mani-

Rapere oportet, non peritura bona, sed regnum cælorum. Matth. 11. 12.

A εἰπεῖν, ὅτι ξένα τινὰ λέγεις [a] καὶ καινὰ, παρὰ τοῦ θεοῦ φησιν ἥκειν. εἰκότως οὖν οὐκ ἀκούετε αὐτῶν, φησιν, ἐκ τοῦ διαβόλου ὄντες. τίνος γὰρ ἕνεκεν ἀναιρεῖτε; τί ἔχοντες ἐγκαλέσαι; εἰ μὴ τοῦτό ἐστι, διατί οὐ πιστεύετέ μοι; οὕτως οὖν αὐτοὺς ὄντας ἐκ τοῦ διαβόλου ἀπὸ τοῦ ψεύδους καὶ τοῦ φόνου δείξας, ἔδειξε καὶ ἀλλοτρίους ὄντας τοῦ Ἀβραὰμ καὶ τοῦ θεοῦ, ἀπό τε τοῦ μισεῖν τὸν οὐδὲν ἠδικηκότα, ἀπό τε τοῦ μὴ ἀκούειν τὸν λόγον αὐτοῦ· καὶ δείκνυσιν ἄνω καὶ κάτω, ὅτι οὔτε ἀντίθεος ἦν, οὔτε διὰ τοῦτο οὐκ ἐπίστευον, ἀλλ' ὅτι ἀλλότριοι ἦσαν
B τοῦ θεοῦ. ὁ γὰρ ἁμαρτίαν μὴ πεποιηκὼς, ὁ λέγων ἑαυτὸν ἥκειν ἀπὸ τοῦ θεοῦ καὶ ἐκεῖθεν ἀπεστάλθαι, ὁ τὴν ἀλήθειαν λαλῶν, καὶ οὕτω τὴν ἀλήθειαν λαλῶν, ὡς πάντας πρὸς ἔλεγχον προσκαλεῖσθαι· εἶτα μὴ πιστευόμενος, εὔδηλον ὅτι διὰ τὸ σαρκικοὺς ἐκείνους εἶναι οὐ πιστεύεται. οἶδε γὰρ οἶδε ταπεινὴν ψυχὴν ποιεῖν ἁμαρτήματα. διὰ τοῦτό φησιν, ἐπεὶ νωθροὶ γεγόνατε ταῖς ἀκοαῖς ὑμῶν. ὅταν γὰρ τῶν ἐν τῇ γῇ καταφρονεῖν μὴ δύνηταί τις· πῶς ὑπὲρ τῶν ἐν οὐρανοῖς φιλοσοφήσει ποτέ;

C Διὰ τοῦτο, παρακαλῶ, πάντα πράττωμεν, ὥστε τὸν βίον ἡμῶν κατορθωθῆναι, ὥστε καθαρθῆναι τὴν διάνοιαν, ὥστε μηδὲν ἡμῖν ῥυπαρὸν γίνεσθαι κώλυμα. φωτίσατε γὰρ ἑαυτοῖς φῶς γνώσεως, καὶ μὴ σπείρητε ἐπ' ἀκάνθαις. ὁ γὰρ μὴ εἰδὼς ὅτι τὸ πλεονεκτεῖν κακὸν, πότε εἴσεται τὸ μεῖζον; ὁ μὴ ἀπεχόμενος τούτων, πότε ἐκείνων ἀνθέξεται; καλὸν τὸ ἁρπάζειν, ἀλλ' οὐχὶ τὰ ἀπολλύμενα, ἀλλὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. βιασταὶ γάρ, φησιν, ἁρπάζουσιν αὐτήν. οὐκ ἄρα μετὰ ῥᾳθυμίας ἐστὶν ἐπιτυχεῖν αὐτῆς, ἀλλὰ μετὰ σπουδῆς. τί δέ ἐστι, βιασταί; βίας χρεία πολλῆς· στενὴ γὰρ ἡ ὁδός· καὶ νεανικῆς δεῖ ψυχῆς καὶ γενναίας. οἱ
D ἁρπάζοντες πάντας βούλονται προλαβεῖν· πρὸς οὐδὲν ὁρῶσιν, οὐ πρὸς κατάγνωσιν, οὐ πρὸς κατηγορίαν, οὐ πρὸς τιμωρίαν· ἀλλ' ἑνὸς γίνονται μόνου, τοῦ λαβεῖν ἅπερ βούλονται ἁρπάσαι, καὶ πάντας τοὺς ἔμπροσθεν παρατρέχουσιν. ἁρπάσωμεν τοίνυν τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. οὐ γάρ ἐστιν ἐνταῦθα ἔγκλημα τὸ ἁρπάσαι, ἀλλ' ἔπαινος. ἔγκλημα δὲ τὸ μὴ ἁρπάσαι. ἐνταῦθα οὐ τῇ ἑτέρου ζημίᾳ ὁ ἡμέτερος γίνεται πλοῦτος. σπουδάσωμεν οὖν αὐτὴν ἁρπάσαι, κἂν ἐνοχλῇ θυμὸς, κἂν ἐνοχλῇ ἐπιθυμία, βιασώμεθα τὴν φύσιν· ἡμερώτεροι γενώμεθα· κάμωμεν ὀλίγον, ἵνα ἀναπαυσώμεθα διηνεκῶς. μὴ
E ἁρπάσῃς χρυσόν· ἀλλὰ ἅρπασον πλοῦτον, τὸν βόρβορον δεικνύντα τὸν χρυσόν. εἰπὲ γάρ μοι· εἰ προὔκειτο μόλυβδος καὶ χρυσὸς, τί ἂν ἥρπασας; οὐκ εὔδηλον ὅτι τὸν χρυσόν; εἶτα ἔνθα μὲν ὁ ἁρπάζων κολάζεται, τὸ μεῖζον τιμᾷς· ἔνθα δὲ ὁ ἁρπάζων τιμᾶται, προδίδως τὸ μεῖζον; εἰ γὰρ ἀμφοτέρωθεν κόλασις ἦν, οὐκ ἂν ἐπὶ τοῦτο μᾶλλον ἦλθες; ἐνταῦθα δὲ, οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ μακαρισμός. καὶ πῶς ἐστιν ἁρπάσαι, φησί; ῥίψον τὰ

[a] Morel. καὶ κοινὰ, Savil. καὶ καινά. Ibidem quidam habent ἥκειν, ut Savil. alii ἥκει, ut Morel.

ὄντα

ᵃ ὄντα ἐν χερσίν. ἕως ᵃ γὰρ ἂν αὐτὰ κατέχῃς, ἐκεῖνα ἁρπάσαι οὐ δυνήσῃ. ἐννόησον γάρ μοι ἄνδρα ἀργυρίου τὰς χεῖρας πεπληρωμένας ἔχοντα· μὴ δυνήσεται ἕως ἂν κατέχῃ τοῦτο, ἁρπάσαι χρυσίον, ἐὰν μὴ ῥίψῃ αὐτὸ καὶ εὔλυτος γένηται; τὸν γὰρ ἁρπάζοντα εὔζωνον εἶναι δεῖ, ὥστε μὴ κατασχεθῆναι. καὶ γὰρ καὶ νῦν εἰσιν ἐναντίαι δυνάμεις κατατρέχουσαι ἡμῶν, ἵνα ἀφέλωνται. ἀλλὰ φύγωμεν αὐτάς, φεύγωμεν, μηδεμίαν ἐπισυρόμενοι λαβὴν ἔξωθεν. διατέμωμεν τὰ σχοινία· γυμνοὶ γινώμεθα τῶν βιωτικῶν. τίς χρεία τῶν σηρικῶν ἱματίων; μέχρι πότε τὸν γέλωτα τοῦτον ἀνελίττομεν; μέχρι πότε τὸ χρυσίον κατορύττομεν; ἐβουλόμην παύσασθαι ταῦτα λέγων ἀεί· ἀλλ' ὑμεῖς οὐκ ἐᾶτε, ἀεί μοι παρέχοντες ἀφορμὰς καὶ ὑποθέσεις. ἀλλὰ νῦν γοῦν ἀποστῶμεν, ἵνα καὶ ἑτέρους διὰ τοῦ βίου παιδεύοντες τύχωμεν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A bus habes. Donec enim hæc tenueris, illa rapere non potes. Cogita virum argento plenas manus habentem; num poterit hoc retento aurum rapere, nisi illud prius projiciat & expeditus sit? Raptorem enim expeditum esse oportet, ne retineatur. Nam sunt quædam adversariæ potestates quæ nos invadunt, ut illud auferant. Sed fugiamus illas, fugiamus, nullam relinquamus foris ansam. Funes incidamus, nudi rebus sæcularibus simus. Quis usus est sericarum vestium? Quousque his ridiculis implicabimur? Quousque aurum defodiemus? B Vellem hæc perpetuo dicendi finem facere: sed vos non finitis mihi semper ansam præbere. Verum nunc tandem absistamus, ut exemplo alios instituentes promissa consequamur bona, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem & cum quo Patri gloria simulque sancto Spiritui, nunc & semper & in sæcula sæculorum, amen.

ΟΜΙΛΙΑ νε'.

HOMILIA LV.

Ἀπεκρίθησαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι καὶ εἶπον αὐτῷ· οὐ καλῶς λέγομεν ἡμεῖς, ὅτι Σαμαρείτης εἶ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις; ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς· ἐγὼ δαιμόνιον οὐκ ἔχω, ἀλλὰ τιμῶ τὸν πατέρα.

48. *Responderunt ergo Judæi & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos,* C *quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?* 49. *Respondit Jesus: Ego dæmonium non habeo, sed honorifico Patrem.*

ΑΝΑΙΣΧΥΝΤΟΝ ἡ κακία καὶ ἰταμόν· καὶ ὅταν καταδύεσθαι δέῃ, τότε μᾶλλον ἀγριοῦται· ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων γέγονε. δέον γὰρ ἐπὶ τοῖς ῥηθεῖσι κατανυγῆναι, θαυμάσαντας τὴν παῤῥησίαν καὶ τὴν τῶν εἰρημένων ἀκολουθίαν· οἱ δὲ καὶ ὑβρίζουσι Σαμαρείτην καλοῦντες καὶ δαιμονῶντα λέγοντες, καί φασιν· οὐχὶ καλῶς ἐλέγομεν, ὅτι Σαμαρείτης εἶ σύ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις; ὅταν γὰρ ὑψηλόν τι εἴπῃ, μανία τοῦτο δοκεῖ παρὰ τοῖς λίαν ἀναισθήτοις εἶναι. καίτοιγε οὐδαμοῦ ὁ εὐαγγελιστὴς εἶπεν ἔμπροσθεν ὅτι Σαμαρείτην ἐκάλεσαν· ἀλλ' εἰκὸς ἐκ τῆς ῥήσεως ταύτης πολλάκις παρ' αὐτῶν εἰρῆσθαι τοῦτο. δαιμόνιον ἔχεις, φησί. καίτοι τίς ὁ δαιμόνιον ἔχων; ὁ τιμῶν τὸν θεόν, ἢ ὁ τιμῶντα ὑβρίζων; τί οὖν ὁ Χριστός; ἡ πραότης, ἡ ἐπιείκεια; ἐγὼ δαιμόνιον οὐκ ἔχω, ἀλλὰ τιμῶ τὸν πατέρα τὸν πέμψαντά με. ἔνθα μὲν διδάξαι αὐτοὺς ἐχρῆν, καὶ τὸν πολὺν αὐτῶν καταστεῖλαι τῦφον, καὶ παιδεῦσαι μὴ μέγα φρονεῖν ἐπὶ τῷ Ἀβραάμ, σφοδρὸς ἦν· ἔνθα δὲ ὑβριζόμενον αὐτὸν ἔδει ἐνεγκεῖν, πολλῇ πραότητι κέχρηται. ὅτε μὲν γὰρ ἔλεγον, ὅτι πατέρα τὸν θεὸν ἔχομεν καὶ τὸν Ἀβραάμ, σφόδρα αὐτῶν καθήψατο· ὅτε δὲ αὐτὸν δαιμονῶντα ἐκάλουν, ὑφειμένως τῷ λόγῳ κέχρηται, παιδεύων ἡμᾶς, τὰ μὲν εἰς τὸν θεὸν ἐκδικεῖν, τὰ

1. IMPUDENS petulansque est malitia, quæ cum erubescere deberet, magis exasperatur; ut Judæis usu venit. Cum oportuisset enim ex dictis compungi, & admirari fiduciam, verborumque consequentiam, Jesum contumeliis incessunt, Samaritanumque ac dæmoniaD cum vocant, dicuntque, *Nonne bene diximus, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?* Quando enim sublime quidpiam dicebat, id furor esse ab insensatis existimabatur. Atqui nusquam Evangelista ante dixit ipsum Samaritanum appellatum fuisse; hinc tamen credibile est ipsum sæpe hoc nomine vocatum fuisse. Dæmonium habes, inquis. Atqui uter dæmonium habet; an qui Deum honorat, an qui ipsum honorantem contumelia afficit? Quid ergo Christus, ipsa mansuetudo, ipsa modestia? *Ego dæ*E *monium non habeo, sed honorifico Patrem qui misit me?* Ubi oportebat docere illos, fastum illorum deprimere, & instituere ne de Abrahamo altum saperent, ibi vehemens erat; ubi contumelias ferre, multa utebatur mansuetudine. Cum dicebant, Patrem habemus Deum & Abraham, in illos invehebatur; cum autem dæmoniacum appellabant, modeste loquutus est; ut nos institueret, quatenus ea quæ in Deum proferebantur ulcisceremur, quæ in nos autem patien-

Quæ contra Deum dicuntur ulcisci, quæ contra nos patienter ferre par est.

ᵃ Alii, γὰρ ἂν τὰ παρόντα κατέχῃς.

ter ferremus. 50. *Ego non quæro gloriam meam.* Hæc dixi, inquit, ut ostenderem vobis non competere Deum vocare patrem, qui homicidæ estis. Itaque honoris ipsius causa hæc dixi, & propter illum hoc audio, atque propter ipsum me inhonoratis. Verum hanc contumeliam non curo. Illi enim ideo pœnas debetis dictorum, propter quem hæc nunc audio: *Ego non quæro gloriam meam.* Ideo omissa vindicta ad cohortationem vertor, & auctor vobis sum, ut illa faciatis, quorum gratia non modo supplicium effugietis; sed etiam vitam æternam consequemini. 51. *Amen, amen dico vobis, Si quis sermonem meum servaverit, non videbit mortem in æternum.* Hic non modo de fide agit, sed etiam de vita pura. Ac superius ait, *Vitam æternam habebit*; hic vero, mortem non videbit: & una subindicat illos nihil adversum se posse. Nam si qui sermonem ejus servaverit, non morietur; quanto minus ipse. Id cum illi intelligerent, aiunt: 52. *Nunc cognoscimus, quia dæmonium habes: Abraham mortuus est, & Prophetæ mortui sunt*; id est, qui Dei sermonem audierunt, mortui sunt, & qui tuum audierint non morientur? 53. *Numquid tu major es patre nostro Abraham?* O jactantiam! Rursus ad ejus cognationem refugiunt. Atqui par fuisset dicere, Numquid tu major es Deo; aut qui te audiunt, majores sunt Abrahamo? Sed non hoc dicunt, quia illum Abrahamo minorem putabant. Primum itaque illos homicidas ostendit, atque hac ratione ipsos a cognatione abducit. Et cum persisterent, alia id aggreditur via, demonstrans ipsos frustra laborare. De morte vero nihil dicit, aut revelat, neque explicat de qua loqueretur morte. Interim autem suadet illis se majorem Abrahamo esse, ut sic illis pudorem inferret. Sane, inquit, etiamsi de vulgo essem, non oporteret innoxium morte mulctari: cum autem veritatem dicam, nullumque admiserim peccatum, atque a Deo missus major sim Abrahamo, annon furore pleni frustra laboratis, cum me tentatis interficere? Quid ergo illi? *Nunc cognoscimus quia dæmonium habes.* At non ita Samaritana; neque enim dixit illi, Dæmonium habes; sed tantum,
Joan. 4. 12. *Numquid tu major es patre nostro Jacob?* Hi quippe contumeliosi & arrogantes erant; illa vero discendi cupida, ideo dubitavit, & debita cum modestia respondit, Dominumque vocat illum. Qui enim longe majora pollicitus, & fide dignus erat, non contumelia afficiendus, imo admirationi habendus erat. Hi vero dæmoniacum illum appellant. Samaritanæ verba dubitantis erant; hæc autem incredulorum & perversorum: *Numquid tu major es patre nostro Abraham?* Itaque

A δὲ εἰς ἡμᾶς προσφοράν. ἐγὼ οὐ ζητῶ τὴν δόξαν τὴν ἐμήν. Ταῦτα εἶπον, φησὶ, δεικνὺς ὅτι οὐ προσῆκε ὑμῖν τὸν Θεὸν καλεῖν πατέρα, ἀνδροφόνοις οὖσιν. ὥστε τῇ τιμῇ τῇ πρὸς ἐκεῖνον ταῦτα ἐφθεγξάμην, καὶ δι' ἐκεῖνον ταῦτα ἀκούω, καὶ δι' αὐτὸν ἀτιμάζετέ με. ἀλλ' οὐδέν μοι μέλει [a] τῆς ὕβρεως ταύτης· ἐκείνῳ γὰρ εὐθύνας ὀφείλετε τῶν λεχθέντων, δι' ὃν ταῦτα ἀκούω νῦν. ἐγὼ οὐ ζητῶ τὴν δόξαν τὴν ἐμήν. διὰ τοῦτο ἀφεὶς τὸ κολάζειν ὑμᾶς, ἐπὶ παραίνεσιν τρέπομαι· καὶ συμβουλεύω ταῦτα ποιεῖν, ἐξ ὧν οὐ μόνον τὴν κόλασιν διαφεύξεσθε, ἀλλὰ καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἐπιτεύξεσθε. ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν· ἐάν
B τις μου τὸν λόγον τηρήσῃ, οὐ μὴ θεωρήσει θάνατον εἰς τὸν αἰῶνα. ἐνταῦθα οὐ τὴν πίστιν μόνον φησὶν, ἀλλὰ καὶ τὸν βίον τὸν καθαρόν. καὶ ἄνω μὲν ἔλεγε, ζωὴν αἰώνιον ἕξει· ἐνταῦθα δέ, φησι, θάνατον οὐ μὴ θεωρήσει. ἅμα δὲ καὶ αἰνίττεται, ὅτι οὐδὲν δύνανται αὐτῷ ποιῆσαι. εἰ γὰρ ὁ τὸν λόγον αὐτοῦ τηρῶν οὐκ ἀποθανεῖται· πολλῷ μᾶλλον αὐτός. τοῦτο γοῦν συνειδότες καὶ αὐτοὶ λέγουσι· νῦν ἐγνώκαμεν ὅτι δαιμόνιον ἔχεις. Ἀβραὰμ ἀπέθανε καὶ οἱ προφῆται ἀπέθανον· τουτέστιν, οἱ τὸν λόγον ἀκούσαντες τοῦ Θεοῦ ἀπέθανον· καὶ οἱ τὸν σὸν ἀκούσαντες οὐκ ἀποθανοῦνται; μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ
C πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ; ὢ τῆς κενοδοξίας· πάλιν ἐπὶ τὴν συγγένειαν αὐτοῦ καταφεύγουσι. καίτοι ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν· μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ Θεοῦ; ἢ οἱ ἀκούσαντές σου τοῦ Ἀβραάμ; ἀλλ' οὐ λέγουσι τοῦτο, ἐπειδὴ καὶ τοῦ Ἀβραὰμ ἐλάττονα αὐτὸν εἶναι ἐνόμιζον. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἔδειξεν ἀνδροφόνους, καὶ ταύτῃ αὐτοὺς ἀπήγαγε τῆς συγγενείας. ὡς δὲ ἐνέμειναν, ἑτέρως αὐτὸ μεθοδεύει πάλιν δεικνὺς ὅτι ἀνόνητα πονοῦσι. καὶ περὶ μὲν τοῦ θανάτου οὐδὲν αὐτοῖς διελέχθη, οὐδὲ ἀπεκάλυψεν, οὐδὲ εἶπε ποῖον λέγει θάνατον. τέως δὲ πείθει, ὅτι τοῦ Ἀβραὰμ κρείττων ἐστὶν, ἵνα καὶ τούτῳ δυσωπή-
D σῃ. μάλιστα μὲν γὰρ εἰ καὶ ὁ τυχών, φησιν, ἤμην, οὐκ ἔδει ἀποθανεῖν οὐδὲν ἀδικήσαντα· ὅταν δὲ καὶ τὴν ἀλήθειαν λέγω, καὶ μηδεμίαν ἁμαρτίαν ἔχω, καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀπεσταλμένος ὦ, καὶ Ἀβραὰμ ὦ κρείττων, πῶς οὐ μαίνεσθε καὶ ἀνόνητα πονεῖτε, ἐπιχειροῦντες ἀνελεῖν; τί οὖν ἐκεῖνοι; νῦν ἐγνώκαμεν ὅτι δαιμόνιον ἔχεις. ἀλλ' οὐχ ἡ Σαμαρεῖτις οὕτως· οὐ γὰρ εἶπεν αὐτῷ· δαιμόνιον ἔχεις· ἀλλὰ τοσοῦτον μόνον· μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰακώβ; οὗτοι μὲν γὰρ ἦσαν ὑβρι-
E σταὶ καὶ ἀλάστορες· ἐκείνη δὲ μαθεῖν ἐβούλετο. διὸ καὶ [b] ἠπόρησε, καὶ μετὰ τῆς προσηκούσης συμμετρίας ἀπεκρίνατο, καὶ κύριον αὐτὸν καλεῖ. τὸν γὰρ πολλῷ μείζονα ἐπαγγελλόμενον καὶ ἀξιόπιστον ὄντα, οὐχ ὑβρίζεσθαι ἔδει, ἀλλὰ καὶ θαυμάζεσθαι· οὗτοι δὲ, δαιμονῶντα αὐτὸν λέγουσιν. ἐκεῖνα μὲν γὰρ, τὰ τῆς Σαμαρείτιδος ἀπορούσης ἦν· ταῦτα δὲ ἀπιστούντων καὶ διεστραμμένων. μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ; ὥστε

[a] Quidam, τῆς ὑβρίσεως ταύτης.

[b] Alii, διηπόρησε.

τοῦτο μείζονα εἶναι ποιεῖ τοῦ Ἀβραάμ. ὅταν οὖν [a] ὑψωθέντα ἴδητε, ὁμολογήσετε ὅτι μείζων ἐστί. διὰ τοῦτο ἔλεγεν, ὅταν ὑψώσητέ με, τότε γνώσεσθε ὅτι ἐγώ εἰμι. καὶ θέα σύνεσιν. πρότερον αὐτοὺς ἀποσχίσας τῆς συγγενείας, δείκνυσιν ἑαυτὸν ἐκείνου μείζονα ὄντα, ἵνα ἐκ πολλῆς τῆς ὑπεροχῆς μείζων θεωρηθῇ καὶ τῶν προφητῶν. ἐπειδὴ γὰρ ἀεὶ προφήτην ἔλεγον αὐτὸν, διὰ ταῦτα ἔλεγεν· ὁ λόγος ὁ ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν. ἐκεῖ μὲν οὖν ἔλεγεν, ὅτι ἐγείρει τοὺς νεκρούς· ἐνταῦθα δὲ, οὐ μὴ θεωρήσει θάνατον ὁ πιστεύων. ὃ πολλῷ μεῖζον ἦν τοῦ μὴ συγχωρῆσαι κρατηθῆναι θανάτῳ. διὸ μᾶλλον ἠγριαίνοντο. τί οὖν ἐκεῖνοι; τίνα σεαυτὸν ποιεῖς; καὶ τοῦτο ὑβριστικῶς. σύ, φησι, χαρίζεις σαυτῷ. πρὸς τοῦτο οὖν ὁ Χριστός· ἐὰν ἐγὼ δοξάζω ἐμαυτόν, φησιν, ἡ δόξα μου οὐδέν ἐστι.

Τί λέγουσιν ἐνταῦθα οἱ αἱρετικοί; ἤκουσε, μὴ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ; καὶ οὐκ ἐθάρρησεν εἰπεῖν αὐτοῖς ὅτι ναί· ἀλλὰ συνεσκιασμένως αὐτὸ ποιεῖ. τί οὖν; οὐδέν ἐστιν ἡ δόξα αὐτοῦ; πρὸς ἐκείνους οὐδέν ἐστιν. ὥσπερ γὰρ λέγει, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθὴς, πρὸς τὴν ἐκείνων ὑπόνοιαν· οὕτω καὶ ἐνταῦθά φησιν· ἔστιν ὁ δοξάζων με. καὶ διατί μὴ εἶπεν, ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με; ὡς ἄνω ἔλεγεν· ὃν ὑμεῖς λέγετε ὅτι θεὸς ὑμῶν ἐστι, καὶ οὐκ οἴδατε αὐτόν. ἐβούλετο γὰρ δεῖξαι ὅτι οὐ μόνον πατέρα αὐτὸν οὐκ ἴσασιν, ἀλλ' οὐδὲ θεόν· ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτόν. ὥστε οὐ τὸ λέγειν, ἐγὼ οἶδα αὐτὸν, κόμπος ἐστίν· ἀλλὰ τὸ εἰπεῖν μὴ εἰδέναι, ψεῦδος. ὑμεῖς δὲ λέγοντες εἰδέναι αὐτὸν, ψεύδεσθε· ὥσπερ οὖν ὑμεῖς εἰδέναι λέγοντες ψεύδεσθε· οὕτως ἐγὼ ἐὰν εἴπω μὴ εἰδέναι. ἐὰν ἐγὼ δοξάζω ἐμαυτόν. ἐπειδὴ ἔλεγον, τίνα σεαυτὸν ποιεῖς; φησίν· ἐὰν ἐγὼ ποιῶ, ἡ δόξα μου οὐδέν ἐστιν. ὥσπερ οὖν ἐγὼ αὐτὸν οἶδα ἀκριβῶς, οὕτως αὐτὸν ἀγνοεῖτε ὑμεῖς. καθάπερ οὖν ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ οὐ τὸ πᾶν ἀνεῖλεν, ἀλλά φησιν, οἶδα ὅτι σπέρμα Ἀβραάμ ἐστε, ὥστε μείζονα ποιῆσαι τὴν κατηγορίαν· οὕτως ἐνταῦθα οὐ τὸ πᾶν ἀνεῖλεν· ἀλλὰ τί; ὃν ὑμεῖς λέγετε. δοὺς τὴν διὰ τῶν ῥημάτων καύχησιν, μεῖζον ἐποίησε τὸ ἔγκλημα. πῶς δὲ οὐκ οἴδατε αὐτόν; ὅτι τὸν πάντα ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ λέγοντα καὶ ποιοῦντα, ὥστε αὐτὸν δοξασθῆναι, ὑβρίζετε· καίτοι παρ' ἐκείνου ἀποσταλέντα. ἀλλὰ τοῦτο ἀμάρτυρον· ἀλλὰ τὸ ἑξῆς κατασκευαστικόν. καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ τηρῶ. [b] ἐνταῦθα δὲ εἴγε τι εἶχον ἠδύναντο ἐλέγξαι. μεγίστη γὰρ ἦν ἀπόδειξις τὸ παρ' ἐκείνου ἀπεστάλθαι. Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ εἶδε καὶ ἐχάρη. πάλιν δείκνυσιν αὐτοὺς ὄντας ἀλλοτρίους ἐκείνου, εἴγε ἐφ' οἷς ἐκεῖνος ἔχαιρεν, οὗτοι ἀλγοῦσι. τὴν δὲ ἡμέραν ἐνταῦθά μοι δοκεῖ λέγειν, τὴν τοῦ σταυροῦ, ἣν ἐν τῇ τοῦ κριοῦ προσφορᾷ καὶ τῇ τοῦ Ἰσαὰκ προδιετύ-

[a] ὑψωθέντα, alii, ἐξελθόντα.
[b] Morel. ἐνταῦθα καί. Savil. melius, ἐνταῦθα δέ. Paulopost alii, τοῦ παρ' ἐκείνου.

A hoc eum majorem facit, quam Abrahamum. Cum autem illum exaltatum videritis, ipsum majorem esse confitebimini. Ideo dicebat, *Cum exaltaveritis me, tunc cognoscetis quia ego sum.* Et vide prudentiam. Primo illis a cognatione semotis, ostendit se illo majorem esse, ut prophetis longe excellentior esse intelligeretur. Cum enim illum semper prophetam appellarent, ideo dicebat: *Sermo meus non capit in vobis.* Joan. 5. 38. Illic porro dicebat, se mortuos suscitare; hic vero, illum qui crederet, non visurum esse mortem: quod multo majus erat, quam B non concedere ut a morte retineretur. Ideo magis exasperabantur. Quid ergo dicunt? *Quem teipsum facis?* Et hoc contumeliose; Tu, inquiunt, te venditas. Ad hæc Christus: 54. *Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est.*

2. Quid hic dicunt hæretici? Audivit, *Numquid major es patre nostro Abraham?* nec ausus est respondere, Etiam; sed obscure loquitur. Quid ergo? Nihil-ne est gloria ejus? Apud illos nihil. Quemadmodum enim dicit, *Testimonium meum non est verum*, nempe secundum illorum opinionem; sic & hoc loco di- C cit, *Est qui glorificat me.* Et cur non dixit, Pater qui misit me? ut supra dixit, *Quem vos dicitis quia Deus vester est, & non novistis eum.* Volebat ostendere ipsos non modo Patrem, sed etiam Deum ignorare. *Ego autem novi eum.* Itaque cum dico, novi eum, non est jactantia; si dicerem me non nosse, mendacium esset. Vos autem cum dicitis vos illum nosse, mendaces estis; atque ut vos nosse falso dicitis, ita ego me non nosse falso dicerem. *Si ego glorifico meipsum.* Quia dicebant, *Quem teipsum facis?* respondet ille, Si ego meipsum facio, gloria mea nihil est. Ut ergo illum D perfecte novi, sic vos ignoratis ipsum. Ut cum de Abrahamo ageretur, non totum abstulit, sed dixit, Scio quia semen Abrahæ estis, ut hinc majorem inferret accusationem; sic & hoc loco non totum abstulit; sed quid? *Quem vos dicitis.* Illam concedens gloriam, majorem effecit criminationem. Quomodo autem illum ignoratis? Quia illum qui omnia ad ejus gloriam facit & dicit, contumelia afficitis, licet ab ipso missus sit. Verum hoc sine testimonio est, sed quod sequitur ad illud probandum us- E venietur. 55. *Et sermonem ejus servo.* Hic si quid contra habuissent, objicere poterant; magnum quippe hoc erat indicium, ipsum a Deo missum fuisse. 56. *Abraham pater vester exsultavit ut videret diem meum; & vidit, & gavisus est.* Rursum probat illos ab Abrahamo alienos esse, quando de quibus ille gaudebat, ipsi dolent. Diem autem crucis hic indicare puto, quam arietis & Isaaci sa-

crificio præfiguraverat. Quid ergo illi? 57. *Quadraginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?* Itaque quadraginta annos prope jam attigerat Christus. *Dicit eis: Priusquam Abraham fieret ego sum.* 59. *Et acceperunt lapides ut jacerent in eum.* Viden' quomodo se Abrahamo majorem esse probaverit? Qui enim gavisus est ut videret diem, & id optabile putavit, sine dubio id beneficio esse putavit, quod ille major esset. Nam cum Judæi illum fabri filium dicerent, neque amplius quidquam de illo existimarent, paulatim eos ad sublimiorem intelligentiam erigit. Cum ergo audierunt se Deum non nosse, id non ægre tulerunt; cum autem audierunt, antequam Abraham fieret ego sum, ac si eorum nobilitas degeneraret, exasperantur & lapides jaciunt. Vidit diem meum, *& gavisus est.* Ostendit se non invitum ad crucem venire: siquidem laudat eum qui de cruce gaudet, quæ salus mundi erat. Illi autem lapidabant: ita erant ad cædes parati, & sine ullo examine id ex se faciebant. Cur vero non dixit, Priusquam Abraham fieret ego eram, sed, ego sum? Sicut ipsius Pater illa usus est voce, *sum*; sic & ille. Hæc quippe vox significat ipsum perpetuo esse, ab omni liberum tempore. Ideoque ipsis blasphema vox esse videbatur. Qui vero comparationem illam cum Abrahamo non ferebant, licet illa non tanta esset; si sæpe se Patri coæquasset, annon illum perpetuo impetiissent? Deinde fugit iterum humano more, & abscondit se, cum satis eos docuisset & sua implesset; exivit de templo, & secessit ad cæci curationem, operibus fidem sibi concilians, quod nempe ante Abraham esset. Sed forte dicet quispiam: Cur illorum conatum non fregit? sic enim forte credidissent. Paralyticum sanavit, nec crediderunt, mille signa fecit: & in ipsa passione supinos illos prostravit, illorum oculos obtenebravit, & non crediderunt; & quomodo credidissent, si vim & conatum eorum solvisset? Animo quippe desperato nihil pejus: sive signa viderit, sive prodigia, in eadem perseverat impudentia. Nam Pharao mille plagis acceptis, cum castigaretur tantum resipiscebat, & usque ad ultimum diem idem perstitit, illos quos dimiserat persequutus. Ideo Paulus sæpe dicit, *Ne obduretur quis ex vobis fallacia peccati.* Quemadmodum enim vires corporis demum exstinguuntur, & omnem sensum amittunt; sic & anima multis affectibus detenta, ad virtutem fit velut mortua. Quidquid ipsi obtuleris, nihil sentit; sed sive supplicium, sive quidvis aliud commineris, sine sensu manet.

In Christo vox, *sum*, perpetuitatem significat.

Heb. 3. 8.

3. Quamobrem obsecro, donec spem

πώποτε. τί οὖν ἐκεῖνοι; [a] τεσσαράκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις, καὶ Ἀβραὰμ ἑώρακας; ὡς ἐγγὺς τῶν τεσσαράκοντα ἐτῶν λοιπὸν εἶναι τὸν Χριστόν. λέγει αὐτοῖς· πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι. καὶ ἔλαβον λίθους, ἵνα βάλωσιν ἐπ' αὐτόν. ὁρᾷς πῶς τὸ μείζονα εἶναι τοῦ Ἀβραὰμ κατεσκεύασεν; ὁ γὰρ χαίρων ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν, καὶ περισπούδαστον αὐτὸ θέμενος· εὔδηλον ὅτι τὴν ἐπὶ εὐεργεσίᾳ γενομένην καὶ ὡς μείζονος. ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγον, ὁ τοῦ τέκτονος υἱὸς, καὶ οὐδὲν πλέον ἐφαντάζοντο, κατὰ μικρὸν αὐτοὺς ἀνάγει πρὸς ὑψηλὴν διάνοιαν. ὅτε μὲν οὖν ἤκουσαν, ὅτι οὐκ οἴδατε τὸν θεὸν, οὐκ ἤλγησαν· ὅτε δὲ ἤκουσαν, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι, ὡς τῆς εὐγενείας αὐτῶν ταπεινουμένης ἠγρίαινον καὶ ἐλίθαζον. εἶδε τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ ἐχάρη. δείκνυσιν ὅτι οὐκ ἄκων ἐπὶ τὸ πάθος ἔρχεται, εἴγε ἐπαινεῖ τὸν ἡσθέντα ἐπὶ τῷ σταυρῷ. τοῦτο γὰρ σωτηρία τῆς οἰκουμένης ἦν. οἱ δὲ λίθους ἔβαλλον. οὕτω πρὸς φόνους ἕτοιμοι ἦσαν, καὶ δι' ἑαυτῶν ταῦτα ἔπραττον, μηδὲν ἐξετάζοντες. διατί δὲ μὴ εἶπε, πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγὼ ἤμην· ἀλλ' ἐγώ εἰμι; ὥσπερ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ταύτῃ κέχρηται τῇ λέξει τῇ, εἰμί· οὕτω καὶ αὐτός. τοῦ διηνεκῶς γὰρ εἶναι σημαντικὴ αὕτη, παντὸς ἀπηλλαγμένη χρόνου, διὰ τοῦτο καὶ βλάσφημον αὐτοῖς εἶναι δοκεῖ τὸ ῥῆμα. εἰ δὲ τὴν πρὸς Ἀβραὰμ σύγκρισιν οὐκ ἤνεγκαν, καίτοιγε μικρὰν οὖσαν· εἰ συνεχῶς ἑαυτὸν ἐξίσου τῷ πατρὶ, ἆρα ἂν διέλιπον αὐτὸν βάλλοντες; εἶτα φεύγει πάλιν ἀνθρωπίνως καὶ κρύπτεται, ἱκανὴν διδασκαλίαν αὐτοῖς παραθέμενος, καὶ τὰ αὐτοῦ πληρώσας, ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, καὶ ἀνεχώρησεν ἐπὶ τὴν ἴασιν τοῦ τυφλοῦ, διὰ τῶν ἔργων πιστούμενος, ὅτι πρὸ τοῦ Ἀβραάμ ἐστιν. ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις· τίνος ἕνεκεν οὐκ ἐξέλυσεν αὐτῶν τὴν δύναμιν; οὕτω γὰρ ἂν ἐπίστευσαν. παραλελυμένον ἐθεράπευσε, καὶ οὐκ ἐπίστευσαν, ἀλλὰ μυρία εἰργάσατο· καὶ ἐν αὐτῷ δὲ πάθει ἔρριψεν αὐτοὺς ὑπτίους, καὶ ἐσκότωσεν αὐτῶν τὰς ὄψεις, καὶ οὐκ ἐπίστευσαν· καὶ πῶς ἂν ἐπίστευσαν, εἰ τὴν δύναμιν αὐτῶν ἐξέλυσε; [b] ψυχῆς γὰρ ἀπεγνωκυίας χεῖρον οὐδέν. κἂν σημεῖα ἴδῃ, κἂν τέρατα, μένει τὴν αὐτὴν ἀναισχυντίαν ἔχουσα. καὶ γὰρ ὁ Φαραὼ μυρίας δεχόμενος πληγὰς, ὅτε ἐκολάζετο μόνον ἐσωφρονίζετο, καὶ μέχρι τῆς ἐσχάτης ἡμέρας τοιοῦτος ἔμεινε, διώκων οὓς ἀπέλυσε. διὰ τοῦτο ἄνω καὶ κάτω ὁ Παῦλός φησι· μὴ σκληρυνθῇ τις ἐξ ὑμῶν ἀπάτῃ τῆς ἁμαρτίας. καθάπερ γὰρ οἱ στῦλοι τοῦ [c] σώματος νεκροῦνται λοιπὸν, καὶ οὐδεμίαν αἴσθησιν ἔχουσιν· οὕτω καὶ ψυχὴ, ὅταν πολλοῖς κατασχεθῇ πάθεσι, νεκροῦται πρὸς τὴν ἀρετήν. κἂν εἴτι οὖν προσενέγκῃς, οὐ λαμβάνει τοῦ πράγματος αἴσθησιν· ἀλλὰ κἂν κόλασιν, κἂν ὁτιοῦν ἀπειλήσῃς, ἀνάλγητος μένει.

Διὸ δὴ δέομαι, ἕως ἐλπίδας ἔχομεν σωτη-

[a] τεσσαράκοντα ἔτη οὔπω. Sic omnes mss. & editi Chrysostomi, atque ita legitur, inquiunt, in quodam Barberino Codice ms. Sed aliorum novi Testamenti exemplarium recepta lectio est πεντήκοντα. Vulgata, *quinquaginta.*

[b] ψυχῆς γὰρ, in aliis γὰρ deest.

[c] σώματος νεκροῦνται, Savil. *Inter* σώματος *&* νεκροῦνται *inserit ex conjectura doctiss. Boisius,* νόσοις διηνεκέσι δαπανηθέντες, *vel* καταβληθέντες, *&* *quidem aliquid hujusmodi desiderari clarum est.* Verum reclamant omnia exemplaria, & sic posse stare textum arbitror.

ρίας, ἕως δυνάμεθα ἐπιστρέψαι, πάντα ποιεῖν. οἱ γὰρ ἀπηλγηκότες, καθάπερ τῶν κυβερνητῶν οἱ ἀπογνόντες, τῇ πνεούσῃ τὸ σκάφος παραδιδόντες οὐδὲν παρ' ἑαυτῶν εἰσφέρουσιν· οὕτω καὶ οὗτοι πειρῶνται λοιπόν. ὁ γοῦν βάσκανος εἰς ἓν ὁρᾷ μόνον, τὴν ἐπιθυμίαν πληρῶσαι τὴν ἑαυτοῦ. κἂν κολάζεσθαι μέλλῃ, κἂν ἀναιρεῖσθαι, τοῖς πάθεσι τοῖς μόνοις· καὶ ὁ ἀκόλαστος καὶ ὁ φιλοχρήματος. εἰ δὲ τῶν παθῶν τοσαύτη ἡ τυραννὶς, πολλῷ μᾶλλον τῆς ἀρετῆς. εἰ δι' ἐκεῖνα θανάτου καταφρονοῦμεν· πολλῷ μᾶλλον διὰ ταύτην. εἰ ἐκεῖνοι τῆς ψυχῆς καταφρονοῦσι τῆς ἑαυτῶν, πολλῷ μᾶλλον ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας τοῦτο ποιεῖν χρή. B τίς γὰρ ἡμῖν ἔσται λόγος, ὅταν τῶν ἀπολλυμένων οὕτω σπουδαζόντων ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν ἀπωλείας, ἡμεῖς ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας μηδὲ τοσαύτην ἐπιδειξώμεθα σπουδὴν, ἀλλ' ἀεὶ φθόνῳ τηκόμενοι διαμένωμεν; οὐδὲν γὰρ βασκανίας χεῖρον. ἵνα ἕτερον ἀπολέσῃ, καὶ ἑαυτὸν προαπολλύει. βασκάνου ὀφθαλμὸς ἐκτήκεται λύπῃ· θανάτῳ συζῇ διηνεκεῖ, πάντας ἐχθροὺς ἡγεῖται, τοὺς οὐδὲν ἠδικηκότας. ἀλγεῖ ὅτι Θεὸς τιμᾶται· χαίρει ἐφ' οἷς ὁ διάβολος χαίρει. ὁ δεῖνα τετίμηται παρὰ ἀνθρώποις; ἀλλ' οὐκ ἔστιν αὕτη τιμὴ, μὴ βασκήνῃς. ἀλλὰ παρὰ Θεῷ τετίμηται; ζήλωσον καὶ γενοῦ ὅμοιος· ἀλλ' οὐ βούλει. C τί τοίνυν καὶ σαυτὸν προσαπολλύεις; τί καὶ ὃ ἔχεις ῥίπτεις; οὐ δύνασαι γενέσθαι ἴσος ἐκείνῳ, οὐδὲ λαβεῖν τι καλόν; τί καὶ κακὸν προσλαμβάνεις; δέον συνήδεσθαι, ἵνα κἂν κοινωνῆσαι τῶν πόνων μὴ δυνηθῇς, ἐκ τοῦ συνήδεσθαι [a] κερδάνῃς. ἀρκεῖ γὰρ πολλαχοῦ καὶ προαίρεσις μέγα ποιῆσαι ἀγαθόν. ὁ γοῦν Ἰεζεκιὴλ φησι διὰ τοῦτο τοὺς Μωαβίτας κολάζεσθαι, διὰ τὸ ἐπιχαίρειν τοῖς Ἰσραηλίταις, καὶ ἄλλους τινὰς σώζεσθαι, ὅτι ἔστενον ἐπὶ τοῖς ἑτέρων κακοῖς. εἰ δὲ τοῖς στενάζουσιν ἐπὶ τοῖς ἑτέρων κακοῖς ἐστί τις παραμυθία, πολλῷ μᾶλλον τοῖς ἡδομένοις ἐπὶ ταῖς ἑτέρων τιμαῖς; D ἐνεκάλει τοῖς Μωαβίταις, ὅτι ἐπέχαιρον τοῖς Ἰσραηλίταις· καίτοιγε ὁ Θεὸς ἐκόλαζεν, ἀλλ' οὐδὲ ὅταν αὐτὸς κολάζῃ ἐφήδεσθαι ἡμᾶς βούλεται τοῖς κολαζομένοις. οὐδὲ γὰρ αὐτὸς βούλεται αὐτοὺς κολάσαι. εἰ δὲ συναλγεῖν χρὴ κολαζομένοις, πολλῷ μᾶλλον τιμωμένοις μὴ φθονεῖν. οὕτω γοῦν οἱ περὶ Κορὲ καὶ Δαθὰν ἀπώλοντο, τοὺς μὲν φθονουμένους λαμπροτέρους ποιήσαντες, ἑαυτοὺς δὲ κολάσει παραδόντες. θηρίον γάρ ἐστιν ἰοβόλον ὁ φθόνος· θηρίον ἀκάθαρτον καὶ κακία προαιρέσεως, συγγνώμην οὐκ ἔχουσα, πονηρία ἀπολογίας ἀπεστερημένη, πάντων αἰτία καὶ μήτηρ τῶν κακῶν. διὸ πρόρριζον αὐτὴν ἀνέλωμεν, ἵνα καὶ τῶν παρόντων κακῶν E ἀπαλλαγῶμεν, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

[a] Morel. κερδαίης, Savil. κερδάνῃς.

A salutis habemus, donec converti possumus, omnia faciamus. Nam qui sensu carent, tamquam gubernatores desperantes, navem ventis committunt, nihil ex se afferentes; sic se denique isti gerunt. Invidus hoc unum spectat, ut cupiditatem suam impleat. Etsi supplicium & mortem sit subiturus, morbum animi curat solum; ut & impudicus & avarus. Si vero tanta sit morborum animi tyrannis, multo major virtutis vis esse debet. Si propter illa mortem despicimus, propter hanc multo magis despiciamus. Si suam illi animam spernunt, multo magis nobis pro salute omnia spernenda B sunt. Quæ enim nobis erit excusatio, si cum illi qui pereunt tantam perniciei suæ dant operam, non parem nos pro salute nostra exhibeamus, sed semper invidia tabescamus? Nihil enim invidia pejus; ut alium perdat invidus, ipse perit. Invidi oculus dolore tabescit, in morte vivit perpetua, omnes arbitratur sibi inimicos, qui etiam nihil se læserunt. Dolet quod Deus honoretur; gaudet de quibus lætatur diabolus. Ille honoratur ab hominibus? Sed non est hic honor, ne invideas. Sed a Deo honoratur? Imitare illum; sed C non vis. Cur ergo teipsum perdis? cur projicis id quod habes? Non potes illi par esse, neque virtutem assequi? Cur malitiam amplecteris? Oporteret illi gratulari, ut si non possis laborum consors esse, saltem ex congratulatione lucreris. Sæpe namque propositum sufficit ad magnum præstandum opus. Ait quippe Ezechiel, ideo Moabitas puniri, quod de Israëlitarum malis gauderent; aliosque salutem consequi, quod de aliorum malis ingemiscerent. Quod si aliquid boni & solatii sit iis qui gemunt de aliorum malis, multo magis iis qui de aliorum honoribus D gaudent. Moabitas incusabat quod de Israëlitarum malis gauderent. Atqui Deus castigabat illos; sed non vult nos gaudere de suppliciis ab se illatis: neque enim lætatur dum ulciscitur. Quod si condolendum est patientibus, multo magis oportet honoratis non invidere. Sic perierunt Core & Dathan, qui eos quibus invidebant splendidiores reddiderunt, seseque ultioni tradiderunt. Fera quippe est venenosa invidia, fera impura; malitia voluntaria, quæ veniam non mereatur, nequitia quæ defendi nequit, omnium malorum causa & mater. Ideo il-E lam radicitus evellamus, ut & a præsentibus malis liberemur, & futura consequamur bona, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem & cum quo Patri gloria simulque Spiritui sancto, nunc & semper & in sæcula sæculorum, amen.

Invidus ut alium perdit, ipse perit.

Ezech. 35. 12.

A

HOMILIA LVI.

Cap. 9. 1. *Et præteriens Jesus, vidit hominem cæcum a nativitate, 2. & interrogaverunt eum discipuli ejus, dicentes: Rabbi, quis peccavit, hic, an parentes ejus, ut cæcus nasceretur?*

1. Et præteriens Jesus, vidit hominem cæcum a nativitate. Humanus cum sit, & nostræ salutis cupidus, ut improborum ora obstrueret, nihil omittit eorum quæ adhibere par erat, etsi nemo ei attenderet. Hoc videns propheta dicebat: *Ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum judicaris.* (Ps. 51. 5.) Ideo nunc quia verborum sublimitatem non capiebant; sed etiam dæmoniacum illum vocabant, atque interficere tentabant, e templo egressus, cæcum sanat, ut & absentia sua illorum furorem sedaret, & signo facto duritiem illorum immanitatemque emolliret, ac fidem dictis conciliaret; signumque edit non vulgare, sed quod tunc primum visum fuerat. *A sæculo*, inquit, *non est auditum, quod aperuerit quis oculos cæci nati.* Cæci enim oculos forte quis aperuerit; cæci nati, non item. Ac quod egressus e templo ad hoc data opera venerit, inde palam est, quod ipse cæcum viderit, cæcus vero ad ipsum non venerit. Et tam diligenter illum intuitus est, ut id discipuli adverterent, & ad interrogandum inducerentur. Videntes enim eum studiose conspicientem, interrogaverunt eum: *Quis peccavit, hic, aut parentes ejus?* Falso nixa interrogatio: quomodo enim peccasset antequam nasceretur? Quomodo ob parentum peccatum hic punitus esset? quomodo ergo ad hanc venerunt interrogationem? Antehac cum paralyticum sanavit, dixit: (Joan. 5. 14.) *Ecce sanus factus es, noli amplius peccare.* Discipuli ergo considerantes illum propter peccatum in paralysim incidisse, dicunt: Esto, ille propter peccata in paralysin inciderit; de hoc quid dixeris? Num hic peccavit? Verum id dici nequit: nam a nativitate cæcus est. Num forte parentes ejus? Neque hoc dici potest: filius enim pro patre non dat pœnas. Ut ergo puerum morbo laborantem videntes dicimus: Quid de hoc dicendum? Quid fecit hic puer? non rogando, sed dubitando; sic discipuli non tam interrogando quam dubitando, id dicebant. Quid ergo Christus? 3. *Neque hic peccavit, neque parentes ejus.* Quod non dicit, ut eos prorsus peccatis liberos indicet. Neque enim simpliciter dixit, *Neque hic peccavit, neque parentes ejus*; sed addidit: *Ut cæcus nasceretur; sed ut glorificetur Filius Dei.* Peccavit namque hic & parentes ejus. Sed non inde cæcitas venit. Hæc porro dicit, non

ΟΜΙΛΙΑ νϛʹ.

Καὶ παράγων ὁ Ἰησοῦς εἶδεν ἄνθρωπον τυφλὸν ἐκ γενετῆς. καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες· Ῥαββὶ, τίς ἥμαρτεν, οὗτος, ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ;

Καὶ παράγων ὁ Ἰησοῦς, εἶδεν ἄνθρωπον τυφλὸν ἐκ γενετῆς. Σφόδρα φιλάνθρωπος ὢν, καὶ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας κηδόμενος, καὶ τῶν ἀγνωμόνων τὰ (B) στόματα ἐμφράξαι θέλων, οὐδὲν τῶν εἰς αὐτὸν ἡκόντων παραλιμπάνει, κἂν μηδεὶς ὁ προσέχων ᾖ. τοῦτο γοῦν καὶ ὁ προφήτης εἰδὼς ἔλεγεν· ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. διὰ δὴ τοῦτο καὶ ἐνταῦθα, ἐπειδὴ τὸ τῶν λόγων ὑψηλὸν οὐκ ἐδέξαντο, ἀλλὰ καὶ δαιμονῶντα ἐκάλεσαν, καὶ ἀνελεῖν ἐπεχείρουν, ἐξελθὼν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, θεραπεύει τυφλὸν, τῇ τε ἀπουσίᾳ τὸν θυμὸν παραμυθούμενος, καὶ διὰ τῆς ἐργασίας τοῦ σημείου τὸ σκληρὸν αὐτῶν καὶ ἀπηνὲς καταμαλάσσων, καὶ τὰ εἰρημένα πιστούμενος· καὶ ποιεῖ σημεῖον, οὐ τὸ τυχὸν, (C) ἀλλὰ τότε πρῶτον συμβάν. ἀπὸ γὰρ τοῦ αἰῶνος, φησιν, οὐκ ἠκούσθη, ὅτι ἤνοιξέ τις ὀφθαλμοὺς τυφλοῦ γεγεννημένου. τυφλοῦ μὲν γὰρ ἴσως ἤνοιξέ τις· γεγεννημένου δὲ, οὐκ ἔτι. καὶ ὅτι ἐξελθὼν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, ἐπὶ τὸ ἔργον ἦλθεν ἐπίτηδες, δῆλον ἐκεῖθεν. αὐτὸς γὰρ εἶδε τὸν τυφλὸν, οὐχ ὁ τυφλὸς αὐτῷ προσῆλθε. καὶ οὕτω σπουδαίως ἀνέβλεψεν, ὡς καὶ τοῖς μαθηταῖς αἴσθησιν παρασχεῖν· ἀπὸ τούτου γοῦν καὶ ἐπὶ τὴν ἐρώτησιν ἦλθον. ὁρῶντες γὰρ αὐτὸν σπουδαίως προσέχοντα, ἐπυνθάνοντο λέγοντες· τίς ἥμαρτεν, οὗτος, ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ; ἐσφαλμένη ἡ ἐρώτησις. πῶς γὰρ ἂν ἥμαρτεν, πρὶν ἢ γεννηθῆναι; πῶς δὲ τῶν γονέων ἁ- (D) μαρτόντων, αὐτὸς ἂν ἐκολάσθη; πόθεν οὖν ἦλθον ἐπὶ τὴν ἐρώτησιν ταύτην; πρὸ τούτου τὸν παραλελυμένον θεραπεύων ἔλεγεν· ἰδοὺ ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε. οὗτοι τοίνυν ἐννοήσαντες ὅτι ἐκεῖνος δι' ἁμαρτίας παρελύθη, λέγουσιν· ἔστω, ἐκεῖνος δι' ἁμαρτήματα παρελύθη· [a] περὶ τούτου δὲ τί ἂν εἴποις; οὗτος ἥμαρτεν; ἀλλ' οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. ἐκ γενετῆς γάρ ἐστι τυφλός. ἀλλ' οἱ γονεῖς αὐτοῦ; ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο. παῖς γὰρ ὑπὲρ πατρὸς οὐ δίδωσι δίκην. ὥσπερ οὖν παιδίον κακούμενον ὁρῶντες λέγομεν· τί ἄν τις εἴποι περὶ τούτου; τί ἐποίησε τὸ παιδίον; οὐκ ἐρωτῶντες, ἀλλὰ διαποροῦντες· οὕτω δὴ καὶ οἱ μαθηταί· οὐ (E) τοσοῦτον ἐρωτῶντες τοῦτο ἔλεγον, ἀλλ' ἀποροῦντες. τί οὖν ὁ Χριστός; οὔτε οὗτος ἥμαρτεν, οὔτε οἱ γονεῖς αὐτοῦ. τοῦτο δὲ οὐχ ἁμαρτημάτων ἀπαλλάττων αὐτούς φησιν· οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπεν, οὔτε οὗτος ἥμαρτεν, οὔτε οἱ γονεῖς αὐτοῦ· [b] ἀλλ' ἐπήγαγεν· ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ, ἀλλ' ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. ἥμαρτε μὲν γὰρ καὶ οὗτος, καὶ οἱ γονεῖς αὐτοῦ. ἀλλ' οὐκ ἐντεῦθέν, φησιν, ἡ πήρωσις. ταῦτα δὲ ἔλεγεν, οὐ τοῦτο

[a] Alii, περὶ τούτου τί.
[b] ἀλλ' ἐπήγαγεν, ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ. Atqui hæc verba nusquam in Evangelio reperiuntur.

ἐμφαίνων, ὅτι οὗτος μὲν οὐχ οὕτως· ἄλλοι δέ τινες ἐκ τούτων ἐτυφλώθησαν τῶν αἰτιῶν, διὰ τὰς τῶν γονέων ἁμαρτίας. οὐδὲ γὰρ ἔνι ἁμαρτάνοντος ἑτέρου, κολάζεσθαι ἕτερον. ἐπεὶ εἰ τοῦτο δώσομεν, κἀκεῖνο δώσομεν ὅτι πρὸ γενέσεως ἥμαρτεν. ὥσπερ οὖν εἰπὼν, ὅτι οὔτε οὗτος ἥμαρτεν, οὐ τοῦτο λέγει, ὅτι ἔνι ἐκ γενετῆς ἁμαρτεῖν καὶ κολασθῆναι· οὕτως εἰπὼν, οὔτε οἱ γονεῖς αὐτοῦ, οὐ τοῦτο εἶπεν, ὅτι ἔνι διὰ γονέας κολασθῆναι. καὶ γὰρ διὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ ταύτην ἀναιρεῖ τὴν ὑπόνοιαν· ζῶ ἐγὼ λέγει κύριος, εἰ ἔσται ἡ παραβολὴ αὕτη ἡ λεγομένη· οἱ πατέρες ἔφαγον ὄμφακα, καὶ οἱ ὀδόντες τῶν τέκνων [a] ὡμοδίασαν. καὶ ὁ Μωσῆς δέ, φησιν· οὐκ ἀποθανεῖται πατὴρ ὑπὲρ τέκνου. καὶ περὶ τινὸς βασιλέως φησὶν, ὅτι διὰ τοῦτο τοῦτο οὐκ ἐποίησε, φυλάττων τὸν Μωσέως νόμον. εἰ δὲ λέγει τις, πῶς οὖν εἴρηται, ὁ ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας γονέων ἐπὶ τέκνα ἐπὶ τρίτην καὶ τετάρτην γενεάν; ἐκεῖνο ἂν εἴποιμεν, ὅτι οὐκ ἔστι καθολικὴ ἡ ἀπόφασις, ἀλλ' ἐπὶ τινῶν εἴρηται τῶν Αἰγύπτου ἐξελθόντων. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν. ἐπειδὴ οἱ ἐξ Αἰγύπτου ἐξελθόντες, μετὰ τὰ σημεῖα καὶ τὰ θαύματα τῶν προγόνων γεγόνασι χείρους τῶν οὐδὲν τούτων θεασαμένων, τὰ αὐτὰ πείσονται, φησιν, ἅπερ ἔπαθον ἐκεῖνοι, ἐπειδὴ τὰ αὐτὰ τετολμήκασι. καὶ ὅτι περὶ ἐκείνων εἴρηται, τῷ τόπῳ τις ἐπιστήσας ἀκριβέστερον εἴσεται. τίνος οὖν ἕνεκεν τυφλὸς ἐγεννήθη; ἵνα φανερωθῇ ἡ δόξα τοῦ θεοῦ, φησιν. ἰδοὺ πάλιν ἄπορον ἄλλο, εἰ χωρὶς τῆς τούτου κολάσεως οὐκ ἐνῆν φανῆναι τοῦ θεοῦ τὴν δόξαν. μάλιστα μὲν οὐ τοῦτο εἴρηται ὅτι οὐκ ἐνῆν· ἐνῆν γάρ· ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ ἵνα φανερωθῇ. τί οὖν, φησιν, ἠδικήθη διὰ τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν; ποίαν ἀδικίαν εἰπέ μοι; εἰ γὰρ, μηδὲ ὅλως παραγαγεῖν αὐτὸν ἐβούλετο. ἐγὼ δὲ καὶ εὐηργετῆσθαι αὐτόν φημι ἀπὸ τῆς πηρώσεως. [b] τοὺς γὰρ ἔνδον ἀνέβλεψεν ὀφθαλμούς. τί γὰρ ὄφελός ἐστι τοῖς Ἰουδαίοις τῶν ὀμμάτων; μείζονα γὰρ κόλασιν ἔσχον, πηρωθέντες ἐν τῷ βλέπειν. τί δὲ τούτῳ βλάβος ἀπὸ τῆς πηρώσεως; διὰ γὰρ ταύτης ἀνέβλεψεν. ὥσπερ οὖν τὰ κακὰ οὐκ ἔστι κακὰ τὰ κατὰ τὸν παρόντα βίον· οὕτως οὐδὲ τὰ ἀγαθὰ ἀγαθά. ἀλλ' ἁμαρτία μόνη κακὸν, πήρωσις δὲ οὐ κακόν. ὁ δὲ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν, ἐξουσίαν εἶχε καὶ οὕτως αὐτὸν ἀφεῖναι. φασὶ δέ τινες, ὅτι τοῦτο οὐδὲ αἰτιολογικόν ἐστι τὸ ἐπίρρημα, ἀλλὰ τῆς ἐκβάσεως· οἷον ὡς ὅταν λέγῃ, εἰς κρίμα ἐγὼ ἦλθον εἰς τὸν κόσμον τοῦτον, ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέψωσι, καὶ οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται. καὶ μὴν οὐ διὰ τοῦτο ἦλθεν, ἵνα οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται. καὶ πάλιν ὁ Παῦλος· τὸ γὰρ γνωστὸν τοῦ θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς, εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους. καίτοι οὐ διὰ τοῦτο αὐτοῖς ἔδειξεν, ἵνα ἀποστερηθῶσιν ἀπολογίας, ἀλλ' ἵνα τύχωσιν ἀπολογίας. καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ· νόμος δὲ παρεισῆλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα. καίτοι οὐ διὰ τοῦτο παρεισῆλθεν, ἀλλ' ἵνα κωλυθῇ ἡ ἁμαρτία.

A ut indicaret; non hunc quidem, sed alios his de causis cæcos fuisse, nempe ob parentum iniquitatem: neque enim licet alio peccante, alium castigare. Nam si hoc concedamus, illud etiam concedamus oportet, ipsum antequam nasceretur peccavisse. Ut ergo cum dicit: *Neque hic peccavit*, non intelligit ab ortu quempiam peccare & puniri; sic cum dicit, *neque parentes ejus*, non declarat quempiam de peccatis parentum pœnas dare: nam Ezechiëlis ore hanc tollit opinionem: *Vivo ego, dicit Dominus, si* B *erit hæc parabola dicens: Patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt.* Moyses item ait: *Non morietur pater pro filio*; & de quodam rege dicit, quod propterea id non fecerit, servans legem Moysis. Quod si quis objecerit: Quomodo ergo dicitur: *Qui reddit peccata parentum in filios, usque ad tertiam & quartam generationem?* Reponemus, sententiam non esse universalem; sed de quibusdam dici, qui ex Ægypto exierant; hoc est, Quia ii qui ex Ægypto exierant, post tot signa & prodigia C parentibus suis pejores evaserunt, qui tamen parentes nihil horum viderant, eadem illa patientur, inquit, quæ illi passi sunt, quia eadem scelera perpetrarunt. Et quod res sic intelligenda sit, probe capiet, si quis locum exploret. Cur ergo cæcus natus est? *Ut manifestaretur*, inquit, *gloria Dei.* Hinc rursus alia exsurgit quæstio: Num absque hujus punitione, non poterat gloria Dei apparere? Certe non dicitur non potuisse; poterat enim; sed ut in hoc etiam appareret. Ergo-ne, inquies, injuriam propter Dei gloriam accepit? Quam, quæso, injuriam? Quid si nunquam illum nasci voluisset? Ego vero etiam ex cæcitate beneficium accepisse dico, nam interioribus D quoque vidit oculis. Quid juvant oculi Judæos? Majus enim supplicium habuerunt, quod videndo cæci essent. Quid vero huic damni fuit ex cæcitate? Propter illam visum accepit. Itaque ut mala hujus vitæ, mala non sunt; sic bona non sunt bona; sed unum peccatum malum est; cæcitas vero non mala. Qui autem ex nihilo producit, potuit illum sic relinquere. Quidam vero dicunt hanc particulam non esse causalem; sed ex eventu dici; ut E quando dicit: *In judicium veni in hunc mundum, ut non videntes, videant, & qui vident, cæci fiant.* Non enim venit ut videntes cæci fierent. Et rursum Paulus: *Nam quod notum est Dei, manifestum est in illis, ut sint inexcusabiles.* Etsi non ideo manifestaverit, ut excusatione privarentur, sed ut illam haberent. Et rursum alibi, *Lex autem subintravit, ut abundaret delictum:* atqui non ideo subintravit; sed ut cohiberetur peccatum.

Nemo de peccatis parentum das pœnas.

Ezech. 18. 3.

Deut. 24. 16.

2. Reg. 12. 6.

Joan. 9. 39.

Rom. 1. 19.

Rom. 5. 20.

[a] Savil. ὡμοδίασαν, alii, ἡμωδίασαν; Morel. ὠμοδίεσαν, mendose.

[b] Legendum putant Savilius & Boisius, τοῖς . . . ὀφθαλμοῖς. Sed τοὺς ὀφθαλμοὺς in casu simili dici posse arbitror.

2. Viden' ubique adverbium ex eventu poni. Ut enim architectus optimus partem ædium perfecit, partem imperfectam reliquit, ut ex residuo apud incredulos de toto sese defendat; ita & Deus corpus nostrum conglutinat & perficit, tamquam domum quamdam labantem, cum manum aridam sanat, paralytici membra firmat, claudos erigit, leprosos mundat, ægros sanat, crura debilia confirmat, mortuos suscitat, clausos oculos aperit, non habenti oculos visum dat. Quæ omnia infirmæ naturæ vitia dum corrigit, potestatem ostendit suam. Cum dicit autem, *ut manifestetur gloria Dei*, de se, non de Patre loquitur. Illius quippe gloria manifesta erat. Quia enim audierant, Deum cum hominem formaret, accepisse limum de terra; ideo sic ille lutum formavit. Si enim dixisset: Ego sum qui accepi pulverem de terra, & hominem formavi, id auditoribus offensioni fuisset; ubi vero id ipso opere ostendit, non repugnare potuerunt. Accepto itaque pulvere, quem cum sputo commiscuit, sic occultam gloriam suam manifestam reddidit. Non parva enim gloria erat, quod creaturæ opifex putaretur. Ex hoc enim cætera sequebantur. Ex parte totum credebatur. Majoris namque fides, id quod minus erat confirmabat. Creatarum enim rerum omnium præstantissimus est homo, & membrorum preciosissimum est oculus: idcirco non simpliciter, sed illo modo hic oculos creavit. Etsi enim parvum sit membrum, est tamen maxime necessarium corpori: hoc Paulus declarat: 1.Cor.12.15. *Et si dixerit auris, non sum oculus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore?* Omnia quippe quæ in nobis sunt, divinam potentiam demonstrant; multo magis oculus, qui totum corpus gubernat; qui toti corpori pulcritudinem indit, qui faciem ornat, qui lucerna est omnium membrorum. Nam quod sol est orbi, id oculus est corpori. Si solem exstinguas, omnia perdidisti, omnia turbasti. Si exstinguas oculos, pedes sunt inutiles, manus, item ipsa anima. Cognitio enim his labefactatis abit: his namque Rom. 1. 20. Deum novimus. *Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur.* Non ergo corpori solum lucerna est oculus, sed animæ plus quam corpori. Quapropter ceu in regio quodam loco superne locatur, cæterisque superponitur sensibus. Hunc itaque format. Deinde ne putes ipsum materia opus habuisse ad agendum, & discas non luto opus habuisse initio; nam qui substantias majores ex nihilo produxit, multo magis hanc sine prævia materia fecisset. Ut ergo discas illa non indiguisse, docens se Creatorem in principio fuis-

A Ὁρᾷς πανταχοῦ τὸ ἐπίῤῥημα τῆς ἐκβάσεως ὄν; καθάπερ γάρ τις οἰκοδόμος ἄριστος, τῆς οἰκίας τὸ μὲν εἰργάσατο, τὸ δὲ ἀφῆκεν ἀτέλεστον, ὥστε τοῖς ἀπιστοῦσι διὰ τοῦ λείψανου καὶ περὶ τοῦ παντὸς ἀπολογήσασθαι· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς, καθάπερ οἰκίαν τινὰ σεσαθρωμένην, τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον συγκολλᾷ καὶ ἀναπληροῖ, τήν τε χεῖρα τὴν ξηρὰν θεραπεύων, τὰ παραλελυμένα μέλη σφίγγων, τοὺς χωλοὺς διορθούμενος, τοὺς λεπροὺς καθαίρων, τοὺς νοσοῦντας ἐγείρων, τοὺς τὰ σκέλη πεπηρωμένους ἀρτίους ποιῶν, τοὺς νεκροὺς ἀπὸ θανάτου καλῶν, μεμυκότας ὀφθαλμοὺς διανοίγων, οὐκ ὄντας ἐπιτιθείς. B ἅπερ ἅπαντα τῆς κατὰ φύσιν ἀσθενείας ὄντα πηρώματα, εἶτα διορθούμενος, ἐδείκνυ αὐτοῦ τὴν δύναμιν. εἰπὼν δὲ, ἵνα φανερωθῇ ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ, περὶ ἑαυτοῦ φησιν, οὐ περὶ τοῦ πατρός· ἐκείνου γὰρ ἡ δόξα ἦν φανερά. ἐπειδὴ γὰρ ἤκουον, ὅτι τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς ἐποίησε λαβὼν χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, διὰ τοῦτο οὕτω καὶ αὐτὸς ἔπλασε. τὸ μὲν γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ λαβὼν χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς καὶ πλάσας τὸν ἄνθρωπον, προσάντες ἐδόκει εἶναι τοῖς ἀκούουσι· διὰ δὲ τοῦ ἔργου τοῦτο δεικνύμενον, οὐκ ἔτι λοιπὸν προσίστατο. διὸ δὴ καὶ αὐτὸς χοῦν λαβὼν, καὶ φύρων τῷ πτύσματι, οὕτω τὴν κεκρυμμένην αὐτοῦ δόξαν ἐφανέρωσεν. οὐ μικρὰ γὰρ δόξα, τὸ δημιουρ- C γὸν αὐτὸν νομισθῆναι τῆς κτίσεως. ἀπὸ γὰρ τούτου, καὶ τὰ ἄλλα συνεισήρχετο, ἀπὸ τοῦ μέρους καὶ τὸ ὅλον ἐπιστοῦτο· ἡ γὰρ περὶ τοῦ μείζονος πίστις καὶ τὸ ἔλαττον ἐβεβαίου. τῆς κτίσεως γὰρ ἁπάσης τιμιώτερον ἄνθρωπος, καὶ τῶν ἐν ἡμῖν μελῶν τιμιώτερος ὀφθαλμός. διὰ τοῦτο οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐκείνῳ τῷ τρόπῳ τὰ ὄμματα ἐδημιούργησεν. εἰ γὰρ καὶ μικρὸν τῷ μεγέθει τὸ μέλος, ἀλλ' ὅλου τοῦ σώματός ἐστιν ἀναγκαιότερον. καὶ τοῦτο Παῦλος δηλῶν ἔλεγεν· ἐὰν εἴπῃ ἡ ἀκοὴ, ὅτι οὐκ εἰμὶ ὀφθαλμὸς, οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ σώματος, οὐ διὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος. πάντα μὲν γὰρ τὰ ἐν ἡμῖν, τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἐστὶν ἀπόδειξις· πολλῷ δὲ μᾶλλον D ὀφθαλμός. τοῦτο γοῦν τὸ πᾶν διακυβερνᾷ σῶμα· τοῦτο τῷ παντὶ σώματι τὸ κάλλος ἐργάζεται· τοῦτο κοσμεῖ τὴν ὄψιν· τοῦτο λύχνος ἐστὶν ἁπάντων τῶν μελῶν. ὅπερ γὰρ ἥλιος κατὰ τὴν οἰκουμένην, τοῦτο ὀφθαλμὸς ἐν τῷ σώματι. ἂν σβέσῃς τὸν ἥλιον, πάντα ἀπώλεσας καὶ συνετάραξας. ἂν σβέσῃς τοὺς ὀφθαλμοὺς· καὶ πόδες ἄχρηστοι, καὶ χεῖρες καὶ ψυχή. οἴχεται γὰρ ἡ γνῶσις, πηρωθέντων τούτων. διὰ γὰρ τούτων τὸν Θεὸν ἐγνώκαμεν. τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται. οὐκ ἄρα τῷ σώματι λύχνος ὁ ὀφθαλμὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸ τοῦ σώματος τῇ ψυχῇ. διόπερ ὥσπερ ἔν τινι βασιλικῷ χω- E ρίῳ ἵδρυται [a] τὴν ἄνω λῆξιν λαχὼν, καὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων προκαθήμενος. τοῦτον οὖν διαπλάττει. εἶτα ἵνα μὴ νομίσῃς ὅτι ὕλης δεῖται ὅταν ποιῇ, καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι οὐδὲ παρὰ τὴν ἀρχὴν πηλοῦ χρείαν εἶχεν· ὁ γὰρ οὐκ οὔσας οὐσίας τὰς μείζους παραγαγὼν, πολλῷ μᾶλλον ταύτην χωρὶς ὕλης ἐποίησεν· ἵνα οὖν μάθῃς ὅτι οὐ χρείας ἕνεκεν τοῦτο ποιεῖ, ἀλλὰ διδάσκων ἑαυτὸν εἶναι δημιουρ-

[a] Suspicatur Savilius legendum τὴν ἄνω τάξιν. Sed puto τὴν λῆξιν hic probe quadrare.

γὸν

γὰρ τὴν ἐν ἀρχῇ, χρίσας τὸν πηλόν φησιν· ἄπελθε, νίψαι· ἵνα εἰδῇς ὅτι οὐ πηλοῦ δέομαι πρὸς τὸ ποιῆσαι ὀφθαλμοὺς, ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ ἐν αὐτῷ ἡ δόξα ἡ ἐμή. ὅτι γὰρ περὶ ἑαυτοῦ φησιν· εἰπὼν, ἵνα φανερωθῇ ἡ δόξα τοῦ θεοῦ, ἐπήγαγεν· ἐμὲ δεῖ ἐργάζεσθαι τὰ ἔργα τοῦ πέμψαντός με· τουτέστιν, ἐμὲ δεῖ φανερῶσαι ἐμαυτὸν, καὶ ποιῆσαι τὰ δυνάμενά με δεῖξαι τὰ αὐτὰ τῷ πατρὶ ποιοῦντα, οὐ τοιαῦτα, ἀλλὰ τὰ αὐτά· ὃ μείζονός ἐστιν ἀπαραλλαξίας, καὶ ὅπερ ἐπὶ τῶν οὐδὲ κατὰ μικρὸν διεστηκότων λέγεται. τίς οὖν ἀντιβλέψει λοιπὸν, ὁρῶν αὐτὸν τὰ αὐτὰ δυνάμενον τῷ πατρί; οὐ γὰρ ἔπλασε μόνον ὀφθαλμοὺς, οὐδὲ ἀνέῳξεν· ἀλλὰ καὶ τὸ ὁρᾷν ἐχαρίσατο· ὅπερ τεκμήριόν ἐστι τοῦ καὶ ψυχὴν ἐμφυσῆσαι. ἐκείνης γὰρ μὴ ἐνεργούσης, ὀφθαλμὸς κἂν ἀπηρτισμένος ᾖ, οὐκ ἂν ἴδοι ποτὲ οὐδέν. ὥστε καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ψυχῆς [a] ἐνέργειαν ἐχαρίσατο, καὶ τὸ μέλος ἔδωκεν πάντα ἔχον, καὶ ἀρτηρίας, καὶ νεῦρα, καὶ φλέβας, καὶ αἷμα, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἐξ ὧν σύγκειται ἡμῖν τὸ σῶμα. ἐμὲ δεῖ ἐργάζεσθαι ἕως ἡμέρα ἐστί. τί ταῦτα βούλεται τὰ ῥήματα; ποίαν δὲ ἀκολουθίαν ἔχει; πολλήν. ὃ γὰρ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν. ἕως ἡμέρα ἐστὶν· ἕως ἔξεστι τοῖς ἀνθρώποις πιστεύειν εἰς ἐμέ· ἕως ὁ βίος οὗτος ἐνέστηκε, δεῖ με ἐργάζεσθαι. ἔρχεται νύξ· τουτέστιν, ὁ μέλλων καιρός· ὅτε οὐδεὶς δύναται ἐργάζεσθαι. οὐκ εἶπεν, ὅτε ἐγὼ οὐ δύναμαι ἐργάζεσθαι· ἀλλ' ὅτε οὐδεὶς δύναται ἐργάζεσθαι· τουτέστιν, ὅτε οὐκ ἔτι πίστις ἐστὶν, οὔτε πόνοι, οὔτε μετάνοια. ὅτι γὰρ ἔργον τὴν πίστιν λέγει, λέγουσιν αὐτῷ· τί ποιήσωμεν ἵνα ἐργασώμεθα τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ; λέγει· τοῦτό ἐστι τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ, ἵνα πιστεύσητε εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος. πῶς οὖν τοῦτο τὸ ἔργον οὐδεὶς δύναται ἐργάζεσθαι τότε; ὅτε οὔτε πίστις ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ ἑκόντες καὶ ἄκοντες ὑπακούσονται. ἵνα γὰρ μή τις εἴπῃ, ὅτι φιλοτιμούμενος τοῦτο ποιεῖ, δείκνυσιν ὅτι φειδόμενος αὐτῶν πάντα ἐργάζεται, ἐνταῦθα μόνον ἐξουσίαν ἐχόντων πιστεύειν, καὶ μηκέτι δυναμένων ἐκεῖ καρποῦσθαί τι. διὰ τοῦτο οὐδὲ προσελθόντος τοῦ τυφλοῦ ἐποίησεν ὅπερ ἐποίησεν. ὅτι μὲν γὰρ ἄξιος ἦν θεραπευθῆναι, καὶ εἰ ἔβλεπεν, ἐπίστευσεν ἂν καὶ προσῆλθεν· καὶ εἰ παρά τινος ἤκουσε παρόντα, οὐδ' ἂν οὕτως ἠμέλησεν, ἐκ τῶν ἑξῆς δῆλον, ἐκ τῆς [b] ἀνδρείας, ἐκ τῆς πίστεως αὐτῆς. καὶ γὰρ ἦν εἰκὸς αὐτὸν ἐννοῆσαι καὶ εἰπεῖν· τί ποτε τοῦτό ἐστι; πηλὸν ἐποίησε, καὶ ἐπέχρισέ μου τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ εἶπέ μοι, ὕπαγε, νίψαι. οὐκ ἠδύνατο θεραπεῦσαι, καὶ τότε πέμψαι εἰς τὸν Σιλωάμ; πολλάκις ἐνιψάμην ἐκεῖ μετὰ ἑτέρων πολλῶν, καὶ οὐδενὸς ἀπήλαυσα χρηστοῦ. εἴ τινα δύναμιν εἶχε, παρὼν ἂν ἐθεράπευσεν. ὅπερ καὶ ὁ Νεεμὰν πρὸς τὸν Ἐλισσαῖον ἔλεγε. καὶ γὰρ ἐκεῖνος κελευσθεὶς ἀπελθεῖν λούσασθαι εἰς τὸν Ἰορδάνην, ἠπίστει, καὶ ταῦτα φήμης τοσαύτης οὔσης περὶ τοῦ Ἐλισσαίου. ἀλλ' οὐχ ὁ τυφλὸς ἠπίστησεν, οὐδὲ ἀντεῖπεν, οὐδὲ ἐλογίσατο πρὸς ἑαυτόν. τί ποτε τοῦτό ἐστι; πηλὸν ἐχρῆν ἐπιθεῖναι; τοῦτο πηρῶ-

[a] εὐγένειαν, Marc. ἐνέργειαν, Savil.

A se, apposito luto dicit: 7. *Vade, lavare*, ut intelligas me ad formandos oculos luto opus non habere, sed ut manifestetur in ipso gloria mea. Quod enim de seipso loquatur cum dicit, *Ut manifestetur gloria Dei*, intulit, 4. *Me oportet facere opera ejus qui misit me*; id est, oportet me manifestare meipsum; & ea facere, quæ demonstrare possint me eadem facere quæ Pater facit; non similia, sed eadem, quod majorem significat æqualitatem, diciturque de iis, qui ne vel tantillum inæquales sunt. Quis ergo B jam contradixerit, videns eum eadem posse quæ Pater potest? Non modo enim oculos formavit, nec solum aperuit, sed & visum largitus est, quod argumentum etiam est ipsum animam quoque inspirasse. Illa enim non operante, oculus etsi sanus & integer fuerit, nihil unquam viderit. Itaque animæ etiam operationem indidit, & membrum dedit omnibus instructum arteriis, nervis, venis, sanguine, cæterisque omnibus, ex quibus corpus nostrum constituitur. *Me oportet operari, dum dies est.* Quid hæc sibi volunt? & quam habent consequen- C tiam? Multam. Hoc enim vult significare: Donec dies est, donec possunt homines in me credere, dum vivo, operandum mihi est. *Venit nox*; hoc est futurum tempus, *quando nemo potest operari.* Non dixit, Quando ego operari non possum; sed, *quando nemo potest operari*; id est, quando non est amplius fides, non labores, non pœnitentia. Quod enim fidem opus appellat, dicunt ei, *Quid faciemus, ut operemur opera Dei?* respondet, *Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem ille misit.* Quare ergo hoc opus nemo potest tunc operari? Quia tunc fides non erit; sed velint nolint, D omnes audient. Ne quis enim diceret, illum ambitione motum hoc facere; ostendit se eorum gratia omnia facere, quippe qui hic solum habeant credendi facultatem, nec quidpiam ibi lucri consequi possint. Ideo nec accedentem cæcum curavit. Quod enim dignus esset qui curaretur: quodque si vidisset, credidisset accessissetque; & si ab aliquo audisset præsentem, non neglexisset, ex iis quæ sequuta sunt palam est, ex fortitudine nempe & ex fide ejus. Poterat enim secum cogitare ac dicere, Quid hoc est? Lu- E tum fecit, & linivit oculos meos; & dixit mihi, *Vade, lavare?* Annon poterat curare me, & tunc in Siloam mittere? Sæpe ibi me lavi cum aliis, nihilque mihi profuit. Si quam potestatem haberet, præsens me sanavisset. Quod etiam dicebat Naaman Elisæo. Jussus enim lavare se in Jordane, non credebat, cum tamen tanta esset Elisæi fama. At cæcus non fuit incredulus, nec contradixit, nec secum reputavit: Quid hoc est? an lutum imponere oportuit? Hoc potius cæcum

4. Reg. 5. 11.

[b] Morel. ἀδείας minus recte.

reddiderit. Quis unquam sic visum recepit? Sed nihil horum cogitavit. Vidistin' fidem & animum firmum? *Venit nox*. Hinc ostendit, etiam post crucem se impiorum curam habiturum esse, multosque attracturum. *Adhuc dies est*, posthac vero illos penitus abscindet, quod ita declarat: *Quamdiu in mundo sum, lux sum mundi.* (Joan. 12. 36.) Quod etiam aliis dixit: *Credite, donec lux vobiscum est.*

3. Cur ergo Paulus præsentem vitam noctem vocavit, illam autem vitam, diem? Non contraria Christi verbis, sed eadem ipsa dicens mente, non litera; nempe, *Nox præcessit, dies autem appropinquavit.* (Rom. 13. 12.) Noctem enim præsens tempus vocat, propter eos qui in tenebris sedent, vel comparando eam cum illa die. Christus vero noctem appellat futurum tempus, quod tunc a peccando cessetur. Paulus vero præsentem vitam noctem appellat, quia ii qui in nequitia & incredulitate vivunt, in tenebris sunt. Fideles igitur alloquens ait, *Nox præcessit, dies autem appropinquavit*, utpote qui luce illa fruituri sint, noctem vero veterem vitam appellat, *abjiciamus*, inquit, *opera tenebrarum.* Viden' illum noctem ipsis esse dicere, quare addit; *sicut in die honeste ambulemus*, ut illa fruamur luce. Nam si lux hæc tam pulcra est, cogita qualis erit illa. Quantum enim solaris radius est lucernæ lumine splendidior, tanto, imo longe magis erit lux illa, hac præstantior. Et hoc significabat his verbis, *Sol obtenebrabitur*; id est, ob vim splendoris illius non apparebit. Quod si nunc ut splendidas & bono aëre fruentes ædes habeamus, infinitas opes expendimus misere exædificando, cogita quot sint subeundi corporei labores, ut splendidas ædes nobis in cælis exstruamus, ubi lux illa ineffabilis. (Supernæ patriæ felicitas.) Hic enim & pugnæ & contentiones de terminis & parietibus; ibi vero nihil simile, nulla invidia vel livor; nemo de terminis nobiscum contendet. Hæc porro necessario relinquenda domus est; illa perpetuo manet: hæc tempore teritur, innumerisque obnoxia est detrimentis, illa semper stat: hanc pauper excitare nequit, illa vel duobus obolis construitur, ut vidua illa construxit. Ideo præfocor, quod tot nobis propositis bonis, ita segnes desidesque simus, nihilque non agamus, ut hic conspicuis fruamur ædibus, dum nihil curamus ut in cælis vel minimum paremus nobis diversorium. Dic, quæso, ubi hic domum habere velles? in deserto, aut in aliquo parvo oppidulo? Non puto: sed in magnis regiisque urbibus, ubi majus commercium, ubi splendor major est. Ego in talem te duco civitatem, cujus opifex & auctor est

A σαι μᾶλλόν ἐστι. Τίς οὕτως ἀνέβλεψέ ποτε; ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἐλογίσατο. εἶδες πίστιν στεῤῥὰν καὶ προθυμίαν; Ἔρχεται νύξ. δείκνυσιν ἐκ τούτου, ὅτι καὶ μετὰ τὸν σταυρὸν μέλλει προνοεῖν τῶν ἀσεβῶν, καὶ ἐπάγεσθαι πολλούς. Ἔτι γὰρ ἡμέρα ἐστί. μετὰ δὲ τοῦτο τέλεον αὐτοὺς ἀποῤῥήξει. καὶ τοῦτο δηλῶν ἔλεγεν· Ὅταν ὦ ἐν τῷ κόσμῳ, φῶς εἰμι τοῦ κόσμου. ὃ καὶ ἑτέροις ἔλεγε· Πιστεύετε, ἕως τὸ φῶς μεθ' ὑμῶν ἐστι.

Τί δήποτε ὁ Παῦλος νύκτα μὲν τὸν παρόντα βίον ἐκάλεσεν, ἐκεῖνον δὲ ἡμέραν; οὐκ ἐναντιούμενος τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ λέγων, εἰ καὶ μὴ τοῖς ῥήμασιν, ἀλλὰ ταῖς ἐννοίαις. καὶ γάρ, φησιν, B Ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικε. νύκτα γὰρ τὸν παρόντα καλεῖ καιρὸν, διὰ τοὺς ἐν σκότῳ καθημένους, ἢ διὰ τὸ παραβάλλειν αὐτὴν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. ὁ δὲ Χριστὸς νύκτα τὸ μέλλον καλεῖ, διὰ τὸ τῶν ἁμαρτημάτων ἀνενέργητον. ὁ δὲ Παῦλος νύκτα τὸν παρόντα βίον καλεῖ, διὰ τὸ ἐν σκότῳ εἶναι τοὺς ἐν κακίᾳ διατρίβοντας καὶ ἀπιστίᾳ. πιστοῖς τοίνυν διαλεγόμενος ἔλεγεν· Ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν, ὡς μελλόντων ἀπολαύσεσθαι τοῦ φωτὸς ἐκείνου· καὶ νύκτα τὸν παλαιὸν βίον καλεῖ. Ἀποθώμεθα γάρ, φησι, τὰ ἔργα τοῦ σκότους. ὁρᾷς ὅτι ἐκείνοις C εἶναι νύκτα φησί; διὸ λέγει· Ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν, ἵνα τοῦ φωτὸς ἀπολαύσωμεν ἐκείνου. εἰ γὰρ τοῦτο οὕτω καλὸν τὸ φῶς, ἐννόησον ἡλίκον ἔσται ἐκεῖνο. ὅσον γὰρ τοῦ λυχνιαίου φωτὸς τὸ ἡλιακὸν κρεῖττον, τοσοῦτον καὶ πολλῷ πλέον ἐκεῖνο βέλτιον τούτου. καὶ τοῦτο δηλῶν ἔλεγεν· ὅτι ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, τουτέστι, διὰ τὴν περιουσίαν ἐκείνης τῆς μαρμαρυγῆς, οὔτε οὗτος φανεῖται. εἰ δὲ νῦν ὑπὲρ τοῦ φωτεινὰς ἔχειν οἰκίας, καὶ εὐαέρους, μυρία δαπανῶμεν χρήματα, οἰκοδομοῦντες, ταλαιπωρούμενοι, ἐννόησον πῶς χρὴ καὶ τὰ σώματα αὐτὰ δαπανᾷν, ὑπὲρ D τοῦ λαμπρὰς ἡμῖν οἰκίας ἐν οὐρανοῖς οἰκοδομηθῆναι, ἔνθα τὸ φῶς ἐκεῖνο τὸ ἀπόῤῥητον. ἐνταῦθα μὲν γὰρ καὶ μάχαι καὶ φιλονεικίαι περὶ ὅρων καὶ τοίχων· ἐκεῖ δὲ οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν· οὐ φθόνος, οὐ βασκανία· οὐδὲ φιλονεικήσει τις ἡμῖν περὶ ὁροθεσιῶν. καὶ ταύτην μὲν ἀπολιπεῖν ἀνάγκη πάντως· ἐκείνη δὲ συμπαραμένει διηνεκῶς. καὶ ταύτην μὲν ἀνάγκη φθείρεσθαι τῷ χρόνῳ, καὶ μυρίαις ὑποκεῖσθαι βλάβαις· ἐκείνην δὲ μένειν ἀγήρω διηνεκῶς. καὶ ταύτην μὲν ὁ πένης οὐ δύναται οἰκοδομεῖν· ἐκείνην δὲ, ἔστι καὶ διὰ δύο ὀβολῶν οἰκοδομῆσαι, καθάπερ ἡ χήρα. διὰ ταῦτα ἀποπνίγομαι, ὅτι τοσούτων ἡμῖν προκειμένων ἀγα-E θῶν, ῥαθυμοῦμεν, ὀλιγωροῦμεν· καὶ ὅπως μὲν ἐνταῦθα λαμπρὰς ἔχοιμεν οἰκίας, ἅπαντα πράττομεν· ὅπως δὲ ἐν τοῖς οὐρανοῖς κἂν μικρὸν κτησώμεθα καταγώγιον, οὐ μεριμνῶμεν, οὐ φροντίζομεν. εἰπὲ γάρ μοι· ποῦ ἐβούλου οἰκίαν ἔχειν ἐνταῦθα; ἆρα ἢ ἐν ἐρημίᾳ ἢ ἐν μιᾷ τῶν πόλεων τῶν μικρῶν; οὐκ ἔγωγε οἶμαι· ἀλλ' ἐν ταῖς βασιλικωτάταις καὶ μεγάλαις, ἔνθα πλείων ἡ ἐμπορία, ἔνθα μείζων ἡ περιφάνεια. ἐγὼ δέ σε εἰς πόλιν ἄγω τοιαύτην, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουρ-

γὰρ ὁ θεός. ἐκεῖ παρακαλῶ κτίζειν τε καὶ οἰκοδομεῖν, δι' ἐλαττόνων χρημάτων, [a] δι' ἐλάττονος πόνου. ἐκείνην τὴν οἰκίαν τῶν πενήτων οἰκοδομοῦσιν αἱ χεῖρες, καὶ τοῦτο μάλιστά ἐστιν οἰκοδομή. ὡς τά γε νῦν γινόμενα, ἐσχάτης ἀνοίας. καὶ γὰρ εἴ τίς σε εἰς Περσικὴν ἤγαγε γῆν, ὀψόμενον τὰ ἐκεῖ καὶ ἐπανήξοντα. εἶτα ἐκέλευσεν οἰκίας δείμασθαι· ἆρα οὐκ ἂν αὐτοῦ κατέγνως ἄνοιαν τὴν ἐσχάτην, ὡς ἀκαίρως δαπανᾷν κελεύοντος; πῶς οὖν ἐπὶ τῆς γῆς τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖς, ἣν μικρὸν ὕστερον ἀπολείψῃ; ἀλλὰ τοῖς παιδίοις καταλείψω, φησίν· ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνοι μικρὸν ὕστερον καταλείψουσι μετὰ σέ· πολλάκις δὲ καὶ πρὸ σοῦ· καὶ οἱ μετ' ἐκείνους πάλιν, καὶ γίνεταί σοι καὶ ἐνταῦθα τὸ πρᾶγμα ἀθυμίας ὑπόθεσις, ὅταν τοὺς κληρονόμους κατέχοντας μὴ ἴδῃς. ἐκεῖ δὲ οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν ὑποπτεῦσαι· ἀλλ' ἀκίνητος ἡ κτῆσις μένει, καί σοι καὶ τοῖς παιδίοις καὶ τοῖς ἐγγόνοις, ἂν τὴν αὐτὴν ἀρετὴν μιμήσωνται. ἐκείνης τῆς οἰκοδομῆς ὁ Χριστὸς ἐφάπτεται. ἐκείνην οἰκοδομοῦντα, οὐκ ἀνάγκη ἐπιμελητὰς ἐφιστᾶν, οὐδὲ μεριμνᾶν. ὅταν γὰρ ὁ θεὸς τὸ ἔργον ἀναδέξηται, τίς χρεία φροντίδος; ἐκεῖνος πάντα συνάγει καὶ ἀνίστησι τὴν οἰκίαν. καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ θαυμαστὸν, ἀλλ' ὅτι οὕτως αὐτὴν οἰκοδομεῖ, ὡς σοὶ ἀρεστόν ἐστιν· μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ τὸ ἀρεστὸν καὶ ὑπὲρ ὃ βούλει. τεχνίτης γάρ ἐστιν ἄριστος, καὶ σφόδρα συγκήδεται τῶν συμφερόντων. κἂν πένης ᾖς καὶ βουληθῇς οἰκοδομῆσαι τὴν οἰκίαν ταύτην, οὐ φέρει σοι φθόνον, οὐδὲ τίκτει σοι βασκανίαν. οὐδεὶς γὰρ [b] αὐτὴν ὁρᾷ τῶν ἐπισταμένων φθονεῖν· ἀλλ' οἱ ἐπιστάμενοι χαίρειν ἄγγελοι τοῖς ἀγαθοῖς τοῖς σοῖς· οὐδεὶς αὐτὴν παρορίσαι δυνήσεται· οὐδεὶς γὰρ αὐτὴν περιοικεῖ τῶν τὰ τοιαῦτα νοσούντων. γείτονας ἔχεις ἐκεῖ, τοὺς ἁγίους, τοὺς περὶ Παῦλον καὶ Πέτρον, τοὺς προφήτας ἅπαντας, τοὺς μάρτυρας, τὸν δῆμον τῶν ἀγγέλων, τῶν ἀρχαγγέλων. διὰ δὴ ταῦτα πάντα, τὰ ὄντα εἰς τοὺς πένητας κενώσωμεν, ἵνα ἐκείνων ἐπιτύχωμεν [c] τῶν σκηνῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A Deus. Hic, quæso, construamus, hic exædificemus minore sumtu & labore. Has ædes construunt manus pauperum, hoc optimum est ædificium. Quæ autem hic construimus extremæ sunt dementiæ argumentum. Nam si quis te in Persidem ageret, visurum illam regionem & mox reversurum: atque te illic juberet ædes exstruere: annon stultissimum illum diceres, qui tibi inanem sumtum suaderet? Cur ergo in terra idipsum facis, unde brevi migraturus es? At, inquies, filiis relinquam: verum illi quoque te paulopost sequuturi sunt; imo sæpe te præcedent, illorumque similiter posteri; hincque tibi mœroris cau-
B sa, cum heredes non tibi superesse videas. Ibi vero nihil hujusmodi timendum, sed immota manet hereditas tibi, filiis, nepotibus, si eamdem virtutem imitabuntur. Illam Christus ædificat: quo opifice nullis curatoribus, nulla solicitudine est opus. Ubi enim Deus in se suscipit opus, quid ultra curandum? Ille omnia colligit, & domum excitat. Neque id solum mirabile est; sed quod ita illam exstruat ut optare, imo melius quam optare possis. Est enim artifex optimus, qui tibi utilissima curat. Si pauper sis, & hanc
C construere domum velis, nullam invidiam, nullum tibi pariet livorem: nemo enim invidus illam videt; sed Angeli tantum, qui de bonis tuis gaudent. Nemo illius fines invadere poterit, quia hoc morbo laborantium nullus vicinus erit. Vicinos illic habebis sanctos, Paulum, Petrum, Prophetas omnes, Martyres, Angelorum & Archangelorum cœtus. His vero de causis facultates pauperibus effundamus, ut illa tabernacula consequamur, quæ nos omnes adi-
D pisci contingat, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem & cum quo Patri gloria simulque Spiritui sancto, in sæcula sæculorum, amen.

ΟΜΙΛΙΑ νζʹ.

Ταῦτα εἰπὼν ὁ Ἰησοῦς, ἔπτυσε χαμαὶ, καὶ ἐποίησε πηλὸν ἐκ τοῦ πτύσματος, καὶ ἐπέχρισε τὸν πηλὸν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ, καὶ εἶπεν· ὕπαγε, νίψαι εἰς τὴν κολυμβήθραν τοῦ Σιλωάμ.

ΤΟΥΣ μέλλοντάς τι παρὰ τῶν ἀναγινωσκομένων καρποῦσθαι, οὐδὲ τὸ μικρὸν τῶν λεγομένων παρατρέχειν δεῖ· διὰ γὰρ τοῦτο ἐρευνᾷν τὰς γραφὰς ἐκελεύσθημεν, ἐπειδὴ δοκεῖ τὰ πολλὰ, καίτοιγε αὐτόθεν ὄντα

HOMILIA LVII.

6. Hæc cum dixisset Jesus exspuit in terram, & fecit lutum ex sputo, &
E *linivit lutum super oculos cæci, & dixit; 7. Vade, lavare in piscina Siloë.*

I. QUI aliquam ex lectionibus utilitatem carpere volunt, ne minimum quidem prætercurrant. Ideo namque Scripturas scrutari jubemur, quia multa quæ statim facilia videntur,

[a] δι' ἐλάττονος πόνου, hæc desunt in quibusdam mss.
[b] Legendum putat Boisius in notis Savilianis αὐτῇ παροικεῖν.
[c] τῶν σκηνῶν, deest in quibusdam mss.

magnam habent latentem sententiæ profunditatem. Vide namque, quid in præsenti proponatur. *Hæc cum dixisset*, inquit, *exspuit in terram.* Cur hoc? Ut manifestetur gloria Dei, & quod oporteat me facere opera ejus qui misit me. Neque enim sine causa hæc memoravit Evangelista, addiditque ipsum exspuisse; sed ut declararet Jesum operibus sermonem confirmare. Et cur non aqua usus est, sed sputo ad lutum faciendum? Missurus illum erat in Siloë: ne quid ergo fonti adscriberetur; sed disceres ex ore ejus exiisse virtutem, quæ efformavit & aperuit oculos, exspuit in terram. Hoc significans Evangelista dicebat, *& lutum fecit ex sputo.* Deinde ne putaretur opus ex terra processisse, lavare jussit. Cur ergo non statim hoc fecit, sed in Siloam misit? Ut cæci fidem discas, utque Judæorum pervicacitas reprimeretur. Credibile enim est omnes vidisse illum abeuntem, illitumque lutum in oculis habentem: res enim inexspectata omnium oculos ad ipsum convertit, tum qui viderunt, tum qui ignorabant, ad rei exitum intenti erant. Quia enim non facile creditu erat cæcum visum recuperasse, per longam viam multos parat testes, & tam insolitæ rei spectatores; ut attentiores facti, jam non possent dicere, hic est, non est hic. Ad hæc vero vult illud ostendere, se veteri legi contrarium non esse dum in Siloë mittit. Neque enim metuendum erat, ne facti gloria Siloë referretur. Multi namque istic oculos laverant, qui nihil inde boni sunt consequuti. Hic enim virtus Christi omnia operatur. Ideoque interpretationem hic adjicit Evangelista. Cum dixisset enim in Siloë, adjecit, *hoc est, Missus*, ut intelligas illic a Christo curatum esse, ut Paulus ait: *Bibebant autem de spirituali consequente illos petra. Petra autem erat Christus.* Ut ergo Christus erat spiritualis petra, ita & spiritualis Siloë, videtur autem mihi repentina illa aquæ præsentia arcanum nobis significare mysterium. Quodnam illud? Inexspectatum præter spem omnem adventum. Sed vide mihi cæci animum in omnibus obsequentem. Neque enim dixit, si lutum aut sputum mihi oculorum usum restituunt, quid opus est Siloë? Si vero Siloë, quid opus est sputo? Cur linivit, cur lavare jussit? Nihil horum vel cogitavit. Sed unum in proposito habebat, ut jubenti obtemperaret: nihil ipsum retinuit, nihil offendit. Si quis vero dicat, quo pacto luto deposito visum recepit? Nihil a nobis audiet aliud, quam nos modum nescire. Et quid mirum si nesciamus, quando ne Evangelista quidem scie-

Cæci nati fides quanta.

1. Cor. 10. 4.

Nunc ubi opportunum est tempus vide quomodo respondeat: *Scimus autem quod Deus peccatores non audiat; sed si quis Dei cultor est, & voluntatem ejus facit.* Hic non modo a peccatis absolvit, sed & Deo acceptum, & Dei opera facientem probat. Quia enim illi se Dei cultores dicebant, ideo addidit, *& voluntatem ejus facit.* Non satis est, inquit, Deum cognoscere, sed ejus est facienda voluntas. Inde miraculum extollit. 32. *A sæculo non est auditum quod aperuerit quis oculos cæci nati.* Si ergo confitemini Deum non exaudire peccatores; hic miraculum patravit, & tale miraculum, quale nemo fecit; palam est illum virtute omnia superasse, ejusque potestatem plus quam humanam esse. Quid ergo illi? 34. *In peccatis natus es totus, & tu doces nos?* Donec enim negaturum eum sperabant, fide dignum putantes, semel & iterum vocarunt. Quod si fide dignum non putabatis, inquam, cur vocastis & secundo interrogastis? Cum porro nihil veritus, vera loqueretur, quando maxime mirari illum oportebat, tunc illum damnant. Quid porro sibi vult illud, *In peccatis natus es totus?* Hic illi cæcitatem exprobrant, ac si dicerent: A prima ætate in peccatis es; ac si ideo cæcus fuisset, quod præter rationem est. Hac in re ipsum consolans Christus dicebat: *In judicium ego veni in mundum, ut non videntes, videant; & qui vident, cæci fiant. In peccatis natus es totus, & tu doces nos?* Quid dixerat ille? Num suam sententiam attulerat? Annon potius communem, cum diceret, *Scimus quod Deus peccatores non exaudit?* Nonne ea quæ vos dixeratis in medium attulit? *Et ejecerunt eum foras.* Vidistin' veritatis preconem, & quomodo paupertas philosophiam non interturbarit. Viden' quot & quanta a principio audierit & passus sit? & quomodo verbis & operibus testificatus sit?

In peccatis natus es, quid significet.

Joan. 9. 39.

4. Hæc porro scripta sunt, ut nos illa imitemur. Nam si mendicus, cæcus, qui Christum non viderat, tantum fiduciæ statim ostendit ante Christi hortamenta, stans contra populum totum, cædem spirantem, a dæmone actum, furentem, ex ejus voce Christum damnare cupientem: neque cessit ille, neque recessit, sed fidenter illos confutavit, maluitque foras ejici, quam veritatem prodere; quanto magis nos, qui tamdiu in fide viximus, qui per fidem sexcenta miracula vidimus, qui majora quam ille beneficia accepimus, qui interioribus oculis arcana mysteria vidimus, & ad tantum honorem vocati sumus, omnem fiduciam exhibere opor-

a Idem, ἐκεῖνοι θεοσεβεῖ ἔλεγε. Alius, ἐκεῖνοι θεοσεβεῖ ἔλεγον.
b εἰ τοίνυν ὁμολογεῖσθε. Ms. Orient. εἶτα καὶ συλλογίζεται. εἰ μὴ ἦν οὗτος παρὰ θεοῦ, οὐκ ἠδύνατο ποιεῖν οὐδέν. εἰ τοίνυν ὡμολόγηται ἔτι ἁμαρ- Paulopost idem, οὐδεὶς ἀνθρώπων ἐποίησέ ποτε.
c Idem, εἰ δὲ μὴ ἐνόμιζον ἀξιόπ. τ. ἑ. ἐκαλοῦν, καὶ δεύτερον ἠρώτων.
d Alii, ἐνταῦθα αὐτῷ. Ibid. ἀφειδῶς, ms. Orient. σαφῶς.
e Idem, πρὸ τῆς παρὰ τοῦ Χριστοῦ.

tet adversus eos qui Christianos accusant, illosque confutare, neque eis temere parcere? Hoc vero facere poterimus, si fiduciam assumamus & Scripturis attendamus, neque perfunctorie illas audiamus. Nam si quis assidue veniat, etiamsi domi non legat, sed hic dictis attendat: anni unius spatio poterit multa discere. Neque enim hodie has, cras alias Scripturas legimus, sed semper easdem. Attamen multi ita misere affecti sunt; ut post tantam lectionem, ne nomina quidem librorum sciant. Nec verentur, neque formidant tam negligenter ad divinam ingredi concionem. Sed si citharœdus, si saltator vel alius quivis ad scenam vocarit civitatem, diligenter omnes accurrunt, & gratias habent vocanti, atque in spectaculo hujusmodi dimidium diei insumunt: Deo autem nos per Prophetas & Apostolos alloquente, oscitamus, nos scalpimus, fastidimus. In æstate quidem & æstu magno forum petimus: in hieme vero a pluvia & luto domi continemur. At in hippodromis, ubi nullum est tectum quod a pluvia defendat, multi imbre urceatim labente, vento aquam in vultum ferente, insania ducti stant, frigore, pluvia, luto, viæ longitudine despectis, nihil eos domi retinet, nihil a spectaculo cohibere potest. Huc autem ubi tectum, ubi mire temperatus calor, venire refugiunt, cum de animæ salute agatur. Hæccine, quæso, toleranda? Ideo in illis apprime edocti, in necessariis imperitiores quam pueruli sumus. Quod si quis te aurigam vel saltatorem appellet, id contumeliam dicis, licet nihil non agas ut tibi hoc vituperium attrahas; si vero ad rei spectaculum evocet, non resilis; artemque cujus nomen refugis, totam fere prosequeris. Ubi vero & rem & nomen tenere debes, atque esse & vocari Christianus, nequidem quid id sit intelligis. Quid hac amentia pejus? Hæc frequenter vobis dicere velim; sed timeo ne frustra & sine ullo fructu vobis sim odiosus. Video namque insanientes, non modo juvenes, sed etiam senes: quorum maxime causa erubesco, cum virum cerno canitie venerandum, canos dehonestare, & filium secum trahere. Quid magis ridiculum? quid turpius? Filius a patre turpiter agere docetur.

Contra spectaculorum frequentiam.

5. Mordent hæc verba? Hoc ego volo, ut mœrorem verba pariant, ut reipsa a tanta turpitudine liberemini. Sunt enim nonnulli his longe frigidiores, quos

A ἐρόντας καὶ λέγοντάς τι κατὰ Χριστιανῶν, καὶ ἐπιστομίζειν, ἀλλὰ μὴ συγγινώσκειν ἁπλῶς; δυνησόμεθα δὲ τοῦτο ποιεῖν, ἐὰν καὶ παῤῥησίαν ἔχωμεν, καὶ ταῖς γραφαῖς προσέχωμεν, καὶ μὴ παρέργως αὐτὰς ἀκούωμεν. εἰ γάρ τις ἀκριβῶς ἐνταῦθα εἰσέρχοιτο, κἂν οἴκοι μὴ ἀναγινώσκοι, προσέχῃ δὲ τοῖς ἐνταῦθα λεγομένοις, ἀρκεῖ καὶ ἐνιαυτὸς εἷς εἰς ἐμπειρίαν αὐτὸν καταστῆσαι πολλήν. οὐ γὰρ νῦν μὲν ταύτας, αὔριον δὲ ἑτέρας ἀναγινώσκομεν γραφάς· ἀλλ' ἀεὶ τὰς αὐτὰς καὶ διαπαντός. ἀλλ' ὅμως οὕτως ἀθλίως οἱ πολλοὶ διάκεινται, ὡς μετὰ τοσαύτην ἀνάγνωσιν μηδὲ τὰ ὀνόματα εἰδέναι τῶν B βιβλίων. καὶ οὐκ αἰσχύνονται, οὐδὲ φρίττουσιν, οὕτω παρέργως εἰς ἀκροατήριον θεῖον εἰσερχόμενοι. ἀλλ' ἂν μὲν κιθαρῳδὸς, ἢ ὀρχηστὴς, ἢ ἄλλος τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς καλέσῃ τὴν πόλιν, μετὰ σπουδῆς ἅπαντες τρέχουσι, καὶ χάριν αὐτῷ τῆς κλήσεως ἴσασι· καὶ ἡμέρας ὁλοκλήρου τὸ ἥμισυ μέρος ἀναλίσκουσιν, ἐκείνῳ μόνῳ προσέχοντες· τοῦ δὲ Θεοῦ διὰ προφητῶν καὶ ἀποστόλων ἡμῖν διαλεγομένου, χασμώμεθα, κνώμεθα, ἰλιγγιῶμεν. καὶ [a] ἐν μὲν τῷ θέρει πολὺς ὁ αὐχμὸς εἶναι δοκεῖ, καὶ τὴν ἀγορὰν καταλαμβάνομεν· καὶ ἐν χειμῶνι πάλιν, ὁ ὑετὸς κώλυμα καὶ ὁ πηλὸς, καὶ οἴκοι καθήμεθα. καὶ ἐν μὲν ταῖς C ἱπποδρομίαις, οὐκ ὀρόφου ἐπικειμένου οὐδὲ τὸν ὑετὸν στέγοντος, οἱ πλείους [b] πολλῶν ὄμβρων καταφερομένων, καὶ ἀνέμου τὸ ὕδωρ εἰς τὰς ὄψεις ῥιπίζοντος, ἑστήκασι μαινόμενοι, καὶ ψύχους, καὶ ὑετοῦ, καὶ πηλοῦ, καὶ μήκους ὁδοῦ καταφρονοῦντες, καὶ οὐδὲν αὐτοὺς οὔτε οἴκοι κατέχει, [c] οὔτε ἐκεῖ κωλύει διαβῆναι· ἐνταῦθα δὲ καὶ ὀρόφων ἐπικειμένων, καὶ θέρμης οὔσης θαυμαστῆς, ἀναδύονται καὶ οὐ συντρέχουσι· καὶ ταῦτα ἐπὶ κέρδει τῆς οἰκείας ψυχῆς· ποῦ ταῦτα ἀνεκτὰ εἰπέ μοι; διὰ τοῦτο ἐν ἐκείνοις πάντων ὄντες ἐμπειρότεροι, ἐν τοῖς ἀναγκαίοις παίδων ἐσμὲν ἀμαθέστεροι. κἂν μέν τις ἡνίοχον καὶ ὀρχηστὴν καλέσῃ ὑβρίσθαι φῂς, καὶ πάντα ποιεῖς, D ὥστε [d] σε τὸ ὄνειδος ἀποτρίψασθαι· ἂν δὲ ἐπὶ τὴν θεωρίαν σε ἑλκύσῃ τοῦ πράγματος, οὐκ ἀποπηδᾷς· καὶ ἧς τὸ ὄνομα φεύγεις τέχνης, ταύτην μεταδιώκεις σχεδὸν ἅπασαν. ἔνθα δὲ καὶ τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ ὄνομα [e] ἔχειν ὀφείλεις, καὶ εἶναι καὶ καλεῖσθαι Χριστιανὸς, οὐδὲ τί ποτέ ἐστι τὸ πρᾶγμα οἶδας. τί ταύτης [f] τῆς ἀνοίας γένοιτ' ἂν χεῖρον; ταῦτα ἐβουλόμην συνεχῶς λέγειν πρὸς ὑμᾶς· δέδοικα δὲ, μὴ μάτην ἀπεχθάνωμαι καὶ κέρδους χωρίς. ὁρῶ γὰρ μεμηνότας οὐ νέους μόνον, ἀλλὰ καὶ γέροντας. ἐφ' ὧν μάλιστα αἰσχύνομαι, ὅταν ἴδω ἄνδρα ἀπὸ τῆς πολιᾶς αἰδέσιμον, καταισχύνοντα τὴν πολιὰν, καὶ E παιδίον ἐπισυρόμενον. τί γὰρ τοῦ γέλωτος τούτου χεῖρον; τί τοῦ ἔργου αἴσχιον; ὁ παῖς παρὰ τοῦ πατρὸς διδάσκεται ἀσχημονεῖν.

Δάκνει τὰ ῥήματα; τοῦτο κἀγὼ βούλομαι, [g] ἀναχέσθαι ὑμᾶς τῆς διὰ τῶν ῥημάτων ἀλγηδόνος, ἵνα τῆς διὰ τῶν πραγμάτων ἀσχημοσύνης ἀπαλλαγῆτε. καὶ γὰρ εἰσί τινες, οἱ πολλῷ ψυχρότεροι τούτων ὄντες· οἱ οὐδὲ αἰ-

[a] Hæc, ἐν μὲν τῷ θέρει, desunt in quibusdam mss.
[b] Ms. Orient. πολλῶν καὶ σφοδρῶν.
[c] Idem, οὔτε κωλύει καταβῆναι.
[d] σε deest in ms. Orient. Idem mox, θεωρίαν ἑλκύσῃ τοῦ.
[e] Idem, ἔχειν ἐπιθυμεῖς.
[f] Morel. τῆς ἀνομίας. Savil. τῆς ἀνοίας.
[g] ἀναχέσθαι, ms. Orient. αἰσθέσθαι.

[a] γίνονται ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, ἀλλὰ καὶ μακρὸν [a] εἴρουσιν ὑπὲρ τοῦ πράγματος λόγον. κἂν μὲν ἐρωτήσῃς, τίς ἐστιν ὁ Ἀμὼς ἢ ὁ Ἀβδιοὺ· ἢ ποῖος τῶν προφητῶν ὁ ἀριθμὸς, ἢ τῶν ἀποστόλων; οὐδὲ χάναι δύνανται. ὑπὲρ δὲ ἵππων καὶ ἡνιόχων, σοφιστῶν καὶ ῥητόρων δεινότερον [b] ἀπολογίαν συντιθέασι, καὶ μετὰ ταῦτα ἅπαντα λέγουσι, καὶ τί τὸ βλάβος; καὶ τίς ἡ ζημία; διὰ γὰρ τοῦτο στένω, ὅτι οὐδὲ ζημίαν ἴστε τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ αἴσθησιν λαμβάνετε τῶν κακῶν· ἔδωκέ σοι βίον προθεσμίαν ὁ θεὸς, εἰς τὸ θεραπεύειν αὐτόν. σὺ δὲ μάτην ἀναλίσκων αὐτὸν καὶ εἰκῇ καὶ [c] ἐν οὐδενὶ χρησίμῳ, ἐξετάζεις ἔτι τίς ἡ ζημία; κἂν μὲν ἀργύριον ὀλίγον δαπανήσῃς ἁπλῶς, ζημίαν τὸ πρᾶγμα καλεῖς· τὰς δὲ ἡμέρας σου δαπανῶν ὁλοκλήρους εἰς σατανικὰς πομπὰς, οὐδὲν ἡγῇ ποιεῖν ἄτοπον; δέον εἰς [d] λιτὰς καὶ εὐχὰς δαπανᾶν σου τὴν ζωὴν ἅπασαν· σὺ δὲ εἰς κραυγὰς καὶ θορύβους καὶ αἰσχρὰ ῥήματα, καὶ μάχην καὶ τέρψιν ἄκαιρον, καὶ ἔργα ἀπὸ μαγγανείας γινόμενα τὸν βίον σου καταναλίσκεις· εἰκῇ καὶ ἐπὶ κακῷ τῷ σῷ. καὶ μετὰ ταῦτα πάντα ἐρωτᾷς· τίς ἡ ζημία; οὐκ εἰδὼς ὅτι [e] παντὸς μᾶλλον ἀφειδεῖν χρὴ, ἢ χρόνου. χρυσίον ἂν ἀναλώσῃς, δυνήσῃ πάλιν ἀνακτήσασθαι· χρόνον δὲ ἂν ἀπολέσῃς, δυσκόλως αὐτὸν ἀναλήψῃ. ὀλίγος γὰρ ἡμῖν τεταμίευται κατὰ τὸν παρόντα βίον. ἂν οὖν εἰς δέον αὐτῷ μὴ χρησώμεθα, τί ἐροῦμεν ἀπελθόντες ἐκεῖ; εἰπὲ γάρ μοι· εἴ τινά σου τῶν υἱῶν ἐκέλευσας τέχνην μαθεῖν· εἶτα ἐκεῖνος οἴκοι διὰ παντὸς ἔμενεν, ἢ καὶ ἀλλαχοῦ που διέτριβεν, οὐκ ἂν αὐτὸν παρῃτήσατο ὁ διδάσκαλος; οὐκ ἂν εἶπεν πρὸς σὲ, συγγραφὴν πρὸς μὲ πεποίηκας, καὶ χρόνον ὥρισας. εἰ μὴ μέλλει τοίνυν τὸν χρόνον τοῦτον παρ᾽ ἡμῖν, ἀλλ᾽ ἑτέρωθι ἀναλίσκειν ὁ παῖς· πῶς σοι παραστησόμεθα [f] μαθητήν; ταῦτα καὶ ἡμᾶς εἰπεῖν ἀνάγκη. ἐρεῖ δὲ καὶ ὁ θεὸς ἡμῖν· χρόνον ὑμῖν δέδωκα, φησὶ, πρὸς τὸ μαθεῖν τὴν τέχνην ταύτην τὴν τῆς εὐλαβείας, τίνος ἕνεκεν εἰκῇ καὶ μάτην τὸν χρόνον ἀνηλώσατε τοῦτον; τί δὲ πρὸς τὸν διδάσκαλον συνεχῶς οὐκ ἐβαδίζετε, οὐδὲ προσείχετε τοῖς λεγομένοις; ὅτι γὰρ τέχνη ἐστὶν ἡ εὐλάβεια, ἄκουσον τί φησιν ὁ προφήτης· δεῦτε τέκνα, ἀκούσατέ μου, φόβον κυρίου διδάξω ὑμᾶς. καὶ πάλιν· μακάριος ἄνθρωπος, ὃν ἂν παιδεύσῃς, κύριε, καὶ ἐκ τοῦ νόμου σου διδάξῃς αὐτόν. ὅταν οὖν τοῦτον ἀναλώσῃς εἰκῇ, ποίαν ἕξεις ἀπολογίαν; καὶ τίνος ἕνεκέν, φησιν, ὀλίγον ἡμῖν ἐταμιεύσατο χρόνον; ὢ τῆς ἀναισθησίας καὶ τῆς ἀγνωμοσύνης· ὑπὲρ οὗ μάλιστα εὐχαριστεῖν ἔδει, ὅτι σοι τοὺς πόνους ἐπέτεμε καὶ τοὺς ἱδρῶτας ἐνέκοψε, καὶ τὴν ἀνάπαυσιν μακρὰν ἐποίησε καὶ ἀθάνατον, ὑπὲρ τούτων ἐγκαλεῖς καὶ δυσχεραίνεις; ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδα πῶς ἐνταῦθα τὸν λόγον ἐξηγάγομεν καὶ μακρὸν εἰργασάμεθα. διόπερ ἀναγκαῖον αὐτὸν συστεῖλαι πάλιν. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς ἡμετέρας ταλαιπωρίας, ὅτι ἐνταῦθα μὲν ἂν μακρὸς γένηται

A hujusmodi verborum non pudet, sed longam texunt hac de re orationem. Quos si interrogaveris quis sit Amos, quis Abdias, quot Prophetæ, quot Apostoli, ne hiscere quidem possunt; sed circa equos & aurigas graviorem, quam sophistæ & rhetores afferunt defensionem: & post hæc omnia dicunt: Ecquid hinc detrimenti? quid damni? Ideo ingemisco, quod noxiam esse rem nesciatis, neque in sensum malorum veneritis. Vitæ tempus dedit tibi Deus, ut ipsum colas. Tu vero frustra & inutiliter consumens illud, quæris adhuc quod B sit damnum? Si tantillum frustra insumas pecuniæ, id damnum vocas; dum vero dies integros in satanicis pompis insumis, nihil absurde te facere putas? Cum oporteret precibus & obsecrationibus totam vitam impendere; tu in clamoribus, in tumultu, obscœnis verbis, pugnis, intempestivis voluptatibus, præstigiis, totam vitam consumis; idque frustra & in perniciem tuam. Et post hæc omnia interrogas quod sit damnum: neque intelligis, nihil parcius insumendum esse quam tempus. Aurum si impenderis, recuperare poteris; amissum tempus difficile recuperes. Breve C namque ejus spatium in hac vita nobis conceditur; quo nisi ut par est utamur, quid illo adveniente dicemus? Dic, quæso, si quem filiorum tuorum juberes artem quampiam ediscere; ille vero vel domi vel alibi tempus tereret, annon magister illum deferret? Annon diceret tibi? Pactum mecum scripto fecisti, tempusque definivisti: si vero filius tuus non velit tempus apud nos insumere, sed alibi terere: quomodo poterimus tibi discipulum sistere? Hæc nos quoque dicere cogimur. Nam dicet nobis Deus: Tempus assignavi vobis, quo pietatis artem ediscereris, cur frustra & D in cassum tempus illud insumsistis? cur non magistrum assidue adiistis? cur dictis non attendistis? Quod enim pietas sit ars quædam, audi Prophetam dicentem: *Venite, filii, audite me, timorem Domini docebo vos*; & iterum, *Beatus vir quem tu erudieris, Domine, & de lege tua docueris eum.* Cum ergo tempus inutiliter consumseris, quam excusationem habebis? Et cur, inquies, nobis breve tempus præscripsit? O insipientiam! o ingratum animum! Quia tibi labores sudoresque minuit, ac requiem tibi diu- E turnam & immortalem paravit, ideo incusas & moleste fers? Sed nescio quomodo sermonem huc transtulimus, & tamdiu peroravimus. Quapropter jam finem facere opus est. Nam hoc quoque miseriæ nostræ tribuendum, quod si hic

Quodnam sit spectaculorum damnum.

Ps. 67. 12.

Ps. 93. 12.

[a] εἴρουσιν, alii, συνείρουσι. Totum locum sic effert ms. Orient. γενομένοις ἐν τοῖς θεωρίοις, ἀλλὰ μακρὸν ἐγείρουσιν ὑπέρ. Infra ἢ ποῖος. Idem, ἢ πόσος.
[b] Idem, ἀπολογίας.
[c] Editi, ἐν οὐδενὶ, idem ἐπ᾽ οὐδενὶ, non male.

[d] λιτὰς, idem ἐλεημοσύνας.
[e] Idem, παντὸς μᾶλλον τοῦ χρόνου τὴν ἐργασίαν ἀπαιτηθήσῃ. Infra idem, τεταμίευται χρόνος κατὰ τὸν παρ-
[f] μαθητὴν, idem τεχνίτην αὐτόν.

longa sit oratio, illam omnes fastidiamus. Illic vero a meridie orsi, cum lucernis recedant. Verum ne semper incusemus, rogamus vos & obsecramus, hanc & nobis & vobis gratiam concedite, ut aliis omissis omnibus, his incumbamus. Siquidem hæc ex vobis lucrabimur, gaudium, lætitiam, laudem, gloriam & mercedem. Totum autem præmium vos lucrabimini, quod antehac ad furorem usque orchestræ addicti, ob Dei timorem & cohortationem nostram, vos ab hujusmodi morbo erueritis, & vinculis solutis ad Deum accurreritis. Neque ibi solum mercedem recipietis: verum etiam in hac vita veram consequemini voluptatem. Talis quippe virtus est, præter coronas illas, hic quoque suavem nobis vitam parat. Dictis ergo obtemperemus, ut hæc & illa consequamur bona, gratia & misericordia Domini nostri Jesu Christi, quîcum Patri gloria simulque Spiritui sancto, in sæcula sæculorum, amen.

A ὁ λόγος, [a] πάντες ἀκηδιῶμεν· ἐκεῖ δὲ ἐκ μέσης ἡμέρας ἀρχόμενοι, ὑπὸ λαμπάσι καὶ λύχνοις ἀναχωροῦσιν. ἀλλ' ἵνα μὴ ἀεὶ ἐγκαλῶμεν, παρακαλοῦμεν ὑμᾶς λοιπὸν καὶ δεόμεθα· δότε ταύτην [b] τὴν χάριν καὶ ἡμῖν καὶ ἑαυτοῖς καὶ πάντων ἀπαλλαγέντες τῶν ἄλλων, τούτοις ἑαυτοὺς προσηλώσωμεν. κερδανοῦμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐξ ὑμῶν τὴν χαρὰν καὶ τὴν εὐφροσύνην, καὶ τὸ σεμνύνεσθαι ἐφ' ὑμῖν, καὶ τὸ ἐπὶ τούτοις λαβεῖν ἀμοιβήν· τὸν δὲ μισθὸν ἅπαντα ὑμεῖς καρπώσεσθε, ὅτι μανικῶς οὕτω προσηλωμένοι τῇ ὀρχήστρᾳ πρὸ τούτου, διὰ τὸν τοῦ θεοῦ φόβον, καὶ τὴν ἡμετέραν παράκλησιν, B ἀπερρήξατε τοῦ νοσήματος ἑαυτοὺς ἐκείνου, καὶ τὰ δεσμὰ διελύσατε, καὶ πρὸς τὸν θεὸν ἐδράμετε. οὐκ ἐκεῖ δὲ μόνον λήψεσθε τὸν μισθόν· ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα εἰλικρινῆ καρπώσεσθε τὴν ἡδονήν. τοιοῦτον γὰρ ἡ ἀρετή, μετὰ τῶν ἐκεῖ στεφάνων, καὶ ἐνταῦθα ἡδὺν καθίστησιν ἡμῖν τὸν βίον. πειθώμεθα τοίνυν τοῖς εἰρημένοις, ἵνα καὶ τῶν ἐνταῦθα καὶ τῶν ἐκεῖσε ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

HOMILIA LIX.

ΟΜΙΛΙΑ νθ'.

35. *Et ejecerunt eum foras. Et audivit Jesus quia ejecerunt eum foras, & cum invenisset eum, dixit ei: Tu credis in Filium Dei? 36. Respondit ei, Et quis est, Domine, ut credam in eum? &c.*

C Καὶ ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω. καὶ ἤκουσεν ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω. καὶ εὑρὼν αὐτὸν εἶπεν αὐτῷ· σὺ πιστεύεις εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ; ἀπεκρίθη ἐκεῖνος καὶ εἶπε· καὶ τίς ἐστι, κύριε, ἵνα πιστεύσω εἰς αὐτόν; καὶ τὰ λοιπά.

1. QUI propter veritatem & Christi confessionem, malo vel contumelia quadam afficiuntur, hi maxime a Deo honorantur. Ut enim qui propter Deum pecunias perdidit, hic maxime illas invenit; & qui odit animam suam, hic potissimum diligit illam: sic qui contumelia afficitur, hic potissimum honore cumulatur; id quod cæco accidit. Illum igitur ex templo Judæi ejecerunt, & invenit illum templi Dominus. A pestifero consessu liberatus, salutiferum fontem est consequutus. Dehonestatus est ab iis qui Christum dehonestarunt, & honoratus est ab Angelorum Domino. Hæc sunt veritatis præmia. Sic & nos si hic pecunias amittamus, illic fiduciam reperimus; si hic ærumnosis largiamur, requiescemus in cælis; si propter Deum contumeliis afficiamur, & hic & illic honorem consequimur. Ejectum e templo invenit Jesus. Significat Evangelista ideo venisse, ut illi occurreret. Et considera quod ipsi præmium conferat; caput bonorum. Se namque ei notum facit prius ignoranti, & eum in discipulorum chorum adscivit. Tu vero consideres velim quomodo ejus di-

Cæcus natus in discipulorum chorum adscitus est.

ΟΙ διὰ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν πάσχοντές τι δεινὸν καὶ ὑβριζόμενοι, οὗτοι μάλιστά εἰσιν οἱ τιμώμενοι. ὥσπερ γὰρ ὁ χρήματα ἀπολλὺς δι' αὐτὸν, οὗτος μάλιστά ἐστιν ὁ εὑρίσκων· καὶ ὁ D τὴν ψυχὴν αὐτοῦ μισῶν, αὐτὸς μάλιστά ἐστιν ὁ φιλῶν· οὕτω καὶ ὁ ὑβριζόμενος, οὗτος μάλιστά ἐστιν ὁ τιμώμενος. ὅπερ καὶ ἐπὶ τοῦ τυφλοῦ γεγένηται. ἐξέβαλον οὖν αὐτὸν ἐκ τοῦ ἱεροῦ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ εὗρεν αὐτὸν ὁ δεσπότης τοῦ ἱεροῦ· ἀπηλλάγη τοῦ συνεδρίου τοῦ λοιμικοῦ, καὶ περιέτυχε τῇ σωτηρίῳ πηγῇ· ἠτιμάσθη παρὰ τῶν τὸν Χριστὸν ἀτιμασάντων, καὶ ἐτιμήθη παρὰ τοῦ τῶν ἀγγέλων δεσπότου. τοιαῦτα τὰ τῆς ἀληθείας ἔπαθλα. οὕτω καὶ ἡμεῖς, ἂν ἐνταῦθα ἀφῶμεν τὰ χρήματα, εὑρίσκομεν ἐκεῖ παρρησίαν· ἂν ἐνταῦθα δῶμεν E τοῖς θλιβομένοις, ἀναπαυσόμεθα ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ἂν ὑβρισθῶμεν διὰ τὸν θεὸν, τιμώμεθα καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐκεῖ. ὡς δὲ ἐξέβαλον αὐτὸν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, εὗρεν αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς. δείκνυσιν ὁ εὐαγγελιστὴς ὅτι [c] ἐπὶ τούτῳ ἦλθεν, ὥστε αὐτῷ συντυχεῖν. καὶ ὅρα τίσιν αὐτὸν ἀμείβεται· τῷ κεφαλαίῳ τῶν ἀγαθῶν. καὶ γὰρ ἑαυτὸν ἐγνώρισεν αὐτῷ πρότερον ἀγνοοῦντι· καὶ εἰς τὸν τῶν οἰκείων μαθητῶν ἐγκατέλεξε χορόν. σὺ δὲ σκόπει,

a πάντες deest in quibusdam mss. & paulopost ἀεὶ in nonnullis desideratur.

b Mss. Orient. ταύτην ἡμῖν τὴν χάριν, μᾶλλον δὲ καὶ ἡμῖν καὶ ἑαυτοῖς.
c Alii, ἐπὶ τοῦτο.

πῶς

πῶς τὴν ἀκρίβειαν ὁ εὐαγγελιστὴς ἐξηγεῖται. εἰπόντος γὰρ αὐτοῦ, σὺ πιστεύεις εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ; λέγει· κύριε, καὶ τίς ἐστιν; οὐδέπω γὰρ αὐτὸν ᾔδει, καίτοι τεθεραπευμένος. τυφλὸς γὰρ ἦν, πρὶν ἢ πρὸς τὸν εὐεργέτην ἐλθεῖν, καὶ μετὰ τὴν ἴασιν ὑπὸ τῶν κυνῶν ἐκείνων περιείλκετο. καθάπερ οὖν τις ἀγωνοθέτης, ἀθλητὴν πολλὰ καμόντα καὶ στεφανωθέντα δέχεται. καὶ τί φησιν; πιστεύεις εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ; τί τοῦτο; μετὰ τοσαύτην ἀντίρρησιν τὴν πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, μετὰ τοσαῦτα ῥήματα, ἐρωτᾷ εἰ πιστεύεις; οὐκ ἀγνοῶν· ἀλλὰ βουλόμενος ἑαυτὸν γνωρίσαι· καὶ δεικνὺς, ὅτι πολλοῦ τιμᾶται τὴν αὐτοῦ πίστιν. ὕβρισέ με δῆμος τοσοῦτος, φησιν, ἀλλ' οὐδεὶς ἐμοὶ λόγος ἐκείνων· ἑνός μοι μέλει, τοῦ σε πιστεῦσαι. κρεῖττον γὰρ εἷς ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ κυρίου, ἢ μυρίοι παρανόμοι. σὺ πιστεύεις εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ; ὡς καὶ παρὼν καὶ ἀποδεχόμενος τὰ εἰρημένα, οὕτως αὐτὸν ἐρωτᾷ· καὶ πρότερον αὐτὸν εἰς πόθον ἑαυτοῦ κατέστησεν. οὐ γὰρ εἶπεν, εὐθέως πίστευσον, ἀλλὰ κατ' ἐρώτησιν. τί οὖν ἐκεῖνος, καὶ τίς ἐστι κύριε, ἵνα πιστεύσω εἰς αὐτόν; ποθούσης καὶ σφόδρα ἐπιζητούσης ψυχῆς τὸ ῥῆμα. ὑπὲρ οὗ τοσαῦτα διελέχθη, τοῦτον ἀγνοεῖ, ἵνα μάθῃς αὐτοῦ τὸ φιλάληθες. οὔπω γὰρ ἦν αὐτὸν ἑωρακώς. λέγει αὐτῷ· καὶ ἑώρακας αὐτὸν, καὶ ὁ λαλῶν μετὰ σοῦ, ἐκεῖνός ἐστιν. οὐκ εἶπεν, ἐγώ εἰμι· ἀλλὰ μέσος ἔτι καὶ ὑπεσταλμένος· καὶ ἑώρακας αὐτόν. τοῦτο ἔτι ἄδηλον ἦν· διὸ τὸ σαφέστερον ἐπήγαγεν· ὁ λαλῶν μετὰ σοῦ, ἐκεῖνός ἐστι. λέγει· πιστεύω, κύριε, καὶ προσεκύνησεν αὐτῷ εὐθέως. καὶ οὐκ εἶπεν, ἐγώ εἰμι ὁ τεθεραπευκώς σε, ὁ εἰπών σοι, ὕπαγε, νίψαι εἰς τὸν Σιλωάμ· ἀλλὰ πάντα ἐκεῖνα σιγήσας φησί· πιστεύεις εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ; εἶτα τὴν πολλὴν διάθεσιν ἐμφαίνων προσεκύνησεν εὐθέως. ὅπερ ὀλίγοι τῶν τεθεραπευμένων ἐποίησαν, οἷον οἱ λεπροὶ καὶ εἴ τις ἄλλος, διὰ τούτου ἐμφαίνων αὐτοῦ τὴν θείαν δύναμιν. ἵνα γὰρ μή τις νομίσῃ ῥῆμα μόνον εἶναι τὸ λεχθὲν, καὶ τὸ ἔργον προσέθηκε. προσκυνήσαντος δὲ αὐτοῦ, φησιν ὁ Χριστός· εἰς κρίμα ἐγὼ ἦλθον εἰς τὸν κόσμον, ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέπωσι, καὶ οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται. τοῦτο καὶ Παῦλός φησι. τί οὖν ἐροῦμεν; ὅτι ἔθνη τὰ μὴ διώκοντα δικαιοσύνην, κατέλαβε δικαιοσύνην· δικαιοσύνην δὲ τὴν ἐκ πίστεως * Ἰησοῦ. Ἰσραὴλ δὲ διώκων νόμον δικαιοσύνης, εἰς νόμον δικαιοσύνης οὐκ ἔφθασεν. εἰπὼν δὲ, εἰς κρίμα ἐγὼ ἦλθον εἰς τὸν κόσμον τοῦτον, κἀκεῖνον σφοδρότερον περὶ τὴν πίστιν εἰργάσατο, καὶ διανέστησε τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ. καὶ γὰρ ἠκολούθουν αὐτῷ Φαρισαῖοι. τὸ δὲ εἰς κρίμα, εἰς μείζονα κόλασιν ἔλεγε· δεικνὺς ὅτι οἱ καταδικάσαντες αὐτὸν, αὐτοί εἰσιν οἱ καταδεδικασμένοι· οἱ καὶ ὡς ἁμαρτωλὸν κατακρίνοντες, αὐτοί εἰσιν οἱ κατακεκριμένοι. ἐνταῦθα δὲ δύο λέγει ἀναβλέψεις καὶ δύο τυφλότητας· τήν τε αἰσθητὴν, τήν τε νοητήν. λέγουσιν αὐτῷ ἐκ τῶν ἀκολουθούντων αὐτῷ· μὴ καὶ ἡμεῖς τυφλοί ἐσμεν; ὥσπερ ἀλλαχοῦ ἔλεγον·

* Ἰησοῦ, non legitur in vulgatis exemplaribus.

ligentiam Evangelista exhibeat: illo enim dicente, *Tu credis in Filium Dei?* respondet, *Domine, quis est?* Nondum enim ipsum norat, etsi sanatus, quia cæcus fuerat priusquam ad beneficum accederet, & post receptum visum a canibus illis trahebatur. Jesus ergo ceu agonotheta quispiam athletam post multos labores coronatum excipit. Et quid dicit? *Credis in Filium Dei?* Quid hoc? Post tantam cum Judæis disceptationem, post tot verba, interrogat num credat; non quod ignoret, sed quod velit se notum facere, & quanti faciat ejus fidem ostendere. Me contumelia, inquit, tantus populus affecit, nihil curo, unum opto, ut credas. Melior quippe est unus qui facit voluntatem Domini, quam mille iniqui. *Tu credis in Filium Dei?* Ut præsens & dicta excipiens sic interrogat, & prius in illo sui desiderium excitat. Non dixit enim, Statim crede, sed interrogavit. Quid igitur ille? *Et quis est, Domine, ut credam in eum?* Optantis, ac vehementer desiderantis verbum: pro quo tanta loquutus est, hunc ignorat; ut discas quam veritatis amans esset. Nondum enim ipsum viderat. 37. *Dicit ei: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ille est.* Non dixit, Ego sum; sed remissius adhuc, *& vidisti eum.* Illud adhuc obscurum erat; ideo clarius addit, *Qui loquitur tecum ille est.* Respondit ille: 38. *Credo, Domine, & adoravit eum statim.* Neque dixit, Ego sum qui sanavi te, qui dixi tibi, Vade, lavare in Siloë. Sed his silentio missis ait: *Credis in Filium Dei?* Deinde ille, multum exhibens affectum, statim adoravit eum, quod pauci ex iis qui curati sunt, fecerunt, ut leprosi illi, & si qui alii: hinc ostendit divinam suam virtutem. Ne quis enim putaret hæc verba tantum esse, ipsum opus addidit. Illo autem adorante, ait Christus: 39. *In judicium ego veni in mundum, ut non videntes videant: & qui vident, cæci fiant.* Idipsum Paulus dicit: *Quid ergo dicimus? Quod gentes non sequentes justitiam, acceperunt justitiam; justitiam autem quæ est ex fide Jesu: Israël autem sequens legem justitiæ, in legem justitiæ non venit.* Rom. 9. 30. Cum dixit Christus, *In judicium veni in hunc mundum;* & illum fidei tenaciorem effecit, & sequentes se excitavit: nam Pharisæi sequebantur illum. In judicium porro, est in majus supplicium, ostendens eos qui se damnarent, esse damnatos, & qui se peccatorem pronunciarent, ipsos esse peccato obnoxios. Hic vero duplicem visus restitutionem & duplicem cæcitatem memorat, sensibilem nempe & spiritualem. Tum dicunt ei quidam ex sequentibus: 40. *Numquid & nos cæci sumus?* & ut alibi

dicebant, *Nemini servivimus unquam*; A &c, *non ex fornicatione nati sumus*; ita & nunc sensibilibus tantum inhiant, & hujus illos pudebat cæcitatis. Deinde ostendens melius esse ipsos esse cæcos quam videre, ait: 41. *Si cæci essetis, non haberetis peccatum.* Cum calamitatem illam, ignominiam esse putarent, id in ipsorum caput convertit dicens, hoc vobis tolerabilius redderet supplicium. Ita semper humanos sensus resecat, & ad magnam mirabilemque cogitationem erigit. Nunc autem vos videre dicitis. Sicut ibi dicit: *Quem vos dicebatis quia Deus vester est*; sic & hoc loco, *Nunc* B *autem vos videre dicitis:* neque enim videtis. Hic quod sibi maxime laudi esse arbitrabantur, id supplicio fore ostendit: & cæcum natum de priore cæcitate consolatur. Postea de illorum cæcitate loquitur. Ne dicerent enim: Non ex cæcitate provenit, quod ad te non accedamus, sed te ut deceptorem aversamur; ea solum de re disserit.

2. Nec sine causa Evangelista narravit, Pharisæos quosdam, qui cum illo erant, hæc audivisse ac dixisse, *Numquid & nos cæci sumus?* sed ut tibi in memoriam revocaret eos ipsos esse, qui ante C ab illo recesserant, illumque lapidabant. Erant enim quidam qui perfunctorie sequebantur, & facile in contrarium vertebantur. Undenam ergo se probat, non deceptorem, sed pastorem esse? Allatis utrinque indiciis & pastoris & deceptoris, & hinc illis explorandæ veritatis ansam præbet. Et primo quis sit deceptor & fur ostendit, ex Scripturis sic vocans

Cap. 10.

illum his verbis: 1. *Amen, amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro.* Vide latronis signa; primo, non palam intrat; secundo, non per Scripturarum testimonium: hoc enim est non D intrare per ostium. Hic porro & qui fuerunt, & qui futuri erant indicat, Antichristum, falsos Christos, Judam & Theudam, & alios hujusmodi; jure autem ostium Scripturas vocat. Hæ namque nos ad Deum ducunt, & Dei cognitionem aperiunt: hæ oves faciunt: hæ custodiunt, nec lupos ingredi sinunt. Tamquam enim tutum ostium, hæreticos ab ingressu arcent, nosque in securitate qua volumus constituunt, nec sinunt errare. Et si hoc ostium non pandamus, non erimus inimicis captu faciles: hinc eos qui vere pastores, & qui E non pastores sunt cognoscemus. Quid sibi vult autem *in ovile*? id est, ad curandas oves. Qui enim sacra non utitur Scriptura, sed aliunde ascendit; id est, qui sibi aliam & non statutam viam aperit; hic fur est. Viden' hinc eum cum

Antichristus, falsi Christi, Judas & Theudas.

οὐδενὶ δεδουλεύκαμεν πώποτε. καί, ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα· οὕτω καὶ νῦν πρὸς τὰ αἰσθητὰ κεχήνασι μόνον, καὶ ταύτην [a] ἐπαισχύνονται τὴν πήρωσιν. εἶτα δεικνὺς ὅτι βέλτιον τυφλοὺς αὐτοὺς εἶναι ἢ βλέποντας, φησίν· Εἰ τυφλοὶ ἦτε, οὐκ ἂν εἴχετε ἁμαρτίαν. ἐπειδὴ αἰσχύνης τὸ πρᾶγμα ἐνόμιζον εἶναι [b] τὴν συμφορὰν, περιέτρεψεν αὐτὸ εἰς τὴν αὐτῶν κεφαλὴν εἰπὼν, ὅτι τοῦτο ἀνεκτοτέραν ὑμῖν ἔφερε τὴν κόλασιν, πανταχοῦ περικόπτων τὰ ἀνθρώπινα φρονήματα, καὶ εἰς ἔννοιαν ἄγων μεγάλην καὶ θαυμαστήν. νῦν δὲ λέγετε ὅτι βλέπομεν. ὥσπερ ἐκεῖ φησιν, ὃν ὑμεῖς λέγετε ὅτι θεὸς ὑμῶν ἦν, οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα· νῦν δὲ λέγετε ὅτι βλέπετε· οὐ γὰρ βλέπετε. ἐνταῦθα ὅπερ ἐνόμιζον ἐγκώμιον εἶναι μέγα, τοῦτο δείκνυσιν αὐτοῖς κόλασιν φέρον· καὶ ὑπὲρ τῆς προτέρας δὲ πηρώσεως παραμυθήσατο τὸν ἐκ γενετῆς. εἶτα περὶ τῆς τυφλότητος αὐτῶν διαλέγεται. ἵνα γὰρ μὴ λέγωσιν, οὐ παρὰ τὴν ἡμετέραν πήρωσιν οὐ προσερχόμεθα, ἀλλ' ὡς πλάνον φεύγοντες ἀποστρεφόμεθα, ὑπὲρ τούτου πάντα ποιεῖται τὸν λόγον.

Οὐχ ἁπλῶς δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐμνημόνευσεν, ὅτι ἤκουσαν ἐκ τῶν Φαρισαίων ταῦτα οἱ μετ' αὐτοῦ ὄντες, καὶ εἶπον· μὴ καὶ ἡμεῖς τυφλοί ἐσμεν; ἀλλ' ἵνα σε ἀναμνήσῃ ὅτι οὗτοι ἐκεῖνοι ἦσαν οἱ πρότερον ἀποστάντες, εἶτα λιθάσαντες. ἦσαν γάρ τινες ἐπιπολαίως ἀκολουθοῦντες, καὶ ῥᾳδίως εἰς τοὐναντίον μεταβαλλόμενοι. πόθεν οὖν κατασκευάζει ὅτι οὐκ ἔστι πλάνος, ἀλλὰ ποιμήν; θεὶς τὰ γνωρίσματα ἑκατέρου καὶ τοῦ ποιμένος καὶ τοῦ πλάνου καὶ λυμεῶνος, καὶ ἀπ' αὐτῶν παρέχων αὐτοῖς ἐξετάζειν τὴν τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν. πρότερον τίς ὁ πλάνος καὶ ὁ κλέπτης δείκνυσιν, ἀπὸ γραφῶν οὕτω καλῶν καὶ λέγων· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ μὴ εἰσερχόμενος διὰ τῆς θύρας εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων, ἀλλὰ ἀναβαίνων ἀλλαχόθεν, ἐκεῖνος κλέπτης ἐστὶ καὶ λῃστής. ὅρα τὰ δείγματα τοῦ λῃστοῦ· πρῶτον, ὅτι οὐ παρρησίᾳ εἰσέρχεται· δεύτερον, ὅτι οὐ κατὰ τὰς γραφάς. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ μὴ διὰ τῆς θύρας. ἐνταῦθα δὲ καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ αἰνίττεται, καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν ἐσομένους· τόν τε ἀντίχριστον, καὶ τοὺς ψευδοχρίστους· τόν τε Ἰούδαν καὶ Θευδᾶν, καὶ εἴ τινες ἕτεροι τοιοῦτοι γεγόνασιν. εἰκότως δὲ θύραν τὰς γραφὰς ἐκάλεσεν. αὗται γὰρ ἡμᾶς προσάγουσι τῷ θεῷ, καὶ τὴν θεογνωσίαν ἀνοίγουσιν· αὗται πρόβατα ποιοῦσιν· αὗται φυλάττουσι, καὶ τοὺς λύκους οὐκ ἀφιᾶσιν ἐπεισελθεῖν. καθάπερ γάρ τις θύρα ἀσφαλὴς, οὕτως ἀποκλείει τοῖς αἱρετικοῖς τὴν εἴσοδον, ἐν ἀσφαλείᾳ καθιστῶσα ἡμᾶς περὶ ὧν ἂν βουλώμεθα πάντων, καὶ οὐκ ἐῶσα πλανᾶσθαι. κἂν μὴ παραλύσωμεν [c] αὐτὴν, οὐκ ἐσόμεθα εὐχείρωτοι τοῖς ἐχθροῖς. διὰ ταύτης καὶ τοὺς ποιμένας καὶ τοὺς οὐ ποιμένας εἰσόμεθα ἀπαρτίας. τί δέ ἐστιν, εἰς τὴν αὐλήν; πρὸς τὰ πρόβατα καὶ τὴν ἐκείνων πρόνοιαν. ὁ γὰρ μὴ ταῖς γραφαῖς χρώμενος, ἀλλὰ ἀναβαίνων ἀλλαχόθεν· τουτέστιν, ἑτέραν ἑαυτῷ καὶ μὴ νενομισμένην τέμνων ὁδόν· οὗτος κλέπτης ἐστίν. ὁρᾷς κἀντεῦθεν τῷ πατρὶ συμ-

[a] Quidam, ἐπαισχύνονται.
[b] τὴν συμφορὰν, hic redundare putatur.

[c] Morel. αὐτὸν, male.

φωνοῦντα, τῷ τὰς γραφὰς εἰς μέσον προφέρειν; ἀλλὰ τοῦτο καὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἔλεγεν, ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς· καὶ Μωσέα παρήγαγεν εἰς μέσον, καὶ μάρτυρα αὐτὸν ἐκάλει, καὶ τοὺς προφήτας πάντας. πάντες γάρ, φησιν, οἱ ἀκούσαντες τῶν προφητῶν ἥξουσι πρός με. καὶ εἰ ἐπιστεύετε Μωϋσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί. ἐνταῦθα δὲ τὸ αὐτὸ μεταφορικῶς ἔθηκεν. εἰπὼν δέ, ἀναβαίνων ἀλλαχόθεν, καὶ τοὺς γραμματέας ᾐνίξατο, ὅτι ἐδίδασκον ἐντάλματα, διδασκαλίας ἀνθρώπων, καὶ τὸν νόμον παρέβαινον, ὅπερ οὖν καὶ αὐτὸς ὀνειδίζων ἔλεγεν· οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν ποιεῖ τὸν νόμον. καὶ καλῶς εἶπεν, ἀναβαίνων, οὐκ, εἰσιών, ὅπερ ἐστὶ κλέπτου θριγκὸν ὑπερπηδῆσαι βουλομένου, καὶ ἐπικινδύνως πάντα πράττοντος. εἶδες πῶς ὑπέγραψε τὸν λῃστήν; σκόπει καὶ τοῦ ποιμένος τὸ γνώρισμα. τί οὖν τοῦτό ἐστιν; ὁ εἰσερχόμενος διὰ τῆς θύρας, οὗτός ἐστιν ὁ ποιμὴν τῶν προβάτων· τούτῳ ὁ θυρωρὸς ἀνοίγει, καὶ τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούει τὰ πρόβατα, καὶ τὰ ἴδια καλεῖ κατ' ὄνομα, καὶ ὅταν ἐξαγάγῃ αὐτά, πορεύεται ἔμπροσθεν αὐτῶν. ἔθηκε καὶ τὰ τοῦ ποιμένος καὶ τοῦ λυμεῶνος τὰ δείγματα. ἴδωμεν πάλιν πῶς αὐτοῖς ἐφήρμοσε τὰ ἑξῆς. τούτῳ, φησὶν, ὁ θυρωρὸς ἀνοίγει. ἐπέμεινε τῇ μεταφορᾷ, ὥστε ἐμφαντικώτερον ποιῆσαι τὸν λόγον. εἰ δὲ καὶ κατὰ λέξιν ἐθέλοις τὴν παραβολὴν ἐξετάζειν, οὐδὲν κωλύει θυρωρὸν ἐνταῦθα νοεῖν τὸν Μωσέα. ἐκεῖνος γὰρ ὁ τὰ λόγια τοῦ θεοῦ ἐμπιστευθείς· οὗ καὶ τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούει τὰ πρόβατα. καὶ τὰ ἴδια καλεῖ κατ' ὄνομα. ἐπειδὴ γὰρ ἄνω καὶ κάτω ἔλεγον αὐτὸν ἀπατεῶνα εἶναι, καὶ τοῦτο ἐκ τῆς ἀπιστίας τῆς ἑαυτῶν ἐβεβαίουν λέγοντες· τίς τῶν ἀρχόντων ἐπίστευσεν εἰς αὐτόν; δείκνυσιν, ὅτι οὐκ αὐτὸν ἐκ τῆς ἐκείνων ἀπιστίας λυμεῶνα καὶ πλάνον δεῖ καλεῖν· ἀλλ' αὐτοὺς ἐκ τοῦ μὴ προσέχειν αὐτῷ, καὶ τῆς τῶν προβάτων ἀκολούθως ἐκβληθῆναι τάξεως. εἰ γὰρ ποιμένος ἐστὶ τὸ διὰ τῆς νενομισμένης εἰσιέναι θύρας· αὐτὸς δὲ εἰσῆλθε διὰ ταύτης· οἱ μὲν ἀκολουθήσαντες ἅπαντες, δύναιντ' ἂν εἶναι πρόβατα· οἱ δὲ ἀπορραγέντες, οὐ τὸν ποιμένα διέβαλον, ἀλλὰ τῆς τῶν προβάτων συγγενείας ἐξέβαλον ἑαυτούς. εἰ δὲ λέγει προϊὼν τὴν θύραν ἑαυτὸν εἶναι, πάλιν οὐ χρὴ θορυβεῖσθαι. καὶ γὰρ καὶ ποιμένα ἑαυτὸν λέγει, καὶ πρόβατον, καὶ διαφόρως τὰς οἰκονομίας κηρύττει τὰς ἑαυτοῦ. ὅταν γὰρ προσάγῃ ἡμᾶς τῷ πατρὶ, θύραν ἑαυτὸν καλεῖ· ὅταν δὲ ἐπιμελῆται, ποιμένα. ἵνα γὰρ μὴ τοῦτο ἔργον εἶναι νομίσῃς αὐτοῦ μόνον τὸ προσαγαγεῖν, λέγει καὶ ποιμένα ἑαυτόν. καὶ τὰ πρόβατα τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούει, καὶ καλεῖ τὰ ἴδια πρόβατα, καὶ ἐξάγει αὐτά, καὶ αὐτὸς ἔμπροσθεν αὐτῶν πορεύεται. καὶ μὴν τοὐναντίον οἱ ποιμένες ποιοῦσιν, ὄπισθεν αὐτῶν ἀκολουθοῦντες. ἀλλ' αὐτὸς δεικνὺς ὅτι ἅπαντας ὁδηγήσει πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ἀπεναντίας ἐκείνοις ποιεῖ. ὥσπερ οὖν καὶ ὅτε τὰ πρόβατα ἔπεμπε, [a] οὐκ ἔξω τῶν λύκων, ἀλλ' ἐν μέσῳ τῶν λύκων ἔπεμψε. πολὺ γὰρ παραδοξοτέρα αὕτη ἡ ποιμαντικὴ τῆς παρ' ἡμῶν.

Δοκεῖ δέ μοι καὶ περὶ τοῦ τυφλοῦ αἰνίττεσθαι· καὶ γὰρ ἐκεῖνον ἐξήγαγε καλέσας ἐκ μέσου τῶν Ἰουδαίων, καὶ

A Patre consentire, dum Scripturas in medium affert? Ideo Judæis dicebat, *Scrutamini Scripturas*, & Moysem in medium adduxit in testem, necnon prophetas omnes. *Omnes*, inquit, *qui audiunt prophetas, venient ad me*; &, *Si crederetis Moysi, crederetis & mihi.* Hic porro illud ipsum metaphorice ponit. Cum dixit autem, *ascendit aliunde*, Scribas subindicavit, quia docebant præcepta, doctrinas hominum, & legem transgrediebantur, quod ipsis exprobrans dicebat: *Nemo vestrum facit legem.* Ac probe dixit, ascendit, non, ingreditur, quod est B furis parietem supergredi nitentis, & cum periculo omnia facientis. Viden' quomodo furem descripsit? Jam pastoris indicium animadverte. Quodnam illud est? 2. *Qui intrat per ostium pastor est ovium.* 3. *Huic ostiarius aperit, & vocem ejus oves audiunt, & proprias vocat nominatim*; 4. *& cum eas emiserit, ante eas vadit.* Indicia posuit & pastoris & latronis. Videamus quo pacto illis sequentia applicet. *Huic*, inquit, *ostiarius aperit.* In metaphora persistit, ut significantius loquatur. Quod si parabolæ C verba singula explorare velis; nihil obstat quominus hic ostiarium intelligamus Moysem. Illi namque Dei eloquia credita sunt, cujus vocem oves audiunt, *Et proprias vocat nominatim.* Cum enim illum frequenter deceptorem vocarent, idque ex incredulitate sua confirmarent dicentes, *Quis principum credidit in eum?* Non ex ipsorum incredulitate se, sed illos deceptores & perniciosos esse vocandos dicit, quod sibi non attenderent, ac proinde ex ovium numero jure ejecti essent. Nam si pastoris est per statutum ingredi ostium, & ipse per hoc ingressus est, qui sequuntur om- D nes, oves esse poterunt; qui autem se sequestrarunt, non ideo pastori nocuere, sed se ex ovium societate disjunxerunt. Quod si se ipse postea ostium dicit, nemo perturbetur; nam se & pastorem dicit & ovem, secundum diversas œconomiæ suæ rationes. Nam quando nos Patri offert, se ostium appellat; cum nostri curam gerit, pastorem. Ne enim solum ejus opus esse putes, quod nos Patri offerat, se pastorem vocat. *Et oves vocem ejus audiunt, & proprias oves vocat, & ante eas vadit.* Atqui E contra, pastores sequuntur oves. Verum ille, ut ostendat se omnes ad veritatem deducturum esse, contra pastorum morem agit. Ut autem cum oves emisit, non extra, sed in medium luporum emisit; nam longe mirabilior nostrâ hæc pastoralis cura est.

Joan. 5. 39.

Joan. 7. 48.

3. Videtur autem mihi hic cæcum subindicari, quem vocavit ex medio Judæo-

[a] Hæc, οὐκ ἔξω τῶν .... λύκων ἔπεμψε, in quibusdam mss. δι' ὁμοιοτέλευτον, omissa sunt.

rum, & ille vocem ejus audivit & novit. 5. *Alienum vero non sequuntur, quia alienorum vocem nesciunt.* Hic Theudæ aut Judæ asseclas dicit: nam quotquot in illos crediderunt, dispersi sunt; sive etiam futuros pseudo-christos qui multos postea seducturi erant. Ne dicerent enim, se quemdam ipsorum esse; longe se ab illis diversum ostendit. Primam differentiam affert, doctrinam ex Scripturis sumtam, quarum ductu illos agebat: alii vero secus. Secunda differentia erat ovium obedientia. Ipsi namque non viventi tantum, sed etiam mortuo crediderunt; illos vero statim reliquerunt. Tertiam nec modicam adjicere possumus. Illi ut tyranni ad defectionem omnia faciebant; ipse tantum a tali suspicione aberat, ut cum vellent ipsum regem facere, fugerit: & cum interrogarent an liceret censum dare Cæsari, solvere juberet, atque ipse etiam didrachma daret. Ad hæc ipse pro salute ovium venit, ut vitam haberent, & abundantius haberent: illi vero præsenti etiam vita suos privarunt. Illi eos qui sibi crediti erant prodiderunt, & fugerunt; Christus vero ita fortiter stetit, ut animam suam traderet. Illi inviti, coacti & fugientes passi sunt; hic libens & volens omnia pertulit. 6. *Hoc proverbium dixit eis Jesus: Illi autem non cognoverunt quid loqueretur eis.* Cur obscure loquebatur? Ut attentiores redderet. Ubi autem illud effecit, obscuritatem tollit his verbis: 9. *Ego sum ostium: per me si quis introierit, ingredietur & egredietur, & pascua inveniet.* Hoc est, in securitate & libertate vivet. Pascua autem hic vocat pabulum ovium, potestatemque & dominatum; hoc est, intus manet, & nemo inde expellet: quod etiam Apostolis evenit, qui libere intrabant & exibant quasi universi orbis domini; nemoque illos ejicere potuit. 8. *Omnes quotquot ante me venerunt, fures sunt & latrones: sed non audierunt eos oves.* Non de prophetis hic loquitur, ut aiunt hæretici. Illos enim audierunt, & per illos crediderunt quotquot in Christum crediderunt; sed de Theuda & Juda aliisque seditiosis agit. Præterea verbum illud; non audierunt oves, in earum laudem dicit. Nusquam vero laudat eos qui prophetas non audierunt; imo illos admodum improbat & reprehendit: hinc palam est illud, *non audierunt*, de seditiosis illis dictum fuisse. 10. *Fur non venit, nisi ut furetur & mactet & perdat.* Ut hic contigit; omnes enim mactati occisique sunt. *Ego autem veni ut vitam habeant, & abundantius habeant.* Quid, quæso, vita abundantius? Regnum cælorum. Verum id nondum dicit, sed vitæ nomen affert, ut

Act. 5. 36.

In quo distinguatur verus Christus a falsis Christis.

A ἤκουσεν αὐτοῦ τῆς φωνῆς, καὶ ἐπέγνω. ἀλλοτρίῳ δὲ οὐ μὴ ἀκολουθήσουσιν, ὅτι οὐκ οἴδασι τῶν ἀλλοτρίων τὴν φωνήν. ἤτοι τοὺς περὶ Θευδᾶν λέγει ἐνταῦθα καὶ Ἰούδαν· καὶ γὰρ ἅπαντες ὅσοι ἐπίστευσαν αὐτοῖς, διεσκορπίσθησαν, φησίν· ἢ τοὺς μετὰ ταῦτα μέλλοντας ἀπατᾷν ψευδοχρίστους. ἵνα γὰρ μὴ λέγωσιν ἕνα ἐκείνων τοῦτον εἶναι, διὰ πολλῶν ἑαυτὸν ἀπ' ἐκείνων διαιρεῖ. καὶ πρῶτον μὲν τίθησι διαφορὰν, καὶ ἀπὸ τῶν γραφῶν διδασκαλίαν. αὐτὸς μὲν γὰρ διὰ τούτων αὐτοὺς προσήγετο· ἐκεῖνοι δὲ οὐκ ἐντεῦθεν αὐτοὺς ἐφείλκοντο· δευτέραν, τὴν τῶν προβάτων ὑπακοήν. αὐτῷ μὲν γὰρ, οὐ

B ζῶντι μόνον, ἀλλὰ καὶ τελευτήσαντι πάντες ἐπίστευσαν· ἐκείνους δὲ ταχέως εἴασαν. καὶ τρίτην δὲ μετὰ τούτων ἔστιν εἰπεῖν οὐ μικράν. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ὡς τύραννοι, καὶ ἐπὶ ἀποστασίᾳ [a] πάντα ἐποίουν· αὐτὸς δὲ οὕτω πόῤῥω [a] ἑαυτὸν τοιαύτης κατέστησεν ὑποψίας, ὡς καὶ θελόντων αὐτὸν ποιῆσαι βασιλέα φυγεῖν, καὶ ἐρωτώντων εἰ ἔξεστι δοῦναι κῆνσον Καίσαρι, κελεῦσαι καταθεῖναι, καὶ αὐτὸν ἐπιδοῦναι τὸ δίδραχμα. πρὸς τούτοις, αὐτὸς μὲν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῶν προβάτων ἦλθεν, ἵνα ζωὴν ἔχωσι καὶ περισσὸν ἔχωσι, φησίν· ἐκεῖνοι δὲ, καὶ τῆς παρούσης αὐτοὺς ζωῆς ἀπεστέρησαν. καὶ οἱ μὲν προὔδωκαν τοὺς

C ἐμπιστευθέντας καὶ ἔφυγον· αὐτὸς δὲ οὕτως ἔστη γενναίως, ὡς καὶ τὴν ψυχὴν ἐπιδοῦναι. καὶ οἱ μὲν ἄκοντες καὶ ἀναγκαζόμενοι καὶ φεύγοντες ἔπαθον· οὗτος δὲ, ἑκὼν καὶ προαιρούμενος ὑπέμεινεν ἅπαντα. ταύτην τὴν παροιμίαν εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· ἐκεῖνοι δὲ, οὐκ ἔγνωσαν τίνα ἦν ἃ ἐλάλει αὐτοῖς. καὶ τίνος ἕνεκεν ἀσαφῶς [b] εἶπεν αὐτοῖς; προσεκτικωτέρους αὐτοὺς ποιῆσαι βουλόμενος. ἐπεὶ οὖν τοῦτο κατεσκεύασε, λύει λοιπὸν τὴν ἀσάφειαν οὕτω λέγων· ἐγώ εἰμι ἡ θύρα, δι' ἐμοῦ ἐάν τις εἰσέλθῃ, εἰσελεύσεται, καὶ ἐξελεύσεται, καὶ νομὴν [b]

D εὑρήσει· οἷον, ἐν ἀσφαλείᾳ ἔσται καὶ ἀδείᾳ. νομὴν δὲ τὴν τροφὴν ἐνταῦθα λέγει καὶ βοσκὴν τῶν προβάτων, καὶ ἐξουσίαν καὶ κυριότητα, τουτέστιν, ἔνδον μενεῖ, καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἐξωθήσεται. ὅπερ οὖν ἐπὶ τῶν ἀποστόλων γέγονεν· οἳ μετ' ἀδείας εἰσῄεσαν καὶ ἐξῄεσαν ὡς πάσης κύριοι γεγενημένοι τῆς οἰκουμένης, καὶ οὐδεὶς αὐτοὺς ἐκβαλεῖν ἴσχυσε. πάντες ὅσοι ἦλθον, κλέπται εἰσὶ καὶ λῃσταί· ἀλλ' οὐκ ἤκουσαν αὐτῶν τὰ πρόβατα. οὐ περὶ τῶν προφητῶν φησιν ἐνταῦθα, καθὼς οἱ αἱρετικοί φασιν· ἐκείνων γὰρ ἤκουσαν καὶ δι' ἐκείνων ἐπίστευσαν, ὅσοι καὶ ἐπίστευσαν τῷ Χριστῷ· ἀλλὰ περὶ Θευδᾶ καὶ Ἰούδα λέγει καὶ τῶν ἄλλων στασιαστῶν. ἄλλως δέ· καὶ τὸ, οὐκ ἤκουσαν τὰ πρόβατα, ἐπαινῶν εἶπεν. οὐδαμοῦ δὲ φαίνεται

E ἐπαινῶν τοὺς παρακούσαντας τῶν προφητῶν, ἀλλὰ τοὐναντίον κακίζων καὶ διαβάλλων σφοδρῶς. ὅθεν δῆλον, ὅτι τὸ, οὐκ ἤκουσαν, νῦν περὶ τῶν στασιαστῶν ἐκείνων εἴρηται. ὁ κλέπτης οὐκ ἔρχεται, εἰ μὴ ἵνα κλέψῃ καὶ θύσῃ καὶ ἀπολέσῃ. ὅπερ τότε γέγονε, πάντων σφαγέντων καὶ ἀπολομένων. ἐγὼ δὲ ἦλθον, ἵνα ζωὴν ἔχωσι, καὶ περισσὸν ἔχωσι. καὶ τί ζωῆς περισσότερον, εἰπέ μοι; βασιλεία οὐρανῶν. ἀλλ' οὔπω λέγει τοῦτο, ἀλλὰ τὸ τῆς ζωῆς ὄνομα περιστρέφει, ὅπερ ἦν αὐτοῖς γνώ-

a Morel. πάντα, Savil. πάντα.

b Morel. εἶπεν αὐτοῖς; sed αὐτοῖς, deest in Savil.

εἰμον. ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός. ἐνταῦθα λοιπὸν περὶ τοῦ πάθους διαλέγεται· δεικνὺς ὅτι ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας τοῦτο γίνεται, καὶ οὐκ ἄκων ἐπὶ τοῦτο ἔρχεται. εἶτα λέγει τὸ δεῖγμα τοῦ ποιμένος πάλιν καὶ τοῦ μισθωτοῦ. ὁ μὲν γὰρ ποιμὴν τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ τίθησιν· ὁ μισθωτὸς δὲ καὶ οὐκ ὢν ποιμὴν, οὗ οὐκ εἰσὶ τὰ πρόβατα ἴδια, θεωρεῖ τὸν λύκον ἐρχόμενον, καὶ ἀφίησι τὰ πρόβατα καὶ φεύγει, καὶ ἔρχεται ὁ λύκος καὶ ἁρπάζει αὐτά. ἐνταῦθα δείκνυσιν ἑαυτὸν οὕτω κρατοῦντα ὡς τὸν πατέρα, εἴγε ποιμὴν αὐτός ἐστι, καὶ ἴδια αὐτοῦ ἐστι τὰ πρόβατα. ὁρᾷς πῶς ἐν ταῖς παραβολαῖς ὑψηλότερον φθέγγεται, ἔνθα συνεσκίασται ὁ λόγος, καὶ οὐ δίδωσι λαβὴν φανερὰν τοῖς ἀκροωμένοις; τί οὖν ὁ μισθωτὸς ποιεῖ; θεωρεῖ τὸν λύκον ἐρχόμενον, καὶ ἀφίησι τὰ πρόβατα, καὶ ἔρχεται ὁ λύκος καὶ ἁρπάζει αὐτά. τοῦτο ἐκεῖνοι πεποιήκασιν· αὐτὸς δὲ τοὐναντίον. καὶ γὰρ ἡνίκα συνελήφθη, φησίν· ἄφετε τούτους ὑπάγειν, ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος, ὅτι οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο. ἔστι δὲ ἐνταῦθα καὶ νοητὸν ὑποπτεῦσαι λύκον. καὶ γὰρ οὐδὲ ἐκεῖνος εἴασεν ἀπελθόντα ἁρπάσαι τὰ πρόβατα. οὐ λύκος δέ ἐστιν οὗτος μόνον, ἀλλὰ καὶ λέων. ὁ γὰρ ἐχθρὸς ἡμῶν διάβολος, φησιν, ὡς λέων περιέρχεται ὠρυόμενος. οὗτος ὄφις καὶ δράκων ἐστί· πατεῖτε γὰρ ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων.

Διὸ παρακαλῶ, μένωμεν ὑπὸ τῷ ποιμένι νεμόμενοι. μενοῦμεν δὲ ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούωμεν· ἐὰν αὐτῷ πειθώμεθα· ἐὰν μὴ ἀλλοτρίῳ ἑπώμεθα. καὶ ποία αὐτοῦ ἐστιν ἡ φωνή; μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι· μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ· μακάριοι οἱ ἐλεήμονες. ἂν ταῦτα πράττωμεν, ὑπὸ τῷ ποιμένι μενοῦμεν, καὶ ὁ λύκος ἔνδον γενέσθαι οὐ δυνήσεται· ἀλλὰ κἂν ἐπέλθῃ, ἐπὶ κακῷ τῷ ἑαυτοῦ τοῦτο ἐργάζεται. ποιμένα γὰρ ἔχομεν οὕτω φιλοῦντα ἡμᾶς, ὡς καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἐπιδοῦναι. ὅταν οὖν καὶ δυνατὸς ᾖ καὶ φιλῇ, τί τὸ κωλῦον ἡμᾶς σωθῆναι; οὐδὲν, εἰ μὴ ἡμεῖς αὐτοὶ ἀποσταίημεν. πῶς δὲ ἀποστησόμεθα; ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος· οὐ δύνασθε δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, θεῷ καὶ μαμωνᾷ. ἂν τοίνυν τούτῳ δουλεύωμεν, οὐχ ὑποστησόμεθα τὴν ἐκείνου τυραννίδα. καὶ γὰρ τυραννίδος ἁπάσης πικρότερον ἡ τῶν χρημάτων ἐπιθυμία. ἡδονὴν οὐδεμίαν ἔχει· φροντίδας δὲ καὶ φθόνους, καὶ ἐπιβουλὰς, καὶ μῖσος καὶ συκοφαντίας, καὶ ἀρετῆς μυρία κωλύματα· ῥαθυμίαν, ἀσέλγειαν, πλεονεξίαν, μέθην· ἃ καὶ τοὺς ἐλευθέρους δούλους ποιεῖ, καὶ ἀργυρωνήτων χείρους· καὶ δούλους, οὐκ ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τῆς χαλεπωτέρου τῶν παθῶν καὶ τῶν νοσημάτων τῆς ψυχῆς. ὁ τοιοῦτος πολλὰ τῶν καὶ θεῷ καὶ ἀνθρώποις μὴ ἀρεσκόντων τολμᾷ, δεδοικὼς μή τις αὐτοῦ τὴν δεσποτείαν ἀφέληται ταύτην. ὢ πικρᾶς δουλείας καὶ διαβολικῆς δυναστείας· τοῦτο γὰρ μάλιστα πάντων ἐστὶ τὸ [a] χαλεπώτατον, ὅτι ἐν τοσούτοις κατεχόμενοι κακοῖς ἡδόμεθα, καὶ τὴν ἅλυσιν ἀσπαζόμεθα, καὶ δεσμωτήριον οἰκοῦντες σκότους πεπληρωμένον εἰς φῶς ἐξελθεῖν οὐ βουλόμεθα, ἀλλ' ἐπισφίγγομεν ἑαυτοῖς τὰ κακὰ, καὶ ἐνηδόμεθα τῷ νοσήματι. ὅθεν οὐδὲ ἀπαλλαγῆναι δυνάμεθα, ἀλλὰ τῶν τὰ μέταλλα ἐρ-

[a] Morel. χαλεπώτερον, Savil. χαλεπώτατον.

A notum illis. 11. *Ego sum Pastor bonus.* Hic demum de passione loquitur: ostendens illam pro mundi salute futuram esse, nec se invitum illam adire. Deinde exemplum rursus affert pastoris & mercenarii. *Bonus enim pastor animam suam ponit.* 12. *Mercenarius autem, qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oves & fugit, & venit lupus, & rapit eas.* Hic se perinde atque Patrem imperantem exhibet. Siquidem pastor ipse est, cujus propriæ sunt oves. Viden' quomodo in parabolis sublimius loquatur, ubi
B obscurior est sermo, neque auditoribus carpendi ansam præbeat? Quid ergo facit mercenarius? *Videt lupum venientem, & dimittit oves, & venit lupus & rapit eas.* Hoc illi fecerunt, ipse contra. Etenim cum apprehensus fuit, dixit: *Sinite illos abire*, ut impleretur sermo, quod nullus eorum perierit. (Joan. 18. 8.) Hic potest etiam spiritualis lupus intelligi, quem non sivit oves abripere. Non lupus tantum hic est, sed etiam leo: nam *adversarius noster diabolus, tamquam leo rugiens circuit.* (1. Pet. 5. 8.) Hic serpens & draco est: *Calcate super serpentes & scorpiones.* (Luc. 10. 19.)

C 4. Quare rogo, maneamus sub pastoris cura. Manebimus autem si vocem ejus audiamus, si ipsi morem geramus, si alienum non sequamur. Ecqua vox ejus est? *Beati pauperes spiritu: beati mundo corde: beati misericordes.* (Matth. 5. 3.) Si hæc servemus, sub pastore manebimus, & lupus ingredi non poterit. Sed etiamsi irruat, id in perniciem suam faciet. Pastorem enim ita nos amantem habemus, ut animam suam pro nobis tradiderit. Cum ergo & potens sit & diligat, quid impedit quominus salutem consequamur? Nihil, nisi nos ipsi deficiamus. Quomodo deficiemus? Illum audi dicentem:
D *Non potestis duobus dominis servire, Deo & Mamonæ.* (Matth. 6. 24.) Si ergo huic serviamus, illius tyrannidi subjecti non erimus. Nam tyrannide quavis acerbior est pecuniarum concupiscentia. Nullam habet voluptatem; sed solicitudines, invidiam, insidias, odium, sycophantias, & mille virtutis impedimenta, desidiam, lasciviam, avaritiam, ebrietatem, quæ liberos in servitutem redigunt, & servis deteriores constituunt: servos, inquam, reddunt, non hominum, sed gravissimi omnium animi morborum. (Servitus omnium teterrima.) Hic multa audet quæ nec Deo nec hominibus placent, metuens ne quis se ab hac servi-
E tute liberet. O acerbam servitutem, & diabolicam potestatem! hæc quippe est omnium gravissima, quod tot detenti malis delectemur, & catenas amplectamur, & quod tenebrosum carcerem habitantes, lucem fugiamus, sed nos malis constringamus, & in morbo oblectemur. Quare nec liberari possumus, & pejore quam qui metalla fodiunt condi-

tione sumus, dum labore & miseria obruti, nullum inde fructum percipimus. Quodque omnium deterrimum est, si quis nos ab acerba hujusmodi captivitate eruere velit, id non patimur; imo etiam ægre ferimus & indignamur; nihil melius affecti quam qui insania capti sunt, imo longe miserabiliores illis, quod nolimus ab insania liberari. Numquid ea de causa in mundum venisti, o homo? An ideo homo factus es ut hæc metalla operareris & aurum colligeres? Non ideo certe ad imaginem suam te formavit; sed ut ipsi placeres, ut futura consequereris, ut cum Angelis choreas ageres. Cur te ab hac nobilitate ejicis, & in extremam conjicis ignobilitatem & infamiam? Qui eodem quo tu partu natus est, partu dico spirituali, fame tabescit; tu copia rerum dirumperis. Frater nudum corpus circumfert; tu vestes vestibus addis, tineis hunc amictum apparans. Quanto melius esset pauperum corpora his obtegere? ita enim illa non consumerentur, te cura omni liberarent, & futuram tibi parerent vitam. Si nolis ea a tineis consumi, da pauperibus. Illi namque hæc vestimenta probe sciunt excutere. Christi namque corpus, qualibet arca preciosius & tutius est. Neque tantum ea custodit incorrupta, sed etiam splendidiora reddit. Arca sæpe cum vestibus abrepta, extremo te affecit damno: hanc vero custodiam ne mors quidem potest labefactare. Neque enim portis aut vectibus hic nobis est opus, non servis vigilantibus, nec alia quavis cautione. Ab insidiis prorsus libera sunt, ut par est, quæ in cælis sunt recondita. Locus enim ille a nequitia nulla adiri potest. Hæc nos dicendi finem non facimus, vosque audientes non obtemperatis. Cujus rei causa est, quod pusilli simus animi, & terrenis inhiemus. Imo absit ut omnes vos damnem, ac si omnes incurabiliter ægrotetis. Etiamsi enim ii qui divitiis inebriantur obstruant aures ne audiant; at ii qui in paupertate vitam agunt, dictis attendere poterunt. Et quid hæc ad pauperes, inquies, qui nec aurum, nec vestimenta hujusmodi habent? Verum illi panem habent & aquam frigidam: habent duos obolos & pedes, queîs ægros invisant: habent linguam & sermonem, ut consolentur male affectum; habent domum & tectum, quo recipiant hospitem. Neque enim tot & tot talenta auri a pauperibus, sed a divitibus exigimus. Quod si ad pauperis ostium venerit Dominus, non pudebit eum vel obolum accipere; sed se plura

Eleemosyna commendatur.

A γαζομένων χαλεπώτερον διακείμεθα· τοὺς μὲν πόνους καὶ τὴν ταλαιπωρίαν ὑπομένοντες, τῶν δὲ καρπῶν οὐκ ἀπολαύοντες. καὶ τὸ δὴ χεῖρον πάντων, ὅτι κἂν ἀπαλλάξαι βουληθῇ τις τῆς πικρᾶς ταύτης αἰχμαλωσίας ἡμᾶς, οὐκ ἀνεχόμεθα, ἀλλὰ καὶ δυσχεραίνομεν καὶ ἀγανακτοῦμεν, οὐδὲν ἄμεινον τῶν μαινομένων διακείμενοι ταύτῃ, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πάντων ἐκείνων ἀθλιώτερον, καὶ τοσοῦτον, ὅσον οὐδὲ ἀπαλλαγῆναι τῆς μανίας ἐθέλομεν. μὴ γὰρ διὰ τοῦτο παρήχθης εἰς τὸν κόσμον, ὦ ἄνθρωπε, τοῦτον; μὴ γὰρ διὰ τοῦτο γέγονας ἄνθρωπος, ἵνα τὰ μέταλλα ταῦτα ἐργάζῃ καὶ B συλλέγῃς χρυσίον; οὐ διὰ ταῦτα ἔπλασέ σε κατ' εἰκόνα· ἀλλ' ἵνα αὐτῷ ἀρέσῃς· ἵνα τῶν μελλόντων ἐπιτύχῃς [a] ἵνα μετ' ἀγγέλων χορεύσῃς. τί τοίνυν ἐκβάλλεις σεαυτὸν τῆς τοιαύτης εὐγενείας, καὶ πρὸς τὴν ἐσχάτην ἀτιμίαν καὶ δυσγένειαν ἐξωθεῖς; ὁ τὰς αὐτάς σοι λύσας ὠδῖνας, ὠδῖνας δὲ λέγω τὰς πνευματικάς· λιμῷ διαφθείρεται· σὺ δὲ ὑπὸ πλησμονῆς διαῤῥήγνυσαι. ὁ ἀδελφὸς γυμνὸς τὸ σῶμα περιάγει, σὺ δὲ καὶ τοῖς ἱματίοις ἱμάτια κατασκευάζεις, ἐπιτειχίζων τοῖς σκώληξι τὴν τοιαύτην περιβολήν. καὶ πόσῳ βέλτιον ἦν τὰ σώματα περιβάλλειν τὰ τῶν πενήτων; [b] οὕτω C γὰρ καὶ ἀνάλωτα ἔμενε, καὶ φροντίδος ἁπάσης ἀπήλλαττε, καὶ τὴν μέλλουσάν σοι ζωὴν ἐκόμιζεν. εἰ γὰρ μὴ βούλει ταῦτα γενέσθαι σητόβρωτα, δὸς τοῖς πτωχοῖς· ἐκεῖνοι γάρ εἰσιν οἱ τὰ ἱμάτια ταῦτα εἰδότες τινάσσειν καλῶς. καὶ γὰρ τοῦ κιβωτίου τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ τιμιώτερόν τε καὶ ἀσφαλέστερον. οὐδὲ γὰρ μόνον φυλάσσει τὰ ἱμάτια, οὐδὲ ἀνάλωτα διατηρεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ λαμπρότερα ἐργάζεται. τὸ κιβώτιον πολλάκις μετὰ τῶν ἱματίων ληφθὲν, ἐσχάτῃ σε περιέβαλε ζημίᾳ. ταύτην δὲ, οὐδὲ θάνατος λυμήνασθαι δύναται τὴν φυλακήν. οὐδὲ γὰρ θυρῶν ἐνταῦθα ἡμῖν δεῖ καὶ μοχλῶν· οὐκ οἰκετῶν ἀγρυπνούντων, οὐκ ἄλλης τινὸς τοιαύτης D ἀσφαλείας. καὶ γὰρ πάσης ἐπιβουλῆς ἀπήλλακται, καὶ ἀπόκειται φυλαττόμενα, ὥσπερ εἰκὸς τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς κείμενα. πάσῃ γὰρ κακίᾳ ἐκεῖνος ὁ τόπος ἄβατος. ταῦτα οὔτε ἡμεῖς ἀεὶ λέγοντες διαλιμπάνομεν, οὔτε ὑμεῖς ἀκούοντες πείθεσθε· τὸ δὲ αἴτιον, ψυχῆς ἐσμεν εὐτελοῦς, καὶ πρὸς τὴν γῆν κεχηνυίας, καὶ χαμαὶ συρομένης· μᾶλλον δὲ μὴ γένοιτο πάντων ὑμῶν καταγνῶναι κακίαν, ὡς πάντας ἀνίατα νοσεῖν. εἰ γὰρ καὶ οἱ τῷ πλούτῳ μεθύοντες, ἐκφράττουσι τὴν ἀκοὴν πρὸς τὰ λεγόμενα, ἀλλ' οἱ πενίᾳ συζῶντες δυνήσονται διαβλέψαι πρὸς τὰ λεγόμενα. καὶ τί ταῦτα πρὸς τοὺς πένητας, φησιν; οὐ γὰρ χρυσὸς αὐτοῖς ἐστιν. οὐδὲ ἱμάτια τοσαῦτα, φησιν. ἀλ-E λὰ ἄρτος ἐστὶν αὐτοῖς καὶ ὕδωρ ψυχρόν· ἀλλ' ὀβολοὶ δύο καὶ πόδες, ὥστε ἐσκέψασθαι τοὺς ἀῤῥωστοῦντας· ἀλλὰ γλῶσσα καὶ λόγος, ὥστε παρακαλέσαι τὸν βεβλημένον· ἀλλ' οἰκία καὶ στέγη, ὥστε ὁμοδίαιτον ποιῆσαι τὸν ξένον. οὐ γὰρ δὴ τάλαντα χρυσοῦ τόσα καὶ τόσα ἀπαιτοῦμεν παρὰ τῶν πενήτων· ἀλλὰ ταῦτα μὲν παρὰ τῶν πλουτούντων. εἰ δέ τις πένης εἴη, καὶ ἐπὶ τὰς τῶν ἄλλων ἔρχεται θύρας, οὐδὲ ὀβολὸν λαβεῖν ὁ δεσπότης ἡμῶν ἐπαισχύνεται· ἀλλὰ καὶ

[a] ἵνα μετ' ἀγγέλων χορεύσῃς, deerat in Morel.
[b] οὕτω γὰρ ἀνάλωτα ἔμενε. Aretinus male, *quæ si hoc pacto consumerentur.*

μείζονα ἐρεῖ τῶν πολλὰ βεβληκότων εἰληφέναι παρ' αὐτοῦ. πόσοι τῶν νῦν ἑστηκότων ηὔξαντο κατ' ἐκεῖνον γενέσθαι τὸν καιρὸν, καθ' ὃν μετὰ σαρκὸς ὁ Χριστὸς περιεπόλει τὴν γῆν, ὥστε καὶ ὁμοδίαιτοι αὐτῷ γενέσθαι καὶ σύσσιτοι. ἰδοὺ νῦν ἔξεστι τοῦτο γενέσθαι, καὶ καλεῖν αὐτὸν μᾶλλον ἐπὶ ἄριστον καὶ ἑστιαθῆναι μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ μείζονι κέρδει. τῶν μὲν γὰρ τότε αὐτῷ συνεστιαθέντων πολλοὶ καὶ ἀπώλοντο, οἷος καὶ ὁ Ἰούδας ἦν, καὶ ἕτεροι δὲ τοιοῦτοι· τῶν δὲ καλούντων αὐτὸν ἕκαστος νῦν εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἑαυτοῦ, καὶ μεταδιδόντων αὐτῷ τραπέζης καὶ στέγης, εὐλογίας ἀπολαύσεται μεγάλης. δεῦτε γάρ, φησιν, οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. ἐπείνασα [a] γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με. ξένος ἤμην καὶ συνηγάγετέ με· ἠσθένησα, καὶ ἐπεσκέψασθέ με· ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθετε πρός με. ἵν' οὖν τούτων ἀκούσωμεν τῶν ῥημάτων, ἐνδύσωμεν τὸν γυμνὸν, συναγάγωμεν τὸν ξένον, θρέψωμεν τὸν πεινῶντα, ποτίσωμεν τὸν διψῶντα, ἐπισκεψώμεθα τὸν ἀῤῥωστοῦντα, ἴδωμεν τὸν ἐν φυλακῇ, ἵνα παῤῥησίας ἀπολαύσωμεν, καὶ ἁμαρτημάτων συγχώρησιν λάβωμεν, καὶ τῶν ἀγαθῶν μετάσχωμεν ἐκείνων, τῶν καὶ λόγον ὑπερβαινόντων καὶ νοῦν. ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

accepisse dicet, quam ab iis qui multa deposuerunt. Quot nunc homines illo tempore fuisse optarent, quo Christus in carne terram obibat, ut colloquii & mensæ cum eo consortes essent! Ecce jam licet, possumus illum ad prandium vocare, cum ipso convivari, & cum majori lucro. Eorum enim qui cum illo convivabantur multi perierunt, ut Judas & hujusmodi homines. Quicumque vero illum jam domum vocabunt, ut mensæ & tecti consortem efficiant, benedictione magna fruentur. *Venite*, inquit, *benedicti Patris mei, possidete præparatum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare: sitivi, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & suscepistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me.* Ut ergo hæc audiamus verba, nudum vestiamus, colligamus hospitem, nutriamus esurientem, sitienti potum demus, ægrum, & carcere detentum invisamus, ut fiduciam, & veniam peccatorum accipiamus, & illa bona quæ omnem sermonem & mentem superant consequamur; quæ utinam omnes adipiscamur gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum, amen.

Matth. 25. 34.

ΟΜΙΛΙΑ ξʹ.

Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν. καθὼς γινώσκει με ὁ πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν πατέρα, καὶ τὴν ψυχήν μου τίθημι ὑπὸ τῶν προβάτων.

ΜΕΓΑ, ἀγαπητοὶ, μέγα ἐκκλησίας προστασία, καὶ πολλῆς δεόμενον φιλοσοφίας καὶ ἀνδρείας τοσαύτης ὅσης ὁ Χριστὸς εἶπεν, ὥστε τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων θεῖναι, ὥστε μηδέποτε ἐγκαταλιπεῖν αὐτὰ ἔρημα καὶ γυμνά· ὥστε πρὸς τὸν λύκον ἵστασθαι γενναίως. τούτῳ γὰρ ὁ ποιμὴν τοῦ μισθωτοῦ διέστηκεν. ὁ μὲν γὰρ τὴν ἰδίαν σωτηρίαν πανταχοῦ σκοπεῖ, τῶν προβάτων ἀμελῶν· οὗτος δὲ πανταχοῦ τὴν τῶν προβάτων ἐπιζητεῖ, τὴν ἑαυτοῦ παρατρέχων. εἰπὼν τοίνυν τοῦ ποιμένος τὰ δείγματα, δύο τίθησι τοὺς λυμεῶνας, ἕνα τὸν κλέπτην τὸν θύοντα καὶ ἁρπάζοντα· ἕτερον δὲ, τὸν τούτων μὲν οὐδὲ ποιοῦντα, γινομένων δὲ τούτων οὐκ ἐπιστρεφόμενον, οὐδὲ κωλύοντα· δι' ἐκείνων μὲν τοὺς περὶ Θευδᾶν αἰνιττόμενος· διὰ τούτων δὲ τοὺς Ἰουδαίων διδασκάλους ἐκπομπεύων, οὐ κηδομένους οὐδὲ φροντίζοντας τῶν ἐμπεπιστευμένων αὐτοῖς προβάτων. ὅπερ οὖν καὶ ὁ Ἰεζεκιὴλ ἄνωθεν ἐγκαλῶν αὐτοῖς ἔλεγεν· * ὦ οἱ ποιμένες Ἰσραήλ· μὴ βόσκουσιν ἑαυτοὺς οἱ ποι-

HOMILIA LX.

14\. *Ego sum Pastor bonus & cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ.*
15\. *Sicut novit me Pater, & ego cognosco Patrem, & animam meam pono pro ovibus meis.*

1\. MAGNUM quidpiam, magnum certe est Ecclesiæ præfectura, quæ multa egeat philosophia & fortitudine, ac quanta Christus dixit; ita ut animam ponat pro ovibus, nunquam illas deserat, & contra lupum stet fortiter. In hoc differt pastor a mercenario: hic enim contemtis ovibus propriæ saluti semper advigilat; ille vero, sua dimissa, salutem curat ovium. Post data ergo pastoris indicia, duos gregi perniciosos memorat; furem mactantem & rapientem oves; & alterum qui non ipse perdit, sed furem non arcet nec impedit. Per illum autem Theudam significat, per hunc Judæorum doctores traducit, qui de commissis sibi ovibus nullam habebant curam; qua de re jam olim Ezechiel illos incusabat his verbis: *Væ pastoribus Israël. Nonne pastores pascebant*

Pastores mali qui

Ezech. 34. 2.

a γὰρ, deest in quibusdam mss.
* Savil. οὐαὶ ὦ ποιμένες. Sed οὐαὶ deest in Edit. Morelli, & in Edit. Romana τῶν O. ubi illud ὦ pro הוי Hebraïce legitur.

semetipsos? Nonne oves pascuntur a pastoribus? Sed illi contrarium faciebant, quod malitiæ maximæ genus est, aliorumque causa malorum. Ideo namque dicit: neque errantes oves reducebant, neque quod perierat quærebant, neque quod contritum erat alligabant, neque quod infirmum curabant, quia seipsos, non oves, pascebant. Idipsum Paulus
Philip. 2. 21. alio verbo significabat: *Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Jesu Christi*; & rursum,
1. Cor. 10. 24. *Nemo quæ sua sunt quærat, sed proximi unusquisque.* Ab utroque genere se Christus segregat; ab illis qui ad perniciem veniunt, cum ait, *Ideo veni ut vitam habeant, & abundantius habeant*; ab his vero qui nihil curant, si oves a lupis rapiantur; cum illas non relinquit, sed animam suam ponit ne illæ pereant. Cum enim consultarent illum occidere, neque a doctrina destitit, neque credentes prodidit; sed stetit, & mortem subiit. Ideo ubique dicebat, *Ego sum Pastor bonus.* Deinde cum nullum adesse videretur rei testimonium; nam illud, *animam meam pono*, brevi postea accidit; illud vero, *Ut vitam habeant, & abundantius habeant*, post suum ex hac vita discessum futurum erat, quid facit? Alterum ab altero confirmat; nempe ex eo quod det animam, quod det etiam vitam, quod & Paulus dice-
Rom. 5. 10. bat: *Si cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus: multo magis reconciliati salvi erimus.* Et rur-
Rom. 8. 32. sum alibi: *Qui etiam Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit?* Sed cur non jam accusant illum ut prius, dicentes: *Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum?* quia sæpe illos silere coëgerat; & a signis major accesserat fiducia ut illis obsisteret. Deinde quia superius dixerat: *Et oves vocem ejus audiunt, & sequuntur eum*: ne quis diceret, Quid ad non credentes? audi quid addat: *Et cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ.* Quod & Paulus si-
Rom. 11. 2. gnificavit, *Non repulit Deus populum suum*
2. Tim. 2. 19. *quem præcognovit.* Et Moyses: *Cognovit Dominus qui sunt ejus.* Illos dico, inquit, quos præscivi. Deinde ne parem cognitionis modum putares; audi quomodo illud per sequentia corrigat, *Cognosco meas*, inquit, *& cognoscunt me meæ.* Sed non æqualis est cognitio. Sed ubi æqualis est? In Patre & in me: nam, *Sicut cognoscit me Pater, & ego cognosco Patrem.* Nisi enim hoc probare voluisset, cur id addidisset? Quia enim se frequenter in cæterorum ordine ponit, ne quis putaret se ita cognoscere Patrem ut homo cognoscit, subdidit: *Sicut cognoscit me Pater, & ego cognosco Patrem*; ita perfecte ipsum cognosco, ut ipse me.

A μένες; οὐχὶ τὰ πρόβατα βόσκουσιν οἱ ποιμένες; ἀλλ' ἐκεῖνοι τοὐναντίον ἐποίουν. ὅπερ μέγιστόν ἐστιν εἶδος κακίας, καὶ τῶν ἄλλων αἴτιον πάντων. διὰ τοῦτο γάρ φησιν· οὔτε τὸ πεπλανημένον ἐπέστρεφον, οὐδὲ τὸ ἀπολωλὸς ἐζήτουν, οὐδὲ τὸ συντετριμμένον ἐδέσμουν, οὐδὲ τὸ ἀῤῥωστοῦν ἐθεράπευον, ἐπειδὴ ἑαυτοὺς καὶ οὐ τὰ πρόβατα ἔβοσκον. ὅπερ καὶ ὁ Παῦλος ἑτέρῳ ῥήματι πάλιν ἐδήλου λέγων· οἱ γὰρ πάντες τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν, οὐ τὰ Χριστοῦ Ἰησοῦ. καὶ πάλιν· μηδεὶς τὸ ἑαυτοῦ ζητείτω, ἀλλὰ τὸ τοῦ πλησίον ἕκαστος. ἀλλ' ἀμφο-
B τέρων ἑαυτὸν διΐστησιν ὁ Χριστός· ἐκείνων μὲν τῶν ἐπὶ λύμῃ παραγινομένων, τῷ εἰπεῖν, διὰ τοῦτο ἦλθον ἵνα ζωὴν ἔχωσι καὶ περισσὸν ἔχωσι· τούτων δὲ τῶν περιορώντων ὑπὸ τῶν λύκων ἁρπαζόμενα τὰ πρόβατα, τῷ μὴ καταλιπεῖν, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θεῖναι ὑπὲρ αὐτῶν, ὥστε μὴ τὰ πρόβατα ἀποθανεῖν. ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸν ἐβουλεύοντο ἀνελεῖν, οὔτε τῆς διδασκαλίας μετέθετο, οὔτε τοὺς πιστεύοντας προὔδωκεν· ἀλλ' ἔστη καὶ εἵλετο ἀποθανεῖν. διὰ τοῦτο ἄνω καὶ κάτω ἔλεγεν· ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός· εἶτα ἐπειδὴ ἀμάρτυρα ἐδόκει τὰ λεγόμενα εἶναι. τὸ μὲν γὰρ τὴν ψυχήν μου τίθη-
C μι, οὐ μετὰ πολὺ τὴν ἀπόδειξιν ἔλαβε· τὸ δὲ, ἵνα ζωὴν ἔχωσι καὶ περισσὸν ἔχωσι, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἔμελλεν ἀποδημίαν συμβήσεσθαι, κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα, τί ποιεῖ; θάτερον ἀπὸ θατέρου πιστοῦται· ἀπὸ τοῦ δοῦναι τὴν ψυχὴν, ὅτι καὶ τὴν ζωὴν δίδωσιν. ὅπερ καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγεν· ὅτι εἰ ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον καταλλαγέντες σωθησόμεθα. καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ· ὅς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, [a] ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν, πῶς οὐχὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαριεῖται; ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν οὐκ ἐγκαλοῦσιν
D αὐτῷ νῦν, ἃ καὶ πρότερον λέγοντες· σὺ περὶ σεαυτοῦ μαρτυρεῖς; ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής; ὅτι πολλάκις ἐπεστόμισεν αὐτοὺς, καὶ πλείων ἡ παῤῥησία πρὸς αὐτοὺς ἀπὸ τῶν σημείων ἐγένετο. εἶτα ἐπειδὴ εἶπεν ἀνωτέρω, καὶ τὰ πρόβατα τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούει καὶ ἀκολουθεῖ αὐτῷ, ἵνα μή τις εἴπῃ· τί οὖν πρὸς τοὺς μὴ πιστεύσαντας; ἄκουσον τί ἐπήγαγε· καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν. ὅπερ καὶ ὁ Παῦλος δῆλον ἔλεγεν· οὐκ ἀπώσατο ὁ θεὸς λαὸν αὐτοῦ ὃν προέγνω. καὶ ὁ Μωϋσῆς· ἔγνω κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ. ἐκείνους λέγω, φησὶν, οὓς προέγνων. εἶτα ἵνα μὴ τῆς γνώσεως
E ἴσον τὸ μέτρον νομίσῃς, ἄκουσον πῶς διορθοῦται αὐτὸ τῇ ἐπαγωγῇ· γινώσκω τὰ ἐμά, φησι, καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν. ἀλλ' οὐκ ἴση ἡ γνῶσις· ἀλλὰ ποῦ ἴση; ἐπὶ τοῦ πατρὸς καὶ ἐμοῦ. ἐκεῖ γὰρ, καθὼς γινώσκει με ὁ πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν πατέρα. ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο ἐβούλετο κατασκευάσαι, τίνος ἕνεκεν αὐτὸ ἐπήγαγεν; ἐπειδὴ γὰρ πολλαχοῦ ἑαυτὸν τίθησιν ἐν τάξει τῶν πολλῶν, ἵνα μή τις νομίσῃ ὅτι ὡς ἄνθρωπος οὕτως ἐγίνωσκεν, ἐπήγαγε· καθὼς γινώσκει με ὁ πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν πατέρα. οὕτως ἀκριβῶς αὐτὸν ἐπίσταμαι, ὡς αὐτὸς ἐμέ.

[a] Hæc, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν π. π. αὐτόν, desunt in quibusdam mss.

διὰ τοῦτο καὶ ἔλεγεν· οὐδεὶς γινώσκει τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ, καὶ τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, κεχωρισμένην τινὰ γνῶσιν λέγων, καὶ τοιαύτην, οἵαν οὐδεὶς ἕτερος δύναται σχεῖν. ἐγὼ τίθημι τὴν ψυχήν μου· συνεχῶς τοῦτο λέγει, δηλῶν ὅτι οὐκ ἔστι πλάνος. ἐπεὶ καὶ ὁ ἀπόστολος, [a] ὅτε αὐτὸν ἐβούλετο δεῖξαι γνήσιον ὄντα διδάσκαλον, καὶ πρὸς τοὺς ψευδαποστόλους ἀντιπαρεξήγαγε τὸν λόγον, ἀπὸ τῶν κινδύνων καὶ τῶν θανάτων ἑαυτὸν συνίστησι λέγων· ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν θανάτοις πολλάκις. τὸ μὲν γὰρ λέγειν, ὅτι φῶς εἰμι καὶ ζωή εἰμι, ἐδόκει εἶναι τύφου παρὰ τοῖς ἀνοήτοις· τὸ δὲ λέγειν, ἀποθανεῖν βούλομαι, οὐδεμίαν βασκανίαν εἶχεν, οὐδὲ φθόνον. διὰ τοῦτο οὐδὲ λέγουσιν αὐτῷ· σὺ μαρτυρεῖς περὶ σεαυτοῦ, ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής. πολλὴν γὰρ ἐδείκνυ τὸ ῥῆμα κηδεμονίαν, εἴγε ὑπὲρ τῶν λιθαζόντων ἐβούλετο ἑαυτὸν ἐκδοῦναι.

Διὰ τοῦτο καὶ εὐκαίρως τὸν περὶ τῶν ἐθνῶν εἰσάγει λόγον. καὶ γὰρ καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, φησὶν, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης· κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν. ἰδοὺ πάλιν τὸ, δεῖ, ῥῆμα κείμενον, οὐκ ἀνάγκης ἐστὶν, ἀλλὰ τοῦ πάντως ἐσομένου δηλωτικόν· ὡσανεὶ ἔλεγε· τί θαυμάζετε, εἰ οὗτοί μοι μέλλουσιν ἕπεσθαι, καὶ τὰ πρόβατα τῆς φωνῆς μου ἀκούειν; ὅταν γὰρ καὶ ἄλλα ἴδητέ μοι ἀκολουθοῦντα, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούοντα, τότε ἐκπλαγήσεσθε μειζόνως. εἰ δὲ λέγει, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης, μὴ θορυβηθῇς. ἡ γὰρ διαφορὰ περὶ τὸν νόμον μόνον, καθάπερ καὶ ὁ Παῦλός φησιν· οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία. κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν. δείκνυσιν ἀμφοτέρους ἐσκορπισμένους καὶ μεμιγμένους καὶ ποιμένας οὐκ ἔχοντας, κἀκείνους καὶ τούτους, οὔπω τοῦ καλοῦ παραγινομένου ποιμένος. εἶτα καὶ τὴν μέλλουσαν αὐτῶν προαναφωνεῖ συνάφειαν, ὅτι ἔσονται μία ποίμνη. ὅπερ [b] καὶ αὐτὸ πάλιν ὁ Παῦλος ἐδήλωσεν εἰπών· ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ ἐν ἑαυτῷ, εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον. διὰ τοῦτό με ἀγαπᾷ ὁ πατὴρ, ὅτι ἐγὼ τὴν ψυχήν μου τίθημι, ἵνα πάλιν λάβω αὐτήν. καὶ τί τοῦ ῥήματος τούτου ταπεινότερον γένοιτ' ἂν, εἴγε δι' ἡμᾶς ὁ δεσπότης ἀγαπᾶσθαι μέλλει ὁ ἡμέτερος, ἐπειδὴ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθνήσκει; τί οὖν, εἰπέ μοι, τὸν ἔμπροσθεν χρόνον οὐκ ἠγαπᾶτο, ἀλλὰ νῦν τῆς ἀγάπης ἤρξατο ὁ πατὴρ, καὶ ἡμεῖς γεγόναμεν τῆς ἀγάπης αὐτῷ αἴτιοι; ὁρᾷς πῶς κέχρηται τῇ συγκαταβάσει; τί οὖν ἐνταῦθα κατασκευάσαι βούλεται; ἐπειδὴ ἀλλότριον αὐτὸν ἔλεγον τοῦ πατρὸς καὶ πλάνον, καὶ ἐπὶ λύμῃ ἥκειν αὐτὸν καὶ ἀπωλείᾳ, λέγει. καὶ εἰ μηδὲν ἄλλο, τοῦτο γοῦν με ἐπῆρεν ἀγαπᾶν ὑμᾶς, τὸ οὕτως ὑμᾶς ἀγαπᾶσθαι παρὰ τοῦ πατρὸς ὡς ἐμέ· καὶ διὰ τοῦτο ἀγαπᾶσθαι παρ' αὐτοῦ, ἐπειδὴ ὑπὲρ ὑμῶν ἀποθνήσκω. καὶ μετὰ τούτου δὲ, καὶ ἐκεῖνο κατασκευάσαι βούλεται, ὅτι τε οὐκ ἄκων ἐπὶ τὸ πρᾶγμα ἔρχεται. εἰ γὰρ ἄκων, πῶς ἀγάπης ἦν ποιητικὸν τὸ γινόμενον; καὶ ὅτι καὶ τῷ πατρὶ μεθ' ὑπερβολῆς τοῦτο δοκεῖ. εἰ δὲ ὡς [c] ἄνθρωπος τοῦτο διαλέγεται, μὴ θαυμάσῃς· πολλάκις γὰρ τὴν ὑπὲρ τούτων εἰ-

[a] ὅτε αὐτὸν, Savil. putat legendum, ὅτε ἑαυτόν.
[b] Alii, καὶ αὐτὸς πάλιν.

A Ideo dicebat, *Nemo cognoscit Filium, nisi Pater, & Patrem, nisi Filius*, peculiarem quamdam cognitionem indicans, & qualem nemo alius potest attingere, *Ego pono animam meam*. Id frequenter dicit, se non deceptorem esse declarans. Quandoquidem Apostolus ut se verum magistrum ostenderet, seque falsis apostolis opponeret, ex periculis & mortibus sese commendat dicens: *In plagis supra modum, in mortibus frequenter*. Cum enim diceret, Sum lux, sum vita, ex fastu loqui apud insipientes videbatur; cum vero dicebat, mori volo, nullam sibi invidiam pariebat. B Ideo hic non dicunt ei, tu testimonium perhibes de teipso, testimonium tuum verum non est. Hoc verbo magnam exhibebat curam, siquidem pro lapidantibus volebat se tradere.

Luc. 10. 22.

2. Cor. 11. 23.

2. Propterea de gentibus opportune sermonem inducit: 16. *Etenim alias oves habeo quæ non sunt ex hoc ovili: & illas oportet me adducere*. En rursus vocem *oportet* adhibet, quæ non necessitatem indicat, sed rem prorsus esse futuram; ac si diceret: Quid miramini, si hi me sequuturi sunt, & si oves vocem meam sint audituræ? C Cum enim alias me sequentes videbitis, & vocem meam audientes, tunc magis obstupescetis. Etsi vero dicat, *quæ non sunt ex hoc ovili*, ne turberis. Differentia enim in lege solum est, ut ait Paulus: *Neque circumcisio aliquid valet, neque præputium. Et illas oportet me adducere*. Declarat utrosque dispersos & commixtos esse, sine pastoribus, cum nondum pastor ille bonus venisset. Deinde futuram illorum conjunctionem prænunciat: *Et erit unum ovile*. Quod ipsum Paulus significavit: D *Ut duos condat in semetipso in unum novum hominem*. 17. *Propterea me diligit Pater, quia ego animam meam pono, ut iterum accipiam eam*. Ecquid hoc verbo humilius? Siquidem propter nos Dominus amandus est, quoniam pro nobis moritur. Quid ergo, dic mihi, an superiori tempore non diligebatur, sed nunc diligere incœpit Pater, & nos in causa amoris ipsi fuimus? Viden' quantum nostræ se accommodet infirmitati? Quid hic ergo vult probare? Cum alienum illum a Patre & deceptorem dicerent, ipsumque in pestem ac perniciem venisse; E dicit ille: Si non aliud, illud saltem me ad vos amandos induxit, quod vos, ut & ego, a Patre amemini, & ideo ab illo amemini, quia ego pro vobis morior. Præterea illud vult demonstrare, se non invitum mortem adire; nam si invitus moreretur, quomodo id amoris vinculum fuisset? & quod ea maxime sit Patris voluntas. Si autem ut homo hoc loquatur, ne mireris: sæpe namque hujus rei causam diximus, su-

2 Cor. 7. 19.

Eph. 2. 15.

[c] Quidam, ἄνθρωπος ταῦτα διαλ-

perfluumque & onerosum esset id repetere. *Ego pono animam meam, ut iterum sumam eam: 18. & nemo tollit eam a me. Ego pono eam a meipso. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo sumendi eam.* Quia enim sæpe consilium inierant ut illum interficerent, dicit: Me nolente, inutilis labor vester erit; & a priori secundum confirmat, a morte resurrectionem: hoc enim stupendum admirandumque est. Etenim utrumque novum fuit & præter communem consuetudinem. Dicto igitur diligenter attendamus. *Potestatem habeo*, inquit, *ponendi animam meam.* Ecquis potestatem non habeat ponendi animam suam? Quisque enim potest se interimere. Verum non hoc sensu loquitur. Quomodo ergo? Ita potestatem habeo ponendi eam, ut nemo possit me nolente id facere. Secus autem cæteri homines. Nos enim potestatem non habemus animam ponendi, nisi occidendo nos ipsos. Si autem in insidiatores incidamus, qui occidere possint, non ultra potestatem habemus ponendi, necne; sed invitis nobis illi occidunt. In Christo secus: nam aliis insidiantibus poterat ille non ponere animam. Cum dixisset ergo, *Nemo tollit eam a me*; addidit, *Potestatem habeo ponendi animam meam*; id est, ego solus possum ponere illam: quod vobis non competit. Nam multi alii possunt animam nobis abripere. Sed hoc in principio non dixit, neque enim id creditum fuisset. Sed cum ex rebus ipsis testimonium accepit, ac sæpe insidiantes non potuerunt eum comprehendere; frequenter enim ex manibus eorum elapsus est; tunc demum ait: *Nemo tollit eam a me.* Si hoc verum est, hinc sequitur eum libenter ad hoc venisse; indeque confirmatur, illum posse cum voluerit eam resumere. Nam si ita mori plus quam humanum est, de reliquo ne dubites. Etenim cum solus sit vitam ponendi dominus, cum eadem potestate illam cum voluerit resumet. Viden' quomodo a priori secundum probet, & a morte resurrectionem indubitatam ostendat? *Hoc præceptum accepi a Patre.* Quodnam? Ut moriar pro mundo. Num exspectavit donec audiret, & tunc acquievit, & an opus habuit discere? Ecquis sanus hoc dixerit? Verum ut supra cum dicit: *Propterea me Pater diligit*, liberam ostendit voluntatem, & contrariam amovit suspicionem; sic & hoc loco cum dicit se præceptum accepisse a Patre, nihil aliud declarat, quam Patri placere quod ipse facit; ne occisum postea illum, a Patre putarent derelictum & proditum, nec exprobrarent, ut revera exprobrarunt. *Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere*; &, *Si Filius Dei es*,

Christus quomodo potestatem habet ponendi & resumendi animam.

Joan. 11. 49.

Matth. 27.

A εἰρήκαμεν αἰτίαν, καὶ πάλιν τὰ αὐτὰ λέγειν περιττὸν καὶ ἐπαχθές. Ἐγὼ τίθημι τὴν ψυχήν μου, ἵνα πάλιν λάβω αὐτήν. καὶ οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ. ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ. ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν αὐτήν. ἐπειδὴ γὰρ πολλάκις ἐβουλεύοντο αὐτὸν ἀνελεῖν, λέγει, ὅτι μὴ βουλομένου ἐμοῦ, ἀνόνητος ὑμῖν ἐστιν ὁ πόνος· καὶ ἐκ τοῦ προτέρου τὸ δεύτερον κατασκευάζει, ἀπὸ τοῦ θανάτου τὴν ἀνάστασιν. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον. καὶ γὰρ ἀμφότερα καινῶς γέγονε, καὶ ὑπὲρ τὴν κοινὴν συνήθειαν. προσέχωμεν δὲ μετ' ἀκριβείας τῷ λεγομένῳ· ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι, φησι, τὴν ψυχήν B μου. καὶ τίς οὐκ ἔχει ἐξουσίαν θεῖναι τὴν ψυχὴν τὴν ἑαυτοῦ; ἑκάστῳ γὰρ βουλομένῳ δυνατὸν ἑαυτὸν ἀνελεῖν. ἀλλ' οὐχ οὕτω φησίν· ἀλλὰ πῶς; οὕτως ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι, ὡς μηδένα δυνηθῆναι ἄκοντος ἐμοῦ τοῦτο ποιῆσαι. ὅπερ ἐπὶ ἀνθρώπων οὐκ ἔνι. ἡμεῖς γὰρ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἄλλως θεῖναι, ἀλλ' ἀναιροῦντες ἑαυτούς. εἰ δὲ ἐμπέσοιμεν εἰς ἐπιβουλεύοντάς τινας καὶ κυρίους ἀνελεῖν, οὐκ ἔτι ἔχομεν ἐξουσίαν τοῦ θεῖναι καὶ μή· ἀλλὰ καὶ ἀκόντων ἡμῶν ἐκεῖνοι αὐτὴν ἀναιροῦσιν. ἐπ' αὐτοῦ οὐχ οὕτως· ἀλλὰ καὶ ἑτέρων ἐπιβουλευόντων κύριος ἦν αὐτὸς, μὴ θεῖναι αὐτήν. εἰπὼν οὖν, ὅτι οὐδεὶς αὐτὴν αἴρει ἀπ' ἐμοῦ, τότε ἐπήγαγεν· ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν C μου· τουτέστιν, ἐγὼ μόνος εἰμὶ κύριος τοῦ θεῖναι αὐτήν. ὅπερ ἐφ' ὑμῶν οὐκ ἔστι. καὶ γὰρ καὶ ἄλλοι πολλοὶ κύριοί εἰσι τοῦ λαβεῖν αὐτὴν ἀφ' ἡμῶν. ἀλλὰ τοῦτο παρὰ τὴν ἀρχὴν οὐκ εἶπεν· οὐδὲ γὰρ ἔμελλεν ὁ λόγος ἀξιόπιστος εἶναι· ἀλλ' ὅτε τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων ἔλαβε μαρτυρίαν, καὶ πολλάκις ἐπιβουλεύσαντες οὐκ ἴσχυσαν αὐτὸν κατασχεῖν· καὶ γὰρ ἐξῆλθεν ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῶν μυριάκις· τότε λοιπόν φησιν οὐδεὶς αὐτὴν αἴρει ἀπ' ἐμοῦ. εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, κἀκεῖνο ἕπεται, τὸ ἑκόντα ἐπὶ τοῦτο ἔρχεσθαι. τούτου δὲ ὄντος ἀληθοῦς, κἀκεῖνο συνέστηκε, τὸ ἡνίκα ἂν βουληθῇ λαβεῖν αὐτὴν δυνηθῆναι πάλιν. εἰ γὰρ τὸ ἀποθανεῖν μεῖζον ἢ κατὰ ἄνθρωπον ἦν, D μηδὲ περὶ ἐκείνου λοιπὸν ἀμφίβαλλε. τὸ γὰρ αὐτὸν μόνον εἶναι κύριον τοῦ τὴν ψυχὴν ἀφεῖναι δείκνυσι, καὶ τοῦ λαβεῖν αὐτὴν κύριον ὄντα ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐξουσίας. ὁρᾷς πῶς ἀπὸ τοῦ προτέρου τὸ δεύτερον [a] κατεσκεύασε, καὶ ἀπὸ τοῦ θανάτου καὶ τὴν ἀνάστασιν ἔδειξεν ἀναμφισβήτητον; Ταύτην τὴν ἐντολὴν ἔλαβον παρὰ τοῦ πατρός. ποίαν δὴ ταύτην; τὸ ἀποθανεῖν ὑπὲρ τοῦ κόσμου. ἆρ' οὖν ἀνέμεινεν ἀκοῦσαι πρότερον, καὶ τότε εἵλετο, καὶ ἐδέησεν αὐτὸ μαθεῖν; καὶ τίς ἂν τοῦτο νοῦν ἔχων εἴποι; ἀλλ' ὥσπερ ἀνωτέρω εἰπὼν, διὰ τοῦτό με ὁ E πατὴρ ἀγαπᾷ, τὴν ἑκούσιον ἐδήλωσεν ὁρμὴν, καὶ τὴν τῆς ἐναντιότητος ἀνεῖλεν ὑπόνοιαν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἐντολὴν εἰληφέναι παρὰ τοῦ πατρὸς εἰπὼν, οὐδὲν ἄλλο ἐμφαίνει, ἢ ὅτι ἐκείνῳ δοκεῖ τοῦτο, ὃ ἐγὼ ποιῶ· ἵν' ὅταν αὐτὸν ἀνέλωσι, μὴ νομίσωσιν ὡς ἐγκαταλελειμμένον καὶ προδιδόμενον ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ἀνῃρηκέναι, μηδὲ ὀνειδίσωσιν ἅπερ ὠνείδισαν· ἄλλους ἔσωσεν· ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι· καὶ, Εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ,

[a] Morel. & quidam, παρεσκεύασε. Savil. & alii, κατεσκεύασε.

A κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ. καὶ μὴν διὰ τοῦτο οὐ καταβαίνει, ἐπειδὴ υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ.

Εἶτα ἵνα μὴ ἀκούων, ὅτι ἐντολὴν ἔλαβον παρὰ τοῦ πατρὸς, ἀλλότριον αὐτοῦ τὸ κατόρθωμα εἶναι νομίσῃς, προλαβὼν ἔλεγεν· ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων· διὰ τούτων δεικνὺς αὐτοῦ ὄντα τὰ πρόβατα. καὶ ὅτι αὐτοῦ τὸ κατόρθωμα ἦν πᾶν τὸ γεγενημένον, καὶ οὐ δεόμενον αὐτὸν ἐντολῆς. εἰ γὰρ ἐντολῆς ἐδεῖτο, πῶς ἔλεγεν· ἀπ' ἐμαυτοῦ τίθημι; ὁ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ τιθεὶς, οὐ δέεται ἐντολῆς. καὶ τὴν αἰτίαν δὲ τίθησι, δι' ἣν τοῦτο ποιεῖ. ποία δὲ αὕτη ἐστί; τὸ ποιμένα αὐτὸν εἶναι, καὶ καλὸν ποιμένα. ὁ δὲ καλὸς ποιμὴν, B οὐ δεῖται ἑτέρου τοῦ πρὸς τοῦτο αὐτὸν διαναστήσοντος. εἰ δὲ ἐπ' ἀνθρώπων τοῦτο, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ Θεοῦ. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγεν· ὅτι ἑαυτὸν ἐκένωσεν. οὐδὲν οὖν ἄλλο ἡ ἐντολὴ ἐνταῦθα βούλεται κειμένη, ἀλλ' ἢ πρὸς τὸν πατέρα ὁμόνοιαν δεῖξαι. εἰ δὲ οὕτω ταπεινῶς εἴρηται καὶ ἀνθρωπίνως, τῆς τῶν ἀκουόντων ἐστὶν ἀσθενείας ἡ αἰτία. σχίσμα οὖν ἐγένετο ἐν τοῖς Ἰουδαίοις. καὶ οἱ μὲν ἔλεγον, ὅτι δαιμόνιον ἔχει καὶ μαίνεται. τί αὐτοῦ ἀκούετε; οἱ δὲ, ὅτι τὰ ῥήματα ταῦτα οὐκ ἔστι δαιμονιζομένου. μὴ δαιμόνιον δύναται ὀφθαλμοὺς τυφλῶν ἀνοῖξαι; ἐπειδὴ γὰρ μείζονα ἢ κατὰ ἄνθρωπον τὰ λεγόμενα, καὶ οὐ τῆς κοινῆς συνηθείας, C δαιμονῶντα αὐτὸν ἔλεγον, * τέταρτον ἤδη τοῦτο αὐτὸν προσειπόντες. καὶ γὰρ ἔμπροσθεν ἔλεγον· δαιμόνιον ἔχεις, τίς σε ζητεῖ ἀποκτεῖναι; καὶ πάλιν· οὐ καλῶς ἐλέγομεν, ὅτι Σαμαρείτης εἶ σὺ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις; καὶ ἐνταῦθα, δαιμόνιον ἔχει καὶ μαίνεται. τί αὐτοῦ ἀκούετε; μᾶλλον δὲ οὐ τέταρτον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις αὐτὸν ἀκηκοέναι. τὸ γὰρ λέγειν, οὐ καλῶς ἐλέγομεν ὅτι δαιμόνιον ἔχεις, οὐ τοῦ δεύτερον καὶ τρίτον, ἀλλὰ τοῦ πολλάκις εἰρηκέναι τοῦτο σημεῖόν ἐστι. [a] οἱ δὲ ἔλεγον, φησί· ταῦτα τὰ ῥήματα οὐκ ἔστι δαιμονιζομένου· μὴ δαιμόνιον δύναται ὀφθαλμοὺς τυφλῶν ἀνοῖξαι; ἐπειδὴ γὰρ ἀπὸ ῥημάτων οὐκ ἠδύναντο ἐπι- D στομίζειν, τὴν ἀπόδειξιν λοιπὸν ἀπὸ τῶν ἔργων ἐποιοῦντο. μάλιστα μὲν γὰρ οὐδὲ τὰ ῥήματα δαιμονῶντός ἐστιν· εἰ δὲ οὐ πείθεσθε ἀπὸ τῶν ῥημάτων, ἀπὸ τῶν ἔργων δυσωπήθητε. εἰ δὲ μὴ δαιμονῶντός ἐστι, μείζονα δὲ ἢ κατὰ ἄνθρωπον, εὔδηλον ὅτι θείας τινὸς ταῦτά ἐστι δυνάμεως. εἶδες συλλογισμόν; ὅτι γὰρ μείζονα ἢ κατὰ ἄνθρωπον ἦν, δῆλον ἐκ τοῦ λέγειν, ὅτι δαιμόνιον ἔχει· ὅτι δὲ δαιμόνιον οὐκ εἶχεν, ἐδήλωσεν ἀφ' ὧν ἐποίησε. τί οὖν ὁ Χριστός; οὐδὲν πρὸς ταῦτα ἀποκρίνεται. πρότερον E μὲν γὰρ ἀπεκρίνατο, ἐγὼ δαιμόνιον οὐκ ἔχω· νυνὶ δὲ, οὐ τοῦτο. ἐπειδὴ γὰρ τὴν διὰ τῶν πραγμάτων παρέσχεν ἀπόδειξιν, ἐσίγα λοιπόν. οὐδὲ γὰρ ἀποκρίσεως ἦσαν ἄξιοι οἱ δαιμονῶντα αὐτὸν καλοῦντες ὑπὲρ τούτων, ὑπὲρ ὧν θαυμάζειν, καὶ Θεὸν ἡγεῖσθαι αὐτὸν ἐχρῆν.

A *descende de Cruce.* Atqui ideo non descendit, quia Filius Dei est.

3. Deinde ne audiens, *Præceptum accepi a Patre*, alienum ab eo hoc opus esse putares, jam prius dixerat, *Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus*, his ostendens oves esse suas, & opus gestum totum esse suum, nec se egere præcepto. Nam si præcepto opus habuisset, cur dixisset, *a meipso pono?* Nam qui a seipso ponit, non eget præcepto. Causam quoque addit cur hoc faciat. Quænam illa? Quod pastor sit, & bonus pastor. Bonus vero pastor non eget alio qui ad B rem illam se hortetur. Quod si id in hominibus, multo magis in Deo. Ideo Paulus dicebat, *Semetipsum exinanivit.* Philip. 2. 7. Nihil ergo aliud hic sibi vult præceptum, quam concordiam cum Patre ostendere. Quod si tam humano & humili more dictum sit, id auditorum imbecillitati tribuendum. 19. *Dissensio itaque facta est inter Judæos.* 20. *Dicebant alii, Dæmonium habet & insanit. Quid eum auditis?* 21. *Alii dicebant: Hæc verba non sunt dæmonium habentis. Numquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire?* Cum enim plus quam humana essent quæ dicebantur, & præter communem C consuetudinem, dæmoniacum illum dicebant, jamque quater sic illum vocarunt. Nam antea dicebant: *Dæmonium habes: quis te quærit interficere?* ac rursum, *Nonne bene diximus, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?* & hic, *Dæmonium habet & insanit, Quid eum auditis?* Imo non quater, sed sæpius id illum audivisse constat; nam quod dicunt, Nonne bene diximus quia dæmonium habes, non bis vel ter, sed sæpius illud dictum fuisse confirmant. *Alii dicebant*, inquit, *Hæc verba non sunt dæmonium habentis. Numquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire?* Quia enim D ex verbis non poterant illis silentium imponere, ex operibus id demonstrant. Certe verba non sunt dæmoniaci. Quod si verbis non obtemperatis, opera revereamini. Quod si non dæmoniaci, sed plus quam humana illa sunt, palam est a divina quadam virtute proficisci. Viden' syllogismum? Quod enim supra hominem essent, hinc palam erat quod dicerent, *Dæmonium habet.* Quod vero dæmonium non haberet, ex iis quæ fecit demonstravit. Quid ergo Christus? Ni- E hil ad hæc respondit. Prius enim responderat, *Ego dæmonium non habeo.* Nunc vero non item. Quia enim ex rebus ipsis demonstrationem concinnaverat, demum tacuit. Neque enim responsione digni erant ii qui dæmoniacum dicebant, ex operibus quæ admirari oportebat, & Deum ipsum esse putare. Ec-

Christus quater dæmoniacus fuit appellatus.

Joan. 7. 20.

Joan. 8. 48.

* τέταρτον ἤδη. Hic notat Boisius: *Atqui tria tantum loca adducuntur, ut forte legendum sit τρίτον, hoc loco & mox.* Verum licet tria loca tantum afferat, post tertium dicit alia superesse. Quare cum τέταρτον dixisset, post allata tria loca, quartum sic expresserit, *sæpeque alias.* Certe τέταρτον habent omnia exemplaria, & bis hic habetur.

a οἱ δὲ ἔλεγον, alii, ἄλλοι δὲ ἔλεγον.

quid opus erat, ut illos confutaret, cum jam ipsi inter se diffiderent & digladiarentur? Ideo silebat & omnia æquo animo ferebat. Non ea solum de causa, sed ut nos institueret ad mansuetudinem & patientiam.

4. Hunc itaque imitemur. Neque solum enim tacuit; sed etiam iterum stat, & interrogatus respondet, & providentiæ suæ signa dat: atque dæmoniacus appellatus & insanus, ab hominibus qui mille ab se beneficiis affecti fuerant; idque non semel aut bis, sed pluries, non modo se non ultus est; sed etiam beneficia conferendi finem non fecit. Ecquid dico beneficia conferendi? Pro ipsis animam ponit, & crucifixus pro ipsis Patrem alloquitur. Hæc & nos imitemur. Hoc enim est Christi esse discipulum; si mansueti simus & mites. Unde autem ad hanc perveniemus mansuetudinem? Si peccata nostra frequenter cogitemus, si lugeamus, si lacrymemur. Anima quippe in dolore hujusmodi versans, non indignatur. Ubi namque luctus est, ibi ira esse nequit; ubi dolor, ibi iracundia eliminatur; ubi contritio animi, nulla ibi indignatio. Luctu affectus animus, non spatium temporis habet ut excitetur. Sed acerbe ingemiscet, amarius flebit. Scio multos hæc audientes ridere; at ego non finem faciam illos deplorandi qui rident. Luctûs enim est præsens tempus, planctûs & gemituum. Multa quippe & in verbis & in rebus peccamus. Talia vero perpetrantes excipient gehenna, fluvius ardens igneo alveo, regni cælorum amissio, quod est omnium gravissimum. Post hanc comminationem, dic mihi, rides, in deliciis vivis, ac Domino tuo irato & comminante, in lapsu perstas, nec times ne tibi sic ardentem fornacem compares? Non audis quid quotidie clamet? *Esurientem me vidistis, & non dedistis mihi manducare; sitientem, & non dedistis mihi bibere. Discedite in ignem paratum diabolo & angelis ejus.* Hæc quotidie comminatur. Sed cibum illi dedi, inquies. Quando & quot diebus? Decem aut viginti? At non hoc satis habet ille; sed quanto tempore in terra versaris. Nam & virgines oleum habuerunt; sed non quantum ad salutem satis erat. Siquidem & ipsæ lampades accenderunt; exclusæ tamen sunt a thalamo, ac jure quidem: exstinctæ quippe sunt ante sponsi adventum. Propterea multo nobis opus est oleo, & magna liberalitate. Audi quid dicat Propheta: *Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam.* Itaque nos ita proximi oportet misereri, quanta possumus misericordia. Quales enim erga conservos fuerimus, talem experiemur Dominum. Quænam magna est misericordia? Quando non ex superfluis dabimus, sed ex iis quibus

Disciputi Christi officia.

Matth. 25. 42.

Ps. 50. 1.

A Τί δὲ καὶ ἔδει τῶν παρ' αὐτοῦ λοιπὸν ἐλέγχων, αὐτῶν κατ' ἀλλήλων ἱσταμένων καὶ διελεγχόντων ἀλλήλοις; διὰ τοῦτο ἐσίγα καὶ πράως πάντα ἔφερεν. οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς παιδεύων ἐπιείκειαν καὶ μακροθυμίαν πᾶσαν.

Τοῦτον τοίνυν ζηλώσωμεν. οὐδὲ γὰρ ἐσίγησε μόνον, ἀλλὰ καὶ πάλιν ἐπέστη· καὶ ἐρωτηθεὶς ἀποκρίνεται, καὶ τὰ τῆς προνοίας αὐτοῦ ἐπιδείκνυται· καὶ δαιμονᾶν κληθεὶς καὶ μαινόμενος, παρὰ ἀνθρώπων μυρία εὐηργετημένων· καὶ οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις, οὐ μόνον οὐκ ἠμύνατο· ἀλλὰ καὶ εὐεργετῶν αὐτοὺς οὐ διέλιπε. καὶ τί λέγω εὐεργετῶν; ὑπὲρ αὐτῶν καὶ τὴν B ψυχὴν αὐτοῦ ἔθηκε, καὶ σταυρούμενος ὑπὲρ αὐτῶν τῷ πατρὶ διαλέγεται. ταῦτ' οὖν καὶ ἡμεῖς μιμησώμεθα. τοῦτο γάρ ἐστι Χριστοῦ εἶναι μαθητὴν, τὸ πρᾶον εἶναι καὶ ἐπιεικῆ. πόθεν δὲ γένοιτ' ἂν ἡμῖν αὕτη ἡ πραότης; ἂν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν λογιζώμεθα συνεχῶς· ἂν πενθῶμεν, ἂν δακρύωμεν. οὐδὲ γὰρ ἀνέχεται ψυχὴ τοσαύτῃ συνοικοῦσα ὀδύνῃ παροξύνεσθαι καὶ ὀργίζεσθαι. ἔνθα γὰρ ἂν ᾖ πένθος, ὀργὴν εἶναι ἀμήχανον· ἔνθα λύπη, πᾶσα ἐκποδὼν ὀργή· ἔνθα συντριβὴ διανοίας, οὐδεὶς παροξυσμός. ὑπὸ γὰρ πένθους μαστιζομένη ἡ διάνοια, οὐδὲ σχολὴν ἔχει διεγερθῆναι· ἀλλὰ [a] στενάζει πικρὸν, καὶ C κλαύσεται πικρότερον. καὶ οἶδα μὲν, ὅτι πολλοὶ γελῶσι ταῦτα ἀκούοντες· ἀλλ' ἐγὼ τοὺς γελῶντας θρηνῶν οὐ παύσομαι. πένθους γὰρ ὁ παρὼν καιρὸς καὶ θρήνων καὶ ὀδυρμῶν. πολλὰ γὰρ καὶ ἐν ῥήμασι καὶ ἐν πράγμασιν ἁμαρτάνομεν· τοὺς δὲ τοιαῦτα πλημμελοῦντας, γέεννα ἐκδέχεται, καὶ ποταμὸς ζέων τῷ ῥοθίῳ τοῦ πυρὸς, καὶ βασιλείας ἔκπτωσις, ὃ πάντων χαλεπώτατον. τούτων οὖν ἠπειλημένων, εἰπέ μοι, γελᾷς σὺ καὶ τρυφᾷς; καὶ τοῦ δεσπότου σου παροξυνομένου καὶ ἀπειλοῦντος, ἕστηκας ἀναπεπτωκώς; καὶ οὐ δέδοικας μὴ τούτῳ σαυτῷ λαμπρὰν ἀνάψῃς τὴν κάμινον; οὐκ ἀκούεις τί D καθ' ἑκάστην ἡμέραν βοᾷ; πεινῶντά με εἴδετε καὶ οὐκ ἐθρέψατε· διψῶντα, καὶ οὐκ ἐποτίσατε. πορεύεσθε εἰς τὸ πῦρ τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· καὶ ταῦτα ἀπειλεῖ καθ' ἑκάστην ἡμέραν. ἀλλ' ἔθρεψά, φησιν, αὐτόν. πότε καὶ πόσας ἡμέρας; δέκα καὶ εἴκοσι; ἀλλ' οὐ τοσοῦτον βούλεται χρόνον μόνον, ἀλλ' ὅσον ἐπὶ τῆς γῆς διατρίβεις. ἐπεὶ καὶ αἱ παρθένοι εἶχον ἔλαιον· ἀλλ' οὐκ ἀρκοῦν πρὸς σωτηρίαν αὐταῖς. καὶ γὰρ καὶ αὗται ἀνῆψαν τὰς λαμπάδας· ἀλλ' ἀπεκλείσθησαν τοῦ νυμφῶνος· καὶ μάλα εἰκότως. ἔφθησαν γὰρ E σβεσθεῖσαι πρὸ τῆς τοῦ νυμφίου παρουσίας. διὰ τοῦτο πολλοῦ ἡμῖν δεῖ τοῦ ἐλαίου, καὶ δαψιλοῦς τῆς φιλανθρωπίας. ἄκουσον γοῦν τί φησιν ὁ προφήτης· ἐλέησόν με ὁ θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου. οὐκοῦν καὶ ἡμᾶς τοὺς πλησίον οὕτως ἐλεεῖν δεῖ, κατὰ τὸ μέγα ἔλεος τὸ παρ' ἡμῖν. οἷοι γὰρ ἂν γενώμεθα περὶ τοὺς ὁμοδούλους, τοιούτου τευξόμεθα τοῦ δεσπότου. ποῖον δὲ ἔλεος μέγα; ὅταν μὴ ἐκ τοῦ περισσεύματος δῶμεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ

[a] Morel. στενάζει. Savil. & alii, στενάξει.

A ὑστερήμεθα. Εἰ δὲ μηδὲ ἐκ τοῦ περιττεύοντος, τίς ἡμῖν ἔσται ἐλπίς; πόθεν τῶν κακῶν ἐκείνων ἀπαλλαγή; ποῦ δυνησόμεθα φυγεῖν καὶ σωτηρίαν εὑρεῖν; Εἰ γὰρ αἱ παρθένοι μετὰ τοσούτους καὶ τηλικούτους ἱδρῶτας οὐδεμίαν οὐδαμόθεν ἔσχον παραμυθίαν· τίς ἡμῶν προστήσεται, ὅταν ἀκούσωμεν ἐκεῖνα τὰ φοβερὰ ῥήματα αὐτοῦ τοῦ δικάζοντος λέγοντος, καὶ ὀνειδίζοντος ἡμᾶς· ὅτι πεινῶντά με οὐκ ἐθρέψατε; ἐφ' ὅσον γὰρ οὐκ ἐποιήσατε ἑνὶ, φησὶ, τῶν ἐλαχίστων τούτων, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποιήσατε· οὐ περὶ τῶν μαθητῶν λέγων ταῦτα μόνον, οὐδὲ περὶ τῶν ἀνῃρημένων τὸν τῶν μοναχῶν βίον, ἀλλὰ περὶ παντὸς ἀνθρώπου πιστοῦ. B Ὁ γὰρ τοιοῦτος, κἂν δοῦλος ᾖ, κἂν τῶν ἐν ἀγορᾷ προσαιτούντων, πιστεύῃ δὲ εἰς τὸν Θεὸν, δίκαιον πάσης αὐτὸν ἀπολαύειν εὐνοίας. Κἂν περιίδωμεν τὸν τοιοῦτον γυμνὸν ἢ πεινῶντα, ταῦτα ἀκουσόμεθα τὰ ῥήματα· καὶ μάλα εἰκότως. Τί γὰρ βαρὺ, ἢ τί ἐπαχθὲς ᾔτησε παρ' ἡμῶν; τί δὲ οὐ τῶν σφόδρα εὐκολωτάτων καὶ ῥᾴστων; οὐδὲ γὰρ εἶπεν, ἀσθενῶν ἤμην, καὶ οὐκ ἀνεστήσατέ με· ἀλλ', οὐκ ἐπεσκέψασθέ με. οὐκ εἶπεν, ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ οὐκ ἐξεβάλετέ με· ἀλλ', οὐκ ἤλθετε πρός με. Ὅσῳ τοίνυν κοῦφα τὰ ἐπιτάγματα, τοσούτῳ μείζων ἡ κόλασις τοῖς παρακούουσι. Τί γὰρ κουφότερον, εἰπέ μοι, τοῦ βαδίσαι καὶ εἰς δεσμωτήριον εἰσελθεῖν; τί δὲ ἥδιον; C ὅταν γὰρ ἴδῃς τοὺς μὲν δεδεμένους, τοὺς δὲ αὐχμῶντας, τοὺς δὲ κομῶντας καὶ ῥάκια περικειμένους, τοὺς δὲ ὑπὸ λιμοῦ φθειρομένους, καὶ ὡς κύνας τοῖς ποσὶ περιτρέχοντας· ἑτέρους τὰς πλευρὰς διωρυγμένους, ἄλλους ἐκ τῆς ἀγορᾶς νῦν ἐπανιόντας δεδεμένους, καὶ μεθ' ἡμέραν μὲν ἐπαιτοῦντας, καὶ οὐδὲ τὴν ἀναγκαίαν συλλέγοντας τροφὴν, ἐν ἑσπέρᾳ δὲ παρὰ τῶν ἐφεστώτων τὴν πονηρὰν ἐκείνην καὶ ὠμὴν ἀπαιτουμένους λειτουργίαν· κἂν λίθος τις ᾖς, πάντως ἔσῃ φιλανθρωπότερος· κἂν τὸν ὑγρὸν καὶ διαλελυμένον ζῇς βίον, πάντως ἔσῃ φι- D λοσοφώτερος, τὰ ἀνθρώπινα πράγματα ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας ἐπισκοπῶν συμφορᾶς· καὶ γὰρ τῆς φοβερᾶς ἐκείνης ἡμέρας ἔννοιαν λήψῃ πάντως, καὶ τῶν ποικίλων κολάσεων. Ταῦτα δὲ στρέφων καὶ λογιζόμενος, καὶ θυμὸν, καὶ ἡδονὴν, καὶ τὸν τῶν βιωτικῶν πραγμάτων ἔρωτα ἐκβαλεῖς πάντως, καὶ παντὸς λιμένος [a] γαληνοτάτου γαληνοτέραν ἐργάσῃ τὴν ψυχήν· καὶ περὶ τοῦ δικαστηρίου φιλοσοφήσεις ἐκείνου, ἐννοῶν ὅτι εἰ παρὰ ἀνθρώποις τοσαύτη πρόνοια καὶ τάξις, καὶ φόβος, καὶ ἀπειλαὶ, πολλῷ μᾶλλον παρὰ Θεῷ. οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία, εἰ μὴ παρὰ Θεοῦ. Ὁ τοίνυν τοῖς ἄρχουσι ταῦτα δοὺς διατάσσειν, πολλῷ μᾶλλον αὐτὸς αὐτὰ ἐργάσεται. E

Καὶ γὰρ εἰ μὴ οὗτος ἦν ὁ φόβος, πάντα ἂν ἀπώλετο. ὅπου γε τοσούτων κολάσεων ἐπικειμένων, πολλοὶ οἱ πρὸς τὴν κακίαν αὐτομολοῦντές εἰσι. Ταῦτα καὶ φιλοσοφῶν, καὶ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην ἔσῃ προθυμότερος, καὶ πολλὴν καρπώσῃ τὴν ἡδονὴν, καὶ πολλῷ μείζονα τῶν ἀπὸ θεάτρου καταβαινόντων. οἱ μὲν γὰρ ἐκεῖθεν ἀναστάντες, φλέγονται ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας καιόμενοι. ὅταν γὰρ ἴδωσι τὰς ἀνεπτερωμένας ἐκείνας ἐπὶ τῆς σκηνῆς γυναῖ-

[a] γαληνοτάτου deest in quibusdam mss.

egemus. Quod si ne ex superfluis quidem demus, quæ nobis spes supererit? unde a malis liberabimur? quo fugiemus ut salutem consequamur? Si enim virgines post tot sudores, nullam prorsus invenere consolationem, quis nobis patrocinabitur, cum illa tremenda verba judicis exprobrantis audiemus: Esurientem non me nutrivistis? &, Quod non fecistis uni ex istis minimis, nec mihi fecistis. Non de discipulis, neque de Monachis tantum hæc dicit, sed & de quovis fideli. Nam qui talis est, etsi servus sit, etsi in foro mendicet; si modo credat in Deum, jure omni fruitur benevolentia. Si despiciamus illum nudum aut esurientem, hæc audiemus verba: & merito quidem. Quid enim grave, quid onerosum a nobis exigit? quid non facillimum? Neque enim dixit, Infirmus eram, & non sanastis me; sed, non visitastis me. Non dixit, In carcere eram, & non eduxistis me; sed, non venistis ad me. Quanto igitur faciliora sunt præcepta, tanto majus supplicium non servantibus. Quid enim, quæso, facilius, quam carcerem adire? quid suavius? Cum videris alios vinctos, alios squallidos, comatos pannis indutos, alios fame tabescentes, & ad pedes canum more accurrentes, alios discerptis lateribus, alios ex foro ligatos revertentes, qui tota die mendicantes, ne cibum quidem necessarium collegerunt; vespere autem a custodibus, ad laboriosum & immane ministerium coactos. Etiamsi lapis esses, humanissimus hinc evades; etiamsi vitam mollem dissolutamque ducas, hinc plane philosophus evades, dum humanæ vitæ conditionem in alienis calamitatibus intueberis: tunc in mentem veniet tremendus ille dies, variaque supplicia. Hæc animo versans, iram, voluptatem, sæcularium rerum amorem abjicies, & tranquillo quovis portu tranquilliorem animam efficies. De judicio illo philosophaberis, tecum reputans, si apud homines tantus ordo rerum, tantus terror, tantæ comminationes, multo magis apud Deum. *Nulla enim potestas est, nisi a Deo.* Qui principibus hæc ordinanda commisit, multo magis ipse exsequetur.

Officia Christiana quam facilia.

Rom 13. 1.

5. Nam nisi ille instaret timor, omnia sane perirent: quando tot imminentibus suppliciis, multi ad nequitiam sese conferunt. Hæc si philosopheris, ad eleemosynam eris promtior, magna frueris voluptate, & longe majore, quam qui a theatro descendunt. Nam qui a theatro surgunt, concupiscentia ardent. Cum vident enim illas in scena mulie-

res; ornatibus splendentes, mille affecti vulneribus, instar maris æstuantis, erunt, dum earum aspectu, habitu, verbis, incessu, cæterisque omnibus animus obsidetur. Qui autem ab illo alio spectaculo egrediuntur, nihil tale patientur, imo magna fruentur tranquillitate. Compunctio enim ex vinctorum aspectu parta hujusmodi ignem totum exstinguit. Si exeunti ex carcere occurrat lasciva meretrix, nihil illi mali inferet. Nam fuco nulli obnoxius, aspectûs hujusmodi retibus non capietur, cum contra talem aspectum metus judicii ob oculos versetur. Ideo ille qui omne voluptatis genus expertus erat dicebat, *Melius est ire in domum luctus, quam in domum risus*. Et hic talem sectatus philosophiam, illic beatissima audiet verba. Ne ergo illud negligamus opus. Etiamsi enim non possimus eo cibum inferre, nec argentum; at poterimus verbis lapsum animum consolari, & in aliis multis juvare, sive eos qui in carcerem truserunt alloquentes, sive custodes mansuetiores reddentes, & vel quantulumcumque opis afferemus. Si dixeris, nec frugi nec probos viros illic esse; sed homicidas, sepulcrorum effossores, fures, mœchos, lascivos, multisque sceleribus obnoxios; rursus mihi necessarium hunc aditum probas. Non enim jubemur bonos miserari, & malos punire; sed hujusmodi humanitatem omnibus impertire. Nam ait, *Estote similes Patri vestro, qui in cælis est, qui oriri facit solem suum super malos & bonos, & pluit super justos & injustos*. Ne ergo alios acrius insecteris, neve sis judex vehementior, sed mitis & humanus. Nos etenim etsi non mœchi simus, non sepulcrorum effossores, non fures; sed aliis sumus obnoxii vitiis, quæ mille suppliciis digna sunt. Nam vel fratrem fatuum vocavimus, quod nos gehennæ obnoxios reddit; vel mulieres impudicis oculis aspeximus, quod est consummatum adulterium: quodque omnium gravissimum est, indigne mysteria participavimus, quod reos facit corporis & sanguinis Christi. Ne ergo acerbi aliorum scrutatores simus; sed nostra cogitemus, & sic inhumanitatem hanc & crudelitatem sedabimus. Ad hæc vero, dicendum etiam nos ibi probos viros multos reperturos esse, toti plerumque civitati exæquandos. Nam carcer ille, in quo Joseph erat, multos improbos continebat; & tamen omnium curam gerebat justus ille: & cum aliis occultus erat. Nam cum toti Ægypto esset exæquandus, in carcere tamen

Eccli. 7. 3.

Visendi sunt incarcerati.

Math. 5. 45.

A κὰς, καὶ μυρία λάβωσιν ἐκεῖθεν τραύματα, θαλάσσης κυμαινούσης, οὐδὲν ἄμεινον διακείσονται, τῆς τύπης τῶν ὄψεων, τῶν σχημάτων, τῶν ῥημάτων, τῆς βαδίσεως, τῶν ἄλλων πάντων πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἱσταμένων, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῖς πολιορκούντων. οἱ δὲ ἐντεῦθεν ἐξελθόντες, οὐδὲν ὑποστήσονται τοιοῦτον· ἀλλὰ πολλὴν καρπώσονται τὴν γαλήνην καὶ τὴν ἀταραξίαν. ἡ γὰρ κατάνυξις ἡ ἐκ τῆς ὄψεως τῶν δεδεμένων ἐγγινομένη, ἅπαν ἐκεῖνο σβέννυσι τὸ πῦρ. κἂν ἀπαντήσῃ γυνὴ πορνευομένη καὶ ἀκόλαστος ἐξελθόντι τῶν δεσμωτῶν, οὐδὲν αὐτὸν ἐργάσεται χαλεπόν. ὡς γὰρ ἄπλαστος λοιπὸν γενόμενος, οὕτως οὐχ ἁλώσεται τοῖς δικτύοις τῆς ὄψεως ἐκείνης, ἀντὶ τῆς ὄψεως τῆς ἀκολάστου B τοῦ φόβου τῆς κρίσεως πρὸ ὀφθαλμῶν αὐτῷ τότε κειμένου. διὰ τοῦτο καὶ ὁ πᾶν εἶδος τρυφῆς ἐπελθὼν ἔλεγεν· ἀγαθὸν πορευθῆναι εἰς οἶκον πένθους, ἢ πορευθῆναι εἰς οἶκον γέλωτος. καὶ ἐνταῦθα μὲν τοιαύτην ἐπιδείξει τὴν φιλοσοφίαν· ἐκεῖ δὲ ἀκούσῃ τὰ μυρίων μακαρισμῶν ἄξια ῥήματα. μὴ τοίνυν ἀμελῶμεν τῆς τοιαύτης πράξεως καὶ πραγματείας. κἂν γὰρ μὴ δυνηθῶμεν τροφὴν εἰσενεγκεῖν, μηδὲ ἀργύριον βοηθῆσαι δόντες, ἀλλὰ παρακαλέσαι λόγῳ καὶ τὴν κειμένην ἀναστῆσαι ψυχὴν δυνησόμεθα, καὶ ἕτερα ἐπικουρῆσαι πολλά, καὶ τοῖς ἐμβαλοῦσι διαλεγόμενοι, καὶ τοὺς ἐφεστῶτας ἡμερωτέρους ποιοῦντες, καὶ ἢ μικρὸν ἢ μέγα πάντως ἐργασόμεθα κέρδος. C εἰ δὲ λέγοις, ὅτι οὐκ εὐδαίμονές εἰσιν ἐκεῖ, οὐδὲ εὔχρηστοι, οὐδὲ ἐπιεικεῖς ἄνδρες, ἀλλ' ἀνδροφόνοι καὶ τυμβωρύχοι, καὶ βαλαντιοτόμοι καὶ μοιχοί, καὶ ἀκόλαστοι καὶ πολλῶν γέμοντες κακῶν. πάλιν ἀναγκαίαν μοι καὶ ἐντεῦθεν δεικνύεις τῆς ἐκεῖ διατριβῆς τὴν πρόφασιν. οὐ γὰρ δὴ τοὺς μὲν ἀγαθοὺς ἐλεεῖν, τοὺς δὲ πονηροὺς κολάζειν ἐκελεύσθημεν· ἀλλὰ περὶ πάντας ἐνδείκνυσθαι τὴν φιλανθρωπίαν ταύτην· γίνεσθε γάρ, φησιν, ὅμοιοι τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅτι ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. μὴ τοίνυν κατηγόρει τῶν ἀλλοτρίων D πικρῶς, μηδὲ ἔσο σφοδρὸς δικαστής· ἀλλ' ἥμερος καὶ φιλάνθρωπος. καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς, εἰ καὶ μὴ μοιχοί, μηδὲ τυμβωρύχοι, μηδὲ βαλαντιοτόμοι γεγόναμεν, ἀλλ' ἔχομεν ἕτερα πλημμελήματα, μυρίας ἄξια κολάσεως. καὶ γὰρ [a] καὶ τὸν ἀδελφὸν μωρὸν ἐκαλέσαμεν πολλάκις, ὅπερ τὴν γέενναν ἡμῖν προξενεῖ· καὶ γυναῖκας ἀκολάστοις εἴδομεν ὀφθαλμοῖς, ὅπερ μοιχείαν ἀπηρτισμένην συνίστησι· καὶ τὸ πάντων χαλεπώτερον τῶν μυστηρίων οὐ μετέχομεν ἀξίως, ὅπερ ἐνόχους ποιεῖ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ. μὴ τοίνυν πικροὶ γενώμεθα τῶν ἄλλων ἐξετασταί, ἀλλὰ τὰ ἡμῶν αὐτῶν ἐννοῶμεν, καὶ οὕτω παυσόμεθα τῆς ἀπανθρωπίας ταύτης καὶ τῆς ὠμότητος. χω-E ρὶς δὲ τούτων, κἀκεῖνό ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι καὶ ἐπιεικεῖς ἄνδρας πολλοὺς εὑρήσομεν αὐτόθι, καὶ τῆς πόλεως πολλάκις ἀνταξίους πάσης. ἐπεὶ καὶ τὸ δεσμωτήριον ἐκεῖνο, ἔνθα ὁ Ἰωσὴφ ἦν, πολλοὺς εἶχε πονηρούς· ἀλλ' ὅμως πάντων ἐπεμελεῖτο ὁ δίκαιος ἐκεῖνος, καὶ ἦν [b] καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν ἄλλων κρυπτόμενος ὅστις ἦν. καὶ γὰρ τῆς Αἰγύπτου πάσης ἀντάξιος ἦν, καὶ τὸ δεσμωτήριον ὅμως ᾤκει, καὶ οὐδεὶς ᾔδει τῶν

[a] καὶ secundum in mss. quibusdam desideratur.

[b] Hic etiam καὶ secundum deest in quibusdam exemplaribus.

ἔνδον ὄντων. καὶ νῦν τοίνυν πολλοὺς εἶναι εἰκὸς χρηστοὺς καὶ ἐπιεικεῖς, εἰ καὶ μὴ πᾶσιν εἶεν κατάδηλοι· καὶ ἡ περὶ τοὺς τοιούτους ἐπιμέλεια, τὴν περὶ πάντας σπουδῆς δίδωσί σοι τὴν ἀμοιβήν. ἂν δὲ καὶ μηδεὶς ᾖ τοιοῦτος, καὶ ἐνταῦθα πολλὴ ἡ ἀντίδοσις. ἐπεὶ καὶ δεσπότης ὁ σὸς, οὐχὶ δικαίοις διελέγετο μόνον, τοὺς δὲ ἀκαθάρτους ἔφευγεν· ἀλλὰ καὶ τὴν Χαναναίαν μετὰ πολλῆς ἐδέξατο τῆς εὐνοίας, καὶ τὴν Σαμαρεῖτιν τὴν ἐναγῆ καὶ ἀκάθαρτον· καὶ ἑτέραν δὲ πόρνην πάλιν ὑπὲρ ἧς καὶ ὠνείδιζον οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἐδέξατο καὶ ἐθεράπευσε, καὶ τοὺς πόδας βρεχομένους ὑπὸ τῶν δακρύων τῆς ἐναγοῦς ἠνείχετο, παιδεύων ἡμᾶς συγκατιέναι τοῖς ἐν ἁμαρτίαις οὖσι. τοῦτο γὰρ μάλιστα φιλανθρωπία. Τί φής; λῃσταὶ καὶ τυμβωρύχοι τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦσι; τὴν δὲ πόλιν, εἰπέ μοι, δίκαιοι πάντες εἰσὶν οἱ κατοικοῦντες; ἀλλ' οὐχὶ πολλοὶ καὶ τούτων χείρους μετὰ πλείονος λῃστεύοντες ἀναισχυντίας; οἱ μὲν γὰρ εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον, τὴν γοῦν ἐρημίαν καὶ τὸ σκότος προβάλλονται, καὶ τὸ λανθάνοντες ταῦτα ποιεῖν· οἱ δὲ τὸ προσωπεῖον ῥίψαντες, γυμνῇ τῇ κεφαλῇ τὰ κακὰ μετέρχονται, βίαιοι καὶ ἅρπαγες ὄντες καὶ πλεονέκται. καὶ γὰρ δύσκολον εὑρεῖν ἄνθρωπον ἀδικίας καθαρόν.

A erat, nemini notus. Nunc quoque verisimile est ibi multos esse probos & frugi viros, etsi non omnibus notos; & cura illis exhibita, officium aliis præstitum abunde tibi compensat. Etiamsi vero nullus ibi talis esset, magna tamen tibi reposita est merces. Certe Dominus tuus non justos modo alloquebatur, nec impuros fugiebat; sed & Chananæam cum multa benevolentia excepit, & Samaritanam scelestam & impuram, aliamque meretricem, quod Judæi exprobrarunt, excepit & curavit, B passusque est ut impuræ mulieris lacrymis pedes sui rigarentur: ut nos doceret humane peccatores excipere. Hæc enim maxima humanitas est. Quid dicis? Fures & sepulcrorum effossores carcerem occupant? Num, quæso, civitatis incolæ omnes justi sunt? Annon hic multi pejores sunt, qui impudentius furantur? Alii enim solitudinem saltem & tenebras obtendunt, & hæc clam faciunt; alii posita larva, nudo capite mala perpetrant, violenti, raptores, avari. Difficile namque est virum reperire insontem.

Εἰ δὲ μὴ χρυσίον ἁρπάζομεν, μηδὲ πλέθρα γῆς τόσα καὶ τόσα· ἀλλ' ὅμως ἀπάτῃ τινὶ καὶ κλοπῇ τὸ αὐτὸ ἐπ' ἐλάττοσι, καὶ οἷς δυνάμεθα, κατεργαζόμεθα. ὅταν γὰρ ἐν τοῖς συμβολαίοις, καὶ ἡνίκα δ' ἂν ἀγοράσαι δέῃ τι ἢ καὶ ἀποδόσθαι, φιλονεικῶμεν καὶ βιαζώμεθα ἔλαττον τῆς ἀξίας καταβαλεῖν, καὶ πάντα ὑπὲρ τούτου ποιῶμεν, οὐ λῃστεία τὸ πρᾶγμά ἐστιν; οὐ κλοπὴ καὶ πλεονεξία; μὴ γάρ μοι εἴπῃς, ὅτι οὐκ οἰκίαν, οὐκ ἀνδράποδα περιεσπάσω. ἡ γὰρ ἀδικία οὐ τῷ μέτρῳ τῶν ἀφαιρουμένων, ἀλλὰ τῇ προαιρέσει τῶν κλεπτόντων γίνεται. τὸ γὰρ ἄδικον καὶ τὸ δίκαιον, ἐν μεγάλοις καὶ ἐν μικροῖς τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν· καὶ βαλαντιοτόμους ὁμοίως ἐγὼ καλῶ, κἂν βαλάντιόν τις διατεμὼν χρυσίον λάβῃ, κἂν ὠνούμενος παρά τινος τῶν ἀγοραίων τῆς ἀξίας παρασπάσῃ τι τιμῆς· καὶ τοιχωρύχος δὲ οὐχ ὁ τοῖχον διελὼν μόνον καὶ ὑφελόμενός τι τῶν ἔνδον, ἀλλὰ καὶ ὁ δίκην διαφθείρας καὶ ἀφελόμενός τι τοῦ πλησίον. μὴ τοίνυν τὰ ἡμέτερα παρατρέχοντες, τῶν ἀλλοτρίων γενώμεθα δικασταί· μηδὲ ὅπου φιλανθρωπίας καιρὸς, ἐξετάζωμεν πονηρίαν· ἀλλ' ἐννοήσαντες πῶς καὶ ἡμεῖς διεκείμεθα πάλαι, γενώμεθά ποτε ἥμεροι καὶ φιλάνθρωποι. πῶς οὖν διεκείμεθα; ἄκουσον Παύλου λέγοντος, ἦμεν γάρ ποτε καὶ ἡμεῖς ἀπειθεῖς, ἀνόητοι, πλανώμενοι, δουλεύοντες ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις, στυγητοὶ, μισοῦντες ἀλλήλους. καὶ πάλιν, ἦμεν γὰρ φύσει τέκνα ὀργῆς. ἀλλ' ὁ Θεὸς ὥσπερ ἐν δεσμωτηρίῳ κατεχομένους ἰδὼν, καὶ ἁλύσεσι χαλεπαῖς δεδεμένους, πολὺ τῶν ἀπὸ σιδήρου χαλεπωτέραις, οὐκ ἐπῃσχύνθη, ἀλλ' ἦλθε καὶ ἐπέστη τῷ δεσμωτηρίῳ, καὶ τοὺς μυρίων ἀξίους κολάσεων ἐξήγαγέ τε ἐκεῖθεν, καὶ εἰς βασιλείαν ἤγαγε, καὶ τοῦ οὐρανοῦ λαμπροτέρους ἐποίησεν, ἵνα καὶ ἡμεῖς τὰ αὐτὰ ποιῶμεν κατὰ δύναμιν τὴν ἡμετέραν. καὶ γὰρ [a] ὅταν λέγῃ τοῖς μαθηταῖς· εἰ οὖν ἐγὼ ἔνιψα ὑμῶν τοὺς πό-

γογγύζοντα, φησι, [a] μάθωσιν αὐτὸν οἱ Ῥωμαῖοι, ὑποπτεύσουσιν ἡμᾶς, καὶ ἐλεύσονται, καὶ καθελοῦσιν ἡμῶν τὴν πόλιν. τίνος ἕνεκεν; εἰπέ μοι· μὴ γὰρ ἀποστασίαν ἐδίδασκεν; οὐκ ἐπέτρεψε φόρον δοῦναι Καίσαρι; οὐχὶ βασιλέα αὐτὸν ποιῆσαι ἠθελήσατε καὶ ἔφυγεν; οὐχὶ τὸν εὐτελῆ [b] καὶ ἀπέριττον ἐπεδείκνυτο βίον, μήτε οἰκίαν ἔχων, μήτε ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδέν; ταῦτα μὲν οὖν ἔλεγον, οὐ προσδοκῶντες, ἀλλὰ βασκαίνοντες. ἐξέβη δὲ καὶ μὴ προσδοκώντων αὐτῶν, καὶ τὸ ἔθνος καὶ τὴν πόλιν ἔλαβον, ἐπειδὴ ἀνεῖλον αὐτόν. καὶ γὰρ πόῤῥω πάσης ὑποψίας ἦν τὰ γινόμενα. ὁ γὰρ ἰώμενος νοσοῦντας, καὶ ἄριστον διδάσκων βίον, καὶ ἄρχουσι πείθεσθαι ἐπιτάττων, οὐχὶ τυραννίδα συνίστη, ἀλλὰ κατέλυεν. ἀλλ' ἀπὸ τῶν προτέρων στοχαζόμεθα, φησιν. ἀλλ' ἐκεῖνοι ἀποστασίαν ἐδίδασκον· οὗτος δὲ τοὐναντίον. ὁρᾷς ὅτι ὑπόκρισις ἦν τὰ λεγόμενα; τί γὰρ ἐπεδείξατο τοιοῦτον; δορυφόρους σοβοῦντας ἐπήγετο; ὀχήματα ἐπεσύρετο; οὐχὶ τὰς ἐρημίας ἐδίωκεν; ἀλλ' ἵνα μὴ [c] δόξωσιν ἀπὸ πάθους τοῦ ἑαυτῶν λέγειν, τὴν πόλιν φασὶ κινδυνεύειν πᾶσαν, καὶ τὸ κοινὸν ἐπιβουλεύεσθαι, καὶ περὶ τῶν ἐσχάτων αὐτοῖς εἶναι τὸν φόβον. οὐ ταῦτα τῆς αἰχμαλωσίας ὑμῖν αἴτια γέγονεν· ἀλλὰ τὰ ἐναντία, καὶ ταύτης καὶ τῆς εἰς Βαβυλῶνα, καὶ τῆς ἐπὶ Ἀντιόχου τῆς μετὰ ταῦτα· οὐ τὸ εἶναι παρ' ὑμῖν θεραπεύοντας, ἀλλὰ τὸ εἶναι ἐν ὑμῖν ἀδικοῦντας, καὶ τὸν Θεὸν παροργίζοντας, τοῦτο ὑμᾶς ἐκδότους ἐποίησεν. ἀλλὰ τοιοῦτον ὁ φθόνος· οὐδὲν τῶν δεόντων ὁρᾷν ἀφιεὶς, ἅπαξ πηρώσας τὴν ψυχήν. οὐχὶ πράους ἐδίδασκεν εἶναι; οὐχὶ ῥαπιζομένους τὴν δεξιὰν στρέφειν καὶ τὴν ἑτέραν; οὐ φέρειν ἀδικουμένους; οὐ μείζονα ἐπιδείκνυσθαι προθυμίαν πρὸς τὸ κακῶς παθεῖν, ἢ ἕτεροι ἔχουσι πρὸς τὸ κακῶς ποιῆσαι; ταῦτ' οὖν, εἰπέ μοι, τυραννίδα συνιστῶντος, ἀλλ' οὐ τυραννίδα καθαιροῦντος;

Ἀλλ' ὅπερ ἔφην, δεινὸν ἡ βασκανία καὶ ὑποκρίσεως γέμον. τοῦτο τὴν οἰκουμένην μυρίων ἐνέπλησε κακῶν· ἀπὸ τοῦ νοσήματος τούτου τὰ δικαστήρια κρινομένων πεπλήρωται. ἀπὸ τούτου δόξης καὶ χρημάτων ἔρως, ἀπὸ τούτου φιλαρχία, καὶ [d] ὑπεροψία· ἐντεῦθεν ὁδοὶ λῃστὰς μιαροὺς, καὶ θάλαττα πειρατὰς ἔχει· ἐντεῦθεν οἱ κατὰ τὴν οἰκουμένην φόνοι· ἐντεῦθεν τὸ γένος ἡμῶν διέσπασται. ὅπερ ἂν ἴδῃς κακὸν, ἀπὸ ταύτης ὂν ὄψει. τοῦτο καὶ εἰς τὰς ἐκκλησίας εἰσεκώμασε. τοῦτο ἄνωθεν τὰ μυρία εἰργάσατο δεινά. τοῦτο τὴν φιλαργυρίαν [e] ἔτεκεν. αὕτη ἡ νόσος τὰ ἄνω κάτω ἐποίησε, καὶ τὸ δίκαιον διέφθειρε. δῶρα γάρ, φησιν, ἐκτυφλοῖ ὀφθαλμοὺς σοφῶν, καὶ ὡς φιμὸς στόματι, ἀποστρέφει ἐλέγχους. τοῦτο δούλους ἀντ' ἐλευθέρων ποιεῖ· περὶ τούτου καθ' ἑκάστην διαλεγόμεθα τὴν ἡμέραν, καὶ πλέον οὐδὲν γίνεται. θηρίων γινόμεθα χείρους· ὀρφανοὺς ἁρπάζομεν· χήρας γυμνοῦμεν, πένητας ἀδικοῦμεν, οὐαὶ ἐπὶ οὐαὶ συνάπτομεν. οἴμοι, ὅτι ἀπό-

A cant Romani ipſum circumagere turbam, nos ſuſpectos habebunt, & venient tollentque noſtram civitatem. Cur quæſo? Num defectionem docebat? Nonne jubebat tributum dare Cæſari? Annon cum illum regem facere volebatis aufugit? annon vilem & ſine faſtu vitam ducebat, ſine domo & aliis hujuſmodi? Hæc dicebant, non metuentes, ſed invidentes. Verum id contigit, quod minime exſpectabant, & gentem & urbem cœperunt, quia Chriſtum ipſi occiderant. Erant enim geſta illius procul omni ſuſpicione. Nam qui ægros ſanabat, B qui optimum vitæ inſtitutum docebat, & principibus parere jubebat; is non affectabat, ſed propulſabat tyrannidem. At, inquiunt, id ex ſuperioribus conjectamus. Verum ipſi defectionem docebant, ſecus ille. Viden' illa dicta ſimulationem fuiſſe? Quid enim ſimile exhibebat? Num ſatellitibus ſtipabatur? Num currus trahebat? Annon ſolitudines obibat? Sed ne viderentur hæc ex animi ſui morbo dicere, civitatem totam periclitari dicunt, & reipublicæ inſidias parari, ſeque de extremis metuere. Non hæc vobis captivitatis cauſa fuerunt; ſed his contraria, & hanc & Babylonicam, C & illam quæ ſub Antiocho contigit pepererunt. Non quod apud vos Dei cultores eſſent, ſed quod injuſti & Deum irritantes; hoc vos prodidit. Verum hujuſmodi res eſt invidia, nihil decorum ſinit videre excæcato ſemel animo. Nonne mites eſſe Chriſtus docuit? nonne alapis cæſos in dextera, alteram vertere? nonne injuria affectos tolerare? nonne majorem ad mala patienda, quam alii ad mala facienda animum exhibere? Hæccine tyrannidem affectantis? annon potius propulſantis?

Invidiæ cæcitas.

D 4. Verum, ut dixi, gravis eſt invidia, & ſimulatione plena. Hæc orbem innumeris implevit malis. Hujus morbi cauſa, reis & noxiis tribunalia replentur. Hinc oritur gloriæ & pecuniarum amor, hinc amor principatus, hinc ſuperbia. Hinc viæ ſceleſtis latronibus, mare piratis infeſtatur; hinc cædes per orbem. Hinc genus noſtrum diſcerpitur. Quodcumque malum vides, inde proficiſcitur; hoc in Eccleſias irrepſit; hoc jamdiu innumera peperit mala, amorem E pecuniæ ubique induxit; hic morbus cuncta ſubvertit, juſtitiam corrupit. *Dona enim, inquit, ſapientium oculos excæcant, & tamquam frenum ori avertunt correptiones.* Hoc ſervos pro liberis facit. De hoc quotidie diſſerimus, & nihil proficimus. Feris pejores efficimur, pupillorum bona rapimus, viduas nudamus, pauperes lædimus. Væ ſuper væ adjicimus. *Væ mihi quia periit*

Eccli. 20. 29.

Mich. 7. 2.

[a] μάθωσιν, alii, ἴδωσιν. Ibid. alii, ὑποπτεύσουσιν ἡμᾶς ἐπὶ τυραννίδι.
[b] Savil. καὶ ἀκόμπαστον μετεδίωκε βίον.
[c] Morel. δόξωσιν ἀπὸ πάθους τοῦ ἑαυτῶν λέγειν.
[d] ὑπεροψία, alii, κενοδοξία. Ibid. quidam, ὁδοὶ πολιορκοῦνται καὶ θάλαττα.
[e] Quidam, ἔτεκεν, τὸ νόσημα πάντα ἄνω καὶ κάτω ποιοῦν, καὶ τὸ δίκαιον διαφθεῖρον. δῶρα.

pius de terra. Nostrum jam est lugere; imo illud quotidie dicendum: Nihil precando proficimus, nihil ex consiliis & monitis lucramur. Restat ut lacrymas fundamus. Illud & Christus fecit, cum multa Jerosolymis monita dedisset; cum id illis nihil prodesset, eorum deflevit cæcitatem. Hoc & Prophetæ faciunt: hoc & nos nunc faciamus; lacrymarum, fletuum, ejulatûs nunc tempus est. Opportune dicamus: *Vocate lugentes mulieres & ad sapientes mittite, & loquantur.* Sic forte poterimus morbum abigere eorum qui ædes splendidas construunt, qui ex rapina agros sibi comparant. Lugendi tempus est. Sed mecum vos lugete qui nudati, qui læsi estis: vestro luctui lacrymas meas jungite. Verum non nos, sed illos lugeamus. Non vos læserunt, sed sibi perniciem intulerunt. Vos enim pro injuria illata regnum cælorum habetis; illi pro lucro gehennam. Ideo melius est lædi, quam lædere. Lugeamus eos, non humano luctu, sed ex divinis Scripturis desumto, quo prophetæ luxerunt; acerbe cum Esaïa lugeamus & dicamus, *Væ conjungentibus domum domui, & agrum agro adjicientibus, ut a vicino aliquid auferant. Numquid habitabitis soli in terra? Domus magnæ & pulcræ, & non erunt qui in eis habitent* Lugeamus cum Nahumo, & cum illo dicamus, *Væ qui ædificat in altum domum suam.* Imo lugeamus illos, ut tunc Christus Judæos & dicamus: *Væ vobis divitibus, quia habetis mercedem vestram & consolationem.* Sic, quaso, nos lugere non desistamus: & nisi turpe sit, plangamus super fratrum segnitiem. Ne lugeamus jam mortuum, sed raptorem, avarum, pecuniarum amantem insatiabilem. Cur mortuos lugemus, nullo fructu? Hos lugeamus, qui mutari possunt. Verum nobis lugentibus, ipsi fortasse rident. At hoc quoque luctu dignum, quia rident de quibus lugere oporteret. Si fletu nostro moverentur, cessandum a luctu esset, cum illi jam ad emendationem pergerent. Verum quia illi sine sensu supini jacent, nos flendo persistamus, non divites tantum, sed etiam pecuniæ amantes, avaros. Non malæ sunt divitiæ, quippe quibus ut par est uti possumus in egenorum usum. Sed avaritia malum est, quæ æterna parit supplicia. Lugeamus ergo: forte quædam sequetur emendatio. Si qui in hoc incidêre malum non eruantur; alii forte sibi cavebunt ne in idipsum incidant. Faxit Deus ut & illi a morbo liberentur, & nemo nostrum in illum incidat, ut in communi omnes promissa consequamur bona, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum, amen.

Jer. 9. 16.

Isai. 5. 8.

Luc. 6. 24.

Quinam sint vere lugendi.

A λωλε εὐλαβὴς ἀπὸ τῆς γῆς. καὶ ἡμῶν ἐστὶ τοῦ θρηνεῖν λοιπόν· μᾶλλον δὲ τοῦτο δεῖ καθ' ἑκάστην λέγειν τὴν ἡμέραν. οὐδὲν ἐν εὐχαῖς ἀνύομεν· οὐδὲν ἐν συμβουλαῖς, καὶ παραινέσεσι. λείπεται ἄρα τὸ δακρύειν. τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησε, πολλὰ τοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις παραινέσας, ὡς οὐδὲν ἐκέρδανον ἐκεῖνοι, ἐδάκρυσεν αὐτῶν [a] τὴν πώρωσιν. τοῦτο καὶ οἱ προφῆται ποιοῦσι· τοῦτο καὶ ἡμεῖς πράττωμεν νῦν· θρήνου λοιπὸν ὁ καιρὸς, καὶ δακρύων, καὶ οἰμωγῆς. εὔκαιρον εἰπεῖν καὶ ἡμᾶς, καλέσατε τὰς θρηνούσας, καὶ πρὸς τὰς σοφὰς ἀποστείλατε καὶ φθεγξάσθωσαν· τάχα οὕτω δυνησόμεθα ἐκβαλεῖν τὸ νόσημα τῶν τὰς οἰκίας οἰκοδομούντων τὰς λαμπρὰς, τῶν ἀγροὺς περιβαλλομένων ἐξ ἁρπαγῆς. B θρηνεῖν εὔκαιρον· ἀλλὰ συλλάβεσθέ μοι καὶ ὑμεῖς τῶν θρήνων οἱ γεγυμνωμένοι τε καὶ ἠδικημένοι· τοῖς ὑμῶν θρήνοις καταγάγετέ μου τὰ δάκρυα. ἀλλὰ θρηνοῦντες, μὴ ἑαυτοὺς, ἀλλ' ἐκείνους θρηνήσωμεν· οὐχ ὑμᾶς ἠδίκησαν, ἀλλ' ἑαυτοὺς ἀπώλεσαν. ὑμεῖς μὲν γὰρ ἔχετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἀντὶ τῆς ἀδικίας· ἐκεῖνοι δὲ τὴν γέενναν ἀντὶ κέρδους. διὰ τοῦτο βέλτιον ἀδικεῖσθαι καὶ μὴ ἀδικεῖν. θρηνήσωμεν αὐτοὺς θρῆνον, [b] μὴ τὸν ἀνθρώπινον, ἀλλὰ τὸν ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν, ὃν καὶ οἱ προφῆται ἐθρήνησαν· θρηνήσωμεν μετὰ Ἡσαΐου πικρὸν, καὶ εἴπωμεν· καὶ οὐαὶ οἱ συνάπτοντες οἰκίαν πρὸς οἰκίαν, καὶ ἀγρὸν πρὸς ἀγρὸν ἐγγίζοντες, C ἵνα τοῦ πλησίον ἀφέλωνταί τι. μὴ οἰκήσετε μόνοι ἐπὶ τῆς γῆς; οἰκίαι μεγάλαι καὶ καλαὶ, καὶ οὐκ ἔσονται οἱ ἐνοικοῦντες ἐν αὐταῖς. θρηνήσωμεν μετὰ τοῦ Ναοὺμ καὶ εἴπωμεν μετ' ἐκείνου· οὐαὶ ὁ οἰκοδομῶν εἰς ὕψος τὴν οἰκίαν αὐτοῦ· μᾶλλον δὲ θρηνήσωμεν αὐτοὺς, καθάπερ καὶ ὁ Χριστὸς τοὺς τότε λέγων, οὐαὶ ὑμῖν τοῖς πλουσίοις, ὅτι ἀπέχετε τὸν μισθὸν ὑμῶν, καὶ τὴν παράκλησιν ὑμῶν. οὕτω παρακαλῶ θρηνοῦντες καὶ ἡμεῖς μὴ παυσώμεθα. εἰ δὲ μὴ ἄσχημον, καὶ κοψώμεθα ὑπὲρ τῆς τῶν ἀδελφῶν ῥαθυμίας· μὴ κλαίωμεν τὸν ἤδη τεθνηκότα, ἀλλὰ κλαίωμεν τὸν ἅρπαγα, τὸν πλεονέ- D κτην, τὸν φιλάργυρον, τὸν ἄπληστον. διατί νεκροὺς θρηνοῦμεν, ἐφ' ὧν οὐδέν ἐστιν ἀνύσαι λοιπόν; θρηνήσωμεν τούτους, ἐφ' ὧν ἔστι καὶ μεταβολή. ἀλλ' ἡμῶν θρηνούντων, τάχα αὐτοὶ γελῶσιν. ἀλλὰ καὶ τοῦτο θρήνων ἄξιον, ὅτι γελῶσιν ἐφ' οἷς ἔδει πενθεῖν. εἰ μὲν γὰρ ἐπαισχόν τι ἀπὸ τῶν ὀδυρμῶν τῶν ἡμετέρων, ἐχρῆν παύσασθαι ὀδυρομένους ὡς μέλλοντας διορθοῦσθαι· ἐπειδὴ δὲ ἀναισθήτως διάκεινται, μένωμεν ἡμεῖς κλαίοντες, μὴ τοὺς πλουτοῦντας ἁπλῶς, ἀλλὰ τοὺς φιλαργύρους, τοὺς πλεονέκτας. οὐ κακὸν ὁ πλοῦτος· ἔστι γὰρ αὐτῷ καὶ εἰς δέον χρήσασθαι, ὅτ' ἂν E εἰς τοὺς δεομένους ἀναλίσκωμεν· ἀλλὰ κακὸν ἡ πλεονεξία, τὰς ἀθανάτους προξενοῦσα κολάσεις. θρηνήσωμεν τοίνυν. ἴσως [c] γάρ τις ἔσται διόρθωσις. ἢ κἂν οἱ ἐμπεσόντες μὴ ἀπαλλαγῶσιν, ἕτεροι γοῦν οὐ περιπεσοῦνται τῷ δεινῷ, ἀλλὰ φυλάξονται. γένοιτο δὲ κἀκείνους ἐλευθερωθῆναι τοῦ νοσήματος, καὶ ἡμῶν μηδένα περιπεσεῖν ποτε, ἵνα κοινῇ πάντες τῶν ἐπηγγελμένων τύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

[a] τὴν πώρωσιν, alii τὴν [illegible].
[b] Alii, μὴ τὸν κοινόν. Paulopost quidam, μετὰ Ἡσαΐου, τοῦτο λέγοντες, οὐαί.

[c] Alii, γάρ τις ἔσαι, & mox, ἀπαλλαγῶσιν, ἀλλ' ἕτεροι οὐ περιπεσοῦνται.

A

ΟΜΙΛΙΑ ξε'.

Εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν Καϊάφας ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου, εἶπεν αὐτοῖς· ὑμεῖς οὐκ οἴδατε οὐδὲν, οὐδὲ διαλογίζεσθε ὅτι συμφέρει ὑμῖν ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἐνεπάγησαν ἔθνη ἐν διαφθορᾷ ᾗ ἐποίησαν· ἐν παγίδι ταύτῃ ᾗ ἔκρυψαν συνελήφθη (B) ὁ ποὺς αὐτῶν. τοῦτο ἐπὶ Ἰουδαίων γέγονεν· αὐτοὶ μὲν γὰρ ἔλεγον ἀνελεῖν τὸν Ἰησοῦν, ἵνα μὴ ἔλθωσιν οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ἄρωσιν αὐτῶν καὶ τὸ ἔθνος καὶ τὴν πόλιν. ἐπειδὴ δὲ ἀνεῖλον, ταῦτα ἔπαθον· καὶ ἅπερ ὡς διαφευξόμενοι ἔπραξαν, ταῦτα ἐπειδὴ ἔπραξαν οὐ διέφυγον. ἀλλ' ὁ μὲν ἀναιρεθεὶς, ἔστιν ἐν οὐρανοῖς· οἱ δὲ ἀνελόντες, τὴν γέενναν κληρονομοῦσι, καίτοι οὐ ταῦτα ἐσκέψαντο. ἀλλὰ τί; ἐβούλοντο, φησιν, ἀνελεῖν αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης. εἶπον γὰρ, ὅτι ἐλεύσονται οἱ Ῥωμαῖοι καὶ ἀροῦσιν ἡμῶν τὸ ἔθνος. εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν Καϊάφας, ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου, εἶπεν· ἀναισχυν- (C) τότερος ὢν τῶν λοιπῶν· ὑμεῖς οὐκ οἴδατε οὐδέν. ἅπερ ἐκεῖνοι ἀμφέβαλλον, καὶ ἐν τάξει βουλῆς προετίθεσαν· ἔλεγον γάρ· τί ποιοῦμεν; τοῦτο οὗτος ἀναισχύντως καὶ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ, καὶ μετὰ ἰταμότητος ἀνεβόησε. τί γάρ φησιν; ὑμεῖς οὐκ οἴδατε οὐδὲν, οὐδὲ διαλογίζεσθε ὅτι συμφέρει ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ, καὶ μὴ ὅλον τὸ ἔθνος ἀπόληται. τοῦτο δὲ οὐκ εἶπεν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ προεφήτευσεν ἀρχιερεὺς ὤν. ὁρᾷς πόση τῆς ἀρχιερατικῆς ἐξουσίας ἡ δύναμις; ἐπειδὴ γὰρ ὅλως ἠξίωτο τῆς ἀρχιερωσύνης, καίτοι ἀνάξιος ὢν τοῦ πράγματος, προεφήτευσεν, οὐκ εἰδὼς ἅπερ ἔλεγε. καὶ τῷ στόματι μόνον ἐκέχρητο ἡ χάρις· τῆς δὲ μιαρᾶς καρδίας οὐχ (D) ἥψατο. πολλοὶ γοῦν καὶ ἄλλοι τὰ μέλλοντα εἶπον, ἀνάξιοι ὄντες· ὁ Ναβουχοδονόσορ, ὁ Φαραὼ, ὁ Βαλαάμ, καὶ πάντων ἡ αἰτία δήλη. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· ὑμεῖς κάθησθε, ἔτι ὀκνηρότερον τῷ πράγματι προσέχετε, καὶ οὐκ ἴστε ἑνὸς ἀνδρὸς σωτηρίας ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ καταφρονῆσαι. ὅρα πόση τοῦ πνεύματος ἡ δύναμις· ἀπὸ διανοίας πονηρᾶς, ἴσχυσε ῥήματα προενεγκεῖν προφητείας γέμοντα θαυμαστῆς. τέκνα δὲ θεοῦ τὰ ἔθνη καλεῖ ὁ εὐαγγελιστὴς, ἀπὸ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι. ὥσπερ οὖν καὶ αὐτός φησι· καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, καὶ αὐτὸς ἀπὸ τοῦ μέλλοντος αὐτὰ κα- (E) λῶν. τί δέ ἐστιν, ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου; μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο διέφθαρτο. οὐκέτι γὰρ τὸν χρόνον ἅπαντα τῆς ζωῆς ἱεράτευον, ἀλλ' ἐνιαυτὸν, ἐξ οὗ γεγόνασιν ὠνηταὶ αἱ ἀρχαί. πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτω παρῆν ἔτι τὸ πνεῦμα. ἐπειδὴ δὲ τὰς χεῖρας ἦραν κατὰ τοῦ Χριστοῦ, τὸ τηνικαῦτα αὐτοὺς ἐγκατέλιπε, καὶ μετῆλθεν ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους. καὶ τοῦτο τὸ καταπέτασμα ἐδήλου σχιζόμενον, καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ φωνὴ ἡ λέγουσα· ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος.

HOMILIA LXV.

49. *Unus autem ex illis Caïphas, cum esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quidquam,* 50. *nec cogitatis, quia expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, &c.*

1. INFIXÆ *sunt gentes in interitu, quem fecerunt: in laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.* (Psal. 9. 16.) Hoc Judæis contigit. Ipsi namque dicebant, occidendum esse Jesum, ne venirent Romani, & tollerent ipsorum gentem & civitatem. Postquam autem occiderunt eum, hæc passi sunt. Et quod ut effugerent fecerant, hoc quia fecere non effugerunt. Sed qui occisus fuit, est in cælis; qui autem occiderunt, gehennam sortiti sunt: etsi id non in voto haberent. Sed quid? Volebant, inquit, a die illo occidere ipsum: dicebant enim, *Venient Romani & tollent gentem nostram. Unus autem ex illis Caïphas, cum esset pontifex anni illius dixit*, cæteris impudentior: *Vos nescitis quidquam.* Illi nempe dubitabant, & deliberando proposuerant: dicebant enim, *Quid facimus?* Hic impudenter, aperta fronte, & petulanter clamavit. Quid vero dicit? *Vos nescitis quidquam, neque cogitatis, quia expedit vobis, ut unus moriatur homo, & ne tota gens pereat.* 51. *Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius prophetavit.* Vides quanta sit pontificalis potestas? Quia enim pontificatum sortitus erat, licet indignus, prophetavit, quid diceret ignorans. Gratia ejus tantum ore usa est, impurum vero cor non tetigit. Multi quoque alii futura prædixerunt, indigni licet, Nabuchodonosor, Pharao, Balaam, omniumque causa manifesta est. (Multi indigni futura prædixerunt.) Hoc autem vult ille significare. Vos sedetis, adhuc segnius hoc negotium attenditis, nec scitis unius hominis salutem pro communi contemnendam esse. Vide quanta sit virtus spiritûs. Ex improba mente mirabilis prophetiæ verba potuit elicere. Filios autem Dei gentes appellat Evangelista, ex eo quod futurum erat, sicut & ipse ait, *Et alias oves habeo*; ab eo quod futurum erat sic vocans. (Joan. 10. 16.) Quid sibi vult illud, *Cum esset pontifex anni illius?* Cum aliis hic quoque mos corruptus erat. Non enim ultra toto vitæ tempore, sed anno uno sacerdotium gerebant: ex quo venales facti erant principatus. Attamen vel sic adhuc aderat spiritus. Postquam autem in Christum manus sustulerunt, tunc illos reliquit, & ad Apostólos translatus est. Et hoc velum scissum ostendit, necnon Christi vox dicentis: *Ecce dimittetur domus vestra deserta.* (Matth. 23. 38.)

Josephus historicus. Et Josephus qui paulo post fuit, dixit A quosdam Angelos, qui apud illos manebant, se inde migraturos esse significavisse, nisi resipiscerent. Quamdiu enim vinea perstitit, pro more omnia facta sunt, ubi autem heredem occiderunt, non item, sed perierunt: & quasi splendidam vestem ab ingrato filio, a Judæis scilicet auferens Deus, probis illam servis dedit, ex Gentilibus conversis, & desertos illos nudosque reliquit. Nec parum fuit quod inimicus hæc propheta- ret. Hoc enim alios quoque allicere poterat. Nam contra quam ille volebat B evenit. Quia enim mortuus est, ideo a futuro supplicio liberati fideles sunt. Quid sibi vult illud, *Ut congregaret eos qui prope & eos qui procul sunt?* Unum corpus reddidit, qui Romæ est, Indos putat membrum suum esse. Quid huic congregationi par? Omniumque caput est Christus. 53. *Ab illo die cogitaverunt Judæi ut interficerent eum.* Antea quærebant, dicit enim, *Ideo quærebant eum Judæi interficere*; &, *Quid me quæritis interficere?* Sed tunc quærebant, nunc autem id statuerunt, & rei manum admoverunt.

Joan. 5. 18. 54. *Jesus autem jam non palam ambulabat in Judæa.* Rursus humano more C saluti suæ cavet, ac frequenter hoc facit.

2. Jam causam dixi, cur frequenter abierit, & secesserit? Nunc prope desertum habitat in Ephrata, & ibi manebat cum discipulis suis. Quantum putas turbatos fuisse discipulos videntes ipsum humano more saluti suæ providere? Nemo jam sequutus est: nam cum prope esset dies festus, omnes Jerosolymam accurrebant. Ipsi vero cum gauderent omnes & festum agerent, tunc latebant, tunc in periculis erant: attamen perstabant. Certe cum Pascha & Scenopegia celebrarentur, illi in Galilæa latebant. Rursum postea in die festo, dum soli cum D magistro fugerent & laterent, suam erga illum benevolentiam ostendebant.

Christus humano more fugit.

Luc. 22. 28. Hinc Lucas illum dixisse ait: *Ego perseveravi vobiscum in tentationibus.* Hæc porro dicebat ut ostenderet, illos gratia sua roborari. 55. *Multi enim de regione ascenderunt, ut sanctificarent seipsos.* 57. *Et dederant Pontifices & Pharisæi mandata, ut apprehenderent eum.* Mira sanctificatio cum sanguinaria voluntate, cum cruentatis manibus. 56. *Et dicebant: Putatis quia non veniet ad diem festum?* In paschate insidiabantur illi, tempusque solennitatis E tempus cædis reddebant; id est, Huc illum incidere oportet, advocante festo. O impietatem! Cum majore opus erat pie-

a Καὶ Ἰώσηπος δὲ μετὰ βραχὺν γενόμενος χρόνον, ἔφη τινὰς ἀγγέλους τοὺς ἐπὶ παραμένοντας, εἰ μὴ βουληθεῖεν ἐκεῖνοι μεταστῆναι, καταλιπεῖν αὐτούς. ἕως μὲν γὰρ ὁ ἀμπελὼν εἱστήκει, πάντα ἐγίνετο· ἐπειδὴ δὲ τὸν κληρονόμον ἀπέκτειναν, οὐκ ἔτι, ἀλλ' ἀπώλοντο. καὶ καθάπερ ἱμάτιον λαμπρὸν ἀπὸ παιδὸς ἀχρήστου τῶν Ἰουδαίων λαβὼν ὁ θεὸς, τοῖς εὐγνώμοσι δούλοις ἔδωκε τοῖς ἐξ ἐθνῶν, ἐκείνους ἐρήμους ἀφεὶς καὶ γυμνούς. οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο ἦν, ὃ καὶ τὸν ἐχθρὸν προφητεῦσαι ταῦτα. τοῦτο καὶ τοὺς ἄλλους ἐπισπάσασθαι ἠδύνατο. κατὰ μὲν γὰρ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν, ἐναντίως ἐξέβη. b ἐπειδὴ γὰρ ἀπέθανε, διὰ τοῦτο τῆς μελλούσης κολάσεως ἀπηλλάγησαν οἱ πιστοί. τί ἐστιν, * ἵνα συναγάγῃ τοὺς ἐγγὺς, καὶ τοὺς μακράν; ἓν σῶμα ἐποίησεν, ὁ ἐν Ῥώμῃ καθήμενος, τοὺς Ἰνδοὺς μέλος εἶναι νομίζει ἑαυτοῦ. τί ταύτης τῆς συναγωγῆς ἴσον; καὶ πάντων κεφαλὴ ὁ Χριστός. ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐβουλεύσαντο οἱ Ἰουδαῖοι, ἵνα ἀποκτείνωσιν αὐτόν. καὶ μὴν πρότερον ἐζήτουν. λέγει γάρ· διὰ τοῦτο ἐζήτουν οἱ Ἰουδαῖοι αὐτὸν ἀποκτεῖναι· καὶ, τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι; ἀλλὰ τότε μὲν ἐζήτουν, νῦν δὲ καὶ ἐκύρωσαν τὴν γνώμην, καὶ ὡς ἔργῳ τῷ πράγματι κέχρηνται. Ἰησοῦς δὲ οὐκ ἔτι παρρησίᾳ περιεπάτει ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ. πάλιν ἀνθρωπίνως ἑαυτὸν σώζει, καὶ συνεχῶς c τοῦτο ποιεῖ.

Τὴν δὲ αἰτίαν εἶπον, δι' ἣν πολλάκις ἀπῆλθε καὶ ἀνεχώρησε. καὶ νῦν ἐγγὺς τῆς ἐρήμου διατρίβει ἐν Ἐφρατὰ, καὶ ἐκεῖ ἔμενε μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. πῶς οἴει θορυβεῖσθαι τοὺς μαθητὰς, ὁρῶντας αὐτὸν ἀνθρωπίνως σωζόμενον; οὐδεὶς λοιπὸν ἠκολούθησε. τῆς γὰρ ἑορτῆς οὔσης ἐγγὺς, πάντες ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα ἔτρεχον· αὐτοὶ δὲ ὅτε πάντες ἔχαιρον καὶ ἐπανηγύριζον, τότε κρύπτονται, τότε ἐν κινδύνοις εἰσίν. ἀλλ' ὅμως παρέμενον. καὶ γὰρ ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ τοῦ πάσχα ὄντος καὶ τῆς Σκηνοπηγίας, ἐκρύπτοντο. καὶ πάλιν μετὰ ταῦτα, τῆς ἑορτῆς οὔσης, τῷ φεύγειν καὶ τῷ κρύπτεσθαι μόνοι τῶν ἄλλων μετὰ τοῦ διδασκάλου τὴν εὔνοιαν d ἐπιδεικνύμενοι. ἐντεῦθέν φησιν ὁ Λουκᾶς αὐτὸν εἰρηκέναι, ἐγὼ παρέμεινα ὑμῖν ἐν τοῖς πειρασμοῖς. ταῦτα δὲ ἔλεγε, δεικνὺς ὅτι παρὰ τῆς αὐτοῦ ῥοπῆς ἐνδυναμοῦνται. πολλοὶ δὲ ἐκ τῆς χώρας ἀνέβησαν ἁγνίσαι ἑαυτοὺς, καὶ ἔδωκαν παραγγελίας οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι, ἵνα πιάσωσιν αὐτόν. θαυμαστὸς ἁγνισμὸς, μετὰ μιαιφόνου προαιρέσεως· μετὰ ἀνδροφόνου διανοίας· μετὰ ἡμαγμένων χειρῶν. καὶ ἔλεγον· δοκεῖτε ὅτι οὐ μὴ ἔλθῃ ἐν τῇ ἑορτῇ; διὰ τὸ πάσχα ἐπεβούλευον, καὶ τὸν καιρὸν τῆς ἑορτῆς ἐποιοῦντο καιρὸν σφαγῆς· τουτέστιν, ἐνταῦθα αὐτὸν ἐμπεσεῖν δεῖ, τοῦ καιροῦ καλοῦντος αὐτόν. ὢ τῆς ἀσεβείας· ὅτε πλείονος ἔδει τῆς εὐλαβείας, καὶ τοὺς ἐπὶ τοῖς ἐχά-

a Josephus c. 5. de Bello Judaïco, inter alia signa futuri Jerosolymorum excidii hoc refert. μετὰ δὲ ταῦτα καὶ φωνῆς ἀθρόας, μεταβαίνωμεν ἐντεῦθεν. *Deinde vocem repentinam auditam fuisse dicentium, hinc migremus*: quem locum hic puto respicere Chrysostomum.

b Alii, ἐπειδὴ δὲ ἀπέθανε.

* Nota Savilii: *Boisius ex Theophilacto & quæstionibus in Joannem, quibus etiam adstipulatur Interpres, hunc locum ita explet, omnino recte* τί ἐστιν, ἵνα συναγάγῃ εἰς ἕν; ὅτι τοὺς ἐγγὺς καὶ τοὺς μακρὰν ἓν σῶμα ἐποίησε. καὶ ὁ ἐν Ῥώμῃ. Ita placet hæc restitutio, ut si vel unus Codex adstipularetur, eam libenter induxissem in seriem. Interpres Aretinus hanc sequutus lectionem sic vertit: *Sed quid signat*, ut congregaret in unum? *Quod qui prope erant, & qui longe unum corpus reddidit, qui Roma est, &c.*

c Alii, ταῦτα ποιεῖ.

d Savil. & Boisius legendum censent ἐπεδείκνυντο, & recte quidem; sed omnes mss. ἐπιδεικνύμενοι habent.

τοῖς εἰλημμένους ἀφιέναι, τότε τὸν οὐδὲν ἠδικηκότα θηρεῦσαι ἐπιχειροῦσι. καίτοι καὶ ἤδη ποιήσαντες οὐ μόνον οὐδὲν ὤνησαν, ἀλλὰ καὶ καταγέλαστοι γεγόνασι. Διὰ τοῦτο συνεχῶς ἐμπίπτων διαφεύγει, καὶ [a] βουλομένους αὐτὸν ἀνελεῖν κατέχει καὶ ἀπορεῖν ποιεῖ, τῇ τῆς δυνάμεως ἀποδείξει κατανύξαι βουλόμενος. καὶ ἵνα ὅτ' ἂν λάβωσιν αὐτὸν, μάθωσιν ὅτι οὐ τῆς οἰκείας ἰσχύος ἦν, ἀλλὰ τῆς ἐκείνου συγχωρήσεως τὸ γινόμενον· οὐδὲ γὰρ τότε ἴσχυσαν αὐτὸν συλλαβεῖν, καὶ ταῦτα πλησίον οὔσης τῆς Βηθανίας· καὶ ὅτε δὲ συνέλαβον, ἔρριψεν αὐτοὺς ὑπτίους. Πρὸ ἓξ δὲ ἡμερῶν τοῦ πάσχα, ἦλθεν εἰς Βηθανίαν ὅπου ἦν Λάζαρος, καὶ ἐσιτᾶτο παρ' αὐτοῖς, καὶ Μάρθα διηκόνει, καὶ Λάζαρος ἤσθιε. τοῦτο δὲ τῆς εἰλικρινοῦς ἀναστάσεως σημεῖον ἦν, τὸ μεθ' ἡμέρας πολλὰς καὶ ζῆν καὶ ἐσθίειν. ὅθεν δῆλον, ὅτι ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς τὸ ἄριστον ἦν. ἅτε γὰρ φίλοι καὶ φιλούμενοι, δέχονται τὸν Ἰησοῦν. τινὲς δέ φασιν ὅτι ἐν ἀλλοτρίᾳ οἰκίᾳ τοῦτο ἐγένετο. ἡ δὲ Μαρία οὐ διηκόνει· μαθήτρια γὰρ ἦν. πάλιν ἐνταῦθα, αὕτη πνευματικωτέρα. οὐ διηκόνει γὰρ ὡς κεκλημένη, οὐδὲ κοινὴν ποιεῖται τὴν ὑπηρεσίαν· ἀλλ' εἰς αὐτὸν μόνον περιΐστησι τὴν τιμὴν, καὶ οὐχ ὡς ἀνθρώπῳ πρόσεισιν, ἀλλ' ὡς θεῷ. τὸ γὰρ μύρον διὰ τοῦτο ἐξέχεε, καὶ τῇ θριξὶ τῆς κεφαλῆς ἀπέμαξεν, ἅπερ οὐκ ἦν ὑπόληψιν ἐχούσης περὶ αὐτοῦ τοιαύτην οἵαν οἱ πολλοί. ἀλλ' ἐπετίμησεν ὁ Ἰούδας, προσχήματι δῆθεν εὐλαβείας. τί οὖν ὁ Χριστός; ἔργον καλὸν ἐποίησεν εἰς τὸν ἐνταφιασμόν μου. τί δήποτε δὲ οὐκ ἤλεγξε τὸν μαθητὴν ἐπὶ τῆς γυναικὸς, οὐδὲ εἶπεν τοῦτο ὅπερ ὁ εὐαγγελιστὴς εἶπεν, ὅτι διὰ τὴν οἰκείαν κλοπὴν ἐπετίμα τῇ γυναικί; τῇ πολλῇ μακροθυμίᾳ ἐντρέψαι αὐτὸν ἐβούλετο. ὅτι γὰρ ᾔδει ὅτι προδότης ἦν, ἄνωθεν αὐτὸν ἤλεγξε πολλάκις εἰπών· οὐ πάντες πιστεύουσι· καί, εἷς ἐξ ὑμῶν διάβολός ἐστιν. ἐδήλωσε μὲν οὖν, ὅτι οἶδεν αὐτὸν προδότην, οὐκ ἤλεγξε δὲ φανερῶς, ἀλλὰ συνεχώρησεν, ἀνακαλέσασθαι αὐτὸν θέλων. πῶς οὖν ἄλλος φησὶν, ὅτι πάντες οἱ μαθηταὶ τοῦτο ἐφθέγξαντο; καὶ πάντες, κἀκεῖνος· ἀλλ' οἱ λοιποὶ οὐ τῇ αὐτῇ προαιρέσει. εἰ δέ τις ἐξετάζοι τί δήποτε κλέπτῃ ὄντι τὸ γλωσσόκομον ἐνεχείρισε τῶν πτωχῶν, καὶ οἰκονομεῖν ἐποίησε φιλάργυρον ὄντα; ἐκεῖνο ἂν εἴποιμεν, ὅτι τὸν μὲν ἀπόρρητον λόγον, ὁ θεὸς οἶδεν· εἰ δέ τι χρὴ ἡμᾶς στοχαζομένους εἰπεῖν, ἵνα πᾶσαν ἐκκόψῃ πρόφασιν. οὐ γὰρ εἶχεν εἰπεῖν, ὅτι διὰ χρημάτων ἔρωτα, τοῦτο ἐποίησε· καὶ γὰρ ἱκανὴν εἶχεν ἐκ τοῦ γλωσσοκόμου τῆς ἐπιθυμίας τὴν παραμυθίαν· ἀλλὰ διὰ πονηρίαν πολλήν, * ἣν ἐβούλετο κατέχειν ὁ Χριστὸς, πολλῇ συγκαταβάσει πρὸς αὐτὸν κεχρημένος. διὸ οὐδὲ ἐνεκάλει αὐτῷ κλέπτοντι, καίτοιγε εἰδὼς, ἐμφράττων τὴν πονηρὰν ἐπιθυμίαν, καὶ πᾶσαν ἐξαίρων ἀπολο-

A tate, & cum extremis obnoxii sceleribus, liberi emittebantur, tunc innoxium comprehendere conantur. Atqui cum jam illud tentassent; non modo nihil perfecerant, sed etiam ridiculi apparuerant. Ideo frequenter incidit & evadit, & cupientes se interficere retinet, & dubios relinquit, ut virtutem suam demonstrando, illos ad compunctionem deducat; & ut postquam captus fuerit, sciant, non vi sua, sed ipsius concessione id accidisse. Neque enim tunc potuerunt illum comprehendere, etsi propinqua Bethania esset: & cum comprehendissent, supinos illos prostravit. 1. *Ante* Cap. 12.
B *sex dies Pascha venit Jesus in Bethaniam, ubi fuerat Lazarus mortuus: 2. & manducabat apud eos, & Martha ministrabat: Lazarusque manducabat.* Hoc veræ resurrectionis signum erat, quod post multos dies & viveret & manducaret. Unde palam est prandium in ejus domo fuisse: nam ut amici & dilecti Jesum excipiunt. Quidam tamen dicunt id in alia domo gestum fuisse. Maria autem non ministrabat: discipula enim erat. Rursus hîc major adest illi Spiritûs gratia. Non ministrabat enim tamquam vocata, neque
C communi incumbebat ministerio; sed Christo soli honorem defert, neque ut homini, sed ut Deo adstat. Unguentum enim ideo effudit, & capillis capitis abstersit, quod signum erat illam de Christo non eamdem quam alii opinionem habere. Sed increpavit Judas pietatem simulans. Quid ergo Christus? 7. *Bonum opus operata est in sepulturam meam.* Cur discipulum circa mulierem non reprehendit, neque dixit ut Evangelista, ipsum furti faciendi causa mulierem increpasse? Patientia sua voluit eum in pudorem
D deducere. Quod autem nosset illum esse proditorem patet, quod jam illum sæpe redarguerit, ut cum dixit, Non omnes credunt; &, *Unus ex vobis diabolus est.* Indicavit ergo se nosse illum esse proditorem, non vero aperte redarguit, sed indulsit, quod vellet eum a proposito revocare. Cur ergo alius dixit, omnes discipulos sic loquutos esse? Et omnes, & ille. Sed reliqui non eodem animo. Quod si quis quærat, cur furi loculos pauperum commiserit, & avarum dispensatorem fecerit? respondebimus, rem arcanam unum nosse Deum. Quod Cur Christus furi loculos commiserit.
E si quidpiam sit conjectando dicendum, ut omnem auferret excusationis causam. Non enim dicere poterat se ex pecuniarum amore id fecisse, cum posset cupiditati suæ ex loculis facere satis, sed ex ingenti nequitia, quam volebat Christus cohibere, indulgentia erga illum multa usus. Quamobrem illum furantem non arguebat, etsi non nescius, ejus malam obstruens cupiditatem, & omnem auferens

[a] βουλευομένους, quidam βουλομένους.
* In florilegio, ut animadvertit Savilius, hic locus melius habere videtur, ἣν εἰ ἐβούλετο κατέχειν, τὸν εὐεργέτην οὐκ ἂν παρέδωκεν. ὁ δὲ Χριστὸς πολλῇ συγκαταβάσει πρὸς αὐτὸν κεχρημένος, ἠνείχετο αὐτοῦ μακροθυμῶν. διὸ οὐδὲ ἐν-

excusationem. *Sinite illam*, inquit, *in diem sepulturæ meæ hoc fecit.* Rursus proditorem admonet, cum sepulturæ meminit. Sed non incessit illum monitio, neque hoc verbum emollivit: etsi potuisset illum in commiserationem injicere; ac si diceret: Molestus sum & onerosus; sed exspecta paulisper, & migrabo. Huc enim respexit cum diceret: *Me non semper habebitis.* Sed nihil horum ferum & furiosum hominem flexit, etiamsi multa alia dixerit & fecerit, pedes ejus laverit illa nocte, ac mensæ consortem fecerit, quod vel latronum animos mulcere potest: & alia verba loquutus sit, quæ possent etiam lapidem emollire. Et hæc non multo ante; sed in ipso die, ne tempus in oblivionem induceret. Sed adversus omnia perstitit.

Avaritia quantum sit malum.

3. Gravis namque est avaritia; gravis certe, quæ oculos & aures obturet, & fera sæviores reddit; non conscientiam, non amicitiam, non societatem, non propriam salutem cogitare sinit; sed ab omnibus simul avertens, quos capit in servitutem redigit, ut gravissima domina. Quodque in hac dura servitute deterius est, gratias sibi habendas esse ipsis suadet, & quanto magis illi servitur, tanto magis augetur voluptas: hincque incurabilis morbus gignitur. Hinc venatu difficilis hæc fera est: hæc Giezi ex discipulo & propheta leprosum fecit; hæc Ananiam perdidit, hæc Judam proditorem fecit; hæc principes Judæorum corrupit, qui dona accipiebant & furum socii efficiebantur; hæc plurima induxit bella, sanguine vias, lamentis & gemitibus urbes replevit: hæc cœnas impuras, mensasque exsecrandas, cibos iniquos reddidit. Idcirco idolorum servitutem illam vocavit Paulus. Sed neque ita deterruit. Cur autem idololatriam dicit? Habent multi divitias, illisque uti non audent; sed illas consecrant, & nepotibus intactas transmittunt, eorumque successoribus, quasi deo dicata munera contingere non audent. Si quando vero iis uti cogantur, ita affecti sunt ac si rem illicitam facerent. Alioquin autem ac si quis Gentilis simulacrum coleret, sic tu aurum portis & vectibus munis, ac pro templo tibi arcam statuis, & in aureis vasis deponis. Sed non adoras simulacrum ut ille? At omnem ipsi cultum exhibes. Hujusmodi homo prius oculos & animam tradat, quam idolum illud. Hoc faciunt auri amatores. At aurum non adoro, inquies. Neque ille idolum adorat, sed inhabitantem dæmonem. Ita & tu, etsi aurum non adores, sed illum adores dæmonem qui ex auri intuitu & concupiscentia in tuam

γίαν. ἄφετε αὐτήν, φησιν· εἰς γὰρ τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τοῦτο ἐποίησε. πάλιν τὸν προδότην ἀνέμνησεν, ἐνταφιασμὸν εἰπών. ἀλλ' οὐ καθικνεῖται αὐτοῦ ὁ ἔλεγχος, [a] οὐδὲ μαλάσσει τὸ ῥῆμα· καίτοι ἱκανὸν αὐτὸν εἰς οἶκτον ἐμβαλεῖν. ὡσπανεὶ ἔλεγεν· ἐπαχθής εἰμι καὶ φορτικός· ἀλλὰ ἀνάμεινον μικρὸν, καὶ ἀπελεύσομαι. καὶ γὰρ τοῦτο κατεσκεύαζεν ἐν τῷ λέγειν· ἐμὲ οὐ πάντοτε ἔχετε. ἀλλ' οὐδὲν τούτων τὸν θηριώδη καὶ μαινόμενον ἐπέκαμψε, καίτοιγε καὶ τούτων πολλῷ πλείονα καὶ εἶπε καὶ ἐποίησε, καὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ ἔνιψε κατ' αὐτὴν τὴν νύκτα, καὶ τραπέζης αὐτῷ μετέδωκε καὶ ἁλῶν, ὃ καὶ τὰς λῃστρικὰς οἶδε κατέχειν ψυχάς· καὶ ῥήματα ἕτερα ἐφθέγξατο, ἱκανὰ καὶ λίθον μαλάξαι· καὶ ταῦτα οὐ πρὸ πολλοῦ τοῦ χρόνου, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, ἵνα μηδὲ ὁ χρόνος εἰς λήθην ἐμβάλῃ. ἀλλὰ πρὸς ἅπαντα ἔστη.

Δεινὸν γὰρ ἡ φιλαργυρία, δεινόν· καὶ ὀφθαλμοὺς καὶ ὦτα πηροῖ, καὶ θηρίου χαλεπωτέρους ποιεῖ, οὐ συνειδὸς, οὐ φιλίαν, οὐ κοινωνίαν, οὐ τὴν τῆς οἰκείας ψυχῆς σωτηρίαν ἐννοῆσαι συγχωροῦσα, ἀλλὰ καθάπαξ πάντων ἀποστήσασα, δούλους αὐτῆς ποιεῖ τοὺς ἁλόντας, καθάπερ τις τυραννὶς χαλεπή. καὶ τὸ δεινὸν τῆς οὕτω πικρᾶς δουλείας, ὅτι [b] καὶ χάριν αὐτοῖς ἔχειν ἀναπείθει· καὶ ὅσῳπερ ἂν αὐτῇ μᾶλλον δουλεύσωσι, τοσούτῳ τὰ τῆς ἡδονῆς αὔξεται. καὶ ταύτῃ μάλιστα ἀνίατον τὸ νόσημα γίνεται. ταύτῃ δυσάλωτον τὸ θηρίον. τοῦτο τὸν Γιεζῆ λεπρὸν, ἀντὶ μαθητοῦ καὶ προφήτου πεποίηκε· τοῦτο τοὺς περὶ Ἀνανίαν ἀπώλεσε· τοῦτο τὸν Ἰούδαν προδότην εἰργάσατο· τοῦτο τοὺς Ἰουδαίων ἄρχοντας διέφθειρε, λαμβάνοντας δῶρα καὶ κοινωνοὺς κλεπτῶν γινομένους. τοῦτο μυρίους πολέμους εἰσήγαγεν· αἱμάτων μὲν τὰς ὁδοὺς, θρήνων δὲ καὶ οἰμωγῶν τὰς πόλεις πληρῶσαν. τοῦτο καὶ δεῖπνα ἐποίησε γίνεσθαι ἀκάθαρτα καὶ τραπέζας ἐναγεῖς, καὶ ἐδέσματα παρανομίας ἐνέπλησε. διὰ τοῦτο αὐτὸ εἰδωλολατρείαν ἐκάλεσεν ὁ Παῦλος· ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἐφόβησε. διατί δὲ εἰδωλολατρείαν φησίν; ἔχουσι πολλοὶ χρήματα, καὶ χρήσασθαι αὐτοῖς οὐ τολμῶσιν, ἀλλὰ ἀφιεροῦσιν, εἰς ἐγγόνους καὶ ἐξ ἐγγόνων παραπέμποντες ἀνέπαφα, καθάπερ τινῶν ἀναθημάτων οὐ τολμῶντες ἅψασθαι. ἐὰν δήποτε καὶ ἀναγκασθῶσιν, ὥσπερ ἀθέμιτόν τι πράξαντες, οὕτω διάκεινται. καὶ ἄλλως δέ· [c] ὥσπερ τὸ ξόανον περιέπει ὁ Ἕλλην· οὕτω σὺ τὸ χρυσίον θύραις πιστεύεις καὶ μοχλοῖς, ἀντὶ ναοῦ τὸ κιβώτιον κατασκευάζων καὶ ἐναποτιθέμενος σκεύεσιν ἀργυροῖς. ἀλλ' οὐ προσκυνεῖς καθάπερ ἐκεῖνος τὸ ξόανον; ἀλλὰ πᾶσαν ἐπιδείκνυσαι περὶ αὐτὸ θεραπείαν. πάλιν ἐκεῖνος ἡδέως ἂν τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὴν ψυχὴν πρόοιτο ἢ τὸ ξόανον. τοῦτο καὶ οἱ τὸ χρυσίον φιλοῦντες. ἀλλ' οὐ προσκυνῶ τὸ χρυσίον, φησίν. οὐδὲ ἐκεῖνος τὸ εἴδωλόν φησι, προσκυνεῖ· ἀλλὰ τὸν ἐνοικοῦντα δαίμονα· οὕτω καὶ σὺ, κἂν μὴ τὸ χρυσίον προσκυνῇς, ἀλλὰ τὸν ἀπὸ τῆς ὄψεως τοῦ χρυσίου καὶ τῆς ἐπιθυμίας ἐπιπη-

[a] οὐδὲ κολάσει τό, sic quidam.
[b] Editi, χάριν αὐτῆς, male. Maxima pars manuscriptorum χάριν αὐτοῖς optime, si construas cum ἀναπείθει: ipsis suadet.

[c] Alii, ὥσπερ τις ξόανον τὸ λίθινον, οὕτω καὶ τὸ χρυσίον. Ibidem Editi, πιστεύῃ, Savil. suspicatur legendum πιστεύεις, & sic in duobus mss. legitur.

δῶντα

ἐῶντά σου τῇ ψυχῇ δαίμονα. δαίμονος γὰρ χαλεπωτέρα τῆς φιλαργυρίας ἡ ἐπιθυμία, καὶ ταύτῃ πολλοὶ μᾶλλον πείθονται, ἢ ἕτεροι τοῖς εἰδώλοις. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ πολλὰ παρακούουσιν· ἐνταῦθα δὲ, πάντα εἴκουσι. καὶ ὅπερ ἂν εἴπῃ ποιῆσαι, πείθονται. τί λέγει; πολέμιος ἔσο, φησίν· ἐχθρὸς ἁπάντων· ἀγνόει τὴν φύσιν· καταφρόνει θεοῦ· κατάθυσόν μοι σαυτόν· καὶ πάντα πείθονται. καὶ τοῖς μὲν ξοάνοις, βοῦς καὶ πρόβατα θύουσιν· ἡ δὲ φιλαργυρία λέγει, θῦσόν μοι τὴν σαυτοῦ ψυχὴν, καὶ πείθει· ὁρᾷς οἵους ἔχει βωμούς; οἷα δέχεται θύματα; βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν οἱ πλεονέκται, καὶ οὐδὲν οὕτω δεδοίκασι. καίτοιγε πάντων ἡ ἐπιθυμία αὕτη ἀσθενεστέρα. οὐ γὰρ ἔμφυτος οὐδὲ φυσική. ἦν γὰρ ἂν, παρὰ τὴν ἀρχὴν ἐνετέθη. νῦν δὲ χρυσίον οὐκ ἦν ἄνωθεν, οὐδὲ ἤρα τις χρυσίου. ἀλλ' εἰ βούλεσθε, λέγω πόθεν εἰσῆλθε τὸ κακόν. ἕκαστος τὸν πρὸ αὐτοῦ ζηλοῦντες ἐπέτεινον τὸ νόσημα, καὶ τὸν οὐ βουλόμενον ὁ προλαβὼν ἐρεθίζει. ὅταν γὰρ ἴδωσιν οἰκίας λαμπρὰς, καὶ πλῆθος ἀγρῶν, καὶ ἀνδραπόδων ἀγέλας, καὶ ἀργυρᾶ σκεύη, καὶ πολὺν ἱματίων φορυτὸν, πάντα πράττουσιν, ὥστε ὑπερβαλέσθαι, ὥστε οἱ πρῶτοι τῶν δευτέρων αἴτιοι γίνονται, κἀκεῖνοι τῶν μετ' αὐτούς. εἰ δὲ ἐβούλοντο σωφρονεῖν, οὐκ ἂν τοῖς ἄλλοις ἐγίνοντο διδάσκαλοι, μᾶλλον δὲ, οὐδὲ τούτοις ἔστιν ἀπολογία. εἰσὶ γὰρ καὶ ἕτεροι χρημάτων καταφρονοῦντες. καὶ τίς, φησι, καταφρονεῖ; τὸ γὰρ δεινὸν, ὅτι ὑπὸ πολλῆς κακίας, εἰς ἀδύνατον δοκεῖ περιεστάναι, καὶ οὐδὲ πιστεύεταί τις κατορθῶν. εἴπω τοίνυν πολλοὺς τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι, καὶ τοὺς ἐν τοῖς ὄρεσι· καὶ τί τὸ κέρδος; οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τούτων ἔσεσθε βελτίους. ἄλλως δὲ, οὐ περὶ τούτων ἡμῖν ὁ λόγος νῦν, ὥστε κενῶσαι τὰ ὄντα. ἐβουλόμην δέ· πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ μεῖζον ὑμῶν τὸ φορτίον, [a] οὐκ ἀναγκάζω· ἀλλ' ὥστε μὴ τῶν ἀλλοτρίων ἐφίεσθαι παραινῶ· ὥστε ἐκ τῶν ὄντων μεταδιδόναι. πολλοὺς δὲ τοιούτους εὑρήσομεν, τοῖς οἰκείοις ἀρκουμένους, τῶν ἑαυτῶν ἐπιμελουμένους, καὶ ἀπὸ δικαίων ζῶντας πόνων. διατί μὴ τούτους ζηλοῦμεν καὶ μιμούμεθα; ἐννοήσωμεν τοὺς πρὸ ἡμῶν· οὐχὶ τὰ κτήματα αὐτῶν ἕστηκε, μόνον τὰ ὀνόματα αὐτῶν διασώζεται; τοῦ δεῖνος τὸ βαλανεῖον καὶ τοῦ δεῖνος τὸ προάστειον καὶ τὸ κατάλυμα; οὐχὶ εὐθέως θεασάμενοι στένομεν, ἐννοοῦντες πόσον πόνον ὑπέμεινε, πόσας ἁρπαγὰς ἥρπασε, καὶ οὐδαμοῦ φαίνεται; ἀλλ' ἐντρυφῶσιν ἕτεροι τοῖς ἐκείνου, οὓς οὐδὲ προσεδόκησε. τάχα δὲ καὶ ἐχθροὶ, ἐκείνου τὴν ἐσχάτην διδόντος δίκην. ταῦτα καὶ ἡμᾶς μένει. πάντως γὰρ ἀποθανούμεθα, πάντως τὸ αὐτὸ τέλος ὑποστησόμεθα. πόσην ὀργὴν, εἰπέ μοι, πόσην δαπάνην, [b] πόσας ἀπεχθείας ὑπέστησαν; καὶ τί τὸ κέρδος; κόλασις ἀθάνατος, καὶ τὸ μηδεμίας τυχεῖν παραμυθίας· καὶ τὸ μὴ ζῶντας

[a] Alii non pauci, οὐ καταναγκάζω.

involat animam. Dæmone namque deterior est pecuniarum cupiditas, cui multi magis obsequuntur, quam idolis alii. Hi namque in multis non parent; illi vero in omnibus cedunt; & quidquid faciendum suggerat, obsequuntur. Quid dicit avaritia? Esto omnibus hostis & inimicus, naturam obliviscere, Deum contemne: sacrifica mihi teipsum, & in omnibus illi obtemperant. Idolis quidem boves & oves immolantur. Avaritia autem dicit, Immola mihi animam tuam; & avarus morem gerit. Viden' quales aras habeat? qualia excipiat sacrificia? Regnum Dei avari non possidebunt: ac nihil tamen formidant. Atqui hæc cupiditas omnium infirmissima est. Neque enim innata, neque naturalis est: alioquin enim nobis a principio adfuisset: at initio aurum non erat, nec aurum quispiam amabat. At si vultis, dicam unde malum irrepserit. Singuli eos qui præcesserant æmulati, morbum auxerunt, & vel invitum incitat is qui præcessit. Cum vident enim splendidas ædes, agrorum copiam, servorum greges, argentea vasa, & multam vestium congeriem, nihil non agunt ut illos superent; ut primi secundos, hi sequentes causam cupiendi augent. Quod si voluissent moderate agere, non aliis doctores fuissent; imo neque his ulla est excusatio. Sunt enim alii qui pecunias spernant. Et quis spernit, inquies? Quod enim gravius est, tanta hujus vitii vis est, ut videatur non posse superari, nec credatur quempiam esse qui contrariam virtutem sectetur. Multos tamen hujusmodi numerare possum & in urbibus & in montibus. Et quid inde lucri? Neque enim hinc meliores evadetis. Alioquin autem non de his nobis sermo nunc est, nec dicimus divitias effundi oportere. Vellem utique: sed quia majus esse onus videtur, non cogam, sed hortor ne aliena concupiscatis, atque ex facultatibus largiamini. Multos autem inveniemus rebus suis contentos, sua curantes, & ex justis laboribus victum parantes. Cur non hos imitamur & æmulamur? Cogitemus eos qui ante nos fuerunt. Annon illorum prædia stant, dum ipsorum sola nomina circumferuntur? En hujus balneum, illius suburbanum & diversorium: annon statim atque hæc videmus, ingemiscimus, cogitantes quot labores sustinuerit, quot quantaque rapuerit? & nusquam ille apparet: sed alii ejus facultatibus delectantur, quos ille nunquam putasset: & forte etiam inimici, dum extremas ille dat pœnas. Eadem nos manent. Nam sine dubio moriemur, eumdemque finem sortiemur. Quanta, quæso odia, quantos sumtus, quantas inimicitias sustinuerunt? Et quid inde lucri? Immortale supplicium, & consolatio nulla, criminationes ab omnibus non viventi modo,

Amor pecuniæ dæmone deterior.

[b] Morel. πόσας ἀπεχθεῖς, mendose.

sed etiam defuncto oblatas. Quid porro cum multorum imagines in ædibus positas conspicimus? annon magis lugemus?
Ps. 38. 8. Vere plane dixit Propheta: *Verumtamen vane conturbatur omnis homo vivens.* Perturbatio enim vere est harumce rerum cura; perturbatio & anxietas superflua. Secus autem in æternis illis mansionibus & tabernaculis. Hic alius laboravit, alius laborum fructu potitur. Ibi vero laborum suorum quisque dominus erit, & multiplicem accipiet mercedem. Ad illam ergo possessionem properemus: illic paremus nobis ædes, ut quiescamus in Christo Jesu Domino nostro, quîcum Patri & Spiritui sancto gloria in sæcula, amen.

A μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπελθόντας κατηγορεῖσθαι παρὰ πάντων. τί δὲ τῶν πολλῶν τὰς εἰκόνας ὅταν ἴδωμεν ἀνακειμένας ἐν τῇ οἰκίᾳ; οὐχὶ μᾶλλον θρηνοῦμεν; ἀληθῶς καλῶς εἶπεν ὁ προφήτης· πλὴν μάτην ταράσσεται πᾶς ἄνθρωπος ζῶν. ταραχὴ γὰρ ὄντως ἡ περὶ τὰ τοιαῦτα σπουδή· ταραχὴ καὶ θόρυβος περιττός. ἀλλ' οὐκ ἐν ταῖς μοναῖς ταῖς αἰωνίοις τοῦτό ἐστιν, οὐδὲ ἐν ταῖς σκηναῖς ἐκείναις. ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἕτερος ἐμόχθησε, καὶ ἕτερος ἀπολαύει· ἐκεῖ δὲ τῶν ἑαυτοῦ μόχθων ἕκαστος ἔσται κύριος, καὶ πολυπλασίονα λήψεται τὴν ἀμοιβήν. πρὸς ἐκείνην τοίνυν ἐπει-
B γώμεθα τὴν κτῆσιν· ἐκεῖ κατασκευάζωμεν ἑαυτοῖς οἰκίας, ἵνα ἀναπαυσώμεθα, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

HOMILIA LXVI.

9. *Cognovit ergo turba multa ex Judæis quia illic esset: & venerunt non propter Jesum tantum, sed ut & Lazarum viderent, quem suscitavit a mortuis.*

1. QUEMADMODUM divitiæ incautos perdere consueverunt, ita & principatus; illæ enim in avaritiam deducunt, hic in arrogantiam. Vide ergo apud Judæos subditam quidem turbam sanam, principes autem corruptos. Quod enim plebs in illum crederet, testificantur passim Evangelistæ: *Multi de turba crediderunt in eum.* Ex principibus autem multi non credebant. Ipsi vero dicunt,
Joan. 7. 48. non turba, *Numquid aliquis ex principibus credidit in eum?* Sed quid dicunt? Turba populi, qui non norunt Deum, maledicti sunt. Eos qui credebant, maledictos dicebant; se vero qui occiderunt Christum, prudentes. Hic quoque multi qui miraculum viderant, crediderunt; principes autem, non modo non contenti propriis malis erant, sed etiam Lazarum interficere tentabant. Esto Christum, qui sabbatum solvebat, qui se æqualem Patri faciebat, propter Romanos interficere quæratis, in Lazaro quid sceleris deprehendistis, ut cogitetis interficere? An beneficium accipere crimini dandum? Viden' sanguinarium illorum propositum? Atqui multa signa fecerat; sed nullum eos ita efferaverat, non paralyticus, non cæcus. Hoc enim & natura mirabilius erat & post alia multa factum. Resque stupenda erat videre mortuum quatriduanum ambulantem & loquentem. Pulcra sane

ΟΜΙΛΙΑ ξϛ'.

Ἔγνω οὖν ὄχλος πολὺς ἐκ τῶν Ἰουδαίων ὅτι ἐκεῖ ἐστι· καὶ ἦλθον, οὐ διὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ τὸν Λάζαρον ἴδωσιν, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν.

C ὪΣΠΕΡ ὁ πλοῦτος τοὺς οὐ προσέχοντας ἐκτραχηλίζειν εἴωθεν, οὕτω καὶ ἡ ἀρχή. ἐκεῖνος μὲν γὰρ εἰς πλεονεξίαν· αὕτη δὲ εἰς ἀπόνοιαν ἄγει. ὅρα γοῦν τὸ ἀρχόμενον πλῆθος τῶν Ἰουδαίων ὑγιαῖνον, τοὺς δὲ ἄρχοντας διεφθαρμένους. ὅτι γὰρ οὗτοι αὐτῷ ἐπίστευον, λέγουσι μὲν συνεχῶς οἱ εὐαγγελισταί, ὅτι πολλοὶ ἐκ τοῦ ὄχλου ἐπίστευσαν αὐτῷ· ἐκ δὲ τῶν ἀρχόντων ἠπίστουν. καὶ αὐτοὶ λέγουσιν, οὐχὶ ὁ ὄχλος, μή τις τῶν ἀρχόντων ἐπίστευσεν εἰς αὐτόν; ἀλλὰ τί φησι; τὸ πλῆθος, οἱ μὴ εἰδότες τὸν θεόν, ἐπικατάρατοί εἰσι. τοὺς πιστεύοντας ἐπικαταράτους ἔλεγον· ἑαυτοὺς δὲ ἀναιροῦντας, συνετούς. καὶ ἐνταῦ-
D θα δὲ τὸ θαῦμα θεασάμενοι, ἐπίστευον οἱ πολλοί· οἱ δὲ ἄρχοντες, οὐκ ἠρκοῦντο μόνον τοῖς οἰκείοις κακοῖς, ἀλλὰ καὶ τὸν Λάζαρον ἀνελεῖν [a] ἐπεχείρουν. ἔστω τὸν Χριστόν, ὅτι τὸ σάββατον ἔλυεν, ὅτι ἴσον ἑαυτὸν ἐποίει τῷ πατρί, διὰ τοὺς Ῥωμαίους οὓς φατέ· τῷ Λαζάρῳ τί ἔχοντες ἐγκαλεῖν, ἐπεχείρουν αὐτὸν ἀναιρεῖν; μὴ ἄρα τὸ καλῶς παθεῖν, ἔγκλημα; ὁρᾷς πῶς αὐτῶν φονικὴ ἡ προαίρεσις; καίτοι πολλὰ σημεῖα εἰργάσατο· ἀλλ' οὐδὲν αὐτοὺς οὕτω ἐξεθηρίωσεν· οὐχ ὁ παραλελυμένος· οὐχ ὁ
E τυφλός. τοῦτο γὰρ καὶ τῇ φύσει θαυμαστότερον ἦν, καὶ μετὰ πολλὰ ἐγεγόνει, καὶ ἦν παράδοξον νεκρὸν τετραήμερον ἰδεῖν περιπατοῦντα καὶ [b] φθεγγόμενον. καλὰ

[a] ἐπεχείρουν, hæc sequuntur in Florilegio. ἐβουλεύσαντο γὰρ οἱ ἀρχιερεῖς ἵνα καὶ τὸν Λάζαρον ἀποκτείνωσιν, ὅτι πολλοὶ δι' αὐτὸν ὑπῆγον τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐπίστευον εἰς τὸν Ἰησοῦν. ἔστω.

[b] Alii, φθεγξόμενον, οὐ γὰρ τῆς ἑορτῆς. Ibidem Savilius in notis, καλά γε τῆς ἑορτῆς τὰ κατορθώματα, φόνοις ἀναμιγνύντας τὴν πανήγυριν. *Locum hunc perspicue corruptum sic restitue e florilegio:* ὢ τῆς ἀνοίας τῶν ἀθέων ἀρχιερέων. καὶ γὰρ τῆς ἑορτῆς αὐτῶν ἦν κατόρθωμα, φόνοις ἀναμ- Quam perspicue corruptam seriem pronunciat Savilius, ego perspicuam omnino & claram arbitror. εἰρωνικῶς hic dicitur: *Pulcra sane festi officia, cædibus celebritatem miscere*; ac perinde clare Græca exprimunt. Florilegus autem multa de his addidit, quæ in Chrysostomi commentariis non erant. Infra, ἐκεῖ μὲν ἐδόκουν ἐγκαλεῖν: *illic accusabant eum.* In onomastico Athanasiano, & alibi non semel diximus exemplisque confirmavimus vocem δοκεῖν non minuere affirmationem, ut neque *videtur* apud Scriptores Latinos inferioris ævi. *Ubi Maiolus Abbas praeesse videtur.* Vide onomasticon illud.

γε τῆς ἑορτῆς τὰ κατορθώματα, φόνοις ἀναμιγνύναι τὴν πανήγυριν. ἄλλως δέ· ἐκεῖ μὲν ἐδόκουν ἐγκαλεῖν τὸ σάββατον, καὶ ταύτῃ ἀπῆγον τοὺς ὄχλους· ἐνταῦθα δὲ, ἐπειδὴ μηδὲν εἶχον μέμψασθαι, κατὰ τοῦ θεραπευομένου ποιοῦνται τὴν ἐπιχείρησιν. ἐνταῦθα γὰρ, οὐδὲ ὅτι ἐναντιοῦται τῷ πατρὶ εἶχον εἰπεῖν. ἡ γὰρ εὐχὴ αὐτοὺς ἐπεστόμιζεν. ἐπεὶ οὖν καὶ ὃ ἀεὶ ἐνεκάλουν ἀνῄρητο, καὶ τὸ σημεῖον λαμπρὸν ἦν, ἐπὶ τὸν φόνον ὁρμῶσιν. ὥστε καὶ ἐπὶ τοῦ τυφλοῦ τοῦτο ἂν ἐποίησαν, εἰ μὴ εἶχον ἐγκαλεῖν τὸ σάββατον. ἄλλως δέ· ἐκεῖνος μὲν ἄσημος ἦν, καὶ ἐξέβαλον αὐτὸν ἐκ τοῦ ἱεροῦ· οὗτος δὲ ἐπίσημος. καὶ δῆλον, ἐκ τοῦ πολλοὺς ἐλθεῖν εἰς παραμυθίαν τῶν ἀδελφῶν, καὶ πάντων ὁρώντων τὸ θαῦμα ἐγένετο, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς παραδοξοποιΐας. διὰ τοῦτο πάντες ἔτρεχον ὀψόμενοι. τοῦτο οὖν αὐτοὺς ἔδακνε. τὸ τῆς ἑορτῆς ἑστώσης πάντας ἀφέντας ἐπὶ τὴν Βηθανίαν ἔρχεσθαι. ἐπεχείρησαν οὖν αὐτὸν ἀνελεῖν, καὶ οὐδὲ ἐδόκουν τολμᾶν· οὕτως ἦσαν φονικοί. καὶ διὰ τοῦτο ἀρχόμενος ὁ νόμος, ἀπὸ τούτου ἄρχεται· οὐ φονεύσεις. καὶ ὁ προφήτης τοῦτο ἐγκαλεῖ· αἱ χεῖρες αὐτῶν αἵματος πλήρεις. πῶς οὖν παῤῥησίᾳ μὴ περιπατῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ εἰς τὴν ἔρημον ἀναχωρῶν, πάλιν εἰσέρχεται μετὰ παῤῥησίας; σβέσας τὸν θυμὸν τῇ ἀναχωρήσει, πεπαυμένοις αὐτοῖς ἐφίσταται. ἄλλως δὲ, τὸ πλῆθος τὸ προάγον καὶ τὸ ἑπόμενον ἱκανὸν ἦν εἰς ἀγωνίαν αὐτοὺς ἐμβαλεῖν. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐπεσπάσατο αὐτοὺς σημεῖον, ὡς τὸ τοῦ Λαζάρου. καὶ ἄλλος δὲ εὐαγγελιστής φησιν, ὅτι ὑπέστρωσαν τοῖς ποσὶν αὐτοῦ τὰ ἱμάτια, καὶ ὅτι πᾶσα ἡ πόλις ἐσείσθη· μετὰ τοσαύτης εἰσῄει τιμῆς. ἐποίει δὲ τοῦτο, προφητείαν τὴν μὲν τυπῶν, τὴν δὲ πληρῶν· καὶ τὸ αὐτὸ τῆς μὲν ἐγένετο ἀρχὴ, τῆς δὲ τέλος. τὸ μὲν γὰρ, χαῖρε ὅτι ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πρᾶος, προφητείαν πληροῦντος ἦν· τὸ δὲ ὄνου καθίσαι, μέλλον πρᾶγμα [a] προδιατυποῦντος, ὅτι τὸ ἀκάθαρτον τῶν ἐθνῶν γένος ἔμελλεν ὑποχείριον ἔχειν. πῶς δὲ οἱ ἄλλοι φασὶν, ὅτι μαθητὰς ἔπεμψε καὶ εἶπεν· λύσατε τὴν ὄνον καὶ τὸν πῶλον· οὗτος δὲ οὐδὲν τοιοῦτόν φησιν, ἀλλ' ὅτι ὀνάριον εὑρὼν ἐπεκάθισεν; ὅτι ἀμφότερα γενέσθαι εἰκὸς ἦν, καὶ μετὰ τὸ λυθῆναι τὴν ὄνον ἀγόντων τῶν μαθητῶν, εὑρόντα αὐτὸν ἐπικαθίσαι. τὰ δὲ βάϊα τῶν φοινίκων καὶ τῶν ἐλαιῶν ἔλαβον, καὶ τὰ ἱμάτια ὑπεστόρεσαν, δεικνύντες ὅτι λοιπὸν μείζονα ἢ περὶ προφήτου δόξαν εἶχον περὶ αὐτοῦ, καὶ ἔλεγον, ὡσαννὰ εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. ὁρᾷς ὅτι τοῦτο μάλιστα αὐτοὺς ἀπέπνιγε, τὸ πεισθῆναι πάντας ὅτι οὐκ ἔστιν ἀντίθεος; καὶ τοῦτο μάλιστα διῄρει τὸν δῆμον, τὸ λέγειν αὐτὸν παρὰ τοῦ πατρὸς ἥκειν. τί δέ ἐστι, χαῖρε σφόδρα θύγατερ Σιών; ἐπειδὴ πάντες αὐτῶν οἱ βασιλεῖς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἄδικοί τινες, ἦσαν καὶ πλεονέκται, καὶ προέδωκαν αὐτοὺς τοῖς ἐχθροῖς, καὶ τὸ πλῆθος διέστρεφον, καὶ ὑπευθύνους ἐποίουν τοῖς πολεμίοις, θάῤῥει, φησίν· οὗτος

[a] Alii, προανατυποῦντος.

A festi officia, cædibus celebritatem miscere. Præterea, illic de violato sabbato accusabant eum; & hac ratione populum abducebant; hic vero quia nihil poterant criminis offerre, contra suscitatum machinantur. Neque poterant hic dicere ipsum esse Patri adversarium; precatio enim cohibebat illos. Quoniam igitur sublata erat assidua illa accusandi materia, signumque conspicuum erat, ad cædem feruntur: idipsamque facturi erant erga cæcum, nisi sabbati crimen adfuisset. Alioquin ignobilis ille erat, ejeceruntque illum de templo: hic au-
B tem vir insignis, ut liquet ex eo quod multi sorores ejus consolatum venerint, & miraculum videntibus omnibus editum fuerat, atque stupendo modo. Ideo omnes visum accurrebant. Hoc illos mordebat: quod instante solennitate, illa missa omnes Bethaniam advolarent. Illum ergo occidere moliti sunt, & nihil audere sibi videbantur; ita sanguinarii erant. Ideo lex ab his verbis incipit, *Non occides*, & de hoc propheta accusat, *Manus eorum sanguine plenæ.* Quomodo ergo cum non palam in Judæa ambularet, & in desertum secessisset, iterum fiden-
C ter intrat? Postquam secessu iram illorum sedaverat, jam quietos adit. Alioquin plebs præcedens & subsequens poterat illis metum incutere: nihil enim eam ita allexerat, ut signum Lazari. Alius porro Evangelista dicit, ***Straverunt** sub pedibus ejus vestimenta, & omnis civitas commota est*; cum tanto scilicet honore ingrediebatur. Hoc porro faciebat ut prophetiam aliam figuraret, aliam impleret: & idem fuit alterius principium, alterius finis. Nam illud: *Lætare quia rex tuus venit tibi mansuetus*, prophetiam implet; quod autem asino insideat, rem futuram præsignificat, quia
D immundum gentilium genus subditum habiturus erat. Quomodo autem alii dicunt ipsum discipulos misisse & dixisse, *Solvite asinam & pullum*; hic vero nihil simile dicit, sed invento asello insedisse? utrumque factum esse credibile est, & post solutam asinam, ducentibus discipulis, invento asello Christum insedisse. Ramos autem palmarum & olivarum acceperunt, & vestimenta straverunt, ostendentes se majorem de illo, quam de Propheta, opinionem habere. Et dicebant: 13. *Hosanna, Benedictus qui venit in no-*
E *mine Domini.* Vides hoc maxime illos dolore obruisse, quod omnes persuasum haberent ipsum non esse Deo adversarium? Et hoc maxime populum scindebat, quod se diceret a Patre venire. Quid sibi vult illud, 15. *Lætare multum, filia Sion?* Quia omnes ipsorum reges ut plurimum iniqui erant & cupidi, ipsosque hostibus tradebant, plebem subvertebant & hostibus subditos reddebant; *Confide*, inquit, Hic non talis

Exod. 20.
Isai. 1 15.
Luc 19 36.
Matth. 21. 10.
Matth. 21. 5.
Marc. 11. 5.

est, sed mansuetus & mitis, quod ex asina ostenditur. Neque enim exercitu stipatus ingressus est, sed cum asina tantum. 16. *Hoc autem nesciebant*, inquit, *discipuli ejus quod scriptum de illo esset.* Viden' illos plurima ignorasse, quia ipse nondum eis revelaverat? Nam cum dixit, *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud:* neque tunc intellexerunt discipuli ejus. Et alius Evangelista dicit absconditum fuisse sermonem ab eis, nec scivisse resurrecturum illum esse a mortuis. Sed hoc jure absconditum illis erat: quapropter alius Evangelista narrat ipsos singula audientes doluisse & mœstos fuisse; id autem contingebat quod resurrectionem non nossent: & jure id occultabatur ipsis, quia illorum captum superabat. Asinæ vero historia cur illis occulta fuit? Quia hæc quoque res magna erat.

Ignorantia Apostolorum ante mortem Christi.

Matth. 17. 23.

[a] Editi, σάββατα κατηγοροῦντες. Savil. putat legendum, τηροῦντες. Quatuo autem ex mss. nostris, σάββατα τηροῦντες habent, quæ est haud dubie vera lectio.

intelligit, discedit, & rursus comparet, & ab humilibus iterum incipit. Et ubinam hoc fecit? Imo ubi non fecit? Vide quid initio dicat:
Joan. 5. 30. *Sicut audio, judico:* deinde sublimius,
Joan. 5. 21. *Sicut enim Pater suscitat mortuos & vivificat, sic & Filius quos vult vivificat.* Iterumque,
Joan. 8. 50. *Ego non judico vos, alius est qui judicat.* Rursumque secedit, posteaque in Galilæa comparens,
Joan. 6. 27. *Operamini*, inquit, *non cibum qui perit.* Et cum magna de se dixisset, quod ex cælo descenderit, quod vitam æternam det, rursum abscedit. Et in scenopegia rursum adstans, idipsum facit.

2. Ac perpetuo videas illum doctrinam suam variantem, præsentiâ, absentiâ, humilibus, sublimibus verbis: quod etiam hic fecit: *Cum autem tanta signa fecisset, non crediderunt in eum*, inquit, 38. *ut impleretur sermo Esaïæ, quem dixit: Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui revelatum est?* Et rursum, *Non potuerunt*, inquit, *credere, quia dixit Esaïas, Auditu audietis, & non intelligetis.* 41. *Hæc autem dixit quando vidit gloriam ejus, & loquutus est de eo.* Ecce iterum hoc, *quia*, &, *dixit*, non causales sunt voces, sed eventum significantes. Neque enim quia id dixit Esaïas, ideo non crediderunt; sed quia credituri non erant, ideo hæc dixit Esaïas. Cur ergo non ita loquitur Evangelista, sed incredulitatem a prophetia, non prophetiam ab incredulitate esse dicit; imo in sequentibus illud significantius ponit sic loquens, *Propterea non poterant credere, quia dixit Esaïas.* Hic pluribus vult significare Scripturæ veracitatem, & quod quæ illa prædixit, non alio quam quo dixit modo evenerint. Ne quis enim diceret, Cur venit Christus? Non sciebat non credituros illos? Prophetas inducit, qui hoc præsciverunt. Venit autem, ne aliquam peccati sui excusationem haberent. Quæ enim prædixit Propheta, ut prorsus futura prædixit; nisi enim omnino futura essent, non prædixisset. Erant autem prorsus futura, cum illi incurabiles essent. Illud autem, *non potuerunt*, id est, noluerunt. Nec mireris: nam alibi ait: *Qui potest capere, capiat.*
Prophetiæ nullam imponunt necessitatem.
Matth. 19. 12.
Sic sæpe solet potestatem pro voluntate ponere. Iterumque,
Joan. 7. 7. *Non potest mundus vos odio habere, me autem odio habet.* Quod etiam in communi usu observatur; ut cum dicit quispiam, Non possum illum talem amare, voluntatis vehementiam potestatem vocans: ac rursum, Ille talis fieri non potest bonus. Et propheta quid ait?
Jer. 13. 23. *Si mutabit Æthiops pellem suam, & pardus maculas suas, & populus hic poterit bene facere, qui didicit mala.* Non ideo hæc dicit quod non possint illi virtutem exercere; sed quod nollent, ideo non posse. Hoc autem hic sibi vult Evangelista, non posse mentiri prophetam, neque tamen

a Savil. ἄλλος ἐστὶν ὁ κρίνων. Morel. ἀλλ' ἐστὶν ὁ κρίνων

A ειρημένους ὑποχωρεῖ, καὶ πάλιν ἐφίσταται, καὶ ἀπὸ ταπεινῶν προοιμιάζεται πάλιν. καὶ ποῦ τοῦτο ἐποίησε; ποῦ γὰρ οὐκ ἐποίησεν; ὅρα γοῦν ἐν ἀρχῇ τί φησι· καθὼς ἀκούω, κρίνω. εἶτα ὑψηλότερον, ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ. πάλιν, ἐγὼ οὐ κρίνω ὑμᾶς, a ἄλλος ἐστὶν ὁ κρίνων. εἶτα ἀναχωρεῖ πάλιν· εἶτα ἐπιστὰς τῇ Γαλιλαίᾳ, ἐργάζεσθε, φησι, μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην· καὶ εἰπὼν περὶ αὐτοῦ μεγάλα, ὅτι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκεν, ὅτι ζωὴν αἰώνιον δίδωσι, πάλιν ἀναχωρεῖ. καὶ τῇ σκηνοπηγίᾳ πάλιν ἐπιστὰς, τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖ.

B Καὶ διηνεκῶς ἴδοι τις ἂν οὕτω ποικίλλοντα τὴν διδασκαλίαν, παρουσίᾳ, ἀπουσίᾳ, ταπεινοῖς, ὑψηλοῖς λόγοις. ὃ καὶ ἐνταῦθα πεποίηκε. τοσαῦτα δὲ αὐτοῦ σημεῖα πεποιηκότος, οὐκ ἐπίστευον εἰς αὐτόν, φησιν, ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος Ἠσαΐου ὃν εἶπεν· κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; καὶ πάλιν· οὐκ ἠδύναντό, φησι, πιστεύειν ὅτι εἶπεν Ἠσαΐας. ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε. ταῦτα δὲ εἶπεν, ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ. ἰδοὺ πάλιν τὸ, ὅτι, καὶ εἶπεν, οὐχὶ αἰτιολογίας, ἀλλ' ἐκβάσεως. οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ εἶπεν
C Ἠσαΐας, οὐκ ἐπίστευον· ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἔμελλον πιστεύειν, διὰ τοῦτο εἶπεν Ἠσαΐας. τί οὖν οὐχ οὕτως εὐαγγελιστὴς λέγει, ἀλλὰ τὴν ἀπιστίαν ἀπὸ τῆς προφητείας, οὐ τὴν προφητείαν ἀπὸ τῆς ἀπιστίας εἶναί φησι· καὶ προϊὼν, σφοδρότερον τοῦτο αὐτὸ τίθησιν, οὕτω λέγων· διὰ τοῦτο οὐκ ἠδύναντο πιστεύειν, ὅτι εἶπεν Ἠσαΐας; ἐντεῦθεν παραστῆσαι διὰ πολλῶν βούλεται τὸ τῆς γραφῆς ἀψευδές· καὶ ὅτι ἅπερ προεφήτευσεν, οὐχ ἑτέρως ἐξέβη, ἀλλ' ὡς εἶπεν. ἵνα γὰρ μή τις λέγῃ, καὶ τίνος ἕνεκεν ἦλθεν ὁ Χριστός; οὐκ ᾔδει ὅτι οὐκ ἔμελλον αὐτῷ προσέχειν; καὶ τοὺς προφήτας εἰσάγει τοῦτο
D εἰδότας. ἦλθε δὲ, ἵνα πρόφασιν μὴ ἔχωσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν. ἃ γὰρ προεῖπεν ὁ προφήτης, ὡς πάντως ἐσόμενα προεῖπεν. εἰ γὰρ μὴ πάντως ἔμελλεν ἔσεσθαι, οὐκ ἂν προεῖπε· πάντως δὲ ἔμελλεν ἔσεσθαι, ἐπειδὴ ἀνιάτως εἶχον ἐκεῖνοι. εἰ δὲ κεῖται τὸ, οὐκ ἠδύναντο, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἤθελον κεῖται. καὶ μὴ θαυμάσῃς. καὶ γὰρ καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω. οὕτως οἶδε πολλαχοῦ δύναμιν τὴν προαίρεσιν λέγειν. καὶ πάλιν· οὐ δύναται ὁ κόσμος μισεῖν ὑμᾶς· ἐμὲ δὲ μισεῖ. τοῦτο δὲ καὶ ἐν τῇ κοινῇ συνηθείᾳ φυλαττόμενον ἴδοι τις ἄν. ὡς ὅταν λέ-
E γῃ τις· οὐ δύναμαι ἀγαπῆσαι τὸν δεῖνα· τὸ σφοδρὸν τῆς βουλήσεως δύναμιν λέγων. καὶ πάλιν· οὐ δύναται ὁ δεῖνα γενέσθαι χρηστός. καὶ ὁ προφήτης δὲ, τί φησιν; εἰ ἀλλάξεται Αἰθίοψ τὸ δέρμα αὐτοῦ, καὶ πάρδαλις τὰ ποικίλματα αὐτῆς, καὶ ὁ λαὸς οὗτος δυνήσεται εὖ ποιῆσαι μεμαθηκὼς κακά. οὐ τοῦτό φησιν, ὅτι ἀδύνατος αὐτοῖς ἡ τῆς ἀρετῆς ἐργασία· ἀλλ' ὅτι οὐ βούλονται, διὰ τοῦτο οὐ δύνανται. καὶ ὃ λέγει ὁ εὐαγγελιστὴς, τοῦτό φησιν, ὅτι ἀδύνατον ἦν ψεύσασθαι τὸν προφήτην. οὐ μὴν

διὰ τοῦτο ἀδύνατον ἦν αὐτοὺς πιστεῦσαι· ἐνῆν γὰρ καὶ πιστευσάντων αὐτῶν ἀψευδῆ μένειν. οὐ γὰρ ἂν ταῦτα προεῖπεν, εἰ πιστεύειν ἔμελλον. τί οὖν φησιν, οὐχ οὕτως εἶπεν; ὅτι ἰδιώματά τινα ἡ γραφὴ τοιαῦτα ἔχει, καὶ δεῖ τοῖς νόμοις αὐτῆς παραχωρεῖν. ταῦτα δὲ εἶπεν, ὅτε εἶδεν τὴν δόξαν αὐτοῦ. τίνος; τοῦ πατρός. πῶς οὖν ὁ Ἰωάννης περὶ τοῦ υἱοῦ λέγει, ὁ δὲ Παῦλος περὶ τοῦ πνεύματος; οὐχ ὡς συναλείφοντες τὰς ὑποστάσεις· ἀλλὰ μίαν ἀξίαν δηλοῦντες εἶναί φησι. καὶ γὰρ τὰ τοῦ πατρὸς, τοῦ υἱοῦ, [a] καὶ τὰ τοῦ υἱοῦ, τοῦ πνεύματός ἐστι. καίτοι πολλὰ δι' ἀγγέλων εἶπε, καὶ οὐδεὶς λέγει, καθὼς εἶπεν ὁ ἄγγελος· ἀλλὰ τί; ὁ θεὸς εἶπεν. τὰ μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ θεοῦ δι' ἀγγέλων εἰρημένα, τοῦ θεοῦ ἂν εἴη· οὐκ ἔτι δὲ τὰ τοῦ θεοῦ, τῶν ἀγγέλων. ἐνταῦθα δὲ, τοῦ πνεύματός φησιν εἶναι τὰ ῥήματα, καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ. τί ἐλάλησεν; εἶδον τὸν κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. δόξαν οὖν ἐνταῦθά φησι, τὴν ὄψιν ἐκείνην· τὸν καπνόν· τὸ ἀκοῦσαι μυστηρίων ἀπορρήτων· τὸ ἰδεῖν τὰ Σεραφίμ· τὴν ἀστραπὴν τὴν ἀπὸ τοῦ θρόνου πηδῶσαν, ἣν ἀντιβλέψαι αἱ δυνάμεις οὐκ εἶχον ἐκεῖναι. καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ. τί ἐλάλησεν; ὅτι ἤκουσε φωνὴν λέγουσαν· τίνα ἀποστείλω, καὶ τίς πορεύσεται; καὶ εἶπον· ἰδοὺ ἐγώ εἰμι, ἀπόστειλόν με. καὶ εἶπεν· ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. ἐτύφλωσε γὰρ αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν, μή ποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσιν. ἰδοὺ πάλιν ἕτερον ζήτημα· ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἐὰν ὀρθῶς προσέχωμεν. ὥσπερ γὰρ ὁ ἥλιος τῶν ἀσθενῶν πλήττει τὰς ὄψεις, οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν μὴ προσεχόντων τοῖς τοῦ θεοῦ λόγοις γίνεται. οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Φαραὼ τὴν καρδίαν σκληρῦναι λέγεται. οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν φιλονεικούντων τι τοῖς τοῦ θεοῦ λόγοις. ἰδίωμα δὲ καὶ τοῦτο τῆς γραφῆς, καὶ τὸ παρέδωκεν εἰς ἀδόκιμον νοῦν, καὶ τὸ ἀπένειμε τοῖς ἔθνεσι· τουτέστι συνεχώρησεν, ἀφῆκεν. οὐχὶ γὰρ ἐνεργοῦντα αὐτὸν ἐνταῦθα εἰσάγει, ἀλλ' ἐκ τῆς ἑτέρων πονηρίας ταῦτα γινόμενα δείκνυσιν. ὅταν γὰρ ἐγκαταλειφθῶμεν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, παραδιδόμεθα τῷ διαβόλῳ· τῷ διαβόλῳ δὲ παραδοθέντες, μυρία πάσχομεν δεινά. φοβῶν τοίνυν τὸν ἀκροατήν, φησιν· ἐσκλήρυνε καὶ παρέδωκεν. ὅτι γὰρ αὐτὸς οὐ μόνον οὐ παραδίδωσιν, ἀλλ' οὐδὲ ἐγκαταλιμπάνει ἐὰν μὴ βουληθῶμεν, ἄκουσον τί φησιν· οὐχὶ αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν διϊστῶσιν ἀναμέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν; καὶ πάλιν· οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ, ἀπολοῦνται. ὁ δὲ Ὡσηέ φησιν· ἐπελάθου νόμου θεοῦ σου, ἐπιλήσομαί σου κἀγώ. καὶ αὐτὸς δὲ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις· ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα ὑμῶν, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; καὶ ὁ Ἡσαΐας δὲ πάλιν· ἦλθον, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος· ἐκάλεσα, καὶ οὐκ ἦν ὑπακουσόμενος. ταῦτα δὲ λέγει, δεικνὺς ἡμᾶς ἀρχομένους τῆς ἐγκαταλείψεως, καὶ αἰτίους γινομένους τῆς ἀπωλείας. ὁ γὰρ θεὸς, οὐ μόνον οὐ καταλιπεῖν οὐδὲ κολάσαι βούλεται· ἀλλὰ καὶ ὅτε κολάζει, μὴ θέλων αὐτὸ ποιεῖ. οὐ βούλομαι γάρ,

A ideo impossibile erat illos credere. Poterat enim fieri ut etiam illis credentibus verax esset propheta: neque enim hæc dixisset si credituri fuissent. Cur, inquies, non ita dixit? Quia tales quasdam proprietates habet Scriptura, & id ejus legibus concedendum. Hæc porro dixit cum vidit gloriam ejus. Cujus? Patris. Cur ergo Joannes de Filio loquitur, & Paulus de Spiritu? Non ut confundentes hypostases, sed unam significantes dignitatem. Nam quæ Patris sunt, Filii sunt, & quæ Filii, Patris. Atqui multa per Angelos dixit, & nemo
B tamen ait, Sicut dixit Angelus: sed quid? Deus dixit. Quæ enim a Deo per Angelos dicta sunt, Dei sunt, non item quæ Dei sunt, Angelorum sunt. Hic vero ait verba Spiritus esse. *Et loquutus est de eo.* Quid loquutus est? *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, &c.* Isai. 6. 1.
Gloriam ergo hic dicit visionem illam, fumum, arcana audisse mysteria; Seraphim vidisse, fulgur a throno exsiliens, in quod respicere potestates illæ non valebant. *Et loquutus est de eo.* Quid loquutus est? Quod audierit vocem di-
C centem, *Quem mittam, & quis ibit? Et dixi, Ecce ego sum, mitte me: & dixit, Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & nescietis. Excæcavit enim oculos eorum, & induravit cor eorum, ne forte videant oculis, & corde intelligant.* Isai. 6. 8.
En rursus aliam quæstionem, quæ nulla tamen est si recte attendamus. Quemadmodum enim sol debiles oculos percellit, non per propriam naturam; sic quoque accidit iis qui Dei verbis non attendunt. Ita & Pharaonis cor indurasse dicitur, quod accidit illis etiam qui Dei dictis repugnant. Proprietas autem hæc Scripturæ est; ut &
D illud, *Tradidit eos in reprobum sensum*; Rom. 1. 28.
& illud, *Distribuit gentibus*; id est, concessit, dimisit. Deut. 4. 19.
Non enim illum hic operantem inducit; sed ex aliorum nequitia hæc facta esse significat. Cum enim derelinquimur a Deo, tradimur diabolo; diabolo traditi innumeris afficimur malis. Ut auditorem ergo terreat, ait, *induravit*, &, *tradidit*. Nam quod ille non modo non tradat, sed nec nos deserat, nisi nolimus, audi quid dicat: *Nonne peccata vestra dividunt me a vobis?* Isai. 59. 2.
Ac rursum, *Qui elongant se a te* Ps. 72. 27.
E *peribunt.* Osee autem dicit: *Oblita es legis Dei tui, & ego tui obliviscar*; Osee. 4. 6.
& ipse in Evangeliis: *Quoties volui congregare filios vestros, & noluistis?* Luc. 13. 34.
Et Esaïas rursum: *Veni, & non erat homo: vocavi, & non erat qui audiret.* Isai. 50. 2.
Hæc autem dicit ut ostendat nos priores in causa esse cur derelinquamur, & cur pereamus. Deus enim non modo nec relinquere, nec punire nos vult; sed etiam quando punit, non libens hoc facit. *Nolo enim,* Ezech. 18. 32.

[a] Savil. καὶ τὰ τοῦ υἱοῦ, τοῦ πνεύματός ἐστι, & sic omnes fere manuscripti.

inquit, *mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat.* Christus autem de excidio Jerosolymæ lacrymatur. Quod nos etiam erga amicos facimus.

3. Hæc cum sciamus, nihil non agamus ne nos separemus a Deo, sed animæ nostræ curæ, amorique fraterno operam demus, neque nostra discerpamus membra. Illud enim furentium & mente captorum est; sed quanto pejus affectos videmus, tanto majorem impendamus curam. Nam multos sæpe conspicimus, difficilibus insanabilibusque corporis morbis laborare, nec finem facimus imponendi pharmaca. Quid podagra, quid chiragra pejus? Num ideo membra abscindimus? Minime. Sed nihil non facimus ut saltem leniamus, si sanare non possimus. Hoc & circa fratres nostros faciamus. Si incurabili morbo laborent, curare perseveremus, aliorumque onera mutuo feramus. Sic enim Christi legem implebimus, & promissa consequemur bona, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria simulque Spiritui sancto in sæcula sæculorum, amen.

A φησι, τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. ὁ δὲ [a] Χριστὸς καὶ ἐπὶ τῇ καταστροφῇ Ἰερουσαλὴμ δακρύει· ὃ καὶ ἡμεῖς ἐπὶ φίλων ποιοῦμεν.

Ταῦτ' οὖν εἰδότες, πάντα πράττωμεν ὥστε μὴ ἀφίστασθαι τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐχώμεθα τῆς κατὰ ψυχὴν ἐπιμελείας καὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους ἀγάπης, καὶ μὴ ἀποσπάττωμεν ἡμῶν τὰ [b] μέλη· τοῦτο γὰρ μαινομένων καὶ ἐξεστηκότων ἐστίν· ἀλλ' ὅσῳ ἂν κακῶς διακειμένους ἴδωμεν, θεραπεύσωμεν μᾶλλον. καὶ γὰρ καὶ ἐν τοῖς [c] σώμασι πολλοῖς πολλάκις ὁρῶμεν δυσχερῆ ἔχοντας καὶ ἀνίατα νοσήματα, καὶ οὐ παυόμεθα ἐπιτιθέντες φάρ-
B μακα. τί γὰρ ποδαλγίας χεῖρον; τί δὲ χειράγρας; ἆρ' οὖν περικόπτωμεν τὰ κῶλα; οὐδαμῶς· ἀλλὰ πάντα ποιοῦμεν ὥστε παραμυθίας τινὸς ἀπολαῦσαι, ἐπειδὴ λῦσαι τὸ κακὸν οὐ δυνάμεθα. τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἀδελφῶν ποιῶμεν. κἂν ἀνίατα νοσῶσι, μένωμεν θεραπεύοντες, καὶ βαστάζωμεν ἀλλήλων τὰ βάρη. οὕτω γὰρ πληρώσομεν καὶ τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ, καὶ τευξόμεθα τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

HOMILIA LXIX.

42. *Verumtamen ex principibus multi crediderunt in eum. Sed propter Pharisæos non confitebantur, ut de synagoga non ejicerentur. 43. Dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam Dei.*

Avaritia gravissimus morbus. 1. PRAVI omnes animi affectus, omnino fugiendi nobis sunt; sed longe magis ii, qui plura pariunt peccata: exempli causa, avaritia, quæ ex se gravis est morbus; sed longe gravior efficitur, quia radix & mater est omnium malorum. Ejusmodi est inanis gloria. Ecce hi ob gloriæ cupidinem a fide sunt avulsi: Nam *multi*, ait, *ex principibus crediderunt in eum; sed propter Judæos non confitebantur, ut de synagoga non ejicerentur*; id quod illis supra dicebat:
Joan. 5. 44. *Quomodo potestis credere, gloriam ab invicem accipientes, & gloriam, quæ a solo Deo est non quærentes?* Non ergo principes erant, sed servi, extrema servitute; cæterum hic postea timor sublatus est. Nusquam enim sub Apostolis hoc morbo captos videmus; nam tunc & principes & sacerdotes crediderunt: gratia enim Spiritus superveniens illos omnes adamante firmiores reddidit. Cum igitur hoc ne tunc crederent impediret, audi quid dicat: 44. *Qui credit in me, non*

C ΟΜΙΛΙΑ ξθ'.

Ὅμως μέντοι καὶ ἐκ τῶν ἀρχόντων πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν· ἀλλὰ διὰ τοὺς Φαρισαίους οὐχ ὡμολόγουν, ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται. ἠγάπησαν γὰρ τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων [d] μᾶλλον ἤπερ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ.

ΠΑΝΤΑ μὲν φεύγειν ὁμοίως ἡμῖν ἀναγκαῖον τὰ τὴν ψυχὴν διαφθείροντα πάθη· πολλῷ δὲ πλέον ἐκεῖνα τὰ πολλὰ καὶ ἐξ ἑαυτῶν τίκτοντα ἁμαρτήματα·
D οἷόν τι λέγω, ἡ φιλαργυρία. ἔστι μὲν οὖν καθ' ἑαυτὸ δεινὸν τὸ νόσημα· πολλῷ δὲ γίνεται χαλεπώτερον, ὅτι ῥίζα καὶ μήτηρ ἐστὶ πάντων τῶν κακῶν. τοιοῦτον καὶ ἡ κενοδοξία. ἰδοὺ γοῦν καὶ οὗτοι τῆς πίστεως διὰ τὸν τῆς δόξης ἀπερράγησαν ἔρωτα. πολλοὶ γάρ, φησιν, καὶ ἐκ τῶν ἀρχόντων ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν· διὰ δὲ τοὺς Ἰουδαίους οὐχ ὡμολόγουν, ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι [e] γένωνται. ὅπερ οὖν καὶ αὐτοῖς ἄνωθεν ἔλεγε, πῶς δύνασθε πιστεύειν δόξαν παρ' ἀλλήλων λαμβάνοντες, καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου Θεοῦ οὐ ζητοῦντες; οὐκ ἄρα ἄρχοντες ἦσαν, ἀλλὰ
E δοῦλοι, δουλείαν τὴν ἐσχάτην. πλὴν ἀλλὰ καὶ οὗτος ὕστερον ἐλύθη ὁ φόβος· οὐδαμοῦ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων ὁρῶμεν τούτῳ κατεχομένους τῷ πάθει. καὶ γὰρ ἄρχοντες ἐπ' ἐκείνων ἐπίστευσαν καὶ ἱερεῖς. ἡ γὰρ τοῦ πνεύματος χάρις ἐλθοῦσα, πάντας αὐτοὺς ἀδάμαντος ἐποίησε στερροτέρους. ἐπεὶ οὖν τοῦτο ἦν τὸ κωλῦον αὐτοὺς πιστεῦσαι τότε, ἄκουσον τί φησιν· ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, οὐ

a Alii, Χριστὸς ἀπολλῦσθαι μέλλουσαν τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ δακρύει, ὁ καί.
b Quidam, μέλη, ἅπερ μαινομένων.
c Alii, σώμασι πολλὰ πολλάκις.

d Savil. μᾶλλον ἤπερ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, & sic legitur in vulgatis exemplaribus. Morel. μᾶλλον ὑπὲρ τὴν τοῦ Θεοῦ.
e Morel. γένωνται. καὶ ἅπερ οὖν αὐτοῖς.

πιστεύει

A πιστεύει εἰς ἐμὲ, ἀλλ' εἰς τὸν πέμψαντά με. ὡσανεὶ ἔλεγε· τί δεδοίκατε πιστεῦσαι εἰς ἐμέ; εἰς τὸν Θεὸν ἡ πίστις διαβαίνει δι' ἐμοῦ, ὥσπερ οὖν καὶ ἡ ἀπιστία. ὅρα πῶς διὰ πάντων τὸ ἀπαράλλακτον δείκνυσι τῆς οὐσίας. καὶ οὐκ εἶπεν, ὁ πιστεύων ἐμοὶ, ἵνα μή τις εἴπῃ, ὅτι τῶν ῥημάτων ἕνεκεν ἔλεγεν, ὃ καὶ ἐπ' ἀνθρώπων δυνατὸν ἦν εἰπεῖν. ὁ γὰρ τοῖς ἀποστόλοις πιστεύων, οὐκ αὐτοῖς πιστεύει, ἀλλὰ τῷ Θεῷ· ἀλλ' ἵνα μάθῃς, ὅτι περὶ τῆς εἰς τὴν οὐσίαν πίστεως αὐτοῦ φησιν. οὐκ εἶπεν, ὁ πιστεύων μου τοῖς ῥήμασιν· ἀλλ' ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ. καὶ διατί μηδαμοῦ, φησὶν, εἶπεν ἀντιστρόφως· ὁ πιστεύων εἰς τὸν πατέρα, οὐκ εἰς τὸν πατέρα πιστεύει, B ἀλλ' εἰς ἐμέ; ὅτι εἶπον ἂν, ἰδοὺ ἡμεῖς πιστεύομεν εἰς τὸν πατέρα, καὶ εἰς σὲ οὐ πιστεύομεν· καὶ γὰρ ἀσθενέστερον ἔτι διέκειντο. τοῖς γοῦν μαθηταῖς διαλεγόμενος οὕτως εἶπε· πιστεύετε εἰς τὸν Θεὸν, καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε. τούτους δὲ ἀσθενεστέρους ὁρῶν πρὸς τὸ τοιαῦτα ἀκοῦσαι ῥήματα, ἄλλως ἐνάγει. δείκνυσιν οὖν ὅτι οὐκ ἔστι πιστεῦσαι τῷ πατρὶ, μὴ πιστεύσαντας εἰς αὐτόν. καὶ ἵνα μὴ νομίσῃς, ὅτι ὡς ἐπ' ἀνθρώπου εἴρηται, ἐπάγει· ὁ θεωρῶν ἐμὲ, θεωρεῖ τὸν πέμψαντά με. τί οὖν; σῶμά ἐστιν ὁ Θεός; οὐδαμῶς. θεωρίαν γὰρ τὴν τοῦ νοῦ φησιν ἐνταῦθα, καὶ ἐντεῦθεν τὸ ὁμοούσιον δηλῶν. καὶ τί ἐστιν, ὁ πι- C στεύων εἰς ἐμέ; ὡς ἂν εἴποι τις· ὁ τὸ τοῦ ποταμοῦ ἀναιρούμενος ὕδωρ, οὐ τὸ τοῦ ποταμοῦ, ἀλλὰ τὸ τῆς πηγῆς λαμβάνει. μᾶλλον δὲ καὶ αὕτη ἔτι ἀσθενεστέρα ἡ εἰκὼν πρὸς τὸ προκείμενον. ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα. ἐπειδὴ γὰρ ὁ πατὴρ τούτῳ καλεῖται πανταχοῦ ἐν τῇ παλαιᾷ καὶ ἐν τῇ καινῇ, καὶ αὐτὸς κέχρηται τῷ ὀνόματι. διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἀπαύγασμα αὐτὸν καλεῖ ἐντεῦθεν μαθών. καὶ πολλὴν δείκνυσιν ἐνταῦθα τὴν πρὸς τὸν πατέρα συγγένειαν, καὶ οὐδὲν τὸ μέσον, εἴ γε τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν μὴ εἰς αὐτὸν, ἀλλ' εἰς ἐκεῖνον διαβαίνειν φησίν. φῶς δὲ ἑαυτὸν ἐκάλεσε, D διὰ τὸ τῆς πλάνης ἀπαλλάττειν, καὶ τὸ νοητὸν λύειν σκότος. ἐάν τίς μου μὴ ἀκούσῃ, ἐγὼ οὐ κρίνω αὐτόν. οὐ γὰρ ἦλθον ἵνα κρίνω τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσω τὸν κόσμον. ἵνα γὰρ μὴ νομίσωσιν ὅτι δι' ἀσθένειαν τοὺς καταφρονοῦντας περιέδραμε, διὰ τοῦτο εἶπε τὸ, οὐκ ἦλθον ἵνα κρίνω τὸν κόσμον.

Εἶτα ἵνα μὴ ῥαθυμότεροι ταύτῃ γένωνται, μαθόντες ὅτι ὁ πιστεύων σώζεται, * ὁ δὲ ἀπιστῶν κολάζεται. ὅρα πῶς αὐτοῖς καὶ φοβερὸν ἐπέστησε δικαστήριον, ἐπάγων καὶ λέγων· ὁ ἐμὲ ἀθετῶν καὶ μὴ λαμβάνων τὰ ῥήματά μου, ἔχει τὸν κρίνοντα αὐτόν. εἰ ὁ πατὴρ οὐ- E δένα κρίνει, καὶ σὺ οὐκ ἦλθες ἵνα κρίνῃς τὸν κόσμον, τίς αὐτὸν κρίνει; ὁ λόγος ὃν ἐλάλησα, ἐκεῖνος κρινεῖ αὐτόν. ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγον, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ, οὕτως εἶπε· δεικνὺς, ὅτι οὐ δυνήσονται ταῦτα λέγειν. ἀλλὰ τὰ ῥήματα ἃ ἐλάλησα νῦν, ἐν τάξει στήσεται κατηγόρου, ἐλέγχοντα αὐτοὺς καὶ πᾶσαν διακόπτοντα ἀπολογίαν. καὶ ὁ λόγος ὃν ἐλάλησα. ποῖος λόγος; ὅτι

credit in me; sed in eum qui misit me; ac si diceret, Cur timetis in me credere? fides per me transit in Deum, ut etiam incredulitas. Vide quo pacto per omnia substantiam eamdem declaret. Non dixit, qui credit mihi, ne quis diceret, de verbis ejus tantum hoc dici, quod de hominibus quoque dici poterat. Nam qui Apostolis credit, non ipsis credit, sed Deo; verum ut discas de fide in substantiam suam hæc agi; non dicit, qui credit verbis meis; sed qui credit in me. Et cur, inquies, nusquam vice versa dicit, Qui credit in Patrem, non credit in Patrem, sed in me? Quia dixissent illi, Ecce nos in Patrem credimus, in te non credimus; nam infirmiores adhuc erant. Discipulos enim alloquens sic dicebat, *Creditis in Deum, & in me credite.* Hos autem cum infirmiores ad hæc audienda videret, aliter instituit. Ostendit ergo, non posse in Patrem credere eos, qui non in se credant. Et ne putes id quasi de homine dici, subdit: 45. *Qui videt me, videt eum qui misit me.* Quid ergo? an corpus est Deus? Minime. Visionem quippe mentalem hic significat, & hinc consubstantialitatem demonstrat. Et quid sibi vult illud, *Qui credit in me?* Ac si quis diceret, Qui aquam de flumine tollit, non de flumine, sed de fonte accipit. Imo infirmius hoc exemplum est ad rem propositam. 46. *Ego lux in mundum veni.* Cum enim Pater & in veteri & in nova lege sic appelletur, & hoc ipse utatur nomine; ideo Paulus hinc edoctus splendorem vocat illum. Multam certe cum Patre affinitatem hic ostendit, imo nullam differentiam: nam fidem in se, non in se, sed in illum transire dicit. Lucem porro se vocavit, quod ab errore liberet, & quod spirituales solvat tenebras. 47. *Si quis me non audierit, ego non judico illum. Non enim veni ut judicem mundum, sed ut salvificem mundum.* Ne putarent enim se propter infirmitatem contemtores dimisisse, ideo dixit: *Non veni ut judicem mundum.*

Substantia Patris & Filii, ἀπαράλλακτος eadem ipsa.

Joan. 14. 1.

Heb. 1. 3.

2. Deinde ne hinc segniores fiant, quod didicerint eum qui credit salvum fieri, & qui non credit puniri, vide quam formidolosum illis tribunal minetur, cum adjicit: 48. *Qui me spernit, & non accipit verba mea, habet qui judicet eum.* Si Pater neminem judicat, & tu non venisti ut judices mundum, quis illum judicabit? *Sermo quem loquutus sum, ipse judicabit illum.* Quia enim dicebant illum non ex Deo esse, sic loquutus est, ut declaret quod tunc non poterunt hæc dicere. Sed verba quæ nunc loquutus sum, accusatoris vicem agent, qui illos convincet, & omnem defensionis modum adimet. *Sermo quem loquutus sum;* quis sermo? 49. *Quod a me-*

* κολάζεται. Putant Boisius & Savilius legendum esse, οὐ κολάζεται. Certe ita legendum mihi quoque videtur: sed omnes mss. κολάζεται habent, & ita legit Interpres.

ipso non venerim, quia qui misit me Pater, ille dedit mihi mandatum quid dicam, & quid loquar: & alia hujusmodi omnia. Ergo hæc ideo propter illos dicta sunt, ut nullam haberent defensionis ansam. Nam nisi ita res se haberet, quid plus habebit quam Esaïas? Nam
Isai. 50. 4. ille hoc ipsum dicit: *Dominus dat mihi linguam eruditionis, ut sciam quando sermonem dicere oporteat.* Quid plus quam Jeremias? Nam & ille cum mittebatur, tunc inspirationem habebat. Quid plus
Ezech. 3. 1. quam Ezechiel? Hic enim devorato capitulo, ita loquutus est. Alioquin autem, ii qui dicta ejus audituri erant, causa ipsi cognitionis fuisse reperirentur. Si enim cum mittebatur, mandatum accepit quid esset dicturus, subinde dices ipsum antequam mitteretur, nihil scivisse: quibus verbis quid magis impium fuerit, si quis nempe hæc ita accipiat, nec causam humilitatis verborum hujusmodi ediscat? Verum Paulus ipsos etiam discipulos intelligere dicit,
Rom. 12. 2. *Quæ sit voluntas Dei bona, beneplacita & perfecta*; & Filius nescivit donec mandatum accepit? Et qua ratione id consistere possit? Viden' eum isthæc admodum humiliter loqui, ut illos attrahat, & iis qui futuri erant, silentium imponat? Ideo igitur humana loquitur verba, ut vel sic illos eo adigeret, ut vilitatem verborum fugerent, gnari non ex natura, sed ex auditorum imbecillitate hæc ita dici: 50. *Scio quia mandatum ejus, vita æterna est. Quæ ergo loquor, sicut dixit mihi Pater sic loquor.* Viden' verborum humilitatem, Qui enim mandatum accipit, non sui dominus est: atqui ipse ait: *Quemadmodum enim Pater suscitat mortuos & vivificat; ita & Filius quos vult vivificat.* An ergo suscitandi quos vult potestatem habet, dicendi quod vult non habet? Hoc autem vult his verbis significare: Non secundum naturam est ut ille alia loquatur, alia ego: & scio mandatum ejus esse vitam æternam. Illos autem alloquitur, qui ipsum deceptorem, atque in perniciem venisse dicebant. Cum autem dicit, *Ego non judico*, ostendit se istorum perniciei non esse causam. Per hæc enim pene testificatur se discessurum, neque ultra cum eis esse versaturum. Quia nihil tamquam a meipso loquutus sum vobis; sed omnia quasi a Patre; ideoque in humilia desinit & sermonem concludit; ut diceret, hanc vobis usque in finem emisi vocem: quam vocem? *Sicut dixit mihi Pater, sic loquor.* Quod si Deo contrarius essem, contrarium certe dixissem, me nihil eorum quæ Deo placent dicere, ut gloriam ad me referrem: nunc autem adeo omnia in Patrem retuli, ut nihil meum loquar. Cur ergo

A ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλήλυθα· ὅτι ὁ πέμψας με πατὴρ, ἐκεῖνός μοι ἔδωκεν ἐντολὴν τί εἴπω καὶ τί λαλήσω, καὶ ὅσα [a] τοιαῦτα ἕτερα. ἆρα ταῦτα δι' αὐτοὺς οὕτως ἐλέγετο, ἵνα μηδεμίαν ἔχωσιν ἀπολογίας πρόφασιν. ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, τί Ἠσαΐου πλέον ἕξει; καὶ γὰρ ἐκεῖνος τὸ αὐτὸ τοῦτό φησι· κύριος δίδωσί μοι γλῶσσαν παιδείας, τοῦ γνῶναι ἡνίκα δεῖ εἰπεῖν λόγον. τί δὲ Ἱερεμίου; καὶ γὰρ ἐκεῖνος ὅτε ἐπέμπετο ἐνεπνεῖτο. τί δὲ Ἰεζεκιήλ; καὶ γὰρ καὶ οὗτος τὴν κεφαλίδα καταφαγὼν, οὕτως ἐφθέγγετο. ἄλλως δέ· εὑρεθήσονται οἱ μέλλοντες ἀκούειν ὅσπερ ἔλεγεν, αἴτιοι τῆς γνώσεως ὄντες
B αὐτῷ. εἰ γὰρ ὅτε ἐπέμπετο, ἐντολὴν τότε ἔλαβε τί εἴπῃ, λοιπὸν ἐρεῖς ὅτι καὶ πρὶν ἢ πεμφθῆναι οὐκ ᾔδει. καὶ τί τούτων ἀσεβέστερον τῶν ῥημάτων, εἰ οὕτως αὐτά τις δέχοιτο καὶ μὴ καταμανθάνοι τῆς ταπεινότητος [b] αὐτῶν τὴν αἰτίαν; ἀλλ' ὁ μὲν Παῦλός φησι καὶ αὐτοὺς εἰδέναι καὶ τοὺς μαθητευομένους, τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον· ὁ δὲ υἱὸς οὐκ ἠπίστατο ἕως ἐντολὴν ἔλαβε; καὶ πῶς ἂν ἔχει λόγον τοῦτο; ὁρᾷς ὅτι διὰ τοῦτο εἰς ὑπερβολὴν ταπεινότητος τὰ λεγόμενα ἄγει, ἵνα κἀκείνους ἐπισπάσηται, καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα ἐπιστομίσῃ; διὰ γοῦν τοῦτο ἀνθρώ-
C πινα φθέγγεται ῥήματα, ἵνα κἂν οὕτως ἀναγκάσῃ φυγεῖν τὸ εὐτελὲς τῶν λεχθέντων· συνειδότες ὅτι οὐ τῆς φύσεώς ἐστι τὰ λεγόμενα, ἀλλὰ τῆς τῶν ἀκουόντων ἀσθενείας. καὶ οἶδα ὅτι ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ, ζωὴ αἰώνιός ἐστιν. ἃ οὖν λαλῶ, καθὼς ἐνετείλατό μοι ὁ πατήρ μου, οὕτως λαλῶ. ὁρᾷς τὸ ταπεινὸν τῶν εἰρημένων; ὁ γὰρ ἐντολὴν λαβὼν, οὐκ ἔστιν ἑαυτοῦ κύριος. καίτοιγε αὐτός φησιν· ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτως καὶ ὁ υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ. εἶτα ἐγεῖραι μὲν οὓς θέλει ἐξουσίαν ἔχει· εἰπεῖν δὲ ὃ βούλεται οὐκ [c] ἔχει; ὃ οὖν θέλει εἰπεῖν διὰ τοῦ εἰρημένου τοῦτό ἐστιν· ὅτι οὐκ ἔχει
D φύσιν τὸ πρᾶγμα ἕτερα μὲν ἐκεῖνον λέγειν, ἕτερα δὲ ἐμὲ φθέγγεσθαι. καὶ οἶδα ὅτι ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ ζωὴ αἰώνιός ἐστι. πρὸς ἐκείνους τοὺς πλάνον αὐτὸν λέγοντας καὶ ἐπὶ λύμῃ παραγεγονέναι τοῦτο εἶπεν. ὅταν δὲ λέγῃ, ἐγὼ [d] οὐ κρίνω, μὴ εἶναι τῆς ἀπωλείας τῶν τοιούτων ἑαυτὸν δείκνυσιν αἴτιον. διὰ γὰρ τούτων μονονουχὶ διαμαρτύρεται μέλλων ἀφίστασθαι αὐτῶν καὶ μηκέτι συγγίνεσθαι. ὅτι οὐδὲν ἐγὼ ὡς ἴδιον φθεγγόμενος διελέχθην ὑμῖν, ἀλλὰ πάντα ὡς παρὰ τοῦ πατρός. καὶ διὰ τοῦτο εἰς τὰ ταπεινὰ τὸν λό-
E γον πρὸς αὐτοὺς κατέκλεισεν, ἵνα εἴπῃ· ὅτι ἕως τέλους ταύτην πρὸς αὐτοὺς ὑστέραν ἀφῆκα φωνήν. ποίαν δὴ ταύτην; καθὼς εἴρηκέ μοι ὁ πατὴρ, οὕτω λαλῶ. εἰ δὲ ἀντίθεος ἤμην, τοὐναντίον ἂν εἶπον· ὅτι οὐδὲν τῶν παρὰ θεῷ δοκούντων λέγω, ὥστε εἰς ἐμαυτὸν περιστῆσαι τὴν δόξαν. νυνὶ δὲ τοσοῦτον εἰς αὐτὸν πάντα ἀνήγαγον, ὡς [e] μηδὲν ἐμὸν φῆσαι. τίνος οὖν

[a] Morel. τοιαῦτα ἔργα.
[b] Alii, αὐτῶν τὴν πρόφασιν; ἀλλ'.
[c] Alii, ἔχει; τί οὖν ἐστι τὸ εἰρημένον τοῦτό, φησιν, ὅτι οὐκ ἔ-
[d] Alii, οὐ κρίνω, οὐκ εἰμὶ τῆς ἀπωλείας τῶν τοιούτων αἴτιός, φησιν; ἀλλ' αὐτοί. διὰ γάρ.
[e] Quidam, μηδὲν ἴδιον τὸ φῆσαι.

ἕνεκεν οὐ πιστεύετέ μοι λέγοντι, ὅτι ἐντολὴν ἔλαβον, καὶ οὕτω σφοδρῶς ἀναιρεῖτε τὴν πονηρὰν ὑμῶν ὑπόνοιαν τὴν τῆς ἀναστάσεως; ὥσπερ γὰρ τοὺς ἐντολὴν δεχομένους ἀδύνατον ἄλλο τι ποιεῖν ἢ λέγειν ἢ ὅσα οἱ πέμψαντες βούλονται, ἕως ἂν ἐντολὴν πληρώσωσι καὶ μὴ παραχαράξωσιν· οὕτως οὐδὲ ἐμὲ ἄλλο τι πρᾶξαι ἢ εἰπεῖν δυνατὸν, ἀλλ' ἢ ἅπερ ὁ πατὴρ βούλεται. ἃ γὰρ ἐγὼ ποιῶ, ἐκεῖνος ποιεῖ, ὅτι μετ' ἐμοῦ ἐστι καὶ οὐκ ἀφῆκέ με μόνον ὁ πατήρ. ὁρᾷς πῶς πανταχοῦ δείκνυσι συνημμένον τῷ γεγεννηκότι καὶ οὐδὲν μέσον ὄν; καὶ γὰρ ὅταν λέγῃ, ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλήλυθα, οὐ τὴν ἐξουσίαν ἀφαιρούμενος λέγει, ἀλλὰ τὸ ἀλλότριον καὶ ἐναντίον ἀναιρῶν. εἰ γὰρ ἄνθρωποι κύριοι ἑαυτῶν, πολλῷ μᾶλλον ὁ μονογενὴς υἱός. [a] καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, ἄκουσον τί φησιν ὁ Παῦλος· ἐκένωσεν ἑαυτὸν, καὶ παρέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν. ἀλλ' ὅπερ ἔφην, δεινὸν ἡ κενοδοξία, δεινόν. αὕτη γὰρ καὶ ἐκείνους μὴ πιστεύειν, καὶ ἑτέρους κακῶς πιστεύειν παρεσκεύασε, καὶ ἃ δι' ἐκείνους ἐλέγετο φιλανθρωπίας ἕνεκεν, ταῦτα [b] εἰς ἀσέβειαν ἐκλαβεῖν.

Φεύγωμεν τοίνυν τὸ θηρίον τοῦτο διὰ πάντων. ποικίλον γάρ ἐστι καὶ παντοδαπὸν, καὶ πανταχοῦ διασπείρει τὸν οἰκεῖον ἰὸν, καὶ ἐν χρήμασι, καὶ ἐν τρυφῇ, καὶ ἐν κάλλει σωμάτων. διὰ τοῦτο πανταχοῦ τὴν χρείαν ὑπερβαίνομεν· διὰ τοῦτο ἡ περὶ τὰ ἱμάτια πλεονεξία, ὁ πολὺς τῶν οἰκετῶν ἑσμός. διὰ τοῦτο πανταχοῦ μὲν ἡ χρεία καταπεφρόνηται, καὶ ἐν οἰκίαις, καὶ ἐν ἱματίοις, καὶ ἐν τραπέζῃ· ἡ δὲ πλεονεξία κρατεῖ. βούλει δόξης ἀπολαύειν; ἐργάσαι ἐλεημοσύνην· τότε σε ἐπαινέσονται οἱ ἄγγελοι· τότε ὁ Θεὸς ἀποδέξεται. νῦν μὲν γὰρ τὸ θαῦμα μέχρι τῶν χρυσοχόων ἕστηκε καὶ τῶν ὑφαντῶν· σὺ δὲ ἀστεφάνωτος ἀναχωρεῖς, κατάρας ὁρῶσα σεαυτὴν δεχομένην πολλάκις. ἂν δὲ ταῦτα μὴ τῷ σώματι περιθῇς, ἀλλ' εἰς τὰς γαστέρας τῶν πενομένων κενώσῃς, πολὺς ὁ κρότος πανταχόθεν ἔσται· πολὺς ὁ ἔπαινος. τότε αὐτὰ ἕξεις, ὅταν ἑτέροις δῷς· ἕως δ' ἂν μόνη κατέχῃς, οὐκ ἔχεις. θησαυρὸς γὰρ ἄπιστος ἡ οἰκία· θησαυρὸς δὲ βέβαιος, αἱ τῶν πενήτων χεῖρες. τί τὸ σῶμα κοσμεῖς, τῆς ψυχῆς ἠμελημένης, ἀκαθαρσίᾳ κατεχομένης; τί μὴ τοσαύτην ἀπονέμεις τῇ ψυχῇ πρόνοιαν, ὅσην τῷ σώματι; καίτοιγε πλείονα ἔδει· ἀλλ' ὅμως, [c] ἀγαπητοὶ, κἂν τὴν ἴσην αὐτῇ παρέχειν ἔδει πρόνοιαν. εἰπὲ γάρ μοι· εἴ τίς σε ἤρετο, τί βούλει τὸ σῶμά σου εἶναι λαμπρὸν καὶ εὐεκτοῦν, καὶ ὥρᾳ νικᾶν, καὶ ἱμάτια φορεῖν εὐτελῆ· ἢ τοῦτο μὲν ἀνάπηρον ἔχειν καὶ νόσων ἐμπεπλησμένον, καὶ χρυσοφορεῖν καὶ καλλωπίζεσθαι; οὐ πολλῷ μᾶλλον εἵλου ἐν τῇ φύσει τοῦ σώματος ἔχειν τὴν εὐμορφίαν, ἢ τῇ περιβολῇ τῶν ἱματίων; εἶτα ἐπὶ μὲν τοῦ σώματος τοῦτο αἱρήσῃ, ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς τοὐναντίον; καὶ αἰσχρὰν αὐτὴν ἔχουσα καὶ δυσειδῆ καὶ μέλαιναν, οἴει τι καρποῦσθαι ἀπὸ τῶν χρυσίων; καὶ πόσης ταῦτα ἀνοίας; στρέψον τὸν κόσμον τοῦτον ἔνδον, καὶ τὰ περιδέραια ταῦ-

[a] Morel. καίτοι τοῦτό ἐστιν ἀληθές. δείκνυσι γὰρ ὁ Παῦλος δι' ὧν φησιν.

[b] Alii, εἰς ἀσέβειαν εἵλκυσαν. φεύγ

[c] Savil. & mss. ἀγαπητοί. Morel. ἀγαπητόν, quæ lectio fortasse

non creditis mihi dicenti, me mandatum accepisse, & ita vehementer amovenri malam illam vestram de resurrectione opinionem? Sicut enim fieri nequit ut ii qui mandatum acceperunt aliud faciant aut dicant, quam pro mittentis voluntate, donec mandatum accurate impleverint; ita neque ego aliud facere aut dicere possum, quam quæ Pater voluerit: nam *quæ ego facio ille facit, quia mecum est, & non dimisit me solum Pater.* Viden' quo pacto semper declaret, se genitori sine ullo intermedio junctum esse? Nam cum dixit, *a meipso non veni,* non sibi potestatem adimit, sed se non Patri contrarium esse significat. Nam si homines sui domini sunt, multo magis Filius. Quod autem hoc verum sit, audi Paulum dicentem, *Exinanivit semetipsum, & tradidit pro nobis.* Sed, ut dixi, gravis res est inanis gloria, gravis utique: ipsa enim id effecit, ut illi non crederent, & alii male crederent, & quæ ille benignitatis gratia dicebat ipsis, ad impietatem verterent.

Joan. 8. 29.

Philip. 2. 7.

3. Hanc itaque feram omnino fugiamus; varia quippe est & multiformis, virusque suum ubique disseminat, & in pecuniis, & in deliciis, & in corporum pulcritudine. Idcirco ubique necessitatem excedimus: inde vestium luxus, servorum greges. Ideo ubique necessitas contemnitur, in domibus, in vestibus, in mensa; luxusque dominatur. Vis gloria frui? Eleemosynam eroga: tunc te laudabunt Angeli; tunc Deus approbabit. Nunc autem in aurifices tantum & textores admiratio vertitur; tu vero, o mulier, incoronata recedis, teque sæpe vides maledictis exceptam. Si porro hæc non corpori tuo circumponeres, sed in pauperes effunderes, ubique plausus adesset, & laus magna. Tunc illa habebis, cum aliis dabis. Donec vero sola retinueris, non habes. Domi namque thesaurus non tutus est; tutus vero est in pauperum manibus. Cur corpus ornas, dum animam impuritate correptam negligis? Cur non tantam animæ quantam corpori curam impendis, cum majorem oporteret? Attamen oporteret, dilecti, parem saltem adhibere. Dic, quæso, si quis te interroget, quid malueris, an corpus tuum vegetum formosumque esse ac vilibus indutum vestibus; an mutilum, morbosum & auro ornatum: annon optares potius in natura corporis pulcra gaudere forma, quam in vestium ambitu? An in corpore sic optares, in anima secus? ac dum illam turpem, deformem, nigram habes, ex aureis ornamentis te fructum percipere putas? Quænam hæc amentia? Ornatum in interiora verte, & torqui-

Contra luxum mulierum.

melior, si vocem ἔδει sequentem tollas, tuncque sensus erit, attamen oportunum est ut par saltem illi adhibeatur cura, sed cum ἔδει in manuscriptis omnibus legatur, nihil mutare audemus.

bus illis animam circumda. Nam quæ circum corpus ponuntur, neque ad valetudinem, neque ad formam juvant: non nigrum album reddunt, neque quod turpe est formosum efficiunt. Hæc autem si animæ circumponas, cito illam pro nigra albam reddes, pro turpi & deformi, pulcram & formosam. Non meus
Isai. 1. 18. hic sermo est, sed Domini dicentis: *Si fuerint peccata vestra ut coccinum, ut*
Luc. 11. 41. *nivem dealbabo*; &, *Date eleemosynam, & omnia vobis munda erunt.* Si ita sis affecta, non te solam, sed virum quoque tuum formosum reddes. Nam si te luxum deponentem viderit, non magnis opus erit sumtibus: hinc autem habendi cupiditatem deponet, & pronior erit ad eleemosynam, & tu fidenter poteris illi ea quæ decent suadere. Nunc autem, o vos mulieres, non parem habetis potestatem. Quo ore, qua fronte conjuges ad eleemosynam hortabimini, cum maximam opum partem ad corporis ornatum insumatis? Tum poteris cum fiducia virum de eleemosyna alloqui, cum aureum cultum deposueris. Etiamsi vero nihil proficias, quod tuum erat totum implesti. Imo fieri nequit ut illum non flectas, cum per res ipsas loquêris:
1. Cor. 7. 16. *Quid enim scis, mulier, an virum tuum salvum factura sis?* Ut nunc & pro te & pro illo rationem redditura es; sic si luxum hujusmodi deponas, duplicem coronam consequeris, cum viro coronata & gloriosa per infinita illa sæcula, & æternis fruens bonis: quæ nos omnes assequi contingat, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum, amen.

(Eleemosyna commendatur.)

A τὰ τῇ ψυχῇ περίθες. τὰ μὲν γὰρ σώματι περικείμενα οὔτε εἰς ὑγίειαν, οὔτε εἰς εὐμορφίαν αὐτῷ τοῦτο ὀνίνησιν· οὔτε γὰρ τὸ μέλαν λευκὸν ἐργάσεται, οὔτε τὸ αἰσχρὸν καλὸν ἢ εὐειδές· τῇ δὲ ψυχῇ ἂν περιθῇς, ταχέως αὐτὴν ἀντὶ μελαίνης λευκὴν ἐργάσῃ· ἀντὶ αἰσχρᾶς καὶ δυσειδοῦς, καλὴν καὶ εὐειδῆ. καὶ οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου οὕτω λέγοντος· ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ. καί, δότε ἐλεημοσύνην, καὶ πάντα ὑμῖν ἔσται καθαρά. οὐ σαυτὴν δὲ μόνην, ἀλλὰ καὶ τὸν ἄνδρα οὕτω διακειμένη καλὸν ποιήσεις. ἂν γὰρ ἴδωσι τὸν κόσμον
B τοῦτον ἀποθεμένας, οὐ πολλὴν ἕξουσι δαπάνης ἀνάγκην. οὐκ ἔχοντες δέ, πλεονεξίας ἀποστήσονται πάσης, καὶ εἰς ἐλεημοσύνην ἔσονται εὐκολώτεροι, καὶ ὑμεῖς δὲ αὐτοῖς δυνήσεσθε μετὰ παῤῥησίας συμβουλεύειν τὰ δέοντα. νῦν μὲν γάρ, πᾶσαν περιῄρησθε τὴν τοιαύτην ἐξουσίαν. ποίῳ γὰρ στόματι ταῦτα διαλέξεσθε; ποίοις δὲ ὀφθαλμοῖς ἀντιβλέψετε ἐλεημοσύνην ἀπαιτοῦσαι τοὺς ἄνδρας, ὅταν τὰ πλείονα εἰς τὴν τοῦ σώματος περιβολὴν ἀναλίσκητε; τότε δυνήσῃ μετὰ παῤῥησίας διαλέγεσθαι τῷ ἀνδρὶ περὶ ἐλεημοσύνης, ὅταν τὸν κόσμον τῶν χρυσίων ἀποθῇ. κἂν μηδὲν ἀνύσῃς, τὸ σαυτῆς ἐπλήρωσας ἅπαν· μᾶλλον δὲ ἀμήχανον μὴ καὶ
C ἐκεῖνον κερδᾶναι, διὰ τῶν πραγμάτων [a] αὐτῶν διαλεγομένην. τί γὰρ οἶδας γύναι εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις; ὥσπερ οὖν νῦν καὶ ὑπὲρ ἑαυτῆς καὶ ὑπὲρ ἐκείνου δώσεις τὸν λόγον, οὕτως ἐὰν τὴν φαντασίαν ταύτην ἀποδύσῃ πᾶσαν, διπλοῦν τὸν στέφανον ἕξεις, μετὰ τοῦ ἀνδρὸς στεφανηφοροῦσα καὶ πομπεύουσα κατὰ τοὺς ἀκηράτους αἰῶνας ἐκείνους, καὶ τῶν αἰωνίων ἀπολαύουσα ἀγαθῶν. ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

HOMILIA LXX.

ΟΜΙΛΙΑ ο'.

Cap. 13. 1. *Ante diem festum Paschæ, sciens Jesus quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.*

D Πρὸ δὲ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα, εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς ὅτι ἦλθεν αὐτοῦ ἡ ὥρα, ἵνα μεταβῇ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου πρὸς τὸν πατέρα, ἀγαπήσας τοὺς ἰδίους τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ, εἰς τέλος ἠγάπησεν αὐτούς.

1. Cor. 11. 1. 1. IMITATORES *mei estote*, inquit Paulus, *sicut & ego Christi.* Ideo enim ex massa nostra carnem accepit, ut per
Rom. 8. 3. eam nos virtutem doceret. *In similitudinem*, inquit, *carnis peccati, & de peccato peccatum in carne damnavit:* ipseque
Matth. 11. 29. Christus ait: *Discite a me, quia mitis sum & humilis corde.* Hæc non verbis tantum, sed & rebus docuit. Nam & Samaritanum & dæmoniacum ipsum vocabant, & deceptorem, lapidesque in ipsum jaciebant. Et nunc quidem ministros miserunt Pharisæi, ut illum caperent; nunc alios subjecerunt insidiatores: illi quoque sæpe contumelias inferebant,

ΜΙΜΗΤΑΙ' μου γίνεσθε, φησὶν ὁ Παῦλος, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ σάρκα ἐκ τοῦ φυράματος ἔλαβε τοῦ ἡμετέρου, ἵνα δι' αὐτῆς ἡμᾶς παιδεύσῃ τὴν ἀρετήν. ἐν γὰρ ὁμοιώ-
E ματι σαρκός, φησιν, ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί. καὶ αὐτὸς ὁ Χριστός· μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. καὶ ταῦτα οὐ διὰ ῥημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν πραγμάτων ἐδίδασκε. καὶ γὰρ καὶ Σαμαρείτην καὶ δαιμονῶντα αὐτὸν ἐκάλουν καὶ πλάνον, καὶ λίθους ἠφίεσαν κατ' αὐτοῦ. καὶ νῦν μὲν ὑπηρέτας ἀπέστελλον οἱ Φαρισαῖοι ὥστε [b] αὐτὸν συλλαβεῖν· νῦν δὲ ἄλλους καθίεσαν ἐπιβουλεύοντας· καὶ αὐτοὶ δὲ πολλάκις ὑβρίζοντες διετέλουν,

[a] αὐτῶν, alii, αὐτῷ.

[b] Alii, αὐτὸν ἀνελεῖν.

A καὶ ταῦτα οὐδὲν ἔχοντες ἐγκαλεῖν, ἀλλὰ καὶ εὐεργετούμενοι [a] διηνεκῶς. καὶ ὅμως μετὰ τοσαῦτα, οὐκ ἀφίσταται αὐτοὺς εὖ ποιῶν καὶ διὰ ῥημάτων καὶ διὰ πραγμάτων. καὶ οἰκέτου δέ τινος ῥαπίσαντος αὐτόν, φησιν· εἰ μὲν κακῶς ἐλάλησα, μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ· εἰ δὲ καλῶς, τί με δέρεις; ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν πρὸς τοὺς ἐχθροὺς καὶ τοὺς ἐπιβουλεύοντας. ἴδωμεν δὲ καὶ πρὸς τοὺς μαθητὰς τί ποιεῖ νῦν· μᾶλλον δὲ καὶ ἃ [b] νῦν ἐπιδείκνυται πρὸς τὸν ἐπίβουλον. ὃν γὰρ μάλιστα πάντων ἐχρῆν μισεῖν, ὅτι μαθητὴς ὢν καὶ τραπέζης καὶ ἁλῶν κοινωνήσας καὶ θαύματα ἰδὼν, καὶ τοσούτων ἀξιωθεὶς, πάντων ἐποίησε χαλεπώτερα· λίθοις μὲν οὐ βάλλων οὐδὲ ὑβρίσας· ἀλλὰ προδοὺς αὐτὸν καὶ παραδούς· τοῦτον ὅρα πῶς B φιλοφρόνως δέχεται· νίπτων αὐτοῦ τοὺς πόδας. καὶ γὰρ ταύτῃ αὐτὸν κατασχεῖν ἐβούλετο τῆς πονηρίας ἐκείνης. καίτοιγε ἐνῆν εἴπερ ἤθελε καὶ ξηρᾶναι αὐτὸν ὡς τὴν συκῆν, καὶ διατεμεῖν ὥσπερ τὰς πέτρας ἔρρηξε, καὶ διαχίσαι ὥσπερ τὸ καταπέτασμα· ἀλλ' οὐκ ἐβούλετο ἀνάγκῃ, ἀλλὰ προαιρέσει τῆς ἐπιβουλῆς αὐτὸν ἀπαγαγεῖν. διὰ τοῦτο καὶ νίπτει τοὺς πόδας. καὶ οὐδὲ τοῦτο ᾐδέσθη ὁ ταλαίπωρος ἐκεῖνος καὶ ἄθλιος. πρὸ δὲ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα, φησὶν, εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς ὅτι ἦλθεν αὐτοῦ ἡ ὥρα. οὐ τότε εἰδώς· ἀλλ' ὅτε ἐποίησεν ὅπερ ἐποίησεν εἰδώς, φησιν. ἵνα μεταβῇ. [c] μεγαλοφρόνως ὁ εὐαγγελιστὴς C μετάβασιν αὐτοῦ τὸν θάνατον καλεῖ. εἶδες πῶς μέλλων ἐγκαταλιμπάνειν αὐτοὺς σφοδροτέραν τὴν ἀγάπην ἐπιδείκνυται; τὸ γὰρ, ἀγαπήσας εἰς τέλος ἠγάπησεν αὐτοὺς, τοῦτο δηλοῖ, οὐδὲν ἐνέλιπεν ὧν τὸν σφόδρα ἀγαπῶντα εἰκὸς ἦν ποιῆσαι. τί δήποτε δὲ οὐκ ἐξ ἀρχῆς τοῦτο ἐποίησε; τὰ μείζονα [d] ὕστερον ἐργάζεται, ὥστε αὐτῶν ἐπιτεῖναι τὴν οἰκείωσιν, καὶ πολλὴν αὐτοῖς προαποθέσθαι παράκλησιν πρὸς τὰ μέλλοντα ἐπιέναι δεινά. ἰδίους δὲ αὐτοὺς λέγει κατὰ τὸν τῆς οἰκειώσεως λόγον. ἐπεὶ καὶ ἄλλους ἰδίους λέγει κατὰ τὸν τῆς δημιουργίας, ὡς ὅταν λέγῃ· οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον. τί D δέ ἐστι, τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ; ἐπειδὴ ἦσαν αὐτοῦ ἴδιοι καὶ οἱ τετελευτηκότες, οἱ περὶ τὸν Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ οἱ κατ' ἐκείνους. ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ κόσμῳ ἦσαν ἐκεῖνοι. ὁρᾷς ὅτι παλαιᾶς καὶ καινῆς αὐτός ἐστιν ὁ Θεός; τί δέ ἐστιν, εἰς τέλος ἠγάπησεν αὐτούς; ἀντὶ τοῦ ἔμεινεν ἀγαπῶν διηνεκῶς, καὶ τεκμήριον τῆς πολλῆς ἀγάπης τοῦτο λέγει· καίτοιγε ἀλλαχοῦ ἕτερον εἶπε, τὸ, τὴν ψυχὴν θεῖναι ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ. ἀλλ' οὔπω ἐκεῖνο ἐγεγόνει. τίνος δὲ ἕνεκεν τοῦτο νῦν ἐποίησεν; ὅτι πολλῷ θαυμαστότερον ἦν, ὅτε λαμπρότερος παρὰ πᾶσιν ἐφάνη· καὶ παραμυθίαν δὲ οὐ μικρὰν κατέλιπε μέλλων ἀναχωρεῖν. ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλον E ὀδυνᾶσθαι σφοδρῶς, ἀντίρροπον αὐτοῖς διὰ τούτων παράκλησιν ἐπεισάγει. καὶ δείπνου γενομένου, τοῦ διαβόλου βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα, ἵνα παραδῷ αὐτόν. τοῦτο [e] ἐκπληττόμενος εἶπεν, δηλῶν ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι τοῦτον τὸν ἤδη προδοῦναι ἑλόμενον αὐτὸν ἔνιψε. δείκνυσι δὲ αὐτοῦ πολλὴν τὴν πο-

A cum tamen nihil adesset in quo accusarent ipsum, sed beneficia frequenter acciperent. Verumtamen post hæc tanta, non cessat eos & verbis & operibus juvare: & cum a servo quodam cæderetur, ait: *Si male loquutus sum, testimonium perhibe de malo; si autem bene, quid me cædis?* Verum hæc inimicis & insidiatoribus dixit; videamus autem, quid nunc faciat erga discipulos; imo quæ nunc exhibeat erga insidiatorem. Qui enim omnium maxime odio dignus erat, quia cum discipulus & mensæ consors esset, cum miracula vidisset, & tot dignatus esset muneribus, deterrima om- B nium fecit: non lapidibus, non contumeliis impetiit; sed illum prodidit: hunc vero vide quam benigne excipiat. Lavit ejus pedes, ut hoc officio ipsum cohiberet a tanta nequitia. Atqui poterat ipsum sicut ficum arefacere si voluisset, vel disscindere sicut petras disscidit, & sicut item velum templi disscidit. Verum noluit vi, sed proposito voluntatis a proditione abducere. Ideo lavit ejus pedes: neque hac de re erubuit infelix & miser ille. *Ante diem festum Paschæ*, inquit, *sciens Jesus quia venit hora ejus.* C Non tunc primum scivit; sed cum fecit id quod fecit jam olim sciebat. *Ut transeat.* Magnifice Evangelista transitum ejus mortem vocat. Viden' quomodo relicturus eos vehementiorem amorem exhibeat? Illud enim, *Cum dilexisset suos, in finem dilexit eos*, hoc significat; nihil prætermisit eorum quæ ardenter amantem oportet facere. Cur non a principio hoc fecit? Majora in extremo facit, ut eorum caritatem augeat, & magnum indet animum ad futura perferenda mala. Suos autem dicit secundum familia- D ritatis rationem: nam & alios suos vocat secundum creationem; ut cum dicit, *Sui eum non receperunt.* Quid sibi vult illud, *Qui erant in mundo?* Quia sui erant etiam mortui, Abraham, Isaac, Jacob, ipsisque similes; sed hi non in mundo erant. Viden' eum esse Deum & veteris & novæ legis? Quid significat illud, *In finem dilexit eos?* Id est, amare perseveravit, ac ferventis amoris signum hoc esse dicit. Atqui aliud alibi dixerat, animam suam se ponere pro amicis suis. Sed nondum hoc acciderat. Cur autem hoc nunc fecit? Quia id longe mirabi- E lius erat, quando tam conspicuus apud omnes esse videbatur, nec parvam consolationem abscessurus reliquit. Quia enim in mœrore vehementi futuri erant, parem illis consolationem inducit. 2. *Et cœna facta, cum diabolus jam misisset in cor, ut traderet eum Judas.* Hoc dicit perculsus Evangelista, narrans quomodo pedes ejus qui ipsum prodere instituerat laverit. Ingentem porro ejus nequi-

Christi erga inimicos benignitas.

Joan. 1. 11.

[a] Quidam, διηνεκῶς, ἀλλ' ὅμως.
[b] Alii, νῦν ποιεῖ πρὸς τόν.
[c] Quidam, μεγαλοφώνως. Paulo ante Savil. εἰδὼς πάλαι, ἵνα.

[d] Alii, ὕστερον ἐπιτίθει, ὥστε.
[e] Quidam, ἐκπληττόμενος παρενέβαλεν ὁ εὐαγ-

tiam ostendit, quod nec mensæ consortium ipsam cohibuerit, quæ res maxime solet malitiam continere, nec suaserit illi ut usque ad ultimum diem cum magistro se superante maneret. 3. *Sciens autem Jesus quia omnia tradidit ei Pater in manus, & quia a Deo exivit, & ad Deum vadit.* Hic etiam mirabundus dicit: Cum tantus & talis esset, qui a Deo exierat, & ad Deum ibat, qui omnibus imperabat, hoc tamen fecit, nec dedignatus est rem talem aggredi. Cum tradidisse ait, ut puto, fidelium salutem respicit: nam cum dicit, *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo*, de hoc tradendi genere loquitur, ut & alibi ait: *Tui erant, & mihi eos dedisti:* & rursum, *Nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum;* &, *nisi datum sit ei de cælo.* Vel hoc dicit, vel se nihil ex hoc minuendum esse, qui a Deo exierit, ad Deum vadat, & omnia contineat. Cum vero illud *tradere* audis, nihil humanum suspiceris: honorem enim Patri redditum & concordiam significat. Sicut enim Pater ipsi tradit, sic ipse Patri; quod declarat Paulus dicens, *Cum tradiderit regnum Deo & Patri.* Hic autem humaniori more loquitur, ineffabilem erga illos exhibens caritatem, quorum curam ut suorum gerebat, docens illos humilitatem matrem bonorum, quam & initium & finem virtutis esse dicit. Nec temere jacet illud, *a Deo exivit, & ad Deum vadit;* sed ut discamus ipsum digna fecisse ejus qui illinc exiisset & illuc ivisset, omnemque fastum conculcavisse. 4. *Et cum surrexisset a cœna, positis vestibus.*

Matth. 11. 27. — Joan. 17. 6. — Joan. 6. 44. — Joan. 3. 27. — 1. Cor. 15. 24.

2. Vide quomodo non lavando solum, sed & alio quoque modo humilitatem exhibeat. Non enim antequam recumberet, sed postquam omnes recubuissent, tunc surrexit. Deinde non solum lavat, sed positis vestibus. Neque his contentus, linteo se præcinxit; neque id satis habuit, sed ipse pelvim implevit, neque alteri implendam tradidit; sed hæc omnia ipse facit: his omnibus ostendens hæc non perfunctorie nobis esse facienda, cum recte facimus, sed cum omni diligentia & alacritate. Videtur porro mihi illum, proditoris primum lavisse pedes, quod dixerit, 5. *Cœpit lavare pedes discipulorum;* & addiderit, 6. *Venit ad Simonem Petrum, qui dicit ei: Tu mihi lavas pedes?* His manibus, inquit, quibus oculos aperuisti, leprosos mundasti, mortuos suscitasti? Hæc quippe magnam habent emphasim. Quare non alio opus habuit, quam illa voce, *Tu*, quæ per se totum significat. Jure autem quæras, cur nullus alius ipsum cohibuit, nisi Petrus, quod non parvi

Putat Chrysostomus Christum Judæ pedes primum lavisse.

A νηρίαν, ὅτι οὐδὲ τῶν ἄλλων αὐτὸν ἡ κοινωνία κατέχεν, ὃ μάλιστα οἶδεν ἐπέχειν, πονηρίαν, οὐδὲ τὸ μέχρι τῆς ἐσχάτης ἡμέρας παραμεῖναι τῷ διδασκάλῳ αὐτοῦ διαβαστάζοντα. εἰδὼς δὲ ὁ Ἰησοῦς ὅτι πάντα αὐτῷ εἰς χεῖρα [a] δέδωκεν ὁ πατὴρ, καὶ ὅτι ἀπὸ θεοῦ ἐξῆλθε καὶ πρὸς τὸν θεὸν ὑπάγει. ἐνταῦθα καὶ θαυμάζων λέγει, ὅτι ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικοῦτος· ὁ παρὰ θεοῦ ἐλθὼν καὶ πρὸς αὐτὸν ἀπιὼν, ὁ πάντων κρατῶν, τοῦτο εἰργάσατο, καὶ οὐδὲ οὕτως ἀπηξίωσε καταδέξασθαι πρᾶγμα τοσοῦτον. παράδοσιν δὲ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τὴν τῶν πιστῶν σωτηρίαν ἐνταῦθα καλεῖ. καὶ γὰρ ὅταν λέγει, πάν-
B τα μοι παρεδόθη παρὰ τοῦ πατρός μου, ταύτην λέγει τὴν [b] παράδοσιν. ὡς καὶ ἀλλαχοῦ φησιν, σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς δέδωκας· καὶ πάλιν, οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ πατὴρ ἑλκύσῃ αὐτόν· καὶ, ὅτι ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. ἢ τοῦτο οὖν φησιν, ἢ ὅτι οὐδὲν ἐλαττοῦσθαι ἔμελλεν ἀπὸ τούτου, ἀπὸ θεοῦ ἐξελθὼν καὶ πρὸς τὸν θεὸν ὑπάγων, καὶ πάντα ἔχων. ὅταν δὲ ἀκούσῃς παράδοσιν, μηδὲν ἀνθρώπινον ὑπολάβῃς. τὴν γὰρ εἰς τὸν πατέρα ἐνδείκνυται τιμὴν καὶ ὁμόνοιαν. ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ αὐτῷ παραδίδωσιν, οὕτω καὶ αὐτὸς τῷ πατρί. καὶ δηλοῖ Παῦλος λέγων· ὅταν παραδῷ τὴν βασιλείαν τῷ θεῷ καὶ πατρί. ἀνθρωπι-
C νώτερον δὲ αὐτὸ ἐνταῦθα εἶπεν, τὴν πολλὴν περὶ αὐτοὺς ἐπιμέλειαν [c] δεικνύμενος, καὶ τὴν ἄφατον περὶ αὐτοὺς ἐμφαίνων ἀγάπην, ὅτι ὡς οἰκείων ἐπεμελεῖτο λοιπὸν, διδάσκων αὐτοὺς τὴν μητέρα τῶν ἀγαθῶν τὴν ταπεινοφροσύνην, ἣν καὶ ἀρχὴν καὶ τέλος ἔφησεν εἶναι τῆς [d] ἀρετῆς. οὐχ ἁπλῶς δὲ πρόσκειται τὸ, ἀπὸ θεοῦ ἐξῆλθε καὶ πρὸς τὸν θεὸν ὑπάγει· ἀλλ' ἵνα μάθωμεν ὅτι ἄξια ἐποίει τοῦ ἐκεῖθεν ἐλθόντος καὶ ἐκεῖ ἀπιόντος, ἅπαντα καταπατῶν τῦφον. καὶ ἀναστὰς ἀπὸ τοῦ δείπνου, καὶ θεὶς τὰ ἱμάτια.

Ὅρα πῶς οὐ τὸ νίψαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρως τὸ ταπεινὸν ἐνδείκνυται. οὐ γὰρ πρὶν ἢ κατακλιθῆναι, ἀλλὰ
D μετὰ τὸ ἀναπεσεῖν πάντας, τότε ἀνέστη. ἔπειτα οὐδὲ ἁπλῶς νίπτει, ἀλλὰ τὰ ἱμάτια ἀποτιθέμενος. καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστη, ἀλλὰ καὶ λέντιον διεζώσατο· καὶ οὐδὲ τούτῳ ἠρκέσθη· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐγέμισε, καὶ οὐχ ἑτέρῳ [e] πληρῶσαι ἐκέλευσεν, ἀλλὰ πάντα αὐτὸς ἐργάζεται ταῦτα, διὰ πάντων δεικνὺς ὅτι οὐκ ἀφοσιουμένους δεῖ ποιεῖν τὰ τοιαῦτα ὅταν εὖ ποιῶμεν, ἀλλὰ μετὰ πάσης προθυμίας. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τοῦ προδότου πρώτου νίψαι τοὺς πόδας, ἐκ τοῦ εἰπεῖν, ἤρξατο νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ ἐπαγαγεῖν, ἔρχεται πρὸς Σίμωνα Πέτρον, καὶ λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος· σύ μου νίπτεις
E τοὺς πόδας; ταῖς χερσὶν ταύταις, φησὶν, αἷς ὀφθαλμοὺς ἀνέῳξας, καὶ λεπροὺς ἐκάθηρας, καὶ νεκροὺς ἀνέστησας; πολλὴν γὰρ ἔμφασιν καὶ τοῦτο ἔχει· διόπερ οὐδὲ ἐδέησεν αὐτῷ τι πλέον εἰπεῖν, ἢ τὸ σύ. καὶ γὰρ καθ' ἑαυτὸ ἦν τὸ πᾶν ἐνδείξασθαι. ζητήσειε δ' ἄν τις εἰκότως· πῶς οὐδεὶς αὐτὸν τῶν ἄλλων ἐκώλυσεν, ἀλλὰ Πέτρος μόνος, ὅπερ οὐ μικροῦ

[a] Alii, παρέδωκεν. Quæ lectio confirmatur infra, & mox, ὑπάγει. ἢ τοῦτό φησιν, ὅτι.
[b] Alii, παράδοσιν, καθώς φησιν, σοί.
[c] Alii, ἐνδεικνύμενος.

[d] Nonnulli, ἀρετῆς. τί οὖν προσκεῖσθαι. Paulopost quidam, ὑπάγει, τουτέστιν [illegible].
[e] πληρῶσαι, alii, ἐμπλῆσαι.

Βαβαὶ πόση ἡ ἀναισθησία· πῶς οὐκ ἐμαλάχθη, οὐδὲ ᾐσχύνθη· ἀλλὰ ἀναισχυντότερος γενόμενος ἐξῆλθε; τὸ δὲ, ποίησον τάχιον, οὐ προστάττοντός ἐστιν οὐδὲ συμ-B βουλεύοντος· ἀλλ' ὀνειδίζοντος καὶ δεικνύντος ὅτι αὐτὸς μὲν ἐβούλετο διορθώσασθαι. ἐπειδὴ δὲ ἀδιόρθωτος εἶχεν, ἀφίησιν αὐτόν· καὶ οὐδεὶς, φησιν, ἔγνω τῶν ἀνακειμένων. πολλὴν ἄν τις ἐνταῦθα ἀπορίαν εὕροι, εἴ γε ἐρωτησάντων τῶν μαθητῶν τίς ἐστι, λέγει· ᾧ βάψας τὸ ψωμίον ἐπιδώσω, καὶ οὐδὲ οὕτω συνῆκαν· πλὴν εἰ μὴ λάθρα εἴρηκεν, ὥστε μηδένα ἀκοῦσαι· καὶ γὰρ ὁ Ἰωάννης διὰ τοῦτο παρὰ τὸ στῆθος ἀναπεσὼν, ἐρωτᾷ μονονουχὶ πρὸς τὸ οὖς ὥστε μὴ γενέσθαι φανερὸν τὸν προδότην· καὶ ὁ Χριστὸς οὕτως ἀπεκρίνατο, καὶ οὐδὲ τότε αὐτὸν ἐποίησε [b] φανερόν. καὶ ὁ μὲν καίπερ ἐμφαντικῶς εἰπὼν, ἑταῖρε· ὃ ποιεῖς ποίησον τάχιον. οἱ δὲ, οὐδὲ C οὕτως συνίεσαν. τοῦτο δὲ ἔλεγε, δεικνὺς ὅτι ἀληθῆ τὰ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους εἰρημένα ἦν αὐτῷ περὶ τοῦ θανάτου. καὶ γὰρ πρὸς ἐκείνους εἴρηκε τὸ, ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτὴν, καὶ, οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ. ἕως γοῦν κατεῖχεν, οὐδεὶς ἴσχυσεν. ἐπειδὴ δὲ ἀφῆκε λοιπὸν, εὔκολον τότε τὸ πρᾶγμα γέγονε. ταῦτ' οὖν ἅπαντα αἰνιττόμενος εἶπεν, ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον, καὶ [c] οὐδὲ τότε αὐτὸν δῆλον ἐποίησε. τάχα γὰρ αὐτὸν καὶ διέσπασαν· τάχα ἂν ὁ Πέτρος καὶ ἀνεῖλεν αὐτόν. διὰ τοῦτο οὐδεὶς ἔγνω τῶν ἀνακειμένων. ἄρα οὐδὲ ὁ Ἰωάννης; οὐδὲ D οὗτος· οὐ γὰρ ἂν προσεδόκησεν ὅτι μαθητὴς ἐπὶ τοσοῦτον [d] χωρήσει παρανομίας. ἐπειδὴ γὰρ πόῤῥω τῆς τοιαύτης πονηρίας ἦσαν, οὐδὲ περὶ ἑτέρων τοιαῦτα ὑποπτεύειν εἶχον. ὥσπερ οὖν ἔμπροσθεν αὐτοῖς εἶπεν, ὅτι οὐ περὶ πάντων λέγω, καὶ οὐδαμοῦ ἐξεκάλυψεν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἐνόμισαν περὶ ἑτέρου λέγεσθαι. ἦν δὲ νὺξ ὅτε ἐξῆλθε, φησί. διατί μοι τὸν καιρὸν λέγεις; ἵνα μάθῃς τὴν ἰταμότητα, ὅτι οὐδὲ ὁ καιρὸς αὐτὸν ἐπέσχε τῆς ὁρμῆς· ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο αὐτὸν κατάδηλον [e] ἐποίησε. ἐκεῖνοι γοῦν φόβῳ κατεχόμενοι καὶ ἀγωνίᾳ πολλῇ τότε, ἐθορυβοῦντο, καὶ τὴν μὲν ἀληθῆ τῶν εἰρημένων αἰE τίαν οὐκ [f] ᾔδεσαν· ὑπώπτευον δὲ ὅτι τοῖς πένησιν ἵνα τι δῷ, ταῦτα ἔλεγε. πολλὴν γὰρ ἐποιεῖτο τῶν πτωχῶν τὴν ἐπιμέλειαν· διδάσκων καὶ ἡμᾶς πολλὴν ὑπὲρ τούτου ποιεῖσθαι σπουδήν. ἐδόκουν δὲ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ γλωσσόκομον εἶχε· [g] καίτοιγε οὐδεὶς φαίνεται προσενεγκὼν αὐτῷ χρήματα, ἀλλ' ὅτι μὲν ἔτρεφον αὐτὸν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αἱ μαθήτριαι, εἰ-

[a] Alii, ἐξῆλθεν ἐκτός.
[b] Alii, φανερόν. ἀλλ' ὁ μὲν γυμνότερον ἔλεγεν αὐτὸ, ὃ ποιεῖς... ἐκεῖνοι δὲ οὐ συνίεσαν.
[c] Quidam, οὐδὲ τότε αὐτοῖς δῆλον. Putat Savilius legendum, αὐτοῖς ἐκεῖνον δῆλον ἐποίησε.
[d] χωρήσει, quidam, ἥξει.
[e] Morel. ἐποίησε. ἐκεῖνοι γοῦν φόβῳ κατ- Savil. καὶ γὰρ φόβῳ.
[f] Alii, ᾔδεσαν. ἐνόμισαν δὲ, φησιν, ὅτι.
[g] καίτοιγε οὐδεὶς. Hæc subobscura sunt, neque ita facile intelliguntur.

πε· τοῦτο δὲ οὐδαμοῦ ἠνίξατο· πῶς δὲ μὴ πήραν, μὴ χαλκὸν, μὴ ῥάβδον κελεύων ἐπιφέρεσθαι, γλωσσόκομον ἐπεφέρετο πρὸς τὴν τῶν πενήτων διακονίαν; ἵνα μάθῃς ὅτι καὶ τὸν σφόδρα ἀκτήμονα καὶ ἐσταυρωμένον, τούτου δεῖ τοῦ μέρους πολλὴν ποιεῖσθαι τὴν πρόνοιαν. πολλὰ γὰρ πρὸς τὴν ἡμετέραν οἰκονομίαν διδασκαλίαν ἔπραττε. τοῦτο οὖν καὶ λέγειν ἐνόμισαν οἱ μαθηταὶ, ἵνα τοῖς πένησί τι δῷ, καὶ οὐδὲ τοῦτο ἐνέτρεψε τὸ μέχρις ἐσχάτης ἡμέρας μὴ θελῆσαι αὐτὸν παραδειγματίσαι. τοῦτο καὶ ἡμᾶς δεῖ ποιεῖν, καὶ μὴ ἐκπομπεύειν τὰ τῶν συνόντων ἁμαρτήματα, κἂν ἀνιάτως ἔχωσι. καὶ γὰρ καὶ ταῦτα ἐλθόντι προδοῦναι, φίλημα ἔδωκε, καὶ κατεδέξατο πρᾶγμα τοσοῦτον, καὶ ἐπὶ τὸ πολλῷ [a] τολμηρότερον ᾔει, τὸν σταυρὸν αὐτὸν, τὸν θάνατον τὸν ἐπονείδιστον· καὶ πάλιν ἐκεῖ τὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν ἐπεδείκνυτο· καὶ δόξαν ἐνταῦθα τὸ πρᾶγμα καλεῖ, διδάσκων ἡμᾶς ὅτι οὐδὲν οὕτως αἰσχρὸν καὶ ἐπονείδιστον, ὃ μὴ λαμπρότερον ποιεῖ τὸν μετιόντα, ὅταν κατὰ Θεὸν γίνηται. μετὰ γοῦν τὸ ἐξελθεῖν τὸν Ἰούδαν [b] ἐπὶ τὸ παραδοῦναι, λέγει· νῦν ἐδοξάσθη ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. ταῦτα πεπτωκότας τοὺς λογισμοὺς τῶν μαθητῶν ἀνιστῶν, καὶ πείθων μὴ μόνον μὴ κατηφεῖν, ἀλλὰ καὶ χαίρειν. διὰ τοῦτο καὶ Πέτρος ἐξ ἀρχῆς ἐπετίμησε. τὸ γὰρ ἐν θανάτῳ γινόμενον περιγενέσθαι θανάτου, δόξα μεγάλη. καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ περὶ ἑαυτοῦ ἔλεγεν· ὅταν ὑψωθῶ, τότε γνώσεσθε ὅτι ἐγώ εἰμι. καὶ πάλιν· λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον. καὶ πάλιν· σημεῖον οὐ δοθήσεται ὑμῖν, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ. πῶς γὰρ οὐ δόξα μεγάλη, τὸ καὶ μετὰ θάνατον ἰσχῦσαι τῶν πρὸ τοῦ θανάτου μείζονα. ἵνα γὰρ πιστευθῇ ἡ ἀνάστασις, μείζονα εἰργάσαντο οἱ μαθηταί. εἰ δὲ μὴ ἔζη καὶ Θεὸς ἦν, πῶς ἐν ὀνόματι αὐτοῦ τοσαῦτα εἰργάσαντο οὗτοι; καὶ ὁ Θεὸς δοξάσει αὐτόν. τί ἐστι, καὶ ὁ Θεὸς δοξάσει αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ; τουτέστι· δι' ἑαυτοῦ, οὐ δι' ἑτέρου. καὶ εὐθέως δοξάσει αὐτόν· τουτέστιν, ἅμα τῷ σταυρῷ. οὐδὲ γὰρ διὰ χρόνου πολλοῦ φησιν, οὐδὲ τὸν μακρὸν τῆς ἀναστάσεως ἀναμενεῖ καιρόν· οὐδὲ τότε δείξει λαμπρὸν, ἀλλ' εὐθέως ἐν αὐτῷ τῷ σταυρῷ τὰ λαμπρὰ φαίνεται. ὁ γοῦν [c] ἥλιος ἐσκοτίσθη· αἱ πέτραι ἐρράγησαν· τὸ καταπέτασμα ἐσχίσθη· πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθη· ὁ τάφος σήμαντρα εἶχε, φύλακες παρεκάθιζον· καὶ ἐπικειμένου τῷ σώματι τοῦ λίθου, ἀνέστη τὸ σῶμα. τεσσαράκοντα ἡμέραι παρῆλθον, καὶ ἡ τοῦ πνεύματος ἦλθε χορηγία, καὶ πάντες αὐτὸν εὐθέως ἀνεκήρυττον. τοῦτό ἐστι, δοξάσει αὐτὸν [d] ἐν ἑαυτῷ, καὶ εὐθέως δοξάσει αὐτόν· οὐ δι' ἀγγέλων, οὐδὲ δι' ἄλλης τινὸς δυνάμεως· ἀλλὰ δι' ἑαυτοῦ.

Πῶς δὲ καὶ ἐδόξασε δι' αὐτοῦ; πάντα πράξας τὰ πρὸς δόξαν τοῦ υἱοῦ. καίτοι πάντα ὁ υἱὸς ἐποίησεν. ὁρᾷς ὅτι τὰ ὑπ' αὐτοῦ γινόμενα τῷ πατρὶ ἀνατίθη-

A ditabant: hoc ille nusquam vel subindicavit. Cur porro is qui jubet, nec peram, neque æs, neque baculum ferri, loculos ferebat ad pauperum ministerium? Ut discas vel eum qui nihil habeat & crucem portet, hanc maxime rem curare oportere. Multa enim faciebat, ut nos institueret. Hoc igitur Jesum dixisse putarunt discipuli, ut quidpiam pauperibus daretur: neque tamen hoc proditorem flexit, quod ad ultimam usque diem, illum traducere & notum facere noluerit. Hoc & nobis quoque faciendum est: contubernalium peccata non revelanda sunt, etiamsi incurabilia sint. B Etenim postea ipsi ad prodendum accedenti osculum dedit, ac rem suscepit tantam, cum ad longe formidabiliorem pergeret, ad crucem nempe, & mortem ignominiosissimam. Ac rursum illic benignitatem suam ostendebat: hic vero rem illam gloriam vocat, docens nihil adeo turpe, adeo ignominiosum esse, quod non clariorem reddat, quando secundum Deum efficitur. Postquam igitur exierat Judas ad prodendum, dicit: 31. *Nunc clarificatus est Filius hominis.* Hinc lapsos discipulorum animos eri- C gens, suadensque ut non modo non tristentur; sed etiam gaudeant. Ideo Petrus a principio increpavit. Nam quod morte quis mortem vincat, gloria est magna. Et hoc est quod ille de seipso dicit: *Cum exaltatus fuero, tunc cognoscetis quia ego sum*; & rursum, *Solvite templum hoc*; iterumque, *Signum non dabitur, nisi signum Jonæ.* Quomodo enim non gloria sit maxima, post mortem majora posse quam ante mortem? Ut enim resurrectio crederetur, majora fecere discipuli. Si enim non vixisset, & Deus non fuisset, quomodo hi in nomine ejus tanta fecissent? 32. *Et Deus clarificabit eum.* Quid est, D *Deus clarificabit eum in seipso?* Hoc est, per seipsum, non per alium; & statim clarificabit eum, simul cum cruce. Non post longum tempus, inquit, nec diu post resurrectionem illum reddet splendidum; sed statim in ipsa cruce, conspicuæ res apparebunt. Sol namque obscuratus est; petræ scissæ sunt, velum quoque scissum est, multa corpora sanctorum qui dormierant suscitata sunt; sepulcrum signacula habebat, custodes assidebant: & cum lapis corpori superpositum esset, corpus surrexit. Post quadra- E ginta dies Spiritus datus est, & statim omnes illum prædicarunt. Hoc est illud, *Glorificabit illum in seipso*, & statim glorificabit illum: non per Angelos, non per aliam quamdam potestatem, sed per seipsum.

3. Quomodo clarificavit per seipsum? Omnia faciendo ad gloriam Filii. Atqui omnia Filius fecit. Viden' ipsum opera Fi-

Cur Christus loculos habuerit.

Peccata aliorum non revelanda.

Joan. 8. 28. 12. 33.

Joan. 2. 19.

Luc. 11. 29.

a τολμηρότερον. Alii, χαλεπώτερον... τὸν δὲ σταυρὸν αὐτοῦ. Morel. σταυρὸν αὐτόν.
b ἐπὶ τό. Putat Savil. legendum ἐπὶ τῷ.

c Alii, ἥλιος ἀπεστράφη.
d Savil. ἐν ἑαυτῷ. Morel. ἐν αὐτῷ.

lii ad Patrem referre? 33. *Filioli, adhuc modicum vobiscum sum. Quæretis me, & non invenietis: & sicut dixi Judæis, Ubi ego sum, vos non potestis venire, & vobis dico modo.* Jam tristia orditur post cœnam. Nam cum Judas exivit, non vespera erat, sed nox. Cum enim paulopost adventuri essent qui illum caperent, oportebat omnia illis commendare, ut memoria retinerent. Imo potius Spiritus omnia ipsis suggerebat; multaque tunc, ut verisimile est, abjecerunt, utpote qui tunc primum audirent, & tot tentationes passuri essent. Nam qui in somnum præ tristitia lapsi sunt, ut ait alius Evangelista; & ipse quoque Christus ait: *Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum;* quomodo hæc omnia accurate retinere potuissent? Sed cur illis dicebantur? Non modicum ipsis lucrum ad Christi gloriam obveniebat, quod hæc clare scirent postea, dum recordarentur se hæc a Christo audivisse. Cur autem illorum animum prius dejicit dicens, *Adhuc modicum tempus vobiscum sum?* Judæis namque jure dicebatur, nos vero quare cum ingratis illis locas? Minime facio. Et cur ait, *Sicut dixi Judæis?* Reduxit in memoriam, quia non nunc ob malorum præsentiam hæc prædixit, sed jam olim præviderat, ipsique testes erant, qui audierant ipsum hæc Judæis dicentem. Quare addidit illud, *Filioli*; ut cum audirent illud, *Sicut dixi Judæis*, ne putarent simili modo sibi dictum fuisse. Non ergo ut dejiceret illorum animos hoc dixit, sed ut consolaretur, ne inexspectatæ ærumnæ ipsos turbarent. *Quo ego vado, vos non potestis venire.* Ostendit mortem suam esse translationem & transitum ad meliora, & ad locum corruptibilia corpora non recipientem. Hæc porro dicit etiam ut eorum erga se amorem excitet & ferventiorem efficiat. Scitis enim cum aliquos nobis amicissimos videmus abscedentes, nos magis incendi; maxime cum videmus eos in locum concedere quo nos ire non possumus. Ut ergo Judæos terreret, hæc dixit, utque discipulorum amorem incenderet. Talis est ille locus, quo non illi modo, sed nec vos quoque amicissimi possitis venire. Hic quoque dignitatem suam ostendit. *Et vobis dico modo.* Aliter illis, aliter vobis; id est, non cum illis. Ubinam illum quæsierunt Judæi? ubi discipuli? Discipuli cum fugerent; Judæi vero quando in calamitates ingentes & inauditas inciderunt, urbe capta, & ira Dei undique illos circumsidente. Discipulis ergo tunc propter incredulitatem ita loquutus est: Vobis nunc ego, ne inexspectatam subeatis calamitatem. 34. *Mandatum novum do vobis.* Cum enim verisimile esset illos iis auditis, ac si deserti pror-

Joan. 16. 6.

A σι; τεκνία, ἔτι μικρὸν μεθ' ὑμῶν εἰμι. ζητήσετέ με, καὶ καθὼς εἶπον τοῖς Ἰουδαίοις· ὅτι ὅπου ὑπάγω ἐγὼ, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν, καὶ ὑμῖν λέγω ἄρτι. ἄρχεται λοιπὸν τῶν λυπηρῶν μετὰ τὸ δεῖπνον. ὅτε γὰρ Ἰούδας ἐξῆλθεν, οὐκ ἔτι ἑσπέρα ἦν, ἀλλὰ νύξ. ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλον μικρὸν ὕστερον ἐπιστήσεσθαι, ἔδει πάντα παρακαταθέσθαι αὐτοῖς, ὥστε ἔχειν ἐν μνήμῃ. μᾶλλον δὲ τὸ πνεῦμα [a] πάντα αὐτοὺς ἀνέμνησε. πολλὰ γὰρ εἰκὸς ἅτε πρῶτον τότε ἀκούοντας καὶ τοιούτους μέλλοντας πειρασμοὺς ὑπομένειν ἀποβάλλειν αὐτούς. οἱ γὰρ πρὸς ὕπνον καταφερόμενοι, καθὼς καὶ ἕτερός φησιν εὐαγγελιστὴς, καὶ ἀθυμίᾳ συνεχόμενοι, B καθὼς καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς λέγει· ἀλλ' ὅτι ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν· πῶς ἂν ταῦτα πάντα κατέσχον ἀκριβῶς; τί δήποτε οὖν ἐλέγετο; οὐ μικρὸν αὐτοῖς ἐγίνετο κέρδος εἰς τὴν Χριστοῦ δόξαν, τὸ σαφῶς εἰδέναι μετὰ ταῦτα ὑπομιμνησκομένους ὅτι ταῦτα πάλαι ἀκηκοότες ἦσαν παρὰ τοῦ Χριστοῦ. τίνος δὲ ἕνεκεν προκαταβάλλει αὐτῶν τὴν ψυχὴν λέγων· ἔτι μικρὸν χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι; τοῖς μὲν γὰρ Ἰουδαίοις εἰκότως ἐλέγετο· ἡμᾶς δὲ τίνος ἕνεκεν ἐπίσης εἰς τὴν αὐτὴν τάξιν ἄγεις ἐκείνοις τοῖς ἀγνώμοσιν; οὐδαμῶς. καὶ τίνος ἕνεκεν εἶπε, C καθὼς εἶπον τοῖς Ἰουδαίοις; ἀνέμνησεν ὅτι οὐχὶ νῦν ἀπὸ τῆς τῶν δεινῶν παρουσίας ταῦτα προλέγει· ἀλλ' ἄνωθεν αὐτὰ προῄδει, καὶ μάρτυρες αὐτοὶ οἱ ἀκούσαντες, ὅτι καὶ πρὸς Ἰουδαίους ταῦτα ἔλεγε. διὸ καὶ προσέθηκε τὸ, τεκνία· ἵνα ἀκούσαντες, καθὼς εἶπον τοῖς Ἰουδαίοις, μὴ καὶ πρὸς αὐτοὺς ὁμοίως εἰρῆσθαι τὸ εἰρημένον νομίσωσιν. οὐ καταβάλλων τοίνυν αὐτοὺς, ἀλλὰ παραμυθούμενος ταῦτά φησιν· ἵνα μὴ ἀπροσδόκητα ἐπιστάντα αὐτοῖς τὰ δεινὰ ἐκταράξῃ. ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν· δείκνυσιν, ὅτι ὁ θάνατος αὐτοῦ, μετάστασίς ἐστι καὶ μετάθεσις ἀμείνων, D εἰς τόπον σώματα οὐ δεχόμενον φθαρτά. ταῦτα δὲ λέγει, καὶ τὸν εἰς αὐτὸν διεγείρων πόθον καὶ θερμότερον ποιῶν. ἴστε γὰρ ὅτι ἐπειδὰν ἴδωμεν τῶν φιλτάτων τινὰς ἀναχωροῦντας, μάλιστα διαθερμαινόμεθα, καὶ ὅταν ἴδωμεν εἰς τόπον ἀπιόντας, εἰς ὃν οὐδὲ δυνατὸν ἡμῖν ἀπελθεῖν. ἐκείνους μὲν οὖν φοβῶν ταῦτα ἔλεγε· τούτοις δὲ τὸν πόθον ἐξάπτων. τοιοῦτός ἐστιν ὁ τόπος, ὥστε μὴ μόνον ἐκείνους, ἀλλὰ μηδὲ ὑμᾶς τοὺς φιλτάτους δύνασθαι παραγενέσθαι ἐκεῖ. ἐνταῦθα καὶ τὸ ἀξίωμα τὸ ἑαυτοῦ δείκνυσι· καὶ ὑμῖν λέγω ἄρτι. ἑτέρως ἐκείνοις, καὶ ἑτέρως ὑμῖν· τουτέστιν, οὐ μετ' ἐκείνων. ποῦ δὲ αὐτὸν ἐζήτησαν E οἱ Ἰουδαῖοι; ποῦ δὲ οἱ μαθηταί; οἱ μαθηταὶ μὲν, ὅτε ἔφυγον· οἱ Ἰουδαῖοι δὲ ὅτε τὰ ἀνήκεστα ἔπαθον δεινὰ καὶ πάντα ὑπερβαίνοντα λόγον, τῆς πόλεως αὐτῆς ἁλούσης, καὶ τῆς θεηλάτου πάντοθεν κατ' αὐτῶν φερομένης ὀργῆς. ἐκείνοις μὲν οὖν τότε [b] ἔλεγε, διὰ τὴν ἀπιστίαν. ὑμῖν δὲ νῦν διὰ τὸ μὴ ἀπροσδόκητα ἐπελθεῖν τὰ δεινά. ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν. ἐπειδὴ γὰρ εἰς θόρυβον αὐτοὺς ἐμπεσεῖν εἰκὸς ἦν ταῦτα ἀ-

[a] Alii, πάντα ὑπεμίμνησκε. πολλά.

[b] ἔλεγε, alii ἔλεγον.

A κρύοντας ὡς ἐρήμους μέλλοντας ἔσεσθαι, παραμυθεῖται αὐτοὺς τὴν πάντων τῶν ἀγαθῶν ῥίζαν καὶ ἀσφάλειαν περιβάλλων αὐτοῖς, τὴν ἀγάπην. ὡσανεὶ ἔλεγεν· ἀλγεῖτε ἀπιόντος ἐμοῦ; ἀλλ' ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, ἔσεσθε ἰσχυρότεροι. πῶς οὖν οὐ τοῦτο εἶπεν; ὅτι ὃ τούτου μᾶλλον ὤνησεν αὐτοὺς, εἶπεν· ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε. [a] διὰ γὰρ τούτου ἅμα ἐδήλωσεν, ὅτι οὐ σβεσθήσεται ὁ χορὸς, ὁπότε καὶ γνώρισμα αὐτοῖς ἔδωκε. τοῦτο δὲ εἶπεν ὅτε ὁ προδότης αὐτῶν ἀπεσχίσθη. πῶς δὲ αὐτὴν ἐντολὴν λέγει καινὴν καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ κειμένην; αὐτὸς αὐτὴν ἐποίησε καινὴν τῷ τρόπῳ, ἐπήγαγε γοῦν, καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς. B οὐ γὰρ προϋπηργμένων ὑμῖν κατορθωμάτων ὄφλημα ὑμῖν ἀπέδωκα, ἀλλ' αὐτὸς κατῆρξα, φησίν· οὕτω καὶ ὑμᾶς εὐεργετεῖν τοὺς φιλτάτους χρὴ καὶ μὴ ὀφείλοντας αὐτοῖς. καὶ ἀφεὶς εἰπεῖν τὰ θαύματα ἃ ἔμελλον ποιεῖν, ἀπὸ τῆς ἀγάπης αὐτοὺς χαρακτηρίζει. τί δήποτε; ὅτι μάλιστά ἐστι τὸ δεικνῦον ἀνθρώπους ἁγίους. πάσης γάρ ἐστιν ἀρετῆς ὑπόθεσις. διὰ τούτου μάλιστα καὶ σωζόμεθα πάντες. τοῦτο γάρ ἐστιν εἶναι, φησι, μαθητήν. οὕτως ὑμᾶς [b] ἅπαντες ἐπαινέσονται, ὅταν ἴδωσιν ὑμᾶς μιμουμένους τὴν ἐμὴν ἀγάπην.

C Τί οὖν; οὐ πολλῷ μᾶλλον τὰ θαύματα δείκνυσι τοῦτο; οὐδαμῶς. πολλοὶ γὰρ ἐροῦσι· κύριε, οὐκ ἐν τῷ ὀνόματί σου δαιμόνια ἐξεβάλομεν; καὶ πάλιν χαιρόντων αὐτῶν ὅτι τὰ δαιμόνια αὐτοῖς ὑπακούει φησί· μὴ χαίρετε ὅτι τὰ δαιμόνια ὑμῖν ὑπακούει· ἀλλ' ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν γέγραπται ἐν τοῖς οὐρανοῖς. καὶ μὴν τοῦτο τὴν οἰκουμένην ἐπηγάγετο, ἐπειδὴ ἐκεῖνο προῆν. εἰ δὲ μὴ ἦν ἐκεῖνο, οὔτε τοῦτο παρέμενεν. τοῦτο γοῦν εὐθέως αὐτοὺς ἐποίησε καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ δὲ τὴν καρδίαν πάντων καὶ τὴν ψυχὴν εἶναι μίαν. εἰ δὲ διέστησαν ἀπ' ἀλλήλων, ἅπαντα ἂν ἀπολώλει. D οὐκ ἐκείνοις δὲ ταῦτα διελέγετο [c] μόνοις, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς μέλλουσι πιστεύειν εἰς αὐτόν. ἐπεὶ καὶ νῦν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν τὸ σκανδαλίζον Ἕλληνας, τὸ μὴ ἀγάπην εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὸ σημεῖα μὴ γίνεσθαι ἐγκαλοῦσι, φησίν. ἀλλ' οὐχ οὕτως. ποῦ δὲ τὴν ἀγάπην ἐπεδείξαντο οἱ ἀπόστολοι; ὁρᾷς Πέτρον καὶ Ἰωάννην ἀδιασπάστως ἔχοντας ἀλλήλων, καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἀναβαίνοντας; ὁρᾷς Παῦλον οὕτω πρὸς αὐτοὺς διακείμενον, καὶ ἀπορεῖς; εἰ γὰρ τὰ ἄλλα ἐκέκτηντο, πολλῷ μᾶλλον εἶχον τὴν μητέρα τῶν ἀγαθῶν· ἀπὸ γὰρ ψυχῆς ἐναρέτου τοῦτο E τὸ πρᾶγμα βλαστάνει· ἔνθα δὲ πονηρία, τοῦτο ξηραίνεται τὸ φυτόν. ὅταν, φησὶ, πληθυνθῇ ἡ ἀνομία, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν. καὶ Ἕλληνας δὲ οὐχ οὕτως ἐπάγεται σημεῖα, ὡς βίος· βίον δὲ οὐδὲν οὕτως εἶναι ποιεῖ, ὡς ἀγάπη. ἐκεῖνα μὲν γὰρ τοὺς ποιοῦντας πολλάκις καὶ πλάνους ἐκάλεσαν· βίου δὲ ἐπιλαβέσθαι οὐκ ἂν ἔχοιεν καθαροῦ. ὅτε μὲν οὖν οὔπω τὸ κήρυγμα διαδοθὲν ἦν, εἰκότως

[a] Alii, καὶ διὰ τοῦτο.
[b] Savil. ἅπαντες melius. Quidam, ἅπαντας.
[c] μόνοις, alii, μόνον.

sus essent, in perturbationem delapsuros esse: consolatur ipsos, omnium bonorum radice ad securitatem muniens eos, nempe caritate; ac si diceret: Me abeunte doletis: verum si vos mutuo diligatis, fortiores eritis. Cur ergo non ita dixit? Quia quod longe utilius erat protulit. 35. *In hoc cognoscent omnes quod discipuli mei estis.* His enim significavit, chorum suum nunquam esse solvendum, postquam hoc indicium illis dederat. Hoc vero dixit quando proditor ab illis separatus est. Cur autem hoc mandatum dicit novum esse, quod in veteri quoque Testamento positum erat? Ipse illud novum fecit ipso præcipiendi modo, intulit enim, *Sicut dilexi vos.* Non enim vestris præcedentibus meritis debitum persolvi; sed ipse cœpi, inquit, sic & vos oportet amicis vestris beneficia præstare, nullo debito obstrictos: & omissis miraculis quæ edituri erant, ex caritate illos distinguit. Quare? Quia hoc maxime sanctorum indicium & argumentum est: omnem quippe indicat sanctitatem. Per hoc maxime omnes salutem consequimur. Hoc est, inquit, esse discipulum. Sic vos laudabunt omnes, cum vos viderint meam imitari dilectionem.

4. Quid ergo? Annon potius hoc miracula ostendunt? Minime. *Multi enim dicent, Domine, nonne in nomine tuo dæmonia ejecimus?* & iterum, gaudentibus ipsis, quod dæmonia sibi parerent, dicit: *Ne gaudeatis quia dæmonia vobis subjiciuntur; sed quia nomina vestra scripta sunt in cælis.* Atqui hoc orbem adduxit, quia illud jam aderat; si illud non adfuisset, hoc non mansisset. Caritas enim illos statim bonos probosque reddidit, effecitque ut omnes unum cor & anima essent. Nam si dissensio fuisset, omnia peritura erant. Neque illis tantum hoc loquutus est, sed & omnibus in ipsum postea credituris. Siquidem & nunc nihil aliud gentilibus offendiculo est, quam quod caritas non adsit. At, inquies, nos quoque arguunt quod signa non fiant. Verum non usque adeo. In quo autem dilectionem ostenderunt Apostoli? Viden' Petrum & Joannem qui nunquam separantur, in templum ascendentes? viden' Paulum, quo nempe sit erga illos affectu; & tamen dubitas? Nam si aliis fuerunt virtutibus instructi, multo magis bonorum matrem possederunt. Hæc quippe ab anima virtute prædita germinat; at ubi nequitia est, exarescit. *Cum abundaverit iniquitas*, inquit, *refrigescet caritas multorum.* Gentiles certe non ita movent signa, ut vita: vitam nihil ita instituit, ut dilectio. Nam signorum editores, deceptores sæpe vocarunt, vitam vero puram nunquam carpere possunt. Quamdiu ergo prædicatio non tantum profe-

Matth. 7. 22.

Luc. 10. 20.

Gentiles Christianis improperabant quod nec signa fierent, nec caritas inter illos esset.

Matth. 24. 12.

cerat, jure signa in admiratione erant; nunc autem ex vita mirabiles esse oportet. Nihil enim Gentiles ita afficit, ut virtus; nihil ita illis offendiculo est, ut improbitas, & jure quidem. Cum enim viderint avarum & raptorem, contraria præcipientem, eumque qui inimicos diligere jubetur, in contribules suos, tamquam in feras sævientem, nugas præcepta illa vocabit. Cum viderit quempiam mortis formidine captum, quo pacto immortalitatis doctrinam accipiet? Cum ambitiosos viderit, aliisque animi morbis captos, potius in sua manebit sententia, nihilque de nobis magnum putabit. Nos enim, nos utique in causa sumus cur illi in suo errore persistant: nam doctrinam illam olim suam repudiarunt, & nostra admirantur; sed ex vita nostra arcentur. Nam verbis philosophari facile est: multi enim apud illos id fecerunt: adhuc vero requirunt opera bona. Veteres illos qui apud nos fuerunt recogitent. At illi non credunt, & nos præsentes observant. Ostende nobis, inquiunt, fidem per opera. Hæc nusquam sunt. Sed cum nos vident plus quam feras proximos nostros discerpere, nos orbis perniciem vocant. Hæc Gentiles retinent, ne ad nos transeant: itaque nos horum pœnas dabimus; non solum quod mala perpetremus; sed etiam quod nomen Dei blasphemetur. Quousque pecuniis, deliciis aliisque vitiis dediti erimus? Abstineamus denique. Audi[a] quid de quibusdam insensatis dicat propheta: *Comedamus & bibamus, cras enim moriemur.* De præsentibus hoc dicere non possumus, ita multi omnium bona absorbent, quod illis exprobrans dicebat propheta: *Numquid soli habitabitis terram?* Quamobrem timeo ne quid mali accidat, & ingentem nobis attrahamus Dei ultionem. Quod ne fiat, virtutem exerceamus omnem, ut futura consequamur bona, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem & cum quo Patri gloria, unaque Spiritui sancto, nunc & semper & in sæcula sæculorum, amen.

Isai. 22. 13.

Isai. 5. 8.

A τὰ σημεῖα ἐθαυμάζετο. νῦν δὲ ἀπὸ βίου χρὴ θαυμάζεσθαι. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐντρέπει Ἕλληνας, ὡς ἀρετή· οὐδὲν σκανδαλίζει, ὡς κακία, καὶ εἰκότως. ὅταν γὰρ ἴδῃ πλεονεκτοῦντα, ἁρπάζοντα, τὰ ἐναντία κελεύοντα, καὶ τοῖς ὁμοφύλοις ὡς θηρίοις κεχρημένον τὸν κελευσθέντα καὶ ἐχθροὺς ἀγαπᾷν, λῆρον ἐρεῖ τὰ εἰρημένα. ὅταν ἴδῃ τρέμοντα θάνατον, πῶς δέξεται τοὺς περὶ ἀθανασίας λόγους; ὅταν ἴδῃ φιλαρχοῦντας καὶ τοῖς ἄλλοις δουλεύοντας πάθεσιν, ἀκριβέστερον ἐν τοῖς ἑαυτοῦ μενεῖ δόγμασιν, οὐδὲν μέγα περὶ ἡμῶν φανταζόμενος. ἡμεῖς γάρ ἐσμεν αἴτιοι, ἡμεῖς τοῦ μένειν αὐ-
B τοὺς ἐπὶ τῆς πλάνης. τῶν μὲν γὰρ δογμάτων, τῶν παρ᾽ ἑαυτοῖς πάλαι, κατέγνωσαν, καὶ τὰ ἡμέτερα δὲ ὁμοίως θαυμάζουσιν· ἐκ τοῦ βίου δὲ ἡμῶν κωλύονται. τὸ μὲν γὰρ διὰ λόγων φιλοσοφῆσαι, εὔκολον· πολλοὶ γὰρ καὶ παρ᾽ αὐτῶν τοῦτο ἐποίησαν· ἐπιζητοῦσι δὲ τὴν διὰ τῶν ἔργων ἐπίδειξιν. ἀλλὰ τοὺς παλαιοὺς παρ᾽ ἡμῖν ἐννοείτωσαν. ἀλλ᾽ οὐδαμῶς πιστεύουσιν, ἀλλὰ τοὺς νῦν ζῶντας ἐπιζητοῦσιν. δεῖξον γάρ μοι, φησὶ, τὴν πίστιν διὰ τῶν ἔργων. ἀλλ᾽ οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ μᾶλλον ὁρῶντες καὶ θηρίου σπαράττοντας ἡμᾶς τοὺς πλησίον, λύμην ἡμᾶς καλοῦσι τῆς οἰκουμένης. ταῦτα Ἕλληνας κατέ-
C χει, καὶ οὐκ ἀφίησι πρὸς ἡμᾶς μεταστῆναι. ὥστε ἡμεῖς καὶ τούτων δίκην δώσομεν· οὐχ ὑπὲρ ὧν κακῶς πράττομεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ὧν βλασφημεῖται τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ. μέχρι τίνος χρήμασι καὶ τρυφῇ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐσμὲν [a] προσδεδομένοι πάθεσιν; ἀποστῶμεν οὖν λοιπόν. ἄκουσον τί φησιν ὁ προφήτης περὶ τινῶν ἀνοήτων· φάγωμεν καὶ πίωμεν· αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν. ἐπὶ δὲ τῶν παρόντων οὐδὲ τοῦτό ἐστιν εἰπεῖν. οὕτω πολλοὶ τὰ τῶν ἁπάντων περιβάλλονται. οὕτω καὶ αὐτοῖς ὀνειδίζων ἔλεγεν ὁ προφήτης· μὴ οἰκήσετε μόνοι ἐπὶ τῆς
D γῆς; διὸ καὶ δέδοικα μή τι γένηται χαλεπὸν, καὶ πολλὴν ἐπισπασώμεθα τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ τιμωρίαν. ὅπερ ἵνα μὴ γένηται, τῆς ἀρετῆς [b] ἐπιμελώμεθα πάσης, ἵνα καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι᾽ οὗ καὶ μεθ᾽ οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

a Putat Boisius legendum, προσδεδεμένοι, verum sine ulla manuscriptorum auctoritate.

b ἐπιμελώμεθα. Quidam, ἐπιλαβώμεθα.

A

ΟΜΙΛΙΑ ογʹ.

Λέγει Σίμων Πέτρος, κύριε· ποῦ ὑπάγεις; ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· ὅπου ὑπάγω ἐγὼ, οὐ δύνασαί μοι νῦν ἀκολουθῆσαι, ὕστερον δὲ ἀκολουθήσεις μοι.

[a] ΜΕΓΑ [a] ἀγάπη καλόν. πυρὸς ἐστὶ σφοδρότερον, καὶ πρὸς αὐτὸν ἄνεισι τὸν οὐρανόν· καὶ οὐδέν ἐστι κώλυμα, ὅπερ αὐτῆς τὴν ῥαγδαίαν ὁρμὴν ἐπισχεῖν δυνήσεται. ὁ γοῦν θερμότατος Πέτρος, ἀκούσας ὅτι ὅπου ἐγὼ ὑπάγω ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν, τί λέγει; κύριε, ποῦ ὑπάγεις; τοῦτο δὲ εἶπεν, οὐχ οὕτω μαθεῖν βουλόμενος, ὡς ἀκολουθῆσαι ἐπιθυμῶν· φανερῶς μὲν οὖν εἰπεῖν ὅτι ἔρχομαι, οὐκ ἐτόλμησε τέως. φησὶ δὲ, ποῦ ὑπάγεις; ὁ Χριστὸς δὲ οὐ πρὸς τὰ ῥήματα, ἀλλὰ πρὸς τὴν διάνοιαν ἀπεκρίνατο. ὅτι γὰρ τοῦτο ἤθελε δι' ὧν ὁ Χριστὸς εἶπε δῆλον. τί γάρ φησιν; ὅπου ἐγὼ ὑπάγω οὐ δύνασαί μοι νῦν ἀκολουθῆσαι. ὁρᾷς ὅτι τὸ ἀκολουθῆσαι ἐπεπόθει, καὶ διὰ τοῦτο ἐρωτᾷ; ἀκούσας δὲ, ὅτι ἀκολουθήσεις ὕστερον, οὐδὲ οὕτω τὸν πόθον κατεῖχε, καίτοι χρηστὰς ἐλπίδας λαβὼν, ἀλλ' οὕτως ἐπείγεται ὡς εἰπεῖν, διατί οὐ δύναμαί σοι νῦν ἀκολουθῆσαι; τὴν ψυχήν μου ὑπὲρ σοῦ θήσω. ἐπειδὴ γὰρ ἀπεσείσατο τὸν φόβον τῆς προδοσίας, καὶ τῶν γνησίων ἐφάνη καὶ αὐτὸς ὤν, μετὰ παῤῥησίας δι' ἑαυτοῦ λοιπὸν ἐρωτᾷ, τῶν ἄλλων σιγώντων. τί λέγεις Πέτρε; εἶπεν, ὅτι οὐ δύνασαι, καὶ σὺ λέγεις, δύναμαι; οὐκοῦν εἴσῃ διὰ τῆς πείρας αὐτῆς ὅτι οὐδέν σου ἐστὶν ἡ ἀγάπη μὴ τῆς ἄνωθεν παρούσης ῥοπῆς. ὅθεν δῆλον, ὅτι καὶ τὸ πτῶμα ἐκεῖνο, αὐτοῦ κηδόμενος συνεχώρησεν. ἐβούλετο μὲν γὰρ καὶ διὰ τῶν προτέρων παιδεῦσαι. ἐπειδὴ δὲ ἐπέμενε τῇ σφοδρότητι, αὐτὸς μὲν οὐκ ἐνέβαλεν αὐτὸν, οὔτε ὦσεν ἐπὶ τὴν ἄρνησιν, εἴασε δὲ ἔρημον, ὥστε μαθεῖν τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν. εἶπεν ὅτι δεῖ παραδοθῆναι, καὶ λέγει· ἵλεώς σοι, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο. ἐπετιμήθη, καὶ οὐκ ἐπαιδεύθη, ἀλλὰ πάλιν βουλομένου τοῦ Χριστοῦ νίψαι αὐτοῦ τοὺς πόδας, φησίν· [b] οὐ μὴ νίψῃς μου τοὺς πόδας εἰς τὸν αἰῶνα. ἀκούσας πάλιν, ὅτι οὐ δύνασαί μοι νῦν ἀκολουθῆσαι, λέγει· κἂν πάντες ἀρνήσωνται, ἐγὼ οὐκ ἀρνήσομαι. ἐπεὶ οὖν εἰκὸς ἦν αὐτὸν καὶ εἰς ἀπόνοιαν ἀρθῆναι μελετῶντα ἀντιλέγειν αὐτῷ, παιδεύει λοιπὸν αὐτὸν μὴ ἀντιπίπτειν. τοῦτο γοῦν καὶ ὁ Λουκᾶς αἰνιττόμενος αὐτόν φησιν εἰρηκέναι· καὶ ἐγὼ ἐδεήθην περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλείπῃ ἡ πίστις σου, τουτέστιν, ἵνα μὴ εἰς τέλος ἀπόλῃ· διὰ πάντων ταπεινοφροσύνην αὐτὸν διδάσκων, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἐλέγχων φύσιν οὐδὲν αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν οὖσαν. ἐπειδὴ γὰρ ἡ πολλὴ ἀγάπη ἀντιλογικὸν αὐτὸν ἐποίησε, σωφρονίζει λοιπὸν αὐτὸν, ἵνα μὴ καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα τοῦτο πάθῃ, ὅταν τῆς οἰκουμένης τὴν οἰκονομίαν ἀναδέξηται, ἀλλ' ἵνα

[a] Savil. ἀγάπη, καὶ πυρὸς αὐτοῦ σφοδρότερον . . . οὐρανόν· καὶ οὐδέν ἐστι κώλυμα.

HOMILIA LXXIII.

37. *Dicit Simon Petrus: Domine, quo vadis? Respondit ei Jesus: Quo ego vado, non potes sequi me modo, sequeris autem postea.*

1. MAGNUM quidpiam dilectio, & igne vehementius, quod ad ipsum cælum sustollit. Nullus potest obex impetum ejus cohibere. Ferventissimus igitur Petrus, cum audisset dicentem, *Quo ego vado, vos non potestis venire*, quid dicit? *Domine, quo vadis?* Hoc autem dicebat, non tam discendi, quam sequendi illum desiderio. Non ausus certe est dicere, venio; sed ait, *Quo vadis?* Christus non verbis, sed animo ejus respondet. Ut ex ipsis ejus verbis palam est. Quid enim ait? *Quo ego vado non potes modo me sequi.* Viden' illum sequi optavisse, ideoque interrogasse? Ut audivit autem, *Sequeris postea*; neque sic desiderium cohibuit, etsi sperandum audiret; sed eo venit ut diceret: 38. *Quare non possum te sequi modo? animam meam pro te ponam.* Quia enim proditionis metum deposuerat, & inter probos censebatur, cum fiducia demum, aliis silentibus, sciscitatur. Quid ais, Petre? Dicit ille, *non potes*; & tu dicis, possum? Experimento itaque disces dilectionem tuam sine superna gratia nihil esse. Unde palam est eum lapsum illum ad utilitatem Petri permisisse. Volebat quidem Christus his prolatis verbis ipsum instituere. Quia vero ille in vehementia sua perseverabat; non injecit quidem neque impulit ad negationem; sed deseruit, ut suam edisceret infirmitatem. Dixit Jesus se tradendum fore; respondit ille: *Propitius esto tibi, non erit tibi hoc.* Correptus, non emendatus est; sed cum vellet ipsi Jesus pedes lavare dixit, *Non lavabis mihi pedes in æternum.* Audiens rursum, *Non potes me sequi modo*; dicit, *Etsi omnes te negaverint, ego non negabo.* Quia igitur videre erat illum in arrogantiam prolabi, contradicere meditantem, monet demum ne repugnet. Id porro subindicans Lucas, dixisse illum ait: *Et ego pro te rogavi, ut non deficeret fides tua*; id est, ne prorsus & usque in finem pereas, in omnibus humilitatem docens, & arguens humanam naturam per se nihil esse. Quia enim dilectionis vis id efficiebat ut ad contradicendum paratus esset, illum ad resipiscendum monet, ne postea in idipsum incideret, cum orbis totius administrationem susciperet; sed ut memor

Petri fervens animus.

Dilectio sine superna gratia nihil est.

Matth. 16. 22.

Luc. 22. 32.

b Alii, σὺ μὴ ποιήσεις τοῦτο εἰς τόν.

eorum quæ ſibi acciderant, ſeipſum cognoſceret. Et vide quantus ſit lapſus; non enim ſemel aut bis, ſed eouſque proceſſit, ut brevi ter negaret; ut diſceret ſe non ita dilexiſſe, ut dilectus fuerat. Attamen ei qui ita lapſus fuerat, rurſum dicit, *Diligis me plus his?* Itaque non quod frigidus eſſet; ſed quod ſuperna nudatus eſſet ope cecidit. Dilectionem ergo Petri amplectitur, contradictionem vero inde partam ſuccidit. Si diligis, debes dilecto obtemperare. Dixit ille & tibi & ſociis, *Non potes:* quid contendis? Non intelligis quid ſit B Dei negatio? Quia vero hac in re non vis diſcere, non poſſe quod ego dico non fieri; in negatione tua id diſces; etſi hoc tibi incredibile viſum ſit. Hoc quidem neſciebas; hujus vero cognitionem in animo habebas; ſed tamen contra quam exſpectabas accidit. *Animam meam pro te ponam.* Quia enim audierat majorem hac caritatem neminem habere; inſiluit ſtatim inſatiabilis cum eſſet, & ſuprema attingere vellet. At Chriſtus ut oſtendat ad ſe tantum pertinere hæc cum auctoritate loqui, dicit: 39. *Antequam gallus cantet;* hoc eſt, nunc. Neque enim longe aberat: intempeſta quip- C pe nocte loquebatur, & jam prima & ſecunda vigilia præterierat. 1. *Non turbetur cor veſtrum.* Hoc dicit, quia veriſimile erat ipſos iſta audientes turbatos fuiſſe. Si enim coryphæus ita fervens audivit negaturum ſe eſſe antequam gallus ter cantaret; credibile erat ipſos magnam calamitatem paſſuros eſſe, quæ poſſet vel adamantinos animos evertere. Quia igitur par erat illos hæc cogitantes terreri, vide quomodo ipſos conſoletur, *Non turbetur cor veſtrum.* Hoc primo divinitatis ſuæ virtutem demonſtrans, D quod ea quæ illi in mente habebant, ipſe ſciret & palam faceret. *Creditis in Deum, & in me credite;* id eſt, omnes ærumnæ pertranſibunt. Nam fides in me & in Patrem fortior eſt ærumnis omnibus, nec ſinet vos malis obrui. Deinde ſubdit: 2. *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* Ut mœrentem Petrum conſolatur dicens, *Sequeris autem poſtea;* ſic eamdem illis ſpem ſuggerit. Ne putarent enim ad illum ſolum promiſſionem pertinere, ait: *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt; ſi quo minus dixiſſem vobis quia vado parare vobis locum;* E id eſt, quod vos ille locus excepturus ſit qui & Petrum. Nam magna ibi eſt manſionum copia; nec poteſt dici ille apparatu opus habere. Quia enim dixit, *Non poteſtis me ſequi modo;* ne putarent excluſos ſe eſſe, addit: 3. *Ut ubi ego ſum, & vos ſitis.* Tantam hujuſce rei curam habeo, ut id jam feciſſem, niſi

Joan. 13. 37.

Cap. 14.

Petrus coryphæus.

A ἀναμιμνησκόμενος ὧν ἔπαθεν ἐπιγινώσκῃ ἑαυτόν. καὶ ὅρα σφοδρότητα πτώματος. οὐ γὰρ ἅπαξ καὶ δὶς τοῦτο ἔπαθεν, ἀλλ' οὕτως ἐξέστη, ὡς ἐν βραχεῖ τρίτον εἰπεῖν τὸ ῥῆμα τὸ τῆς ἀρνήσεως· ἵνα μάθῃ, ὅτι οὐχ οὕτως ἠγάπησεν ὡς ἠγαπήθη. ἀλλ' ὅμως τῷ οὕτως πεσόντι πάλιν λέγει· ἀγαπᾷς με πλέον τούτων, οὕτως οὐκ ἀπὸ ψύξεως, ἀλλ' ἐκ τοῦ γυμνωθῆναι τῆς ἄνωθεν βοηθείας γέγονε. τὴν μὲν οὖν ἀγάπην ἀποδέχεται τοῦ Πέτρου· τὴν δὲ ἐξ αὐτῆς τικτομένην ἀντιλογίαν περικόπτει. εἰ γὰρ ἀγαπᾷς, ὀφείλεις τῷ ἠγαπημένῳ πείθεσθαι. εἶπε καὶ σοὶ καὶ τοῖς μετὰ σοῦ, οὐ δύνασαι· τί B φιλονεικεῖς; οὐκ οἶδας τί ποτέ ἐστιν ἀπαγόρευσις θεοῦ; ἐπειδὴ δὲ ἐν τούτῳ μαθεῖν οὐ θέλεις ὅτι οὐχ οἷόν τε μὴ γενέσθαι ὃ λέγω, ἐν τῇ ἀρνήσει [a] αὐτὸ μαθήσῃ· καίτοι πολύ σοι τοῦτο τότε ἀπιστότερον ἐφαίνετο. τοῦτο μὲν γὰρ οὐδὲ ᾔδεις· ἐκείνου [b] δὲ τὴν γνῶσιν αὐτὸς εἶχες ἐν τῇ ψυχῇ. ἀλλ' ὅμως ἐγίνετο τὸ μηδὲ προσδοκηθέν. τὴν ψυχήν μου ὑπὲρ σοῦ θήσω. [c] ἐπειδὴ γὰρ ἤκουσεν ὅτι μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἐπεπήδησεν εὐθέως ἀκόρεστος ὢν καὶ τῶν ἄκρων ἐφικνεῖσθαι βουλόμενος. ἀλλ' ὁ Χριστὸς, δεικνὺς ὅτι αὐτοῦ μόνου ἐστὶ ταῦτα μετὰ αὐθεντίας ἐπαγγέλλεσθαι, φησι· πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι· τουτέστι νῦν. οὐδὲ γὰρ ἦν πολὺ τὸ C διάστημα. ἀωρὶ γὰρ τῶν νυκτῶν διελέγετο, καὶ πρώτη καὶ δευτέρα ἦν φυλακὴ διελθοῦσα. μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία. τοῦτο λέγει, ἐπειδὴ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς ἀκούσαντας ταράττεσθαι. εἰ γὰρ ὁ κορυφαῖος καὶ οὕτω διάπυρος πρὸ φωνῆς ἀλέκτορος τρὶς ἀπαρνήσεσθαι ἤκουσε, μεγάλην τινὰ προσδοκᾶν αὐτοὺς περίστασιν ὑποστήσεσθαι εἰκὸς ἦν, ἱκανὴν καὶ τὰς ἀδαμαντίνους περιτρέψαι ψυχάς. ἐπεὶ οὖν ταῦτα λογιζομένους εἰκὸς ἦν αὐτοὺς καὶ ἐκστῆναι, ὅρα πῶς αὐτοὺς παραμυθεῖται· μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία λέγων. [d] τούτῳ πρώτῳ D τῆς θεότητος αὐτοῦ τὴν δύναμιν ἐνδεικνύμενος, ὅτι ἃ κατὰ ψυχὴν εἶχον, ταῦτα οἶδε καὶ εἰς μέσον ἄγει. πιστεύετε εἰς τὸν θεὸν, καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε· τουτέστι, πάντα παρελεύσεται τὰ δεινά. ἡ γὰρ εἰς ἐμὲ πίστις καὶ τὸν γεγεννηκότα, δυνατωτέρα τῶν ἐπιόντων ἐστὶ, καὶ οὐδὲν ἐάσει κρατῆσαι τῶν δυσχερῶν. εἶτα ἐπάγει· ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν. ὥσπερ τὸν Πέτρον ἀλύοντα παραμυθεῖται λέγων, ἀκολουθήσεις δὲ ὕστερον· οὕτω καὶ τούτοις ταύτην τὴν ἐλπίδα ὑποφαίνει. ἵνα γὰρ μὴ νομίσωσιν ἐκείνῳ μόνῳ τὴν ἐπαγγελίαν δεδόσθαι, φησίν· ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν. εἰ E δὲ μὴ, εἶπον ἂν ὑμῖν, [e] πορεύομαι ἑτοιμάσαι τόπον ὑμῖν, τουτέστιν, ὅτι καὶ ὑμᾶς ἐκεῖνος ὁ χῶρος δέξεται ὁ καὶ τὸν Πέτρον. ἀφθονία γὰρ ἐκεῖ πολλὴ καταγωγίων, καὶ οὐκ ἔνι εἰπεῖν ὅτι ἑτοιμασίας δεῖται. ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, οὐ δύνασθέ μοι νῦν ἀκολουθῆσαι, ἵνα μὴ νομίσωσιν εἰς τέλος [f] ἐκκεκόφθαι, ἐπήγαγεν· ἵνα ὅπου ἐγώ εἰμι, καὶ ὑμεῖς ἦτε. τοσαύτην ὑπὲρ τοῦ πράγματος τούτου πεποίημαι τὴν σπουδὴν, ὅτι ἤδη ἂν τούτου ἐγενόμην, εἰ μὴ

a Alii, αὐτῷ εἴσῃ. καίτοι.
b Alii, δὲ τὸ συνειδὸς αὐτός. Paulopoſt Morel. μὴ προσδοκηθέν.
c Morel. ἐπειδήπερ.

d Interpres legiſſe videtur, τούτῳ τῷ τρόπῳ, qui vertit, *hoc pacto;* ſed omnia exemplaria τούτῳ πρώτῳ habent.
e Alii, πορεύσομαι.
f Morel. ἐκκεκόφθαι, τοῦτο εἶπε καὶ ἐπάγει· ἵνα.

πάλαι ὑμῖν παρεσκεύαστο. δεικνὺς ὅτι σφόδρα αὐτοὺς χρὴ θαῤῥεῖν, καὶ πεποιθέναι.

Εἶτα ἵνα μὴ δόξῃ ὥσπερ ψυχαγωγῶν αὐτοὺς λέγειν, ἀλλὰ πιστεύσωσιν ὅτι οὕτως ἐστὶν, ἐπάγει· Καὶ ὅπου ὑπάγω οἴδατε, καὶ τὴν ὁδὸν οἴδατε. ὁρᾷς πῶς δίδωσιν αὐτοῖς ἀπόδειξιν τοῦ μὴ ἁπλῶς ταῦτα [a] εἰρῆσθαι; τοῦτο δὲ λέγει ἐπεὶ συνῄδει αὐτῶν τὴν ψυχὴν τοῦτο λοιπὸν ζητοῦσαν μαθεῖν. ὁ μὲν γὰρ Πέτρος, οὐχ ὑπὲρ τοῦ μαθεῖν, ἀλλ' ὥστε ἀκολουθῆσαι ἔλεγεν ὅπερ ἔλεγεν. ἐπειδὴ δὲ ἐπετιμήθη ἐκεῖνος, καὶ ὃ τέως ἀδύνατον ἐδόκει εἶναι, δυνατὸν [b] αὐτὸς ἀπεφήνατο. ἀδύνατον δὲ φανὲν, εἰς ἐπιθυμίαν αὐτὸν ἤγαγε τοῦ γνῶναι μετὰ ἀκριβείας αὐτό· διὰ τοῦτο τούτοις φησί· Καὶ τὴν ὁδὸν οἴδατε. ὥσπερ γὰρ εἰπών· Ἀπαρνήσῃ με, μηδενὸς μηδὲν προφθεγξαμένου, καὶ τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ ἐρευνῶν ἔλεγε, Μὴ ταράττεσθε· οὕτω καὶ ἐνταῦθα εἰπὼν, ὅτι οἴδατε, τὴν ἐπιθυμίαν ἐδήλου τὴν ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτῶν, καὶ αὐτὸς αὐτοῖς δίδωσι πρόφασιν τοῦ ἐρωτῆσαι. τὸ δὲ Ποῦ ὑπάγεις, Πέτρος μὲν ἀπὸ φιλοστοργίας πολλῆς, Θωμᾶς δὲ ἀπὸ δειλίας λέγει. Κύριε, οὐκ οἴδαμεν ποῦ ὑπάγεις. τὸν τόπον οὐκ ἴσμεν, φησί· καὶ τὴν ἐκεῖ φέρουσαν ὁδὸν, πῶς εἰσόμεθα; καὶ ὅρα μεθ' ὅσης ὑποστολῆς. οὐ γὰρ εἶπεν, εἰπὲ ἡμῖν τὸν τόπον· ἀλλ', οὐκ οἴδαμεν ποῦ ὑπάγεις; τοῦτο γὰρ πάλαι πάντες μαθεῖν ὤδινον. εἰ γὰρ Ἰουδαῖοι διηπόρουν ἀκούοντες· καίτοιγε ἀπαλλαγῆναι αὐτοῦ βουλόμενοι, πολλῷ μᾶλλον οἱ μηδέποτε αὐτοῦ χωρισθῆναι βουλόμενοι μαθεῖν ἤθελον. ἐδεδοίκεισαν μὲν οὖν αὐτὸν, ἐρωτῶσι δὲ ὅμως, [c] ἀπό τε τοῦ πολλοῦ πόθου καὶ τῆς ἀγωνίας. Τί οὖν ὁ Χριστός; Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή. οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρὸς τὸν πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ. Τί οὖν οὐκ εὐθέως ἐρωτηθεὶς παρὰ τοῦ Πέτρου, Ποῦ ὑπάγεις, εἶπεν, Ἐγὼ πρὸς τὸν πατέρα πορεύομαι· ὑμεῖς δὲ οὐ δύνασθε ἐλθεῖν νῦν· ἀλλὰ τοσούτων ἐνέβαλεν λόγων περίοδον, ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις συντιθείς; Ἰουδαίοις μὲν γὰρ, εἰκότως τοῦτο οὐκ ἔλεγε· τούτοις δὲ διατί; εἶπε μὲν καὶ τούτοις καὶ Ἰουδαίοις ὅτι ἐκ τοῦ θεοῦ ἐξῆλθε, καὶ πρὸς τὸν θεὸν ὑπάγει. καὶ νῦν δὲ αὐτὸ λέγει σαφέστερον ἢ πρότερον. ἄλλως δὲ καὶ Ἰουδαίοις μὲν σαφῶς οὕτως οὐκ εἶπεν. εἰ γὰρ εἶπεν, ὅτι οὐ δύνασθε πρὸς τὸν πατέρα ἐλθεῖν, εὐθέως ἂν τῦφον τὸ πρᾶγμα ἐνόμισαν· νῦν δὲ ἀποκρύψας, εἰς ἀγωνίαν αὐτοὺς ἐνέβαλεν. καὶ τοῖς μαθηταῖς δὲ τίνος ἕνεκεν οὕτως εἶπέ, φησι, καὶ τῷ Πέτρῳ; ᾔδει αὐτοῦ πολλὴν προθυμίαν· καὶ ὅτι μᾶλλον ἐντεῦθεν ἐπικείσεται ἐνοχλῶν. ὥστε οὖν αὐτὸν ἀπαγαγεῖν, κρύπτει. κατορθώσας δὲ ὅπερ ἐβούλετο διὰ τῆς ἀσαφείας καὶ τοῦ κρύψαι τὸν λόγον, πάλιν αὐτὸ ἐκκαλύπτει. εἰπὼν γὰρ, ὅτι ὅπου εἰμὶ οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν, ἐπήγαγεν· Ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσι, καὶ πάλιν· Οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ. τοῦτο οὖν οὐκ ἐβούλετο αὐτοῖς παρὰ τὴν ἀρχὴν εἰπεῖν, ὥστε μὴ εἰς πλείονα ἀθυμίαν ἐμβαλεῖν. ἐπειδὴ δὲ αὐτοὺς κα-

[a] Morel. εἰρῆσθαι· ἐκεῖνο δὲ εἶπεν, ἐπεὶ συν-
[b] Morel. αὐτὸς ἔδειξεν, ἀδύνατον.
[c] Alii, ὑπὸ τοῦ πολλοῦ.

A jam olim vobis præparatum esset: ostendens multum ipsis esse fidendum.

2. Deinde ne videretur id dicere adulandi causa; sed crederent rem ita se habere, subdit: 4. *Et quo ego vado scitis, & viam scitis.* Viden' quomodo ostendat eis hæc non frustra dicta fuisse. Illud vero dicit, quod sciret illos hanc cupere notitiam. Nam Petrus non discendi causa, sed ut sequeretur eum superiora loquutus est. Quia vero increpatus ille fuerat, & interim Christus quod impossibile videbatur, possibile esse monstravit; & cum impossibile videretur, B cupiditatem injecit quid illud esset cognoscendi; ideo ait illis: *& viam scitis.* Sicut enim ubi dixit, *me negabis*, cum nemo quidquam præfatus esset, ut quæ in cordibus erant scrutaretur, addidit, *Ne turbemini*; ita & hoc loco, ubi dixit, *scitis*, cupiditatem animi eorum declaravit, & ipse dat illis interrogandi occasionem. Illud vero, *Quo vadis?* Petrus ex vi amoris, Thomas vero præ timore dicit: 5. *Domine, nescimus quo vadis.* Locum nescimus, inquit, *& quomodo possumus viam scire?* Vide quam reverenter. Non enim dixit, Dic nobis locum; sed, *nescimus quo vadis.* C Hoc enim jam olim omnes discere cupiebant. Nam si Judæi id audientes animi pendebant, tametsi cupiebant illum abscedere; multo magis ii qui nunquam volebant ab illo separari, id discere cupiebant. Reverebantur autem illum; interrogant tamen & amore & anxietate ducti. Quid ergo Christus? 6. *Ego sum via, veritas, & vita. Nemo venit ad Patrem, nisi per me.* Cur ergo interrogatus a Petro quo iret, non statim respondit, Ego ad Patrem vado, vos vero non potestis nunc venire; sed tantum verborum circuitum intulit, tot interrogationes & D responsiones? Judæis namque merito non hoc dixit; his vero quare? Dixit quidem & his & Judæis, se ex Deo exivisse, & ad Deum ire. Et nunc id clarius dicit, quam prius. At Judæis non ita clare dixit. Nam si dixisset, Non potestis ad Patrem venire, id ex fastu dici putavissent. Cum celat vero, dubios reddit. At, inquies, cur discipulis & Petro ita dixit? Fervidum noverat Petri animum, & ad instandum inquirendumque pronum. Ut ergo illum avertat, obscure E loquitur. Postquam autem id quod volebat per sermonis obscuritatem effecit, iterum id revelat: cum dixisset enim: *Ubi sum nemo potest venire*; addit, *In domo Patris mei mansiones multæ sunt:* & rursus, *Nemo venit ad Patrem, nisi per me.* Hoc itaque nolebat illis initio dicere, ne in mœrorem majorem induceret. Postquam autem illos consolatus est, hoc

Christus quædam discipulis occultabat ne in mœrorem injiceret.

dicit. Etenim ab increpatione Petri, multum mœroris abstulit: metuentesque ne ea ipsa audirent, hinc magis reprimebantur. *Ego sum via*; hæc est explicatio illius dicti, *Nemo venit, nisi per me.* Illud vero, *& veritas & vita*; significat hæc prorsus futura esse. Si veritas, nihil a me falsum exibit; si etiam vita, ne mors quidem vos impedire poterit, quin ingrediamini. Alioquin vero, *Ego sum via*; duce non egebitis; si veritas sum, non loquor falsa; si vita, etiamsi moriamini, promissa consequemini. Quod de via dicebat intellexerunt & confessi sunt. Reliqua vero ignorabant: non tamen de illis audebant sciscitari: attamen multum ex via consolationis acceperunt. Si ergo in mea potestate est, inquit, ad Patrem adducere, istuc omnino venietis. Neque enim alia venire potestis via.
Joan. 6. 44. Cum autem dixisset antea, *Nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum;*
Joan. 12. 32. ac rursum, *Si ego exaltatus fuero a terra, omnes traham ad meipsum*; & nunc iterum, *Nemo venit ad Patrem, nisi per me*,
Christus se Patri æqualem ostendit. se Patri æqualem ostendit. Quomodo autem cum dixerit, *Quo vadam scitis, & viam scitis*; subdit, 7. *Si cognovissetis me, & Patrem meum utique cognovissetis: & amodo cognoscetis eum, & vidistis eum?* Non sibi contradicit: noverant enim illum, non tamen ut oportebat. Deum enim noverant, Patrem vero nondum: nam Spiritus postea veniens totam illis cognitionem intulit. Hoc autem vult dicere: Si meam nossetis substantiam & dignitatem, Patris quoque nossetis, *& modo cognoscetis eum, & vidistis eum:* alterum futuri, alterum præsentis; hoc est per me. Visionem vero dicit, mentis cognitionem, eos enim qui videntur, possumus videre & ignorare; eos vero qui cognoscuntur, non possumus cognoscere
Visio pro cognitione accipitur. & ignorare. Ideo ait, *Et vidistis eum*, ut visus est, inquit, & Angelis. Atqui non ipsa substantia visa est; sed tamen visam esse dicit, ut videlicet videre poterant. Sic vero loquutus est, ut discas eum qui ipsum novit, genitorem quoque ejus nosse. Videbant porro illum non nuda substantia, sed carne indutum. Alibi quoque visionem cognitionem ap-
Matth. 5. 8. pellat; ut cum dicit: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Mundos autem dicit, non tantum a fornicatione, sed a peccatis omnibus: nam omne peccatum maculam indit animæ.

3. Nihil itaque non agamus, ut sordes abstergamus. Abstergit autem primo lavacrum; deinde aliæ multæ & variæ viæ. Nam clemens cum sit Deus, alias nobis variasque vias, quibus purgemur, aperuit, quarum prima est eleemosyna.
Eccli. 3. 33. *Eleemosynis enim & fide purgantur peccata*, inquit. Eleemosynis, inquam, non ex ini-

A τεθεράπευσε, τότε λέγει. ἀπὸ γὰρ τῆς ἐπιτιμήσεως τοῦ Πέτρου, τὸ πολὺ τῆς ἀθυμίας [a] ἐξέβαλεν, εἰς φόβον τε ἐμπεσόντες μήποτε τὰ αὐτὰ ἀκούσωσι, κατεστέλλοντο μᾶλλον. ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός. τοῦτο ἀπόδειξις τοῦ, οὐδεὶς ἔρχεται εἰ μὴ δι᾽ ἐμοῦ. τὸ δὲ καὶ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωὴ, τοῦ ὅτι πάντως ταῦτα ἔσται. οὐδὲν τοίνυν παρ᾽ ἐμοῦ ψεῦδος εἰ ἀλήθεια. εἰ δὲ καὶ ζωὴ οὔτε αὐτὸς ὁ θάνατος ὑμᾶς κωλῦσαι δυνήσεται ἐλθεῖν. ἄλλως δέ· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, οὐ δεήσεσθε τοῦ χειραγωγοῦντος. εἰ δὲ καὶ ἡ ἀλήθεια, οὐ ψεῦδος τὰ λεγόμενα· εἰ δὲ καὶ ζωὴ, κἂν
B ἀποθάνητε, τεύξεσθε τῶν εἰρημένων. τὸ μὲν οὖν τῆς ὁδοῦ καὶ συνῆκαν καὶ ὡμολόγησαν· τὰ δὲ λοιπὰ ἠγνόουν. οὐ μὴν ἐτόλμων εἰπεῖν ἅπερ ἠγνόουν· ἀλλ᾽ ὅμως πολλὴν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τὴν παραμυθίαν ἔλαβον. [b] εἰ τοίνυν ἐγὼ κύριός εἰμι, φησὶ, τοῦ πρὸς τὸν πατέρα ἀγαγεῖν, πάντως ἥξετε ἐκεῖ. οὐδὲ γάρ ἐστιν ἑτέραν ἐλθεῖν ὁδόν· εἰπὼν δὲ ἔμπροσθεν οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρὸς μὲ, ἐὰν μὴ ὁ πατὴρ ἑλκύσῃ αὐτόν. καὶ πάλιν· ἐὰν ἐγὼ ὑψωθῶ ἀπὸ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. καὶ νῦν πάλιν, οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα, εἰ μὴ δι᾽ ἐμοῦ, δείκνυσιν ἴσον ἑαυτὸν τῷ γεγεννηκότι. πῶς δὲ εἰπὼν
C ὅποι ὑπάγω οἴδατε, καὶ τὴν ὁδὸν οἴδατε, ἐπήγαγεν· εἰ ἐμὲ ἐγνώκειτε, καὶ τὸν πατέρα μου ἐγνώκειτε ἂν, καὶ ἀπάρτι γνώσεσθε αὐτὸν, καὶ ἑωράκατε αὐτόν; οὐχὶ ἐναντιολογῶν. ᾔδεσαν μὲν γὰρ αὐτόν· οὐχ οὕτω δὲ ὡς ἐχρῆν. θεὸν μὲν γὰρ ᾔδεσαν, πατέρα δὲ οὐδέπω. ὕστερον γὰρ τὸ πνεῦμα ἐπελθὸν, πᾶσαν μὲν αὐτοῖς κατεσκεύασε τὴν γνῶσιν. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν. εἰ ᾔδειτε τὴν ἐμὴν οὐσίαν καὶ τὴν ἀξίαν, καὶ τὴν τοῦ πατρὸς ᾔδειτε. καὶ ἀπάρτι γνώσεσθε αὐτὸν, καὶ ἑωράκατε αὐτόν· τὸ μὲν μέλλοντος· τὸ δὲ παρόντος· τουτέστιν, δι᾽ ἐμοῦ. ὄψιν δὲ λέγει τὴν κατὰ διάνοιαν γνῶσιν. τοὺς μὲν γὰρ ὁρωμένους δυνάμεθα καὶ ὁρᾶν καὶ ἀγνοεῖν· τοὺς δὲ γινωσκομένους, οὐ
D δυνάμεθα γινώσκειν καὶ ἀγνοεῖν. διὰ τοῦτό φησι· καὶ ἑωράκατε αὐτόν. ὥσπερ, φησὶν, ὤφθη καὶ ἀγγέλοις. καίτοιγε οὐκ αὐτὴ ἡ οὐσία ὤφθη, ἀλλ᾽ ὅμως φησὶν ὤφθαι, δηλαδὴ ὡς ἐκείνοις ἰδεῖν [c] δυνατόν. οὕτω δὲ εἴρηται, ἵνα μάθῃς ὅτι ὁ αὐτὸν ἑωρακὼς, τὸν γεγεννηκότα οἶδεν. ἐθεάσαντο δὲ αὐτὸν οὐ γυμνῇ τῇ οὐσίᾳ, ἀλλὰ σάρκα περιβεβλημένον. οἶδε δὲ ἀλλαχοῦ καὶ τὴν ὄψιν γνῶσιν λέγειν· ὡς ὅταν λέγῃ, μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται. καθαροὺς δὲ, οὐχὶ τοὺς πορνείας ἀπηλλαγμένους· ἀλλὰ τοὺς πάντων ἁμαρτημάτων φησί. πᾶσα γὰρ ἁμαρτία ῥύπον
E ἐντίθησι τῇ ψυχῇ.

Πάντα τοίνυν πράττωμεν, ὥστε ἀποσμῆξαι τὴν ῥυπαρίαν. ἀποσμήχει δὲ πρῶτον τὸ λουτρόν· ὕστερον δὲ καὶ ἕτεραι ὁδοὶ πολλαὶ καὶ παντοδαπαί. φιλάνθρωπος γὰρ ὢν ὁ θεὸς, καὶ μετὰ ταῦτα ἔδωκεν ἡμῖν ὁδοὺς ποικίλης ἀπαλλαγῆς· ὧν πρώτη πασῶν ἐστιν, ἡ διὰ τῆς ἐλεημοσύνης. ἐλεημοσύναις γάρ, φησι, καὶ πίστεσιν ἀποκαθαίρονται ἁμαρτίαι. ἐλεημοσύνην δὲ οὐ τὴν ἐξ

a ἐξέβαλεν. Alii, ἐξέκοψε, & paulopost, ἡ ὁδός· τουτέστιν, ὅτι δι᾽ ἐμοῦ ἔρχεσθε· τὸ δὲ καὶ ἡ ἀλήθεια, ὅτι πάντως.

b Alii, εἰ γὰρ ἐγὼ κύριός εἰμι.
c Alii, δυνατόν. δεικνὺς ὅτι ὁ αὐτόν.

ἀδικίας

ἀδικίας λέγω· τοῦτο γὰρ οὐδὲ ἐλεημοσύνη, ἀλλ' ὠμότης καὶ ἀπανθρωπία. τί γὰρ ὄφελος ἐκδῦσαι ἕτερον, καὶ ἐνδῦσαι ἕτερον; ἀπὸ γὰρ οἴκτου τοῦ πράγματος ἄρχεσθαι δεῖ· τοῦτο δὲ ἀπανθρωπία. κἂν γὰρ πάντα τὰ τῶν ἑτέρων δῶμεν, οὐδὲν κέρδος ἡμῖν· καὶ δείκνυσιν ὁ Ζακχαῖος, ὃς τότε ἔφησεν ἐξιλεοῦσθαι τὸν θεὸν, δοὺς τῶν ἀφαιρεθέντων τετραπλάσιονα. ἡμεῖς δὲ μυρία ἁρπάζοντες καὶ ὀλίγα διδόντες, νομίζομεν ἵλεων ποιεῖν [a] τὸν θεὸν, οὐκ εἰδότες ὅτι μᾶλλον αὐτὸν παροξύνομεν. εἰπὲ γάρ μοι· εἴγε ὄνον νεκρὸν καὶ σεσηπότα ἀπὸ τῆς τριόδου καὶ τῶν ἀμφόδων ἑλκύσας ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἔφερες· ἆρα οὐκ ἂν ἅπαντές σε κατέλευσαν ὡς ἐναγῆ καὶ [b] μυσαρόν; τί οὖν ἐὰν ἐλέγξω ὅτι ἡ θυσία ἡ ἐξ ἁρπαγῆς μυσαρωτέρα τούτου, ποίας τευξόμεθα ἀπολογίας; θῶμεν γάρ τι κειμήλιον γεγενῆσθαι ἐξ ἁρπαγῆς, οὐχὶ ὄνου τεθνηκότος μᾶλλον ὄζωδε; βούλει μαθεῖν πόση τῆς ἁμαρτίας ἡ σηπεδών ἐστιν; ἄκουσον τοῦ προφήτου λέγοντος· προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου. σὺ δὲ διὰ μὲν ῥημάτων τὸν θεὸν ἀξιοῖς ἐπιλαθέσθαι ὧν ποιεῖς κακῶν· αὐτὸς δὲ δι' ὧν ποιεῖς ἁρπάζων καὶ πλεονεκτῶν, καὶ παρασκευάζεις μεμνῆσθαι διηνεκῶς, ἐπιτιθείς σου τὴν ἁμαρτίαν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. νῦν δὲ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ ἁμάρτημα· ἀλλὰ καὶ τὸ τούτου χαλεπώτερον, ὅτι τὰς τῶν ἁγίων μολύνεις ψυχάς. τοῦτο μὲν γὰρ λίθος ἐστὶ, καὶ ἁγιάζεται· ἐκεῖναι δὲ διὰ παντὸς αὐτὸν φέρουσι τὸν Χριστόν. καὶ τολμᾷς ἐκεῖ πέμπειν ἀπὸ τοιαύτης ἀκαθαρσίας; οὐχί, φησιν· οὐκ αὐτὰ τὰ χρήματα, ἀλλ' ἕτερα. γέλως ταῦτα καὶ λῆρος. οὐκ οἶδας ὅτι κἂν εἰς πολὺ πλῆθος χρημάτων τῆς ἀδικίας ἐμπέσῃ ῥανὶς, πάντα μολύνεται; καθάπερ οὖν εἰς πηγὴν καθαρὰν κόπρον τις ἐμβαλὼν πᾶσαν ἀκάθαρτον εἰργάσατο· οὕτω καὶ ἐν πλούτῳ πλεονεξία τις εἰσελθοῦσα, πάντα ἀποπνεῖν ποιεῖ τῆς ἐκεῖθεν δυσωδίας. εἶτα χεῖρας μὲν νιπτόμεθα, εἰς ἐκκλησίαν εἰσιόντες· τὴν δὲ καρδίαν οὐκέτι; μὴ γὰρ αἱ χεῖρες φωνὴν ἀφιᾶσιν; ἡ ψυχὴ [c] προφέρει τὰ ῥήματα· εἰς ἐκείνην ὁ θεὸς καθορᾷ. οὐδὲν δεῖ τῆς τοῦ σώματος καθαρότητος ἐκείνης μεμολυσμένης. τί γὰρ ὄφελος, ἂν τὰς ἔξωθεν μὲν χεῖρας ἀποσμήξῃς· τὰς δὲ ἔνδον ἀκαθάρτους ἔχῃς; τὸ γὰρ δεινὸν καὶ πάντα ἀνατρέπον, τοῦτό ἐστι, ὅτι τὰ μικρὰ δεδοικότες, τῶν μεγάλων καταφρονοῦμεν. τὸ μὲν οὖν ἀνίπτοις χερσὶν εὔξασθαι, ἀδιάφορον· τὸ δὲ ἀνίπτῳ διανοίᾳ, τοῦτό ἐστι τὸ πάντων ἔσχατον τῶν [d] κακῶν. ἄκουσον καὶ Ἰουδαίοις τοῖς περὶ τὰς τοιαύτας ἀκαθαρσίας ἠσχολημένοις, τί εἴρηται; ἀπόπλυναι ἀπὸ κακίας τὴν καρδίαν σου· ἕως πότε ἔσονταί σοι διαλογισμοὶ πόνων σου; ἀποπλύνωμεν καὶ ἡμεῖς, μὴ βορβόρῳ, ἀλλ' ὕδατι καθαρῷ, ἐλεημοσύνῃ καὶ μὴ πλεονεξίᾳ. πρότερον ἀπαλλάγηθι τοῦ ἁρπάζειν, καὶ τότε ἐπίδειξαι τὴν ἐλεημοσύνην. ἐκκλίνωμεν ἀπὸ κακοῦ καὶ ποιήσωμεν ἀγαθόν. στῆσον τὰς χεῖρας ἀπὸ πλεονεξίας, καὶ οὕτως αὐτὰς ἐπὶ τὴν ἐλεημοσύνην ἄγε. [e] ἂν δὲ ταῖς αὐταῖς ἄλλους ἀποδύσωμεν, εἰ καὶ μὴ τοῖς ἐξ ἐκείνων ἀφῃρημένοις

A que partis: illud enim non eleemosyna, sed inhumanitas & crudelitas est. Quæ enim utilitas alterum spoliare, alterum induere? A misericordia incipiendum est: alioquin immanitas esset. Etsi enim omnia aliena demus, nihil hinc lucri nobis, ut ostendit Zacchæus, qui se Deum placare dicit dando quadruplum eorum quæ rapuerat. Nos vero qui innumera rapimus & pauca damus, placare Deum putamus, ignorantes nos illum magis irritare. Dic, quæso, mihi, si asinum mortuum & fœtidum e triviis ad aram tractum offerres in sacrificium; nonne te
B omnes lapidarent ut impium & exsecrandum? Quid vero si probem, sacrificium ex rapina magis exsecrandum esse, quam defensionem habebimus? Ponamus enim cimelium ex rapina partum, annon magis fœtet, quam asinus mortuus? Vis discere quantus sit peccati fœtor? audi prophetam dicentem: *Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ.* Tu vero Deum verbis precaris, ut scelerum tuorum obliviscatur; dum per rapinas & fraudes tuas illud agis, ut eorum semper recordetur, dum peccatum tuum aræ imponitur. Jam vero non hoc
C solum peccatum est; sed quod est gravius, sanctorum animas inquinas. Hoc enim lapis est, & sanctificatur: illæ autem semper Christum ferunt: & audes tam immunda offerre? Minime, inquies, non eas pecunias offero, sed alias. Ridicula hæc & nugacia sunt. Nescis quod si in multam pecuniam vel stilla injustitiæ inciderit, tota inquinatur? Ut enim si quis in purum fontem, fimum injiciat, totam aquam reddit immundam; ita si in divitias rapina ingrediatur, omnia fœtore implet. Quid ergo? manus lavamus cum in Ecclesiam ingredimur, cor
D vero non item? Num manus vocem emittunt? Anima verba profert. In illam Deus respicit: illâ fœdatâ, nihil prodest corporis puritas. Quæ utilitas si manus exteriores abstergas, interiores vero impuras relinquas? Illud grave est, illud omnia subvertit, quod parva cum metu curantes, magna contemnamus. Illotis certe manibus orare indifferens est; illota vero conscientia, illud est omnium malorum deterrimum. Audi quid dictum sit Judæis, de tali immunditia solicitis: *Lava a malitia cor tuum. Quousque erunt in te cogitationes laborum tuo-*
E *rum?* Lavemus & nos, non luto, sed aqua pura, eleemosyna, non avaritia. Prius a rapina abstine, & tunc elemosynam largire. Declinemus a malo & faciamus bonum. Manus coërce a rapina, & sic eas ad eleemosynam porrige. Si vero iisdem manibus alios spoliemus, etiamsi non ex ablatis alios induamus;

Luc. 19. 8.

Ps. 37. 6.

Altare lapis erat.

Manus lavabant cum in Ecclesiam intrarent.

Jer. 4. 14.

Ps. 36. 27.

Eleemosyna ex rapina scelus est.

[a] Quidam, τὸν θεὸν καίτοιγε μᾶλλον αὐτόν.
[b] μυσαρόν. Alii, μιαρόν.
[c] A[illegible], προσφέρει: [illegible]
[d] Nonnulli, κακῶν. διὰ τοῦτο καὶ Ἰουδ. . . . τί φησιν;

[e] Manuscripti multi, ἂν δὲ ταῖς αὐταῖς τοὺς πτωχοὺς ἀποδ- Editi, ἄλλους ἀποδ- Mox ἀφῃρημένοις, alii διδομένοις. Paulopost mss. non pauci, ἐπεὶ καὶ ὁ Καὶν βελτίων [illegible] μηδὲ ὅλως προσενεγκεῖν.

neque sic supplicium effugiemus. Sic enim propitiationis materia, sceleris quoque materia est. Melius certe est non misereri, quam sic misereri. Siquidem Caïno melius fuisset nihil prorsus offerre. Si vero qui minora obtulit, Deum irritavit; qui aliena dat, quomodo non provocabit? Ego tibi dixi, inquit, Ne rapias, & tu me ex raptis honoras? Quid existimas? An me his delectari? dicet
δείκνυσιν, ὅτι χαίρειν οὐκ ἀλγεῖν δεῖ. καὶ ὅρα πῶς αὐτὸ κατασκευάζει. οὐ γὰρ εἶπεν, οἶδα λυπηρὸν ὂν τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ δι' ἐμὲ φέρετε, ἐπειδὴ καὶ δι' ἐμὲ πάσχετε. οὐδέπω γὰρ αὕτη ἡ πρόφασις ἱκανὴ ἦν παραμυθήσασθαι. διόπερ αὐτὴν ἀφεὶς, ἑτέραν προτίθησι. ποίαν δὴ ταύτην; ὅτι τῆς προτέρας ἀρετῆς τοῦτο τεκμήριον· καὶ τοὐναντίον ἀλγεῖν ἐχρῆν, οὐχ ὅτι μισεῖσθε νῦν, ἀλλ' εἰ ἐμέλλετε φιλεῖσθαι. τοῦτο γὰρ αἰνίττεται ἐκ τοῦ λέγειν· εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε, ὁ κόσμος ἂν τὸ ἴδιον ἐφίλει. ὥστε εἰ ἐφιλεῖσθε, εὔδηλον ὅτι πονηρίας ἐξεφέρετε δεῖγμα. εἶτα ἐπειδὴ τοῦτο προειπὼν οὐκ ἐξειργάσατο αὐτὸ, ἐπεξέρχεται πάλιν τῷ λόγῳ. οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ. εἰ ἐμὲ ἐδίωξαν, καὶ ὑμᾶς διώξουσιν. ἔδειξε ζηλωτὰς αὐτοὺς κατὰ τοῦτο μάλιστα γινομένους. ἕως μὲν γὰρ ἦν ἐν σαρκὶ ὁ Χριστὸς, πρὸς ἐκεῖνον τὸν πόλεμον εἶχον· ἐπειδὴ δὲ μετέστη, πρὸς αὐτοὺς πάλιν ἦλθεν ἡ μάχη. εἶτα ἐπειδὴ ὀλίγοι ὄντες ἐθορυβοῦντο δήμου τοσούτου μέλλοντες πόλεμον καταδέχεσθαι, ἀνίστησιν αὐτῶν τὴν ψυχὴν λέγων· ὅτι τοῦτο μάλιστα χαρᾶς ἔργον ἐστὶ τὸ μισεῖσθαι παρ' αὐτῶν. οὕτω γάρ μοι κοινωνήσετε τῶν παθῶν. οὐ τοίνυν ὑμᾶς θορυβεῖσθαι χρή· οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐμοῦ κρείττους· ὥσπερ οὖν καὶ προλαβὼν εἶπον, οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ. εἶτα καὶ τρίτη παραμυθία, ὅτι καὶ ὁ πατὴρ ὑβρίζεται μετ' αὐτῶν. ταῦτα γὰρ ἅπαντα ποιήσουσί, φησι, διὰ τὸ ὄνομά μου, ὅτι οὐκ οἴδασι τὸν πέμψαντά με, τουτέστι, κἀκεῖνον ὑβρίζουσιν. πρὸς τούτοις, συγγνώμης αὐτοὺς ἀποστερῶν, καὶ τιθεὶς καὶ ἑτέραν παραμυθίαν φησίν· εἰ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον. δεικνὺς ὅτι ἀδίκως καὶ τὰ εἰς αὐτὸν καὶ τὰ εἰς ἐκείνους ἐργάσονται. τί οὖν ἐπὶ τοσαῦτα ἡμᾶς [a] ἤγαγες κακά; οὐχὶ προῄδεις τοὺς πολέμους, καὶ τὸ μῖσος; διὰ τοῦτο πάλιν φησίν· ὁ ἐμὲ μισῶν, καὶ τὸν πατέρα μου μισεῖ. οὐ μικρὰν καὶ ἐντεῦθεν αὐτοῖς προαναφωνῶν κόλασιν. ἐπειδὴ γὰρ ἄνω καὶ κάτω προεφασίζοντο, ὅτι διὰ τὸν πατέρα αὐτὸν ἐδίωκον, ἀναιρῶν αὐτῶν τὴν ἀπολογίαν ταῦτα εἴρηκεν. οὐ γὰρ ἔχουσι πρόφασιν. τὴν ἀπὸ τῶν λόγων διδασκαλίαν παρεσχόμην, τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων προστέθεικα κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον· ὃς τῷ τὰ τοιαῦτα ποιοῦντι καὶ λέγοντι πείθεσθαι ἅπαντας ἐκέλευσεν, ὅταν καὶ πρὸς εὐσέβειαν ἄγῃ, καὶ θαύματα παρέχῃ μέγιστα. οὐχ ἁπλῶς δὲ εἶπε σημεῖα, ἀλλὰ ἃ μηδεὶς ἄλλος ἐποίησε. καὶ τούτων αὐτοὶ μάρτυρες οὕτω λέγοντες· οὐδέποτε οὕτως ἐφάνη ἄνθρωπος ἐν τῷ Ἰσραήλ· καὶ, οὐκ ἠκούσθη ἐκ τοῦ αἰῶνος, ὅτι ἤνοιξέ τις ὀφθαλμοὺς τυφλοῦ γεγεννημένου, καὶ τὸ κατὰ τὸν Λάζαρον τοιοῦτον· καὶ τὰ ἄλλα πάντα τοιαῦτα. καὶ ὁ τῆς θαυματουργίας τρόπος, καινὰ καὶ παράδοξα ἅπαντα. τίνος οὖν ἕνεκέν, φησι, καί σε καὶ ἡμᾶς διώκουσιν; ὅτι ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ ἐστέ. εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε, ὁ κόσμος ἂν τὸ ἴδιον ἐφίλει. προαναμιμνήσκει τῶν ῥημάτων αὐτοὺς, ὧν καὶ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς εἶπε τοὺς ἑαυτοῦ· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἠθικώτερον, ἵνα μὴ πλήξῃ·

[a] Morel. ἔγαγε. Savil. ἤγαγες.

A dum, non dolendum esse. Et animadverte quo pacto probet illud. Non enim dixit: Scio rem esse molestam, sed propter me illud sustinete, quia propter me patimini. Nondum enim hæc sufficiens consolationis causa fuisset: quapropter missa illa, aliam proponit: quam? Quod prioris virtutis hoc esset argumentum, & contra dolendum esset, non quod nunc odiosi sitis, sed si diligeremini. Hoc enim subindicat cum ait: 19. *Si de mundo essetis, mundus quod suum esset diligeret.* Itaque si diligeremini, improbitatis indicium præberetis. Deinde quia his dictis nihil profecerat, iterum prosequitur.

Christus discipulos multis modis consolatur.

B 20. *Non est servus major domino suo: si me persequuti sunt, & vos persequentur.* Hinc maxime ostendit ipsos imitatores fore. Donec enim Christus in carne fuit, contra ipsum certabatur; postquam autem assumtus est, adversus illos pugnatum est. Hinc quia pauci contra tantum populum concertaturi turbabantur, ipsorum animos erigit dicens; hanc esse maxime lætandi causam, quod ab illis odio haberentur: ita enim, inquit, mihi passionum consortes eritis. Non ergo vos turbari oportet; non enim me potiores estis; siquidem, ut dixi, *Non est servus major domino suo.* Inde tertia sequitur

C consolatio: quod Pater una cum ipsis contumelia afficiatur. 21. *Hæc omnia facient vobis*, inquit, *propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit me*; hoc est, illum quoque contumelia afficiunt. Ad hæc illos omni venia indignos pronuncians, aliam affert consolationem his verbis: 22. *Si non venissem, & loquutus fuissem eis, peccatum non haberent.* Ostendens ipsos inique in se & in discipulos esse acturos. Cur ergo nos in hæc induxisti mala? Annon prævidebas bella &

D odia? Ideo addit: 23. *Qui me odit, & Patrem meum odit.* Non parvum hinc illis supplicium prænunciat. Quia enim ubique obtendebant, se propter Patrem Christum persequi, illis omnem auferens defensionem, hæc dixit. Nullam enim habent excusationem: verborum doctrinam ipsis præbui, operibus verba confirmavi secundum Moysis legem, qui hæc facienti & dicenti obtemperare jubet omnes, quando dicta & ad pietatem ducunt, & magnis sunt fulta miraculis. Nec simpliciter miracula dixit; sed qua-

E lia nemo alius patravit: cujus rei ipsi testes erant cum dicerent: *Nunquam homo sic apparuit in Israël*; &, *A sæculo non est auditum, quod quis aperuerit oculos cæci nati*: item de Lazaro, atque similia multa proferri possint, necnon miraculorum modus: omnia certe nova, & stupenda. Cur ergo, inquit, & te & nos persequuntur? *Quia de mundo non estis. Si de mundo essetis, mundus quod suum est diligeret.* Prius in memoriam illis revocat verba, quæ fratribus suis dixerat. Sed illic quidem cautius, ne ipsos offen-

Matth. 9. 33. Joan. 9. 32.

deret; hic vero contra totum revelavit. Et unde liquet nos propterea odio haberi? Ex iis quæ in me facta sunt. Nam quod dictorum gestorumve meorum coarguere potuerunt, ut me non reciperent? Deinde cum res stupenda nobis esset, causam quoque dixit; nempe ipsorum nequitiam. Neque hoc satis habuit, sed etiam prophetam adducit, ostendens illum hæc jam olim prænunciasse ac dixisse: 25. *Quia odio habuerunt me gratis.* Ps. 61. 5.
Quod & Paulus facit. Multis enim mirantibus quod Judæi non crediderint, prophetas affert id olim prænunciantes, & causam proferentes incredulitatis, nempe malitiam & arrogantiam eorum. Quid ergo? Si sermonem tuum non servarunt, neque nostrum servabunt; si te persequuti sunt, & nos persequentur. Si viderunt signa qualia nullus alius fecit; si verba audierunt non hactenus audita, & nihil profecerunt; si Patrem tuum & te oderunt, cur nos in medios injecisti? Quomodo nos fide digni erimus? Quis ex contribulibus nos audiet?

3. Ne itaque hæc cogitantes turbarentur, vide quam afferat consolationem. 26. *Cum venerit Paracletus, quem ego mittam, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me: 27. & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.* Ille fide dignus erit: nam Spiritus veritatis est. Ideo non Spiritum sanctum, sed Spiritum veritatis ipsum vocavit. Illud vero, *qui a Patre procedit*, ostendit ipsum omnia accurate nosse, quod etiam de seipso dicit Christus: *Scio unde venio, & quo vado*, & hîc de veritate loquens. *Quem ego mittam.* Ecce non Pater solus, sed etiam Filius mittit. Et vos quoque fide digni eritis, qui mecum fuistis, neque ab aliis audistis. Ipsique Apostoli hinc asseverantes loquuntur: *Qui cum eo comedimus & bibimus.* Act. 10. 41.
Quod autem hæc non ad gratiam dicta sint, testificatur ipse Spiritus. 1. *Hæc loquutus sum vobis, ut non scandalizemini*; Cap. 16.
cum nempe videbitis multos non credentes, & vos gravia patientes. 2. *Extra synagogam facient vos.* Jam enim decreverant, ut si quis Christum confiteretur, extra synagogam ejiceretur. *Sed venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium præstare Deo.* Ita vestram moliuntur necem, ac si rem piam & Deo gratam agerent. Deinde consolationem rursus affert. 3. *Et hæc facient, quia non noverunt Patrem, neque me.* Vobis ad consolationem satis est, quod propter me & propter Patrem hæc patiamini. Hic illis in memoriam revocat beatitudinem illam, quam in principio protulerat. *Beati estis cum vobis exprobraverint, & persequuti vos fuerint, & dixerint omne malum verbum adversum vos mentientes propter me. Gaudete & exsultate, quia merces vestra multa est in cælis.* 4. *Hæc* Matth. 5. 11.

a Morel. ῥήματα ἤκουσαν.

A ἐνταῦθα δὲ τοὐναντίον, τὸ πᾶν ἀπεκάλυψε. καὶ πόθεν δῆλον ὅτι διὰ τοῦτο μισούμεθα; ἀπὸ τῶν εἰς ἐμὲ γινομένων. τίνος γὰρ εἰπέ μοι τῶν λεχθέντων ἢ τῶν πραχθέντων ἐπιλαβέσθαι ἔχοντες οὐκ ἐδέξαντό με; εἶτα ἐπειδὴ δὲ πρᾶγμα ἔκπληκτον ἦν ἡμῖν, εἶπε καὶ τὴν αἰτίαν· τουτέστι, τὴν πονηρίαν τὴν αὐτῶν. καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἵσταται· ἀλλὰ καὶ τὸν προφήτην ἐπάγεται, δεικνὺς αὐτὸν ἄνωθεν προαναφωνοῦντα καὶ λέγοντα, ὅτι ἐμίσησάν με δωρεάν· ὃ καὶ Παῦλος ποιεῖ. πολλῶν γὰρ θαυμαζόντων πῶς Ἰουδαῖοι οὐκ ἐπίστευσαν, προφήτας ἄγει προλέγοντας ἄνωθεν, καὶ τὴν αἰτίαν δηλοῦντας, ὅτι ἡ πονηρία αὐτῶν καὶ ἡ ἀπόνοια, τῆς ἀπιστίας B αἰτία. τί οὖν; εἰ τὸν λόγον σου οὐκ ἐτήρησαν, διὰ τοῦτο οὐδὲ τὸν ἡμέτερον τηρήσουσιν; εἰ σὲ ἐδίωξαν, διὰ τοῦτο καὶ ἡμᾶς διώξουσιν; εἰ σημεῖα εἶδον οἷα οὐδεὶς ἄλλος πεποίηκεν· εἰ [a] ῥημάτων ἤκουσαν, οἵων οὐδεὶς, καὶ οὐδὲν ἀπώναντο· εἰ τὸν πατέρα σου μισοῦσι, καί σε μετ' ἐκείνου· τίνος, φησὶν, ἕνεκεν ἡμᾶς ἐνέβαλες; πῶς ἡμεῖς ἀξιόπιστοι λοιπὸν ἐσόμεθα; τίς δὲ προσέξει τῶν ὁμοφύλων ἡμῖν;

Ἵν' οὖν μὴ ταῦτα ἐννοοῦντες θορυβῶνται, ὅρα οἵαν ἐπάγει παράκλησιν. ὅταν ἔλθῃ ὁ παράκλητος, ὃν ἐγὼ C πέμψω, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ. καὶ ὑμεῖς δὲ μαρτυρεῖτε, ὅτι ἀπ' ἀρχῆς μετ' ἐμοῦ ἐστε. ἐκεῖνος ἀξιόπιστος ἔσται. πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ἐστί. διὰ τοῦτο οὐ πνεῦμα ἅγιον, ἀλλ' ἀληθείας αὐτὸ ἐκάλεσε. τὸ δὲ, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, δηλοῖ ὅτι πάντα οἶδεν ἀκριβῶς, καθάπερ καὶ αὐτός φησι περὶ ἑαυτοῦ· ὅτι οἶδα πόθεν ἔρχομαι καὶ ποῦ ὑπάγω· καὶ ἐκεῖ περὶ ἀληθείας διαλεγόμενος, ὃν ἐγὼ πέμψω. ἰδοὺ οὐκ ἔτι ὁ πατὴρ μόνος, ἀλλὰ καὶ ὁ υἱός ἐστιν ὁ πέμπων. καὶ ὑμεῖς δὲ ἔχετε τὸ ἀξιόπιστον οἱ σὺν ἐμοὶ γενόμενοι, οἱ μὴ παρ' ἑτέρων ἀκηκοότες. καὶ οἱ ἀπόστολοι D ἐντεῦθεν διϊσχυρίζονται λέγοντες· οἵτινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ. ὅτι δὲ οὐ πρὸς χάριν εἴρηται, ἐπιμαρτυρεῖ τὸ πνεῦμα τοῖς λεγομένοις. ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα μὴ σκανδαλισθῆτε· τουτέστιν, ὅταν ἴδητε πολλοὺς ἀπειθοῦντας, καὶ δεινὰ πάσχοντας ὑμᾶς. ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς. ἤδη γὰρ συνέθεντο ἐάν τις ὁμολογήσῃ τὸν Χριστὸν, ἵνα ἀποσυνάγωγος γένηται. ἀλλ' ἔρχεται ὥρα ἵνα πᾶς ὁ ἀποκτείνας ὑμᾶς, δόξῃ λατρείαν προσφέρειν τῷ θεῷ. οὕτω τὸν ὑμέτερον [b] διώξουσι φόνον, ὡς πρᾶγμα εὐσεβὲς καὶ τῷ θεῷ ἀρέσκον. εἶτα τὴν παραμυ- E θίαν ἐπάγει πάλιν· καὶ ταῦτα ποιήσουσιν, ὅτι οὐκ ἔγνωσαν τὸν πατέρα οὐδὲ ἐμέ. ἀρκεῖ ὑμῖν εἰς παράκλησιν τὸ δι' ἐμὲ καὶ τὸν πατέρα ταῦτα πάσχειν. ἐνταῦθα ἀναμιμνήσκει πάλιν αὐτοὺς μακαρισμοῦ ὃν ἀρχόμενος ἔλεγε· μακάριοί ἐστε ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι ἕνεκεν ἐμοῦ. χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ταῦτα

b διώξουσι, quidam δόξουσι.

λελάληκα ὑμῖν, ἵνα ὅταν ἔλθῃ ἡ ὥρα μνημονεύητε τούτων, καὶ τὰ λοιπὰ πιστὰ ἡγεῖσθε. οὐ γὰρ ἕξετε εἰπεῖν ὅτι κολακεύων ὑμᾶς τὰ πρὸς χάριν ἔλεγον μόνον, οὐχ ὅτι ἀπάτης ἦν τὰ εἰρημένα. οὐ γὰρ ἂν ὁ μέλλων ἀπατᾶν, καὶ ταῦτα προεῖπεν ὑμῖν τὰ ἀποτρέποντα. διὰ τοῦτο οὖν προεῖπον, ἵνα μὴ ἀπροσδόκητα προσπεσόντα ὑμᾶς διαταράξῃ. καὶ δι' ἑτέραν δὲ αἰτίαν, ἵνα μὴ λέγητε ὅτι οὐ προῄδειν ἐσόμενα ταῦτα. μνημονεύετε οὖν, ὅτι ἐγὼ εἶπον ὑμῖν. καὶ γὰρ ἀεὶ περιετίθησαν σχῆμα τῇ διώξει αὐτῶν πονηρὸν, ὡς λυμεῶνας ἐλαύνοντες· ἀλλ' οὐκ ἐθορύβει τοὺς μαθητὰς τοῦτο προακηκοότας, καὶ εἰδότας ὑπὲρ ὧν ἔπασχον. ἱκανὴ γὰρ αὐτοὺς ἡ αἰτία τῶν γινομένων ἀναστῆσαι. διὰ τοῦτο αὐτὴν πανταχοῦ περιστρέφει λέγων· οὐκ ἔγνωσάν με· καὶ, ὅτι δι' ἐμὲ ποιήσουσι, καὶ διὰ τὸ ὄνομά μου, καὶ διὰ τὸν πατέρα, καὶ, ὅτι ἐγὼ πρῶτος ἔπαθον, καὶ, ὅτι οὐκ ἀπὸ δικαίας αἰτίας ταῦτα τολμῶσι.

Ταῦτα καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς πειρασμοῖς στρέφωμεν, ὅταν παρὰ πονηρῶν τι πάσχωμεν ἀνθρώπων, εἰς τὸν ἀρχηγὸν ἡμῶν ὁρῶντες καὶ τελειωτὴν τῆς πίστεως, καὶ ὅτι παρὰ φαύλων ἀνθρώπων, καὶ ὅτι δι' ἀρετὴν, καὶ ὅτι δι' αὐτόν. ἂν γὰρ ταῦτα ἐννοῶμεν, ἅπαντα ῥᾷστα ἔσται καὶ φορητά. εἰ γὰρ ὑπὲρ ἀγαπητῶν τις πάσχων καὶ ἐναβρύνεται· διὰ τὸν θεὸν ἐάν τις πάθῃ τι, ποίαν λήψεται αἴσθησιν τῶν δεινῶν; εἰ γὰρ αὐτὸς πρᾶγμα ἐπονείδιστον τὸν σταυρὸν, δόξαν ἐκάλει δι' ἡμᾶς· πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς οὕτω διακεῖσθαι χρή. εἰ γὰρ παθῶν οὕτω δυνάμεθα καταφρονεῖν, πολλῷ μᾶλλον χρημάτων καὶ πλεονεξίας. δεῖ τοίνυν ὅταν τι μέλλωμεν πάσχειν ἀηδὲς, μὴ τοὺς πόνους, ἀλλὰ καὶ τοὺς στεφάνους ἐννοεῖν. ὥσπερ γὰρ οἱ ἔμποροι, οὐ τὰ πελάγη μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ κέρδη λογίζονται· οὕτω καὶ ἡμᾶς, τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν πρὸς τὸν θεὸν παῤῥησίαν ἀναλογίζεσθαι χρή. κἂν ἡδὺ φανῇ τὸ πλεονεκτεῖν, ἐννόησον ὅτι ὁ Χριστὸς οὐ βούλεται, καὶ ἀηδὲς εὐθέως φανεῖται. [a] πάλιν ἂν ἐπαχθὲς ᾖ τὸ πένησι διδόναι, μὴ μέχρι τῆς δαπάνης στήσῃς τὸν λογισμόν· ἀλλ' εὐθέως μετάγαγε τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸν ἄμητον ἀπὸ τοῦ σπόρου. καὶ ὅταν φορτικὸν ᾖ τὸ καταφρονεῖν ἔρωτος γυναικὸς ἀλλοτρίας, λογίζου τὸν ἀπὸ τοῦ πόνου στέφανον, καὶ ῥᾳδίως οἴσεις τὸν πόνον. εἰ γὰρ ἀνθρώπων φόβος ἀποτρέπει τῶν ἀτόπων πραγμάτων, πολλῷ μᾶλλον ὁ τοῦ Χριστοῦ πόθος. σκληρὰ ἡ ἀρετή· ἀλλὰ περιθῶμεν αὐτῆς τῇ ὄψει τὸ τῶν μελλόντων ἐπαγγελίας τὸ μέγεθος. οἱ μὲν γὰρ ἐνάρετοι, καὶ χωρὶς τούτων αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν ὡραίαν ὁρῶσι, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὴν μετέρχονται, καὶ διὰ τὸ τῷ θεῷ δοκοῦν, οὐκ ἐπὶ μισθῶν ἐργάζονται· καὶ μέγα ἡγοῦνται τὸ σωφρονεῖν, οὐ διὰ τὸ μὴ κολάζεσθαι· ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ θεὸς ἐπέταξεν. εἰ δέ τις ἀσθενέστερος, καὶ τὰ βραβεῖα ἐννοείτω. οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἐλεημοσύνης ποιῶμεν, καὶ ἐλεῶμεν τοὺς ὁμοφυ-

[a] Morel. πάλιν ἀνεπαχθὲς ᾖ τὸ π- male.

A *loquutus sum vobis; ut cum venerit hora eorum, reminiscamini horum*, & cætera fide digna habeatis. Neque enim dicere poteritis me adulandi aut gratiæ ineundæ causa hæc dixisse, neque fallacia esse verba mea. Nam si quis vos decipere vellet, non hæc prædiceret quæ vos deterrere possent. Ideo ergo prædixi, ne istæc inexspectata vos turbarent: & alia quoque de causa, ne diceretis me hæc futura esse non præscivisse. Reminiscamini igitur, quia ego dixi vobis. Nam semper Judæi obtentum malum afferebant, cur illos persequerentur, ipsos B pellentes quasi perniciosos. Verum hæc discipulos non turbabant, quia hæc futura audierant, & sciebant cur paterentur: quæ causa erat ad erigendos ipsorum animos idonea: illamque ideo ubique versat dicens, Non noverunt me; &, propter me facient, & propter nomen meum, & propter Patrem; &, ego primus passus sum; &, non ex justa causa hoc audent.

In tentationibus unde consolatio sumenda.

4. Hæc nos quoque in tentationibus animo versemus, cum ab improbis aliquid patimur; ducem nostrum & fidei perfectorem respiciamus. Quod ab im- C probis, quod propter virtutem & propter Christum. Nam si hæc cogitemus, facilia omnia & tolerabilia erunt. Nam si pro dilectis aliquid passus quispiam gloriatur; si quis propter Deum passus fuerit, quem malorum sensum habebit? Si enim Christus rem probrosam, crucem nempe, gloriam propter nos vocabat: multo magis nos hoc affectu esse debemus. Et si cruciatus sic contemnere possumus, multo magis pecunias & avaritiam. Oportet ergo quando quid grave passuri sumus, non labores solum, sed etiam coronas respicere. Ut enim mer- D catores, non maria solum, sed & lucra cogitant; sic & nos cælum, & eam quæ secundum Deum est fiduciam cogitare oportet. Quod si tibi dulces videantur opes, cogita Christum non id velle, & statim ingratæ tibi videbuntur. Rursum si molestum est pauperibus dare, ne impensam tantum cogites, sed a semente ad messem statim animum transferas. Et si durum tibi videtur abstinere ab amore alienæ uxoris, tecum reputa coronam ex hoc labore partam, & facile laborem feres. Nam si timor hominum a malis facinoribus avertit, quanto ma- E gis Christi amor? Dura virtus est; sed ipsi circumponamus magnas futurorum promissiones. Probi enim ipsam per se virtutem, missis cæteris, speciosam habent, ideoque ipsam colunt, ac propter Dei placitum, non propter mercedem recte agunt: magnamque rem continentiam putant; non ut supplicium vitent, sed quia id Deus præcepit. Si quis vero infirmior sit, is præmia cogitet. Sic circa eleemosynam faciamus, & contribulium

Virtus dura quibus.

nostrorum misereamur: ne fame enectos despiciamus. Quomodo enim non absurdum fuerit, nos ad mensam sedere in risu, in deliciis, dum alios in trivio audimus ejulantes, neque ad ejulantem nos convertere, sed eum moleste ferre & deceptorem vocare. Quid dicis, o homo: an pro pane uno quis decipit? Etiam, dices. Ideo ergo magis debet ad commiserationem movere, ideo maxime ex necessitate eruendus est. Si vero dare nolis, saltem ne contumeliam inferas: si nolis ex naufragio eripere, ne impellas in barathrum. Tecum reputa cum accedentem repellis, quid Deum rogando impetraturus sis: *qua enim mensura*, inquit, *mensi fueritis, remetietur vobis.* (Matth. 7. 2.) Cogita quomodo ille repulsus abeat, prono capite, lugens, paupertatis simul & contumeliæ vulnus referens. Nam si mendicare maledictum putatis, petentem non accipere, & cum contumeliis discedere cogita quantam excitet tempestatem. Quousque feris similes erimus, & naturam ipsam per avaritiam ignorabimus? Multi de his ingemiscunt. At volo non nunc tantum; sed semper hanc misericordiam obtinere. Cogita mihi diem illam, qua stabimus ante tribunal Christi. Quando misericordiam petemus, & in medium adductos Christus sic alloquetur. Propter panem unum, aut unum obolum, tantam in horum animis excitatis tempestatem. Quid dicemus? quam defensionem afferemus. (Eleemosyna commendatur.) Quod enim ipsos in medium adducturus sit, audi ex ejus verbis: *In quantum non fecistis uni ex his, neque mihi fecistis.* Neque enim illi tunc dicent, Quid ad nos? sed Deus pro illis nos coarguet. Nam Lazarum quidem dives vidit, Lazarusque nihil ei dicit; sed Abraham pro eo loquutus est. Sic & pauperibus eveniet, qui nunc a nobis spernuntur. Non enim manum extendentes videbimus, misero habitu; sed in requie constitutos. Nos autem illorum speciem & habitum induemus: atque utinam solum habitum, nec, quod multo gravius erit, supplicium. Neque enim dives ille de micis saturari cupiebat ibi, sed torrebatur & graviter cruciabatur: & audivit: *Recepisti bona in vita tua, & Lazarus mala.* (Luc. 16. 25.) Ne igitur magnum quidpiam esse divitias existimemus: hæ namque viaticum ad supplicium nobis erunt, nisi attendamus; ut contra si attendamus, paupertas additamentum nobis erit deliciarum & quietis: nam peccata abstergimus si hanc cum gratiarum actione toleremus, & magnam apud Deum acquirimus fiduciam.

5. Ne ergo semper requiem quæramus, ut illic requie fruamur; sed pro virtute labores suscipiamus, superflua resecemus, & nihil amplius quæramus; sed in pauperes omnia nostra effundamus. Quænam nobis erit excusatio;

A λους. [a] μὴ δὴ περιορῶμεν ὑπὸ τοῦ λιμοῦ φθειρομένους· πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, αὐτοὺς μὲν ἐπὶ τῆς τραπέζης καθέζεσθαι γελῶντας καὶ τρυφῶντας· ἑτέρων δὲ διὰ τοῦ ἀμφόδου παριόντων ἀκούοντας ὀλοφυρομένους, μηδὲ ἐπιστρέφεσθαι πρὸς τὴν ὀλολυγὴν, ἀλλὰ καὶ δυσχεραίνειν καὶ ἀπατεῶνα καλεῖν; τί λέγεις, ἄνθρωπε; δι' ἄρτον ἕνα τὶς ἀπάτην πλέκει; ναί φησιν. οὐκοῦν ταύτῃ μάλιστα ἐλεείσθω· ταύτῃ μάλιστα τῆς ἀνάγκης ἀπαλλαττέσθω. εἰ δὲ μὴ βούλει δοῦναι, μηδὲ ὑβρίσῃς· εἰ δὲ μὴ βούλει λῦσαι τὸ ναυάγιον, μὴ ὤσῃς εἰς βάραθρον. ἐννόησον γὰρ ὅταν προσελθόντα ἀπώσῃ τὸν πένητα, τίς ἔσῃ τὸν θεὸν παρακαλῶν. ᾧ B γὰρ μέτρῳ μετρεῖτε, φησιν, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. ἐννόησον πῶς συντριβεὶς ἐκεῖνος ἄπεισι, κάτω κεκυφὼς, ὀδυρόμενος, μετὰ τῆς πενίας καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ὕβρεως πληγὴν λαβών. εἰ γὰρ τὸ ἐπαιτεῖν κατάραν ὑμεῖς τίθεσθε, τὸ αἰτοῦντα μὴ λαβεῖν καὶ ὑβρισθέντα ἀπελθεῖν, σκόπει πόσον χειμῶνα ἐργάζεται. μέχρι τίνος θηρίοις ἐοίκαμεν, καὶ τὴν φύσιν αὐτὴν διὰ τὴν πλεονεξίαν ἀγνοοῦμεν; πολλοὶ στενάζουσιν ἐπὶ τούτοις· ἀλλ' οὐ βούλομαι νῦν, ἀλλὰ διαπαντὸς τοῦτον ἔχειν τὸν ἔλεον. ἐννόησόν μοι τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ὅταν παραστῶμεν τῷ βήματι Χριστοῦ· ὅταν C παρακαλῶμεν ἐλεηθῆναι, καὶ εἰς μέσους αὐτοὺς ἀγαγὼν ὁ Χριστὸς λέγῃ πρὸς ἡμᾶς· ὅτι δι' ἄρτον ἕνα καὶ ὀβολὸν ἕνα, τοσοῦτον ταῖς ψυχαῖς ταύταις ἐνειργάσασθε κλυδώνιον. τί ἐροῦμεν; τί δὲ ἀπολογησόμεθα; ὅτι γὰρ καὶ εἰς μέσον αὐτοὺς ἄξει, ἄκουσον τί φησιν· ἐφ' ὅσον οὐκ ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποιήσατε. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνοι λοιπὸν ἐροῦσι, τί πρὸς ἡμᾶς; ἀλλ' ὁ θεὸς ὑπὲρ αὐτῶν ἡμῶν καθάψεται. ἐπεὶ καὶ τὸν Λάζαρον ὁ πλούσιος εἶδε, καὶ ὁ μὲν Λάζαρος οὐδὲν πρὸς αὐτὸν εἶπεν, ὁ δὲ Ἀβραὰμ τὸν ὑπὲρ ἐκείνου λόγον ἐποιήσατο. οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν D πενήτων ἔσται, τῶν νῦν παρ' ἡμῶν καταφρονουμένων. οὐ γὰρ χεῖρας αὐτοὺς προτείνοντας ὀψόμεθα ἐλεεινῷ σχήματι, ἀλλ' ἐν ἀναπαύσει ὄντας· ἡμεῖς δὲ τὸ ἐκείνων ληψόμεθα σχῆμα. καὶ εἴθε τὸ σχῆμα μόνον, καὶ μὴ τὸ πολλῷ χαλεπώτερον, τιμωρίαν. οὐδὲ γὰρ ὁ πλούσιος ψιχίων ἐπεθύμει χορτασθῆναι ἐκεῖ· ἀλλ' ἀπετηγανίζετο καὶ ἐκολάζετο χαλεπῶς, καὶ ἤκουσεν, ὅτι ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ Λάζαρος τὰ κακά. μὴ τοίνυν μέγα τι τὸν πλοῦτον νομίζωμεν. οὗτος γὰρ ἐφόδιον ἡμῖν ἔσται κολάσεως, ἐὰν μὴ προσέχωμεν. ὥσπερ οὖν ἐὰν προσέχωμεν, καὶ ἡ E πενία προσθήκη γίνεται καὶ τρυφῆς καὶ ἀναπαύσεως ἡμῖν. καὶ γὰρ καὶ ἁμαρτήματα ἀποτιθέμεθα, ἂν εὐχαρίστως ταύτην φέρωμεν, καὶ πολλὴν παρὰ τῷ θεῷ κτώμεθα τὴν παῤῥησίαν.

Μὴ τοίνυν ἀεὶ τὴν ἄδειαν ζητῶμεν, ἵνα ἀδείας ἀπολαύσωμεν ἐκεῖ· ἀλλὰ τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς δεξώμεθα πόνους, καὶ τὰ περιττὰ περικόπτωμεν, καὶ μηδὲν πλέον ἐπιζητῶμεν, ἀλλ' εἰς τοὺς δεομένους τὰ ὄντα πάντα ἀναλίσκωμεν. τίνα γὰρ ἕξομεν ἀπολογίαν, ὅταν

[a] Alii, μηδὲ περιορῶμεν.

αὐτὸς

αὐτὸς μὲν ἡμῖν τὸν οὐρανὸν ἐπαγγέλληται, ἡμεῖς δὲ μηδὲ ἄρτον αὐτῷ παρέχωμεν; ὅταν αὐτὸς μέν σοι τὸν ἥλιον ἀνατέλλῃ, καὶ πᾶσαν τὴν κτίσεως παρέχῃ τὴν διακονίαν· σὺ δὲ οὐδὲ ἱμάτιον αὐτῷ δίδως, οὐδὲ στέγης κοινωνὸν ποιῇς; καὶ τί λέγω ἥλιον καὶ κτίσιν; τὸ σῶμά σοι παρέθηκε, τὸ αἷμα τὸ τίμιον ἔδωκε· σὺ δὲ οὐδὲ ποτηρίου μεταδίδως. ἀλλ' ἔδωκας ἅπαξ; ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο ἔλεος. ἕως γὰρ ἂν ἔχων μὴ παράσχῃς, οὐδέπω τὸ πᾶν ἐπλήρωσας. ἐπεὶ καὶ αἱ παρθένοι τὰς λαμπάδας ἔχουσαι, εἶχον ἔλαιον, ἀλλ' οὐ δαψιλές. ἐχρῆν μὲν οὖν εἰ καὶ ἀπὸ τῶν σαυτοῦ παρεῖχες, μηδὲ οὕτως εἶναι φειδωλός· νῦν δὲ τὰ τοῦ δεσπότου διδοὺς, τίνος ἕνεκεν μικρολογῇ; εἴπω βούλεσθε τὴν αἰτίαν ταύτης τῆς ἀπανθρωπίας; ἀπὸ πλεονεξίας συνάγουσι τὰ ὄντα, καὶ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην εἰσὶν ὀκνηροὶ οὗτοι. ὁ γὰρ οὕτω μαθὼν κερδαίνειν, ἀναλίσκειν οὐκ οἶδε. πῶς γὰρ ἄν τις παρεσκευασμένος εἰς ἁρπαγὴν, πρὸς τὸ ἐναντίον ἑαυτὸν ῥυθμίσειεν; ὁ γὰρ τὰ παρ' ἑτέρων λαμβάνων, πῶς δυνήσεται τὰ ἑαυτοῦ προΐεσθαι ἑτέρῳ; καὶ γὰρ κύων μελετήσας σαρκῶν ἀπογεύεσθαι, φυλάττειν οὐκέτι δύναται τὴν ἀγέλην. διὰ τοῦτο τοὺς τοιούτους καὶ ἀναιροῦσιν οἱ ποιμένες. ὥστε ἵνα μὴ καὶ ἡμεῖς πάσχωμεν, ἀποσχώμεθα τῆς τοιαύτης θοίνης. καὶ γὰρ καὶ οὗτοι σαρκῶν ἀπογεύονται, οἱ τὸν διὰ λιμοῦ θάνατον ἐπεισάγοντες. οὐχ ὁρᾷς πῶς πάντα κοινὰ ἡμῖν ἀνῆκεν ὁ Θεός; εἰ γὰρ ἐν χρήμασιν εἴασε πένεσθαι, καὶ αὐτὸ τῆς τῶν πλουτούντων ἕνεκα παραμυθίας· ἵνα ἔχωσι διὰ τῆς εἰς ἐκείνους ἐλεημοσύνης ἀποδύεσθαι τὰ ἁμαρτήματα. σὺ δὲ καὶ ἐν τούτῳ ὠμὸς καὶ ἀπάνθρωπος γέγονας. ὅθεν δῆλον ὅτι εἰ καὶ ἐν τοῖς μείζοσι ταύτην ἔλαβες τὴν ἐξουσίαν, μυρίους ἂν εἰργάσω φόνους, καὶ τὸ φῶς καὶ τὴν ζωὴν ἅπασιν ἀπέκλεισας. ὅπερ ἵνα μὴ γένηται, ἀνάγκῃ τὴν ἐν ἐκείνοις ἀπληστίαν διέκοψεν. εἰ δὲ ἀλγεῖτε ταῦτα ἀκούοντες, πολλῷ μᾶλλον ἐγὼ ταῦτα γινόμενα ὁρῶν. μέχρι [a] πότε σὺ πλούσιος, κἀκεῖνος πένης; μέχρι τῆς ἑσπέρας, περαιτέρω δὲ οὐκ ἔτι. οὕτω γὰρ βραχὺς ὁ βίος, καὶ πάντα ἐπὶ θύραις ἕστηκε λοιπὸν, ὡς ὥραν βραχεῖαν τὸ πᾶν εἶναι νομίζεσθαι. τί σοι δεῖ ταμείων ἐρευγομένων, καὶ πλήθους οἰκετῶν καὶ οἰκονόμων; διατί μὴ μυρίους ἔχεις κήρυκας τῆς ἐλεημοσύνης; τὸ μὲν γὰρ ταμεῖον, οὐδεμίαν ἀφίησι φωνὴν, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἐπισπάσεται λῃστάς· τὰ δὲ τῶν πενήτων ταμεῖα, πρὸς αὐτὸν ἀναβήσεται τὸν Θεὸν, καὶ ἡδὺν τὸν παρόντα ἐργάσεται βίον, καὶ πάντα λύσει τὰ ἁμαρτήματα, καὶ δόξαν παρὰ Θεῷ καὶ τιμὴν παρὰ ἀνθρώποις οἴσει. τί τοίνυν φθονεῖς σεαυτῷ τοσούτων ἀγαθῶν; οὐ γὰρ ἐκείνους, ἀλλὰ σαυτὸν εὐποιήσεις μειζόνως ἐκείνους εὐεργετῶν. τοῖς μὲν γὰρ τὰ παρόντα ἐπανορθώσεις· σαυτῷ δὲ τὴν μέλλουσαν δόξαν καὶ παῤῥησίαν προαποθήσῃ· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

A quando ipse nobis cælum promittit, nos autem neque panem ipsi præbemus? Cum ipse tibi solem oriri curet, & omne tibi creaturarum ministerium præbeat; tu vero ne vestem quidem des ipsi, neque ipsum tecti consortem facias? Et quid dico solem & creaturam? Corpus tibi suum dedit, & sanguinem preciosum; tu vero ne potum quidem illi præbes? At semel dedisti? Verum non est hoc misericordia, donec enim habens non dederis, nondum totum implevisti. Nam virgines quæ lampades habebant, oleum quoque habebant, sed non sufficiens. Oportebat si
B tua dares, non ita parcum esse: nunc vero cum ea quæ Domini sunt largiris, cur tam tenax es? Vultisne dicam tantæ causam inhumanitatis? Hi qui per avaritiam colligunt, ad eleemosynam sunt pigri. Nam qui ita lucrari didicit, expendere nescit. Quomodo enim sic ad rapinam paratus, ad contrarium se converterit? Qui aliena rapit, quomodo sua alii dabit? Etenim canis qui carnibus vesci assuevit, non ultra potest gregem custodire: ideo eos qui hujusmodi sunt pastores mactant. Quod ne nos etiam patiamur, a tali cibo abstineamus. Nam hi
C carnibus vescuntur, qui per famem mortem inducunt. Non vides quomodo omnia communia nobis Deus permisit? Nam si pauperes esse permisit, id in divitum gratiam fecit, ut possent per eleemosynam peccata deponere. Tu vero hac in re crudelis & inhumanus es. Unde liquet te si in majoribus hanc haberes potestatem, innumeras admissurum cædes, & lucem vitamque omnibus interclusurum fuisse: quod ne fieret, insatiabilitati tali viam præcidit. Quod si hæc audientes ægre fertis, multo magis ego, qui hæc
D videam. Quousque tu dives, ille pauper erit? Usque ad vesperam: ulterius non licet. Adeo enim brevis est vita, & omnia jam in januis sunt, ut brevis hora omnia existimanda sint. Quid tibi opus est redundante penu, quid servorum & dispensatorum grege? Cur non potius tibi mille eleemosynæ præcones comparas? Penus nullam emittit vocem; sed fures multos allicit: penus vero pauperum, ad Deum ipsum ascendit, præsentem vitam reddit suavem, omniaque solvet peccata, ac gloriam apud Deum, honorem apud homines afferet. Cur er-
E go tibi tot bona invides? Tibi enim longe magis quam pauperibus beneficium præstas. Illis namque præsentia largiris: tibi vero futuram gloriam & fiduciam apparas, quam nos omnes utinam assequamur, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria & imperium in sæcula, amen.

[a] Quidam, πότε πλούσιος.

A

HOMILIA LXXVIII.

4. *Hæc autem ab initio vobis non dixi, quia vobiscum eram.* 5. *Nunc autem vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis?* 6. *Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum.*

1. MAGNA tristitiæ vis, & multa nobis opus est fortitudine, ut huic animi morbo generose resistamus; & hinc parta utilitate, quod superfluum in illa est relinquamus: aliquid enim utilitatis habet. Nam cum peccamus vel nos vel alii, tunc solum tristitia bonum est: cum autem in humanas incidimus calamitates, inutilis tristitia est. Quia ergo discipulos nondum perfectos hæc oppugnabat, vide quomodo Christus illos etiam increpatione adhibita corrigat. Nam qui millies illum antea interrogaverant, ut cum Petrus diceret, *Quo vadis?* & Thomas, *Nescimus quo vadis: & quomodo possumus viam scire?* & Philippus, *Ostende nobis Patrem tuum;* hi nunc audientes, Extra synagogam facient vos, & odio habebunt; &, qui interficiet vos, arbitrabitur se obsequium præstare Deo; ita animo conciderunt, ut ne mutire quidem possent vel loqui: quod exprobrans eis dicebat: *Hæc ab initio non dixi vobis, quia vobiscum eram: nunc autem vado ad eum qui me misit; & nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis? Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum.* Nimia quippe tristitia gravis est; gravis, inquam, & ad mortem viam parat: ideo Paulus dicebat, *Ne abundantiore tristitia absorbeatur ille. Hæc autem ab initio vobis non dixi*, inquit. Cur ab initio non dixit? Ne quis diceret eum a sæpe contingentibus conjecturam fecisse. Et cur rem aggreditur tam difficilem? Hæc, inquit, ab initio sciebam, nec ideo tacebam quod nescirem; sed *quia vobiscum eram*; hoc rursum humano more dicitur; id est: Quia in tuto eratis, & poteratis pro lubito sciscitari, atque in me totum bellum vertebatur: superfluumque fuisset hæc ab initio dicere. An ergo non dixit? Nonne convocatis duodecim dicebat, *Ad præsides & reges ducemini, & flagellabunt vos in synagogis?* Cur ergo ait, *Ab initio non dixi?* Quia verbera & abductiones prædixerat; non tamen significaverat cædem eorum ita cordi fore hostibus, ut rem divinum cultum esse putarent. Hoc enim maxime illos deterrere poterat, si tanquam impii & perniciosi erant judicandi. Ad hæc vero, tunc ea quæ a gentilibus passuri erant prænunciabat; hîc vero Judaïca ad-

Tristitia quæ bona sit.

2. Cor. 2. 7.

Matth. 10. 18.

a Quidam, πρὸ τούτου ἐρωτῶντες.

ΟΜΙΛΙΑ οη'.

Ταῦτα δὲ ἐξ ἀρχῆς οὐκ εἶπον ὑμῖν, ὅτι μεθ' ὑμῶν ἤμην. νῦν δὲ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με, καὶ οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν ἐρωτᾷ με, ποῦ ὑπάγεις; ἀλλ' ὅτι ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν.

B ΜΕΓΑΛΗ τῆς ἀθυμίας ἡ τυραννὶς, καὶ πολλῆς ἡμῖν τῆς ἀνδρείας δεῖ, ὥστε στῆναι πρὸς τοῦτο τὸ πάθος γενναίως, καὶ τὸ χρήσιμον ἀπ' αὐτοῦ καρπουμένους, τὸ περιττὸν ἐᾶν. ἔχει γάρ τι καὶ χρήσιμον. ὅταν μὲν γὰρ ἁμαρτάνωμεν ἡμεῖς ἢ ἕτεροι, τότε μόνον λυπεῖσθαι καλόν· ὅταν δὲ ἀνθρωπίναις περιστάσεσιν ἐμπέσωμεν, ἄχρηστος λοιπὸν τῆς ἀθυμίας ἡ χρῆσις. ἐπεὶ οὖν καὶ τοὺς μαθητὰς οὐδέπω τελείους ὄντας αὕτη κατεπάλαισεν, ὅρα πῶς αὐτοὺς διορθοῦται διὰ τῆς ἐπιπλήξεως. οἱ γὰρ μυρία [a] πρὸ τούτου αὐτὸν ἐρωτῶντες· καὶ γὰρ ὁ Πέτρος ἔλεγε, ποῦ ὑπάγεις; καὶ ὁ Θωμᾶς δὲ, οὐκ οἴδαμεν ποῦ ὑπάγεις, καὶ πῶς δυνάμεθα τὴν ὁδὸν C εἰδέναι; καὶ ὁ Φίλιππος· δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα σου· οὗτοι νῦν ἀκούσαντες ὅτι ἀποσυναγώγους ποιήσουσι, καὶ ὅτι μισήσουσιν ὑμᾶς, καὶ ὅτι ὁ ἀποκτείνας ὑμᾶς δόξει λατρείαν προσφέρειν τῷ θεῷ, οὕτω κατέπεσον, ὡς ἀφασίᾳ κατασχεθῆναι λοιπὸν, καὶ μηδὲν αὐτῷ διαλέγεσθαι. ὅπερ οὖν αὐτοῖς ὀνειδίζων ἔλεγε· ταῦτα ἐξ ἀρχῆς οὐκ εἶπον ὑμῖν, ὅτι μεθ' ὑμῶν ἤμην. νῦν δὲ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με, καὶ οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν ἐρωτᾷ με ποῦ ὑπάγεις; ἀλλ' ὅτι ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν. δεινὸν γὰρ ἡ ταύτης ἀμετρία, δεινὸν καὶ θανάτου κατα- D σκευαστικόν. διὰ τοῦτο ὁ Παῦλος ἔλεγε· μή πως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος. ταῦτα δὲ ἐξ ἀρχῆς οὐκ εἶπον ὑμῖν, φησί. τίνος δὲ ἕνεκεν ἐξ ἀρχῆς οὐκ εἶπεν; ἵνα μή τις λέγῃ, ὅτι ἀπὸ τῶν πολλάκις συμβάντων στοχαζόμενος ἔλεγε. καὶ τί δήποτε πράγματι ἐπιχειρεῖ τοσαύτην ἔχοντι δυσκολίαν; ᾔδειν μέν φησιν αὐτὰ καὶ ἐξ ἀρχῆς, καὶ οὐ διὰ τὸ μὴ εἰδέναι οὐκ ἔλεγον· ἀλλ' ὅτι μεθ' ὑμῶν ἤμην. καὶ τοῦτο ἀνθρωπίνως πάλιν. ὡσανεὶ ἔλεγεν· ὅτι ἐν ἀσφαλείᾳ ἦτε, καὶ ἐξὸν ἦν [b] ἐρωτᾶν ὅτε ἐβούλεσθε, καὶ ἐπ' ἐμὲ ὁ πόλεμος ἅπας ἀνεῤῥιπίζετο, καὶ περιττὸν ἦν εἰπεῖν ταῦτα ἐξ ἀρχῆς. ἆρ' οὖν τοῦτο οὐκ εἶπεν; οὐχὶ τοὺς δώδεκα καλέσας E ἔλεγεν· ἐπὶ ἡγεμόνας καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε, καὶ μαστιγώσουσιν ὑμᾶς ἐν ταῖς συναγωγαῖς; πῶς οὖν φησιν, ὅτι ἀπ' ἀρχῆς οὐκ εἶπον; ὅτι μάστιγας καὶ ἀπαγωγὰς προανεφώνησεν, οὐ μὴν ὅτι οὕτω δόξει ὁ θάνατος αὐτῶν εἶναι περισπούδαστος, ὡς καὶ λατρείαν τὸ πρᾶγμα νομίζεσθαι. τοῦτο γὰρ πάντων μᾶλλον ἱκανὸν ἦν αὐτοὺς καταπλῆξαι, εἴγε ἔμελλον ὡς ἀσεβεῖς καὶ λυμεῶνες κριθήσεσθαι. πρὸς τούτοις δὲ κἀκεῖνό ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι ἐκεῖ μὲν ἃ παρὰ τῶν ἐθνῶν ἔμελλον πάσχειν εἶπεν· ἐνταῦθα

b Alii, ἐρωτᾷν ὅτι.

δὲ καὶ τὰ Ἰουδαϊκὰ προσέθηκε μετὰ πλείονος τῆς ὑπερβολῆς, καὶ ὅτι ἐπὶ θύραις ἐστὶν ἐδίδαξε. νῦν δὲ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με, καὶ οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν λέγει, ποῦ ὑπάγεις; ἀλλ' ὅτι ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν. οὐ μικρὰ καὶ αὕτη παραμυθία τὸ μαθεῖν αὐτοὺς ὅτι ᾔδει τῆς ἀθυμίας τὴν ὑπερβολήν. ὑπὸ γὰρ τῆς ἀγωνίας τῆς διὰ τὴν ἐρημίαν τὴν αὐτοῦ, καὶ τῶν τὰ μέλλοντα ἐκδέχεσθαι αὐτοὺς δεινά· οὐδὲ γὰρ ᾔδεσαν εἰ δυνήσονται ἀνδρείως ἐνεγκεῖν· ἐξέστησαν. τίνος οὖν ἕνεκεν οὐ μετὰ ταῦτα εἶπεν αὐτοῖς, ὅτε τοῦ πνεύματος κατηξιώθησαν; ἵνα μάθῃς ὅτι σφόδρα ἦσαν ἐνάρετοι· εἰ γὰρ μηδέπω πνεύματος καταξιωθέντες οὐκ ἀπεπήδησαν, τῇ λύπῃ καταχωσθέντες, ἐννόησον τίνες ἔμελλον ἔσεσθαι τῆς χάριτος ἀπολαύσαντες. εἰ γὰρ τότε ἀκούσαντες ἤνεγκαν, τῷ πνεύματι ἂν τὸ πᾶν ἐλογισάμεθα· νῦν δὲ ὁλόκληρος τῆς διανοίας αὐτῶν ἐστὶν ὁ καρπός, καὶ σαφὴς τοῦ πόθου τοῦ περὶ τὸν Χριστὸν ἀπόδειξις, γυμνὴν ἔτι τὴν διάνοιαν βασανίζοντος. ἀλλ' ἐγὼ τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λέγω. ὅρα πῶς παραμυθεῖται αὐτοὺς πάλιν. οὐ γὰρ τὰ πρὸς χάριν λέγω, φησίν· ἀλλά, κἂν μυριάκις λυπῆσθε, τὸ συμφέρον ἀκοῦσαι δεῖ. ὑμῖν μὲν γὰρ κατὰ γνώμην ἐστὶν ἐμὲ παρεῖναι· τὸ δὲ συμφέρον ἕτερον. κηδεμόνος δέ ἐστι, τὸ μὴ ἐπὶ τοῖς συμφέρουσι τῶν γνωρίμων φείδεσθαι καὶ ἀπάγειν τοῦ λυσιτελοῦντος αὐτούς. ἐὰν γὰρ ἐγὼ μὴ ἀπέλθω, φησίν, ὁ παράκλητος οὐ μὴ ἔλθῃ. τί λέγουσιν ἐνταῦθα οἱ τὴν προσήκουσαν περὶ τοῦ πνεύματος οὐκ ἔχοντες δόξαν; συμφέρει δεσπότην ἀπελθεῖν καὶ δοῦλον παραγενέσθαι; ὁρᾷς πῶς πολλὴ τοῦ πνεύματος ἡ ἀξία; ἐὰν δὲ ἀπέλθω, πέμψω αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς. καὶ τί τὸ κέρδος; ἐκεῖνος ἐλθὼν, ἐλέγξει τὸν κόσμον· τουτέστιν, οὐκ ἀτιμωρητὶ ταῦτα πράξουσιν, ἂν ἐκεῖνος ἔλθῃ. ἱκανὰ μὲν γὰρ καὶ τὰ ἤδη γεγενημένα ἐπιστομίσαι αὐτούς· ὅταν δὲ καὶ δι' ἐκείνου ταῦτα γίνηται, καὶ διδάγματα τελειότερα καὶ σημεῖα μείζονα, πολλῷ μᾶλλον κατακριθήσονται, ὁρῶντες τοσαῦτα ἐν τῷ ὀνόματί μου γινόμενα. ὅπερ σαφεστέραν ποιεῖ τῆς ἀναστάσεως τὴν ἀπόδειξιν. νῦν μὲν γὰρ δύνανται λέγειν, ὅτι ὁ τοῦ τέκτονος υἱός, οὗ ἡμεῖς οἴδαμεν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα· ὅταν δὲ ἴδωσι θάνατον λυόμενον, κακίαν ἐκβαλλομένην, χωλείαν φύσεως διορθουμένην, δαίμονας ἐλαυνομένους, πνεύματος χορηγίαν ἄφατον, καὶ ταῦτα πάντα ἐμοῦ καλουμένου γινόμενα, τί ἐροῦσιν; ἐμαρτύρησε γὰρ περὶ ἐμοῦ καὶ ὁ πατήρ· μαρτυρήσει δὲ καὶ τὸ πνεῦμα. [a] καίτοι καὶ παρὰ τὴν ἀρχὴν ἐμαρτύρησεν· ἀλλὰ καὶ νῦν τοῦτο ποιήσει.

Τὸ δὲ, ἐλέγξει περὶ ἁμαρτίας, τουτέστι, πᾶσαν ἀπολογίαν αὐτῶν ἐκκόψει, καὶ δείξει πεπλημμεληκότας ἀσυγγνώστως. καὶ περὶ δικαιοσύνης, ὅτι ἐγὼ πρὸς τὸν πατέρα πορεύομαι, καὶ οὐκέτι θεωρεῖτέ με· τουτέστιν, ὅτι [b] ἄληπτον παρεσχόμην βίον· καὶ τοῦτο τεκμήριον, τὸ πρὸς τὸν πατέρα πορεύεσθαι. ἐπειδὴ γὰρ αὐτῷ ἀεὶ τοῦτο ἐνεκάλουν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ θεοῦ,

A didit, & cum majore vehementia, docuitque in januis illa esse. *Nunc autem vado ad eum qui me misit, & nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis? Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum.* Non parva hæc consolatio erat, quod ipsi scirent nosse illum quanto in mœrore essent. Nam præ anxietate, ob discessum ejus, & mala ipsos invasura, quæ utrum ferre possent ignorabant, attoniti erant. Cur non dixit illis postea cum acceperunt Spiritum sanctum? Ut discas illos jam in virtute firmatos fuisse. Si enim nondum Spiritu B dignati non resilierunt, licet tristitia obruti, cogita quales futuri erant gratia repleti. Nam si tunc his auditis rem tulissent, totum Spiritui reputaremus; nunc vero totus animæ eorum fructus est, & clara ex nuda anima profecti amoris erga Christum demonstratio. 7. *Sed ego veritatem dico vobis.* Vide quomodo rursum consolatur illos. Non ad gratiam loquor, inquit; sed etiamsi admodum contristemini, quod expedit audiendum est. Vos ut adsim optatis, usus aliud postulat. Curatoris autem est, C non parere amicis, si quando rem sibi utilem amoveri velint. *Si ego non abiero, Paraclitus non veniet.* Quid hic dicunt illi, qui de Spiritu non recte sentiunt? Expedit-ne Dominum abire, & servum venire? Viden' quanta sit Spiritus dignitas? *Si autem abiero, mittam illum ad vos.* Ecqua hinc utilitas? 8. *Cum venerit ille, arguet mundum*; id est, non impune hæc facient, si ille venerit. Quæ jam facta sunt enim, erant ad silentium ipsis imponendum satis. Cum autem hæc per illum facta fuerint, perfectiorque doctrina, & majora miracula fuerint, multo D magis damnabuntur, tot tantaque videntes in nomine meo fieri; quod clariorem reddit resurrectionis demonstrationem. Nunc enim dicere possunt, fabri filium esse, cujus nos patrem & matrem novimus. Cum viderint autem solutam mortem, pulsam malitiam, claudicantem naturam recte incedentem, fugatos dæmonas, immensam Spiritus largitionem, & hæc nominis mei invocatione fieri; quid dicent? Testimonium perhibuit de me Pater, perhibebit & Spiritus. Atqui a principio hoc fecit; sed etiam nunc faciet.

Contra Pneumatomachos.

E 2. Illud autem, 9. *Arguet de peccato*; id est, omnem excusationem eis auferet, ostendetque illorum scelera sine venia esse. 10. *Et de justitia, quia ad Patrem vado, & jam non videbitis me*; id est, quia irreprehensibilem vitam duxi: cujus rei indicium est, quod ad Patrem vadam. Quia enim semper illum accusabant, quod ex Deo non esset, & ideo

Quid est, arguet de peccato.

Quid, de justitia.

[a] Alii, καίτοι τὴν ἀρχήν.
[b] ἄληπτον. Suspicatur Savilius legendum ἀνεπίληπτον. Sed ἄληπτον legitur in omnibus exemplaribus. Ibidem, unus habet secunda manu καὶ τοῦτο τεκμήριον fortasse melius.

illum peccatorem & iniquum dicebant, se hanc illis criminandi ansam sublaturum esse dixit. Nam si putare me non ex Deo esse, id me transgressorem exhibet: cum Spiritus me illo abeuntem, non ad horam, sed ut ibi maneam, ostenderit; illud enim, *jam non videbitis me*, hoc indicat, quid postea dicent? Vide pravam opinionem per hæc duo sublatam. Nam signa facere non est peccatoris, neque enim id potest peccator; neque a Deo esse peccatoris est: ergo non ultra potestis dicere ipsum peccatorem, nec ex Deo non esse. 11. *De judicio autem, quia princeps hujus mundi jam judicatus est.* Hic rursum de justitia sermonem habet, quia adversarium superavit, quod peccator non potuit, neque justus quivis hominum. Quod enim propter me condemnatus sit, scient ii qui in posterum illum calcabunt, & resurrectionem meam manifeste videbunt, id quod condemnantis est. Neque enim me potuit detinere. Quia ergo dicebant me dæmonium habere & deceptorem esse: hæc omnia futilia esse deprehendentur. Non enim illum cepissem, si peccato essem obnoxius. Nunc vero condemnatus & ejectus est. 12. *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.* Expedit ergo ut ego vadam, siquidem tunc portaturi estis, cum abiero. Et quid factum est? An Spiritus te major est, quando nunc non portamus, & ille nos ad portandum idoneos reddet? Num major & perfectior est ejus efficacia? Minime: nam ille quæ mea sunt dicet; ideo ait: 13. *Nihil loquetur a semetipso; sed quæcumque audiet loquetur, & quæ ventura sunt annunciabit.* 14. *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.* 15. *Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt.* Cum dixisset, ille vos docebit & vobis suggeret, atque in ærumnis vos consolabitur, quod ipse non fecit. Et expedit ut ego vadam, & ut ille veniat. Et nunc quidem non potestis portare, tunc vero poteritis, & vos deducet in omnem veritatem. Ne his auditis, majorem esse Spiritum putarent, & in extremam inciderent impietatem; ideo ait, *de meo accipiet*; id est, quæ ego dixi, & ille dicet. Cum vero dicet, nihil a se loquetur, nihil contrarium, nihil proprium aut alienum; sed mea loquetur. Ut igitur de seipso loquens ait, a meipso non loquor, id est, nihil nisi quæ Patris, nihilque proprium vel ab illo alienum; ita & de Spiritu intelligendum. Illud vero, *de meo*, id est, de iis quæ novi, de mea cognitione. Una quippe est mea & Spiritus scientia. *Et quæ ventura sunt annunciabit vobis.* Illorum erigit animos. Nullius enim tam cupidum est humanum genus, quam futura discendi. Hoc enim frequenter interrogabant eum, *Quo vadis?* Quæ est via?

Quid, *de judicio*.

A καὶ διὰ τοῦτο ἁμαρτωλὸν αὐτὸν ἔλεγον καὶ παράνομον, φησὶν ὅτι καὶ ταύτην ἀναιρήσει τὴν πρόφασιν. εἰ γὰρ τὸ νομίζεσθαι ἐμὲ μὴ εἶναι ἐκ τοῦ Θεοῦ, τοῦτο παράνομον δείκνυσιν· ὅταν δείξῃ τὸ πνεῦμα ἐκεῖ με ἀπελθόντα, καὶ οὐ πρὸς ὥραν, ἀλλὰ μένοντα ἐκεῖ. τὸ γὰρ, οὐκ ἔτι θεωρεῖτέ με, τοῦτό ἐστι δηλοῦντος· τί ἐροῦσι λοιπόν; ὅρα διὰ δύο τούτων ἀναιρουμένην τὴν πονηρὰν ὑποψίαν. οὔτε γὰρ τὸ σημεῖα ποιεῖν ἁμαρτωλοῦ· οὐ γὰρ δύναται ἁμαρτωλὸς σημεῖα ποιεῖν. οὔτε τὸ παρὰ Θεῷ εἶναι διαπαντὸς ἁμαρτωλοῦ. ὥστε οὐκ ἔτι [a] δύνασθε λέγειν ὅτι οὗτος ἁμαρτωλός ἐστιν, ὅτι οὐκ ἔστιν
B ἐκ τοῦ Θεοῦ. περὶ δὲ κρίσεως, ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται. πάλιν ἐνταῦθα τὸν περὶ δικαιοσύνης ἀνακινεῖ λόγον, ὅτι κατεπάλαισε τὸν ἀντίδικον. οὐκ ἂν δὲ ἁμαρτωλὸς ὢν κατεπάλαισεν· ὅπερ οὐδὲ δίκαιός τις ἀνθρώπων ποιῆσαι ἴσχυσεν. ὅτι γὰρ κατακέκριται δι' ἐμὲ, εἴσονται οἱ καταπατοῦντες αὐτὸν ὕστερον καὶ τὴν ἀνάστασίν μου σαφῶς εἰδότες, ὅπερ κατακρίνοντός ἐστιν. οὐ γὰρ ἴσχυσέ με κατασχεῖν. ἐπεὶ οὖν ἔλεγον, ὅτι δαιμόνιον ἔχω, καὶ ὅτι πλάνος εἰμὶ, καὶ ταῦτα μετὰ ταῦτα διελεγχθήσεται ἕωλα ὄντα. οὐ γὰρ ἂν αὐτὸν εἷλον, εἴγε ἁμαρτίᾳ ὑπεύθυνος ἤμην. νυνὶ δὲ κατακέκριται καὶ ἐκβέβληται.
C Ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι· οὐκοῦν συμφέρει ἐμὲ ἀπελθεῖν, εἴγε τότε μέλλετε βαστάζειν ὅταν ἀπέλθω. καὶ τί γέγονεν; μεῖζόν σου τὸ πνεῦμά ἐστιν, ὅτι νῦν μὲν οὐ βαστάζομεν; ἐκεῖνο δὲ ἡμᾶς βαστάζειν παρασκευάσει; μείζων ἡ ἐκείνου ἐνέργεια καὶ τελειοτέρα; οὐ τοῦτο. καὶ γὰρ ἐκεῖνος τὰ ἐμὰ ἐρεῖ. διὰ τοῦτό φησι· ἀφ' ἑαυτοῦ λαλήσει οὐδὲν, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει, καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ. ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἐμά ἐστιν. ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει καὶ ἀναμνήσει, καὶ ἐν ταῖς θλίψεσιν ὑμᾶς παρα-
D μυθήσεται, ὅπερ αὐτὸς οὐκ ἐποίησε, καὶ ὅτι συμφέρει ἐμὲ ἀπελθεῖν, κἀκεῖνον ἐλθεῖν. καὶ νῦν μὲν οὐ δύνασθε βαστάζειν, τότε δὲ δυνήσεσθε, καὶ ὅτι ὁδηγήσει εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν· ἵνα μὴ ταῦτα ἀκούοντες μεῖζον τὸ πνεῦμα νομίσωσι, καὶ εἰς ἀσεβείας ὑπόθεσιν ἐσχάτην ἐμπέσωσι, διὰ τοῦτό φησιν, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται· τουτέστιν, ἅπερ ἂν εἶπον ἐγὼ, ταῦτα κἀκεῖνος ἐρεῖ. ὅταν δὲ εἴπῃ, οὐδὲν ἀφ' ἑαυτοῦ λαλήσει, οὐδὲν ἐναντίον, οὐδὲν ἴδιον παρὰ τὰ ἐμά φησιν. ὥσπερ οὖν περὶ ἑαυτοῦ λέγων, ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ,
E τοῦτό φησιν, ὅτι οὐδὲν ἐκτὸς τῶν τοῦ πατρός· οὐδὲν ἴδιόν τι παρ' ἐκεῖνον καὶ ἀλλότριον, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ πνεύματος. τὸ δὲ, ἐκ τοῦ ἐμοῦ, ἐξ ὧν ἐγὼ οἶδα, ἐκ τῆς ἐμῆς γνώσεως. μία γὰρ ἐμοῦ καὶ τοῦ πνεύματος γνῶσις, καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν. ἐπῆρεν αὐτῶν τὴν διάνοιαν. πρὸς οὐδὲν γὰρ οὕτω λίχνον τὸ ἀνθρώπινον γένος, ὡς πρὸς τὸ μανθάνειν τὰ μέλλοντα. τοῦτο γοῦν συνεχῶς ἠρώτων αὐτὸν, ποῦ ὑπάγεις; τίς ἐστιν ἡ ὁδός;

[a] Morel. δύναται, Savil. δύνασθε.

A καὶ ταύτης οὖν ἀπαλλάττων αὐτοὺς τῆς φροντίδος, λέγει· ὅτι πάντα ὑμῖν προερεῖ· ὥστε μὴ ἐμπεσεῖν ἀφυλάκτως. Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει. πῶς; ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἐμῷ δώσει τὰς ἐνεργείας. ἐπειδὴ γὰρ μείζονα ἔμελλον ποιεῖν σημεῖα παραγινομένου τοῦ πνεύματος, διὰ τοῦτο πάλιν τὴν ἰσοτιμίαν εἰσάγων φησίν· Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει. ποίαν λέγει πᾶσαν ἀλήθειαν; καὶ γὰρ καὶ τοῦτο αὐτὸ μαρτυρεῖ, ὅτι αὐτὸς ἡμᾶς ἂν ὁδηγήσει εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. αὐτὸς μὲν γὰρ καὶ διὰ τὸ σάρκα περικεῖσθαι, [a] καὶ διὰ τὸ μὴ δόξαι περὶ ἑαυτοῦ λέγειν, καὶ διὰ τὸ μηδέπω αὐτοὺς τὴν ἀνάστασιν εἰδέναι σαφῶς καὶ ἀτελεστέρους εἶναι B καὶ διὰ τοὺς Ἰουδαίους, ἵνα μὴ ὡς παρανομοῦντα δόξωσι κολάζειν, οὐδὲν μέγα ἐφθέγγετο συνεχῶς, οὔτε τοῦ νόμου σαφῶς ἀπέστησεν. ἐπειδὴ δὲ αὐτῶν ἀπεσχίσθησαν οἱ μαθηταὶ, καὶ ἔξω λοιπὸν ἦσαν ἐκεῖνοι, καὶ πολλοὶ πιστεύειν ἔμελλον, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἀφίεσθαι, καὶ ἄλλοι ἦσαν οἱ περὶ αὐτῶν λέγοντες, οὐκ ἔτι αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ μεγάλα εἰκότως ἐφθέγγετο. ὥστε οὐ τῆς ἀγνοίας τῆς ἐμῆς τὸ μὴ εἰπεῖν ἅπερ εἰπεῖν ἐχρῆν, ἀλλὰ τῆς τῶν ἀκουόντων ἀσθενείας. διὰ τοῦτο εἰπὼν, ὁδηγήσει εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, ἐπήγαγεν· ἀφ' ἑαυτοῦ οὐκ ἐρεῖ. ὅτι γὰρ οὐ διδασκαλίας τὸ πνεῦμα δεῖται, C ἄκουσον τοῦ Παύλου λέγοντος οὕτως· καὶ τὰ τοῦ θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ. ὥσπερ οὖν τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου οὐ μανθάνον παρ' ἑτέρου οἶδεν· οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται· τουτέστι, σύνῳδα τοῖς ἐμοῖς ἐρεῖ. πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ ἐμά ἐστιν. ἐπεὶ οὖν ἐμά ἐστιν ἐκεῖνα, ἐκεῖνος δὲ ἐκ τῶν τοῦ πατρὸς ἐρεῖ, ἐκ τῶν ἐμῶν ἐρεῖ.

Διατί δὲ οὐκ ἤρχετο πρὶν ἢ αὐτὸν ἀπελθεῖν; ὅτι οὔπω τῆς κατάρας ἀρθείσης, οὔπω τῆς ἁμαρτίας λυθείσης· ἀλλ' ἔτι πάντων ὑπευθύνων ὄντων τῇ τιμωρίᾳ, D οὐκ ἂν παρεγένετο. δεῖ οὖν, φησι, τὴν ἔχθραν λυθῆναι καὶ καταλλαγῆναι ἡμᾶς τῷ θεῷ, καὶ τότε δέξασθαι τὸ δῶρον ἐκεῖνο. διατί δέ φησι, πέμψω αὐτόν; τουτέστι, προπαρασκευάσω ὑμᾶς πρὸς τὴν ὑποδοχήν. πῶς γὰρ τὸ πανταχοῦ ὂν πέμπεται; ἄλλως δὲ καὶ τῶν ὑποστάσεων τὸ διάφορον δείκνυσι. διὸ δὴ ταῦτα οὕτω φθέγγεται. καὶ ἐπειδὴ οὗτοι δυσαποσπάστως εἶχον, πείθων τοῦ πνεύματος ἔχεσθαι, καὶ ἵνα αὐτὸ θεραπεύσωσιν. ἠδύνατο μὲν γὰρ καὶ αὐτὸς ταῦτα ἐργάζεσθαι· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἐκείνῳ συγχωρεῖ θαυματουργεῖν, ἵνα μάθωσιν αὐτοῦ τὴν ἀξίαν. ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἠδύνατο τὰ ὄντα παραγαγεῖν· E ὁ δὲ υἱὸς αὐτὸ ποιεῖ, ἵνα μάθωμεν αὐτοῦ τὴν δύναμιν, οὕτω καὶ τοῦτο. διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐσαρκώθη, τῷ πνεύματι τηρῶν [b] τὴν ἐνέργειαν, καὶ ἐμφράττων τὰ στόματα τῶν τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἀφάτου φιλανθρωπίας εἰς ἀφορμὴν ἀσεβείας λαμβανόντων. ὅταν γὰρ λέγωσιν, ὅτι διὰ τοῦτο ἐσαρκώθη ὁ υἱὸς, ἐπειδὴ καταδεέστερος ἦν τοῦ πατρὸς, ἐροῦμεν πρὸς αὐτούς, τί οὖν ἂν εἴποιτε περὶ τοῦ πνεύματος; οὐ γὰρ ἔλαβε σάρκα, καὶ οὐ δήπου διὰ τοῦτο μείζονα τοῦ υἱοῦ αὐτὸ ἐρεῖτε, οὐδὲ τὸν υἱὸν

[a] Alii, καὶ τὸ μὴ δόξαι.

Hac igitur cura eximens illos, dicit: Omnia vobis prædicet, ne incauti ruatis. *Ille me clarificabit.* Quomodo? In nomine meo opera efficiet. Quia enim post adventum Spiritus majora edituri signa erant; ideo æqualitatem indicans ait, *Ille me clarificabit.* Quam vero dicit, *Omnem veritatem?* nam testificatur, quod nos deducturus sit ad omnem veritatem. Ipse namque quia carne indutus erat, & ne videretur de seipso magnifice loqui, quia item discipuli resurrectionem non noverant, & adhuc imperfectiores erant, tum propter Judæos, ne tamquam legis transgressorem punire viderentur, non sæpe magnum quidpiam de se loquebatur, neque aperte a lege dissentiebat. Quia vero discipuli ab illis discissi erant, & Judæi extra positi, multique credituri & peccata abstersuri erant, aliique erant qui de ipso loquerentur, jure ille non magna ulterius de se dicebat. Itaque non est ignorantiæ meæ adscribendum quod non dicam quæ dicere oporteret, sed auditorum imbecillitati. Ideo cum dixisset, *Deducet vos in omnem veritatem*, addidit, *non loquetur a semetipso.* Quod enim Spiritus doctrina non egeat, audi Paulum dicentem: *Et quæ Dei sunt nemo novit, nisi Spiritus Dei.* (1. Cor. 2. 11.) Quemadmodum ergo spiritus hominis non ab alio doctus novit; ita Spiritus sanctus *de meo accipiet*; id est, verbis meis consona dicet. *Omnia quæcumque Pater habet mea sunt*: quia ergo mea sunt illa; Spiritus autem ex iis quæ Patris sunt loquetur; ex meis loquetur.

3. Cur autem non venit Spiritus antequam ille discederet? Quia cum nondum maledictum sublatum erat, nondum peccatum erat solutum; sed adhuc omnes supplicio obnoxii erant, non venerat ille. Oportet ergo, inquit, inimicitiam solvi, & nos Deo reconciliari, tuncque donum illud accipere. Sed cur dicit, *mittam eum?* Id est, vos præparabo ad illum recipiendum. Quomodo enim qui ubique est, mittatur? Alioquin autem hypostasium distinctionem ostendit. (Hypostasium distinctio.) Ideo hæc ita loquitur: & cum vix possent illi separari, ut Spiritui hæreant, ipsumque colant suadet. Poterat enim & ipse hæc operari; sed ideo ipsum miracula patrare sinit, ut ejus dignitatem ediscant. Sicut enim Pater quæ sunt producere potuit, Filius autem idipsum facit ut ejus discamus potentiam; sic & Spiritus. Ideo ipse incarnatus est, Spiritui operationem reservans, ut eorum obstrueret ora, qui ineffabilis benignitatis argumentum, in occasionem impietatis arriperent. Cum enim dicunt, ideo incarnatus est Filius, quia inferior Patre erat, (Æqualitas Personarum.) ipsis respondebimus: Quid ergo dicetis de Spiritu sancto? Non enim carnem accepit, neque tamen ideo majorem Filio dicetis, neque Filium illo inferio-

[b] Morel. τὴν εὐγένειαν. Savil. τὴν ἐνέργειαν.

rem. Ideo ad baptismum Trinitas assu-
mitur. Nam Pater totum perficere po-
test, & Filius & Spiritus sanctus. Verum
quia de Patre nemo dubitat; sed du-
bium circa Filium & Spiritum sanctum
versatur, in initiatione assumitur, ut in
communi largitione ineffabilium bono-
rum, dignitatis communionem edisca-
mus. Nam quod Filius per seipsum ea
possit, quæ in baptismate cum Patre
potest, atque etiam Spiritus sanctus,
clare dictum audi: nam Judæis dicebat,
Marc. 2. 10. *Ut sciatis quia potestatem habet Filius*
hominis in terra dimittendi peccata; &
Joan. 12. 36. rursum, *Ut filii lucis sitis*: &, *Ego vi-*
Joan. 10. 28. *tam æternam do eis*; & postea, *Ut vi-*
tam habeant, & abundantius habeant.
Videamus quoque Spiritum hoc ipsum
1. Cor. 12. 7. facientem: ubinam? *Unicuique*, ait, *ma-*
nifestatio Spiritus datur ad utilitatem. Qui
ergo hæc exhibet, multo magis peccata
Joan. 6. 64. dimittit; & iterum, *Spiritus est qui vi-*
Rom. 8. 11. *vificat*; &, *Vivificabit per inhabitantem*
Rom. 8. 10. *Spiritum in vobis*; &, *Spiritus vita per ju-*
stitiam. Et rursum, *Si Spiritu ducimini, non*
Rom. 8. 15. *estis sub lege. Non enim accepistis spiritum*
servitutis iterum in timore; *sed accepistis*
Spiritum adoptionis filiorum. Tunc vero
quæ faciebant miracula, per Spiritum
qui supervenerat edebant. Et Corinthiis
1. Cor. 6. 11. scribens dicebat Paulus: *Sed abluti estis,*
sed sanctificati estis in nomine Domini
nostri Jesu Christi, & in Spiritu Dei no-
stri. Cum igitur multa de Patre audis-
sent, Filium vidissent multa operantem:
de Spiritu nihildum manifeste scirent,
ipse miracula edit, & perfectam indu-
cit cognitionem. Sed ne hinc major esse
putaretur, ut dixi, ideo ait, *Quæcumque*
audiet, loquetur, & quæ ventura sunt,
annunciabit. Nam nisi hoc esset, quo-
modo non absurdum foret, si tunc au-
diturus esset, & propter discipulos? Ne-
que enim secundum vos tunc notitiam
accepturus erat, nisi propter audituros.
Quo dicto quid iniquius fuerit? Alio-
quin, quid auditurus erat? Nonne hæc
omnia dixerat per prophetas? Nam sive
de legis solutione loquuturus erat, sive
de Christo, de divinitate & de Incarna-
tione hæc jam dicta fuerant. Quid enim
apertius postea dicturus erat, *& quæ ven-*
tura sunt annunciabit. Hic maxime osten-
dit ejus dignitatem: nam Dei maxime
proprium est, futura prædicere. Quod si
hoc discat ab aliis, nihil plus quam
prophetæ habebit. Sed hic accuratissi-
mam in Deo cognitionem ostendit, quod
nihil aliud loqui possit. Illud vero, *de*
meo accipiet; nempe de gratia quæ in
carnem meam advenit, sive de illa ipsa,
quam ego habeo cognitione; non quasi
egeat, vel ab alio discat: sed quod una
a τοῦ βασιλεύοντος, alii τοῦ βασιλέως.
b λοιδοροῦμεν, alii λοιδορούμεθα.

c Savil. οὐδὲν παραβλ- Morel. οὐδὲ παραβ-
d Morel. τοὺς ἀγνώμονας. Savil. τοὺς εὐγνώμονας.

κακίαν εἰς τὰ σύμβολα τῆς σωτηρίας ἡμῶν τοὺς πιστοὺς προσιόντας παραβλάπτεσθαι. ταῦτα οὖν ἅπαντα εἰδότες, καὶ τὸν θεὸν φοβώμεθα, καὶ τοὺς ἱερέας αὐτοῦ ἐντίμους ἔχωμεν, πᾶσαν αὐτοῖς ἀπονέμοντες τιμήν· ἵνα καὶ ὑπὲρ τῶν οἰκείων κατορθωμάτων, καὶ ὑπὲρ τῆς εἰς ἐκείνους θεραπείας πολλὴν λάβωμεν παρὰ τοῦ Θεοῦ τὴν ἀμοιβὴν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A propter alterius improbitatem, illi qui fidem sunt amplexi in symbolis salutis nostræ læderentur. Quibus perspectis omnibus, & Deum timeamus, & Sacerdotes ejus veneremur, ipsis omnem præbeamus honorem; ut & pro operibus nostris & pro cultu illis exhibito magnam accipiamus a Deo mercedem; gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, quîcum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor nunc & semper & in sæcula sæculorum, amen.

ΟΜΙΛΙΑ πζʹ.

Θωμᾶς δὲ εἷς τῶν δώδεκα λεγόμενος δίδυμος, οὐκ ἦν μετ' αὐτῶν ὅτε ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς. ἔλεγον οὖν αὐτῷ οἱ ἄλλοι μαθηταί· ἑωράκαμεν τὸν κύριον. ὁ δὲ εἶπεν, ἐὰν μὴ ἴδω, οὐ μὴ πιστεύσω, καὶ τὰ ἑξῆς.

B HOMILIA LXXXVII.

24. *Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Jesus.* 25. *Dixerunt ergo ei alii discipuli, Vidimus Dominum. Ille autem dixit, Nisi videro, non credam, &c.*

ΩΣΠΕΡ τὸ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε πιστεύειν, εὐκολίας ἐστίν· οὕτως τὸ πέρα τοῦ μέτρου περιεργάζεσθαι καὶ πολυπραγμονεῖν, παχυτάτης διανοίας. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θωμᾶς ἐγκαλεῖται. τοῖς γὰρ ἀποστόλοις εἰρηκόσιν, ὅτι ἑωράκαμεν τὸν κύριον, οὐκ ἐπίστευσεν, οὐ τοσοῦτον ἐκείνοις ἀπιστῶν, ὅσον τὸ πρᾶγμα ἡγούμενος ἀδύνατον εἶναι· τουτέστι, τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν. οὐ γὰρ εἶπεν, οὐ πιστεύω ὑμῖν· ἀλλ', ἐὰν μὴ βάλω [a] τὴν χεῖρά μου, οὐ πιστεύσω. πῶς οὖν πάντων συνηγμένων οὗτος ἀπελίμπανε μόνος; εἰκὸς ἦν ἀπὸ τῆς διασπορᾶς τῆς ἤδη γενομένης μηδέπω καὶ τότε αὐτὸν ἐπανελθεῖν. σὺ δὲ ὅταν ἴδῃς αὐτὸν ἀπιστοῦντα τὸν μαθητὴν, ἐννόησον τοῦ δεσπότου τὴν φιλανθρωπίαν, πῶς καὶ ὑπὲρ μιᾶς ψυχῆς δείκνυσιν ἑαυτὸν τραύματα ἔχοντα, καὶ παραγίνεται ἵνα διασώσῃ καὶ τὸν ἕνα, καίτοι τῶν ἄλλων παχύτερον ὄντα. διὸ καὶ διὰ τῆς αἰσθήσεως τῆς παχυτάτης ἐζήτει πίστιν, καὶ οὐδὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπίστευεν. οὐ γὰρ εἶπεν, ἂν μὴ ἴδω· ἀλλ' ἐὰν μὴ ψηλαφήσω, φησὶ, μή πως φαντασία τὸ ὁρώμενον ᾖ. καὶ μὴν οἱ μαθηταὶ ταῦτα ἀπαγγέλλοντες ἀξιόπιστοι τότε ἦσαν, καὶ αὐτὸς ὑπισχνούμενος· ἀλλ' ὅμως, ἐπειδὴ πλέον ἐζήτησεν, οὐδὲ τούτων αὐτὸν ἀπεστέρησεν ὁ Χριστός. καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ εὐθέως αὐτῷ φαίνεται, ἀλλὰ μετὰ ἡμέρας ὀκτώ; ὥστε μεταξὺ κατηχούμενον αὐτὸν ὑπὸ τῶν μαθητῶν καὶ τὸ αὐτὸ ἀκούοντα, καὶ εἰς πλείονα ἐκκαῆναι πόθον, καὶ πιστότερον πρὸς τὸ μέλλον γενέσθαι. πόθεν δὲ ᾔδει ὅτι καὶ ἡ πλευρὰ [b] ἠνεῴχθη; παρὰ τῶν μαθητῶν ἀκούσας. πῶς οὖν τὸ μὲν ἐπίστευσε, τὸ δὲ οὐκ ἐπίστευσεν; ὅτι τοῦτο πολὺ παράδοξον καὶ θαυμαστὸν ἦν. σκόπει δέ μοι τὸ φιλάληθες τῶν ἀποστόλων, πῶς τὰ ἐλαττώματα οὐ κρύπτουσιν, οὔτε τὰ ἑαυτῶν, οὔτε τὰ ἑτέρων, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς αὐτὰ ἀναγράφουσι τῆς ἀληθείας. ἐφίσταται δὲ πάλιν ὁ Ἰησοῦς, καὶ οὐ περιμένει τὸν ἐκεί-

1. SICUT simpliciter, leviterque credere, facilitatis est; sic ultra modum perquirere & explorare, crassissimæ mentis. Ideo & Thomas accusatur; C Apostolis enim dicentibus, *Vidimus Dominum*, non credidit; non tantum illis fidem negans, quantum rem fieri non posse existimans, nempe resurrectionem a mortuis. Non enim dixit, Non credo vobis, sed, *Nisi mittam manum meam, non credam*. Quomodo aliis congregatis hic solus aberat? Verisimile est ex dispersione præcedenti illum nondum reversum fuisse. Tu vero cum vides non credentem discipulum, Domini clementiam cogita, quomodo vel pro una anima ostendat se vulnera excepisse, & adveniat ad unius salutem, etiamsi crassiore quam D cæteri animo esset. Ideo per crassissimum omnium sensum fidem quærebat, neque oculis credebat. Neque enim tantum dixit, Nisi videro; sed etiam, nisi attrectavero, ne id quod videbatur phantasia esset. Atqui discipuli qui hæc nunciabant fide digni erant, & Dominus quoque qui pollicitus erat. Attamen quia plura requisivit, neque illis quidem ipsum Christus privavit. Et cur non statim illi apparuit, sed post dies octo? Ut antea a discipulis institutus & edoctus, in majus traheretur desiderium, & magis in E futuro confirmaretur. Unde didicerat latus apertum fuisse? Id a discipulis audierat. Cur aliud credidit, aliud non credidit? Quia hoc admodum mirabile erat. Perpende autem quam vere loquantur Apostoli, quomodo nec sua nec aliena vitia occultent, sed veracissime scribant. Adstat iterum Jesus, neque ab

Cur post dies octo tantum Thomas Christum vidit.

[a] τὴν χεῖρά μου, deest in quibusdam.

[b] Morel. ἠνοίγη. Savil. ἠνεῴχθη.

illo rogari exspectat, neque quidquam tale audire; sed illo nihil dicente, præoccupans, quæ cupiebat implet, significans se præsentem fuisse, cum ille hæc discipulis diceret: nam iisdem usus est verbis, ac vehementer increpat & in futurum instituit. Nam cum dixisset ei: 27. *Infer digitum tuum, & vide manus meas: & mitte manum tuam in latus meum*; subdit, *& noli esse incredulus, sed fidelis*. Viden' eum ex infidelitate dubitare? sed antequam Spiritum acciperent; post hæc autem non ultra: sed perfecti tunc erant. Nec illo autem modo solum increpavit, verum etiam in sequentibus. Postquam enim ille certior factus resipuit & exclamavit, *Dominus meus, & Deus meus*, ait, 29. *Quia vidisti me, credidisti: beati qui non viderunt & crediderunt*. Hoc enim fidei est, etiam non visa admittere. Est enim *fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium*. Hic vero non discipulos solum beatos prædicat; sed etiam eos qui postea credituri erant. Atqui discipuli, inquies, viderunt & crediderunt. Verum illi nihil hujusmodi quæsierunt; sed ex sudariis statim verbum resurrectionis admiserunt, & antequam viderent plenam habuere fidem. Cum ergo quispiam dixerit, Vellem illo fuisse tempore, videreque Christum miracula patrantem, cogitet illud, *Beati qui non viderunt & crediderunt*. Quærendum autem incumbit, quomodo corpus incorruptibile clavorum cicatrices habuerit, & a mortali manu tangi potuerit. Sed ne turberis; id enim Christi sese ad humilia demittentis erat. Corpus enim tam tenue, tam leve, ut januis clausis ingrederetur, crassitie omni carebat: sed ut resurrectio crederetur, sese talem exhibuit; utque discerent ipsum fuisse crucifixum, neque alium pro ipso resurrexisse. Ideo resurrexit signa crucis habens, & ideo manducat. Apostoli quippe hoc signum magnopere prædicabant dicentes, *Qui cum eo simul manducavimus & bibimus*. Quemadmodum ergo cum illum ante crucem videmus supra fluctus ambulantem, non dicimus corpus illud alterius esse naturæ, sed nostræ; sic cum post resurrectionem illum videmus cicatrices habentem, non ideo corruptibilem dicemus. Propter discipulum enim id ostenditur. 30. *Multa vero alia signa fecit Jesus*. Cum enim pauciora quam alii hic Evangelista narrasset, dicit neque alios omnes omnia recensuisse; sed quanta opus esset, ut auditores ad fidem pertraherent. *Nam si omnia*, inquit, *scriberentur, nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros*.

Heb. 11. 1.

Cur corpus Christi cicatrices habuerit.

Act. 10. 41.

2. Unde palam est eos non jactantiæ, sed utilitatis causa hæc scripsisse. Qui enim

A νου ἀξιωθῆναι, οὐδὲ ἀκοῦσαί τι τοιοῦτον, ἀλλὰ μηδὲν εἰπόντος αὐτοῦ προλαβὼν ἅπερ ἐπεθύμει πληροῖ, δεικνὺς ὅτι καὶ ἡνίκα ταῦτα ἐφθέγγετο πρὸς τοὺς μαθητὰς παρῆν. καὶ γὰρ τοῖς ῥήμασιν ἐχρήσατο τοῖς αὐτοῖς, καὶ σφόδρα ἐπιτιμητικῶς, καὶ εἰς τὸ ἑξῆς παιδευτικῶς. εἰπὼν γὰρ, φέρε τὸν δάκτυλόν σου, καὶ ἴδε τὰς χεῖράς μου, καὶ βάλε τὴν χεῖρά σου εἰς τὴν πλευράν μου· ἐπήγαγε, καὶ μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός. ὁρᾷς ὅτι ἀπιστίας ἦν ἡ ἀμφιβολία; ἀλλὰ πρὶν ἢ τὸ πνεῦμα λαβεῖν· μετὰ δὲ ταῦτα οὐκέτι, ἀλλ' ἀπηρτισμένοι λοιπὸν ἦσαν. οὐ ταύτῃ δὲ μόνον ἐπετίμησεν, ἀλ-
B λὰ καὶ διὰ τῶν ἑξῆς. ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνος ἀνέπνευσε πληροφορηθεὶς καὶ ἀνεβόησεν, ὁ κύριός μου καὶ ὁ θεός μου, λέγει· ὅτι ἑώρακάς με, πεπίστευκας· μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες καὶ πιστεύσαντες. τοῦτο γάρ ἐστι πίστεως, τὸ τὰ μὴ ὁρώμενα δέξασθαι. ἔστι γὰρ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις πραγμάτων, ἔλεγχος οὐ βλεπομένων. ἐνταῦθα δὲ οὐ τοὺς μαθητὰς μακαρίζει μόνους, ἀλλὰ καὶ τοὺς μετ' ἐκείνους πιστεύοντας. καίτοι, φησὶν, οἱ μαθηταὶ εἶδον καὶ ἐπίστευσαν. ἀλλ' οὐδὲν τοιοῦτον ἐζήτησαν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν σουδαρίων εὐθέως τὸν περὶ ἀναστάσεως ἐδέξαντο λόγον, καὶ πρὶν ἢ θεάσασθαι, τὴν πίστιν
C ἐπεδείξαντο πᾶσαν. ὅταν οὖν λέγῃ τις, νυνὶ ἐβουλόμην κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους εἶναι, καὶ ὁρᾷν τὸν Χριστὸν θαυματουργοῦντα, ἐννοείτω ὅτι μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες καὶ πιστεύσαντες. ἄξιον δὲ διαπορῆσαι πῶς σῶμα ἄφθαρτον τύπους ἐδείκνυτο τῶν ἥλων, καὶ ἁπτὸν ἦν θνητῇ χειρί. ἀλλὰ μὴ θορυβηθῇς· συγκαταβάσεως γὰρ ἦν τὸ γινόμενον. τὸ γὰρ οὕτω λεπτὸν καὶ κοῦφον ὡς κεκλεισμένων εἰσελθεῖν τῶν θυρῶν, παχύτητος πάσης ἀπήλλακτο. ἀλλ' ὥστε πιστευθῆναι τὴν ἀνάστασιν, τοῦτο δείκνυται, ὥστε μαθεῖν ὅτι αὐτὸς ἦν ὁ σταυρωθεὶς, καὶ οὐκ ἄλλος ἀντ' αὐτοῦ ἀνέστη. διὰ
D τοῦτο [a] ἀνέστη ἔχων τὰ σημεῖα τοῦ σταυροῦ, καὶ τρώγει διὰ τοῦτο. οἱ γοῦν ἀπόστολοι τοῦτο ἄνω καὶ κάτω σημεῖον ἐποιοῦντο τῆς ἀναστάσεως λέγοντες· οἵτινες συνεφάγομεν αὐτῷ καὶ συνεπίομεν. ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῶν κυμάτων περιπατοῦντα θεωροῦντες πρὸ τοῦ σταυροῦ, οὐ λέγομεν ἄλλης φύσεως τὸ σῶμα ἐκεῖνο, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας· οὕτω μετὰ τὴν ἀνάστασιν αὐτὸν ὁρῶντες τοὺς τύπους ἔχοντα, οὐκ ἐροῦμεν αὐτὸν φθαρτὸν εἶναι λοιπόν· διὰ γὰρ τὸν μαθητὴν ταῦτα [b] ἐπεδείκνυτο. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα σημεῖα ἐποίησεν ὁ
E Ἰησοῦς. ἐπειδὴ γὰρ ἐλάττονα τῶν ἄλλων οὗτος εἶπεν ὁ εὐαγγελιστὴς, λέγει ὅτι οὐδὲ οἱ λοιποὶ πάντες πάντα εἶπον, ἀλλ' ὅσα ἱκανὰ ἦν πρὸς πίστιν ἐφελκύσασθαι τοὺς ἀκούοντας. ἐπεὶ εἰ πάντα, φησὶν, ἐγράφετο, οὐδὲ τὸν κόσμον οἶμαι χωρῆσαι τὰ βιβλία.

Οθεν δῆλον ὅτι οὐ φιλοτιμίας ἕνεκεν ἅπερ ἔγραψαν εἶπον, ἀλλὰ τοῦ χρησίμου μόνον. οἱ γὰρ τὰ

[a] Alii, ἀνίσταται ἔχων τά.
[b] Morel. ἀνεδείκνυτο, Savil. ἐνεδείκνυτο· quatuor mss. ἐπεδείκνυτο.

πλείονα

πλείονα ἀφέντες, [a] πῶς ἂν ταῦτα διὰ φιλοτιμίαν ἔγραψαν; τίνος οὖν ἕνεκεν οὐ πάντα ἐπῆλθον; μάλιστα μὲν διὰ τὸ πλῆθος. ἔπειτα δὲ κἀκεῖνο ἐνενόουν, ὅτι ὁ μὴ πιστεύσας τοῖς εἰρημένοις, οὐδὲ τοῖς πλείοσι προσέξει· ὁ δὲ ταῦτα δεξάμενος, οὐδὲν δεήσεται ἑτέρου εἰς τὸν τῆς πίστεως λόγον. ἐμοὶ δὲ ἐνταῦθα τέως δοκεῖ τὰ μετὰ τὴν ἀνάστασιν λέγειν σημεῖα. διό φησιν· ἐνώπιον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. ὥσπερ γὰρ πρὸ τῆς ἀναστάσεως ἔδει γενέσθαι πολλὰ, ἵνα πιστεύσωσιν ὅτι υἱός ἐστι θεοῦ· οὕτω καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἵνα καταδέξωνται ὅτι ἀνέστη. διὰ τοῦτο καὶ προσέθηκεν, ἐνώπιον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, ἐπειδὴ μόνοις αὐτοῖς συνεγένετο μετὰ τὴν ἀνάστασιν. διὸ καὶ ἔλεγεν· ὁ κόσμος οὐκέτι με θεωρεῖ. εἶτα ἵνα μάθῃς ὅτι τῶν μαθητῶν ἕνεκεν μόνον ἐγίνετο τὰ γινόμενα, ἐπήγαγεν· ἵνα καὶ πιστεύσαντες ζωὴν αἰώνιον ἔχητε ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, κοινῇ πρὸς τὴν φύσιν διαλεγόμενος, δηλῶν ὅτι οὐκ ἐκείνῳ τῷ πιστευομένῳ, ἀλλ᾽ ἡμῖν αὐτοῖς τὰ μέγιστα χαριζόμενος. ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ· τουτέστι, δι᾽ αὐτοῦ. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ζωή. μετὰ ταῦτα ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν τοῖς μαθηταῖς ἐπὶ τῆς θαλάσσης τῆς Τιβεριάδος. ὁρᾷς ὅτι οὐ συνεχῶς αὐτοῖς ἐπιχωριάζει οὐδ᾽ ὥσπερ ἔμπροσθεν; ἐφάνη γοῦν τῇ ἑσπέρᾳ καὶ ἀπέπτη· εἶτα μετὰ ὀκτὼ ἡμέρας πάλιν ἅπαξ, καὶ πάλιν ἀπέπτη· εἶτα μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς θαλάσσης, καὶ πάλιν μετὰ πολλοῦ τοῦ φόβου. τί δέ ἐστι τὸ, ἐφανέρωσεν; ἐκ τούτου δῆλον, ὅτι οὐχ ἑωρᾶτο εἰ μὴ συγκατέβη, διὰ τὸ λοιπὸν ἄφθαρτον εἶναι τὸ σῶμα καὶ ἀκήρατον. τίνος δὲ ἕνεκεν ἐμνήσθη τοῦ τόπου; δεικνὺς ὅτι τὸ πλέον ἀφεῖλε τοῦ δέους· ὡς λοιπὸν αὐτοὺς καὶ προκύπτειν τῆς οἰκίας, καὶ πανταχοῦ περιϊέναι. οὐκέτι γὰρ ἐπὶ τῆς οἰκίας συγκεκλεισμένοι ἦσαν, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὴν Γαλιλαίαν ᾔεσαν τὸν κίνδυνον ἐκκλίνοντες τῶν Ἰουδαίων. ἔρχεται τοίνυν ὁ Σίμων ἁλιεῦσαι. ἐπειδὴ γὰρ οὔτε αὐτὸς αὐτοῖς συνεχῶς συνῆν, οὔτε τὸ πνεῦμα δοθὲν ἦν, οὔτ᾽ ἔτι ἐγκεχειρισμένοι τότε ἐτύγχανον, οὐδὲν ἔχοντες πράττειν, τὴν τέχνην μετῄεσαν. καὶ ἦσαν Σίμων ὁμοῦ καὶ Θωμᾶς καὶ Ναθαναὴλ ὁ ὑπὸ τοῦ Φιλίππου κληθεὶς, καὶ οἱ υἱοὶ Ζεβεδαίου, καὶ ἄλλοι δύο. οὐδὲν οὖν ἔχοντες πράττειν, ἐπὶ τὴν ἁλείαν ᾔεσαν, καὶ ἐν νυκτὶ τοῦτο αὐτὸ ἐποίουν, διὰ τὸ περιδεεῖς εἶναι. τοῦτο καὶ ὁ Λουκᾶς φησιν· ἀλλ᾽ οὐκ ἔστι τοῦτο ἐκεῖνο, ἀλλ᾽ ἕτερον. οἱ δὲ ἄλλοι μαθηταὶ εἵποντο διὰ τὸ συνδεδέσθαι λοιπὸν ἀλλήλοις, καὶ ἅμα βουλόμενοι θεάσασθαι τὴν ἁλείαν καὶ τὴν σχολὴν [b] εὖ θέσθαι. κάμνουσι τοίνυν, καὶ ταλαιπωρουμένοις ἐφίσταται ὁ Ἰησοῦς, καὶ οὐκ εὐθέως ἑαυτὸν δείκνυσιν, ὥστε καὶ εἰς διάλεξιν ἐλθεῖν. λέγει οὖν αὐτοῖς· μή τι προσφάγιον ἔχετε; τέως ἀνθρωπινώτερον διαλέγεται, ὡς μέλλων τι ὠνεῖσθαι παρ᾽ αὐτῶν. ὡς δὲ ἀνένευσαν μηδὲν ἔχειν, ἐκέλευσε βαλεῖν

plura prætermiserunt, quomodo hæc jactantiæ causa scripsissent? Cur non omnia narrarunt? Maxime propter multitudinem. Deinde hoc quoque cogitabant, eum qui dictis non crederet, nec si plura dicerentur crediturum fuisse; illum vero qui hæc admiserit, non alio opus habere ad fidem habendam. Mihi autem hic videtur de signis post resurrectionem loqui; ideo ait, *In conspectu discipulorum ejus.* Sicut enim ante resurrectionem multa necessaria erant, ut crederent ipsum esse Filium Dei; sic & post resurrectionem, ut persuasum haberent ipsum resurrexisse. Ideo addidit, *In conspectu discipulorum ejus*, quia cum illis tantum versatus fuerat post resurrectionem. Ideo dicebat, *Mundus me jam non videt.* Deinde ut discas discipulorum tantum causa hæc facta fuisse, subdidit: 31. *Ut & credentes vitam æternam habeatis in nomine ejus*, generaliter naturam alloquens, ut ostendat, non illi in quem creditur, sed nobis ipsis se maxime gratificari. *In nomine ejus*; hoc est, per eum. Ipse namque vita est. 1. *Postea manifestavit se discipulis ad mare Tiberiadis.* Cap. 21. Viden' quomodo non frequenter cum illis versetur, neque sicut antea? Apparuit enim vespere & avolavit; deinde post dies octo semel & rursum avolavit. Postea ad mare, & rursum cum multo timore. Quid sibi vult illud, *Manifestavit?* Hinc liquidum est, illum nonnisi ex indulgentia visum fuisse, quia jam incorruptibile & immortale corpus erat? Cur autem locum memoravit? Ut jam eum magna ex parte metum abstulisse ostendat, ita ut jam domo exirent, & circumquaque ambularent. Non enim amplius domi se continebant; sed in Galilæam ierant, ut a Judæis periculum declinarent. *Venit ergo Simon piscatum.* Cum enim non frequenter cum illis versaretur, necdum Spiritus datus esset, neque adhuc quidpiam illis commissum esset, nec quid facerent haberent, ad artem suam redierant. 2. *Et erant simul Simon & Thomas, & Nathanaël qui a Philippo vocatus erat, & filii Zebedæi, & alii duo.* Cum nihil ergo haberent quod facerent, piscatum se contulerunt, & hoc noctu faciebant, quod formidarent. Hoc etiam Lucas ait; sed non idem ipsum, verum aliud indicat. Alii vero discipuli sequebantur, quod una de reliquo conjuncti essent, & simul vellent piscantes videre, atque hoc otio placide frui. Laborant ergo, & præpeditis adstitit Jesus. Neque statim sese cognoscendum dedit, ut in colloquium venirent. Dicit ergo illis: 5. *Numquid pulmentarium habetis?* Adhuc humano more loquitur, ac si emturus aliquid esset ab eis. Cum se nihil habere dicerent, jussit ad dexteram rete

[a] Editi πῶς ἐνταῦθα. Suspicatur Savil. legendum, πῶς ταῦτα. Codex unus melius, πῶς ἂν ταῦτα.

[b] εὖ θέσθαι, alii εὖ διαθέσθαι.

mitti: cum misissent, ceperunt. Ut autem cognoverunt illum: tunc proprios sibi mores exhibent discipuli Petrus & Joannes. Ille ferventior, hic sublimior erat. Ille promtior erat, hic perspicacior. Ideo Joannes prior Jesum cognovit, Petrus prior illum adiit: neque enim modica signa erant. Quænam illa? Primo quod multi pisces capti essent: deinde quod rete non scissum fuisset; hinc, quod prius quam exscenderent, prunas invenirent, appositum piscem & panem. Neque enim ex subjecta materia id faciebat; quod tamen per quamdam dispensationem ante crucem facere solebat. Ubi autem illum agnovit, omnia projecit & pisces & retia, seque succinxit Petrus. Viden' & reverentiam & desiderium? Atqui ducentis cubitis aberant; sed neque illum navi adire sustinuit, verum natando venit. Quid ergo Jesus? 12. *Venite*, inquit, *prandete. Et nemo audebat eum interrogare.* Non jam solitam fiduciam habebant & loquendi libertatem, neque ad illum rogaturi accedebant; sed cum silentio, timore & reverentia magna sedebant illi attendentes: *Sciebant enim Dominum esse.* Ideoque non interrogabant, Quis es? Formamque videntes aliam, terroris plenam, admodum perculsi erant, volebantque aliquid de illa sciscitari. Sed & quod timerent, & quod scirent non alium esse, sed illum ipsum, ab interrogatione abstinuerunt, solumque comedebant ea quæ ipse cum majori potestate creaverat. Hic vero non ultra respicit in cælum, neque humana illa facit, ostendens illa eo quod sese demisisset, facta fuisse. Quod vero non frequenter nec simili modo cum illis versaretur, narrat. 14. *Hoc jam tertio manifestatus est illis, cum resurrexisset a mortuis.* Et jubet ex opsoniis afferri, ostendens id quod visum fuerat, non phantasma esse: at hic non dicit ipsum comedisse cum illis. Lucas vero alibi dicit, *& convescens cum illis.* Quomodo autem; non nostrum est dicere. Modo enim perquam mirabili hæc facta sunt, non quod natura cibis deinceps opus haberet; sed ex indulgentia ad resurrectionis demonstrationem hæc permisit.

Petrus ferventior, Joannes sublimior.

Act. 1.

3. Hæc audientes forte efferbuistis, & eos qui cum illo erant beatos prædicastis, necnon eos qui cum illo futuri sunt in generali resurrectione. Itaque nihil non agamus, ut admirandam illam faciem videamus. Nam si nunc audientes sic incendimur, & desideramus illis fuisse diebus, queîs in terra versabatur, vocem audisse, faciem vidisse, accessisse, tetigisse, ministrasse; cogita quid sit illum videre non ultra in mortali corpore, neque humana facientem; sed An-

A εἰς τὰ δεξιά· καὶ βαλόντες ἐπέτυχον τῆς ἄγρας. ὡς δὲ ἐπέγνωσαν αὐτὸν, πάλιν τὰ ἰδιώματα τῶν οἰκείων ἐπιδείκνυνται τρόπων οἱ μαθηταὶ Πέτρος καὶ Ἰωάννης. ὁ μὲν γὰρ θερμότερος, ὁ δὲ ὑψηλότερος ἦν· καὶ ὁ μὲν ὀξύτερος ἦν, ὁ δὲ διορατικώτερος. διὰ τοῦτο ὁ μὲν Ἰωάννης πρῶτος ἐπέγνω τὸν Ἰησοῦν· ὁ δὲ Πέτρος πρῶτος ἦλθε πρὸς αὐτόν. καὶ γὰρ οὐ τὰ τυχόντα γενόμενα ἦν σημεῖα. τίνα δὲ ἦν τὰ γινόμενα; πρῶτον μὲν τὸ πολλοὺς συλληφθῆναι τοὺς ἰχθύας· ἔπειτα, τὸ μὴ διαῤῥαγῆναι τὸ δίκτυον· εἶτα, τὸ πρὶν ἐπιβῆναι, εὑρεθῆναι τοὺς ἄνθρακας, καὶ τὸν ἰχθὺν ἐπι-
B κείμενον καὶ ἄρτον. οὐκέτι γὰρ ἐξ ὕλης ὑποκειμένης ἐποίει, ὥσπερ διά τινα οἰκονομίαν ἐποίει πρὸ τοῦ σταυροῦ. ὡς οὖν ἐπέγνω αὐτὸν, πάντα ἔῤῥιψε καὶ τοὺς ἰχθῦς, καὶ τὰ δίκτυα, καὶ διεζώσατο ὁ Πέτρος. ὁρᾷς καὶ τὴν αἰδῶ καὶ τὸν πόθον; καίτοι ἀπὸ διακοσίων πηχῶν ἦσαν· ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἐκαρτέρησε τῷ πλοίῳ πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν, ἀλλὰ νηχόμενος παρεγένετο. τί οὖν ὁ Ἰησοῦς; δεῦτε, φησιν, ἀριστήσατε. καὶ οὐδεὶς ἐτόλμα ἐρωτῆσαι αὐτόν· οὐκέτι γὰρ τὴν αὐτὴν παῤῥησίαν εἶχον, οὐδὲ ὁμοίως ἐθάῤῥουν, οὐδὲ ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν διὰ λόγου λοιπὸν, ἀλλὰ μετὰ
C σιγῆς καὶ δέους πολλοῦ καὶ αἰδοῦς ἐκαθέζοντο προσέχοντες πρὸς αὐτόν. ᾔδεσαν γὰρ ὅτι ὁ κύριός ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἠρώτων, τίς εἶ. τὴν δὲ μορφὴν ἀλλοιοτέραν ὁρῶντες, καὶ πολλῆς ἐκπλήξεως γέμουσαν, σφόδρα ἦσαν καταπεπληγμένοι, καὶ ἐβούλοντό τι περὶ αὐτῆς ἐρωτᾷν· ἀλλὰ τὸ δέος καὶ τὸ εἰδέναι αὐτοὺς ὅτι οὐχ ἕτερός τις ἦν, ἀλλ' αὐτὸς, ἐπεῖχον τὴν ἐρώτησιν, καὶ μόνον ἤσθιον ἅπερ αὐτὸς ἐδημιούργησε μετὰ πλείονος ἐξουσίας. ἐνταῦθα δὲ οὐκέτι ἀναβλέπει εἰς τὸν οὐρανὸν, οὐδὲ τὰ ἀνθρώπινα ἐκεῖνα ποιεῖ, δεικνὺς ὅτι κἀκεῖνα συγκαταβάσεως ἕνεκεν ἐγένετο. ὅτι δὲ οὐδὲ συνεχῶς ἐπεχωρίαζεν, οὐδὲ ὁμοίως, λέγει
D ὅτι τρίτον τοῦτο ἐφάνη αὐτοῖς, ὅτε ἐγέρθη ἐκ νεκρῶν. καὶ κελεύει ἐκ τῶν ὀψαρίων ἐνεγκεῖν, δεικνὺς ὅτι τὸ ὁρώμενον οὐκ ἦν φάντασμα, ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν οὐ λέγει, ὅτι ἔφαγε μετ' αὐτῶν· ὁ δὲ Λουκᾶς ἀλλαχοῦ [a] αὐτόν φησιν, ὅτι συναλιζόμενος αὐτοῖς ἦν. τὸ δὲ πῶς, οὐχ ἡμέτερον εἰπεῖν· τρόπῳ γάρ τινι παραδοξοτέρῳ ταῦτα ἐγίνετο οὐχ ὡς τῆς φύσεως δεομένης βρωμάτων λοιπὸν, ἀλλὰ συγκαταβάσεως πρὸς ἀπόδειξιν τῆς ἀναστάσεως γινομένης.

Τάχα ταῦτα ἀκούοντες διεθερμάνθητε καὶ τοὺς συνόντας αὐτῷ τότε ἐμακαρίσατε, καὶ τοὺς μέλλοντας συνέσεσθαι κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς κοινῆς ἀναστάσεως. οὐκοῦν ἅπαντα
E πράττωμεν, ὥστε τὸ πρόσωπον ἐκεῖνο θαυμαστὸν ἰδεῖν. εἰ γὰρ νῦν ἀκούοντες οὕτως ἐκκαιόμεθα καὶ ἐπιθυμοῦμεν κατ' ἐκείνας γενέσθαι τὰς ἡμέρας, ἃς ἐπὶ τῆς γῆς διέτριβε, καὶ φωνῆς ἀκοῦσαι, καὶ ὄψιν ἰδεῖν, καὶ προσελθεῖν, καὶ ἅψασθαι, καὶ διακονῆσαι· ἐννόησον ἡλίκον αὐτόν ἐστιν ἰδεῖν οὐκέτι ἐν θνητῷ σώματι, οὐδὲ ἀνθρώπινα ποιοῦντα, ἀλλ' ὑπὸ ἀγ-

[a] αὐτόν φησιν. Legendum putat Savil. περὶ αὐτοῦ φησιν. Unus habet, αὐτό φησιν. Alii, αὐτόν, ὅτι φησί. Suspicor hic & αὐτὸ & αὐτὸν delendum esse.

γέλων δορυφορούμενον, ἐν ἀκηράτῳ καὶ αὐτοὺς ὄντας καὶ ἐκεῖνον βλέποντας, καὶ τῆς ἄλλης εὐημερίας ἀπολαύοντας, τῆς πάντα νικώσης λόγον. διὸ δὴ παρακαλῶ, πάντα πράττωμεν, ὥστε μὴ τῆς τοιαύτης ἐκπεσεῖν δόξης. οὐδὲν γὰρ δύσκολον ἐὰν θέλωμεν, οὐδὲν φορτικὸν ἐὰν προσέχωμεν. εἰ γὰρ ὑπομένομεν καὶ συμβασιλεύσομεν. τί οὖν ἐστι, ὑπομένομεν; εἰ τὰς θλίψεις φέρομεν· εἰ τοὺς διωγμούς· εἰ τὴν στενὴν βαδίζομεν ὁδόν. ἡ γὰρ στενὴ τῇ φύσει μέν ἐστιν ἐπίμοχθος, τῇ προαιρέσει δὲ τῇ ἡμετέρᾳ κούφη γίνεται, τῇ τῶν μελλόντων ἐλπίδι. τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως, καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται, μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα. μεταστήσωμεν τοίνυν τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ διαπαντὸς ἐκεῖνα φανταζώμεθα, καὶ βλέπωμεν. ἂν γὰρ ἐν ἐκείνοις ἀεὶ διατρίβωμεν, οὐ πρὸς τὰ ἡδέα τὰ ἐνταῦθα πεισόμεθά τι, οὐ τὰ λυπηρὰ βαρέως οἴσομεν· ἀλλὰ καὶ τούτων καὶ τῶν ὁμοίων καταγελασόμεθα, καὶ οὐδὲν ἡμᾶς οὔτε δουλῶσαι, οὔτε ἐπᾶραι δυνήσεται, μόνον ἂν [a] τὸν πόθον ἐκεῖ τείνωμεν, ἂν πρὸς τὴν ἀγάπην ἐκείνην βλέπωμεν. καὶ τί λέγω, οὐκ ἀλγήσομεν τοῖς παροῦσι δεινοῖς; οὔτε γὰρ ὁρᾶν δόξομεν αὐτὰ λοιπόν. τοιοῦτον γάρ ἐστιν ὁ ἔρως. τοὺς γοῦν μὴ συμπαρόντας ἡμῖν, ἀλλ' ἀπόντας, ποθουμένους δὲ, καθ' ἑκάστην φανταζόμεθα τὴν ἡμέραν. μεγάλη γὰρ τῆς ἀγάπης ἡ τυραννίς· πάντων ἀφίστησι, καὶ τῷ ποθουμένῳ προσδεσμεῖ τὴν ψυχήν. ἂν οὕτω τὸν Χριστὸν ἀγαπήσωμεν, πάντα τὰ ἐνταῦθα σκιά, πάντα εἰκὼν φανεῖται καὶ ὄναρ. ἐροῦμεν καὶ ἡμεῖς, Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλῖψις ἢ στενοχωρία; οὐκ εἶπε, χρήματα, ἢ πλοῦτος, ἢ κάλλος· ταῦτα γὰρ σφόδρα εὐτελῆ καὶ καταγέλαστα· ἀλλὰ τὰ δοκοῦντα εἶναι βαρέα τέθεικε, λιμούς, διωγμούς, θανάτους. εἶτα ἐκεῖνος μὲν ὡς οὐδὲν ὄντα καὶ ταῦτα διέπτυσεν· ἡμεῖς δὲ διὰ χρήματα χωριζόμεθα τῆς ζωῆς τῆς ἡμετέρας, καὶ τοῦ φωτὸς ἀποσχιζόμεθα. καὶ Παῦλος μὲν οὐ θάνατον, οὐδὲ ζωήν, οὐδὲ ἐνεστῶτα, οὐ μέλλοντα, οὐ κτίσιν ἑτέραν προετίμα τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης· ἡμεῖς δὲ χρυσίον ὀλίγον ἂν ἴδωμεν, ἐκκαιόμεθα καὶ τοὺς αὐτοῦ πατοῦμεν νόμους· εἰ δὲ οὐκ ἀνεκτὰ ταῦτα λεγόμενα, πολλῷ μᾶλλον ἐκεῖνα μὴ γινόμενα. τὸ γὰρ δεινὸν τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἀκούοντες μὲν φρίττομεν, πράττοντες δὲ οὐ φρίττομεν, ἀλλὰ καὶ ὄμνυμεν εὐκόλως, καὶ ἐπιορκοῦμεν, καὶ ἁρπάζομεν, καὶ τόκους ἀπαιτοῦμεν, καὶ σωφροσύνης ἀμελοῦμεν, καὶ εὐχῆς ἀκριβεστάτης ἀφεστήκαμεν, καὶ τὰ πλείονα παραβαίνομεν τῶν ἐπιταγμάτων, καὶ χρημάτων ἕνεκεν τῶν μελῶν τῶν ἡμετέρων οὐδένα ποιούμεθα λόγον. ὁ γὰρ χρημάτων ἐρῶν, μυρία τὸν πλησίον διαθήσει κακά, καὶ ἑαυτὸν μετ' ἐκεῖνον. καὶ γὰρ ὀργιεῖται ῥᾳδίως καὶ λοιδορήσεται, καὶ μωρὸν καλέσει, καὶ ὀμεῖται καὶ ἐπιορκήσει, καὶ οὐδὲ τὰ παλαιοῦ τὰ μέτρα [b] διατηρεῖ νόμου. οὐ γὰρ ἀγαπήσει τὸν πλησίον ὁ τὸ χρυσίον ἀγαπῶν. καίτοιγε καὶ ἡμεῖς καὶ

A gelis stipatum, in immortali corpore illum conspicere, & reliqua frui felicitate, quæ omnem superat sermonem. Quamobrem obsecro, nihil non agamus ne a tali gloria excidamus. Nihil adest difficile, si velimus, nihil onerosum, si attendamus. Nam *si sustinemus, & conregnabimus.* (1. Tim. 2. 12.) Quid est illud, *sustinemus?* si ærumnas & persequutiones feramus; si in arcta incedamus via. Arcta enim via natura sua laboriosa est, sed instituto voluntatis levior efficitur, spe futurorum. Nam *quod in præsenti mo-* (2. Cor. 4. 17.) B *mentaneum est & leve tribulationis, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur.* Transferamus igitur oculos ad cælum; & perpetuo illa imaginemur, & inspiciamus. Nam si semper in illis versemur, neque suavia hujus vitæ nos allicient; neque tristia moleste feremus; sed & hæc & similia irridebimus; nihilque nos vel in servitutem redigere, vel extollere poterit; si modo illuc semper desiderio tendamus, si illam dilectionem intueamur. Et quid dico, de præsentibus ma- C lis non dolebimus? neque illa postea videre putabimus. Talis est quippe amor. Illos enim qui absentes sunt, quos amamus, quotidie imaginamur: magna quippe est dilectionis tyrannis, ab omnibus abscedit, & amatæ rei animam colligat. Si ita Christum amaremus, omnia hic nobis umbra, omnia imago & somnium viderentur: diceremus & nos, *Quis nos separabit a caritate Christi? Tribulatio vel angustia?* (Amor Christi rerum terrenarum contemtum parit. Rom. 8. 35.) Non dixit pecunia, divitiæ, aut forma; hæc quippe admodum vilia sunt & ridicula? Sed quæ gravia videntur esse posuit, famem, perse- D quutiones, mortes. Atqui ille hæc ut nihili respuit; nos vero propter pecunias a vita nostra separamur & a luce. Et Paulus quidem non mortem, non vitam, non instantia neque futura, neque creaturam aliam præponebat ejus dilectioni. Nos autem si tantillum auri videamus, incendimur & Christi leges calcamus. Quod si hæc dictu non ferenda sunt, longe minus factu: & quod grave est, hæc audientes horrescimus, facientes non horrescimus. Sed facile juramus, pejeramus, rapimus, usuras exigimus, continentiam negligimus, ab oratione ferven- E ti desistimus, præceptorum maximam partem transgredimur, pecuniarum causa nullum membrorum nostrorum curamus. Pecuniarum enim amator millia proximo inferet mala, & sibi quoque. Irascetur facile, conviciabitur, fatuum appellabit, jurabit, pejerabit; neque veteris etiam legis modum servabit; qui enim aurum amat, non amabit proximum. Atqui nos etiam inimicos pro-

a Morel. τὸν πόθον ἐκεῖνον τείνωμεν. Savil. τὸν πόθον ἐκεῖ τείνωμεν.

b Alii, διατηρήσει.

Matth. 5. 20.

pter regnum cælorum amare jubemur. Nam si vetera præcepta servando, non poterimus intrare in regnum cælorum, nisi abundaverit justitia nostra plus quam illorum: qui illa quoque transgredimur, quam habebimus defensionem? Qui pecunias amat, non modo inimicum non amabit, sed etiam amicis ut inimicis utetur.

4. Ecquid dico amicis? Pecuniarum amatores ipsam quandoque naturam ignorarunt. Ille non cognationem novit, non consuetudinis recordatur, non ætatem reveretur, nullum habet amicum, sed erga omnes inimico erit animo; verum erga se maxime, non tantum quod animam perdat suam; sed quod sese millibus torqueat solicitudinibus, laboribus, mœroribus. Nam peregrinationes suscipiet, pericula, insidias & quidvis aliud, ut radicem malorum secum habeat, & multum numeret auri. Quid illo morbo gravius fuerit? nam & cibo voluptateque omni, ob quam solent homines peccare multum, privatur, necnon gloria honoreque. Etenim qui pecunias amat, innumeros homines suspectos habet, multosque accusatores, invidos, calumniatores, insidiatores. Etenim qui injuste læduntur, odio habent, utpote qui male passi sint; qui nondum læsi sunt, timent ne patiantur, & erga læsos commiseratione ducti, hoc ipsum bellum suscipiunt. Optimates vero & potentiores, pro minoris conditionis hominibus misericordia ducuntur, tum etiam illis invidentes, inimici & hostes illius sunt. Ecquid de hominibus loquor? Cum quis Deum habet inimicum, quæ illi postea spes erit? quæ consolatio? quod refrigerium? Pecuniarum amator illis nunquam uti poterit; sed servus custosque erit, non dominus. Cum enim plures semper acquirere studeat, nusquam impendere volet; sed sibi ipsi expensam detrahet, omniumque pauperum pauperrimus erit, utpote qui cupiditatem sistere nequeat. Atqui pecuniæ ideo sunt non ut illas custodiamus, sed ut iis utamur. Quod si velimus illas aliis defodere, quid nobis miserabilius fuerit, qui circumcurrimus ad acquirendas illas, ut eas claudamus & illarum communem usum auferamus? Est enim alius quoque morbus non minor isto. Nam hi in terram defodiunt; illi in ventrem, voluptatem, ebrietatem, & sibi simul & iniquitatis & lasciviæ supplicium adjiciunt. Alii parasitis & adulatoribus; alii ludis & meretricibus; alii similibus impensis gaudent, innumeras sibi ad gehennam parantes vias, cum semel rectam & constitutam viam reliquerunt, quæ ad cælos ducit. Atqui qui hanc suscipit non modo majus lucrum, sed majorem etiam, quam illi, voluptatem assequatur. Qui enim meretricibus lar-

Pecuniarum amor quanta mala pariat.

A τοὺς ἐχθροὺς κελευόμεθα διὰ τὴν βασιλείαν φιλεῖν. εἰ γὰρ τὰ παλαιὰ ἐπιτάγματα πληροῦντες οὐ δυνησόμεθα ἐπιβῆναι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ἡμῶν πλέον ἐκείνων· οἱ καὶ ἐκεῖνα παραβαίνοντες, τίνος τευξόμεθα ἀπολογίας; ὁ χρημάτων ἐρῶν, οὐ μόνον ἐχθροὺς οὐκ ἀγαπήσει, ἀλλὰ καὶ φίλοις ὡς ἐχθροῖς χρήσεται.

Καὶ τί λέγω φίλους; καὶ γὰρ αὐτὴν πολλάκις τὴν φύσιν ἠγνόησαν οἱ χρημάτων ἐρῶντες· ὁ τοιοῦτος, οὐ συγγένειαν οἶδε, οὐ συνηθείας μέμνηται, οὐχ ἡλικίαν αἰδεῖται, οὐ φίλον ἔχει τινά, ἀλλὰ πρὸς πάντας ἀπεχθῶς διακείσεται, B καὶ πρὸ τῶν ἄλλων πάντων, πρὸς ἑαυτόν· οὐ τῷ μόνον ἀπολλύναι τὴν ψυχὴν τὴν ἑαυτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῷ μυρίαις ἑαυτὸν κατατείνειν φροντίσι, καὶ μόχθοις καὶ λύπαις. καὶ γὰρ ἀποδημίας καὶ ἀπεχθείας, καὶ κινδύνους, καὶ ἐπιβουλάς, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ὑποστήσεται, μόνον ἵνα τὴν ῥίζαν τῶν κακῶν ἔχῃ παρ' ἑαυτῷ, καὶ πολλὸν ἀριθμῇ χρυσόν. τί τοίνυν γένοιτ' ἂν τῆς νόσου ταύτης χαλεπώτερον; καὶ γὰρ καὶ τροφῆς καὶ ἡδονῆς ἁπάσης ἐστέρηται, δι' ἣν πολλὰ ἁμαρτάνουσιν ἄνθρωποι, καὶ δόξης καὶ τιμῆς. ὁ γὰρ χρημάτων ἐρῶν, καὶ ὑποπτεύει μυρίους καὶ κατηγόρους C ἔχει πολλούς, καὶ τοὺς βασκαίνοντας, καὶ τοὺς διαβάλλοντας, καὶ τοὺς ἐπιβουλεύοντας. οἱ μὲν γὰρ ἀδικούμενοι μισοῦσιν, ἅτε κακῶς παθόντες· οἱ δὲ μηδέπω παθόντες, δεδοικότες μὴ πάθωσι, καὶ συναλγοῦντες τοῖς πεπονθόσιν, ἐπιδείκνυνται πόλεμον τὸν αὐτόν· οἱ δὲ μείζους καὶ δυνατώτεροι, δακνόμενοι καὶ ἀγανακτοῦντες ὑπὲρ τῶν ταπεινοτέρων, ἔτι δὲ καὶ βασκαίνοντες, ὁμοίως εἰσὶν ἐχθροὶ καὶ μισοῦσι. καὶ τί λέγω τοὺς ἀνθρώπους; ὅταν γὰρ καὶ τὸν θεὸν ἐκπεπολεμωμένον ἔχῃ τις, τίς αὐτῷ λοιπὸν ἐλπὶς ἔσται; ποία παραμυθία; τίς [a] παραψυχή; ὁ χρημάτων ἐρῶν, οὐ χρῆσθαι αὐτοῖς δυνήσεταί ποτε, ἀλλὰ δοῦλος ἔσται καὶ φύλαξ, οὐ δεσπότης. πλείονα γὰρ ἀεὶ ποιεῖν σπουδάζων, D οὐδαμοῦ ἀναλίσκειν ἐθελήσει· συγκόψει δὲ ἑαυτόν, καὶ πάντων πενήτων πενέστερος διακείσεται, ὡς οὐδαμοῦ τῆς ἐπιθυμίας ἱστάμενος. καίτοιγε χρήματα, οὐχ ἵνα φυλάξωμεν, ἀλλ' ἵνα χρώμεθα, γεγόνασιν· εἰ δὲ μέλλοιμεν αὐτὰ κατορύττειν ἑτέροις, τί γένοιτ' ἂν ἡμῶν ἀθλιώτερον; οἳ περιτρέχομεν τὰ πάντα συλλαβεῖν σπουδάζοντες, ἵνα ἀποκλείσωμεν ἔνδον καὶ τὴν κοινὴν ἐκκόψωμεν χρῆσιν; ἔστι γὰρ ἑτέρα νόσος ταύτης οὐχ ἥττων. οἱ μὲν γὰρ εἰς τὴν γῆν κατορύττουσιν· οἱ δὲ εἰς τὴν E γαστέρα καὶ ἡδονήν, καὶ μέθην, μετὰ τῆς ἀδικίας καὶ τὴν τῆς ἀσελγείας προστιθέντες ἑαυτοῖς κόλασιν. καὶ οἱ μὲν παρασίτοις καὶ κόλαξιν· οἱ δὲ κύβοις καὶ πόρναις· οἱ δὲ ἑτέραις τοιαύταις λειτουργοῦσι δαπάναις, μυρίας τέμνοντες ἑαυτοῖς εἰς γέενναν φερούσας ὁδούς, τὴν ὀρθὴν καὶ νενομισμένην ἀφέντες, τὴν πρὸς τὸν οὐρανὸν φέρουσαν. καίτοιγε οὐχὶ κέρδος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡδονὴν μείζονα τῶν εἰρημένων ἔχει. ὁ μὲν γὰρ πόρναις διδούς,

[a] Alii, παραψυχή; ἐκ τῶν χρημάτων οὐ χρῆσθαι.

A καταγέλαστος ἔσται καὶ αἰσχρὸς, καὶ πολλοὺς ἕξει πολέμους, καὶ βραχεῖαν τὴν ἡδονήν· μᾶλλον δὲ οὐδὲ βραχεῖαν· ὅσα γὰρ ἂν δῷ ταῖς ἑταιριζομέναις γυναιξὶν, οὐδεμίαν χάριν εἴσονται. πίθος γὰρ τετρημένος ἐστὶν οἶκος ἀλλότριος. καὶ ἄλλως δὲ ἰταμὸν τὸ γένος ἐκεῖνο, καὶ τῷ ᾅδῃ προσεοικέναι αὐτῆς τὸν ἔρωτα παρέβαλεν ὁ Σολομὼν, καὶ τότε ἵσταται μόνον, ὅταν πάντων γυμνωθέντα ἴδῃ τὸν ἐραστήν. μᾶλλον δὲ οὐδὲ τότε ἵσταται, ἀλλὰ καὶ ἐπικαλλωπίζεται μειζόνως, καὶ ἐπεμβαίνει κειμένῳ, καὶ πολὺν κατ' αὐτοῦ κινεῖ γέλωτα, καὶ τοσαῦτα αὐτὸν ἐργάζεται κακὰ, ὅσα οὐδὲ ἐπελθεῖν λόγῳ δυνατόν. ἀλλ' οὐχ ἡ ἡδονὴ τῶν σωζομένων τοιαύτη. B οὔτε γὰρ ἀντεραστὴν ἔχει τις ἐνταῦθα, ἀλλὰ πάντες χαίρουσι, καὶ ἀγάλλονται, οἵ τε εὖ πάσχοντες, οἵ τε ὁρῶντες. οὐ θυμὸς, οὐκ ἀθυμία, οὐκ αἰσχύνη καὶ ὄνειδος τὴν τοῦ τοιούτου πολιορκεῖ ψυχήν· ἀλλὰ πολλὴ μὲν εὐφροσύνη τοῦ συνειδότος, πολλὴ δὲ ἡ τῶν μελλόντων ἐλπίς· λαμπρὰ δὲ ἡ δόξα καὶ πολλὴ ἡ περιφάνεια, καὶ πλείων πάντων ἡ παρὰ τοῦ θεοῦ εὔνοια καὶ ἀσφάλεια. καὶ κρημνὸς οὐδὲ εἷς, οὐδὲ ὑποψία· ἀλλὰ λιμὴν ἀκύμαντος καὶ γαλήνη. ταῦτα οὖν ἅπαντα ἐννοοῦντες, καὶ ἡδονὴν ἡδονῇ παραβάλλοντες, ἑλώμεθα [a] τὴν βελτίω, ἵνα καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος C εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A gitur, ridiculus erit & turpis, multa suscipiet bella & voluptatem brevem. Imo nec brevem; quantumcumque enim scortis dederit, nullam illæ gratiam habebunt. *Dolium enim pertusum est domus aliena.* (Prov. 23. 27 in Græco.) Alioquin autem petulans est genus muliebre, ejusque amorem inferno comparavit Salomon: & tunc solum cessat, cum amantem videt omnibus nudatum; imo ne tunc quidem cessat, sed magis exornatur, & jacenti insultat, illumque deridendum exhibet, totque malis afficit, quot ne describere quidem possumus. At eorum qui salutem consequuntur voluptas non talis est; neque B enim rivalem hic habet quis; sed omnes gaudent & exsultant: tam ii qui bene valent, quam qui bene valentes vident. Nulla ira, nullus mœror; non turpitudo, non opprobrium ejus animum obsidet; sed multa conscientiæ lætitia, multa de futuris spes, gloria magna splendorque magnus, major Dei benevolentia & securitas. Nullum præcipitium, nulla suspicio, sed tranquillissimus portus, aërisque serenitas. Hæc itaque omnia cogitantes, & voluptatem voluptati comparantes, eam quæ melior est eligamus, ut & futura consequamur bona, gratia & benignitate Domini nostri C Jesu Christi, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum, amen.

ΟΜΙΛΙΑ πη'.

Ὅτε οὖν ἠρίστησαν, λέγει ὁ Ἰησοῦς τῷ Σίμωνι Πέτρῳ, Σίμων Ἰωνᾶ ἀγαπᾷς με πλέον τούτων; λέγει αὐτῷ· ναὶ κύριε, σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε.

ΠΟΛΛΑ μὲν ἐστι καὶ ἕτερα τὰ δυνάμενα δοῦναι παῤῥησίαν ἡμῖν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ δεῖξαι λαμπροὺς καὶ εὐδοκίμους· τὸ δὲ μάλιστα πάντων παρέχον ἡμῖν τὴν ἄνωθεν εὔνοιαν ἡ περὶ τοὺς πλησίον ἐστὶ κηδεμονία. ὅπερ οὖν καὶ ὁ Χριστὸς ἀπαιτεῖ τὸν Πέτρον. ἐπειδὴ γὰρ τέλος εἶχεν αὐτοῖς τὰ τῆς ἐδωδῆς, λέγει τῷ Σίμωνι Πέτρῳ ὁ Ἰησοῦς· Σίμων Ἰωνᾶ ἀγαπᾷς με πλέον τούτων; λέγει αὐτῷ· ναὶ κύριε, σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. λέγει αὐτῷ· βόσκε τὰ πρόβατά μου. καὶ τί δήποτε τοὺς ἄλλους παραδραμὼν, τούτῳ περὶ τούτων διαλέγεται; ἔκκριτος ἦν τῶν ἀποστόλων καὶ στόμα τῶν μαθητῶν, καὶ κορυφὴ τοῦ χοροῦ. διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἀνέβη ποτὲ αὐτὸν ἱστορῆσαι παρὰ τοὺς ἄλλους. ἅμα δὲ καὶ δεικνὺς αὐτῷ, ὅτι χρὴ θαῤῥεῖν λοιπὸν, ὡς τῆς ἀρνήσεως ἐξεληλαμένης [b] ἐγχειρίζεται τὴν προστασίαν τῶν ἀδελφῶν. καὶ τὴν μὲν ἄρνησιν οὐ προφέρει, οὐδὲ ὀνειδίζει τὸ γεγονός· λέγει δὲ, ὅτι εἰ φιλεῖς με, προΐστασο τῶν ἀδελφῶν, καὶ τὴν θερμὴν ἀγάπην ἣν διὰ πάντων ἐπεδείκνυσο, καὶ ἐφ' ᾗ ἠγαλλιάσω, νῦν δεῖξον, καὶ τὴν ψυχὴν ἣν ἔλεγες θήσειν ὑπὲρ ἐμοῦ,

HOMILIA LXXXVIII.

15. *Cum ergo prandissent; dicit Jesus Simoni Petro: Simon Jonæ, diligis me plus his? Dicit ei: Etiam, Domine, tu scis quia amo te.*

D 1. MULTA quidem alia sunt quæ possint nobis apud Deum fiduciam præbere; nosque conspicuos & probatos exhibere. Quod autem nobis omnium maxime supernam benevolentiam conciliat, est proximi cura & dilectio; id quod a Petro Christus exigit: cum enim comedendi finem fecissent, *Dicit Jesus Simoni Petro: Simon Jonæ diligis me plus his? Dicit ei: Etiam, Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce oves meas.* Et cur aliis prætermissis, de his hunc alloquitur? Eximius erat inter Apostolos, os discipulorum, & cœtus illius caput. (Petrus Apostolorum os & caput.) E Ideo Paulus præ aliis hunc visurus venit. Simul ostendens ei, oportere deinceps fidere, quasi abolita negatione, fratrum ei præfecturam committit; neque negationem commemorat vel exprobrat. Dicit autem, Si amas me, fratrum præfecturam suscipe, & ferventem illum amorem quem semper exhibuisti, & de quo exsultabas, nunc ostende: animamque illam quam te pro me datu-

[a] Mortl. τὰ βελτίω. Savil. τὴν βελτίω.

[b] ἐγχειρίζεται. Alii, ἐγχειρίζει.

rum esse dicebas, da pro ovibus meis. Cum igitur semel & iterum interrogatus, illum ipsum qui secreta cordis novit in testem vocasset, adhuc tertio interrogatus, turbatus est, ob priora timidus effectus. Nam tunc affirmate loquutus, postea superatus est. Ideo rursus ad illum confugit: nam cum dicit, 17. *Tu omnia scis*; id est, præsentia & futura. Viden' quanto melior factus sit, quanto modestior? Non arroganter contradicit ut ante; ideo turbatus est. Num forte cum amare me putem, non amo tamen, ut ante altum sapiens & asseverans, postea superatus sum? Ter interrogat, & ter eadem imperat, ut ostendat quanti faciat ovium curam, & hoc maximum esse amoris erga se argumentum. De amore erga se illum alloquutus, martyrium quod passurus erat prædicit: declarans se non quod diffideret ita loquutum esse, sed maxime credere. Ut autem amoris exemplum ostenderet, doceretque quomodo ipsum amare oporteret, ait: 19. *Cum esses junior, cingebas te, & ambulabas ubi volebas: cum autem senueris, alii te cingent, & ducent quo tu non vis.* Atqui hoc volebat & desiderabat. Ideo & hoc ipsi manifestum fecit. Cum enim frequenter dixisset, *Animam meam pro te ponam*; &, *Si oportuerit me mori tecum, non te negabo*, desiderata ipsi concessit. Quid sibi vult illud, *Quo tu non vis?* Naturæ affectum & carnis necessitatem indicat, innuitque animam invitam a corpore separari. Itaque voluntas firma & constans effecta erat; attamen natura erat imbecilla. Nemo enim sine dolore corpus deponit; ita Deo, ut dixi, utiliter dispensante, ne plurimi violentam sibi mortem inferrent. Nam si rebus ita dispositis potuit tamen diabolus id efficere, & innumeros ad præcipitia & voragines impellere: nisi tale desiderium erga corpus animæ insitum esset, multi vel ex levissimo mœrore sibi mortem inferrent. Illud igitur, *quo tu non vis*, naturalem demonstrat affectum. Cur vero cum dixisset, *cum esses junior*, addit, *cum autem senueris*? Hoc significatur, ipsum nec juniorem, nec senem tunc fuisse, sed virum perfectum. Cur priorem vitam ipsi commemoravit? Ut ostenderet ita se rem habuisse. In sæcularibus enim juvenis utilis, senex inutilis est; apud me non ita, sed in senectute fortitudo major est, strenuitas præstantior, ætate nihil obicis afferente. Hæc porro dixit, non ut illum terrefaceret, sed ut excitaret. Noverat enim ejus amorem, illumque ad hæc promte ferri: simulque futuræ mor-

Petrus post lapsum cautior & modestior.

Joan. 13. 37. Matth. 26. 35.

A ταύτην ὑπὲρ τῶν προβάτων ἐπίδος τὴν ἐμήν. ἐπεὶ οὖν ἅπαξ [a] ἐρωτηθεὶς καὶ δεύτερον, αὐτὸν τὸν τὰ ἀπόῤῥητα τῆς καρδίας εἰδότα μάρτυρα ἐκάλεσε· εἶτα ἠρωτήθη καὶ τρίτον, καὶ συνεταράχθη, πάλιν δεδοικὼς τὰ πρότερα· καὶ γὰρ τότε διϊσχυριζόμενος ἠλέγχετο μετὰ ταῦτα· διὰ τοῦτο πάλιν ἐπ' αὐτὸν καταφεύγει. τὸ γὰρ εἰπεῖν, σὺ οἶδας πάντα, τουτέστι, τὰ παρόντα καὶ τὰ μέλλοντα. ὁρᾷς πῶς ἐγένετο βελτίων καὶ σωφρονέστερος, οὐκ αὐθαδιαζόμενος λοιπὸν καὶ ἀντιλέγων; διὰ γὰρ τοῦτο ἐταράχθη· μή ποτε ἐγὼ μὲν νομίζω φιλεῖν, οὐ φιλῶ δέ; ὥσπερ καὶ πρότερον B πολλὰ νομίζων, καὶ διϊσχυριζόμενος, ἠλεγχόμην ὕστερον. τρίτον δὲ ἐρωτᾷ, καὶ τρίτον ἐπιτάττει τὰ αὐτά, δεικνὺς ὅσου τιμᾶται τὴν προστασίαν τῶν οἰκείων προβάτων, καὶ ὅτι τοῦτο μάλιστα τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης σημεῖον. εἰπὼν δὲ αὐτῷ περὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης, προαγορεύει αὐτῷ καὶ τὸ μαρτύριον ὅπερ ἔμελλεν ὑπομένειν, ἐμφαίνων ὅτι οὐκ ἀπιστῶν αὐτῷ ἔλεγεν ἅπερ ἔλεγεν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα πιστεύων· τῆς δὲ εἰς αὐτὸν ἀγάπης τὸ δεῖγμα δεῖξαι βουλόμενος καὶ παιδεῦσαι ἡμᾶς ποίῳ δεῖ τρόπῳ μάλιστα αὐτὸν ἀγαπᾶν, διό φησιν· ὅτε ἦς νεώτερος ἐζώννυες σεαυτὸν καὶ περιεπάC τεις ὅπου ἤθελες· ὅταν δὲ [b] γηράσῃς, ἄλλοι σε ζώσουσι καὶ οἴσουσιν ὅπου οὐ θέλεις. καὶ μὴν τοῦτο ἤθελε καὶ ἐπεθύμει. δι' ὃ καὶ δῆλον αὐτῷ τοῦτο πεποίηκεν. ἐπειδὴ γὰρ ἄνω καὶ κάτω ἔλεγε, τὴν ψυχήν μου ὑπὲρ σοῦ θήσω· καί, κἂν δέῃ με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι, [c] ἀπέδωκεν αὐτῷ τὴν ἐπιθυμίαν. τί οὖν ἐστι τό, ὅπου οὐ θέλεις; τῆς φύσεως λέγει τὸ συμπαθές, καὶ τῆς σαρκὸς τὴν ἀνάγκην, καὶ ὅτι ἄκουσα ἀποῤῥήγνυται τοῦ σώματος ἡ ψυχή. ὥστε τὰ τῆς προαιρέσεως ἔῤῥωτο· ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτως ἡ φύσις ἠλέγχετο. οὐδεὶς γὰρ ἀπαθῶς τὸ σῶμα ἀποτίθεται, τοῦτο τοῦ θεοῦ, ὅπερ καὶ ἔμπροσθεν ἔφην, συμφερόνD τως οἰκονομήσαντος, ὥστε μὴ πολλοὺς γίνεσθαι τοὺς βιαίους θανάτους. εἰ γὰρ τούτων ὄντων ἴσχυσεν ὁ διάβολος τοῦτο ἐργάσασθαι, καὶ μυρίους ἐπὶ κρημνοὺς ἤγαγε καὶ βόθρους· εἰ μὴ τοιαύτη ἦν ἡ ἐπιθυμία τῇ ψυχῇ τοῦ σώματος, κἂν ἀπὸ τῆς τυχούσης ἀθυμίας ταχέως ἂν οἱ πολλοὶ πρὸς τοῦτο ὥρμησαν. τὸ οὖν, ὅπου οὐ θέλεις, τὴν φυσικὴν δηλοῦντός ἐστι συμπάθειαν. πῶς δὲ εἰπών, ὅτε ἦς νεώτερος, πάλιν λέγει· ὅταν δὲ γηράσῃς; τοῦτο γὰρ δεικνύντος ἐστὶν οὐκ ὄντα τότε νέον· οὐδὲ γὰρ ἦν. ἀλλ' οὐδὲ γεγηρακώς, ἀλλ' ἀνὴρ τέλειος. τίνος οὖν ἕνεκεν ἀνέμνησεν αὐτὸν E τοῦ προτέρου βίου; δηλῶν, ὅτι τοιαῦτα τὰ αὐτοῦ. ἐν μὲν γὰρ τοῖς βιωτικοῖς, ὁ μὲν νέος χρήσιμος, ὁ δὲ γεγηρακὼς ἄχρηστος· ἐν δὲ τοῖς ἐμοῖς, φησιν, οὐχ οὕτως, ἀλλ' ὅταν ἐπέλθῃ τὸ γῆρας, τότε ἡ ἀριστεία λαμπροτέρα· τότε ἡ ἀνδραγαθία περιφανεστέρα, οὐδὲν ἀπὸ τῆς ἡλικίας κωλυομένη. ταῦτα δὲ ἔλεγεν, οὐ καταπληττόμενος αὐτόν, ἀλλὰ διεγείρων. ᾔδει γὰρ αὐτοῦ τὸν πόθον, καὶ ὅτι τοῦτο πάλιν ὤδινε τὸ καλόν. ὁμοῦ δὲ καὶ τὸν τρόπον

a Alii, ἐπερωτηθείς.
b Post γηράσῃς, alii addunt ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου, καὶ ἄλλος σε ζώσει, καὶ ἄξουσιν ὅπου.
c ἀπέδωκεν, alius ἔδωκεν.

δηλοῖ τὸν θανάτου. ἐπειδὴ γὰρ ὁ Πέτρος διὰ παντὸς ἐβούλετο εἶναι ἐν τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ κινδύνοις· θάῤῥει, φησίν. οὕτω γὰρ ἐμπλήσω σου τὴν ἐπιθυμίαν, ὥστε ἅπερ οὐκ ἔπαθες νέος ὤν, ταῦτά σε δεῖ παθεῖν γεγηρακότα. εἶτα ἐγείρων τὸν ἀκροατὴν ὁ εὐαγγελιστὴς ἐπήγαγε· Ταῦτα δὲ ἔλεγε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ δοξάσει τὸν Θεόν. οὐκ εἶπεν, ἀποθανεῖται· ἀλλὰ, δοξάσει τὸν Θεὸν, ἵνα μάθῃς ὅτι τὸ παθεῖν ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, δόξα τοῦ πάσχοντος καὶ τιμή. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, φησὶ, λέγει· Ἀκολούθει μοι. ἐντεῦθεν πάλιν τὸ κηδεμονικὸν αἰνίττεται, καὶ τὸ σφόδρα πρὸς αὐτὸν οἰκείως διακεῖσθαι. εἰ δὲ λέγοι τις, πῶς οὖν Ἰάκωβος τὸν θρόνον ἔλαβε τῶν Ἱεροσολύμων; ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι, ὅτι τοῦτον οὐ τοῦ θρόνου, ἀλλὰ τῆς οἰκουμένης ἐχειροτόνησε διδάσκαλον. Στραφεὶς οὖν ὁ Πέτρος βλέπει τὸν μαθητὴν ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς ἀκολουθοῦντα, ὃς καὶ ἀνέπεσεν ἐν τῷ δείπνῳ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ, καὶ λέγει· Κύριε, οὗτος δὲ τί;

Τίνος ἕνεκεν ἀνέμνησεν ἡμᾶς τῆς ἀνακλίσεως ἐκείνης; οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ δεικνὺς ὅσην ὁ Πέτρος τὴν παῤῥησίαν εἶχε μετὰ τὴν ἄρνησιν. ὁ γὰρ τότε μὴ τολμῶν ἐρωτῆσαι, ἀλλ' ἑτέρῳ ταῦτα ἐπιτρέπων, οὗτος καὶ τὴν προστασίαν ἐνεπιστεύθη τῶν ἀδελφῶν. καὶ οὐ μόνον ἑτέρῳ τὰ καθ' ἑαυτὸν οὐκ ἐπιτρέπει, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὑπὲρ ἑτέρου προσάγει τῷ διδασκάλῳ πεῦσιν λοιπόν. καὶ Ἰωάννης μὲν σιγᾷ, ἐκεῖνος δὲ διαλέγεται. δείκνυσι δὲ καὶ ἐνταῦθα τὴν ἀγάπην ἣν πρὸς αὐτὸν εἶχε. καὶ γὰρ σφόδρα ἐφίλει τὸν Ἰωάννην ὁ Πέτρος. καὶ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα δῆλον· καὶ διὰ τοῦ εὐαγγελίου δὲ παντὸς δείκνυται τούτων ὁ σύνδεσμος, καὶ ἐν ταῖς Πράξεσιν. ἐπεὶ οὖν μεγάλα αὐτῷ προεῖπε, καὶ τὴν οἰκουμένην ἐνεχείρισε καὶ τὸ μαρτύριον προανεφώνησε, καὶ ἀγάπην ἐμαρτύρησε πλείονα τῶν ἄλλων, βουλόμενος καὶ τοῦτον λαβεῖν κοινωνόν φησιν· οὗτος δὲ τί; οὐ τὴν αὐτὴν ἡμῖν ὁδὸν ἥξει; καὶ καθάπερ τότε αὐτὸς μὴ δυνάμενος ἐρωτῆσαι τοῦτον προβάλλεται· οὕτω καὶ νῦν ἀποδιδοὺς αὐτῷ τὴν ἀμοιβὴν, καὶ νομίσας αὐτὸν βούλεσθαι ἐρωτᾷν τὰ κατ' αὐτὸν, εἶτα μὴ θαῤῥεῖν, αὐτὸς ἀνεδέξατο τὴν ἐρώτησιν. τί οὖν ὁ Χριστός; Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρὸς σέ; ἐπειδὴ σφόδρα κηδόμενος ἔλεγε, καὶ μὴ βουλόμενος αὐτοῦ διασπασθῆναι, δεικνὺς ὁ Χριστὸς ὅτι ὅσον ἂν ἀγαπήσῃ, τὴν ἀγάπην τὴν αὐτοῦ οὐ φθάνει, φησίν· Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν, τί πρὸς σέ; διὰ τούτων παιδεύων ἡμᾶς μὴ ἀλγεῖν μηδὲ πολυπραγμονεῖν μηδὲν πέρα τῶν δοκούντων αὐτῷ. ἐπειδὴ γὰρ ἀεὶ ὁ Πέτρος εἰς τὰς τοιαύτας ἐρωτήσεις θερμὸς ἦν καὶ προπετὴς, ἐκκόπτων αὐτοῦ πάλιν τὴν θερμότητα, καὶ παιδεύων περαιτέρω μὴ περιεργάζεσθαι, τοῦτό φησιν· Ἐξῆλθεν οὖν ὁ λόγος οὗτος εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, [a] ἤγουν τοὺς μαθητὰς, ὅτι ἐκεῖνος οὐκ ἀποθνήσκει. οὐκ εἶπε δὲ ὁ Ἰησοῦς, ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει, ἀλλ' ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρὸς σέ; μὴ γὰρ δὴ νομίσῃς, φησὶν, ἑνὶ τρόπῳ με τὰ καθ' ὑμᾶς διοικεῖν. τοῦτο δὲ ἐποίει τὸ

[a] Hæc, ἤγουν τοὺς μαθητὰς, desunt in quibusdam mss.

A tis modum significat. Quia enim Petrus semper pro Christo pericula subire cupiebat; confide, inquit; ita desiderium implebo tuum, ut ea quæ non juvenis perpessus es, senex patiaris. Deinde auditorem erigens Evangelista intulit: 19. *Hæc autem dicebat significans qua morte clarificaturus esset Deum.* Non dixit, moriturus esset; sed, *clarificaturus esset Deum:* ut discas pati pro Christo, gloriam esse & honorem. *Et cum hæc dixisset, ait, Sequere me.* His ostendit B curam & affectum magnum erga ipsum. Quod si quis dixerit, Cur ergo Jacobus Jerosolymorum thronum accepit? Respondebo: Petrum non throni hujus, sed totius orbis doctorem a Christo statutum fuisse. 20. *Conversus ergo Petrus, vidit illum discipulum, quem diligebat Jesus, sequentem, qui & recubuit in cœna super pectus ejus, & dixit: 21. Domine, hic autem quid?*

Petrus totius orbis doctor.

2. Qua de causa recubitum illum memorat? Non abs re, sed ut ostendat quantam Petrus fiduciam haberet post negationem. Qui enim tunc non audebat C interrogare, sed alteri ut id faceret annuebat, hic præfecturam in fratres habuit: neque solum sua non alteri committit, sed etiam pro alio ipse Magistrum interrogat. Et Joanne tacente, ille loquitur. Hic porro amorem ostendit quem erga illum habuit: nam Petrus Joannem admodum amabat, ut ex sequentibus liquet: perque totum Evangelium hæc necessitudo ostenditur, necnon in Actibus Apostolorum. Quia ergo magna ipsi prædixerat, orbem commiserat, martyrium prænunciarat, majo- D rem quam cæterorum amorem ejus indicaverat, volens Petrus hunc consortem habere, dixit: *Hic autem quid?* Annon eadem nobiscum via incedet? Ac quemadmodum tunc cum interrogare non auderet, hunc protulit; sic & nunc vicem reddens, putansque ipsum de se velle interrogare, nec audere, ipse sciscitatur. Quid ergo Christus? 22. *Si eum volo manere donec veniam, quid ad te?* Quia magno motus desiderio id dicebat Petrus, quod nollet ab eo separari, ostendens Christus quantavis ipsum dilectione prosequeretur, non tamen suam attingere dilectionem, ait: *Si eum volo* E *manere, quid ad te?* His erudiens nos non ægre ferendum esse, nec curiose inquirendum, ultra quam ipsi placitum sit. Quia enim Petrus semper ad tales interrogationes fervens promtusque erat, fervorem ejus præcidens, & docens non esse ulterius inquirendum, sic respondit. 23. *Exiit ergo sermo iste inter fratres,* id est, discipulos, *quod ille non moritur. Et non dixit Jesus, non moritur: sed, Si volo eum manere donec veniam, quid ad te?* Ne putes, inquit, me uno modo vestra dispensare. Hoc autem faciebat,

ut intempestivum illum mutuum affectum tolleret. Quia enim orbis terrarum curam suscepturi erant, non ita copulari eos oportebat. Alioquin, magnum hinc futurum erat orbi detrimentum. Quamobrem ait illi: Opus tibi commissum est, hoc cura, hoc perfice, pugna, decerta. Quid enim si velim eum hic manere? Tu tua cures & provideas. Hic mihi consideres velim quam sit Evangelista a fastu alienus. Cum enim discipulorum opinionem narrasset, illam corrigit, quasi quid Christus dixerit non intellexerint: ait enim, *Non dixit Jesus, non moritur: sed, Si eum volo manere.* 24. *Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc; & scimus quia verum est testimonium ejus.* Cur nullo alio id agente, hic solus hæc ait, & secundum de seipso perhibet testimonium: videturque auditoribus occurrere? Qua de causa? Dicitur ultimus, Deo movente, scripsisse, ideo illius dilectionem frequenter exhibet, subindicans qua de causa ad scribendum impulsus sit; ideo id frequenter memorat, ut fide dignam reddat narrationem, & ostendat se inde motum ad hoc venisse. Novi, inquit, vera esse quæ dicit: quod si multi non credant, hinc ipsis credendum est. Unde? ex eo quod deinde dicitur. 25. *Sunt & alia multa quæ fecit Jesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros.* Unde constat me non ad gratiam loquutum esse. Qui enim cum tot dici possint, ne tanta quidem dixit, quanta reliqui, sed longe plura prætermisit: atque in medium allatis Judæorum insidiis, lapidationibus, odiis, contumeliis, conviciis; cum narraverim quomodo illum dæmoniacum & deceptorem vocarint, palam est me non ad gratiam loquutum esse. Nam qui ad gratiam loqui voluisset, contrarium facere oportebat; probrosa occultare, & splendida narrare. Quia ergo quæ certissime sciebat scripsit, non recusat suum etiam in medium proferre testimonium, sibique proponit singula explorare & examinare. Mos enim est nobis, cum rem verissimam nos dicere putamus, nostrum non recusare testimonium. Si vero nos id facimus, multo magis ille qui in Spiritu scribebat: quod etiam reliqui Apostoli prædicantes dicebant: *Nos testes sumus eorum quæ dicimus, & Spiritus, quem dedit obedientibus sibi.* Omnibus enim affuerat, crucifixum non reliquerat, matrem sibi commendatam habuit. Quæ omnia signa amoris erga illum erant, & quod ille omnia accurate nosset. Quod si tanta facta fuisse signa dicat, ne mireris. Sed cogitans ineffabilem operantis virtutem; id quod dictum

Joannes Evangelista quam sit a fastu alienus.

Act. 5. 32.

A ἀκαίρου συμπαθείας τῆς πρὸς ἀλλήλους ἕνεκεν. ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλον τῆς οἰκουμένης τὴν ἐπιτροπὴν ἀναδέξασθαι, οὐκ ἔδει συμπεπλέχθαι λοιπὸν ἀλλήλοις. ἢ γὰρ ἄν, μεγάλη τοῦτο τῇ οἰκουμένῃ γέγονε ζημία. διόπερ αὐτῷ φησιν· ἔργον ἐνεχειρίσθης, αὐτὸ σκόπει, καὶ ἄνυε, καὶ ἄθλει, καὶ ἀγωνίζου. τί γὰρ εἰ καὶ βούλομαι αὐτὸν μένειν ἐνταῦθα; σὺ τὰ σεαυτοῦ σκόπει καὶ μερίμνα. σὺ δέ μοι κἀνταῦθα τὸ ἄτυφον ἐννόησον τοῦ εὐαγγελιστοῦ. εἰπὼν γὰρ τὴν δόξαν τῶν μαθητῶν, διορθοῦται αὐτήν, ὡς οὐ συνεωρακότων αὐτῶν ὅπερ εἶπεν. οὐ γὰρ εἶπε, φησιν, ὁ Ἰησοῦς, ὅτι οὐκ ἀποθανεῖται, ἀλλ' ὅτι, ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν. B Οὗτός ἐστιν ὁ μαθητής, ὁ μαρτυρῶν περὶ τούτων καὶ γράψας ταῦτα, καὶ οἴδαμεν ὅτι ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία αὐτοῦ. τί δήποτε τῶν ἄλλων οὐδενὸς τοῦτο ποιοῦντος, οὗτος μόνος ταῦτά φησι, καὶ δεύτερον τοῦτο ποιεῖ μαρτυρῶν ἑαυτῷ· δοκεῖ δὲ προσίστασθαι τοῖς ἀκροωμένοις; τί οὖν ἐστι τὸ αἴτιον; λέγεται ὕστερος πρὸς τὸ γράφειν ἐλθεῖν [a] τοῦ θεοῦ κινήσαντος αὐτὸν ἐπὶ τοῦτο καὶ διεγείραντος, διὰ τοῦτο δείκνυσιν αὐτοῦ τὴν ἀγάπην συνεχῶς, αἰνιττόμενος τὴν αἰτίαν ἀφ' ἧς ἐπὶ τὸ γράφειν ὥρμησε· διὰ τοῦτο καὶ συνεχῶς [b] μέμνηται ἀξιόπιστον ποιῶν τὸν λόγον, καὶ δηλῶν ὅτι κινηθεὶς ἐκεῖθεν, ἦλθεν ἐπὶ τοῦτο. C καὶ οἶδα, φησιν, ὅτι ἀληθῆ ἐστιν ἃ λέγει. εἰ δὲ μὴ [c] πιστεύουσιν οἱ πολλοί, ἔξεστιν αὐτόθεν ἀπὸ τούτου πιστεῦσαι. ποίου; τοῦ ἑξῆς εἰρημένου. ἔστι γάρ, φησι, καὶ ἄλλα πολλὰ ἃ ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἅτινα ἐὰν γράφηται καθ' ἕν, οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία. ὅθεν δῆλον, ὅτι οὐκ ἂν ἐχαριζόμην. ὁ γὰρ τοσούτων ὄντων οὐδὲ τοσαῦτα εἰπὼν ὅσα οἱ λοιποί, ἀλλὰ τούτων μὲν τὰ πλείονα παραλιπών, τὰς δὲ ἐπιβουλὰς τὰς Ἰουδαϊκὰς, τὰς καταλεύσεις, τὸ μῖσος, τὰς ὕβρεις, τὰς λοιδορίας εἰς μέσον προθείς, καὶ δηλώσας πῶς καὶ δαιμονῶντα D καὶ πλάνον ἐκάλουν, εὔδηλον ὅτι οὐκ ἂν ἐχαριζόμην. τὸν γὰρ χαριζόμενον τοὐναντίον ἔδει ποιεῖν, τὰ μὲν ἐπονείδιστα [d] ἀποκρύπτεσθαι, τὰ λαμπρὰ προτιθέναι. ἐπεὶ οὖν ἀπὸ πολλῆς πληροφορίας ἔγραψεν ἅπερ ἔγραψεν, οὐ παραιτεῖται τὴν ἑαυτοῦ μαρτυρίαν εἰς μέσον φέρειν, προκαλούμενος καθ' ἕκαστον ἐξετάζειν καὶ βασανίζειν τὰ γεγενημένα. ἔθος γὰρ ἡμῖν, ὅταν σφόδρα ἀληθεύειν δοκῶμεν, μὴ ποτε τὴν ἑαυτῶν μαρτυρίαν ἀρνεῖσθαι. εἰ δὲ ἡμεῖς E τοῦτο ποιοῦμεν, πολλῷ μᾶλλον ἐκεῖνος ὁ πνεύματι γράφων. ὅπερ οὖν καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι κηρύττοντες ἔλεγον· ἡμεῖς ἐσμεν μάρτυρές, φησιν, ὧν λέγομεν, καὶ τὸ πνεῦμα ὃ ἔδωκε τοῖς πειθαρχοῦσιν αὐτῷ. καὶ πᾶσι δὲ παρῆν, καὶ οὐδὲ σταυρουμένου ἀπελιμπάνετο, καὶ τὴν μητέρα ἐνεχειρίσθη. ἅπερ πάντα σημεῖα τῆς πρὸς αὐτὸν ἀγάπης, καὶ τοῦ μετ' ἀκριβείας εἰδέναι πάντα. εἰ δὲ τοσαῦτα ἔφησε γεγενῆσθαι τὰ σημεῖα, μὴ θαυμάσῃς. ἀλλ' ἐννοήσας τὴν ἄφατον τοῦ ποιοῦντος δύναμιν· δέξαι

[a] Morel. τοῦ θεοῦ κινήσαντος. Manuscripti multi, τοῦ θεοῦ. Alii cum Savil. τοῦ Χριστοῦ.
[b] Alii, μέμνηται αὐτῆς ἀξιόπ-

[c] πιστεύουσιν, alii πιστεύσωσι.
[d] Editi, ἀποκρύβεσθαι, suspicatur Savilius legendum ἀποκρύπτεσθαι, & sic etiam legitur in duobus optimis Codicibus manuscriptis.

μετ'

μετὰ πίστεως τὸ εἰρημένον. ὥσπερ γὰρ ἡμῖν εὔκολον φθέγξασθαι· οὕτως ἐκείνῳ, μᾶλλον δὲ πολλῷ ῥᾷον, ποιεῖν ἅπερ ἤθελεν. ἤρκει γὰρ θελῆσαι μόνον, καὶ πάντα εἵπετο.

Προσέχωμεν τοίνυν ἀκριβῶς τοῖς εἰρημένοις, καὶ μὴ διαλίπωμεν ἀποπλύνοντες αὐτὰ καὶ διερευνώμενοι, ἀπὸ γὰρ τῆς συνεχοῦς ἐντεύξεως ἐστί τι πλέον ἡμῖν. οὕτω τὸν βίον τὸν ἑαυτῶν ἐκκαθᾶραι δυνησόμεθα· οὕτω τὰς ἀκάνθας ἐκτεμεῖν. τοιοῦτον γὰρ ἡ ἁμαρτία καὶ ἡ βιωτικὴ φροντὶς, ἄκαρπον καὶ ὀδυνηρόν. καὶ καθάπερ ἡ ἄκανθα, ὅθεν ἂν κατέχηται κεντεῖ τὸν κατέχοντα· οὕτω καὶ τὰ βιωτικὰ, ὅθεν ἂν κατάσχῃς, λυπεῖ τὸν περισφίγγοντα αὐτὰ καὶ θάλποντα. ἀλλ' οὐ τὰ πνευματικὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ μαργαρίτῃ τινὶ προσέοικεν· ὅθεν ἂν περιστρέψῃς, τέρπει τοὺς ὀφθαλμούς. οἷόν τι λέγω· ἐποίησέ τις ἐλεημοσύνην· οὐ μόνον τῇ ἐλπίδι τοῦ μέλλοντος τρέφεται, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐνταῦθα ἀγαθοῖς γάννυται, θαῤῥῶν πανταχοῦ καὶ μετὰ πολλῆς πάντα ποιῶν τῆς παῤῥησίας περιεγένετο πονηρᾶς ἐπιθυμίας. καὶ πρὸ τῆς βασιλείας, ἐντεῦθεν ἤδη τὸν καρπὸν ἔλαβεν, ἐπαινούμενος, θαυμαζόμενος πρὸ τῶν ἄλλων πάντων, ὑπὸ τοῦ οἰκείου συνειδότος. καὶ ἕκαστον δὲ τῶν ἀγαθῶν ἔργων τοιοῦτόν ἐστιν, ὥσπερ οὖν τὰ πονηρὰ καὶ πρὸ τῆς γεέννης ἐνταῦθα κολάζει τὸ συνειδός. κἂν τὰ μέλλοντα ἐννοήσῃς ἁμαρτὼν, περιδεὴς καὶ ἔντρομος καὶ μηδενὸς κολάζοντος γέγονας· κἂν τὰ παρόντα, πολλοὺς ἔχῃς ἐχθροὺς καὶ μεθ' ὑποψίας ζῇς, καὶ οὐδὲ ἀντιβλέψαι δυνήσῃ τοῖς ἠδικηκόσι λοιπόν· μᾶλλον δὲ καὶ τοῖς μὴ ἠδικηκόσιν. οὐ γὰρ τοσαύτην ἐπ' αὐτῶν καρπούμεθα τὴν ἡδονὴν, ὅσην τὴν ἀθυμίαν, τοῦ συνειδότος καταβοῶντος, τῶν ἔξωθεν ἀνθρώπων καταγινωσκόντων, τοῦ θεοῦ παροξυνομένου, τῆς γεέννης ὠδινούσης ἡμᾶς λαβεῖν, τῶν λογισμῶν οὐχ ἡσυχαζόντων. βαρὺ γὰρ, βαρὺ καὶ φορτικὸν ἡ ἁμαρτία, καὶ μολίβδου παντὸς χαλεπώτερον. ὁ γοῦν αἰσθόμενος αὐτῆς οὐδὲ μικρὸν ἀναβλέψαι δυνήσεται, κἂν σφόδρα ἀναίσθητος ᾖ. οὕτω γοῦν καὶ ὁ Ἀχαὰβ, καίτοι σφόδρα ἀσεβὴς ὢν, ἐπειδὴ ταύτης ᾔσθετο, κάτω κύπτων ἐβάδιζε συντετριμμένος καὶ ταλαιπωρημένος. διὰ τοῦτο καὶ σάκκον περιεβάλετο, καὶ πηγὰς ἠφίει δακρύων. ἂν τοῦτο ποιῶμεν ἡμεῖς, καὶ πενθῶμεν ὡς ἐκεῖνος, ἀποδυσόμεθα τὰ ἐγκλήματα ὡς Ζακχαῖος, καὶ ἡμεῖς τευξόμεθά τινος συγγνώμης. καθάπερ γὰρ [a] ἐπὶ τῶν οἰδημάτων καὶ τῶν συρίγγων, ἂν μὴ πρότερον στήσῃ τις τὸν χυμὸν τὸν ἐπιῤῥέοντα, καὶ τὸ τραῦμα ἐπιτρίβοντα, ὅσα ἂν ἐπιθήσῃ φάρμακα, τῆς πηγῆς τοῦ κακοῦ καταχεθείσης, εἰκῆ πάντα ποιεῖ· οὕτω καὶ ἡμεῖς, ἂν μὴ τὴν χεῖρα στήσωμεν τῆς πλεονεξίας καὶ τὴν πονηρὰν ταύτην ἐπιῤῥοὴν ἀναστείλωμεν, κἂν ἐλεημοσύνην δῶμεν, εἰκῆ πάντα ποιοῦμεν. τὸ γὰρ θεραπευθὲν δι' αὐτῆς, ἐπελθοῦσα ἡ πλεονεξία [b] κατέκλυσε καὶ ἐλυμήνατο καὶ χαλεπώτερον τοῦ προτέρου εἰργάσατο. παυ-

est cum fide accipe. Sicut enim loqui nobis facile est; sic, imo multo magis, illi facile ea operari quæ vellet. Sufficiebat enim ipsi velle solum, & omnia sequebantur.

3. Attendamus itaque diligenter dictis hujusmodi, neque illa explicare & interpretari desinamus. Ex frequenti enim tractatione aliquid consequimur: sic vitam nostram expurgare poterimus, sic spinas succidere. Talis quippe res est peccatum, & sæcularis solicitudo, infructuosa nempe & molesta. Ac quemadmodum spina ubicumque retinetur, retinentem pungit; sic & sæcularia undecumque detineas, detinentem lædunt. Verum spiritualia non hujusmodi sunt; sed margaritæ cuidam similia; undecumque illam verses, oculos delectat. Exempli causa, fecit aliquis eleemosynam, non modo spe futuri nutritur; sed & hujus vitæ bonis lætatur: fiducia multa semper plenus, malam vincit concupiscentiam: & ante regnum, hinc jam fructum accepit, dum laudatur & celebratur ante alia omnia a propria conscientia. Singula quoque bona opera hujusmodi sunt, sicut contra mala opera ante gehennam hic conscientiam excruciant. Et si peccans futura cogitaveris, etiam nemine puniente formidolosus & trepidus es; si præsentia cogites, multos habes inimicos & in suspicione vivis, neque jam lædentes obtueri possis, imo nec non lædentes. Non enim tantum ab eis voluptatis quantum mœroris assequimur: occlamante conscientia, damnantibus foris hominibus, irritato Deo, gehenna nos cupide exspectante, cogitationibus non quiescentibus. Grave enim, grave & onerosum est peccatum, & plumbo omni gravius. Qui id sentit, ne minimum quidem oculos attollere poterit, etiamsi insensilis sit. Sic & Achaab, etsi valde impius, quia hoc sensit, prono capite contritus misere incedebat. Ideo se sacco præcinxit, & fontes lacrymarum emittebat. Si hoc & nos faciamus, si lugeamus ut ille, si peccata exuamus ut Zacchæus, nos quoque veniam consequemur. Ut enim in tumoribus & fistulis, nisi quis fluentem humorem & vulnus afficientem sistat, frustra remedia adhibebit, malo semper grassante; sic & nos nisi manum coërceamus ab avaritia, & pravum illum fluxum reprimamus, nisi eleemosynam demus, frustra cætera facimus. Nam si quid ab illa curatum sit, adveniens avaritia obruit & labefactat, gravioremque priore plagam infert. Finem ergo

Peccatum plumbo gravius. 4. Reg. 21. 27.

[a] Morel ἐπὶ τῶν σωμάτων, male. Alii ἐπὶ τῶν νοσημάτων. Savil. ἐπὶ τῶν οἰδημάτων.

[b] κατέκλυσε, alii κατέλυσε.

A faciamus rapiendi, & ita eleemosynam erogemus. Quod si nos ipsos in præcipitia feramus, quomodo respirare poterimus? Nam si quis cadentem erigeret, id quod facit eleemosyna; alius autem vi ad lapsum pelleret, id quod avaritia facit, nihil aliud ex hac pugna eveniret, quam quod homo ille discerperetur. Id ne nobis accidat, neve avaritia nos deorsum trahente, eleemosyna nos derelinquat & abeat, nos leviores efficiamus, & avolemus, ut a malis liberati, & ex bonis operibus ad perfectionem deducti, æterna consequamur B bona, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, quîcum Patri unaque Spiritui sancto gloria, honor, imperium nunc & semper & in sæcula sæculorum, amen.

σώμεθα τοίνυν ἁρπάζοντες, καὶ οὕτως ἐλεήσωμεν. εἰ δὲ εἰς κρημνοὺς ἑαυτοὺς φέρωμεν, πῶς δυνησόμεθα ἀναπνεῦσαι; καὶ γὰρ εἴ τις τὸν μέλλοντα καταπίπτειν ἄνωθεν ἕλκοι· ὅπερ ἐστὶν ἡ ἐλεημοσύνη· ἕτερος δὲ κάτωθεν βιάζοιτο, οὐδὲν ἔσται τι πλέον ἀπὸ τῆς τοιαύτης πάλης ἢ τὸ διασπασθῆναι τὸν ἄνθρωπον. ἵν' οὖν μὴ τοῦτο πάθωμεν, μηδὲ βαρούσης τῆς πλεονεξίας κάτωθεν, ἡ ἐλεημοσύνη καταλιποῦσα ἡμᾶς ἀπέλθῃ, κουφίσωμεν ἑαυτοὺς καὶ ἀναπετάσωμεν, ἵνα διὰ τῆς ἀπαλλαγῆς τῶν κακῶν, καὶ διὰ τῆς τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐργασίας τελειωθέντες, ἐπιτύχωμεν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Homiliarum Octuaginta octo D. Joannis Chrysostomi in Evangelium Joannis Theologi, finis.

INDEX SCRIPTURÆ SACRÆ.

GENESIS.

EXODUS.

DEUTERONOMIUM.

REGUM LIBER I.

REGUM LIB. II.

REGUM LIB. IV.

PARALIPOM. II.

JOB.

PSALMI.

ZACHARIAS.

MALACHIAS.

EVANGELIUM MATTHÆI.

EVANG. MARCI.

AD CORINTHIOS SECUNDA.

AD GALATAS.

AD EPHESIOS.

AD PHILIPPENSES.

AD COLOSSENSES.

AD THESSALONICENSES I.

AD THESSALONICENSES II.

AD TIMOTHEUM I.

AD TIMOTHEUM II.

INDEX RERUM
TOMI OCTAVI.

Cæci

R

S

T

ERRATA TOMI VIII.

Pag. 5. *b. lege* lucrari, & *ibid. in Græco b.* 2. *l.* ἀπηλλαγμένως.
Pag. 10. *b. l.* Ægyptii.
P. 40. *a.* 11. *l.* illuminari.
P. 112. *b.* 2. *l.* prophetiæ.
P. 130. *c.* 10. *l.* pigritiam.
P. 203. *c.* 5. *l.* exceperunt.
P. 233. *a.* 4. *l.* jam non ego.
P. 238. *c.* 3. *sic interpunge:* & ad illum quidem ut ad prophetam accurrebant; civitas enim tota ad Jordanem effundebatur; mihi vero, *&c.*
P. 256. *d.* 5. *l.* ulterius.
P. 280. *c.* 3. l. Petrum.

Excudebat GUILLELMUS DESPREZ, Typographus Regius.
M. DCC. XXVIII.

SPURIA

SPURIA
OPERA MULTA,
QUÆ
S. JOANNI CHRYSOSTOMO
A VARIIS ADSCRIPTA FUERE.

ADMONITIO
IN SPURIA SEQUENTIA.

UT nullus unquam veterum Ecclesiæ Græcæ Scriptorum fuit, qui tot emiserit γνήσια opera, quot Joannes Chrysostomus; ita nullus fuit cui tot Spuria adscripta fuerint; quorum tantus numerus, tanta moles est, ut si cæterorum Ecclesiæ Græcæ doctorum, Athanasii, Basilii, Gregorii Nazianzeni scripta percurras, nullum deprehendas, qui tot germana opera emiserit, quot Spuria doctori nostro adscripta fuere: præter illa autem quæ ad calcem priorum sex tomorum bene multa edidimus, & in fine hujus octavi majore numero damus, atque in sequentibus tomis dabimus, ingentem adhuc Spuriorum supellectilem Chrysostomi nomine insignitam in Bibliothecis Manuscriptorum latere sivimus, utpote luce prorsus indigna. Fatemur etiam nos multa ex iis quæ Savilius ut νοθευόμενα edidit, in tenebris relicturos fuisse; sed tum reverentia tanti tam de re literaria bene meriti viri ducti; tum etiam ne in multorum reprehensionem incurreremus, omnia quæ Savilius emisit dabimus, etiam illa quæ ipse non sine scrupulo, quasi κίβδηλα typis dedit, ut monuit in notis ad tomum septimum p. 857. Illius hic verba proferimus.

IN SCRIPTA SUPPOSITITIA CHRYSOSTOMI.

Τῶν νοθευομένων ingens passim in omnibus fere Bibliothecis tam privatis quam publicis numerus; quæ tam cupide exquiri, tam ambitiose edi a viris doctis miror. Gerardus Vossius vir, ut audio, doctrina excellenti, ex Bibliotheca Strozziana novem orationes in Ascensionem Domini Latine versas vulgavit, easque δῆθεν in novem annos Episcopatus Joannis nostri tribuit, in quibus οὐδὲν ὑγιές. Possem idem de aliis, sed contineo me. Nobis certe venia, ut spero, dabitur, post tot egregia opera edentibus hæc pauca κίβδηλα. Et tamen scias, lector, nos multa rejecisse, ut luce prorsus indigna, quæ a librariis meis in meum usum descripta fuerant, qualia sunt μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τάδε.

Sub hæc autem septemdecim seu sermonum seu Homiliarum titulos initiaque subjicit, quæ nos omniaque alia tam vera quam Spuria in fine operum Chrysostomi alphabetico ordine incipiendo a primis cujusque operis verbis, Deo dante, typis indicari curabimus. Quæ igitur Savilius protulit spuria seu νοθευόμενα, illa omnia typis esse danda censuimus. Ex aliis vero, quæ hactenus publicata non fuerant, ea solum emisimus, quæ alicujus precii esse videbantur.

Inter illa vero spuria quæ postremam hujusce tomi partem occupant quædam, licet pauca, alicujus sunt precii, ut verbi gratia Sermo in sanctum Thomam qui numeratur quintus, & Homilia VII. in Pascha, quæ hic quinquagesima tertia recensetur, fortassisque aliæ quæpiam. Ex iis etiam quæ infimæ notæ videntur esse, quædam interdum res nonnullas attingunt ac memorant, quæ usui etiam doctis esse possint.

Horum porro spuriorum, quæ postremam hujusce tomi partem occupant, catalogus seu index sequitur.

INDEX SPURIORUM,

QUÆ IN OCTAVO TOMO CONTINENTUR.

18. In principium indictionis novi anni, & in Martyres; atque in mulierem quæ sanguinis fluxum patiebatur. Init. Επάλληλον σημεῖον παρὰ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ. p. 94. Morel. t. 6. p. 533. Savil. t. 5. p. 816.

19. Oratio Catechetica in dictum Evangelii: *Simile est regnum cælorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam* &c. Ορῶ τῇ ποίμνῃ τῶν εὐσεβῶν μεμιγμένα πρόβατα ξένα. p. 98. Morel. t. 6. p. 539. Savil. t. 5. p. 708.

20. In parabolam de ficu, Homilia. Init. Οφθαλμὸς μὲν ὁρῶν ἢ δένδρον ἀνθοφόρον, ἢ πηγήν. p. 106. Morel. t. 6. p. 552. Savil. t. 7. p. 252.

21. De Pharisæo Homilia. Init. Ωσπερ πατὴρ φιλότεκνος, προσομιλεῖν τοῖς ἑαυτοῦ φιλτάτοις. p. 110. Morel. t. 6. p. 560. Savil. t. 7. p. 280.

22. De Lazaro & divite Homilia sexta. Init. Μέγιστον ἐστι διδασκαλεῖον τὸ τῆς ἐκκλησίας στάδιον. p. 113. Morel. t. 6. p. 564. Savil. t. 5. p. 728.

23. In publicanum & Pharisæum sermo. Init. Οἱ πόρρωθεν τοὺς λιμένας θεασάμενοι. p. 116. Morel. t. 6. p. 569. Savil. t. 7. p. 233.

24. In cæcum a Christo sanatum, & in Zacchæum, deque judicio atque eleemosyna. Init. Πολλαὶ καὶ διάφοροι τῶν ἁγίων γραφῶν αἱ διδασκαλίαι. p. 120. Morel. t. 6. p. 575. Savil. t. 5. p. 631.

25. De sancto Joanne Theologo. Init. Ιωάννης ἐν Εφέσῳ τῆς Ασίας, Ιωάννης τῆς Ασίας τὸ καύχημα. p. 130. Morel. t. 6. p. 603.

26. De negatione Petri & de Cruce, & quo pacto Joseph fuerit figura Christi. Init. Ανάγκαιον ἐν τῷ παρόντι καιρῷ καὶ τὸ χρέος. p. 136. Morel. t. 6. p. 626. Savil. t. 7. p. 275.

27. In secundum adventum Christi, & in illud, *Omnes stabimus ante tribunal Christi* &c. Init. Ενόμιζον μεγάλα τινὰ καὶ ὑπερφυῆ τῇ προτέρᾳ ἡμέρᾳ. p. 142. Morel. t. 6. p. 651. Savil. t. 5. p. 782.

Sequentia opuscula, Græce tantum a Savilio edita, nunc primum Latine convertimus.

28. Interpretatio orationis, *Pater noster.* Init. Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. πατέρα λέγεις, ἄνθρωπε, τὸν θεόν. p. 149. Savil. t. 5. p. 717.

29. In filium prodigum, ac de pœnitentia, in lignum scientiæ boni & mali, & in latronem. Init. Πρώην ἡμῖν ἡ μεγάλη καὶ θεοπρεπὴς τοῦ σωτῆρος ἐπιφάνεια. p. 150. Savil. t. 5. p. 720.

30. In mulieres unguenta ferentes, & quod nulla diversitas vel pugna reperiatur inter Evangelistas &c. Init. Φέρε δὴ περὶ τῆς τῶν εὐαγγελιστῶν ἱστορίας εἰς τῶν ἁγίων &c. p. 159. Savil. t. 5. p. 740.

31. In illud Evangelii, quod dicebant Judæi de Servatore, *Quomodo scit literas, cum non didicerit* &c. Init. Φέρε πάλιν τῶν εὐαγγελικῶν ὑμῖν ἀπαρξώμεθα ναμάτων. p. 167. Savil. t. 5. p. 752.

32. In Chananæam & in Pharaonem, & quod non volentis neque currentis &c. Init. Εἰ καὶ ἐθόλωσεν ἡμᾶς ἡ κατὰ τὴν ἑσπέραν ταραχή. p. 177. Savil. t. 5. p. 771.

33. In dictum Apostoli: *Non quod volo facio, sed quod nolo, hoc ago*, & quomodo Jacob typus Christi &c. Init. Επαινῶ μὲν ὑμῶν τὸν πόθον, καὶ θαυμάζω &c. p. 188. Savil. t. 5. p. 789.

34. In principium indictionis. Init. Θαυμασταὶ τῶν ὀρθοδόξων αἱ πανηγύρεις, φαιδραί. pag. 198. Savil. t. 5. p. 815.

35. In venerandam Crucem. Init. Σταυροῦ πρόκειται σήμερον ἑορτή, χορός. p. 200. Savil. t. 5. p. 819.

36. In exaltationem venerandæ Crucis. Init. Πᾶσα μὲν ἡ ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττονα μεταβολή. p. 204. Savil. t. 5. p. 827.

37. In sanctum Apostolum Thomam. Init. Ηκω τὸ χρέος ἀποδώσων ὑμῖν, ὦ φίλοι, χρέος. p. 207. Savil. t. 5. p. 837.

38. In incarnationem Domini nostri, & quod singulis climatibus Angeli præsint. Init. Οντως ἐπεφάνη ἡμῖν ἡ χάρις τοῦ Χριστοῦ, καὶ συνεξέλαμψεν. p. 213. Savil. t. 5. p. 851.

39. In S. Stephanum primum Martyrem. Init. Πάντες μὲν οἱ μαρτύρων ἀγῶνες ἐπίδοξοι, καὶ θαυμάζεται. p. 227. Savil. t. 5. p. 871.

40. In mediam Hebdomadam Jejuniorum. Init. Εὐλογητὸς ὁ θεὸς ὁ χαρισάμενος τοῖς ἀγωνισταῖς τῆς νηστείας. p. 229. Savil. t. 5. p. 876.

41. In Ramos palmarum. Init. Εκ θαυμάτων ἐπὶ θαύματα κυρίου βαδίσωμεν. p. 231. Savil. t. 5. p. 882.

42. In ſanctam Virginem & Deiparam. Init. Πᾶσαι μὲν αἱ μαρτυρικαὶ πανηγύρεις θαυμασταί. p. 236. Savil. t. 5. p. 887.

43. Contra hæreticos & in ſanctam Deiparam. Init. Πάλιν τῇ παῤῥησίᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος διαπτύων τὰς πειρᾶς. p. 238. Savil. t. 5. p. 889.

44. In proditionem Servatoris, & in lotionem pedum. Init. Εβουλόμην εἰς τέλος διανύσαι τοῦ σταυροῦ τὰ θεωρήματα. p. 241. Savil. t. 5. p. 893.

45. In latronem & in proditionem Servatoris. Init. Ω πόση δύναμις τῆς ἡμετέρας πίστεως, ὦ πόσον. p. 247. Savil. t. 5. p. 910.

46. Sermo Catecheticus in S. Paſcha. Init. Εἴ τις εὐσεβὴς καὶ φιλόθεος ἀπολαυέτω τῆς καλῆς ταύτης. p. 250. Savil. t. 5. p. 916.

47. In ſanctum Paſcha I. Init. Πάσχα μὲν γήϊνον ἑορτάζουσιν Ιουδαῖοι τὸ οὐράνιον. p. 252. Savil. t. 5. p. 917.

48. In ſanctum Paſcha II. Init. Τὸ τῶν νομικῶν τύπων εὔλογον, ἐπὶ τῆς ἀληθείας. p. 254. Savil. t. 5. p. 920.

49. In S. Paſcha III. Init. Τὴν μὲν ἁγιότητα Χριστοῦ, τὸ θῦμα τοῦ πάσχα. p. 257. Savil. t. 5. p. 923.

50. In S. Paſcha IV. Init. Πάσχα μὲν ἑορτάζουσιν Ιουδαῖοι, τῆς ἐξ Αἰγύπτου σωτηρίας ἀνάμνησιν. p. 259. Savil. t. 5. p. 925

51. In S. Paſcha V. Init. Εν Ιουδαίοις οἱ τύποι, παρ' ἡμῖν δὲ ἡ ἀλήθεια. p. 261. Savil. t. 5. p. 927.

52. In S. Paſcha VI. Init. Ιεραὶ μὲν ἤδη φωτὸς ὑπαυγάζουσι Χριστοῦ ἀκτῖνες. p. 264. Savil. t. 5. p. 930.

53. In S. Paſcha VII. Init. χθὲς μὲν, ἀδελφοὶ, περὶ τῆς παραθεσμίας τοῦ ἁγίου. p. 275. Savil. t. 5. p. 940.

54. In Synaxin Archangelorum. Init. Αγγέλους ἐγκωμιάζειν χρή. καὶ γάρ. p. 285. Savil. t. 5. p. 997.

55. De pœnitentia, & in Herodem, & in Joannem Baptiſtam. Init. Φέρε δὲ καὶ τῶν ὑμετέρων κρότων τὴν ὑμετέραν προτιμήσωμεν. p. 287. Savil. t. 6. p. 804. Edita item a Combeſio & poſtea a Benzelio.

MONITUM

MONITUM

AD HOMILIAM SEQUENTEM.

HANC Homiliam sic jure notavit Savilius in Notis Tom. 8. p. 869. Cum Græculus quispiam ineptus & indoctus Orationem cum hujusmodi principio a Johanne nostro habitam esse apud Ecclesiasticæ Scriptores Ecclesiæ reperisset, affinxit homo impudentissimus humano capiti corpus plane belluinum, nobisque pro vero hunc spurium & falsissimum fetum supposuit, vix lectione, nedum emendatione dignum. *Illi porro Ecclesiastici Scriptores, qui initium Homiliæ Chrysostomi attulerunt, sunt Socrates libro 6. cap. 18. & Sozomenus lib. 8. cap. 20. qui ambo ipsissima verba referunt, nullo pene discrimine, queîs hic quisquis sit Græculus orsus est. Hanc certe homiliam quovis sagaci homine, multoque magis Chrysostomo indignam censent quotquot ea de re sententiam tulerunt. Sic orsus ineptus scriptor improbas mulieres bene multas recenset, hincque transit ad probas & sanctas quæ in veteri Testamento feruntur, & sic concionem claudit.*

Cæterum non sat accurate rem tractavit, qui dixit homiliam hanc a recenti quodam Græco concinnatam fuisse. Siquidem Anastasius Sinaïta sexti sæculi scriptor, Quæstione in Scripturam LIX. cui titulus, cur dicit Apostolus, Mulieri docere non permitto? *magnam hujus homiliæ partem Chrysostomi nomine ad verbum refert ab his orsus verbis:* Nulla fera potest comparari cum muliere mala & verbosa. Quid enim est leone terribilius *&c. & in hæc verba desinit:* Qui ergo habet malam mulierem, sciat se jam recipere mercedem iniquitatis: dicit enim Sapiens: Mulier mala dabitur viro peccatori. *Quodque mireris, eadem ipsa, nec plura nec pauciora, ad verbum habentur in opusculo 49. S. Ephremi, cui titulus,* contra improbas mulieres, *sine alio discrimine quam quod interpretum diversitas intulerit. Unde colligatur ineptum scriptorem ex S. Ephremo hoc assumentum mutuatum esse. Interpretationem latinam priorem παραφραστικῶς adornatam rejecimus, novamque paravimus.*

Εἰς τὴν ἀποτομὴν τοῦ προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου, καὶ εἰς τὴν Ἡρωδιάδα.

A

ΠΑΛΙΝ Ἡρωδιὰς μαίνεται, πάλιν ταράττεται, πάλιν ὀρχεῖται, πάλιν ἐπιζητεῖ τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ ἀνόμως ὑπὸ Ἡρώδου ἀποτμηθῆναι. πάλιν Ἰεζάβελ περιέρχεται ζητοῦσα τὸν Ναβουθαὶ τὸν ἀμπελῶνα [a] ἁρπάσαι, καὶ τὸν ἅγιον Ἡλίαν καταδιῶξαι ἐπὶ τὰ ὄρη. οἶμαι δὲ μὴ μόνον ἐμὲ εἰς ἔκστασιν τυγχάνειν, ἀλλὰ καὶ πάντας ὑμᾶς τοὺς ἀκούοντας τῆς τοῦ εὐαγγελίου φωνῆς, καὶ θαυμάζειν σὺν ἐμοὶ τὴν μὲν Ἰωάννου παῤῥησίαν, τὴν δὲ Ἡρώδου κουφότητα, καὶ τὴν τῶν ἀθέων γυναικῶν θηριώδη μανίαν. τί γὰρ ἠκούσαμεν; ὁ γὰρ Ἡρώδης κρατήσας τὸν Ἰωάννην, ἔθετο ἐν φυλακῇ. διὰ τί; διὰ Ἡρωδιάδα γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. καὶ ψέξειεν ἄν τις τὴν Ἡρώδου κουφότητα ὑπὸ δυστήνων γυναικῶν [b] παραχθεῖσαν.

B

τί δ' ἄν τις εἴποι, ἢ πῶς τις ἐκφράσοι τὴν τῶν γυναικῶν ἐκείνων ἀκόλαστον πονηρίαν; ἐμοὶ μὲν δοκεῖ μηδὲν εἶναι ἐν κόσμῳ θηρίον ἐφάμιλλον γυναικὸς πονηρᾶς· ἀλλὰ νῦν ἐμοὶ περὶ πονηρᾶς ὁ λόγος, οὐ περὶ ἀγαθῆς καὶ σώφρονος. οἶδα γὰρ πολλὰς εὐσχήμονας καὶ ἀ-

In decollationem præcursoris & baptistæ Joannis, & in Herodiadem.

1. RURSUS Herodias insanit, rursus turbas movet, rursus saltat, rursus injuste caput Joannis baptistæ ab Herode amputari cupit. Rursus Jezabel circuit, quærens Nabuthæ vineam eripere, & sanctum Heliam in montibus persequi. Puto autem non me solum in stuporem conjici, sed etiam vos omnes qui vocem Evangelii auditis: & mecum mirari Joannis loquendi libertatem, Herodis levitatem, impiarumque mulierum furiosam insaniam. Quid enim audivimus? Herodes apprehensum Joannem posuit in carcere. Quare? Propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui. Et jure vituperes Herodis a miserrimis mulieribus eo inducti levitatem. Quid vero dicas, & quomodo enarres mulierum illarum ingentem nequitiam? Mihi quidem videtur nullam in mundo esse feram malæ mulieri comparabilem. Mihi certe nunc de mala, non de proba & honesta muliere sermo habetur. Scio namque multas esse bonas & honestas mulieres,

Matth. 14. 3.

[a] Alius, ἀναρπάσαι· Hanc & sequentes varias lectiones posuit Savil. in margine.

[b] Al. παραχθεῖσαν.

quarum vitam recensere mihi operæ pretium fuerit ad ædificationem, & ad bonorum excitandum amorem. Nulla itaque fera in mundo est malæ mulieri comparabilis. Quid in quadrupedibus leone ferocius? nihil. Quid in serpentibus dracone sævius? nihil. Attamen & leo & draco malæ mulieri hac in re cedunt. Testis mihi est
Eccli. 25. 23. sapientissimus Salomon dicens: *Cohabitare cum leone & dracone placet magis, quam cum muliere mala & linguosa.* Et ne putes prophetam per ironiam hæc dixisse, ex ipsis rebus id ediscas. Danielem in lacu leones reveriti sunt; justum vero Nabuthe Jezabel occidit. Cetus Jonam in ventre servavit, Dalida vero Samsonem deprehensum & ligatum alienigenis tradidit. Dracones, aspides & cerastæ Joannem in deserto tremuerunt, Herodias vero ipsi in prandio caput abscidit. Corvi in monte Heliam aluerunt, Jezabel vero ipsum post pluviæ præstitum beneficium ad necem persequebatur. Quid enim dice-
3. Reg. 19. 2. bat? Si tu Helias, ego Jezabel: *Hæc mihi faciant dii, & hæc addant, si non crastina die hac hora ponam animam tuam sicut unius eorum qui interfecti sunt.* Et timuit Helias & abiit pro anima sua, & perrexit in desertum per viam quadraginta dierum. Et venit sub Rathmen, & pe-
3. Reg. 19. 4. tiit animæ suæ ut moreretur, dixitque: *Domine Deus, sufficiat mihi nunc, accipe animam meam a me, quia non sum ego melior patribus meis.* Hei mihi! Helias propheta mulierem timuit: qui pluviam orbis in lingua gestabat, qui ignem de cælo eduxit, & precatione sua mortuos suscitavit, timuit mulierem? Etiam timuit. Nulla enim nequitia cum muliere mala comparari potest. Attestatur huic verbo meo Sapientia quæ dicit,
Eccli. 25. 22. *Non est caput super caput serpentis, & non est malitia super malitiam mulieris.* O malum & acutissimum diaboli telum! Per mulierem ab initio Adamum in paradiso confodit: per mulierem mitissimum Davidem ad Uriam dolo occidendum impulit: per mulierem sapientissimum Salomonem ad prævaricationem deduxit: per mulierem fortissimum Samsonem rasum excæcavit: per mulierem filios Heli sacerdotis prostravit: per mulierem nobilissimum Joseph in carcere vinctum conclusit: per mulierem Joannis orbis lucernæ caput abscidit. Ecquid de hominibus loquor? Per mulierem angelos de cælo dejecit: per mulierem omnes jugulat, omnes inhonorat, omnes contumelia afficit. Impudens quippe mulier nemini parcit: non Levitam honorat, non Sacerdotem, non Prophetam reveretur. O malum omni malo pejus mulier mala! Si inops sit, malitia ditatur; si facultates habeat malitiæ cooperantes, duplex est malum, intolerabile animal, incurabilis morbus, immanis fera. Novi ego aspides blanditiis cicures factas, & leones, tigres, pardos tractabiles redditos. Mala vero mulier si injuria afficiatur, furit; si demulceatur, extollitur. Si principis uxor sit, nocte dieque virum ad necem dolo inferendam excitat, ut Herodias Herodem. Si pauperem virum habeat, ad rixas & pugnas ipsum concitat; si vidua sit, ipsa sola omnes dedecore afficit. Lingua namque ejus timore Domini non frenatur: non futurum respicit judicium, non Deum ipsum; non amicitiæ leges servare novit. Pro nihilo habet mala mulier virum suum morti tradere. Certe justum Jobum uxor sua blasphemiæ morti tradebat di-
Job. 2. 9. cens: *Dic verbum quoddam contra Dominum, & morere.* O malam naturam! o scelestum animum!

a Al. εὐδόκησας.
b Al. Ραμέθ. Aliam quoque lectionem effert in margine Savilius, ἢ ῥαθυμήσας ᾐτήσατο.
c Savil. in marg. οὐρανόθεν ῥήματι κατενέγκας.

A γαθὰς, ὧν με δεῖ μνημονεῦσαι τὸν βίον πρὸς οἰκοδομὴν καὶ ἔρωτα τῶν καλῶν. οὐδὲν τοίνυν θηρίον ἐν κόσμῳ ἐφάμιλλον γυναικὸς πονηρᾶς. τί λέοντος δεινότερον ἐν τετράποσι; ἀλλ' οὐδέν. τί δὲ ὠμότερον δράκοντος ἐν ἑρπετοῖς; ἀλλ' οὐδέν. πλὴν καὶ λέων καὶ δράκων ἐν τῷ κακῷ ἐλάττω τυγχάνουσι. καὶ μαρτυρεῖ μοι τῷ λόγῳ ὁ σοφώτατος Σολομὼν, λέγων· συνοικῆσαι λέοντι καὶ δράκοντι [a] εὐδόκησα, ἢ μετὰ γυναικὸς πονηρᾶς καὶ γλωσσώδους. ἵνα μὴ νομίσῃς τὸν προφήτην εἰρωνείᾳ εἰρηκέναι, ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων κατάμαθε ἀκριβῶς. τὸν Δανιὴλ ἐν τῷ λάκκῳ οἱ λέοντες ᾐδέσθησαν, τὸν δὲ δίκαιον Ναβουθαὶ Ἰεζάβελ ἐφόνευσε· τὸ κῆτος τὸν Ἰωνᾶν ἐν τῇ κοιλίᾳ ἐφύλαξε, Δαλιδὰ δὲ τὸν Σαμψὼν εὑρήσασα καὶ δήσασα, τοῖς ἀλ-
B λοφύλοις παρέδωκε· δράκοντες καὶ ἀσπίδες καὶ κεράσται τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐτρόμασαν, Ἡρῳδιὰς δὲ αὐτὸν ἐν ἀρίστῳ ἀπέτεμεν. οἱ κόρακες τὸν Ἠλίαν ἐν τῷ ὄρει διέθρεψαν, Ἰεζάβελ δὲ αὐτὸν μετὰ τὴν εὐεργεσίαν τοῦ ὑετοῦ πρὸς φόνον ἐδίωκε. τί γὰρ ἔλεγεν; εἰ σὺ Ἠλιοῦ, καὶ ἐγὼ Ἰεζάβελ· τάδε ποιήσαισάν μοι οἱ θεοὶ, καὶ τάδε προσθείησαν, εἰ μὴ αὔριον ταύτῃ τῇ ὥρᾳ θήσομαι τὴν ψυχήν σου, ὡς ἑνὸς τῶν τεθνηκότων. καὶ ἐφοβήθη Ἠλίας, καὶ ἐπορεύθη κατὰ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν ἔρημον ὁδὸν ἡμερῶν τεσσαράκοντα. καὶ ἦλθεν ὑπὸ [b] Ραθμὲν, καὶ ᾐτήσατο τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀποθανεῖν, καὶ εἶπε· κύριε ὁ θεὸς, ἱκανούσθω μοι νῦν, λάβε τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι οὐ κρείσσων ἐγὼ ὑπὲρ τοὺς πατέρας μου. οἴμοι· ὁ προφήτης Ἠλίας ἐφοβήθη γυναῖκα, ὁ τὸν ὑετὸν τῆς οἰκουμένης ἐν τῇ γλώττῃ βαστάζων, ὁ πῦρ [c] οὐρανόθεν κατενέγκας,
C καὶ δι' εὐχῆς νεκροὺς ἐγείρας, ἐφοβήθη γυναῖκα; ναὶ ἐφοβήθη. οὐδεμία γὰρ κακία συγκρίνεται γυναικὶ πονηρᾷ. μαρτυρεῖ δέ μου τῷ λόγῳ [d] ἡ σοφία λέγουσα, ὅτι οὐκ ἔστι κεφαλὴ ὑπὲρ κεφαλὴν ὄφεως, καὶ οὐκ ἔστι κακία ὑπὲρ κακίαν γυναικός. ὢ τὸ κακὸν τοῦ διαβόλου καὶ ὀξύτατον ὅπλον. διὰ γυναικὸς ἐξ ἀρχῆς τὸν Ἀδὰμ ἐν παραδείσῳ κατέτρωσε, διὰ γυναικὸς τὸν πρᾳότατον Δαυὶδ πρὸς τὴν τοῦ Οὐρίου δολοφονίαν ἐξέμηνε, διὰ γυναικὸς τὸν σοφώτατον Σολομῶντα πρὸς παράβασιν κατέστρεψε, διὰ γυναικὸς τὸν ἀνδρειότατον Σαμψῶνα ξυρήσας ἐτύφλωσε, διὰ γυναικὸς τοὺς υἱοὺς Ἠλεὶ τοῦ ἱερέως ἠδάφισε, διὰ γυναικὸς τὸν εὐγενέστατον Ἰωσὴφ ἐν φυλακῇ δεσμεύσας κατέκλεισε, διὰ γυναικὸς τὸν παντὸς κόσμου λύχνον Ἰωάννην [e] ἀπέτεμε. τί δὲ λέγω περὶ ἀνθρώπων; διὰ γυναι-
D κὸς τοὺς ἀγγέλους οὐρανόθεν κατέβαλε· διὰ γυναικὸς πάντας κατασφάζει, πάντας φονεύει, πάντας ἀτιμάζει, πάντας ὑβρίζει. γυνὴ γὰρ ἀναιδὴς οὐδενὸς φείδεται· οὐ Λευΐτην τιμᾷ, οὐχ ἱερέα ἐντρέπεται, οὐ προφήτην αἰδεῖται. ὢ κακὸν κακοῦ κάκιστον γυνὴ πονηρά. κἂν μὲν πενιχρὰ ᾖ, τῇ κακίᾳ πλουτεῖ· ἐὰν δὲ πλοῦτον ἔχῃ τῇ πονηρίᾳ συνεργοῦντα, διπλοῦν τὸ κακὸν, ἀφόρητον τὸ ζῶον, ἀθεράπευτος νόσος, [f] ἀνήμερον θηρίον. ἐγὼ οἶδα καὶ ἀσπίδας κολακευομένας ἡμεροῦσθαι, καὶ λέοντας, καὶ τίγρεις καὶ παρδάλεις τιθασσευομένας πραΰνεσθαι· γυνὴ δὲ πονηρὰ καὶ ὑβριζομένη μαίνεται, καὶ κολακευομένη ἐπαίρεται. κἂν ἔχῃ ἄνδρα ἄρχοντα, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τοῖς λόγοις αὐτὸν ἐκμοχλεύουσα πρὸς δολοφονίαν ὀξύνει, ὡς Ἡρῳδιὰς τὸν Ἡρώδην. κἂν πένητα ἔχῃ ἄνδρα, πρὸς ὀργὰς καὶ μάχας αὐτὸν διεγείρει· κἂν χή-
E ρα τυγχάνῃ, αὕτη δι' ἑαυτῆς τοὺς πάντας ἀτιμάζει. φόβῳ γὰρ κυρίου οὐ χαλινοῦται τὴν γλῶτταν, οὐκ εἰς τὸ μέλλον κριτήριον ἀποβλέπει, οὐκ εἰς θεὸν ἀναβλέπει, οὐ φιλίας οἶδε θεσμοὺς φυλάττειν. οὐδέν ἐστι γυναικὶ πονηρᾷ τὸν ἴδιον ἄνδρα παραδοῦναι εἰς θάνατον. ἀμέλει γοῦν τὸν δίκαιον Ἰὼβ ἡ ἰδία γυνὴ πρὸς θάνατον τῆς βλασφημίας παρεδίδου, λέγουσα· εἰπόν τι ῥῆμα [g] πρὸς κύριον, καὶ τελεύτα. ὢ φύσεως πονηρᾶς, ὢ προαιρέσεως ἀνοσίας.

d Al. ὁ σοφὸς λέγων.
e Al. ἀπέκτεινε.
f Al. ἀθεράπευτον τὸ θηρίον.
g Al. εἰς κύριον. Ibid. al. ὢ φύσεως μοχθηρᾶς.

A οὐκ ἠλέησεν ὁρῶσα τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς τὰ σπλάγχνα ὑπὸ τῶν ἀναζεουσῶν φλυκταινῶν, ὥσπερ ὑπὸ ἀνθράκων σπινθηροβόλων καιόμενα, [a] καὶ ὅλας τὰς σάρκας τοῖς σκώληξι συνειλημμένας· οὐκ ἐκάμφθη πρὸς οἶκτον, ὁρῶσα αὐτὸν ὅλον δι' ὅλου ἑλισσόμενον, καὶ κάμνοντα καὶ ἀγωνιῶντα, καὶ συνεχῆ ἄσθματα μετὰ πόνου κεχηνότι τῷ στόματι φέροντα. οὐκ ἐμειλίχθη πρὸς εὐσπλαγχνίαν ὁρῶσα τὸν ποτε ἐν βασιλικῇ πορφυρίδι προσιόντα, τότε ἐπὶ κοπρίας κείμενον τῷ σώματι· οὐκ ἐμνημόνευσε τῆς πρὸς αὐτὸν ἀρχαίας συνηθείας, οὐδ' ὅσα δι' αὐτὸν ἐπίδοξα καὶ καλὰ ἤνθησεν αὕτη. ἀλλὰ τί; εἰπόν τι ῥῆμα πρὸς κύριον, καὶ τελεύτα. ὦ χάρις γυναικός, ὦ μάλαγμα ὀδυνῶν προμαλακτήριον· ὦ φιλίας ὁμοζύγου θεσμός. ἆρα σοῦ ποτε ἀρρωστούσης τοιοῦτον ἐφθέγξατο ῥῆμα; καὶ οὐχὶ εὐχαῖς καὶ εὐποιΐαις τὴν νόσον B σου ἀπέσμηξεν; οὐκ ἤρκει γὰρ αὐτῷ ἡ πρόσκαιρος παιδεία, ἀλλὰ καὶ αἰώνιον αὐτῷ [b] προξενεῖς τὴν κόλασιν διὰ τῆς βλασφημίας; ἢ οὐκ οἶδας ὅτι πᾶσα βλασφημία καὶ ἁμαρτία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις· ἡ δὲ κατὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται, οὔτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι; θέλεις ἰδεῖν καὶ ἄλλην τῆς πονηρίας ταύτης ὁμόζυγον; ἰδέ μοι τὴν Δαλιδάν· καὶ γὰρ ἐκείνη τὸν ἀνδρειότατον Σαμψὼν ξυρήσασα καὶ δήσασα, τοῖς ἀλλοφύλοις παρέδωκε· τὸν ἴδιον ἄνδρα, τὸν ἴδιον σύνευνον, ὃν ἔθαλπεν, ὃν ἐθώπευεν, ὃν ἐκολάκευεν, ὃν ὑπὲρ ἑαυτὴν ἀγαπᾶν ὑπεκρίνατο· ὃν χθὲς ἠγάπα, σήμερον ἠπάτα, ὃν χθὲς ἔθαλπεν ἀγαπῶσα, σήμερον ἔθαπτεν ἀπατῶσα. καὶ μὴν οὐκ ἦν ὡραῖος; καὶ τίς αὐτοῦ ὡραιότερος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ὃς ἑπτὰ βοστρύχους ἐπὶ κεφαλῆς ἔφερε, C τῆς ἑπταφώτου χάριτος τὴν εἰκόνα βαστάζων; καὶ μὴν οὐκ ἦν ἀνδρεῖος; καὶ τίς αὐτοῦ ἀνδρειότερος, ὅς γε λέοντα φοβερὸν ἐν ὁδῷ μόνος ἀπέπνιξε, καὶ ἐν μιᾷ σιαγόνι ὄνου [c] χιλίους ἀλλοφύλους κατέστρωσεν; ἀλλὰ καὶ οὐχ ἅγιος ἦν; τοσοῦτον ἦν ἅγιος, ὡς διψήσαντα αὐτόν ποτε ἐν σπάνει ὕδατος εὔξασθαι, καὶ ἐκ τῆς κατεχομένης ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ σιαγόνος νεκρᾶς ὕδωρ πηγάσαι, κἀκεῖθεν τὸ ἴαμα τῆς δίψης ἀρύσασθαι. καὶ τὸν οὕτως ὡραῖον, τὸν οὕτως ἀνδρεῖον, τὸν οὕτως ἅγιον, ἡ ἰδία γυνή, ὡς πολέμιον δήσασα, τοῖς ἀλλοφύλοις παρέδωκε. καὶ πόθεν ἄρα γυνὴ τοῦ οὕτως ἀνδρείου κατίσχυσεν; ἐκ τῆς οἰκείας τοῦ ἀνδρὸς ἀγαθότητος· τὸ γὰρ μυστήριον αὐτοῦ τῆς ἰσχύος νύκτωρ ἀποσυλήσασα, γυμνὸν αὐτὸν ἱμᾶσιν ἰσχυροῖς κατέστρεψε. διὰ τοῦτο παραγγέλλει [d] σοι ἡ σοφία· ἀπὸ τῆς συγκοίτου σου φυλάσσου τοῦ ἀναθέσθαι τι αὐτῇ. ποῖον, εἰπέ μοι, D θηρίον κατὰ τοῦ ἰδίου ἄρρενος τοιαῦτα ἐμελέτησε πώποτε; τίς δράκαινα τὸν ἴδιον ὁμόζυγον ἀπολέσθαι θέλει; ποία δὲ λέαινα τὸν ἴδιον ἄρρενα πρὸς σφαγὴν παραδίδωσιν; ὁρᾷς ὅτι ἐπιτετευγμένως εἶπεν ἡ σοφία, ὅτι οὐκ ἔστι κεφαλὴ ὑπὲρ κεφαλὴν ὄφεως, καὶ οὐκ ἔστι κακία ὑπὲρ κακίαν γυναικός; καὶ ἁπαξαπλῶς, ὁ ἔχων γυναῖκα πονηράν, γινωσκέτω ἤδη τοὺς τῶν ἀνομιῶν αὐτοῦ κεκομίσθαι μισθούς. οὐκ ἀμάρτυρος ὁ λόγος· ἄκουε τῆς σοφίας λεγούσης, γυνὴ πονηρὰ ἀνδρὶ ἀνόμῳ δοθήσεται ἀντὶ ἔργων πονηρῶν. [e] ἀλλὰ περὶ πονηρᾶς γυναικὸς ὁ λόγος ἄχρι τούτου ἐχέτω ὅρον.

Δεῖ δὲ ἡμᾶς μνημονεῦσαι καὶ τὰς ἀγαθάς, μάλιστα διὰ τὰς παρούσας· αἱ γὰρ ἀγαθαὶ τὰς τῶν ἀγαθῶν ἀρετὰς ὡς ἰδίας ὁρῶσι, καὶ τοὺς ἐκείνων πόνους ὡς ἰδίους στεφάνους εἶναι λογίζονται· γυνὴ ἀγαθὴ καὶ φιλόξενος ἦν ἡ μακαρία Σουμανῖ- E τις, ἥτις τὸν ἄνδρα παρακαλέσασα, δωμάτιον ᾠκοδόμησε τῷ Ἐλισσαίῳ, ἵνα διερχόμενος ἀκωλύτως ἔχῃ τὴν ἀνάπαυσιν, τεθεικυῖα αὐτῷ κλίνην καὶ λυχνίαν καὶ τράπεζαν· κλίνην οὐ κενὴν ἱματίων, ἀλλ' ἔχουσαν πρέποντα τῷ προφήτῃ τὰ στρώματα. λυχνίαν οὐκ ἄνευ λύχνου, ἀλλὰ σὺν τῷ ἄρδοντι ἐλαίῳ τὸ φῶς· τράπεζαν οὐκ ἔρημον ἄρτων, ἀλλ' ἔγκαρπον ἐδεσμάτων. τί δ' ἄν τις εἴπῃ περὶ τῆς μακαρίας ἐκείνης χήρας τῆς τὸν προφήτην Ἡλίαν ὑποδεξαμένης; ἣν οὐδὲν ἐνεπόδιζεν ἡ πενία τῶν χρημάτων, διὰ τὸ πλούσιον τῆς

Non miserata viri sui viscera pustulis ceu carbonibus ardentibus tumida, & adusta, carnesque totas vermibus scatentes. Non ad commiserationem versa est, videns illum totum obvolutum, infirmum, in agone certantem & crebro anhelitu, hianti ore hæc sustinentem. Non flexa est ad misericordiam, videns illum qui olim cum regia purpura incedebat, tunc in fimo jacentem: non recordata est veteris consuetudinis, neque quanta per ipsum gloria, quantis bonis floruisset. Sed quid? *Dic verbum contra Dominum, & morere.* O gratiam uxoris! o malagma doloribus mitigandis! o conjugalis amicitiæ legem! Num aliquando tibi ægrotæ quid simile dixit? annon precibus & curis morbum tuum curavit? Annon satis erat illi hæc temporanea castigatio, ut tu illum in æternum supplicium ob blasphemiam conjicias? An ignoras illud, *Omnis blasphemia & peccatum remittetur hominibus: blasphemia autem in Spiritum sanctum non remittetur neque in hoc sæculo, neque in futuro?* Vis aliam quoque videre huic malitiæ parem? Dalilam intuere. Nam & illa fortissimum Samsonem abrasum & vinctum alienigenis tradidit; virum nempe suum, ejusdem lecti consortem, quem fovebat, cui adulabatur, quem seipsa cariorem habere simulabat: quem hesterno die diligebat, hodie decipiebat; quem hesterno die diligendo fovebat, hodie decipiendo tumulabat. Sed non formosus erat? Ecquis illo tempore formosior, qui septem cincinnos capite gestabat, septiformis gratiæ imaginem? Sed fortis non erat? Et quis illo fortior, qui leonem terribilem in via solus suffocavit, & una asini maxilla alienigenas mille prostravit? Sed sanctus non erat? Usque adeo sanctus erat, ut cum sitiret aliquando ex aquæ penuria, precibus impetraret, ut aqua ex ipsa maxilla, quam tenebat, scaturiente, sitim sedaret. Et tamen uxor ipsa tam formosum, tam fortem, tam sanctum, quasi inimicum alienigenis tradidit. Et undenam mulier tam strenuum superare potuit? Ex ipsa viri bonitate. Nam cum arcanam fortitudinis ejus causam noctu abstulisset, nudum illum vinculis prævalidis domuit. Ideo hoc tibi Sapientia præcipit: *A conjuge tua custodi te, ne quid ei committas.* Quæ fera, quæso, contra masculum suum tale quidpiam molita est? quæ dracæna masculum suum vult perdere? quæ leæna marem suum ad necem tradit? Viden' quam apposite Sapientia dixerit, *Non est caput super caput serpentis, & non est malitia super malitiam mulieris?* In summa, qui uxorem habet malam, sciat se jam iniquitatum suarum mercedem retulisse. Id non caret testimonio: audi Sapientiam dicentem: *Mulier mala viro iniquo dabitur pro operibus malis.* Verum de muliere mala hæc satis sunto.

Matth. 12. 31.

Jud. 16.

Mich. 7. 5.

Eccli. 25. 22.

2. Operæ precium autem jam nobis fuerit de mulieribus bonis sermonem habere, maxime propter eas quæ adsunt. Bonæ namque bonarum virtutes quasi sibi proprias respiciunt, illarumque labores suas esse coronas arbitrantur. Bona & hospitalis mulier erat beata Sunamitis, quæ virum hortata, domunculam Elisæo construxit, ut eo divertens ibi libere quiesceret: ipsique lectum, lucernam & mensam apposuit; lectum non indumentis vacuum, sed qui culcitras prophetæ competentes haberet. Lucernam non sine ellychnio; sed & cum oleo ignem fovente: mensam non sine panibus, sed cibis instructam. Quid vero dixeris de beata illa vidua, quæ Heliam prophetam suscepit, quam nihil impedivit pauperies ob bonæ voluntatis divitias: cui nullum

4. Reg. 4.

a Al. καὶ πάσας αὐτοῦ τὰς σάρκας τοῖς σκώληξι συνειλισσομένας.
b Al. προσφέρεις τιμωρίαν.
c Al. μυρίους ἀλλοφύλους.

d Al. σοι ὁ προφήτης.
e Al. ἀλλὰ τὰ περὶ γυναικῶν πονηρῶν μέχρι τούτου ἐχέτω τὸν ὅρον.

erat frumentum, vinum, aut pulmentum, nulla terreſtris alimonia ad paupertatis conſolationem: non ager frumento ſatus panem ſuppeditabat, non vinea ſuaves uvas miniſtrabat, non arbor dulciſſimos fructus proferebat. Quomodo enim habuiſſet, cui ne ad palmæ quidem ſpatium locus arabilis erat, nec vel cubitale ſolum ad vitem inſerendam? Sed meſſis tempore ſemper in agris incurvata decidentes a meſſoribus ſpicas manu legebat, & ſic ad anni decurrentis ſpatium alimentum recondebat. Hanc adiit Helias in tempore famis, quando pluvia nulla decidente tota aruerat terra; quando cælum igneum, aër æneus erat, & nubes detinebantur. Quando nulla herba, flos nullus, nullum fruticum germen, non aura roſcida, non ſpica virens fluctuabat, & fontium ubera æſtus conſtringebat: mare ſalſuginem auxerat, non influente aqua dulci, & repreſſis imbribus. Tunc Helias inopem illam viduam adiit. Scitis quanta patiatur vidua vel ubertatis tempore. Miſſis divitibus qui pane abunde fruebantur, deſcendens de monte propheta illam adiit. Cur is qui ſolo verbo ignem de cælo eduxit, panes ſibi non educit? Annon poterat? Certe poterat: ſed id non fecit. Quare? Ne viduam hoſpitalitatis fructibus privaret. Alioquin autem pugillum farinæ & paululum olei, benedictione ſua auget. Non enim tam ad ſuum quam ad inopis viduæ alimentum properabat propheta, ut oſtenderet bonum ejus & occultum animi propoſitum. Hoc facit Deus, qui poteſt ſanctos omnes qui in mundo ſunt alere. Donum retinet, ut bona cordis propoſita, hoſpitalitatis tempore, ex fructibus diſcernat. Cum autem non adſunt qui poſſint illos ſuſcipere fructus, aut per aves alit, ut Heliam in monte, aut per prophetam e longiquo tranſmiſſum, ut Danielem in lacu; aut per marinum animal, ut Jonam per cetum, aut ipſe per ſe eſcam quaſi imbrem demittit, ut patribus noſtris in deſerto. Cum enim nulli eſſent qui poſſent ipſos excipere, manna de cælo ut imbrem demiſit, & ex petra aquam ſcaturire juſſit. Cum vero ſancti in mundo ſimul verſantur, tum dexteram cohibet, & cum videt illos in ærumnis verſantes, dimittit; ut gratiam aliis impertiat, quatenus per beneficia ipſis præſtita poſſint ii, qui voluerint, ſalutem conſequi. Adiit ergo Helias viduam nihil habentem, niſi pugillum farinæ, quem cum labore ſibi & filiis
3. Reg. 17. 10. ad prandium pararet. Quid illi dicit? *Accipe mihi paululum aquæ in vaſculo, & bibam. Illa autem abeunte, clamavit poſt illam: Accipias mihi & fruſtum panis in manu tua.* Illa vero, quod non habebat dixit, & quod habebat ſe habere confeſſa eſt. Quid enim ait? *Vivit Dominus, ſi erit mihi ſubcinericius, niſi pugillus farinæ, & paululum olei in lecytho.* Mirum quod in tanta cibi penuria, præſentes paupertatis ſuæ reliquias non negaverit. Quot nunc ſunt qui aurum & argentum quaſi lutum habentes, rogati amicis beneficia præſtare abnuunt, & blande compellati ſe negant habere: & ſi tandem rogati cedant, ferro duriores ſyngraphas edant, tutoſque fidejuſſores exigunt ut aurum commodent. Illa vero una voce rogata, non negavit ſe pugillum farinæ habere. Et quid illi propheta? Feſtina, & fac mihi ſubcinericium, primo mihi, deinde tibi & filiis tuis. Tentatio erat prophetæ verbum, probatio cordis, examen propoſiti. Eratque cor beatæ mulieris illius quaſi ſub jugo poſitum & exercitatum. Quo autem tendit? an ad filiorum amorem, an ad hoſpitalitatem erga prophetam exercendam? Verum illa maluit ſe & filios in anguſtiam conjicere, & prophetam

a Al. προσεκόμιζε.
b Al. οὐκ ἀσταχύων ἀθέριχνην ἐσάλευσεν, & mox καύσωνι ἐσμῆχαι.
c Al. τῆς εὐχῆς.

A προαιρέσεως; ᾗ οὐ παρῆν οὐ σῖτος, οὐκ οἶνος, οὐ προσέψημα, οὐκ ἄλλο τι τῶν γηγενῶν πρὸς τὴν τῆς πενίας παραμυθίαν. οὐ χώρα αὐτῇ σιτοφόρος σπέρμα ἄρτου προσέφερεν· οὐκ ἄμπελος αὐτῇ γλυκόρρυτον βότρυν ἐγεώργει· οὐ δένδρον αὐτῇ ὀπώρας καρπὸν ἥδιστον a προσέφερε. πῶς γάρ; ᾗ οὔτε σπιθαμὴ γῆς ἀροσίμου τόπος ὑπῆρχεν, οὔτε πηχυαῖον ἔδαφος πρὸς ἀμπέλου φυτείαν· ἀλλ᾽ ἀεὶ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ θέρους ἐν ταῖς ἀρούραις κυρτοβατοῦσα, τοὺς ἀποπίπτοντας τῶν δρεπανιστῶν παλάμαις ἀστάχυας ἐρανιζομένη, συμμεμετρημένην τῷ ἐνιαυσιαίῳ κύκλῳ τοῦ χρόνου τὴν τροφὴν ἀπετίθετο. πρὸς ταύτην ἀπῆλθεν Ἠλίας ἐν τῷ καιρῷ τοῦ λιμοῦ· ὅτε πᾶσα ἡ γῆ ἐκ τῆς ἀβροχίας σχεδὸν διεθρύπτετο· ὅτε οὐρανὸς ἐπεπύρωτο, καὶ ὁ ἀὴρ ἐχαλκοῦτο, καὶ αἱ νεφέλαι ἐχαλινοῦντο· ὅτε οὐ βοτάνη, οὐκ ἄνθος, οὐκ ἀκροδρύων βλαστὸς, οὐκ αὔρα ἔνδροσος, b οὐ στάχυος ἀκμὴ ἐσαλεύετο· ὅτε ποταμοὶ ἐλεπτύν-
B θησαν, καὶ πηγαὶ τοὺς μαζοὺς τῶν ὑδάτων τῷ καύσωνι ἔσφιγξαν, καὶ θάλασσα ἐξηλμιάθη, μὴ εἰσερχομένων αὐτῇ γλυκέων ὑδάτων καὶ ὄμβρων ἀνασταλέντων. τότε ἀπῆλθεν Ἠλίας πρὸς τὴν πενιχρὰν, πρὸς τὴν χήραν· οἷα δὲ πάσχει χήρα καὶ ἐν καιρῷ εὐθηνίας, οἴδατε. καὶ ἀφῆκε τοὺς πλουσίους ὁ προφήτης, τοὺς ἔχοντας δαψιλῶς ἄρτους, καὶ καταβὰς ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἦλθε πρὸς αὐτήν. διὰ τί γὰρ μᾶλλον ὁ πῦρ οὐρανόθεν ῥήμασι κατενέγκας, ἄρτους ἑαυτῷ οὐ κατήνεγκε; μὴ οὐκ ἠδύνατο; ναὶ, ἠδύνατο· ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἐποίησε. διὰ τί; ἵνα μὴ τῆς φιλοξενίας τοὺς καρποὺς στερήσῃ τὴν χήραν· ἄλλως δὲ καὶ τὸ δράκα τοῦ ἀλεύρου καὶ τὸ ὀλιγοστὸν ἔλαιον διὰ c τῆς εὐλογίας πληθύνει. οὐ γὰρ τοσοῦτον ἀπῆλθεν ὁ προφήτης τραφῆναι, ὅσον θρέψαι τὴν πενιχρὰν, καὶ ἐλέγξαι κρυπτομένην καρδίαν καὶ εὐπροαίρετον. τοῦτο ποιεῖ ὁ θεὸς d δυνάμενος πάντας τοὺς ἁγίους, τοὺς ὄντας ἐν κόσμῳ, δι᾽ ἑαυτοῦ
C θρέψαι· ἐπέχει τὴν δόσιν, ἵνα τὰς εὐπροαιρέτους καρδίας ἐν τῷ τῆς φιλοξενίας καιρῷ ἀπὸ τῶν καρπῶν διακρίνῃ. ἐπειδὰν δὲ μὴ ὦσί τινες οἱ ὀφείλοντες αὐτοὺς ὑποδέξασθαι, ἢ δι᾽ ὀρνέων τρέφει, ὡς τὸν Ἠλίαν ἐν τῷ ὄρει, ἢ διὰ προφήτου ξένου, ὡς τὸν Δανιὴλ ἐν τῷ λάκκῳ, ἢ διὰ θαλαττίου ζώου, ὡς τὸν Ἰωνᾶν διὰ τοῦ κήτους, ἢ αὐτὸς δι᾽ ἑαυτοῦ τὴν τροφὴν ἐπώμβρισεν, ὡς τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἐν ἐρήμῳ. οὐκ ὄντων γὰρ τῶν ὀφειλόντων αὐτοὺς ὑποδέξασθαι, οὐρανόθεν τὸ μάννα ἐπώμβρισε, καὶ ἐκ πέτρας ὕδωρ ἐπήγαζεν· ὅταν δὲ ὦσιν οἱ ἅγιοι ἐν κόσμῳ συναναστρεφόμενοι τοῖς ἄλλοις, ἀναστέλλει αὐτοῦ τὴν δεξιὰν χεῖρα· κἂν ὁρᾷ αὐτοὺς θλιβομένους, ἀφίησιν, ἵνα δῷ e χάριν διὰ τῆς εἰς αὐτοὺς γινομένης εὐποιίας πολλῆς τοῖς βουλομένοις τὴν σωτηρίαν καρπώσασθαι. ἀπῆλθεν οὖν Ἠλίας πρὸς τὴν
D χήραν, ᾗ οὐδὲν παρῆν, εἰ μὴ δρὰξ ἀλεύρου, ὅπερ μετὰ καμάτου αὐτῇ καὶ τοῖς καὶ τέκνοις αὐτῆς ἐν τῷ καιρῷ ἀεὶ οὐκ ἐπήρκει. καὶ τί πρὸς αὐτήν; λάβε μοι ὀλίγον ὕδωρ εἰς ἄγγος, καὶ πίομαι. αὐτῆς δὲ πορευομένης, ἐβόησεν ὀπίσω αὐτῆς· λήψῃ δέ μοι καὶ ψωμὸν ἄρτου ἐν τῇ χειρί σου. ἡ δὲ, ὃ μὲν οὐκ εἶχεν, εἶπεν· ὃ δὲ εἶχεν, ὡμολόγησε. τί γάρ; ζῇ κύριος, εἰ ἔστι μοι ἐγκρυφίας, ἀλλ᾽ ἢ ὅσον δρὰξ ἀλεύρου, καὶ f ὀλίγον ἔλαιον ἐν τῷ καμψάκῃ. θαυμαστὸν, ὅτι ἐν τοιαύτῃ σπάνει τροφῶν τὸ παρὸν αὐτῇ τῆς πενίας λείψανον οὐκ ἠρνήσατο. πόσοι νῦν χρυσὸν καὶ ἄργυρον ὡς πηλὸν ἔχοντες, παρακαλούμενοι τὰς εὐεργεσίας τῶν φίλων ἀνανεύουσι, καὶ κολακευόμενοι ἀρνοῦνται τὸ ἔχειν· κἂν παρακλήσει καμφθῶσι πρὸς τὴν ἐπίδοσιν, γράμματα g συντάττουσι σιδήρου ἰσχυρότερα, καὶ τὴν δεχομένην
E χεῖρα πρότερον τοῖς γραμματείοις δεσμεύουσιν, ἱκανοδότας καὶ μεσίτας τοῦ χρυσίου λαμβάνοντες. ἐκείνη δὲ ἀπὸ μιᾶς φωνῆς οὐκ ἠρνήσατο τὸ δράκα τοῦ ἀλεύρου. καὶ τί πρὸς αὐτὴν ὁ προφήτης; σπεῦσον, καὶ ποίησόν μοι ἐγκρυφίας, ἐν πρώτοις ἐμοὶ, ἐπ᾽ ἐσχάτω δὲ σεαυτῇ καὶ τοῖς τέκνοις σου. πειρασμὸς ἦν τὸ ῥῆμα τοῦ προφήτου, δοκιμὴ καρδίας, προαιρέσεως βάσανος· καὶ ἦν ὥσπερ ὑπὸ ζυγοῦ κειμένη ἡ καρδία τῆς μακαρίας ἐκείνης, καὶ δοκιμαζομένη. ποῦ ἀναρρέπει; πρὸς τὴν τῶν τέκνων ἑαυτῆς εὔνοιαν, ἢ πρὸς τὴν τοῦ προφήτου φιλοξενίαν; ἡ δὲ εἵλετο μᾶλλον αὐτὴν καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς στενοχωρῆσαι, καὶ τὸν

d Al. δυνατὸς γὰρ ὢν πάντας τοὺς ὄντας ἐν.
e Al. χαράν.
f Al. ὀλιγοστόν.
g Al. συνάγουσι.

προφήτην

A προφήτην ὑποδέξασθαι. ᾔδει γὰρ, ὅτι ὁ δεχόμενος προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου, μισθὸν προφήτου λήψεται· καὶ ὁ ποτίζων ποτήριον ψυχροῦ εἰς ὄνομα μαθητοῦ, οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ. τί δέ ἐστιν ὃ εἶπεν ὁ προφήτης, σπεῦσον; ἆρά γε τοσοῦτον ἐπείνα, ὡς δεῖσθαι σπουδῆς; οὐ πάντως· ἀλλὰ τὸ τῆς εὐποιΐας σπουδαῖον καὶ ἱλαρὸν καὶ θερμόν· μὴ μετὰ λύπης, ἢ μετὰ ἀνάγκης· ἱλαρὸν γὰρ δότην ἀγαπᾷ ὁ θεός. σπεῦσον, καὶ ποίησον ἐν πρώτοις ἐμοί· ἐπ' ἐσχάτῳ δὲ σεαυτῇ καὶ τοῖς τέκνοις σου. σπεῦσον, ὡς Ἀβραὰμ ἐν τῇ τῶν ἀγγέλων ἐπιδημίᾳ ἔσπευσεν ἐπὶ τοὺς βόας, ἐπὶ τὸν μόσχον, ἵνα λάβῃ τὸν ἀμνόν. καὶ ὡς Σάῤῥα ἔσπευσεν ἐπὶ τοὺς ἐγκρυφίας, ἵνα λάβῃ τὸν ἐν οὐρανοῖς κρυπτόμενον ἄρτον. σπεῦσον, καὶ ποίησον ὡς Ἀβραὰμ τὰς θυσίας τῷ θεῷ· μὴ πρότερον σαυτῇ, καὶ τότε ἐμοὶ, ὡς Καῒν, καὶ Ὀφνὶ, καὶ Φινεὲς, υἱοὶ Ἠλὶ B τοῦ ἱερέως, οἵτινες τὸν θεὸν παρύβριζον, πρῶτοι τὰς ἀπαρχὰς λαμβάνοντες τῶν τῷ θεῷ προσφερομένων δώρων. ἡ δὲ τὸ προστεταγμένον σπουδαίως ἐποίει· ὁ δὲ τὸν ἄρτον ἐγκρυφίαν πλούσιον θεασάμενος ἐδέξατο, ἐφθέγξατο, καὶ τὸν οἶκον αὐτῆς ἐνέπλησεν ἀγαθῶν. οὐκ ἐκλείψει γάρ, φησιν, ἡ δρὰξ τοῦ ἀλεύρου ἐκ τῆς ὑδρίας, καὶ τὸ ἔλαιον ἐκ τοῦ καμψάκου, ἕως τοῦ δοῦναι τὸν κύριον ὑετὸν ἐπὶ τῆς γῆς. διὰ τί ἕως τότε; καὶ ἀναγκαίως. ἔδει γὰρ τῆς καινῆς χάριτος ὡς ὑετοῦ ἐλθόντος, τὸν παλαιὸν νόμον λαβεῖν τέλος. καὶ ἠκολούθει τὸ ἔργον τῷ λόγῳ. ὁρᾷς πῶς τῆς φιλοξενίας τοὺς καρποὺς ἐτρύγησαν αἱ ἀγαθαί; ἀγαθῶν γὰρ πόνων καρποὶ εὐκλεεῖς, καὶ ἀδιάπτωτος ἡ ῥίζα τῆς φρονήσεως. ἠκούσατε γυναῖκες τὰς τῶν πονηρῶν γυναικῶν πράξεις, καὶ τὰς τῶν ἀγαθῶν ἀρετάς. τὰς μὲν οὖν ἀγαπήσατε, τὰς δὲ μὴ ποθήσατε· καὶ τὰς C μὲν μιμήσασθε, τὰς δὲ μισήσατε, ἵνα τὸν αὐτῶν δρόμον, τῶν καλῶν λέγω, ἰχνηλατήσαντες, εἰς τὸν αὐτὸν τῶν ἁγίων χορὸν ἀριθμηθῆτε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν· ᾧ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

excipere. Sciebat enim quod, *qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui potum dat calicem aquæ frigidæ in nomine discipuli, non perdet mercedem suam.* Matth. 10. 41. Quid sibi vult cum dicit propheta, *Festina?* Num adeo fame premebatur, ut egeret festinatione? Non utique. Sed volebat beneficium diligenter, hilariter ardenterque præstari; non ex tristitia aut ex necessitate: *Hilarem enim datorem diligit Deus.* 2. Cor. 9. 7. Festina; & fac primo mihi, deinde tibi & filiis tuis. Festina, ut Abraham Gen. 18. in Angelorum adventu festinavit ad boves, ad vitulum, ut acciperet agnum. Et ut Sara festinavit ad subcinericios, ut acciperet panem in cælis absconditum. Festina, & fac ut Abraham hostias Deo. Ne prius tibi, & postea mihi, ut Caïn, Ophni & Phinees filii Heli sacerdotis, qui Deum contumelia afficiebant, dum ipsi priores donorum Deo oblatorum primitias acciperent. Illa vero jussum diligenter exsequuta est. Propheta autem subcinericium panem locupletem vidit, cepit, loquutus est, & domum ejus bonis replevit. *Non deficiet*, inquit, *pugillus* 3. Reg. 17. 14. *farinæ ex hydria, & oleum ex lecytho, donec det Dominus pluviam super terram.* Cur usque ad illud tempus? Necessario utique. Oportebat enim, nova gratia ut pluvia adveniente, veterem legem finem accipere: & verbum res sequuta est. Viden' quomodo bonæ mulieres hospitalitatis fructus decerpserint? Bonorum quippe laborum fructus gloriosi sunt, & inconcussa prudentiæ radix. Audistis mulieres malarum mulierum opera, bonarum virtutes. Has diligite, illas secus: has imitemini, illas odio habeatis; ut bonorum cursum & vestigia sequentes, in sanctarum choro annumeremini, in Christo Jesu Domino nostro: cui gloria & imperium in sæcula sæculorum, amen.

MONITUM

IN SEQUENTEM SERMONEM.

HUNC sermonem, flosculis ad nauseam usque redundantem, nemo sanus Chrysostomo adscripserit. Est enim potius nugacis cujusdam Græculi, ut existimabit quisquis Doctoris nostri scripta vel primoribus labris attigerit.

Interpretatio latina, accurata sane, est Petri Pantini.

Εἰς τὸν πρόδρομον.

A ΟΙ ἀνθηρότατοι λειμῶνες ἄνθεσι χρυσοκόμοις πεποικιλμένοι, δένδρεσι καλλιπνόοις κοσμούμενοι, ὄρνεσι καλλιφώνοις κλονούμενοι, καὶ τὴν ἀκοὴν τῶν ἀνθρώπων θέλγουσι, καὶ τὴν ὅρασιν θάλπουσι. τοῦ γὰρ ἡλίου τὰς χρυσᾶς αὐγὰς κυκλοτερῶς περιστίλβοντος, ἀνακλώμεναι αἱ αἴγλαι πυραυγεῖς ἀνταστράπτουσι λαμπηδόνας. ἐκεῖ στραυλαὶ λάλων ὀρνίθων, συριγγώδεσι κλαγγαῖς λιγυρὸν ἀποπέμπουσι μέλος. ἐκεῖ ἀνέμων εὐήχων ζέφυροι ἐν τῇ κυκλότητι τῶν ὀρνέων ἐρίζουσαις, τῶν κρημνῶν κοιλάδας σαλεύοντες, ἐν εἰ- B κόνι κιθάρας ὁμοφώνως ᾄδουσιν. ὡς ἐν ταῖς καλύβαις οἰκοῦντας ποιμένας τε καὶ βουνόμους, ἔναυλα ἔχοντας τὰ τῶν μουσικῶν ὀρνίθων λυρικὰ μελῳδήματα, δόναξι πολυ-

In Præcursorem Domini, Sermo.

FLORIDISSIMA prata floribus auricomis variegata, arboribus suave spirantibus exornata, avibus dulce cantantibus perstrepentia; hominum aures demulcent, visumque oblectant. Sole porro aureo suo splendore in orbem circumquaque refulgente, reflexi ejusdem radii ignitum contra fulgorem effulminant. Ibi blæsæ & loquaces aviculæ, velut ad fistulam efformatis minuritionibus, argutum melos emittunt: ibi ventorum lene murmurantium auræ, inter circulos avium mutuo cantu contendentium, concavitates montium abruptorum concutientes, ad instar citharæ concorditer recinunt. Quo fit ut pastores quoque ac bubulci in tuguriis suis habitantes, hujusmodi vocalium avicularum tinnulo musicoque cantu fruentes, ipsi

Concors certe est omnium eruditorum opinio concionem esse Chrysostomo prorsus indignam. Tillemontius vero, qui quantum ad νοθείαν opusculi cæteris adstipulatur, opinatur hanc homiliam anno 402. Edessæ in Mesopotamia dictam. Videtur, *inquit,* ad tumulum S. Thomæ, id est Edessæ in Mesopotamia, hanc orationem dictam fuisse. Hic dicitur Deus turrim & caput Arianismi dejecisse, Thraciamque a tyrannide liberasse, tyranumque exterminavisse. Precaturque ut etiam Occidentem ab Arianorum furore eruat, ut fur ille barbarus vincatur & profligetur, Arius pellatur, Imperator victor maneat. Hæc porro referri posse videntur in annum 402. anno videlicet elapso postquam Thracia a Gaïnæ tyrannide liberata fuerat, cum Alaricus Italiæ formidolosus erat. Uterque enim Arianus erat. Hic orator Arianos interrogat, undenam blasphema dicta sua accepissent : an ut Thomas Christi plagas tetigissent : *Ecqua manu*, inquit, *an ea qua preciosa vasa rapuisti ? qua Apostolos compilasti ? qua barbari spolia excepisti ? qua mercedem impietatis tenuisti ? qua sanguinis vasa conflasti ?* Hæc certe referri possunt ad direptiones a Gaïna Arianisque patratas, qui sane Ecclesiis non pepercerant. Verum his quidpiam singularius subindicari videtur. Cum enim nuspiam narretur Gaïnam aliquam Apostolorum celebrem ecclesiam diripuisse : opinamur ipsum Arcadium Constantinopolitanæ Apostolorum ecclesiæ preciosa vasa abstulisse, cum urgente barbaro, instanteque necessitate, non posset alio modo tantam auri vim conflare, quantam exigebat ille pro se & pro militibus suis. Huic vero sententiæ favent hæc verba, *mercedem impietatis tenuisti.*

Hæc sane omnia si non omnino explorata, admodum probabilia sunt. Quod autem ante tumulum S. Thomæ hæc concio habita fuerit, planum & assertum videtur ex hisce verbis sub finem Homiliæ: Suscipe urbem cineri tuo supplicantem; ætatem omnem ad legationem subeundam misit: senes & juvenes tumulo advolvimur.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

Sermo in sanctum Thomam Apostolum, & contra Arianos, deque eo qui tyrannidem in Thracia occupavit, & e medio sublatus est, cum ipse Arianus esset.

LEGI quidem Ecclesiæ obtemperans, ut licuit, in hoc tribunal ascendi: verum argumenti magnitudine superatus hæreo, & undiquaque constrictus, quo pacto rem istam exequi, & quo genere orationis expedire possim, ignoro. Anne tamquam vivum Thomam prædicabo? atqui mortem ejus prædicat tumulus: anne mortuum narrabo? atqui a rebus ipsis redarguor. Et mortuus est, & immortalis: & mortuus est ut homo, & mundum percurrit ut angelus: & passionem excepit, & cum passionibus pugnat: & deorsum jacet, & sursum lætatur. Nihil enim eum celare potuit; nullus eum locus occultavit; totum orbem terrarum illuminavit. Tumulum subiit, sed undecumque tamquam sol exoritur. Vicerunt terram justi reliquiæ, ac rebus omnibus creatis amplior apparuit: per universum mundum gratia ipsum dispersit. Omnis angulus partem aliquam habet Thomæ: omnem mundum

Ps. 18. 5. implevit, & in singulis locis integer manet. In omnem terram exivit gloria ejus, & in fines orbis terræ tropæa ejus. Quo igitur eum nomine appellabo? Solem-ne dicam? atqui a nocte non vincitur: an stellam? at hunc dies minime abscondit: omni tempore creaturas illuminat: omnem caliginem ab orbe terrarum exterminat. Non cum ipso nox permanet: non eum tenebræ obscurant: non flumen impedit: mare continere non potest: oceanus virum novit: barbari Thomam honore afficiunt: omnes gentes festum hodie celebrant, ejusque dictum Domino tam-

Joann. 20. 28. quam donum offerunt, *Dominus meus, & Deus meus:* Consanguineus meus & Creator meus, Redemtor meus & Rex meus. Hæc enim docuit Thomas; hanc nobis tamquam filiis hereditatem reliquit: tamquam thesaurum hunc sermonem natura retinet: universum genus hoc dicto firmatur: hoc verbum ad angelos usque protenditur: angeli tamquam ancoram confessionem hanc tenent: omnis creatura doctrinam hanc velut diadema circumfert. Solus Arius hac oratione privatur: solus ille ab hereditate excidit: solus Christum cum Thoma Dominum non confitetur: non eum cum ipso Deum agnoscit: servum appellat dominum; creaturam, splendorem; spurium, legitimum; figmentum, opificem: non dicit Dominum & Deum herum suum: non favet veritati: non conjungit se cum Thoma: non sequitur justum; idque cum ejus diem colat, cum universo terrarum orbe festum celebret, & amicis Thomæ seipsum aggreget. Verum improbitas virtutem non fallit, neque cum duce veritatis seductor apte copulatur: novit feram pastor; novit lupum venator; novit fluctum gubernator; novit tempestatem portus; novit hostem Imperator; novit Thomas Arium, novit & ipsum repellit. Blasphemi cultum non admittit: in homicidarum speluncam non intrat: non cum illis diversatur: impiorum consessum aversatur:

a Reg. & Savil. in marg. καὶ ἄνω παραφαίνεται.

b Reg. οὐ καταλαμβάνει, non male. Savil. in marg. αὐτῷ οὐ καταμολύνει.

A Εἰς τὸν ἅγιον Θωμᾶν τὸν ἀπόστολον, καὶ κατὰ Ἀρειανῶν, καὶ εἰς τὸν ἐν τῇ Θρᾴκῃ τυραννήσαντα καὶ ἀναιρεθέντα, καὶ αὐτὸν Ἀρειανόν.

ΤΩ μὲν νόμῳ τῆς ἐκκλησίας πειθόμενος ἡψάμην, ὡς οἷόν τε, τοῦ βήματος· τῷ δὲ μεγέθει τῆς ὑποθέσεως ἐκνικώμενος ἰλιγγιῶ, καὶ πανταχόθεν συνέχομαι, πῶς ἀπαντήσω τῷ πράγματι, ποίαν εὕρω τῷ λόγῳ διέξοδον. ὡς ζῶντα κηρύξω τὸν Θωμᾶν; ἀλλ' ὁ τάφος ἀνακηρύττει τὸν θάνατον· ὡς νεκρὸν διηγήσομαι; ἀλλ' ὑπὸ

B τῶν πραγμάτων ἐλέγχομαι. καὶ νεκρός ἐστι, καὶ ἀθάνατος· καὶ τέθνηκεν ὡς ἄνθρωπος, καὶ διατρέχει τὸν κόσμον ὡς ἄγγελος· καὶ πάθος ἐδέξατο, καὶ πάθεσι μάχεται· καὶ κάτω κεῖται, [a] καὶ ἄνω εὐφραίνεται. οὐδὲν γὰρ αὐτὸν ἴσχυσεν ἀποκρύψαι· οὐδεὶς αὐτὸν ἠφάνισε τόπος· ὅλην τὴν οἰκουμένην ἐφώτισεν. ἔλαβε τάφον, ἀλλὰ πανταχόθεν ὡς ἥλιος ἀνατέλλει. ἐνίκησε τὴν γῆν τὰ λείψανα τοῦ δικαίου, καὶ πλατύτερος ἐφάνη τῆς κτίσεως ὅλης· ἔσπειρεν αὐτὸν ἡ χάρις εἰς ὅλον τὸν κόσμον. πᾶσα γωνία μέρος ἔχει τοῦ Θωμᾶ· πάντα τὸν κόσμον ἐπλήρωσε, καὶ μένει κατὰ τόπον ὁλόκληρος· εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ἡ δόξα αὐτοῦ, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ τρόπαια αὐτοῦ. πῶς οὖν αὐτὸν ὀνομάσω; ἥλιον; ἀλλ' ὑπὸ νυκτὸς οὐκ ἐλέγχεται· ἀστέρα; ἀλλ' ἡμέρα τοῦτον οὐ κρύπτει. ἐν παντὶ καιρῷ καταυγάζει τὴν κτί-

C σιν· πάντα ζόφον ἀπελαύνει τῆς οἰκουμένης. οὐκ ἔστι νὺξ μετ' αὐτοῦ· σκότος αὐτὸν [b] οὐκ ἀμβλύνει· ποταμὸς οὐ κωλύει· θάλασσα κατέχειν οὐ δύναται· ὠκεανὸς ἐπιγινώσκει τὸν ἄνδρα· βάρβαροι τιμῶσι τὸν Θωμᾶν· πάντα τὰ ἔθνη σήμερον ἑορτάζει, καὶ τὴν τούτου φωνὴν, καθάπερ τι δῶρον, τῷ δεσπότῃ προσφέρει· ὁ κύριός μου καὶ ὁ θεός μου· ὁ συγγενής μου καὶ ποιητής μου, ὁ λυτρωτής μου καὶ ὁ βασιλεύς μου. ταῦτα γὰρ ἐδίδαξεν ὁ Θωμᾶς· τοῦτον ἡμῖν ὡς τέκνοις ἀφῆκε τὸν κλῆρον· ὡς θησαυρὸν ἡ φύσις κατέχει τὸν λόγον· ὅλον τὸ γένος διὰ ταύτης τῆς φωνῆς ὀχυροῦται· μέχρι τῶν ἀγγέλων ἐξετάθη τὸ ῥῆμα· ἄγγελοι ταύτην ὡς ἄγκυραν τὴν ὁμολογίαν κρατοῦσι· πᾶσα ἡ κτίσις ὡς διάδημα περιφέρει τὸ δόγμα. μόνος ὁ Ἄρειος ἀποστερεῖται τοῦ λόγου· μόνος ἐκεῖνος ἐκπί-

D πτει τοῦ κλήρου· μόνος οὐχ ὁμολογεῖ κύριον τὸν Χριστὸν μετὰ Θωμᾶ· οὐ γνωρίζει αὐτὸν θεὸν μετ' αὐτοῦ· δοῦλον ἀποκαλεῖ τὸν δεσπότην, κτίσμα τὸ ἀπαύγασμα, νόθον τὸν γνήσιον, πλάσμα τὸν πλάστην· οὐ λέγει κύριον καὶ θεὸν τὸν δεσπότην· οὐκ ἀνέχεται τῆς ἀληθείας· οὐ συντίθεται τῷ Θωμᾷ· οὐκ ἀκολουθεῖ τῷ δικαίῳ· καὶ ταῦτα τιμῶν αὐτοῦ τὴν ἡμέραν, καὶ πανηγυρίζων μετὰ πάσης τῆς οἰκουμένης, καὶ συντάττων ἑαυτὸν τοῖς φίλοις τοῦ Θωμᾶ. ἀλλ' οὐ κλέπτει τὴν ἀρετὴν ἡ κακία· οὐ συναρμόζει τῷ ὁδηγῷ τῆς ἀληθείας ὁ πλάνος. οἶδεν ὁ ποιμὴν τὸ θηρίον· οἶδεν ὁ σφενδονίτης τὸν λύκον· οἶδεν ὁ κυβερ-

E νήτης τὸ κῦμα· οἶδεν ὁ λιμὴν τὸν χειμῶνα· οἶδεν ὁ στρατηγὸς τὸν πολέμιον· οἶδεν ὁ Θωμᾶς τὸν Ἄρειον, οἶδε καὶ διώκει αὐτόν. οὐ δέχεται τὴν τιμὴν τοῦ βλασφήμου· οὐ συνεισέρχεται παρὰ τὸ σπήλαιον τῶν φονέων· οὐ συναυλίζεται μετ' ἐκείνων· ἀποστρέφεται [c] σύνοδον ἀθετούντων·

c Savil. in marg. σύνοδον ἀσεβούντων. Quam lectionem malle videtur in notis Fronto Ducæus, licet nostram non respuat, & quadrare posse fateatur. Illa certe in omnibus exemplaribus habetur.

βδελύσσεται φωνὴν αὐτῷ μαχομένην· μισεῖ στόμα κατὰ τοῦ θεοῦ λαλοῦν ἀδικίαν· ἐκτρέπεται γλῶτταν κύριον καὶ θεὸν τὸν Χριστὸν μὴ καλοῦσαν· καὶ βοᾷ πρὸς ἐκεῖνον ἀπὸ πάσης τῆς οἰκουμένης, Ἄρειε τί με καθέλκεις; τί λιπαίνεις ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου; τί μου τὴν ἡμέραν ἑορτάζεις, παράνομε; οὐ δέχομαί σου τὸν βλάσφημον ὕμνον· οὐ συμφωνῶ τῇ ματαίᾳ σου πίστει· οὐ γνωρίζω σου τὸ παράνομον δόγμα. μή με τιμήσῃς ἀτιμάζων [a] τὸν πλάστην· οὐ δέχομαι τιμὴν ἀτιμίας μητέρα. εἰ τὸν δεσπότην ὑβρίζεις, ἐμὲ τὸν δοῦλον πῶς θεραπεύσεις; εἰ μὴ κρατεῖς μου τὴν πίστιν, πῶς ἑορτάσεις τὴν μνήμην; εἰ μὴ συμφωνεῖς μοι, πῶς κοινωνεῖς μου τῷ τάφῳ; ἐγὼ Χριστὸν κύριον καὶ θεὸν ἐδιδάχθην· ἐψηλάφησα τῇ χειρὶ, καὶ τὴν ἀλήθειαν εὗρον· οἰκείοις ἐπιστώθην δακτύλοις· οὐκ ἄλλος [b] ὑπέθετό μοι τὸ δόγμα· οὐκ ἐξ ἀκοῆς ἔχω τὸ θαῦμα· οὐκ ἐπίστευσα τοῖς εἰποῦσί μοι, ἑωράκαμεν τὸν κύριον· ἐμαχεσάμην τοῖς ἀποστόλοις· ἀντέκρουσα Πέτρῳ διδάσκειν με πειρωμένῳ· εἶπον πρὸς αὐτὸν, ἄνθρωπε, τί με ταράττεις; τί μοι λόγους ἀντὶ πραγμάτων χαρίζῃ; τί μοι κελεύεις ἀπὸ ῥημάτων πιστεύειν, ἐὰν μὴ ἴδω, οὐ μὴ πιστεύσω. ὡς εἶδες καὶ σὺ, ἴδω κἀγώ· ὡς ἐδιδάχθης, διδαχθῶ· ὡς ἔμαθες, μάθω. ὃ κηρύττειν μέλλω, θεάσωμαι, καὶ κηρύττω. οὐδεὶς [c] ἀκούων ἀπαγγέλλει· οὐδεὶς ἀπὸ φήμης δόγμα προφέρει· οὐδεὶς ἀποδέχεταί με τὰ σὰ διαγγέλλοντα. ἂν ἐρωτηθῶ, πῶς ἀνέστη ὁ Χριστὸς, οὐκ οἶδα τί λέξω. ἐὰν εἴπω Πέτρος μοι εἶπε, τίς ὡς ἀξιοπίστῳ προσέξει; ἴδω, καὶ κηρύττω· μάθω, καὶ διδάσκω· πιστωθῶ, καὶ πιστοῦμαι. εἴπω κἀγὼ, Θωμᾶς ἀπόστολος οὐκ ἀπ᾽ ἀνθρώπων, οὐδὲ δι᾽ ἀνθρώπων. ταῦτά μου λέγοντος κύριος ἐπεφάνη, καὶ τὴν μάχην ἔλυσε παραχρῆμα· καί φησι πρός με· τί σοι γέγονε, Θωμᾶ; τί μάχῃ τῷ Πέτρῳ; τί φιλονεικεῖς [d] τοῖς ἑταίροις; δεῦρο, λάβε τὸ θαῦμα τῇ πείρᾳ· μάθε τὴν ἀνάστασιν ἔργῳ· φέρε τὴν χεῖρα, καὶ βλέπε τὸ σῶμα. εἰ χωρεῖς, κράτει· εἰ καθαροὺς ἔχεις δακτύλους, ἅψαι τῶν τύπων· εἰ πιστεύσεις, καὶ φθάσεις· εἰ δὲ φιλονεικεῖς, οὐχ εὑρήσεις· εἰ ἀπιστεῖς, οὐ γνωρίζεις· εἰ ἀμφιβάλλεις, τὸ παθητὸν οὐ κατέχεις· εἰ πάθος * ἔχεις, τὸ ἀπαθὲς οὐ μανθάνεις. ταῦτα ἀκούσας ἐκάθηρα τὴν ψυχὴν ἀπιστίας· ἀπεδυσάμην τὴν ἀμφίβολον γνώμην· ἀνέλαβον τὸν νοῦν πεπεισμένον· ἡψάμην τοῦ σώματος χαίρων, καὶ τρέμων· ἐξήπλωσα μετὰ τῶν δακτύλων καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα, καὶ δύο λοιπὸν ἐνεργειῶν ᾐσθόμην. ἐκράτουν, καὶ [e] ἑώρων· καὶ τῇ μὲν χειρὶ σῶμα κατεῖχον, τῇ δὲ ψυχῇ θεὸν κατενόουν. καὶ τὸ ἔξωθεν ηὕρισκον θαυμαστὸν, καὶ τὸ ἔσωθεν φοβερόν· καὶ τὸ φαινόμενον, μέγα, καὶ τὸ κρατούμενον, θαῦμα. ἐβόησα τοίνυν ἐκπλαγεὶς ὃ κατέλαβον· ὁ κύριός μου, καὶ ὁ θεός μου· οὐδαμοῦ γὰρ ἔβλεπον δοῦλον, οὐδαμοῦ ταπεινὸν ἐφαίνετο σχῆμα, καὶ τὸ συγγενὲς ἐξέλαμπε, καὶ τὸ θεῖον ἐξήστραπτε· καὶ τὸ φορούμενον ὑψοῦτο, καὶ τὸ φοροῦν ἐδεδόξαστο· καὶ δύο νοουμένων πραγμάτων, ἓν ἦν τὸ προσκυνούμενον πρόσωπον. ταῦτα ἐγὼ πείρᾳ παρέλαβον, ταῦτα δακτύλῳ ἐκράτησα, ταῦτα ψυχῇ κατενόησα. σὺ δὲ, Ἄρειε, πόθεν τὸ βλάσφημον ἐδιδάχθης; πόθεν ἔμαθες, ἃ κηρύττεις; Χριστὸν ἐψηλάφησας ὡς ἐγώ; τὴν χεῖρα προσήνεγκας; τοὺς τύπους ἠρεύνησας; οἱ δάκτυλοι μαρτυροῦσί σοι; κατέχεις τὸν κύριον σύ; εἰς ποίαν χεῖρα; εἰς ἣν ἥρπασας τὰ κειμήλια; εἰς ἣν τοὺς ἀποστόλους ἐσύλησας; εἰς ἣν ὑπεδέξω τοῦ βαρβάρου τὰ λάφυρα; εἰς ἣν ἐκράτεις τὸν μισθὸν τῆς ἀσεβείας; εἰς ἣν ἐχώνευσας τὰ σκεύη τοῦ αἵματος; εἰς ταύτην Χριστὸν ἐψηλάφησας; μὴ γένοιτο. οὐχ οὕτως ἀδι-

a Idem, τὸν κτίστην.
b Ita Reg. optime. Editi, ὑπέθετό μου.
c Reg. ἀκοήν.

vocem cum ipso pugnantem detestatur: os quod contra Deum loquitur iniquitatem, odit: linguam quæ Dominum ac Deum non appellat, aversatur, & ad eum ex toto terrarum orbe clamat, Ari, quid mihi blandiris? quid oleo caput meum impinguas? cur diem meum festum celebras, o nefarie? blasphemum tuum hymnum non admitto: vanæ fidei tuæ non assentior: iniquam doctrinam tuam non agnosco. Ne me honores, qui conditorem probro afficis: non suscipio honorem ignominiam parientem. Si dominum probris oneras, quomodo servum coles? si meam fidem non tenes, quomodo memoriam festo celebrabis? si mecum non sentis, quomodo sepulcro meo communicas? Ego Christum Dominum & Deum esse sum edoctus: palpavi manu, & veritatem inveni: propriis digitis sum certior factus, non alius mihi doctrinam inseruit, non miraculum auribus accepi, non iis credidi, qui mihi dicebant, *Vidimus Dominum*: repugnavi Apostolis, restiti Petro, cum docere me conaretur: dixi illi, o homo, quid me perturbas? quid mihi verba pro rebus offers? quid mihi imperas ut verbis adductus credam? nisi videro, non credam. Ut vidisti tu, videam & ego: ut edoctus es, edocear: ut didicisti, discam. Quod prædicandum mihi est, intuear, ac deinde prædicabo. Nemo fando audita annuntiat; nemo doctrinam a rumore manantem proponit, nemo me res tuas divulgantem recipiet. Si interroger, quo pacto resurrexerit Christus, quid dicam nescio. Si dicam, Petrus mihi dixit, quis ut fide digno assentietur? videam, & prædicabo; discam, & docebo; persuadear, & persuadebo. Dicam ego quoque, Thomas Apostolus non ab hominibus, neque per homines. Hæc ego cum dicerem, apparuit Dominus, & continuo pugnam diremit, aitque ad me: Quid tibi accidit Thoma? quid cum Petro pugnas? quid cum amicis contendis? Ades, & miraculum experimento cognosce: disce reipsa resurrectionem: Affer manum tuam, & corpus vide. Si potes, tene: si mundos digitos habes, vestigia clavorum tange: si credas, assequêris etiam: si vero contendas, non invenies; si sis incredulus, non cognosces: si dubites, quod passibile est non comprehendes: si passione tenearis, quod passioni obnoxium non est, non percipies. Hæc audiens purgavi animam ab incredulitate, & ambiguam sententiam exui, credulum sensum assumsi, tetigi corpus gaudens & tremens: expandi cum digitis & animæ oculum, & duas de cætero operationes cognovi; prehendi, & aspexi, ac manu quidem corpus tenui, animâ vero Deum percepi, & quod exterius mirabile erat, inveni; quod interius, formidabile: quod apparebat, ingens: quodque tenebatur, admirandum. Exclamavi ergo, de eo quod comprehenderam obstupescens: *Dominus meus & Deus meus.* Joan. 20. 28. Nusquam enim servum intuebar, nusquam species humilis apparebat. Et quod ejusdem mecum erat naturæ, elucebat, de eo divinitas effulgebat: & quod ferebatur, exaltatum erat: & quod ferebat glorificatum apparebat: cumque duæ res diversæ intelligerentur, una erat persona, quæ adorabatur. Hæc ego experimento percepi, hæc digitis tractavi, hæc animo intellexi: tu vero, Ari, unde blasphemiam es edoctus? unde quæ prædicas, didicisti? Num Christum ut ego palpasti? num manum admovisti? num vestigia clavorum scrutatus es? num digiti testimonium ferunt? Tune Christum tenuisti? qua vero manu? an ea qua pretiosam supellectilem rapuisti? qua Apostolos compilasti? qua barbari spolia excepisti? qua mercedem impietatis tenuisti? qua sanguinis vasa conflasti? hac ipsa Christum contrectasti? absit. Non adeo

Ps. 74. 6.

d Reg. τοῖς ἑτέροις.
e Reg. ἑώρων, καὶ ἐψηλάφησα, καὶ ἐθεώρων.

A iniquus est Dominus, non adeo imprudens Christus ut suam tibi carnem credat: non prehendisti, quem repudiasti: non attrectasti, quem odisti: non scrutatus es, quem depressisti. Si enim scrutatus esses, non humiliasses: si recte perquisivisses, non adeo perverse interpretatus esses. Apage, recipe mercedem nequitiæ, cade cum commilitonibus tuis. Interim jam unam ex turribus tuis dejeci, jam Thraciam tua tyrannide liberavi. Adhuc modicum, & te funditus undiquaque perdam: adhuc modicum, & te ex orbe terrarum exterminabo. Modo tibi caput abscindam, modo superbia tua Occidentem quoque liberabo. Ita fac beate Thoma, sermonem opere comple; exequere quæ dixisti: præclarum principium fine confirma: ut Thraciam liberasti, sic & Occidentem liberato. Audiam & latronem sicut & tyrannum excisum: Imperatorem victoria coronato; pacem mundo largire; sudores eorum qui convenerunt, suscipe. B Suscipe urbem cineri tuo supplicantem; ætatem omnem ad legationem obeundam misit: senes ac juvenes tumulo advolvimur; virgines & adolescentes tuum corpus amplectimur; infantes passerum in morem hianti ore prospiciunt; noli talem speciem aspernari; ne vacuos labores nostros dimittas: da competentem sudoribus nostris mercedem; nihil a te magnum postulamus: quæ possides petimus; quæ das, quærimus; quæ videre vis, desideramus, barbarum subactum, Arium pulsum, Imperatorem coronatum, mundum conversum, Christum exaltatum, & ab universo simul orbe terrarum Joan. 20. 28. audientem, *Dominus meus & Deus meus*: cui gloria, honor, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

A κος ὁ δεσπότης, οὐχ οὕτως ἐπισφαλὴς ὁ Χριστὸς, ἵνα σοι τὴν ἰδίαν ἐμπιστεύσῃ σάρκα. οὐκ ἐκράτησας, ὃν ἠθέτησας· οὐκ ἐψηλάφησας, ὃν ἐμίσησας· οὐκ ἠρεύνησας, ὃν ἐσμίκρυνας. εἰ γὰρ ἠρεύνησας, οὐκ ἂν ἐταπείνωσας· εἰ καλῶς ἐξεζήτησας, οὐκ ἂν οὕτω κακῶς παρηρμήνευσας. ἄπαγε, [a] ἀπόλαυε τῆς κακίας, πίπτε μετὰ τῶν οἰκείων συμμάχων. τέως ἕνα σου κατέβαλον πύργον· τέως τὴν Θρᾴκην ἠλευθέρωσα τῆς σῆς τυραννίδος· ἔτι μικρὸν καὶ πανταχόθεν σε καταλύω· ἔτι μικρὸν καὶ διώκω σε τῆς οἰκουμένης· ἄρτι σου τὴν κεφαλὴν ἀφαιροῦμαι· ἄρτι καὶ τὴν δύσιν ἀπαλλάττω τῆς σῆς ἀπονοίας. ναὶ, μακάριε Θωμᾶ, πλήρωσον ἔργῳ τὸν λόγον· ἀκολούθησον τῇ φωνῇ σου· καλὴν τὴν ἀρχὴν βεβαίωσον καὶ τῷ τέλει. ὡς τὴν Θρᾴκην ἠλευθέρωσας, ἐλευθέρωσον καὶ τὴν δύσιν. ἀκούσω καὶ τὸν λῃστὴν ὡς τὸν τύραννον ἐκκοπέντα· στεφάνωσον τὸν βασιλέα τῇ νίκῃ· βράβευσον εἰρήνην τῷ κόσμῳ· B δέξαι τοὺς ἱδρῶτας τῶν συνελθόντων· δέξαι τὴν πόλιν [b] ἱκετεύουσάν σοι· τὴν κοινὴν πᾶσαν ἡλικίαν ἀπέστειλέ σοι πρεσβείαν. γέροντες καὶ νέοι περιαπτόμεθά σου τῷ τάφῳ· παρθένοι καὶ νεανίσκοι περιπλεκόμεθά σου τῷ σώματι· νήπια στρουθίων δίκην ἀτενίζουσι πρὸς σὲ κεχηνότα· μὴ παρίδῃς σχῆμα τοιοῦτον· μὴ κενοὺς ἡμῶν ἀποπέμψῃς τοὺς πόνους· δὸς ἡμῖν ἄξιον μισθὸν τῶν ἱδρώτων· οὐδὲν ἀπαιτοῦμέν σε μέγα· ἅπερ ἔχεις, αἰτοῦμεν· ἃ δίδως, ζητοῦμεν· ἃ θέλεις ἰδεῖν, ἐπιθυμοῦμεν· τὸν βάρβαρον ἡττηθέντα, τὸν Ἄρειον ἐλαθέντα, τὸν βασιλέα στεφανωθέντα, τὸν κόσμον ἐπιστραφέντα, τὸν Χριστὸν ὑψωθέντα, καὶ παρὰ πάσης ὁμοῦ [c] τῆς οἰκουμένης ἀκούοντα, ὁ κύριός μου καὶ ὁ θεός μου· ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

a Savil. in marg. ἀπόβαλε.
b Reg. ἱκετεύουσαν σου τὴν κόνιν πᾶσα ἡλικία.
c Savil. τῆς κλίσεως.

MONITUM

IN ORATIONEM SEQUENTEM.

JURE inter spurias hanc sive Orationem sive Homiliam ablegavit Fronto Ducæus. Nihil enim hic Chrysostomo dignum, non stylus, non dictio: nulla ex dotibus hic comparet, queis fulgebat ille divinus orator. Hic vero quisquis sit Græculus exclamationibus, maximeque interrogationibus totam replevit Orationem. Memoria autem labitur cum in longissima apostrophe Stephanum inducit Judæis dicentem: ἀλλ᾽ ὁ ἐξ ὑμῶν, καθ᾽ ὑμῶν δὲ μᾶλλον, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, Παῦλος κράζει· εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν: Verum is qui ex vobis est, vel contra vos potius, vas electionis Paulus clamat: Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent: *quasi vero potuerit Paulus tunc Christo & Christianis infensissimus hoc dictum jam protulisse. Verum hujusmodi memoriæ lapsus non satis esset ad hanc concionem Chrysostomo abjudicandam, nisi alia adessent bene multa, quæ opusculi* νοθείαν *arguunt. Quot enim* μνημονικὰ σφάλματα *in Doctoris nostri concionibus animadvertimus? Multa certe, quæ longum esset recensere. Plurima quoque hujusmodi ad hunc locum congerit Fronto Ducæus, quibus referendis supersedemus, ne in re notissima diutius immoremur. Verum ex aliis tutioribus indiciis constat hanc concionem alicujus indocti hominis esse, qui eam Chrysostomo adscripserit.*

Interpretatio latina est Frontonis Ducæi.

Εἰς τὸν ἅγιον Στέφανον τὸν πρωτομάρτυρα.

A *Laudatio sancti Stephani protomartyris.*

a ΣΤΕΨΩΜΕΝ [a] ἄνθεσιν ἐγκωμίων τὸν Στέφανον, καὶ τοῖς τῶν ἐπαίνων αὐτὸν περιῤῥάνωμεν ῥόδοις. ἤδη γὰρ αὐτὸν ἑαυτὸν τοῖς τῆς πίστεως περιεστεφάνωσεν ἄθλοις. ἔκειτο μὲν γὰρ ἐν γράμμασι· μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα. ἀλλ' ἡ περὶ τὸ σῶμα συνάφεια τὴν δυσχέρειαν εἰσῆγε· τούτου δὲ τοῦ νεανίου βουληθέντος μαρτυρικὰς ἀναδέξασθαι νίκας, πᾶσα ἀπελήλαται δυσχέρεια· δειλία δὲ καὶ φόβος ἀργεῖν ἐμελέτησεν. οὔτε γὰρ ἀρχιερέων ἐφοβήθη μανίαν, οὐχ ἱερέων ἐδειλίασε θρασύτητα, οὔτε πρεσβυτέρων αὐτὸν κατέπληξαν λόγοι, οὐ γραμματέων αὐτὸν ἀπειλὴ διετάραξεν, οὐ λόγοι συκοφαντῶν τὴν αὐτοῦ προθυμίαν ἐνέκοψαν· γενναίῳ δέ τινι φρονήματι εἰς τοὺς ὑπὲρ Χριστοῦ ἀγῶνας κατέσπευδε. τίς τοίνυν θνητῶν ἀξίους ἐπαίνους τῷ ἀγωνιστῇ προσαγάγῃ; τίς ἀνθρώπων ἀνάλογον τῆς αὐτοῦ πολιτείας ἐγκώμιον διαπλέξει; ποία γλῶσσα τὰς τοῦ ἀριστέως ἐξειπεῖν δυνήσεται δόξας; ποῖον στόμα πρὸς ἔπαινον τῶν τοῦ Στεφάνου ἀγωνισμάτων ἀνοιγήσεται; ποῖα χείλη ἐπαρκέσει τὰς ἀνδραγαθίας εἰπεῖν τοῦ πρωτομάρτυρος; ἐπὶ τῆς γῆς γὰρ ἐπάλαιε, καὶ τὰ ἐν οὐρανοῖς περιεσκέπτετο· ἐν τῷ βίῳ παρῆν, καὶ τὰ ἐν ὑψίστοις περιώδευε· μετὰ τῶν θνητῶν διελέγετο, καὶ ἀθανάτοις συνετάττετο· ἀνθρώποις ἀπεμάχετο, καὶ συνεχόρευσεν ἀγγέλοις. πᾶσα λοιπὸν ἡλικία τὸ βέβαιον ἐχέτω· Στέφανος γὰρ ἐπάλαισε, καὶ ὁ ἀρχέκακος ἔπεσεν. ἐχέτω λοιπὸν καὶ ὁ ἐν πολιᾷ ἀγωνιζόμενος τὸ βέβαιον. καὶ ὁ ἐν γήρᾳ κατορθῶν τοὺς στεφάνους λαμβάνει, καὶ ὁ νεανίας ἀθλήσας στεφανοῦται, καὶ μειράκιον παλαῖσαν κομίζεται γέρα, καὶ νήπια ἀγωνιζόμενα κομίζονται στεφάνους, καὶ γύναια παραταξάμενα στεφανοῦνται δόξῃ, καὶ παρθένοι παλαίσασαι κομίζονται δόξῃ, καὶ παρθένοι παλαίσασαι κομίζονται νίκας. Στεφάνου τοίνυν ἀνοίξαντος τοῦ μαρτυρίου τὰς πύλας, πᾶσα λοιπὸν ἡλικία ἐπὶ τὸ μαρτύριον τρεχέτω. πρῶτος γὰρ Στέφανος τῷ τυράννῳ ἀντέστη· πρῶτος τὰς κατ' αὐτοῦ ἀνεδέξατο νίκας· πρῶτος τῶν καλλινίκων ἐκείνων ἀπήρξατο ἀγώνων· πρῶτος διὰ Χριστὸν τὰ τοῦ Χριστοῦ ἀνεδέξατο πάθη· ὑπέδειξε θνητοῖς, πῶς παίζεται θάνατος· ἔδειξεν ἀνθρώποις, πῶς νέκρωσις γέλως ἐστί· ἐγνώρισε τοῖς ἐν τῷ βίῳ τὰς οὐρανίους ἀνόδους. Στέφανος γὰρ πλήρης χάριτος καὶ δυνάμεως ἐποίει σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τῷ λαῷ. εἰς μείζονα προκοπὴν τὸν Στέφανον ἡ τοῦ πνεύματος προεβίβαζε χάρις· τὸ γὰρ ἄμετρον τῆς αὐτοῦ πίστεως παρηγγυᾶτο τὸ βέβαιον. διάκονος γὰρ ταχθεὶς, μάρτυς ἀνεδείχθη· εἰς χηρῶν καταστάθεὶς χρείαν, εἰς θαυμάτων προέκοψε χάριν. τραπεζῶν ἐτάγη διάκονος, καὶ τεραστίων ἀνεδείχθη ἐργάτης. Στέφανος δὲ πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως. ἐχέτω, φησὶν, ἐν προσηγορίᾳ τὸν τῆς νίκης στέφανον ὁ Στέφανος· Στέφανος, ὁ ἀμελέτητον πόλεμον γνωρίσας τῷ βίῳ, ὁ ἀδίδακτον μάχην ἐμφανίσας τῷ κόσμῳ. οὐκ εἶχεν ἐν ἔθει τοῦτο ἡ φύσις, καὶ Στέφανος κατὰ ἀσωμάτου στρατιᾶς παρετάξατο μόνος. πίστις γὰρ αὐτῷ τοὺς ἀγῶνας κατώρθου· ἐλπὶς μέχρι τέλους προετρέπετο παλαίειν. Στέφανος πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως· Στέφανος, ὁ αἰχμάλωτον τὸν ἀρχέκακον δείξας, ὁ προαιρέσει γενναίᾳ κατ' αὐτοῦ τρόπαια ἐγείρας, ὁ δαίμονας παρασκευάσας θρηνεῖν, καὶ ἀνθρώποις χορεύειν· Στέφανος ὁ πρῶτος τῶν μαρτύρων τροπαιοῦχος, ὁ στρατηγὸς τῶν διὰ Χριστὸν ἀγωνιζομένων. ὃς γὰρ ἂν διὰ Χριστὸν ἄρξηται παλαίειν, Στέφανον εὑρίσκει διδάσκαλον·

[a] Collata cum codice Regio 2342.

CORONEMUS Stephanum laudum floribus, eumque rosis præconiorum conspergamus: jam enim se ipse fidei præmiis ante coronavit. Scriptum quidem erat, *Nolite timere eos qui occidunt corpus.* Matth. 10. 28. At connexio cum corpore difficultatem afferebat: verum ubi juvenis iste victorias martyrum voluit obtinere, difficultas omnis submota est; timiditas autem metusque cessavit. Nam neque Pontificum insaniam est veritus, neque sacerdotum audaciam reformidavit, neque terruerunt eum verba seniorum: non scribarum ipsum minæ perturbarunt, neque sycophantarum sermones ejus ardorem animi restinxerunt; sed ad obeunda pro Christo certamina generosa mente properabat. Quis ergo mortalium dignas athletæ laudes offerat? B Quis hominum convenientem ejus vitæ actionibus laudationem contexet? Quæ lingua poterit decora præstantissimi bellatoris effari? Quodnam os ad Stephani agones prædicandos aperietur? Quæ tandem labia strenui protomartyris sufficient facinoribus enarrandis? Etenim luctabatur in terris, & quæ sunt in cælis contemplabatur: in hac vita versabatur, & quæ sunt in excelsis, percurrebat: cum mortalibus colloquebatur, & immortalium ordinibus jungebatur: cum hominibus depugnabat, & cum angelis choreas ducebat. Omnis ætas deinceps bono animo esto: Stephanus enim luctatus est, & auctor mali collapsus est. Bono animo deinceps esto etiam is qui in canitie decertat. Et qui in senecta præclare se gerit, corona donatur: & qui adolescens pugnaverit, coronatur: & puer qui luctatus fuerit, refert præmia; & infantes C qui in agone contendunt, coronas reportant: & mulieres quæ in acie steterint, gloria coronantur; & virgines quæ luctatæ sunt, victorias consequuntur. Postquam igitur martyrii portas Stephanus reseravit, omnis in posterum ætas ad martyrium currat. Primus enim Stephanus tyranno restitit: primus de illo victoriam obtinuit: primus illos gloriosos agones inchoavit: primus propter Christum Christi passiones excepit: quo pacto mors ludatur, mortalibus indicavit: quo pacto interitus sit risus futurus, hominibus demonstravit: his qui in hac vita versantur, vias, quæ in cælum ferunt, patefecit. *Stephanus* enim *plenus gratia & fortitudine faciebat signa & prodigia in populo:* Act. 6. 8. D ad majorem profectum Stephanum Spiritus gratia provehebat: ejus quippe fidei immensitas constantiam pollicebatur. Diaconus enim constitutus, martyr effectus est: viduarum necessitati præpositus, ad miraculorum gratiam profecit: diaconus mensis præfectus est, & prodigiorum effector est redditus. Stephanus autem plenus fide & fortitudine. Habeat, inquit, in nomine coronam victoriæ Stephanus? Stephanus qui bellum in quo se nemo exercuerat, hominum vitæ manifestavit: qui pugnam, quam nemo docuerat, mundo patefecit. Non erat hoc positum in more naturæ, & Stephanus adversus militiam incorpoream solus in acie stabat: fides quippe feliciter ei certamina conficiebat, spes incitabat ut ad finem usque depugnaret. E Stephanus plenus fide & fortitudine: Stephanus qui mali auctorem captivum ostendit, qui generoso mentis arbitrio tropæum adversus ipsum erexit: qui dæmones ut lugerent, & homines choreas agerent, effecit: Stephanus primus martyrum tropæum tenens, pro Christo decertantium dux copiarum. Quisquis enim cœperit propter Christum pugnare, Stephanum doctorem nanciscitur:

A quisquis certamina martyrum aggressus fuerit, Stephanum imitatur. Stephanus primitiæ propter Christum decertantium, fundamentum propter ipsum morientium. Stephanus plenus fide & fortitudine, undique munitus armis erat Christi miles: ex utraque parte loricatus erat pius imperator, plenus fide & fortitudine. Sufficiebant, inquit, hæc ad victoriam: poterant hæc tropæum acquirere: fides enim ac fortitudo & mali auctorem vincebat, & Judæos perterrefaciebat, *plenus fide & fortitudine faciebat signa & prodigia magna in populo:* miraculorum turbam vir fortissimus edebat, portentorum magnam vim Christi miles operabatur. Faciebat signa & prodigia in populo, tum claudis cursum largiens, tum paralyticis sanitatem effundens, ut Pontifices ad invidiam concitaret: adeo Christi causa mortem oppetere desiderabat. Tum adversus ipsum hominum impiissimorum evocat

B Pentapolim. *Surrexerunt* enim, inquit, *quidam de*
Act. 6. 9. *synagoga, quæ appellatur Libertinorum & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant a Cilicia & Asia, disputantes cum Stephano.* O quantam turbam improbitas congregavit! ô quantam invidia multitudinem convocavit! Libertinos, Cyrenenses, Alexandrinos, & qui erant a Cilicia & Asia. Infinita, inquit, turba contra unum militem aciem instruxit: innumerabiles copiæ adversus unum fortissimum bellatorem impetum fecerunt: quinque civitatum viri in unum juvenem incurrerunt. O malitiam Judæorum insanabilem! ex ipso aspectu fortissimum bellatorem terrere voluerunt, ut multitudinis copia nervi debilitarentur. Deinde ordinem adhibent pugnæ sceleratissimi homines, atque initio quæstionum nodos sermonibus nectunt.

C *Surrexerunt*, inquit, *quidam de synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant a Cilicia & Asia, disputantes cum Stephano.* Quid, inquiunt, adolescens, inconsiderate contumeliis numen incessis? Quid meditatis verbis populo persuades? Quid miraculorum fallacia gentem dissipas? Hic terminus quæstionum. Deusne est qui ex Maria natus est? Creator-ne est fabri filius? Nonne Bethleem castellum istius, & nutrix Nazaret fuit? Deum confingis eum esse, qui in terris partu est editus? qui propter tenuitatem in præsepio fasciis est obvolutus: qui Herodem fugit iratum: qui lavacro Jordanis ad emundationem est usus; qui fami subditus fuit & siti, qui fatigationem sensit &

D somnum? qui captus est, nec aufugere valuit? qui alapis cæsus est, neque seipsum est ultus? qui suspensus est, nec descendere potuit? qui execrandum & ignominiosum finem sortitus est? Eum qui positus est in sepulchro, in cælo esse confingis? qui mortalibus est æqualis, eum mortuorum esse prædicas vitam? Num igitur Deus ista pati sustinuisset? nonne solo mandato suo sese invadentes necasset? nonne imperans subito mortem intulisset? Aut ergo cessa ab hac impostura, aut parem tu quoque mortem excipe.

2. Talia quædam dicebant dum cum Stephano disputarent. Tum Stephanus: Nonne prophetarum apud vos scripta servantur? Nonne vos libros veteris testamenti pervolutatis? nonne invi-

E Joan. 9. 29. cem dicebatis, *Nos scimus quia Moysi loquutus est Deus, hunc autem nescimus unde sit? nos Moysis*
Deut. 18. 15. *discipuli sumus.* Nonne Moyses dixit, *Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus de fratribus vestris, tamquam me: ipsum audietis?* Nonne ante multos
Mich. 5. 2. annos scripsit Michæas, *Et tu Bethleem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda: ex te enim exiet dux?* Nonne partum innuptæ præ-
Is. 7. 14. nunciavit Esaias: *Ecce virgo in utero habebit?* Nonne adstitura in præsepio, duo animalia præ-
Habac. 3. 2. dixit Ambacum, *In medio duorum animalium co-*

A ὅστις μαρτυρικῶν ἐφάψεται ἀγώνων, Στέφανον μιμεῖται. Στέφανος τὸ ἀκροθίνιον τῶν διὰ Χριστὸν ἀγωνιζομένων, ἡ κρηπὶς τῶν δι᾽ αὐτὸν ἀποθνησκόντων. Στέφανος πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως, πανταχόθεν περιεπέφρακτο ὁ τοῦ Χριστοῦ στρατιώτης· ἑκατέρωθεν ἐτεθωράκιστο ὁ εὐσεβὴς πολέμαρχος· πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως. ἐπήρκεσαν, φησὶ, ταῦτα πρὸς νίκην, ἐξήρκεσαν ταῦτα παρασχεῖν τὸ τρόπαιον. πίστις γὰρ καὶ δύναμις καὶ τὸν ἀρχέκακον ἐνίκα, καὶ Ἰουδαίους κατέπληττε. πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως ἐποίει σημεῖα καὶ τέρατα μεγάλα ἐν τῷ λαῷ· θαυμάτων ὁ ἀριστεὺς ἐνεδείκνυτο πλήθη, τεράτων πλῆθος ὁ Χριστοῦ εἰργάζετο στρατιώτης· ἐποίει σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τῷ λαῷ, χωλοῖς μὲν χαριζόμενος δρόμους, παρετοῖς δὲ ὑγείαν ἐκπέμπων, ἵνα πρὸς φθόνον τοὺς ἀρχιερεῖς διεγείρῃ· οὕτως ἐπεθύμει διὰ Χριστὸν γεύσασθαι θανά-

B του. εἶτα ἐκκαλεῖται κατ᾽ αὐτοῦ ἀνδρῶν ἀσεβεστάτων πεντάπολιν. ἀνέστησαν γάρ, φησί, τινες τῶν ἀπὸ τῆς συναγωγῆς τῆς λεγομένης Λιβερτίνων, καὶ Κυρηναίων, καὶ Ἀλεξανδρέων, καὶ τῶν ἀπὸ Κιλικίας καὶ Ἀσίας, συζητοῦντες τῷ Στεφάνῳ. ὢ πόσον ὄχλον ἡ κακία συνήγαγεν· ὢ πόσον δῆμον ὁ φθόνος [a] συνέτρεψε· Λιβερτίνους, Κυρηναίους, Ἀλεξανδρεῖς, καὶ τοὺς ἀπὸ Κιλικίας καὶ Ἀσίας. ἄπειρος, φησιν, ὄχλος καθ᾽ ἑνὸς παρετάξατο στρατιώτου· ἄμετρα πλήθη καθ᾽ ἑνὸς ὥρμησαν ἀριστέως· πέντε πόλεων ἄνδρες ἐφ᾽ ἕνα κατέδραμον νεανίαν. ὢ τῆς ἀνιατρεύτου τῶν Ἰουδαίων κακίας. [b] ἐξ αὐτῆς τῆς θέας ἠθέλησαν τὸν ἀριστέα ἐκφοβῆσαι, ἵνα τῇ ὑπερβολῇ τοῦ πλήθους ὑπεκλυθῇ τὰ νεῦρα. εἶτα καὶ τάξιν οἱ παμπόνηροι ἐπιτιθέασι τῇ μάχῃ, καὶ ζητημάτων τῷ Στεφάνῳ ἐν προοιμίοις πλέκουσι λόγους. ἀνέστησαν γάρ, φη-

C σί, τινες ἐκ τῆς συναγωγῆς τῆς λεγομένης Λιβερτίνων, καὶ Κυρηναίων, καὶ Ἀλεξανδρέων, καὶ τῶν ἀπὸ Κιλικίας καὶ Ἀσίας συζητοῦντες τῷ Στεφάνῳ. τί φασιν, ὦ νεανία, ἀπερισκέπτως ὑβρίζεις τὸ θεῖον; τί μεμελετημένοις λόγοις πείθεις τὸν ὄχλον; τί θαυμάτων ἀπάτῃ διασκεδάζεις τὸ ἔθνος; ὧδε τῶν ζητημάτων τὸ πέρας. θεός ἐστιν ὁ ἐκ Μαρίας τεχθείς; δημιουργὸς ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; οὐ Βηθλεὲμ τούτου κώμη, καὶ τροφὸς ἡ Ναζαρέτ; θεὸν φαντάζῃ τὸν ἐπὶ γῆς τεχθέντα; θεός, ὁ δι᾽ εὐτέλειαν σπαργανωθεὶς ἐν τῇ φάτνῃ; ὁ ἀποδράσας ὀργισθέντα τὸν Ἡρώδην; ὁ πρὸς κάθαρσιν λουτρὸν δεξάμενος Ἰορδάνην; ὁ πείνῃ δουλεύσας καὶ δίψῃ; ὁ κόπου αἰσθόμενος καὶ ὕπνου; ὁ κρατηθεὶς, καὶ μὴ ἰσχύσας διαδρᾶσαι; ὁ ῥαπι-

D σθεὶς, καὶ ἑαυτὸν μὴ ἐκδικήσας; ὁ ἀναρτηθεὶς, καὶ κατελθεῖν μὴ ἰσχύσας; ὁ ἐπάρατον καὶ ἐφύβριστον δεξάμενος τέλος; τὸν ἐν τάφῳ τεθέντα, ἐν οὐρανοῖς εἶναι φαντάζῃ; τὸν παραπλήσιον θνητοῖς, νεκρῶν ζωὴν εἶναι κηρύττεις; κατεδέχετο οὖν θεὸς ταῦτα παθεῖν; οὐκ ἐκέλευσε, καὶ τοὺς ἐπελθόντας ἐνέκρου; οὐχὶ προστάττων αἰφνίδιον ἐπῆγε τὸν θάνατον; ἢ παῦσαι τοίνυν τῆς πλάνης, ἢ τὸν ἴσον αὐτοῦ δέχου καὶ σὺ θάνατον.

Τοιαῦτά τινα λέγοντες ἦσαν συζητοῦντες τῷ Στεφάνῳ. εἶτα ὁ Στέφανος· οὐ παρ᾽ ὑμῖν φυλάττονται τῶν προφητῶν τὰ συγγράμματα; οὐχ ὑμεῖς τὰς τῆς παλαιᾶς ἀναπτύσσετε βί-

E βλους; οὐκ ἐλέγετε ἀλλήλοις, ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι Μωϋσῇ λελάληκεν ὁ θεὸς, τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν; ἡμεῖς τοῦ Μωϋσέως μαθηταί ἐσμεν. οὐχὶ Μωϋσῆς ἔλεγε, προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει κύριος ὁ θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ὡς ἐμὲ, αὐτοῦ ἀκούσεσθε; οὐ προέγραψε πόρρωθεν Μιχαίας, καὶ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος; οὐ τῆς ἀπειρογάμου ὁ Ἡσαΐας προανήγγειλε τὸν τόκον; ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει; οὐ τῶν ἐν τῇ φάτνῃ ζώων τὴν παράστασιν ὁ Ἀμβακοὺμ προεῖπεν; ἐν μέσῳ δύο ζώων

a συνέτρεψε. Legendum putant Fronto Ducæus & Savilius συνηθροίσε.

b Reg. ἐξ αὐτῆς τῆς ὄψεως ἐζήτησαν τὸν ἀθλητὴν καταπλῆξαι, ἐξ αὐτῆς τῆς θέας &c.

γνωσθήσῃ; οὐ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ φυγὴν διʼ Ἡρῴδην εἶπεν ὁ Ἡσαΐας, ἰδοὺ κύριος ἔρχεται ἐπὶ νεφέλης κούφης εἰς Αἴγυπτον. οὐ τῶν ὑδάτων τοῦ Ἰορδάνου τὸν δρασμὸν ὁ Δαυὶδ προεμήνυσεν· εἴδοσάν σε ὕδατα, ὁ θεὸς, εἴδοσάν σε ὕδατα, καὶ ἐφοβήθησαν; οὐ τῶν κόπων καὶ πόνων τὴν ἔκβασιν ὁ Ἡσαΐας προέγραψεν· αὐτὸς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἔλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασεν; οὐ τῶν ἥλων τὴν βίαν Δαυὶδ προεῖπεν ὁ προφήτης, ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου; οὐ τὴν ἐν τῷ ξύλῳ ἀνάρτησιν ὁ Μωϋσῆς προανεκήρυξεν, ὄψεσθε τὴν ζωὴν ὑμῶν κρεμαμένην ἐπὶ ξύλου; οὐ τὴν ταφὴν τὴν ἐν μνημείῳ ὁ Ἰακὼβ προέγραψεν, ἀναπεσὼν ἐκοιμήθη ὡς λέων; οὐ τὰ τῆς ἀναστάσεως προανεβόησεν ὁ Δαυὶδ, ἀνάστα, ὁ θεὸς, κρῖνον τὴν γῆν; οὐ τὰ τῆς ἀναλήψεως ὁ αὐτὸς προεῖπεν, ἀνέβη ὁ θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ; ἢ δείξατε τίνων ἐν ἄλλῳ τινὶ [a] τῶν προφητειῶν τὴν ἔκβασιν, ἢ ὡς θεῷ τῷ ἐσταυρωμένῳ προσκυνεῖτε. ὑμεῖς γὰρ, ὦ ἀνόητοι, μὴ γινώσκοντες τὴν προφητείαν Μωϋσέως, ἐνομίζετε ψιλὸν ἄνθρωπον σταυροῦν· [b] ἀλλʼ ὁ ἐξ ὑμῶν, καθʼ ὑμῶν δὲ μᾶλλον, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς Παῦλος κράζει· εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. περὶ αὐτοῦ ἐλέγχων ὑμᾶς ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων ἔλεγεν· ὑμεῖς δὲ τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον ἠρνήσασθε, καὶ ᾐτήσασθε ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι ὑμῖν, τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατε. ταύτην ὑμῶν τὴν φωνὴν πόρρωθεν εἰδὼς Ἡσαΐας ἔλεγεν, οὐαὶ τοῖς λέγουσι τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρόν. οὕτω τοίνυν διαλεγομένου τοῦ Στεφάνου, οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ πνεύματι ᾧ ἐλάλει. καὶ καλῶς εἴρηται τὸ, ἀντιστῆναι. ἐπειδὴ γὰρ ἀνωτέρω εἶπεν, ἀνέστησάν τινες τῶν ἐκ τῆς συναγωγῆς, ὧδε λέγει, οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι. εἰς σιωπὴν οὖν ὠθοῦντο τὴν γλῶσσαν, συνέκλειον ἅπαντες τὰ οἰκεῖα χείλη, ἀνέστελλον τῶν λόγων τὰ βέλη, ἀπεκράτησαν τῶν ῥημάτων τὰ τόξα, ὑπὸ τὴν γλῶσσαν ἔκρυψαν τῆς κακίας τὸ δόρυ. οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ πνεύματι ᾧ ἐλάλει. ὢ τῶν καινῶν πραγμάτων· πῶς καλῶς συγγράφεται ὁ ἀοίδιμος Λουκᾶς; πῶς τὰς ἐπαγγελίας τοῦ Χριστοῦ εἰς πέρας ἄγει; εἶπε γὰρ ὁ Χριστὸς, ὅτι δώσω ὑμῖν στόμα καὶ σοφίαν, ᾗ οὐ δυνήσονται ἀντιστῆναι πάντες οἱ ἀντικείμενοι ὑμῖν. καλῶς οὖν λέγει, οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ, καὶ τῷ πνεύματι ᾧ ἐλάλει. ποίᾳ σοφίᾳ; τῷ Χριστῷ τῷ ἐν αὐτῷ φθεγγομένῳ. καὶ ὅτι ὁ Χριστὸς σοφία, ἡκέτω Παῦλος λέγων, Χριστὸς θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία. ὅτι δὲ λαλεῖ ἐν τοῖς εὐχαριστοῦσι, γράφων ἐν ἄλλοις ἔλεγεν, εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ, ὃς εἰς ὑμᾶς οὐκ ἀσθενεῖ, ἀλλὰ δυνατεῖ ἐν ὑμῖν· καὶ οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ, τουτέστι, τῷ Χριστῷ. τίς γὰρ ἀντιστήσεται αὐτῷ, καὶ ὑπομενεῖ; καὶ οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ πνεύματι ᾧ ἐλάλει. ποίῳ πνεύματι; τῷ παρακλήτῳ, περὶ οὗ ἐν προτέροις ἔλεγε. Στέφανος δὲ πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως· καὶ αὖθις, ὑπάρχων δὲ πνεύματος ἁγίου πλήρης, ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶδε δόξαν θεοῦ. τότε οὖν ὑπέβαλον ἄνδρας λέγοντας, ὅτι ἀκηκόαμεν αὐτοῦ λαλοῦντος ῥήματα βλάσφημα εἰς Μωϋσῆν, καὶ τὸν θεόν. διεδέξατο ψευδομαρτυρία τὸν φθόνον· ὑπέβαλον ἄνδρας, [c] ἀργυρίου ἠγόρασαν τὸ ψεῦδος. δεῦτε, λέγοντες, ὦ τίμιοι ἄνδρες, τοῖς ἡμετέροις τὰ ὑμέτερα διακονήσατε· ἐν τοῖς ἡμῶν σκέμμασιν ἡ ὑμῶν ὑπουργησάτω γλῶσσα· τοῖς ἡμετέροις βουλεύμασιν ὑπηρετησάτω τὸ ὑμέτερον στόμα. ἔκδικος γάρ τις τοῦ Γαλιλαίου ἀνέστη, ὑπέρμαχος ἐκείνου ἠγέρθη καὶ ἀντίμαχος. θεὸν ἐν τάφῳ κείμενον γεραίρει· δημιουργὸν τὸν ἐν τύμβῳ συγκλεισθέντα κηρύττει· τὸν ἐν μνημείῳ τεθέντα ἐν τοῖς οὐρανοῖς φαντάζεται εἶναι· τὸν ὑπὸ στρατιωτῶν ἐμπαιχθέντα, σὺν τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ φημίζει παραγίνεσθαι· τὸν μήτε ἑαυτὸν ἐκδικῆσαι ἰσχύσαντα, κριτὴν ἐπαγγέλλεται τῆς κτίσεως. Ἰωσὴφ ἀπέθετο τὸ τούτου

A gnosceris? nonne fugam in Ægyptum propter Herodem dixit Esaias, *Ecce Dominus venit super nubem levem in Ægyptum?* (Secundum LXX. interpretes. Isai. 19. 1.) nonne Jordanis aquarum fugam David præsignificavit, *Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt?* (Ps. 76. 17.) nonne molestiarum & laborum ejus eventum ante scripsit Esaias, *Ipse peccata nostra accepit: & ægrotationes portavit?* (Isai. 53. 4.) nonne clavorum violentiam David propheta prædixit, *Foderunt manus meas & pedes meos?* (Ps. 21. 17.) nonne suspensionem in ligno Moyses ante prædicavit; *Videbitis vitam vestram pendentem in ligno?* (Deut. 28. 66.) nonne sepulturam in monumento Jacob ante scripsit, *Recumbens dormivit ut leo?* (Gen. 49. 9.) nonne resurrectionem David prænunciavit, *Surge Deus, judica terram?* (Ps. 81. 8.) nonne quæ ad ascensionem spectant idem prædixit; *Ascendit Deus in jubilo?* (Ps. 46. 6.) Aut igitur in alio quopiam ostendite B prophetias esse completas, aut tamquam Deum crucifixum adorate. Nam vos quidem, ô stulti, Moysis prophetiam ignorantes, nudum vos hominem crucifigere putabatis: verum is qui ex vobis est, vel contra vos potius, vas electionis Paulus clamat: *Si enim cognovissent, nunquam dominum gloriæ crucifixißent.* (1. Cor. 2. 8.) De ipso redarguens vos princeps Apostolorum dicebat: *Vos autem sanctum & justum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis: auctorem vero vitæ interfecistis.* (Act. 3. 14.) Vestram hanc vocem cum multo ante novisset Esaias dicebat, *Væ iis qui dicunt amarum dulce, & dulce amarum.* (Isai. 5. 20.) Cum igitur Stephanus ita dissereret, *non poterant resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur.* Recteque dictum est illud resistere; nam quia superius dixerat: *Surrexerunt quidam de synagoga*, hîc dicit: C *Non poterant resistere.* Itaque silentio lingua eorum compressa erat, sua omnes labia concludebant, sermonum sagittas inhibebant, verborum arcus compescebant, sub lingua lanceam improbitatis occultabant. *Non poterant resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur.* O res novas & inusitatas! quam recte scripsit Lucas? quam certo effecit, ut promissa Christi apparerent? Dixit enim Christus; *Dabo vobis os & sapientiam: cui non poterunt resistere omnes adversarii vestri.* (Luc. 21. 15.) Recte igitur inquit, *non poterant resistere sapientiæ & spiritui*, qui loquebatur. Cui tandem sapientiæ? Christo, qui in ipso loquebatur. Christum autem sapientiam esse, prodeat qui dicit Paulus, *Christus Dei virtus, & Dei sapientia.* (1. Cor. 5. 24.) Ipsum autem D loqui in iis qui se gratos præbent, ut scias, alio loco scribens aiebat: *An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christus: qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis?* (2. Cor. 13. 3.) Et non poterant resistere sapientiæ, hoc est Christo. Quis enim resistet ei, & sustinebit? *Et non poterant resistere sapientiæ & spiritui.* Cuinam spiritui? Paracleto, de quo in præcedentibus dicebat: *Stephanus autem plenus fide & fortitudine:* ac rursus, *Cum autem esset plenus Spiritu sancto, intendens in cælum, vidit gloriam Dei.* (Act. 6. 9. & 7. 55.) *Tunc* itaque *summiserunt viros, qui dicerent se audivisse eum dicentem verba blasphemiæ in Moysen & Deum.* (Act. 6. 11.) Successit invidiæ falsum testimonium: summiserunt viros, pecunia mendacium coëmerunt. Venite, aiebant, ô venerabiles viri, rebus nostris studia E vestra subministrate: cogitatis nostris operam lingua vestra navet: consiliis nostris os vestrum inserviat. Novus enim Galilæi defensor exortus est: propugnator illius surrexit ac vindex. Deum in sepulcro jacentem colit: creatorem sepucro conclusum prædicat: eum qui positus est in monumento, in cælis esse confingit: eum cui milites illuserunt, autumat cum militia cælesti versari: eum qui ne seipsum quidem vindicare potuit, creaturæ judicem fore pollicetur. Hujus corpus Joseph in monu-

[a] Reg. τῶν προφητῶν.

[b] Hic memoria labitur concionator, ut in Monito pluribus dictum est.

[c] Editi ἀργυρίου Reg. ἀργυρίοις & paulopost Reg. τοῖς ἡμετέροις λόγοις δανείσατε τὰ ὦτα, τοῖς ἡμετέροις τά.

mento reposuit: & hic eum a dextris Dei sedere confingit: cujus discipuli tamquam deceptorem ipsum negarunt, & hic ait fore ut omnis ei lingua confiteatur: de cruce descendere minime potuit, & hic ejus secundum adventum a cælis pollicetur: ei malefici convitiabantur, quod neque seipsum neque illos salvare posset, & hic contenta voce Salvatorem hunc mundi esse proclamat. An tale facinus unquam vidistis? an vero omnino tantæ dementiæ ac blasphemiæ verba audistis? vos itaque prætextui operam navate, & celebrem apud eos qui nunc vivunt, gloriam vobis comparabitis. Tum vero posteri calumniatorum, qui Nabuthem quondam oppresserunt, ejusmodi verbis sunt usi: Audivimus eum loquentem verba blasphemiæ in Moysen & Deum. Adversus ipsum, inquiunt, Legislatorem ausus est dicere: denuntiabat ille
Psal. 77. 1. nobis dicens; *Attendite popule meus legem meam:* & hic clamat fore, ut traditiones mutet Jesus, quas tradidit nobis Moyses. In Moysen apud universam gentem venerabilem blasphemavit: in eum qui in auxilium sibi creaturam omnem adscivit, qui a gravi servitute gentem liberavit; qui virga maris undas in murum convertit; qui oratione copias Ægyptiorum in profundum demersit, qui oratione cælestem de nocte columnam accendit, qui cælestem panem nullaque agriculturæ ope confectum comparavit, qui virga fluenta ex sterili saxo hausit. *In Moysen.* Quid autem de hoc, in Moysen, sermonem protraho; *& in Deum:* In ipsum cælum tela jacit; adversus ipsum conditorem linguam extendit: mortuum Deo creatorique
Act. 6. 12. oppositum prædicat, *in Moysen & in Deum. Commoverunt itaque plebem & seniores, & Scribas: & concurrentes rapuerunt eum, & adduxerunt in concilium:* populum in iram concitarunt, & eum rapuerunt: ovem rapuerunt feræ, & adduxerunt in concilium hypocrisis atque invidiæ plenum: a veritate alienum & expers æquitatis: & adduxerunt eum in concilium, de quo Jere-
Jer. 15. 17. mias multo ante clamavit, *Non sedi in concilio*
Act. 6. 13. *ipsorum vanitatis. Et statuerunt falsos testes dicentes, Homo iste non cessat loqui verba blasphemiæ adversus locum sanctum, & legem.* Templum, inquiunt, locum istum non erubuit afficere contumeliis, ubi eloquia divina recitantur: ubi Prophetarum scripta buccinantur: ubi tabulæ ac manna cæleste: ubi arca & virga Aaronis: ubi canities Pontificum & dignitas seniorum, honorque Scribarum: sed ludibrium existimat locum: templum vile esse pronunciat; neque contra locum tantum verba facere, sed & contra legem est ausus. Umbram esse legem fingit: figuram vetus testamentum esse audacter prædicat. Galilæum dicit Moyse esse majorem: Mariæ filium legislatore prædicat potentiorem; non seniorum est reveritus dignitatem: non Scribarum turbas reformidavit, sed blasphemiam in locum legemque jactavit.

3. Ac verborum ejus specimen istud cognoscite, *audivimus enim eum dicentem, quoniam Jesus Nazarenus destruet locum istum, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyses.* Mortuum nobis herum comminatur, defunctum dominum nobis denunciat. Jesus Nazarenus resurget, ac locum istum destruet. Spectris delusus est hic adolescens: celebris templi amœnitatem ignorat: latent eum labores eorum quæ in ipso perfecta sunt. Hanc domum sapientia Salomonis descripsit: cælestem gratiam auxiliatricem habuit sapiens: multas difficultates in hujus operis constructione toleravit: atque octoginta quidem millia lapides in monte cædebant, septuaginta vero millia ligna scindebant, triginta millia lapides adtrahebant, ter mille sexcenti operi præsidebant: liberalem & magnifi-

A σῶμα ἐν μνημείῳ, καὶ οὗτος αὐτὸν ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ φαντάζεται ὑπάρχειν· οἱ μαθηταὶ αὐτὸν ἠρνήσαντο, ὡς ἀπατεῶνα. καὶ οὗτος λέγει, ὅτι πᾶσα γλῶσσα αὐτῷ ἐξομολογήσεται· ἐκ τοῦ σταυροῦ οὐκ ἴσχυσε καταβῆναι, καὶ δευτέραν αὐτοῦ παρουσίαν οὗτος ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐπαγγέλλεται· οἱ κακοῦργοι αὐτὸν ἐβλασφήμουν μὴ δυνάμενον μήτε ἑαυτὸν σῶσαι, μήτε ἐκείνους· καὶ οὗτος ξανότατα κράζει, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ σωτὴρ τοῦ κόσμου. εἴδετέ ποτε τοιοῦτον τόλμημα; ἠκούσατε δὲ ὅλως τοιαύτης ἀπονοίας καὶ βλασφημίας ῥήματα; ὑπουργήσατε τοίνυν τῇ [a] σκήψει, καὶ ἐπίκοινον παρὰ τῶν νῦν κομίσεσθε κλέος. εἶτα οἱ ἀπόγονοι τῶν ἐπὶ Ναβουθὲ συκοφαντῶν τούτοις ἐχρήσαντο λόγοις· ἀκηκόαμεν λαλοῦντος αὐτοῦ ῥήματα βλάσφημα εἰς Μωϋσῆν, καὶ τὸν θεόν. κατ' αὐτοῦ, φησι, τοῦ νομοθέτου ἀπετόλμησε
B λέγειν· αὐτὸς παρήγγελεν ἡμῖν λέγων, προσέχετε λαός μου τὸν νόμον μου· καὶ οὗτος κράζει, ὅτι Ἰησοῦς ἀλλάξει τὰ ἔθη, ἃ παρέδωκεν ἡμῖν Μωϋσῆς. εἰς Μωϋσῆν ἐβλασφήμησε, τὸν σεβάσμιον παρ' ὅλῳ τῷ ἔθνει, τὸν εἰς συμμαχίαν ὅλην λαβόντα τὴν κτίσιν, τὸν δουλείας χαλεπῆς ἐλευθερώσαντα τὸ ἔθνος, τὸν ῥάβδῳ τὰ τῆς θαλάττης τειχίσαντα ὕδατα, τὸν βυθίσαντα προσευχῇ τὰ τῶν Αἰγυπτίων στρατεύματα, τὸν ἐν νυκτὶ προσευχῇ οὐράνιον ἀνάψαντα στῦλον, τὸν μεθοδεύσαντα οὐράνιον ἀγεώργητον ἄρτον, τὸν ἐξαντλήσαντα τῇ ῥάβδῳ τῆς ἀγόνου τὰ ῥεῖθρα. εἰς Μωϋσῆν. καὶ τί τὸ, εἰς Μωϋσῆν, παρατείνω τὸν λόγον; καὶ τὸν θεόν; εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν ἠκόντισε τὰ βέλη· κατ' αὐτοῦ τοῦ δημιουργοῦ ἐξέτεινε τὴν γλῶσσαν· νεκρὸν ἀντίθεον κηρύττει τοῦ κτίστου, εἰς Μωϋσῆν, καὶ εἰς τὸν θεόν. συνεκίνησάν τε τὸν λαὸν, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ τοὺς γραμ-
C ματεῖς· καὶ ἐπιστάντες ἥρπασαν αὐτὸν, καὶ ἤγαγον εἰς τὸ συνέδριον· εἰς ὀργὴν τὸν λαὸν συνεκίνησαν, καὶ ἥρπασαν αὐτόν· ἥρπασαν οἱ θῆρες τὸ πρόβατον, καὶ ἤγαγον εἰς τὸ συνέδριον, τὸ ὑποκρίσεως ἀνάμεστον καὶ φθόνου· εἰς τὸ συνέδριον τὸ ἀλλότριον ἀληθείας, καὶ χηρεῦον δικαίου· καὶ ἤγαγον αὐτὸν εἰς τὸ συνέδριον, περὶ οὗ πόρρωθεν κέκραγεν Ἱερεμίας, οὐκ ἐκάθισα ἐν συνεδρίῳ αὐτῶν [b] ματαιότητος. καὶ ἔστησαν μάρτυρας ψευδεῖς λέγοντας, ὁ ἄνθρωπος οὗτος οὐ παύεται λαλῶν ῥήματα βλάσφημα κατὰ τοῦ τόπου τοῦ ἁγίου, καὶ τοῦ νόμου. τὸ ἱερὸν, φησι, τὸν τόπον τοῦτον οὐκ ἠρυθρίασεν ἐνυβρίσαι, ὅπου τὰ θεῖα ἀναγινώσκονται ῥήματα· ὅπου τῶν προφητῶν σαλπίζονται τὰ συγγράμματα· ἔνθα αἱ πλάκες, καὶ τὸ οὐράνιον μάννα· ὅπου ἡ κιβωτὸς καὶ ἡ τοῦ Ἀαρὼν ῥάβδος· ὅπου ἀρχιερέων πολιὰ, καὶ πρεσβυτέρων
D ἀξίωμα, καὶ γραμματέων τιμή· ἀλλὰ παίγνιον ἡγεῖται τὸν τόπον, εὐτελὲς τὸ ἱερὸν ἀποφαίνεται. καὶ οὐ μόνον κατὰ τοῦ τόπου ἐτόλμησε φθέγξασθαι, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοῦ νόμου. σκιὰν τὸν νόμον εἶναι φαντάζεται· τύπον τὴν παλαιὰν ἀνυποστόλως κηρύττει· μείζονα τὸν Γαλιλαῖον εἶναι λέγει Μωϋσέως· ἰσχυρότερον τὸν ἐκ Μαρίας τοῦ νομοθέτου κηρύττει· οὐκ ἠρυθρίασε τὴν τῶν πρεσβυτέρων τὴν ἀξίαν· οὐκ ἐδειλάνθη τῶν γραμματέων τὰ πλήθη, ἀλλ' ἐβλασφήμησε κατὰ τοῦ τόπου καὶ νόμου.

Καὶ μάθετε αὐτοῦ τῶν λόγων τὴν πεῖραν. ἀκηκόαμεν γὰρ αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος καταλύσει τὸν τόπον τοῦτον, καὶ ἀλλάξει τὰ ἔθη, ἃ παρέδωκεν ἡμῖν Μωϋσῆς. νεκρὸν ἡμῖν ἐπαπειλεῖται δεσπότην, τεθνεῶτα ἡμῖν ἐπαγγέλλεται κύριον. Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος ἀναστήσεται, καὶ
E καταλύσει τὸν τόπον τοῦτον. ἐφαντάσθη, φησὶν, οὗτος ὁ νεανίας· ἠγνόησε τοῦ περιβοήτου ναοῦ τὴν τέρψιν· διέλαθον αὐτὸν τῶν ἐν αὐτῷ τελεσθέντων οἱ πόνοι· ἡ Σολομῶντος σοφία τοῦτον διέγραψε τὸν οἶκον· σύμμαχον ἔσχεν ὁ σοφὸς τὴν ἄνωθεν χάριν· πολλοὺς ἀγῶνας ἐν τῇ κτίσει ὑπέμεινε τοῦ ἔργου· καὶ ὀγδοήκοντα μὲν χιλιάδες ἐλατόμουν ἐν τῷ ὄρει· ἑβδομήκοντα δὲ χιλιάδες ἐξέτεμνον τὸ ξύλον· τριάκοντα χιλιάδες παρεκόμιζον τὸν λίθον· τρισχίλιοι ἑξακόσιοι ἐπεστάτουν τῷ ἔργῳ· φιλότιμον χεῖρα τῷ ἱερῷ ἐπεξέ-

[a] Fronto Ducæus legendum putat σκέψει.

[b] ματαιότητος hæc vox desumitur ex Psal. 25. v. 4. ubi legitur, οὐκ ἐκάθισα μετὰ συνεδρίου ματαιότητος. In Jeremia vero 15. 17. Sic legitur, οὐκ ἐκάθισα ἐν συνεδρίῳ αὐτῶν παιζόντων.

τεινε,

A τεινε, καὶ ἐν τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσι μόλις ἠδυνήθη κατασκευάσαι τὸ ἔργον· καὶ οὗτος λέγει, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος καταλύσει τὸν τόπον τοῦτον· καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἀλλάξει τὰ ἔθη, ἃ παρέδωκεν ἡμῖν Μωϋσῆς. τὸ πανάγιον σάββατον ὑπ᾽ ἐκείνου καταλυθήσεσθαι λέγει· τὴν ἔννομον περιτομὴν ὑπὸ τοῦ Ναζωραίου ἀνατραπήσεσθαι ἀποφήναται· τὰς νεομηνίας ἡμῶν ὡς εὐτελεῖς παραγράφεσθαι λέγει· τὴν σκηνοπηγιῶν τὴν τέρψιν τὸν ἐκ Μαρίας a οὐ διαδέχεσθαι κηρύττει· τὰς θυσίας ἡμῶν ἀπροσδέκτους παρὰ τῷ θεῷ εἶναι φαντάζεται· τοὺς ῥαντισμοὺς καὶ τὰ συνήθη καθάρσια τὸν θανόντα ἀνατρέψαι ἀποφαίνεται. τίς τοιγαροῦν οὐκ οἶδε τοῦ Ναζωραίου τὸ τέλος; πότε δὲ θνητὸς τοὺς ζῶντας ἀμύνασθαι δύναται; Ἡσαΐας ἐπρίσθη, καὶ οὐδαμοῦ ὁ τὰς δίκας εἰσπράττων· Ἱερεμίας ἐπνίγη, καὶ ἐπεξελθεῖν οὐκ ἠδυνήθη· B ὁ Ναβουθὲ λίθοις ἀνῃρέθη, καὶ οὐδαμοῦ ὁ ἔκδικος τούτου· Ζαχαρίας ἐσφάγη, καὶ μένομεν ἕως τοῦ δεῦρο ἀνέγκλητοι· καὶ τοῦ Ναζωραίου θανόντος ὑπέρμαχος ἵσταται οὗτος. ὡς κριτὴν ἡμῖν τὸν νεκρὸν ἐπαπειλεῖται· ὡς δικαστὴν τὸν ἐν τύμβῳ καταγγέλλεται πλανώμενος. εἶτα τούτων οὕτω ψευδῆ κατηγορούντων, ἀτενίσαντες εἰς αὐτὸν πάντες οἱ καθεζόμενοι ἐν τῷ συνεδρίῳ, βλοσυρὸν ὄμμα κατ᾽ αὐτοῦ ἐκπέμψαντες, ὀφρύας ὀργῇ μεμεστωμένας κατ᾽ αὐτοῦ ἀκοντίσαντες, ἐξ αὐτῆς τῆς θέας βουλόμενοι ἐκπλῆξαι τὸν ἀγωνιστὴν, ἐν τῇ ἑαυτῶν κακίᾳ τὸ προφητικὸν πληροῦντες λόγιον· κατανοεῖ ὁ ἁμαρτωλὸς τὸν δίκαιον, καὶ ζητεῖ τοῦ θανατῶσαι αὐτόν· ἀτενίσαντες εἰς αὐτὸν πάντες εἶδον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡσεὶ πρόσωπον ἀγγέλου. ἡ γὰρ περὶ τὸ μαρτύριον χαρὰ προεκπηδῶσα τῆς ὄψεως, ἀγγελικὰς τῷ νεανίᾳ περιήστραπτε χάριτας. καὶ διὰ τί τὸ πρόσωπον ἀγγέλου; ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ, ὃν εἶπεν· ἐν τῇ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίσκονται· ἀλλ᾽ C εἰσὶν ὡς ἄγγελοι οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. οὕτως ἔλαμψαν Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας ἐν τῷ ὄρει, ὅτε συνελάλουν τῷ Ἰησοῦ, ὥστε ἰδόντας τοὺς μαθητὰς πεσεῖν ἐπὶ πρόσωπον· οὕτω μέλλουσιν ἐκλάμπειν πάντες οἱ δίκαιοι ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρός. εἶδον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡσεὶ πρόσωπον ἀγγέλου. εἶπε δὲ ὁ ἀρχιερεὺς, εἰ ἄρα ταῦτα οὕτως ἔχει; ὢ λόγοι ὑποκρίσεως ἀνάμεστοι· ὢ ῥήματα ἐστολισμένα ἐπινοίᾳ καὶ φθόνῳ. εἰ ἄρα ταῦτα b οὕτως ἔχει; ἐτόλμησας, φησὶν, ὦ ἄνερ, τὸν νομοθέτην ἐνυβρίσαι Μωϋσέα; εἰ ἄρα τῷ θεῷ ἀντεστράτευσας ἀντίθεον; εἰ κατὰ τοῦ παναγίου ἀνερυθριάστως ἐλάλησας τόπου; εἰ τὸν ἐκ θεοῦ δοθέντα νόμον ἄκυρον εἶναι ἐφαντάσθης; εἰ τὸν Ναζωραῖον ἐναλλάττειν τὰ Μωϋσέως ἐνόμισας; μεγάλων κακῶν ἑαυτῷ πρόξενος ἐγένου. εἶτα πρὸς ταῦτα ὁ πρωτόμαρτυς· ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες ἀκούσατε. ἐχέτω, φησὶ, πᾶσα τέως ἡλικία τὴν προσήκουσαν ἑκάστῳ τιμήν. D ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες ἀκούσατε. ἀκούσατε, οὐ λέγω, πείσθητε· τὸ γὰρ ἄπιστον τῆς ὑμετέρας ἐπίσταμαι γνώμης· ἀλλ᾽ ἀκούσατε. ὁ θεὸς τῆς δόξης ὤφθη τῷ πατρὶ ἡμῶν Ἀβραὰμ ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ· οὐκ ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ, οὐκ ἐν τῷ περιβοήτῳ ναῷ, ἀλλ᾽ ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, ὅπου κατείδωλος ὑπῆρχεν ὁ χῶρος, ἔνθα ἀθέοις ἡ πατρὶς συνεπνίγετο· ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, ὅπου ξοάνοις ἀνεπέμπετο σέβας, ὅπου ξύλοις καὶ λίθοις τὸ πανάγιον ἐνετίθεσαν ὄνομα, ἐκεῖ αὐτῷ ὤφθη. ᾔδει γὰρ ὅτι ἐν ἀκάνθαις γίνεται ῥόδον, καὶ μέσον ζιζανίων εὐγενὴς ἀνατέλλει σῖτος· ὥσπερ ὁ E πολύαθλος Ἰὼβ ἐν τῇ ἀσώτῳ χώρᾳ τῇ Αὐσίτιδι ὡς ῥόδον ἐν ἀκάνθαις ὤφθη, καὶ ὡς κρίνον ἐν τριβόλοις, καὶ ὡς φωστὴρ ἐν τῷ σκότει τῆς ἀγνοίας ἔλαμπε ταῖς ἀρεταῖς, καὶ ὡς πύργος ἐν καταστροφῇ ἦν πάσαις ταῖς ἄνω δυνάμεσιν εὔδηλος, ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν τὰ κατορθώματα ἐπαύξων, ἀπὸ βάθους εἰς ὕψος τῆς δικαιοσύνης τοὺς καρποὺς ἐκπέμπων· ὅθεν ὀσφρανθεὶς αὐτῶν ὁ θεὸς τὸν καρπὸν, ὡς καὶ τοῦ Νῶε μετὰ

A cam in templum manum extendit, ac vix quadraginta & sex annorum spatio potuit opus perficere; & hic dicit fore ut Jesus Nazarenus locum destruat: neque hoc tantum, sed etiam ut mutet traditiones quas tradidit nobis Moses: fore ait ut sanctissimum ab illo sabbatum destruatur: circumcisionem legis eversum iri a Nazareno pronunciavit: neomenias nostras ut viles rejiciendas affirmat: jucunditatem festi tabernaculorum Mariæ filium non admittere prædicat: minime accepta Deo sacrificia nostra esse confingit: aspersiones & solitas purgationes mortuum evertisse declarat. Quis porro exitum Nazareni non novit? ecquando autem mortuus viventes potest ulcisci? Esaïas sectus est, nec uspiam qui exigeret pœnas, comparuit: Jeremias suffocatus est, & B se non potuit vindicare: lapidibus e medio sublatus est Nabuthes, nec uspiam ultor istius exoritur: Zacharias mactatus est, & ad hunc usque diem impuniti permanemus, & Nazareni defuncti vindex iste consurgit. Mortuum nobis tamquam judicem comminatur: tamquam disceptatorem eum qui sepulcro conditus est, seductor annunciat. Postea vero cum isti sic falsas accusationes proferrent, intuentes eum omnes qui sedebant in concilio, truculentos in eum oculos defigentes, ira repleta supercilia in eum vibrantes, ipso aspectu perterrefacere athletam conantes, in improbitate sua Propheticum oraculum adimplentes: *Considerat peccator justum, & quærit mortificare eum:* intuentes in eum omnes, viderunt faciem ejus tamquam faciem angeli. Gaudium quippe martyrii subeundi ante ex ore prosiliens efficiebat ut angelicæ gratiæ ex *Ps. 36. 32.* C adolescente splendor emicaret. Quare vero faciem angeli? ut adimpleretur sermo Christi quem dixerat: *In resurrectione neque ducunt uxores, neque nubunt, sed sunt sicut angeli in cælis.* Ita refulserunt Moyses & Elias, dum in monte cum Jesu loquerentur, sic ut discipuli cum eos vidissent, in faciem ceciderint: ita futurum est ut justi omnes in regno Patris effulgeant. *Viderunt faciem ejus sicut faciem angeli.* Dixit autem princeps sacerdotum, *Si hæc ita se habent?* O plenum hypocrisis sermonem! o verba fraude invidiaque velata! *Si hæc ita se habent?* Ausus es, inquit, o homo ignominiâ legislatorem Moysen afficere? num alium quemdam Deum Deo tamquam in acie opposuisti? num adversus locum sanctissimum es impudenter loquutus? num ex Deo datam legem irritam esse imaginatus es? num ea quæ Moysis sunt, Nazarenum immuta- *Luc. 20. 35.* *Matth. 17. 6.* *Matth. 13. 43.* D turum censuisti? magnorum tibi malorum auctor es factus. Tum ad hæc Protomartyr: *Viri fratres & patres audite.* Omni ætati interim, inquit, honor cuique conveniens deferatur: *Viri fratres & patres audite.* Audite, non dico, credite: novi siquidem vestræ mentis incredulitatem: sed audite. *Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ cum esset in Mesopotamia*; non in Jerusalem, non in illo celebri templo; sed in Mesopotamia, ubi deditus idololatriæ locus erat, ubi regio impiorum cœtibus opprimebatur: in Mesopotamia, ubi sculptilibus cultus exhibebatur, ubi sanctissimum Dei nomen lignis ac lapidibus indebatur, illic apparuit ei. Sciebat enim inter spinas rosas *Act. 7. 2.* E nasci, & in medio zizaniorum genuinum triticum germinare: quemadmodum ille multarum palmarum victor Jobus in luxuriosa regione Ausitide tamquam rosa inter spinas apparuit, tamquam lilium inter tribulos, tamquam lampas in tenebris ignorantiæ, virtutibus relucebat, & tamquam turris in expugnatione cunctis supernis virtutibus insignis ac notus erat, a terra in cælum præclara facinora adaugens, a profundo in sublime justitiæ fructus emittens: unde fructum eorum Deus odoratus, sicut & illum

a Morel. οὐ διαδέχεσθαι. In Reg. & Savil. οὐ deest.
b Reg. οὕτως ἔχει. μεγάλων φησὶ κακῶν ἄξια τὰ ὑπὸ τούτων λεγόμενα· ἄξια θανάτου τὰ ὑπὸ τούτων νυνὶ κηρυττόμενα. εἰ ἄρα ταῦτα οὕτως ἔχει, ἐτόλμησας.

Gen. 8. 21. Noë post diluvium, *Odoratus enim est Dominus odorem suavitatis*, famulo suo testimonium dicebat: Ecce homo justus, verax, colens Deum, abstinens ab omni malo, qui ante legem ea quæ sunt legis, adimplet: cum enim habeat insitam natura legem, scripta non indiget: nota enim Deo sunt a sæculo omnia opera ejus. Deinde ad
Gen. 12. 1. Abraham dicit: *Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quam monstravero tibi.* Exi de terra tua. Cur, inquit, regio, cui multi sunt dii, gentium detinet patrem? cur idololatriæ dedita patria progenitorem detinet gentis? *Exi de terra tua, & de cognatione tua.* Difficilia sunt, si conditionem humanam spectes, quæ patriarchæ imperantur. Patriam, inquit, derelinque: totum genus dimitte: terræ in qua natus es, renuncia: a patre & matre sejungere. Verum nihil horum patriarcham perturbavit: non secum ipse tamquam mortalis reputavit. Incerta, inquiens, mihi, qui apparuit, promittit: instabilia iste pollicetur. Ergone quæ sunt in manibus derelinquam, & invisibilia consectabor? quæ ante pedes sunt, dimittam, & quæ incerta sunt, appetam? At nihil horum pater gentium cogitabat: sed jussus separationi est assensus: mandata accipiebat, & incerta quærere desiderabat: siquidem fides hanc in ipso cupiditatem accendebat. Nam cum ea quæ promissa erant, perfecte intelligeret, vehementius excessum e patria accelerabat. Exi enim, inquit, de terra tua. Ex femoribus tuis, ex te secundum carnem sum nasciturus. Nihil itaque tibi polliceor: solum enim sufficit, ut
Matth. 1. 1. meus pater appelleris. *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham.* Deinde postquam ea quæ Abrahæ acciderunt, narravit, una scilicet audita Dei voce paruisse illum vocanti: servitutem seminis ejus prædixisse, ac fore ut quadringentis annis in Ægypto servirent, & ex illa necessitate Dei dextera liberarentur: illique circumcisionis testamentum dedisse, subjicit deinde mirabilem Isaac partum, fuisseque ab ipso, prout imperatum erat, octavo die circumcisum. Commemorat præterea Jacob etiam generationem ex Isaac, & duodecim patriarcharum Jacob parentem esse factum. Commemorat & germanorum invidiam adversus Joseph, utque fuerit a fratribus venditus in Ægypto, & invenerit gratiam & sapientiam apud regem Ægypti, ac post servitutem dominus sapiensque sit factus. Commemorat etiam per universum pene orbem terrarum exortam esse famem: Chanaan propter inopiam cibariorum sua carissima pignora tradidisse, cum gloria seipsum Joseph germanis suis manifestasse, patriarcham Jacob in Ægyptum Joseph accersivisse, in septuaginta quinque animabus illuc Jacob descendisse, multiplicatum esse in immensum Israël in Ægypto, & alterum regem surrexisse, qui Joseph non noverat, eumque circumvenientem Israëlis gentem afflixisse, ac masculos infantes expositos Nilo flumini tradidisse. Narrat autem Moysis quoque legislatoris ortum, utque fuerit a parentibus inclusus theca, & projectus, utque sustulerit eum filia regis Pharaonis, utque omni Ægyptiorum sapientia fuerit eruditus, ac potens in verbis & operibus factus sit, utque post annum quadragesimum ad visitandam gentem ascenderit, & ut Israëlitam injuriam patientem viderit, Ægyptiumque sit ultus, utque litigantibus Israëlitis consuaserit amicitiam copulare, utque eum contumelia affecerit gentilis ipsius, quasi cædem patrasset, utque propter hoc verbum in terram Madian fugerit, ibique duûm liberorum pater sit factus, utque angelus ipsi in monte Sina apparuerit, & ignis ac rubi pacificam viderit amicitiam, vocemque divinam de cælo lapsam exaudierit, quodque tremefactus non ausus fuerit considerare miraculum, & jussus fuerit pedum suorum solvere calceamentum, ac

A τὸν κατακλυσμόν· ὠσφράνθη γὰρ κύριος ὀσμὴν εὐωδίας· ἐμαρτύρει τῷ ἰδίῳ θεράποντι· ἰδοὺ ἄνθρωπος δίκαιος, ἀληθινὸς, θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς κακοῦ, πρὸ τοῦ νόμου τὰ τοῦ νόμου πληρῶν. ἔχων γὰρ τὸν ἔμφυτον νόμον, οὐκ ἐδεήθη τοῦ γραπτοῦ· γνωστὰ γὰρ τῷ θεῷ ἀπ' αἰῶνος πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ. εἶτα λέγει πρὸς τὸν Ἀβραὰμ, ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ δεῦρο εἰς γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω. ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου. τί, φησι, πολύθεος χώρα τὸν τῶν ἐθνῶν περιέχει πατέρα; τί κατείδωλος πατρὶς περιέχει τὸν προπάτορα τοῦ ἔθνους; ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου. δυσχερῆ, ὡς ἐν ἀνθρώποις, τὰ προστατιόμενα τῷ πατριάρχῃ. κατάλιπε, φησι, πατρίδα· ἄφες ὅλον τὸ γένος· ἀπόταξαι τῇ γῇ ἐν ᾗ ἐγεννήθης· χωρίσθητι πατρὸς καὶ τεκούσης. ἀλλ' οὐδὲν τούτων τὸν πατριάρχην [a] παρεσά-
B λευσεν· οὐκ ἐλογίσατο καθ' ἑαυτὸν, οἷά γε θνητὸς, ἄδηλά μοι, φησὶν, ὁ ὀφθεὶς ὑπισχνεῖται· ἀβέβαια ἐπαγγέλλεται οὗτος. καταλίπω τοίνυν τὰ ἐν χερσὶ, καὶ τὰ ἀόρατα μεταδιώξω; ἀφιῶ τὰ ἐν ποσὶ, καὶ τὰ ἄδηλα ποθήσω; ἀλλ' οὐδὲν τούτων ὁ πατὴρ τῶν ἐθνῶν ἐλογίσατο· ἀλλὰ προσετάγη, καὶ τῷ χωρισμῷ συνετίθετο· ἐντολὰς ἐλάμβανε, καὶ τὰ ἄδηλα ζητεῖν ἐπεπόθει· πίστις γὰρ αὐτῷ τοῦτον ἀνέκαιε τὸν ἔρωτα. τὰ γὰρ ἐπαγγελλόμενα τελείως κατανοήσας, πλέον πρὸς τὴν ἔξοδον τῆς πατρίδος ἐσπούδαζεν. ἔξελθε γάρ, φησιν, ἐκ τῆς γῆς σου· ἐκ τῶν μηρῶν σου μέλλω ἐκ σοῦ κατὰ σάρκα γεννᾶσθαι. οὐδέν σοι τοιγαροῦν ὑπισχνοῦμαι· ἀρκεῖ σοι γὰρ μόνον, ἵνα πατήρ μου χρηματίσῃς. βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαυὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ. εἶτα τὰ κατὰ τὸν Ἀβραὰμ διηγησάμενος, ὅτι μιᾷ φωνῇ θεοῦ ὑπήκουσε καλοῦντος· ὅτι
C προεῖπε τὴν τοῦ σπέρματος αὐτοῦ δουλείαν· καὶ ὅτι τετρακοσιοστὸν ἐν Αἰγύπτῳ δουλεύσουσιν ἔτος, καὶ ὅτι τῇ δεξιᾷ τοῦ θεοῦ λυτρωθῶσι τῆς ἀνάγκης· καὶ ὅτι ἔδωκεν αὐτῷ περιτομῆς διαθήκην, λέγει λοιπὸν τὸν τοῦ Ἰσαὰκ παράδοξον τόκον, καὶ ὅτι τῇ ὀγδόῃ αὐτὸν περιέτεμε, καθὼς προσετάχθη. ἔτι λέγει καὶ τὴν τοῦ Ἰακὼβ ἐκ τοῦ Ἰσαὰκ γένεσιν, καὶ ὅτι ὁ Ἰακὼβ δώδεκα πατριαρχῶν πατὴρ ἀνεδείχθη. λέγει καὶ τὸν φθόνον πρὸς τὸν Ἰωσὴφ τῶν συγγενῶν, καὶ τὴν πρᾶσιν αὐτοῦ τὴν ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν ἐν Αἰγύπτῳ· καὶ ὅτι εὗρε χάριν καὶ σοφίαν παρὰ τῷ βασιλεῖ τῆς Αἰγύπτου, καὶ ὅτι μετὰ τὴν δουλείαν κύριος καὶ σοφὸς ἀνεδείχθη. λέγει καὶ ὅτι λιμὸς καθ' ὅλου, ὡς εἰπεῖν, ἀνεδείχθη τοῦ κόσμου, καὶ ὅτι Χαναὰν τῇ ἀπορίᾳ τῶν βρω-
D μάτων τὰ οἰκεῖα φίλτατα προεδίδου· καὶ ὅτι ἐν δόξῃ ἐνεφάνισεν ἑαυτὸν Ἰωσὴφ τοῖς ἰδίοις συγγενέσι· καὶ ὅτι μετεκαλέσατο Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ Ἰακὼβ τὸν πατριάρχην· καὶ ὅτι ἐν ἑβδομήκοντα πέντε ψυχαῖς ὁ Ἰακὼβ ἐκεῖσε κατῆλθε· καὶ ὅτι ἐπληθύνθη Ἰσραὴλ εἰς ἄμετρον ἐν Αἰγύπτῳ· καὶ ὅτι ἕτερος ἀνέστη βασιλεὺς, τὸν Ἰωσὴφ ἀγνοήσας· καὶ ὅτι κατασοφισάμενος τὸ τοῦ Ἰσραὴλ ἐκάκωσεν ἔθνος· καὶ ὅτι τὰ ἄρρενα βρέφη ἔκδοτα παρέπεμπε τῷ Νείλῳ ποταμῷ. λέγει δὲ καὶ τὴν γένεσιν Μωϋσέως τοῦ νομοθέτου· καὶ ὅτι παρὰ τῶν γονέων ἐν τῇ θήκῃ ἐρρίφη· καὶ ὅτι ἀνείλετο αὐτὸν ἡ θυγάτηρ Φαραὼ τοῦ βασιλέως· καὶ ὅτι πάσῃ τῇ τῶν Αἰγυπτίων ἐπαιδεύθη σοφίᾳ, καὶ ὅτι δυνατὸς ἐν λόγοις ἐδείχθη καὶ ἔργοις· καὶ
E ὅτι μετὰ τὸ τεσσαρακοστὸν ἔτος ἀνῆλθεν εἰς ἐπίσκεψιν τοῦ ἔθνους, καὶ ὅτι εἶδεν Ἰσραηλίτην ἀδικούμενον, καὶ ἠμύνατο τὸν Αἰγύπτιον· καὶ ὅτι μαχομένοις Ἰσραηλίταις συνεβούλευσε φιλιάσαι· καὶ ὅτι ὑβρίσθη παρὰ ὁμοεθνοῦς, ὡς ἐργασάμενος φόνον· καὶ ὅτι ἔφυγεν εἰς γῆν Μαδιὰν διὰ τοῦτον τὸν λόγον· καὶ ὅτι ἐκεῖ δύο υἱῶν πατὴρ ἀνεδείχθη· ὅτι ἄγγελος αὐτῷ ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ ὤφθη· καὶ ὅτι εἶδε πυρὸς καὶ βάτου ἄμαχον φιλίαν, καὶ ὅτι φωνῆς οὐρανόθεν ἐπήκουσε θείας, καὶ ὅτι σύντρομος ἐγένετο μὴ [b] τολμῶν κατανοῆσαι τὸ θαῦμα, καὶ ὅτι ἐκελεύσθη τῶν οἰκείων ποδῶν λῦσαι τὸ ὑπόδημα, καὶ

[a] Sic Reg. Editi, παρεσάλευσεν.

[b] Reg. μὴ κατανοῶν τολμῆσαι, errore manifesto.

ὅτι τὸν τόπον ἐν ᾧ ἔστη, γῆν ἤκουσεν ἁγίαν, καὶ ὅτι μετὰ σημείων τὸν λαὸν ἐξήγαγεν ἐξ Αἰγύπτου, καὶ ὅτι διὰ τῆς ἐρυθρᾶς, ὡς διὰ τῆς ξηρᾶς, τὸν Ἰσραὴλ ἐστρατήγησε. λέγει δὲ καὶ τὴν ἐν τῷ ὄρει τῶν ἀνόμων εἰδωλολατρείαν· ὅτι οἱ τῆς θαλάσσης ὁδοιπόροι μόσχῳ παρωμοίωσαν τὸ θεῖον· ὅτι τῷ εἰδώλῳ τὰς κατ᾽ Αἰγυπτίων ἀνέθηκαν νίκας. λέγει αὐτοῖς καὶ τὴν ἐν Βαβυλῶνι αἰχμαλωσίαν τοῦ ἔθνους, καὶ τὴν τοῦ Δαυὶδ παρὰ τῷ θεῷ εὐαρέστησιν, ὅτι εὗρε χάριν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, καὶ πατὴρ Χριστοῦ ἐχρηματίσθη. λέγει δὲ καὶ τὸν ὑπὸ Σολομῶντος οἶκον κτισθέντα, καὶ ὅτι ὁ θεὸς ἐν χειροποιήτοις οὐκ αὐλίζεται τόποις. οὕτω τοιγαροῦν διεξελθὼν τὰς τῶν πατέρων ἱστορίας, λαβὼν εἰς συνεργίαν τὸ ἅγιον πνεῦμα, τῆς καθ᾽ αὐτῶν λοιπὸν ἀπάρχεται ὕβρεως· καί φησι, σκληροτράχηλοι, ἀκαμπεῖς καὶ ἀδάμαστοι· ποία γὰρ ὀδύνη τὸν ὑμέτερον ἔκαμψεν αὐχένα; ποία ἀνάγκη τὸν ὑμέτερον ἔκλινε τράχηλον; οὐχὶ τετρακόσια ἔτη Φαραὼ ἐν Αἰγύπτῳ ἐδουλεύσατε; οὐχὶ ὄγδοον ὑμᾶς ἔτος ὁ Συρίας βασιλεὺς Χουσαρσὰθ εἰσεκτήσατο; οὐκ ὀκτωκαιδέκατον ἔτος ὑπὸ τὴν τῶν Μοαβιτῶν γεγόνατε βασιλείαν; οὐ πάλιν εἴκοσιν ὑπὸ τῶν Χαναναίων ἐδουλώθητε χρόνους; οὐχ ἕβδομον ἔτος αὖθις πάλιν Μαδιανίταις ὑπεκύψατε; οὐχὶ πάλιν ὀκτωκαιδέκατον ἔτος ὑπὸ Ἀμμωνιτῶν ἐκυριεύθητε; οὐχὶ τοῖς Φιλιστιεὶμ τεσσαράκοντα ὑπείξατε ἔτεσιν; οὐχὶ ἑβδομήκοντα τοῖς Βαβυλωνίοις ἐδουλεύσατε; οὐχὶ Σαλμανασὰρ ὑμᾶς εἰς τὰ ὄρη μετῴκισε Χαλδαίων, καὶ οὐδαμοῦ ἀνάγκη μεταβάλλουσα τὰς γνώμας ὑμῶν, σκληροτράχηλοι, οὓς ὁ κόφινος οὐκ ἐδάμασεν Αἰγύπτου, οὓς οὐκ ἐμάλαξε τῶν ἀχύρων τὸ ἄχθος, οὓς οὐκ ἔκαμψε τῆς πλινθουργίας ἡ βία. εἶτα τούτων τῶν φωνῶν ἐπακούσαντες, ἐκβαλόντες αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως ἐλιθοβόλουν· ἔνθα τὸν βασιλέα ἐσταύρωσαν, ἐκεῖ καὶ τὸν στρατιώτην βάλλουσι λίθοις. Καὶ ἐκβαλόντες αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως ἐλιθοβόλουν. ἀλλὰ καὶ μετὰ λίθων βολὰς ὁ ἀγωνιστὴς ἀνεδέξατο νίκας, καὶ τοιαύτῃ φωνῇ πρὸς τὸν κτίστην ἐκέχρητο· κύριε Ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου. κύριε Ἰησοῦ, ὁ γνώμῃ πατρὸς ἀναδεξάμενος πάθος, ὁ βουλῇ τοῦ τεκόντος θάνατον ὑπομείνας, δέξαι τὸ πνεῦμά μου· χώρισον λοιπὸν τοῦ σώματος τὴν ψυχήν· τὴν ἀσώματον μετάστησον· δέξαι τὸ πνεῦμά μου ἀρεταῖς κατεστεμμένον παντοίαις· δέξαι τὸ πνεῦμά μου. τὸν γὰρ δρόμον τετέλεκα· τὴν πίστιν τετήρηκα· διὸ αἰτοῦμαι, δέξαι τὸ πνεῦμά μου. ἐν ὅσῳ γὰρ περίκειμαι τὸ φθαρτὸν σῶμα, δειλιῶ· ἐν ὅσῳ φορῶ τὴν γηΐνην σάρκα, φοβοῦμαι μὴ μετὰ πόνους ἀπολέσω τοὺς πόνους· ἰλιγγιῶ μὴ μετὰ πάλην ἀστεφάνωτος μείνω· μὴ μετὰ τοὺς ἀγῶνας ἀπολέσω τὰ βραβεῖα, δέξαι οὖν τὸ πνεῦμά μου· πενθήσῃ λοιπὸν ὁ διάβολος, ὡς ἀπολέσας τὴν νίκην· θρηνήσῃ ὁ ἀρχέκακος, ὡς πρὸς θνητὸν μὴ ἐξισχύσας· ὀδυρέσθωσαν οἱ ἀσώματοι, ὅτι οἱ ἐν σώματι γελῶσι τὰ πάθη. δέξαι τὸ πνεῦμά μου. θεὶς δὲ τὰ γόνατα, ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ, κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι μετὰ σπουδῆς εὔχεται, οὐχ ἁπλῶς εὔχεται, ἑστὼς καὶ κατανευόμενος, ἀλλὰ θεὶς τὰ γόνατα. εἶπε μετὰ κατανύξεως, μετὰ πολλῆς συμπαθείας, κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην· καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐκοιμήθη. ὕπνος γὰρ τοῖς δικαίοις ὁ θάνατος, ἀνάπαυσις τοῖς σοφοῖς ἡ νέκρωσις. διὰ τοῦτο γὰρ ὕπνος ὁ θάνατός ἐστιν, ἵνα ὥσπερ ἐκ κάρου τινὸς ἐν τῇ ἀναστάσει διεγερθέντος, τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἀπολαύσωσιν. ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς μεταλαβεῖν, χάριτι καὶ μεσιτείᾳ τοῦ Χριστοῦ, δι᾽ οὗ δόξα τῷ πατρὶ ἐν πνεύματι ἁγίῳ τῷ παρακλήτῳ, ὡς ἀπ᾽ ἀρχῆς, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A locum in quo erat, terram esse sanctam audiverit, quod cum signis eduxerit populum ex Ægypto, & per mare rubrum quasi per aridam Israëlis copias imperator traduxerit. Commemorat autem & iniquorum idololatriam in monte, cum illi maris viatores numen vitulo assimilarunt, & ab Ægyptiis reportatas victorias idolo acceptas retulerunt. Commemorat ipsis & captivitatem gentis in Babylone, utque acceptus Deo fuerit David, quoniam invenit gratiam ante Deum, & Christi pater est nuncupatus. Commemorat & ædificatam domum a Salomone, Deumque in locis manufactis non diversari. Postquam igitur patrum historias ita percurrit, Spiritu sancto sibi in auxilium ascito, probris eos increpare deinceps aggreditur, aitque, Duri cervice, inflexibiles atque indomiti. Nam quæ tandem ærumna collum vestrum inflexit? quæ calamitas vestram B cervicem inclinavit? nonne Pharaoni quadringentos annos in Ægypto servistis? nonne octo vos annos Chusarsath rex Syriæ sub ditionem suam subjunxit? nonne octodecim annis subditi Moabitarum regno fuistis? nonne rursus annos viginti Chananæorum servitutis jugum tulistis? nonne iterum septem annis Madianitis paruistis? nonne rursus octodecim annis subacti ab Ammonitis fuistis? nonne Philistim annis quadraginta dicto audientes fuistis? nonne septuaginta Babyloniorum servitio mancipati fuistis? nonne Salmanazar ad incolendos montes vos transtulit Chaldæorum? neque vestras unquam mentes ulla calamitas immutavit, duri cervice, quos Ægypti cophinus non edomuit, quos palearum onus non emolliit, quos conficiendorum laterum C violenta necessitas non inflexit. Tum vero auditis vocibus istis ejicientes eum extra civitatem lapidabant: ubi regem crucifixerant, ibi lapidibus militem feriunt. *Et ejicientes eum extra civitatem lapidabant.* At enim post lapidum etiam jactus athleta victoriam exspectabat, & ejusmodi vocibus Creatorem compellabat: *Domine Jesu suscipe spiritum meum:* Domine Jesu, qui de sententia Patris passionem subiisti, qui parentis consilio mortem sustinuisti, suscipe spiritum meum: separa deinceps a corpore animam: incorpoream illam hinc transfer: suscipe spiritum meum omnigenis virtutibus redimitum: suscipe spiritum meum: *cursum etenim consummavi, fidem servavi:* propterea obsecro suscipe spiritum 2.Tim. 4.7.
D meum. Quamdiu enim hoc sum mortali corpore circumseptus, pertimesco: quamdiu terrenam hanc gesto carnem, reformido, ne post labores fructus amittam: vereor admodum, ne post luctam corona privatus remaneam: ne præmia post agones amittam. *Suscipe igitur spiritum meum.* Lugeat deinceps diabolus, ut qui victoriam amiserit: lamentetur auctor malorum, ut qui contra mortalem superior non evaserit: ingemiscant incorporei, quoniam qui in corpore sunt, passiones irrident. *Suscipe spiritum meum. Positis autem genibus clamavit voce magna: Domine, ne statuas illis hoc peccatum.* Atque ut eum intelligas cum affectu precari, non perfunctorie precatur stans & inclinatus, sed positis genibus: dixit cum compunctione ac dolore, cum multa E compassione & affectu, *Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormivit:* somnus enim justis est mors, & requies sapientibus obitus: idcirco namque somnus mors est, ut tamquam ex sopore quodam in resurrectione exspergefacti bonis æternis perfruantur; quorum bonorum utinam participes fiamus nos omnes, gratia & intercessione Christi, per quem gloria Patri in Spiritu sancto paracleto, sicut a principio nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

AD ORATIONEM IN ILLUD:

Sufficit tibi gratia mea, &c.

HANC ut & alias multas Chrysostomo nostro adscriptas orationes, Severiano adjudicat nuperus quidam. Sed, etsi hic quisquis sit scriptor ferream, ut Severianus, eloquentiam præ se ferat; est tamen Severiano longe nugacior, & oratio tam inepta, ut meo judicio indigna sit quæ legatur. Quamobrem non sine fastidio interpretationem novam Latinam paravi, quia illa, quæ Jacobo Beurero auctore circumferebatur, Paraphrasim sapiebat.

2. Cor. 12. 9. In illud: *Sufficit tibi gratia mea: virtus enim mea in infirmitate perficitur.*

A Εἰς τὸ, Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται.

1. CUM Deus hunc mundum tanto tam concinno ordine ab initio creavit, miracula miraculis addidit, non legi naturæ serviens, sed vi potestatis suæ omnia efformans. Verbi gratia: Gen. 1. 1. *In principio fecit Deus cælum & terram.* Vides ordinem & consequentiam? primo tectum, deinde pavimentum. Nam, ut dixi, non legi naturæ, non arti subditus erat; sed ex potestate operabatur. Stabat tectum, & solum non apparebat: nam opificis potestas totum continebat. Hæreticum interroga: Dic, quæso, mihi, quomodo B tectum factum est, & solum non subjectum fuit? Rationem mihi explica, dic modum. Sed siles, & ad fidem te recipis. Qua dignus es venia dum circa mundana & terrena ad fidem te recipis, & divina cælestiaque curiose ac temere scrutaris? Fecit cælum & terram: fecit terram solum, & aquas subdidit. Vidisti fundamentum ædificii; superior terra, inferiores aquæ. Atqui secus architecti faciunt: aquas exhauriunt, & tunc fundamentum jaciunt. Deus vero aquis fundamentum superposuit, ut ne fundamenti vim, sed opificis potestatem mireris. Sed, ut dicebam, diligenter auscultate; nam philosophice loqui aggredior. Cum hunc mundum tam concinno ordine formatum fabricatus est, alia quidem omnia ex una substantia fecit. Quod si obscurus C sermo sit, clariorem illum reddam, si attendatis. Alia quidem omnia ex una substantia fecit, tam quæ sursum, quam quæ deorsum sunt. Nam & ille mundus, & hic mundus est. Sed singula opera ex una substantia erant; verbi causa, superna omnia incorporea, inferna omnia corpora sunt: superna intelligibilia, inferna insensibilia; superna invisibilia, inferna visibilia. Quæ inferna sunt, omnia sunt corpora, cælum, sol, luna, terra, mare, arbores, plantæ, boves, oves, equi: omnia visibilia & sensibilia: omnia tactui & aspectui subjiciuntur. Superna omnia invisibilia sunt & intelligibilia, angeli, archangeli, throni, D dominationes, principatus, potestates, virtutes, cherubim & seraphim. Neque illa visibilia, neque hæc invisibilia sunt: neque illa corpora, neque hæc incorporea; sed & hæc corpora, & illa incorporea sunt, omnia ex una substantia for-

ΟΤΕ τὸν παναρμόνιον τουτονὶ κόσμον ἐξ ἀρχῆς ἔπλαττεν ὁ θεὸς, θαύματα ἐπὶ θαύμασιν εἰργάσατο, οὐ νόμῳ φύσεως δουλεύων, ἀλλ' ἐξουσίᾳ δυνάμεως πάντα [a] τεκταινόμενος. οἷόν τι λέγω· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. εἶδες τάξιν καὶ ἀκολουθίαν; πρότερον τὸν ὄροφον, καὶ τότε τὸ ἔδαφος. ὅπερ γὰρ εἶπον, οὐ νόμῳ φύσεως ἐδούλευεν, οὐδὲ τάξει τέχνης, ἀλλ' ἐξουσίᾳ δυνάμεως. εἱστήκει ἡ στέγη, καὶ τὸ ἔδαφος οὐκ ἐφαίνετο. ἡ γὰρ δύναμις τοῦ ἐργαζομένου πάντα διεκράτει. ἐρώτησον τὸν αἱρετικόν. εἰπέ μοι, πῶς ἡ στέγη ἐγένετο, καὶ τὸ ἔδαφος οὐχ ὑπέκειτο; εἰπέ μοι τὸν λογισμόν· εἰπέ μοι τὸν τρόπον. ἀλλὰ σιγᾷς, καὶ πίστει σεαυτὸν παραχωρεῖς. ποίας ἄξιος εἶ συγγνώμης, τὰ μὲν κοσμικὰ καὶ ἐπίγεια τῇ πίστει σαυτὸν παραχωρῶν, τὰ δὲ θεῖα καὶ ἐπουράνια περιεργαζόμενος καὶ πολυπραγμονῶν; ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· ἐποίησε τὴν γῆν ἔδαφος, καὶ ὕδατα ὑπέθηκεν. εἶδες θεμέλιον τοῦ οἰκοδομήματος, ἄνωθεν γῆ, καὶ κάτωθεν ὕδατα. καίτοιγε οἱ οἰκοδόμοι ἑτέρως ἐργάζονται· ἐξαντλοῦσι τὰ ὕδατα, καὶ τότε τὸν θεμέλιον καταβάλλονται. ὁ δὲ θεὸς ἐπάνω τῶν ὑδάτων ἔθηκε τὸν θεμέλιον, ἵνα μὴ τὴν δύναμιν τοῦ θεμελίου, ἀλλὰ τὴν ἐξουσίαν τοῦ ἐργαζομένου θαυμάσῃς. ἀλλ' ὅπερ ἔλεγον, προσέχετε μετ' ἀκριβείας· φιλοσόφων γὰρ ἅπτομαι λόγων. ὅτε δὴ τὸν παναρμόνιον τουτονὶ κόσμον εἰργάζετο, τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἀπὸ μοναδικῆς ἐποίησεν οὐσίας. κἂν ἀσαφὴς ᾖ ὁ λόγος, ποιήσω αὐτὸν σαφέστερον, ἐὰν προσέχητε. τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἀπὸ μοναδικῆς ἐποίησεν οὐσίας, τὰ ἄνω καὶ τὰ κάτω. καὶ γὰρ κόσμος ἐκεῖνος, καὶ κόσμος οὗτος, δύο οὗτοι κόσμοι. ἀλλ' ἕκαστος τῶν γενομένων, ἀπὸ μοναδικῆς * οὖν οὐσίας· οἷόν τι λέγω· τὰ ἄνω πάντα ἀσώματα, τὰ κάτω πάντα σώματα· τὰ ἄνω νοερὰ, τὰ κάτω αἰσθητά· τὰ ἄνω ἀόρατα, τὰ κάτω ὁρατά. πάντα σώματα τὰ κάτω, καὶ οὐρανὸς, καὶ ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ γῆ καὶ θάλαττα, καὶ δένδρα καὶ φυτὰ, καὶ βόες, καὶ πρόβατα, καὶ ἵπποι· πάντα ὁρώμενα, πάντα αἰσθητὰ, πάντα σώματα, πάντα ἁφῇ ὑποβαλλόμενα, καὶ ὄψει ὁρώμενα. τὰ ἄνω πάντα ἀόρατα, νοερὰ, ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, θρόνοι, κυριότητες, ἀρχαὶ, ἐξουσίαι, δυνάμεις, τὰ Χερουβὶμ, τὰ Σεραφίμ· οὔτε ἐκεῖνα ὁρατὰ, οὔτε ταῦτα ἀόρατα· οὔτε ἐκεῖνα σώματα, οὔτε ταῦτα ἀσώματα, ἀλλὰ καὶ ταῦτα σώματα, καὶ ἐκεῖνα ἀσώματα· πάντα ἐκ μοναδικῆς

a Savil. in marg. τεμνόμενος.

* Legendum videtur ἓν οὐσίας.

γένετο

A ἐγένετο οὐσίας, καὶ τὰ κάτω, καὶ τὰ ἄνω· καὶ τὰ μὲν ἀπὸ σωμάτων, τὰ δὲ ἐξ ἀσωμάτων, τὰ μὲν σώματα, τὰ δὲ ἀσώματα. μόνος ὁ ἄνθρωπος ἐκ διπλῆς ἐγένετο οὐσίας, τῆς μὲν βελτίονος, τῆς δὲ χείρονος, ψυχῆς τε καὶ σώματος. ἡ μὲν γάρ ἐστιν ἀόρατος καὶ νοερὰ, ἡ ψυχή· τὸ δὲ σῶμα αἰσθητὸν καὶ ὁρατόν. τίνος οὖν ἕνεκεν οἱ μὲν δύο κόσμοι οὗτοι ἀπὸ μοναδικῆς ἐγένοντο οὐσίας, καὶ οὔτε ἄνω σώματα, οὔτε κάτω ἀσώματα· ἄνθρωπος δὲ μόνος ἀπὸ ἀσωμάτου καὶ σώματος συνέστηκεν; ἀκούσατε τὴν αἰτίαν, καὶ μάθετε τοῦ ἐργαζομένου τὴν σοφίαν. ἐπειδὴ γὰρ δύο κόσμοι ἦσαν οὗτοι τῇ οὐσίᾳ διεστηκότες, ὁ μὲν ἀσώματος, ὁ δὲ ἐνσώματος· ὁ μὲν ἀόρατος, ὁ δὲ ὁρατός· ὁ μὲν νοερὸς ὁ ἄνω, ὁ δὲ αἰσθητὸς ὁ κάτω· ἵνα μὴ ἡ διαφορὰ τῶν ἔργων διαφόρους δημιουργοὺς εἰσαγάγῃ, καὶ μὴ λέγηται, ὅτι ἄλλος τὰ ἄνω ἐποίησε, καὶ ἄλλος τὰ κάτω, διπλοῦν B ζῶον ἐν τῷ κόσμῳ ἔθηκεν ἀνακηρύττον καὶ τὴν ἄνω καὶ τὴν κάτω τὴν δημιουργίαν. διπλοῦς κόσμος ἄνθρωπος, καὶ τὴν ἄνω τὸ συγγενὲς ἔχων τὴν ψυχὴν, καὶ τὴν κάτω τὸ σῶμα. σύνδεσμός τις καὶ γέφυρα, ἕνα δημιουργὸν ἔχων, τὸν τὰ ἄνω καὶ τὰ κάτω ἐργασάμενον· καὶ καθάπερ παρθένος, ἐμπέπλεκται ἡ ψυχὴ ἐν μέσῳ τῷ σώματι. ἐπεὶ οὖν διπλῆ γέγονεν ἡ οὐσία, διπλῆ αὐτῆς καὶ ἡ χρεία. πρόσεχε μετ' ἀκριβείας τῷ λόγῳ, διπλῆ αὐτῆς καὶ ἡ χρεία. ἔστι σῶμα, καὶ ἔστι ψυχή. ὥρισε τῷ σώματι τροφὴν, καὶ τῇ ψυχῇ λόγον· τρέφεται τὸ σῶμα ἄρτῳ, τρέφεται καὶ ἡ ψυχὴ τῷ λόγῳ· ἔχει ἔνδυμα τὸ σῶμα, ἱμάτια· ἔχει ἔνδυμα καὶ ἡ ψυχὴ, τὴν ἀρετήν. παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη, πεποικιλμένη· οὐ περὶ αἰσθητῶν ἱματίων λέγουσα ἡ γραφὴ, ἀλλὰ περὶ τῶν τῆς ἀρετῆς. πᾶσα γὰρ ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔσω- C θεν ἐν κροσσωτοῖς χρυσοῖς. τί οὖν; διπλοῦς ὁ ἄνθρωπος, καὶ διπλῆ ἡ οὐσία· καὶ δεῖται ἡ ψυχὴ λόγου διδάσκοντος, νουθετοῦντος, [a] ἀπωθουμένου τὰ πάθη, διορθοῦντος τὰ τραύματα. μὴ τοίνυν τὴν αἰσθητὴν μόνον προσέχωμεν τράπεζαν, ἀλλὰ καὶ τὴν νοερὰν ὑμῖν παραθῶμεν, ἀπὸ τῶν Παύλου ῥημάτων τὴν ἑστίασιν ὑμῖν ἐργαζόμενοι, καὶ τὸν σκηνοποιὸν εἰς μέσον ἄγοντες, τὸν ἰδιώτην, τὸν ἀμαθῆ, τὸν τῆς οἰκουμένης διδάσκαλον, τὸν τοῖς δαίμοσι φοβερὸν, τὸν νοσήματα ἐλαύνοντα, τὸν ἄνω καὶ κάτω περιτρέχοντα, τὸν εἰς παράδεισον ἐλθόντα, τὸν εἰς τρίτον ἀνελθόντα οὐρανὸν, τὸν ἐν τῇ τέχνῃ τοσαύτην ἔχοντα τὴν χάριν, τὸν οὐ παρὰ τῆς τέχνης διακωλυόμενον, ἀλλ' ἐπιτήδευμα μεταχειρίζοντα, καὶ λάμποντα τοῖς κατορθώμασιν. ἄγωμεν αὐτὸν εἰς τὸ μέσον· οὐ γὰρ λαμβάνω αὐτοῦ κόρον τῶν ἐγκω- D μίων· ἐραστὴς αὐτοῦ εἰμι τοῦ κάλλους. οὐ γάρ ἐστι σωματικὸν, ἵνα σήπηται, ἀλλὰ πνευματικὸν μηδέποτε μαραινόμενον. τὸ σῶμα διελύθη, καὶ ἡ μορφὴ λάμπει ὑπὲρ τὸν ἥλιον. ὁ ἥλιος ἄνω τρέχει, Παῦλος κάτω ἀντιτρέχει· ὁ μὲν αἰσθητὸν φαίνων φῶς, ὁ δὲ νοερὸν εἰς τὰς ψυχὰς εἰσάγων· ὁ μὲν ἐν νυκτὶ παραχωρῶν, ὁ δὲ καὶ ἐν νυκτὶ λάμπων. ἔλαβε βασιλέας, καὶ εὐσεβείας ἐνέπλησεν· ἔλαβε γυναῖκας, καὶ ἀνδρῶν ἀνδρειοτέρας κατέστησεν· ἔλαβε νέους, καὶ γεγηρακότων συνετωτέρους κατεσκεύασεν· ἑκατέραν φύσιν, πᾶσαν ἡλικίαν κατώρθωσεν ὁ σμίλην ἔχων, ὁ δέρματα ῥάπτων· οὐ γὰρ παύσομαι συνεχῶς αὐτοῦ λέγων τὴν τέχνην. νύμφη παρεσκευασμένη, βασιλέων σεμνότερος, πλουσίων εὐπορώτερος, στρατιωτῶν δυνατώτερος, τειχῶν ἀσφαλέστερος· λύ- E ρα ἡ γλῶσσα, μέλιτος γλυκύτερος, θαλάσσης βαθύτερος, οὐρανοῦ ὑψηλότερος, πυρὸς θερμότερος, σιδήρου τομώτερος· θεοῦ τὴν χάριν ἔχων, ναὸς τοῦ θεοῦ, στόμα τοῦ Χριστοῦ, λύρα τοῦ πνεύματος, τῶν κατηχουμένων κήρυξ, τῶν πιστῶν παιδοτρίβης, πανταχοῦ περιερχόμενος, τεῖχος μηδέποτε καταπίπτον. ἐπιστολαὶ τὴν οἰκουμένην νικῶσαι καὶ τὴν κιβωτόν.

Καθάπερ γὰρ Νῶε σανίδας ῥάψας κιβωτὸν εἰργάσατο, οὕτω καὶ Παῦλος ἐπιστολὰς γράψας κατεσκεύα-

a Al. ἀποθεμένου.

mata, & quæ deorsum, & quæ sursum sunt; alia quidem ex corporibus, alia ex incorporeis; alia corpora, alia incorporea. Solus homo ex duplici substantia factus est; alia præstantiore, alia deteriore, ex anima & corpore: illa enim, anima scilicet, est invisibilis & spiritualis: corpus vero sensibile & visibile est. Cur ergo hi duo mundi ex una substantia sunt facti, neque sursum corpora, neque deorsum incorporea sunt; solus autem homo ex incorporeo & ex corpore constat? Audite causam, & discite opificis sapientiam. Quia enim duo mundi erant substantia distincti; alius incorporeus, alius corporeus, alius visibilis, alius invisibilis; alius spiritualis, nempe superior, alius sensibilis, inferior: ne diversitas operum diversos induceret opifices, & ne diceretur, alium superna, alium inferna fecisse, animal duplex in mundo posuit, quod & superiorum & inferiorum creationem prædicaret. Duplex mundus est homo, qui superioribus affinem habet animam, & inferioribus corpus. Ligamen quodpiam & pons est, qui unum habet creatorem, superiorum & inferiorum opificem: ac quemadmodum virgo, in medio corpore anima implexa est. Quia ergo duplex est substantia, duplex ejus est usus. Attende diligenter huic sermoni, duplex ejus est usus. Est anima, est & corpus: corpori cibum, animæ doctrinam præscripsit: alitur corpus pane, anima doctrinâ: corpus vestibus induitur, anima virtute: *Adstitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.* Ps. 44. 10. Non de sensilibus vestibus loquitur Scriptura, sed de virtute. *Omnis enim gloria filiæ regis ab intus, in fimbriis aureis.* Ibid. 15. Quid ergo? Duplex est homo, duplex substantia; & opus habet anima ratione docente, intelligente, affectus depellente, vulnera curante. Ne itaque mensæ tantum sensibili attendamus; sed & spiritualem vobis apponamus, ex Pauli verbis vobis convivium parantes, ac tentoriorum opificem in medium adducentes, idiotam, indoctum, orbis doctorem, dæmonibus terribilem, morbos curantem, sursum deorsum currentem, qui in paradisum venit, qui in tertium cælum ascendit, qui in arte sua tantam habuit gratiam, qui ab arte sua non impediebatur, sed dum eam tractaret, operibus fulgebat. Illum in medium agamus. Neque enim laudibus ejus possum satiari, ejus pulcritudinem amo. Neque enim illa corporea est, ut putrescat; sed spiritualis, quæ nunquam marcescit. Corpus solutum est, & forma plus quam sol splendet. Sol sursum currit, Paulus in terra currit: ille sensilem lucem emittit, hic spiritualem in animas inducit: ille noctu occidit, hic noctu lucet. Hic reges cepit, & pietate replevit: cepit mulieres, & viris fortiores reddidit: cepit juvenes, & senibus prudentiores effecit: utrumque sexum, quamlibet ætatem instituit, qui cultrum sutorium habebat, qui pelles consuebat; neque enim finem faciam artem ejus memorandi. Nympha illa ornata, regibus honoratior, divitibus ditior, militibus fortior, muris tutior: lyra est lingua, melle dulcior, mari altior, cælo sublimior, igne ferventior, ferro acutior: ille Dei gratia præditus, templum Dei, os Christi, lyra Spiritûs, catechumenorum præco, fidelium magister, undique circumcursans, murus qui nunquam delabitur. Epistolæ ejus & orbem vincunt & arcam.

2. Quemadmodum enim Noë, junctis asseribus arcam fecit; sic & Paulus scriptis epistolis

arcam spiritualem struxit, illa meliorem. Illa namque bruta animalia recepit, & bruta servavit; hæc bruta recipit, & immutat. Verbi gratia, ingressus est in arcam illam lupus, & egressus est lupus: ingressus est in Pauli epistolas lupus, & egressus est ovis: ingressus est magus, & emendatus est: ingressus est consul, & melior est effectus. Illa quidem arca Noë servavit solum cum duobus aut tribus hominibus; hæc autem arca orbem quasi sagena cepit: hæc quotidie ubique navigat, & tabulæ ejus non dissolvuntur; neque enim pice, sed Spiritu unctæ sunt. Exiit ex illa Noë, & ipsa navigat; mortuus est Paulus, & arca vivit. Quotidie hæc sagena capit, nec demergitur: habet enim gratiam gubernatoris orbis se sustinentem. Quia ergo tales sunt epistolæ, tales tabulæ, tanta salus; age hic linguam expediamus, unum vobis dictum explicantes, totam Homiliam ea in re insumamus. Talis enim est Scripturarum ubertas. Cum enim sedens audivi
2. Cor. 12. 4. ipsum dicentem, se raptum esse usque ad tertium cælum, & audivisse arcana verba, quæ non licet homini loqui; ubi deinde pergit ille dicens, *Ne*
Ibid. v. 7. *magnitudo revelationum extollat me, datus est stimulus carni meæ, angelus satanæ, qui me colaphizet:* metui ne quis simplicium auditorum hæc non intelligens offenderetur, & necesse duxi hoc dictum in medium proferre & tractare. Nam sic ignaro clarum erit, gnaro lucidius & facilius; gnarus in memoriam revocabit, ignarus docebitur. Nam multos ignaros audivi dicentes, Paulum traditum fuisse satanæ. Quid dicis, quæso te? Paulus traditus est, inquit, satanæ, ut caput ejus percuteret: dolorem capitis immisit ipsi diabolus. Quid hoc est? An doctorem orbis, paradisi civem, Christi templum, ut dixi, lyram Spiritûs, vas electionis, eum qui orbem percurrerat, qui spinas peccatorum evulserat, qui semina pietatis injecerat, qui in terra currebat, qui in mari certabat, qui nocte & die in profundo maris fuerat, qui in carceribus coronabatur, qui in judicio tropæum erexerat, qui totum orbem percurrerat, insomnem illum, cujus vestes morbos fugabant, cujus vita mortem profligavit, hunccine diabolus subditum habuit? Atqui contra ipsum fecisse audio. Fornicatus erat quispiam apud Corinthios, id Paulo nunciatum
1. Cor. 5. 2. est: quid dicit? *Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, jam judicavi ut præsens eum, qui sic operatus est, in nomine Domini congregatis vobis omnibus & meo spiritu, cum virtute Domini nostri Jesu Christi, tradere hujusmodi satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini Jesu.* Cogita Pauli potestatem: fornicantem tradidit satanæ, ut illum satanas percuteret, ut hæc castigatio peccatum ejus expiaret. Nam quod ita factum sit, in epistola secunda
2. Cor. 2. 8. dicit: *Confirmate in illum caritatem, ut non circumveniamur a satana.* Tu ne diabolo tradidisti, & dicis, *ut non circumveniamur a satana?* Modum, inquit, non novit satanas. Tradidi cum oportuit, cum par est resumo: tradidi ipsum satanæ ut carnifici, ut saltem homo noster abstergeretur: recipiamus eum. Nam si amplius ipsum dimittamus, circumvenimur a satana. Nullum enim modum novit satanas. Tradidi, ut seipsum emendaret. Si dimittamus, occidet eum ut Judam. Ideo dicit: *Confirmate in illum caritatem, ut non circumveniamur a satana.* Quam pulcra dixit! Non ultra satanæ est, non enim in fornicatione, sed in pœnitentia degit. Ne igitur ille quod meum est auferat. Cum illius esset ipsi tradidi, ut quod illius erat, meum tandem fie-

A σε κιβωτὸν νοεράν· αὕτη ἐκείνης βελτίων. ἡ μὲν γὰρ ἐλάμβανε τὰ ἄλογα, καὶ ἐτήρει τὰ ἄλογα· αὕτη δὲ λαμβάνει τὰ ἄλογα, καὶ μεταβάλλει. οἷόν τι λέγω· εἰσῆλθεν εἰς τὴν κιβωτὸν λύκος, καὶ ἐξῆλθε λύκος· εἰσῆλθεν εἰς τὰς Παύλου ἐπιστολὰς λύκος, καὶ ἐξῆλθε πρόβατον· εἰσῆλθε μάγος, καὶ διωρθώθη· εἰσῆλθεν ὕπατος, καὶ βελτίων ἐγένετο. καὶ ἐκείνη μὲν ἡ κιβωτὸς τοῦ Νῶε διέσωσε μόνον μετὰ δύο ἢ τριῶν ὀνομάτων· αὕτη δὲ ἡ κιβωτὸς τὴν οἰκουμένην ἐσαγήνευσε· πανταχοῦ πλέει καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ αἱ σανίδες οὐ διαλύονται· οὐ γὰρ πίσσῃ, ἀλλὰ πνεύματί εἰσι κεχρισμέναι. ἀπῆλθεν ὁ Νῶε ἐξ αὐτῆς, καὶ αὐτὴ πλέει· ἀπέθανε Παῦλος, καὶ ἡ κιβωτὸς ζῇ. καθ' ἑκάστην ἡμέραν σαγηνεύει, καὶ οὐ καταποντίζεται· ἔχει γὰρ τὴν τοῦ κυβερνήτου τῆς οἰκουμένης χάριν αὐτὴν κατέχουσαν. ἐπεὶ οὖν τοιαῦται αἱ ἐπιστολαί, τοιαῦ-
B ται αἱ σανίδες, τοιαύτη ἡ σωτηρία, φέρε δὲ τὴν γλῶτταν ἐνταῦθα ἀφήσωμεν, μίαν λέξιν ὑμῖν ἑρμηνεύοντες, καὶ πᾶσαν τὴν ὁμιλίαν εἰς ταύτην ἀναλίσκοντες. τοιαύτη γὰρ ἡ τῶν γραφῶν περιουσία. καθήμενος γὰρ καὶ ἀκούων αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι ἡρπάγη εἰς τρίτον οὐρανόν, καὶ ἤκουσεν ἄρρητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ εἰπεῖν· εἶτα περιιόντος καὶ λέγοντος, ἐν τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκί, ἄγγελος Σατᾶν, ἵνα με κολαφίζῃ· * ἐφοβήθην μή τις τῶν ἀκουόντων ἀγνοῶν τὸ νόημα, ἁπλουστέρως σκανδαλισθῇ, ἀνάγκην ἐποιησάμην ταύτην εἰς μέσον τὴν ῥῆσιν ἀγαγεῖν, καὶ διαψηλαφῆσαι οὕτως. εἴτε γὰρ ἠγνόει τις, σαφὲς ἔσται· εἴ τε μή, γνωριμώτερον καὶ εὔληπτον ἔσται· ὁ μὲν γὰρ εἰδὼς ἀναμνησθήσεται, ὁ δὲ μὴ εἰδώς, μαθήσεται. καὶ γὰρ πολλῶν ἤκουσα τὸ νόημα ἀγνοούντων
C καὶ λεγόντων, ὅτι παρεδόθη τῷ Σατανᾷ ὁ Παῦλος. τί λέγεις, εἰπέ μοι; παρεδόθη, φησί, τῷ Σατανᾷ, ἵνα τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ πλήξῃ· καὶ κεφαλαλγίαν αὐτῷ ἐνέβαλεν ὁ διάβολος. τοῦτο ὅλον; τὸν διδάσκαλον τῆς οἰκουμένης, παραδείσου πολίτην, τὸν ναὸν τοῦ Χριστοῦ, ὅπερ ἔφην, τὴν λύραν τοῦ πνεύματος, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, τὸν τὴν οἰκουμένην διαδραμόντα, τὸν τὰς ἀκάνθας τῶν ἁμαρτημάτων ἀνασπάσαντα, τὸν τὰ σπέρματα τῆς εὐσεβείας ἐμβαλόντα, τὸν ἐν γῇ τρέχοντα, τὸν ἐν θαλάσσῃ ἀγωνιζόμενον, τὸν νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποιηκότα, τὸν ἐν δεσμωτηρίοις στεφανούμενον, τὸν ἐν δικαστηρίῳ τρόπαιον στήσαντα, τὸν πᾶσαν ἐπιδραμόντα τὴν οἰκουμένην, τὸν ἄϋπνον ἐκεῖνον, οὗ τὰ ἱμάτια νόσους ἐφυγάδευσεν, οὗ ἡ ζωὴ θάνατον δραπετεύειν παρεσκεύασε, τοῦτον ὑποχείριον ὁ διάβολος εἶχε; καὶ μὴν τὸ ἐναντίον ἀκούω ποιοῦντα. ἐπόρνευσέ τις παρὰ Κορινθίοις· ἤκουσεν ὁ Παῦλος, καὶ τί φησι; καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστέ,
D καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ἵνα ἐξαρθῇ ἐκ τοῦ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας. ἐγὼ μὲν γὰρ ὡς ἀπὼν τῷ σώματι, παρὼν δὲ τῷ πνεύματι, ἤδη κέκρικα ὡς παρὼν τὸν οὕτω τοῦτο κατεργασάμενον, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου συναχθέντων ὑμῶν ἁπάντων, καὶ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος, σὺν τῇ δυνάμει τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ. ἐννόησον ἐξουσίαν Παύλου· τὸν πεπορνευκότα παρέδωκε τῷ Σατανᾷ, ἵνα πλήξῃ αὐτὸν ὁ Σατανᾶς, ἵνα ἡ κόλασις αὐτῷ αὕτη καθάρσιον γένηται τοῦ ἁμαρτήματος. ὅτι γὰρ τοῦτο ἐγένετο, ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐπιστολῇ λέγει· κυρώσατε εἰς αὐτὸν ἀγάπην, ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ. σὺ παρέδωκας τῷ Σατανᾷ, καὶ σὺ λέγεις, ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ; οὐ γὰρ οἶδε, φησί, μέτρον ὁ Σατανᾶς.
E παρέδωκα ὅτε ἔδει, ἀπολαμβάνω ὅτε χρή. παρέδωκα ὡς δημίῳ τῷ Σατανᾷ, ἵνα μόνον ἀποσμηχθῇ ὁ ἡμέτερος ἄνθρωπος· λάβωμεν αὐτόν. ἐὰν γὰρ ἐπὶ πλεῖον ἀφῶμεν αὐτόν, πλεονεκτούμεθα ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ. οὐ γὰρ οἶδε μέτρον ὁ Σατανᾶς. παρέδωκα, ἵνα διορθώσηται ἑαυτόν. ἐὰν δὲ ἀφῶμεν αὐτόν, ἀποκτενεῖ αὐτὸν ὡς τὸν Ἰούδαν. διὰ τοῦτο λέγει· κυρώσατε εἰς αὐτὸν ἀγάπην, ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ. τί κάλλιστα εἶπεν; οὐκέτι τοῦ Σατανᾶ ἐστιν· οὐ γὰρ ἐν πορνείᾳ ἐστίν, ἀλλ' ἐν μετανοίᾳ· μὴ οὖν τὸ ἐμὸν λάβῃ ἐκεῖνος. ὅτε ἦν ἐκείνου, ἔδωκα αὐτῷ, ἵνα ἐμὸν γένηται τὸ ἐκεῖ-

* Savil. & Fronto Ducæus suspicantur legendum φοβηθείς,

νου. ὢ σοφία Παύλου. διὰ τοῦ λύκου τὸ πρόβατον ἔσωσε· διὰ τοῦ πειρατοῦ τὸν ναύτην ναυαγήσαντα ἀνεκτήσατο· διὰ τοῦ πολεμίου τὸν στρατιώτην εἰς τάξιν ἐπανήγαγεν. ἀντὶ φαρμάκου πικροῦ κέχρημαι τῇ τοῦ διαβόλου πληγῇ. εἰ μόνον παιδεύσῃ, ἀφίσταμαι αὐτοῦ. κολαζέτω ἐκεῖνος, ἵνα αἴσθηται τί εἰργάσατο ὁ πεπορνευκώς. ὅταν ἀποσμήξῃ τὸ ἁμάρτημα, ὅταν ἀποσμήξῃ τὴν σηπεδόνα, καὶ ἐκκαθάρῃ τὸ τραῦμα, τότε ἰσχυρὰ δείκνυται ἡ ψυχή. οὐκ ἀφίημι τὸ χρυσίον ἐν τῷ πυρὶ, ἵνα μὴ φρυγῇ, ἀνιμῶμαι αὐτό. τοῦτο γάρ ἐστι τοῦ σοφοῦ εἰδέναι τὸ μέτρον, πόσον δοῦναι τῷ πυρὶ, καὶ πόσον λαμβάνειν. ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ. οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν. ὁ τοίνυν τὰ νοήματα αὐτοῦ ἐπιστάμενος, ὁ τοσαύτην ἔχων ἐξουσίαν, ὡς καὶ ὅρους αὐτῷ τιθέναι καὶ χρόνου καὶ μέτρου. χρόνου μὲν, ἁρπάζων παρ' αὐτοῦ αὐτόν· μέτρου δὲ, παραδιδοὺς τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός. ἐπειδὴ γὰρ ἀκόρεστον τὸ θηρίον, καὶ οὐδέποτε λαμβάνει πλησμονὴν ἀπὸ τῶν ἡμετέρων σαρκῶν, ἵνα μὴ καθάπαξ ἀποκτείνῃ αὐτὸν, διὰ τοῦτο λέγει, εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα μὴ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ἅψηται· ὅπερ ὁ θεὸς λέγει τῷ Ἰὼβ, ἄπελθε, πλῆξον αὐτοῦ τὴν σάρκα, τῆς δὲ ψυχῆς αὐτοῦ μὴ ἅψῃ, καὶ ὅρους τίθησι τῷ διαβόλῳ ὁ θεός. οὕτω καὶ ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ, τῇ δυνάμει τοῦ θεοῦ τὸν δεσπότην μιμούμενος, ἀπόφασιν αὐτῷ δίδωσιν, ἣν ὑπερβῆναι ὁ διάβολος οὐκ ἐτόλμησεν. εἰ γὰρ ὑπερέβη, πρὸς Παῦλον ἴσχυσεν. ἐπεὶ καὶ τότε, ὅτε ἦν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, τοιοῦτόν τι ἐργάσασθαι ἐβουλήθη ὁ διάβολος· ἐπειδὴ γὰρ τὸ δεσμωτήριον ἐσαλεύθη, ἐπειδὴ τὰ δεσμὰ ἐλύθη, ἐπειδὴ ὁ δεσμοφύλαξ ἔξυπνος ἐγένετο, ἔλαβε μάχαιραν, ἵνα ἀνέλῃ ἑαυτὸν, τοῦ διαβόλου κατεπείγοντος ἀναιρεθῆναι αὐτόν. ἐπειδὴ γὰρ ἔνδον ἦν ὁ ποιμὴν, ἵνα μὴ τὸ πρόβατον σωθῇ, ἦλθεν ὁ λύκος αἰχμάλωτον ποιῆσαι τὸ πρόβατον. ἀλλ' ὁ ποιμὴν, καίτοι δεδεμένος, κατέσχε, λέγων· μηδὲν ποιήσῃς σαυτῷ κακόν. ὢ φιλανθρωπία ποιμένος· δέδεται, καὶ τὸν δήσαντα ἐλεεῖ· ἀφῆκε τὰ ἑαυτοῦ, καὶ τὰ ἐκείνου μεριμνᾷ. μηδὲν ποιήσῃς σεαυτῷ κακόν. ὁρᾷς τὰς θύρας ἀνεῳγμένας, ἀλλ' ἐγὼ εὐγνώμων οἰκέτης· ἀνεῳγμέναι αἱ θύραι, ἀλλὰ μένω ἔνδον· ἕως ἄν σε διασώσω, οὐκ ἐξέρχομαι. διὰ τοῦτο εἰσῆλθον, ἵνα λύσας σε τῶν σειρῶν, ἀπαλλάξω σε ἁμαρτημάτων. σὺ ἔδησας, ἐγὼ λύω, μηδὲν ποιήσῃς σαυτῷ κακόν· πάντες γάρ ἐσμεν ἐνθάδε. τί οὖν; ὁ λύκος εἱστήκει βουλόμενος ἀποκτεῖναι, τὸ ξίφος ὠθῶν κατὰ τοῦ δεσμοφύλακος· ὁ ποιμὴν ἐβόησεν· ἤκουσεν ὁ λύκος, ἀφῆκε τὸ πρόβατον. ἔλαβεν ὁ ποιμὴν αἰχμάλωτον μέλλον γενέσθαι. καὶ τί ποιήσω, φησὶν, ἵνα σωθῶ; βαπτίσθητι εἰς τὸ ὄνομα Χριστοῦ. βαβαὶ, πῶς εὔκολος ἡ σωτηρία, ἄφατος ἡ φιλανθρωπία; τὸν δεσμοφύλακα ἔσωσεν ὁ δεσμώτης, τὸ δεσμωτήριον ἐκκλησίαν εἰργάσατο. πότε, φησὶ, βαπτισθῶ ἵνα σωθῶ; ἡ φυλακὴ οὐ κωλύει, ὁ τόπος οὐκ ἐμποδίζει· χάρις ἐστὶν ἡ οὐ τόπου δεομένη, οὐ καιροῦ χρήζουσα. γενέσθω καὶ τὸ δεσμωτήριον ἐκκλησία.

Ὢ πῶς οὐδὲ οὗτος οὐδαμοῦ τῆς τέχνης τῆς ἑαυτοῦ ἐπελάθετο; ἀλλὰ πανταχοῦ ἥλιευε, καὶ ἐν δικαστηρίῳ, καὶ ἐν θαλάσσῃ, καὶ ἐν νήσῳ, καὶ ἐν γῇ, καὶ ἐν ἐρήμῳ, καὶ ἐν οἰκουμένῃ. ὁ μὲν γὰρ ἁλιεὺς, ἐὰν μὴ ἴδῃ θάλατταν, οὐχ ἁπλοῖ τὰ δίκτυα. ἐπειδὴ δὲ οὗτος οὐκ αἰσθητὸς, ἀλλὰ νοερὸς, καὶ ἐν πλοίῳ ἥλιευε, καὶ ἐν ὄρει, καὶ ἐν πηγαῖς, καὶ ἐν ὁδοῖς, καὶ ἐν λειμῶσι, καὶ ἐν ποταμοῖς, καὶ οὐδεὶς τόπος κώλυμα ἐγένετο τῇ τέχνῃ. ἀλλ', ὅπερ ἔλεγον· κἂν γὰρ πολλὰς ποιήσωμαι τὰς διεξόδους, τοῦ ζητήματος οὐκ ἀποστήσομαι· τί οὖν ἐστιν; ὁ τοίνυν τοσαύτην ἔχων ἐξουσίαν, ὡς ἐπιτάττειν τῷ διαβόλῳ, καὶ ὅρους αὐτῷ τιθέναι, καὶ μέτρον τοῦ σκάμματος· οὗτος τῷ διαβόλῳ παραδίδοται; οὐκ ἤκουσας τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· ὅτι πατεῖτε ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ; τί οὖν ἐστι τὸ εἰρημένον, ἐδόθη σκόλοψ τῇ σαρκί μου ἄγγελος Σατᾶν, ἵνα με κολαφίζῃ; ὅλη ἡ ἄγνοια ὡς ἐπὶ πολὺ ἐντεῦθεν γίνεται τοῖς πολλοῖς ἐκ τοῦ μὴ εἰδέναι τὰ ἰδιώματα τῶν λέξεων, μηδὲ τὰς ἑρμηνείας αὐτῶν. τὸ, κολαφίζειν, τινὲς ἐπὶ κεφαλῆς ἔλαβον μόνον. κολαφισμὸς δὲ λέγεται κάκωσις, ταπείνωσις. ἐκολάφισεν αὐτὸν

ret. O Pauli sapientiam! Per lupum ovem servavit: per piratam naufragum, nautam reduxit: per inimicum, militem in ordinem restituit: pro acerbo pharmaco, diaboli plaga utor. Si modo erudiat, ab illo decedam. Castiget ille, ut fornicator quid fecerit sentiat: cum peccatum & putredinem absterserit, cum vulnus curaverit, tum anima fortis apparebit. Non relinquo aurum in igne, ne labefactetur, ipsum extraho. Sapientis enim est nosse modum, quamdiu igni tradendum sit, & quando extrahendum. *Ut non circumveniamur a Satana.* 2. Cor. 2. 11. Non enim cogitata illius ignoramus. Qui ergo cogitata illius novit, tantam habet potestatem, ut illi & temporis & modi fines præscribat; temporis, cum rapit ab illo; modi, cum tradit eum Satanæ in interitum carnis. Quia enim insatiabilis est bellua, quæ carnibus nostris nunquam potest expleri, ne ipsum aliquando interficeret, ideo dicit, *in interitum carnis*, ne animam ejus attingeret: Quod Deus circa Jobum dicit: *Abi, percute carnem ejus, animam autem ejus ne attingas:* Job. 2. 6. diaboloque terminos ponit Deus. Ita & servus Dei, ex ejus virtute Dominum imitatus, sententiam fert in illum, quam diabolus transilire non ausus est. Quod si fecisset, Paulum domuisset. Nam cum in carcere esset, Act. 16. 27. ejusmodi quidpiam diabolus tentavit: quia enim carcer concussus, soluta vincula erant, experrectus carceris custos, gladium arripuit ut seipsum interficeret, impellente diabolo. Cum pastor intus esset, ne servaretur ovis, venit lupus ut illam raperet. Verum pastor, etsi vinctus, ipsum detinuit, dicens. *Nihil mali tibi facias.* Act. 16. 28. O pastoris humanitatem! vinctus est, & vincientem se miseratur: suis relictis res illius curat. *Nihil mali tibi facias.* Fores vides apertas; sed ego benevolus sum domesticus: fores sunt apertæ, sed ego intus maneo, donec salutem tibi pariam non exeo. Ideo ingressus sum, ut te ex catenis erutum, a peccatis liberem. Tu me vinxisti, ego te solvo. *Nihil mali tibi facias. Omnes enim hic sumus.* Quid ergo? Lupus stabat interemturus, gladium impellens in custodem carceris pastor clamavit. Audivit lupus, dimisit ovem, mox abripiendam pastor cepit. *Quid faciam*, inquit, *ut salvus fiam?* Baptizare in nomine Christi. Papæ, quam facilis salus! quam ineffabilis benignitas! Custodem carceris vinctus servavit, carcerem fecit ecclesiam. Quandonam, inquit, baptizabor, ut salvus sim? Carcer non impedit, locus non officit: gratia est quæ loco opus non habet, nec opportunitate. Sit ipse carcer ecclesia.

3. Quam artis suæ nusquam obliviscitur! sed ubique piscatur, in carcere, in mari, in insula, in continenti, in deserto, in orbe. Piscator enim, nisi mare viderit, retia non expandit. Quia vero Paulus piscator erat; non sensilis, sed spiritualis, & in navicula piscabatur, & in monte, in fontibus, in viis, in pratis, in fluminibus, nullusque locus arti officiebat. Sed, ut dicebam; licet multoties excurram, a quæstione non decedam. Quid ergo agitur? Qui tanta præditus erat potestate, ut diabolo imperaret, & terminos ipsi poneret, modumque præscriberet; hic diabolo traderetur? Annon audisti Christum dicentem, *Calcate super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici?* Luc. 10. 19. Quid ergo significat illud, *Datus est stimulus carni meæ, angelus Satanæ, qui me colaphizet?* 2. Cor. 12. 7. Ignorantia multorum inde plerumque proficiscitur, quod verborum proprietatem & sensum non noverint. Colaphizare quidam de percussione tantum capitis accipiunt. κολαφισμὸς autem dicitur afflictio, humiliatio. Ini-

tatem labore cellulas parantes alebant? Nam ex variis floribus atque herbis in deserto, velut emendicantes aureolas roris guttas, conflatum a se mel illi offerebant. Hanc carnificis manus abscidit, neque similem angelis vultum ejus reformidavit, non tremuit, non reverita est faciem ejus divinum ejaculantem splendorem. Sed excæcatus opinor ab Herodis ebrietate, qui missus est carnifex, ensem quidem habuit, oculos vero non habuit. Et abscissum est caput Joannis: non enim unquam vinum biberat, & efferebatur in disco caput Joannis in convivio, tum quoque vociferans ad Herodem, *Non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Etenim etiam post mortem vivebat justus, & abscisso capite vox ipsa vivit. O hominis crudelitatem! in quo disco edebat carnes, ei caput Joannis imposuit. O inique tyranne, non sufficiebat illa recens natorum puerorum a priore illo Herode in Bethleem patrata cædes, cum patrum ac matrum pariter lugentium ejulatus spiculis acutiores audirentur, cum copiosæ fusarum lacrymarum guttæ ex visceribus scaturientes fontes superarent, cum patrum pectora tunderentur, & continua suspiria laboriose ex corde ad ora emitterentur, cum matres viscerum suorum gramen ante tempus arefactum, filios suos lugerent, cum etiam ubera lac effundentia terram candore tingerent, cum infantes, qui ea sugebant, derepente jugulati jacerent, cum parentum sinus suis pignoribus orbati essent, cum matrum ubera delicatorum dentium mordaces titillationes requirerent? Nam quæ tandem bellua non flevisset, cum vidisset inique occidi innocentes infantes, quorum animæ ab omni penitus fraude alienæ erant, quorum animæ tam erant insontes quam tenella membra, utpote adhuc infantium? Sed numquid & illi priorem te illum Herodem reprehenderunt, quibus neque lingua fuit diserta, neque dentes in ore, ut linguâ circumvallatâ per labia sermonem effunderent? Non suffecit illorum tanta crudelitas. Verum & tu illius immanitatem imitatus, Joanni cervices fregisti, cujus vel unum capillum precio non æquabas. Filios Rachelis ille trucidavit, tu Ecclesiæ doctorem Joannem exstinxisti. Quibus ho-
Hebr. 5. 7. rum propitius ero tibi? dicit Dominus. O civitas sanguinum, in qua Herodes regnavit, & eodem nomine insignitus ejus filius, iisdemque moribus imbutus! Hei mihi, qui videntur recti ordinis & moderationis esse auctores, ii perturbationis & confusionis sunt principes. Hujusmodi regibus subditi Judæi, & in cædibus ab eis eruditi, ad Christum interficiendum impulsi sunt, Esaiam secuerunt, Jeremiam interfecerunt, Nabuthe lapidarunt, Zachariam occiderunt, Christum crucifixerunt. Verumtamen illis ob mala sua luctum relinquentes, ad sacri mysterii lumen accurramus in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria & potestas in sæcula sæculorum. Amen.

A μέλισσαι διὰ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἁγιότητα καλυβρεύουσαι ἔτρεφον; ἐκ γὰρ ποικίλων ἀνθῶν καὶ βοτανῶν, ὡς ἐν ἐρήμῳ ἐξερανιζόμεναι τῆς δρόσου τὰς σταγόνας χρυσοειδεῖς, συνυφαίνουσαι αὐτῷ τὸ μέλι προσέφερον. τοῦτον χεὶρ δημία ἀπέτεμεν, οὐ φρίξασα τὸ ἀγγελοειδὲς αὐτοῦ πρόσωπον, οὐδὲ τρεμάσασα αὐτοῦ τὸ πρόσωπον στιλπνότητας θεοειδεῖς ἀποπέμπον. ἀλλ' οἶμαι ὅτι τῇ μέθῃ τοῦ Ἡρώδου σκοτωθεὶς ὁ πεμφθεὶς δήμιος, ξίφος μὲν εἶχεν, ὀφθαλμοὺς δὲ οὐκ εἶχε. καὶ ἐτέμνετο ἡ κεφαλὴ Ἰωάννου· οὐ γὰρ ἔπιέ ποτε οἶνον, καὶ ἐφέρετο ἐπὶ πίνακι ἡ κεφαλὴ Ἰωάννου ἐν τῷ δείπνῳ, καὶ τότε βοῶσα πρὸς Ἡρώδην, οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ σου. καὶ γὰρ καὶ μετὰ θάνατον ὁ δίκαιος ἔζη, καὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἀποτμηθείσης ἡ φωνὴ ζῇ. ὢ ὠμότης ἀνθρώπου· ἐφ' ᾧ ἤσθιε B πίνακι τὰ κρέα, ἐπ' ἐκείνῳ κεφαλὴν ἀνδρὸς ἐπετίθει. ὢ παράνομε τύραννε, οὐκ ἤρκεσεν ὑπὸ τοῦ πρὸ σοῦ Ἡρώδου ἡ τῶν νεαρῶν τέκνων ἐν Βηθλεὲμ γεγονυῖα σφαγή, ὅτε πατέρων καὶ μητέρων ὀλολυγμοὶ ὁμόθρηνοι ζιβύνων ὑπῆρχον ὀξύτεροι, ὅτε δακρύων πολυχύτων σταγόνες ἐκ σπλάγχνων ἀναβρύουσαι ἐνίκων πηγάς· ὅτε πατέρων στήθη ἐτύπτοντο, καὶ συνεχῆ ἄσθματα μετὰ πόνων ἐκ καρδίας ἐπὶ μυκτήρων ἐπέμπετο, ὅτε μητέρες τῶν οἰκείων λαγόνων τὴν χλόην τῶν νηπίων παρὰ καιρὸν μαρανθεῖσαν ἐπένθουν, ὅτε καὶ μαζοὶ ῥέοντες γάλα τὴν γῆν ἐλεύκαινον, τῶν ὑφελκόντων νηπίων ἄφνω σφαζομένων, ὅτε πατέρων ἀγκάλαι τῶν οἰκείων γόνων κεναὶ ἐγίνοντο, καὶ μητέρων μαζοὶ τοὺς ἀπὸ τῶν τρυφερῶν ὀδόντων κνησμώδεις τιτθισμοὺς ἐπεζήτουν; ποῖος γὰρ θὴρ τότε οὐκ ἐπεδάκρυσεν, ὁρῶν φονευόμενα τὰ ἄκακα νήπια ἀδίκως C ἀδόλους ψυχὰς κεκτημένα· ὧν αἱ ψυχαὶ τοσοῦτον ἦσαν ἄκακοι, ὅσον καὶ τὰ μέλη αὐτῶν τρυφερὰ ἅτε νηπίων ἐτύγχανε; μὴ γὰρ κἀκεῖνα τὸν πρὸ σοῦ Ἡρώδην ἤλεγξαν, οἷς οὔτε γλῶσσα τρανὴ ὑπῆρχεν, οὔτε ὀδόντες ἐν τῷ στόματι, ἵνα τὴν γλῶσσαν τορνεύσαντες, λόγον διὰ χειλέων ἐκπέμψωσιν; οὐκ ἤρκεσεν * ἐκείνων ἡ τοσαύτη ὠμότης. ἀλλὰ καὶ σὺ τὸ ἄσπλαγχνον ἐκείνου μιμησάμενος, Ἰωάννην ἀπέτεμες, οὗ μιᾶς τριχὸς οὐκ ἦσθα ἀντάξιος. τοὺς γόνους τῆς Ῥαχὴλ ἀπέσφαξεν ἐκεῖνος, καὶ σὺ τῆς ἐκκλησίας τὸν παιδευτὴν Ἰωάννην ἀπέτεμες. ποίοις τούτων ἵλεως ἔσομαί σοι, λέγει κύριος; ὢ πόλις αἱμάτων, ἐν ᾗ Ἡρώδης ἐβασίλευσε, καὶ ὁ τούτου ἔκγονος ὁμώνυμος, καὶ τοῖς τρόποις ὅμοιος. οἴμοι, οἱ δοκοῦντες εἶναι τῆς εὐταξίας, οὗτοι ἡγεμόνες τῆς ἀταξίας γεγόνασι. ὑπὸ τῶν τοιούτων ἀρχόμενοι οἱ Ἰουδαῖοι, D τὸν φόνον ὑπ' αὐτῶν διδαχθέντες εἰς χειροκτονίαν συνηλάθησαν, τὸν Ἡσαΐαν ἐνέπρισαν, τὸν Ἱερεμίαν ἀπέκτειναν, τὸν Ναβουθαὶ ἐλιθοβόλησαν, τὸν Ζαχαρίαν ἐφόνευσαν, τὸν Χριστὸν ἐσταύρωσαν. ἀλλ' ἐκείνοις τὸ ἐπὶ τοῖς κακοῖς πένθος καταλείψαντες, ἐπὶ τὸ τῆς μυσταγωγίας φέγγος ἀναδράμωμεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

* Forte, ἐκείνου.

MONITUM

IN SERMONEM SEQUENTEM.

HANC quoque orationem spuriam esse omnia prædicant, utpote flosculis, exclamationibus, interrogationibus inepte redundantem. Adsunt item voces non paucæ in tam brevi opusculo, Chrysostomo inusitatæ. Hanc quoque concionem Severiano adscripsit, idque ex conjectura tantum, nuperus ille scriptor. Ego hic Severianum non agnosco. Puto autem hanc & duas sequentes ejusdem esse scriptoris, tum ob styli similitudinem; tum quia, ut

dicitur in titulo, prima habita fuit in sancta & magna feria secunda; sequens in sancta & magna feria tertia, ultima in sancta & magna feria quarta, scilicet majoris hebdomadæ secundum usum Græcorum: unus scilicet has tres conciones continenter habuit; vel habuisse se fingit.

Trium interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

Εἰς τὸ, συνήγαγον οἱ Ἰουδαῖοι συνέδριον, καὶ ἔλεγον· τί ποιήσωμεν; τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ β'.

ΕΟΙΚΑΣΙΝ οἱ τῆς ἐκκλησίας φίλτατοι παῖδες νηπίοις θηλάζουσι, τοῖς τὴν τοῦ γάλακτος τροφὴν καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐκ τῆς μητρικῆς θηλῆς ὑφέλκουσι, καὶ καθ' ἑκάστην ζητοῦσιν. ἐοίκαμεν καὶ ἡμεῖς μητρὶ πενιχρᾷ ὑπὸ ἀσιτίας συσταλθείσῃ τὰς τοῦ γάλακτος πηγάς. καὶ ὥσπερ, ὁπόταν τις ἴδῃ μητέρα φιλότεκνον ἄφορον γάλακτος, καὶ ὑπὸ ἰδίου τέκνου κατακλαυθμυριζομένην, καὶ προσιθεῖσαν τὴν θηλὴν, οὐχ ἵνα θρέψῃ τὸ παιδίον, ἀλλ' ἵνα τοῦ κλαυθμυρισμοῦ καταπαύσῃ· οὕτω καὶ ἡμᾶς δεῖ σκοπεῖν τε πάσχοντας τὰ αὐτὰ, καὶ ποιοῦντας τὰ ὅμοια. καὶ γὰρ ἡμεῖς ὁρῶντες τὸ νέον τοῦτο σύστημα τῶν τῆς ἐκκλησίας παίδων περιεστώτων κυκλόθεν, καὶ ἀπεκδεχομένων [a] τὸ λογικὸν γάλα τοῦ λόγου, τὴν θηλὴν τῆς διανοίας ἡμῶν χαλῶμεν· οὐχ ἵνα θρέψωμεν αὐτούς· ἄπειροι γὰρ καὶ πένητες τῷ λόγῳ τυγχάνομεν· ἀλλ' ἵνα τὸν πόθον καὶ τὸν καύσωνα παύσωμεν. ἀλλὰ δεῦτε, ἀγαπητοὶ, ἐπὶ τὸν τοῦ ἡλίου κήρυκα καταδράμωμεν, ἵνα ἴδωμεν τὴν κατὰ τοῦ κυρίου παρὰ τῶν Ἰουδαίων πραττομένην ἐπίβουλον ἔνεδραν. συνήγαγον γάρ, φησιν, οἱ Ἰουδαῖοι συνέδριον, καὶ ἔλεγον· τί ποιήσωμεν; ταῦτα δὲ ἡμῖν ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης ἀρτίως ἐφθέγγετο. εἰ γὰρ καὶ τῷ σώματι ἡμῖν νῦν οὐ διαλέγεται, ἀλλ' οὖν γε τῷ πνεύματι τῶν τῶν ἑστώτων ἀκοαῖς ἐβόα· συνήγαγον γάρ, φησι, τὸ συνέδριον, καὶ ἔλεγον· τί ποιήσωμεν; καλὸν τὸ, συνήγαγον· ἀλλὰ κακὸν τὸ, συνέδριον· οὐ πρὸς ἀγάπην, ἀλλὰ πρὸς μάχην· οὐ πρὸς εἰρήνην καλοῦντες, ἀλλὰ πρὸς πόλεμον παροξύναντες. συνήγαγον τὸ συνέδριον, οὐχ ἵνα θεὸν δοξάσωσιν, ἀλλ' ἵνα Χριστὸν ἀτιμάσωσι. συνήγαγον τὸ συνέδριον, οὐχ ἵνα πίστιν οἰκοδομήσωσιν, ἀλλ' ἵνα τὸν ἀκρογωνιαῖον λίθον ἀπορρίψωσι. συνήγαγον τὸ συνέδριον, οὐχ ἵνα τὰ πεπλανημένα πρόβατα μανδρεύσωσιν, ἀλλ' ἵνα τὸν ποιμένα φονεύσαντες, τὸ ποίμνιον διαλύσωσι. συνήγαγον τὸ συνέδριον, οὐχ ἵνα τὸν χιονόφεγγον μαργαρίτην πίστει ὑποδέξωνται, ἀλλ' ἵνα τὸν φεγγίτην λίθον, ὡς ἐνόμιζον, τῇ ἀπιστίᾳ σκοτίσωσι. συνήγαγον τὸ συνέδριον, οὐχ ἵνα τὸν ἐν τῷ ἀγρῷ κεκρυμμένον θησαυρὸν εὐγνωμόνως ὑποδέξωνται, ἀλλ' ἵνα τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ ἀγνωμόνως [b] διαλύσωσι. συνήγαγον τὸ συνέδριον, οὐχ ἵνα τῆς ἀμπέλου τοὺς μελισταγεῖς βότρυας τρυγήσωσιν, ἀλλ' ἵνα τὴν ἀληθινὴν ἄμπελον ἐπὶ τὸ δένδρον τοῦ σταυροῦ ἐφαπλώσαντες, ἑαυτοὺς ἀναδενδράδας ἀπωλείας ποιήσωσιν, [c] ἡμᾶς δὲ ἀναδενδράδας σωτηρίας ποιήσωσιν· ὦ συνέδριον ὑπὸ διαβόλου κατὰ Χριστοῦ συνηγμένον· ὦ βουλευτήριον κακίας μεμεστωμένον· ὦ συνέδριον, μᾶλλον λύκων αἱμοβόρων, ἢ ἀνθρώπων θεοφόρων. τί δὲ λέγω, λύκων ἀνημέρων; ἀλλὰ γὰρ καὶ λεόντων ἀνημέρων χείρους. οἱ γὰρ λέοντες ἐπὶ τοῦ Δανιὴλ μηδὲν θεωρήσαντες σημεῖον, ἀλλὰ τὸν ἄνδρα σκοπήσαντες, καὶ τὴν εὐλάβειαν τιμήσαντες, τὰ ἀπίθασα αὐτῶν στόματα ἐχαλίνωσαν. Ἰουδαῖοι δὲ τοιούτων καὶ τοσούτων σημείων θεαταὶ γενόμενοι, μειζόνως ἐκ τοῦ φθόνου πρὸς τὸν φόνον ὡπλίζοντο, καὶ ἔλεγον· τί ποιήσωμεν; ὦ κακίας ἔρευνα ἐπιμελής· ὦ στεναγμὸς καὶ θρῆνος ὑπὸ

[a] Savil in marg. τὸ ἄδολον γάλα.... ἄπειροι γάρ ἐσμεν...

[b] Al. διασυλήσωσι.

A *In illud Evangelii, collegerunt Judæi concilium, & dicebant, Quid facimus?* Joan. 11. 47.

In sancta & magna feria secunda.

PERSIMILES sunt infantibus, qui lactis alimoniam sugunt, Ecclesiæ filii carissimi; singulis diebus maternam mammam sugunt, & singulis diebus quærunt. Nos quoque cum egena matre conferri possumus, cui lactis fontes propter inediam exaruerunt. Et quemadmodum videt quis nonnumquam matrem filiorum amantem, lactis expertem, & a filio suo ejulatu sollicitatam, ei mammam porrigere, non ut in- B fantem alat, sed ut ejus sedet ejulatum; ita & nos spectare oportet pariter affectos, & eadem facientes. Etenim cum novum hunc filiorum Ecclesiæ conventum intuemur in orbem astantium, & rationabile orationis lac exspectantium, mentis nostræ mammam laxamus, non ut eos alamus, imperiti quippe sumus, & egeni sermone, sed ut desiderium ardoremque sedemus. Verumtamen adeste, dilectissimi, ad solis præconem accurramus, ut paratas Domino fraudulentas a Judæis insidias videamus. *Collegerunt*, inquit, *Judæi concilium, & dicebant: Quid facimus?* Hæc nobis Joannes Evangelista paulo ante pronunciavit. Etsi enim nobiscum nunc ore non sermocinatur, spiritu tamen ad aures astantium clamat. *Collegerunt* enim, inquit, *concilium, & dicebant: Quid facimus?* Joan. 11. 47. Bo- C num quidem est illud, *collegerunt*, sed malum illud, *concilium*, non ad caritatem, sed ad pugnam, non ad pacem vocantes, sed ad bellum incitantes. Collegerunt concilium, non ut Deum glorificarent, sed ut Christum ignominia afficerent. Collegerunt concilium, non ut fidem stabilirent, sed ut lapidem angularem abjicerent. Collegerunt concilium, non ut oves errantes ad ovile deducerent, sed ut, occiso pastore, gregem dispergerent. Collegerunt concilium, non ut margaritam niveo candore micantem fide exciperent, sed ut phengitem lapidem, ut quidem putabant, perfidia inobscurarent. Collegerunt concilium non ut thesaurum absconditum in agro benigne susciperent, sed ut improbe Dei templum everterent. Collegerunt concilium, non ut mellifluos vitis racemos decerperent, sed D ut vitem veram ad crucis arborem applicantes, seipsos vites arbustivas perditionis, nos autem salutis, efficerent. O concilium a diabolo adversus Christum collectum! ô consistorium iniquitate repletum! ô concilium luporum potius sanguinis avidorum, quam hominum Deo plenorum! Quid vero luporum immanium dico? imo leonibus immanibus pejores dixerim rectius. Etenim leones, in Daniele, quamquam nullum signum intuebantur, sed virum tantum spectantes, & modestiam honore prosequentes, immansueta ora sua refrenarunt: Judæi vero licet tot tantorumque signorum spectatores facti essent, vehementius ex invidia ad cædem armati sunt, & dicebant: *Quid facimus?* ô providam malitiæ investigationem! ô gemitum & planctum ab Dan. 6.

[c] Savil. in marg. ἡμῖν δὲ ἀναδενδράδας σωτηρίας ἑτοιμάσωσι.

invidia effusum ! ô lamentationem & luctum ob res malas conceptum ! Ne ipsa quidem Rachel plorans liberos adeo ingemuit. *Quid facimus?* Cum debuissent potius miseri gaudere, cum debuissent lætitiæ diem solennem agere, quod mortui revixissent, quod vita manifestata esset, quod mors exstincta esset, quod diabolus confusus, quod dæmonum turma deleta, quod humanum genus in libertatem vindicatum, quod resurrectio mortuorum omnibus prædicata esset. Jam vero ob tanta hæc bona non gaudent, sed lugent, & de auctore tantorum bonorum e medio tollendo deliberant. Quid vero dicunt ? *Quid facimus?* Nihil aliud dicendum erat, quam, Pœnitentiam agamus : & ante ipsum procumbentes credamus. Quid aliud quam hoc dicendum erat : *Quid faciemus?* cum simus transgressi mandatum Dei nobis traditum, cum datam nobis legem non servaverimus, quæ dice-

Deut. 18. 15. bat nobis : *Prophetam de fratribus vestris, sicut me suscitabit vobis Dominus Deus; ipsum audietis in omnibus, quæ imperarit vobis.* Nunc autem non ad pœnitentiam dicunt, *Quid facimus?* sed, *quid facimus?* quo modo occidemus justum ? ut mente captus est Israël. Ne hoc quidem au-

Exod. 23. 7. Dan. 13. 53. disti, *Innocentem & justum non interficies?* non sufficit tibi antiquus prophetarum sanguis effusus ? Nam usque ad hoc tempus clamat ad Deum, & ab eo vindictam exspectat. Sed ut illi sanguini etiam nunc adjicias, insontem ac justum sanguinem damnas, & dicis : *Quid facimus?* ô mentem amentem, & inconsultum consilium ! Quatriduanus illorum revixit, peccatorum dirupta sunt vincula ; & illi ad insidiosam cædem in ipsum armantur. Debuissent potius verbis immutatis dicere, Quid facimus ? quia sanctum contumeliis affecimus ? quia in filium Dei non credidimus ? quid facimus ? leprosorum tubercula tamquam sordes sermone abrasit, & huic non credidimus. Quid facimus ? cæcos a nativitate novimus oculis ab eo fuisse donatos, & huic non credidimus ? Quid facimus ? ex quinque panibus quinque millia in deserto ad satietatem ab eo pasta novimus, & huic non credidimus ? Quid facimus ? sanguinis fontes vestium fimbriis exsiccavit, & huic non credidimus ? Quid facimus ? Paralyticum in lecto jacentem triginta jam & octo annos æquævum alentem vitæ suæ morbum verbo erexit, & huic etiam non credidimus. Quid facimus ? in mari eum ambulantem, tamquam in solo spectavimus, & vorticosorum fluctuum impetus turbinesque indomitos solo gestu manus repressisse novimus, neque tamen huic credidimus. Sed dicebant, Quid facimus ? non ut eos pœniteret, sed ut malitiæ parerent. Ipsorum regio mortuos viventes tamquam albas segetes & maturas, nullo labore ex se profundebat, & illi ingemiscebant. Num quæ seminastis Judæi, non messuistis ? Num quis vestrum suscepto Domino læsus est ? Qua in re damno aliquo affecti gravati estis ? In quo a Deo injuria affecti estis ? Cur invidia commoti a vita mortuos arcetis ? Cur perennes melliflui fontis canales vultis confringere, ex quo qui biberint non sitient amplius ? Cur ægros vestros necatis, dum eorum medicum vultis e medio tollere ? Verum horum omnium causa est perniciosissima invidia. O invidia cædis mater, diaboli inventum, auctor mortis ! O invidia, quæ neque eos quibus invides, vivere vis, & eos qui te fovent, vehementius torques ! O invidia diaboli contubernalis ! O invidia hostis amicitiæ, pacis inimica, caritatis adversaria, diaboli fetus, flos tenebrosi coloris, qui te possident, cædem Christi machinantur ! Tu & Adamo jam a principio in paradiso invidisti, & dulci degustata voluptate acerbissimæ morti tradidisti : neque enim esset mors in

a Savil. in marg. φρενολαπαλεῖται.

A φθόνου γινόμενος· ὢ ὀδυρμὸς καὶ κοπετὸς ἐπὶ κακοῖς γινόμενος. οὔτε ἡ Ραχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς οὕτως ἀνεστέναξε. τί ποιήσωμεν; ἀνθ᾽ ὧν ἔδει χαίρειν τοὺς ταλαίνας, ἀνθ᾽ ὧν ἔδει εὐφροσύνης ἡμέραν πάνδημον ἐπιτελεῖν, ὅτι νεκροὶ ἀνεβίωσαν, ὅτι ζωὴ πεφανέρωται, ὅτι θάνατος λέλυται, ὅτι ὁ διάβολος κατῃσχύνθη, ὅτι δαιμόνων σῖφος κατήργηται, ὅτι ἡ ἀνθρωπότης ἠλευθέρωται, ὅτι νεκρῶν ἀνάστασις πᾶσι κεκήρυκται· νῦν δὲ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἀγαθοῖς οὐ χαίρουσιν· ἀλλὰ θρηνοῦσι, καὶ τὸν τοσούτων ἀγαθῶν αἴτιον ἀναλίσκειν βουλεύονται. καὶ τί λέγουσι; τί ποιήσωμεν; οὐδὲν ἕτερον ἦν εἰπεῖν, ἢ ὅτι μετανοήσαντες ἐπιστρέψωμεν, καὶ αὐτῷ προσπεσόντες πιστεύσωμεν. τί γὰρ ἄλλο μετανοοῦντες εἶχον λέγειν, ἢ τοῦτο, τί ποιήσωμεν; ὅτι τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ παρέβημεν, ὅτι τὸν νόμον τὸν δοθέντα ἡμῖν οὐκ ἐφυλάξαμεν, τὸν λέγοντα ἡμῖν· ὅτι B προφήτην ἡμῖν ἀναστήσει κύριος ὁ θεὸς, ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα ὅσα ἂν ἐντελεῖται ὑμῖν. νῦν δὲ οὐ πρὸς μετάνοιαν λέγουσι, τί ποιήσωμεν; ἀλλὰ, τί ποιήσωμεν; πῶς ἀποκτείνωμεν τὸν δίκαιον; ὡς ὁ Ισραὴλ a φρενολυπεῖται. οὐδὲ τοῦτο οὐκ ἤκουσας; ὅτι ἀθῷον καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς, οὐκ ἤρκεσέ σοι τὰ ἀρχαῖα τῶν προφητῶν αἵματα; καὶ γὰρ μέχρι τοῦ νῦν κράζουσι πρὸς τὸν θεὸν, τὴν παρ᾽ αὐτοῦ ἐκδίκησιν ἐκδεχόμενα. ἀλλ᾽ ἀκμὴν ἐκείνοις τοῖς αἵμασι προστιθεὶς, ἀθῷον καὶ δίκαιον αἷμα καταψηφίζῃ, καὶ λέγεις, τί ποιήσωμεν; ὢ γνώμης ἀγνώμονος, καὶ βουλῆς ἀβουλίας μεμεστωμένης. ὁ τετραήμερος αὐτῶν ἀνεβίωσε· τὰ δεσμὰ τῶν ἁμαρτημάτων διερρήγνυντο· κἀκεῖνοι πρὸς δολοφονίαν κατ᾽ αὐτοῦ ὡπλίζοντο. ἀνθ᾽ ὧν ἔδει τὸ ῥῆμα μεταστρέψαντας εἰπεῖν, τί ποιήσωμεν, ὅτι τὸν ἅγιον ἐνυβρίσαμεν, ὅτι εἰς τὸν τοῦ θεοῦ C παῖδα οὐκ ἐπιστεύσαμεν; τί ποιήσωμεν; λεπρῶν χαλαζώματα δίκην πλοίου τῷ λόγῳ ἀπέξεσε, καὶ τούτῳ οὐκ ἐπιστεύσαμεν. τί ποιήσωμεν; τυφλοὺς ἐκ γενετῆς ὑπ᾽ αὐτοῦ ὀμματωθέντας ἔγνωμεν, καὶ τούτῳ οὐκ ἐπιστεύσαμεν. τί ποιήσωμεν; ἐκ πέντε ἄρτων πέντε χιλιάδας εἰς κόρον ἐν ἐρήμῳ ὑπ᾽ αὐτοῦ διατραφέντας ἔγνωμεν, καὶ τούτῳ οὐκ ἐπιστεύσαμεν. τί ποιήσωμεν; πηγὰς αἱμάτων κρασπέδοις ἱματίων ἐξήρανε, καὶ τούτῳ οὐκ ἐπιστεύσαμεν. τί ποιήσωμεν; παραλυτικὸν ἐπὶ κλίνης βεβλημένον ἐν τριάκοντα καὶ ὀκτὼ ἔτεσι σύγχρονον τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς τὴν νόσον ἔχοντα, ῥήματι ἐξήγειρε, καὶ τούτῳ οὐκ ἐπιστεύσαμεν. τί ποιήσωμεν; ἐπὶ θαλάττης αὐτὸν περιπατοῦντα, καθάπερ ἐπὶ ἐδάφους, D ἐθεασάμεθα, καὶ τὰς παλιστρόφων πνευμάτων βίας καὶ ταραχὰς ἀνηκέστους νεύματι χειρὸς καταστήσαντα ἔγνωμεν, καὶ τούτῳ οὐκ ἐπιστεύσαμεν. ἀλλ᾽ ἔλεγον, τί ποιήσωμεν; οὐκ ἐν τῷ μετανοεῖν, ἀλλ᾽ ἐν τῷ κακοπραγεῖν. ἡ χώρα αὐτῶν τοὺς νεκροὺς ζῶντας, καθάπερ στάχυας λευχείμονας καὶ πεπείρους ἀπόνως ἐβλάστησε, κἀκεῖνοι ἐστέναζον. μὴ ἃ ἐσπείρατε, Ἰουδαῖοι, οὐκ ἐθερίσατε; μὴ γάρ τις ὑμῶν ὑποδεξάμενος τὸν κύριον ἐβαρύνθη; τί ζημιωθέντες ἐβαρύνθητε; τί ἠδικήθητε παρὰ τοῦ θεοῦ; τί τοὺς νεκροὺς ζωῆς κωλύετε ὑπὸ φθόνου ἐλαυνόμενοι; τί τοὺς ἀενάους ὀχετοὺς τῆς μελιρρύτου πηγῆς διαλῦσαι b βούλεσθε, ἵν᾽ οἱ πίνοντες μὴ διψῶσι; τί τοὺς ἀρρώστους ὑμῶν ἀποκτείνετε, E τὸν ἰατρὸν αὐτῶν ἀναλίσκειν βουλόμενοι; ἀλλὰ τούτων πάντων αἴτιος ὁ κάκιστος φθόνος. ὢ φθόνε φόνου γεννήτωρ, διαβόλου εὕρεμα, θανάτου ἀρχηγέ· ὢ φθόνε, ὁ μήτε τοὺς ὑπὸ σοῦ βασκαινομένους ζῆν ἐθέλων, καὶ τοὺς ἔχοντάς σε μειζόνως κολάζων· ὢ φθόνε, διαβόλου σύνοικε· ὢ φθόνε, φιλίας ἐχθρὲ, εἰρήνης ἀντίπαλε, ἀγάπης ἀντίδικε, διαβόλου βλάστημα, σκοτεινόχροον ἄνθος· οἱ σε νεμόμενοι, χριστοκτονίαν ἐργάζονται· σὺ καὶ τὸν Ἀδὰμ ἐν παραδείσῳ ἐξ ἀρχῆς ἐβάσκανας, καὶ γλυκείας ἡδονῆς ἀπογευσάμενον πικροτάτῳ θανάτῳ παρέδωκας. θάνατος γὰρ οὐκ ἦν ἐν

b Savil. in marg. βουλεύεσθε, ἵνα οἱ διψῶντες μὴ πίωσι.

τῷ

τῷ κόσμῳ, εἰ μὴ σὺ αὐτὸν, φθόνε, ἐκύησας. καὶ μαρτυρεῖ μοι τὸ θεῖον λόγιον, λέγον· οὐκ ἐποίησεν ὁ θεὸς θάνατον, οὐδὲ τέρπεται ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων· φθόνῳ δὲ διαβόλου θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε. σὺ καὶ τὸν Κάϊν τῆς φιλαδελφίας τὴν λευχείμονα στολὴν ἀπέδυσας, καὶ τῆς δολοφονίας τὴν μάχαιραν ὥπλισας, καὶ τοῦτον φονεύειν ἐδίδαξας, καὶ εὐθὺς τὸν ἄθλιον τρέμειν [a] ἐδίδαξας. σὺ τῷ Φαραὼ ἐνοικήσας, τὰ ἀρτιγενῆ βρέφη τῶν Ἑβραίων δίκην χλόης ἀπεμάρανας. σὺ, ὦ φθόνε, εὐεργετούμενος, πλεῖον κατὰ τῶν εὐεργετούντων * κινῆσαι· ὥσπερ ὁ Σαοὺλ ὑπὸ τοῦ Δαυὶδ βοηθούμενος, καὶ ὑπὸ σοῦ ἐνεργούμενος, μειζόνως πρὸς τὸν φόνον ὡπλίζετο. σὲ ἐσχηκότες οἱ υἱοὶ τοῦ Ἰακὼβ, τὸν περικαλλῆ καὶ λαμπρὸν Ἰωσὴφ εἰς τὴν σκοτοδινιῶσαν Αἴγυπτον ἔπεμπον, καὶ τὸν ἐλεύθερον, ὡς δοῦλον, ἐπίπρασκον· καὶ οὔτε τὰ ἐνύπνια αὐτοὺς ἐφόβησε· θεῖον γὰρ ὅραμα ἐμήνυσε Χριστοῦ εἰκόνα αὐτὸν ὑπάρχειν· ὑπὸ γὰρ ἕνδεκα ἀστέρων ἐν ὁράμασι προσεκυνεῖτο. ἐπειδὴ καὶ ὁ προδότης Ἰούδας τῷ φθόνῳ κινούμενος, ἀπήγξατο. ἡμεῖς δὲ φυγόντες τὸν τοῦ θανάτου γεννήτορα φθόνον, ἀναστάντες τῷ ἐν τριάδι προσκυνουμένῳ θεῷ δοξάσωμεν· ὅτι αὐτῷ πρέπει τὸ κράτος, ἡ τιμὴ, καὶ ἡ δόξα καὶ ἡ μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A mundo, nisi tu eam, invidia, peperisses. Testatur id divinorum librorum auctoritas his verbis: *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum. Invidia autem diaboli mors introivit in orbem terrarum.* Sap. 1. 13. Tu & Caïnum candida fraterni amoris veste spoliasti, & insidiosæ cædis gladio armasti: tu eum occidere, & continuo miserum tremere docuisti. Gen. 4. Tu in Pharaonis animo insidens recens genitos Hebræorum infantes, quasi herbam arefecisti. Tu, ô invidia, beneficio affecta in eos qui beneficio te affecerunt, vehementius commoveris; ut Saul a Davide adjutus, & a te correptus ad cædem ardentius ferebatur. A te agitati filii Jacob formosum & splendidum Joseph in tenebricosam Ægyptum miserunt, & liberum tamquam servum vendiderunt: ita neque insomnia terruerunt eos: divina enim visio indicabat figuram cum esse Christi; Exod. i. ab undecim quippe stellis in visione adorabatur. B Postquam & proditor Judas invidia impulsus laqueo vitam finivit. Nos autem mortis parentem fugientes invidiam, surgentes, Deum, quem in Trinitate adoramus, celebremus laudibus, quoniam ipsi convenit potestas, honor, gloria & magnificentia, nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

Εἰς τὴν παραβολὴν τῶν δέκα παρθένων, καὶ περὶ ἐλεημοσύνης. τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ γ'.

C *In parabolam decem Virginum, & de eleemosyna. In sancta & magna feria tertia.* Matth. 25.

ΟΤΑΝ τὸ εὐδαπάνητον τῆς ζωῆς ἐννοήσω, καὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ [b] τὸν ἐπινεύοντα κύκλον, καὶ τὴν πολύσκυλτον τῶν ἀνθρώπων διαγωγὴν, καὶ τὰς βιωτικὰς περιστάσεις· τό, τε παρατρέχον τοῦ παρόντος αἰῶνος, καὶ τὴν σκιὰν τῶν πραγμάτων, τῆς δόξης τὸ πρόσκαιρον, τῆς δυναστείας [c] τὸ εὐδιάλυτον, τῆς εὐημερίας τὴν φαντασίαν, καὶ τοῦ πλούτου τὸ ὄναρ· εἶτα σκοπήσω τὴν τοῦ τέλους ἡμέραν, καὶ τῆς συντελείας ἐκεῖνο τὸ ἀπαραίτητον τάχος, τόν τε τοῦ λογοθεσίου καιρὸν, καὶ τὸν ἀκολάκευτον δικαστὴν, καὶ τὴν γέμουσαν φρίκης κατάστασιν, πῶς ἀστράπτων ὁ κριτὴς παραγίνεται ἐξ οὐρανῶν· πῶς ταραττόμεναι αἱ δυνάμεις προτρέχουσι, πῶς ὁ φοβερὸς ἑτοιμάζεται θρόνος, πῶς ὁ οὐρανὸς ὡς βιβλίον εἱλίσσεται, πῶς καυσοῦνται τὰ στοιχεῖα τῷ φόβῳ λυόμενα, πῶς κλονεῖται τὸ ἔδαφος προσδεχόμενον τὴν τοῦ κριτοῦ ἐπίβασιν, πῶς φοβερῶς [d] ἀλαλάζουσι σάλπιγγες, πῶς ἀνοίγονται τὰ μνήματα, πῶς ἐκτινάσσονται τάφοι, πῶς ὡς ἐξ ὕπνου ἀποπηδῶσιν οἱ νεκροὶ, πῶς ὁ χοῦς ὡς ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ πρὸς τὴν οἰκείαν ἐπανέρχεται τάξιν, πῶς παλινδρομοῦσιν αἱ ψυχαὶ πρὸς τὰ σώματα, πῶς εἰς ἀπάντησιν οἱ δίκαιοι τρέχουσι, πῶς ἐφίσταται ὁ νυμφίος μεσονυκτίῳ, πῶς ἀξιοῦνται τῆς εἰσόδου οἱ δίκαιοι, πῶς τοῖς ῥαθύμοις ἀποκέκλεισται ἡ θύρα τοῦ νυμφῶνος· ὅταν ταῦτα πάντα ἐν τῇ ψυχῇ μου μεριμνήσω, μακαρίζω τὰς φρονίμους ἐκείνας παρθένους, ἃς ἡμῖν ἀρτίως ἡ τῶν εὐαγγελίων παρήγαγε βίβλος, ὅτι πρὸς τὸν ὕπνον κατηγωνίσαντο τοῦ πάθους, ὅτι τὸ εὐόλισθον καὶ ἐμπαθὲς τῆς ἐπικήρου ζωῆς βδελυξάμεναι, τῆς ἀκηράτου καὶ θείας ζωῆς ἀξίως ἐφρόντισαν, ὅτι τὸ ἀπαραίτητον τοῦ χρόνου σκοπήσασαι, τὴν ὥραν τῆς παρουσίας ἐτήρησαν, καὶ τῆς ἐπιστασίας ἐκείνου τοῦ ἀφθάρτου νυμφίου τὸν φόβον ἐνεθυμήθησαν, καὶ τὸ νυκτερινὸν δοκιμάσασαι σκότος, ἀκριβῶς τῶν λαμπάδων ἐφρόντισαν. οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ αὐτὰς τὰς θείας τοῦ εὐαγγελίου διεξελθεῖν συλλαβάς. ὡμοιώθη γάρ, φησιν, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν δέκα παρθένοις, αἵτινες λαβοῦσαι τὰς λαμπάδας αὐτῶν, ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν τοῦ νυμφίου.

1. CUM fragilem & caducam vitæ nostræ conditionem perpendo, ac nutantem vertentis anni circulum, multisque obnoxiam molestiis hominum conversationem, & humanos casus, fugax ævum, negotiorum umbram, fluxam gloriam, fragilitatem potestatis, prosperitatis imaginem, & somnium divitiarum: cum deinde considero diem illum extremum, & inevitabilem illam consummationis celeritatem, D reddendæ rationis tempus, & nullis flexibilem blanditiis judicem, horrendamque judicii constitutionem; quomodo e cælis fulgurans advenit judex, quomodo commotæ virtutes cælestes antecedunt, quo pacto tremendus præparatur thronus, cælum ut liber convolvitur, elementa metu dissoluta inflammantur, concutitur solum judicis incessum excipiens, quam horrendum clamorem edunt tubæ, aperiuntur monumenta, excutiuntur sepulcra, exsiliunt e somno expergefacti mortui, pulvis in ictu oculi ad propriam dispositionem revertitur, quomodo ad sua recurrunt corpora animæ, justi in occursum pergunt: quomodo sistit se sponsus media nocte, dignique habentur ingressu justi, quomodo negligentibus thalami sponsalis occluduntur fores: E cum hæc omnia mente mea revolvi, beatas existimo prudentes illas virgines, quas nobis paulo ante evangeliorum liber proposuit; quoniam & cum infirmitate somni depugnarunt: & cum mutabilem temporis præterlabentis conditionem animadvertissent, divinam immortalemque vitam ac fugax ævum perpendentes, horam adventus observarunt, animumque suum timore occursus incorruptibilis sponsi excitarunt, quodque cum nocturnas tenebras explorassent, accuratam lucernarum curam gesserint. Nihil autem vetat quominus ipsa etiam divina verba percurramus. *Simile factum est*, inquit, *regnum cælorum decem virginibus, quæ cum acceperint lampades suas, exierunt obviam sponso.* Matth. 25. 1.

a Al. ἀπέδειξας. σὺ τῷ. Savil. in marg.
* Hic legendum putant Savil. & Fronto, κινεῖς καὶ κινῆσαι πέφυκας.
Collata est sequens cum tribus codicibus Regiis.

b Duo mss. τὸν ἰσασώοντα κύκλον.
c τὸ εὐκατάλυτον, tres mss.
d ἀλαλάζουσι, sic omnes mss. Editi vero ἀλαλάξουσι.

Sed quando quæso exierunt? num forte cum præstitutus vitæ dies illas comprehendit? cum mandatum advenit, cum sententia mortis allata est, cum urgentes angeli missi sunt, tunc exierunt obviam sponso? Nequaquam. Sed quando tandem exierunt? quando distractionibus sæcularibus nuncium remiserunt, quando per arctam & angustam viam incedere statuerunt, quando voluntariam adamarunt duram educationem, quando se nuptiarum legibus non obstrinxerunt, cum voluptates vitæ neglexerunt, cum optimam partem incorruptionis elegerunt, cum veræ lætitiæ mores adamarunt, cum peccati sordes detestatæ sunt, cum temperantiæ fœdus inierunt, cum sancti Sponsi amore arserunt, cum regni pulcritudinem desiderarunt, cum omnem curam vitæ sæcularis abjecerunt: Tunc exierunt obviam sponso. *Erant autem*, inquit, *quinque prudentes, & quinque fatuæ:* unde dignoscuntur prudentes? Ex eo nimirum quod eleemosynam cum continentia copularunt, beneficentia virginitatem ornarunt, intellexerunt fidem sine operibus mortuam esse, censuerunt non sufficere rem unam laudabilem ad salutem; neque enim una ala sese aquila in altum tollit. Recordatæ sunt illius sponsi vocis dicentis, *Misericordiam volo, non sacrificium*; & rursus, *super judicium misericordia exsultat.* Hæc secum recte perpendentes impleverunt vasa sua oleo. Quænam autem vasa? nimirum fame laborantium ventres; spiritalium nuptiarum conciliatores sibi pauperes asciverunt, compararunt sibi miserationum viaticum: fame laborantes nutriebantur, & lampades illuminabantur; mendici gratias agebant, & sponsus delectabatur, eleemosyna spargebatur, & quæ exspectabatur merces præparabatur. Prudentes verba illa Davidis pronunciabant: *Paratus sum, & non sum turbatus:* fatuæ vero gestantes lampades sine oleo longe a sponso conspiciebantur. Quomodo uni adhærebant officio? quomodo castitatem quidem sibi comparaverant, humanitatem autem repudiaverant? corpori quidem suo immunitatem a passionibus conciliaverant, commiserationem autem erga egenos non præ se tulerant? Qui factum est, ut temperantiam quidem dilexerint, hospitalitatem autem aversatæ fuerint? Quis tandem igitur finis fuit? *Moram autem faciente sponso*, inquit, *dormitaverunt omnes & dormierunt.* Verum eæ quidem quæ oleum præparaverant, securæ erant nunquam exstinctum iri lampades suas: fatuæ autem ad id tempus differebant, quo necessum esset id habere. Cur igitur non comprehendo brevi? Venit hora, tempus adfuit, sonitus audiri cœperunt, resonabant tubæ, concutiebantur elementa, aër agitabatur, cælum inclinabatur, firmamentum tremebat, stellæ solvebantur, perturbabantur virtutes, præcurrebant angeli, fulgura antecedebant, ingenti tumultu concitabantur creaturæ. Non enim lucente die, sed noctis medio judex advenit. Quid deinde? Fit clamor ad occursum vocans, *Ecce sponsus venit, exite obviam ei.* Quid ergo accidit? Surrexerunt omnes virgines, excusserunt somnum, arripuerunt lampades: sed aliæ quidem ardebant, aliæ vero minime apparebant. Ac prudentum quidem lampades bonorum operum oleo irrigabantur: fatuarum vero, exstinguebantur. Res erat plane miseratu digna. Inevitabilis quædam necessitas mulierculas illas obsessas tenebat; non erat relictus illa calamitate consolationi locus. Tum enim ad prudentes conversæ, quod accipere non poterant, petebant. *Date nobis de oleo vestro*, inquiunt, *quia lampades nostræ exstinguuntur.* Oportuit igitur olim eas imitari, non autem jam obtestari: nam ab iis, qui vendunt, oleum emendum fuit. *Date vos*, inquiunt, *nobis oleum.* Frustra prudentes

Osée 6. 6.
Jac. 2. 13.
Ps. 118. 60.
Matth. 25.

a Al. ἐδέξαντο.
b Unus, τῇ παρθενίᾳ τὴν εὐποιΐαν.

A πότε ἐξῆλθον; ἆρα μὴ ὅτε κατέλαβεν αὐτὰς τῆς ζωῆς τὸ ἐμπρόθεσμον; ὅτε ἔφθασε τὸ πρόσταγμα; ὅτε ἐπέστη ἡ τοῦ θανάτου ἀπόφασις; ὅτε ἀπεστάλησαν οἱ κατεπείγοντες ἄγγελοι, τότε ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν τοῦ νυμφίου; οὐδαμῶς. ἀλλὰ πότε ἐξῆλθον; ὅτε τοῖς βιωτικοῖς περισπασμοῖς ἀπετάξαντο, ὅτε τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδὸν βαδίζειν προείλοντο, ὅτε τὴν ἑκούσιον σκληραγωγίαν ἠγάπησαν, ὅτε τοῖς γάμου οὐχ ὑπετάγησαν νόμοις, ὅτε τῶν τοῦ βίου ἡδονῶν κατεφρόνησαν, ὅτε τὴν ἀγαθὴν μερίδα τῆς ἀφθαρσίας [a] ἐξελέξαντο, ὅτε τῆς εὐφροσύνης τὸν τρόπον ἠγάπησαν, ὅτε τὸν τῆς ἁμαρτίας ἐβδελύξαντο ῥύπον, ὅτε τὰ τῆς σωφροσύνης συνέθεντο, ὅτε τοῦ καθαροῦ νυμφίου ἠράσθησαν, ὅτε τοῦ τῆς βασιλείας ἐπεθύμησαν κάλλους, ὅτε πᾶσαν βιωτικὴν ἀπεδύσαντο φροντίδα, τότε B ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν τοῦ νυμφίου. ἦσαν δέ, φησιν, αἱ πέντε φρόνιμοι, καὶ αἱ πέντε μωραί. καὶ τί τῶν φρονίμων τὸ γνώρισμα; ὅτι συνῆψαν τῇ σωφροσύνῃ τὴν ἐλεημοσύνην, ἐκόσμησαν [b] τὴν παρθενίαν τῇ εὐποιΐᾳ, ἔγνωσαν ὅτι ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστιν, ἐδοκίμασαν ὅτι τὸ ἓν οὐκ ἐπαρκεῖ πρὸς σωτηρίαν κατόρθωμα· ἑνὶ γὰρ πτερῷ ἀετὸς εἰς ὕψος οὐκ ἐφικνεῖται· ἐμνημόνευσαν τῆς τοῦ νυμφίου φωνῆς τῆς λεγούσης· ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν· καὶ πάλιν, ὅτι κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως· ταῦτα καλῶς βουλευόμεναι, ἐπλήρωσαν τὰ ἀγγεῖα αὐτῶν ἐλαίου. ποῖα ἄρα ἀγγεῖα; τὰς τῶν πεινώντων κοιλίας· μεσίτας γὰρ τοῦ πνευματικοῦ γάμου τοὺς πτωχοὺς ἐποιήσαντο, ἐσκεύασαν μεθ' ἑαυτῶν τῶν οἰκτιρμῶν τὰ ἐφόδια, οἱ πεινῶντες ἐτρέφοντο, καὶ αἱ λαμπάδες ἐφαιδρύνοντο· οἱ πτωχοὶ ηὐχαρίστουν, C καὶ ὁ νυμφίος ἐτέρπετο· ἡ ἐλεημοσύνη ἐσπείρετο, καὶ ὁ προσδοκώμενος μισθὸς ηὐτρεπίζετο. καὶ αἱ φρόνιμοι τὰ τοῦ Δαυὶδ ἐβόων· ἡτοιμάσθημεν, καὶ οὐκ ἐταράχθημεν· αἱ δὲ μωραὶ τὰς λαμπάδας κρατοῦσαι χωρὶς ἐλαίου πόῤῥωθεν ἀπὸ τοῦ νυμφίου ἐβλέποντο. πῶς εἴχοντο ἑνὶ κατορθώματι; πῶς τὴν μὲν ἁγνείαν ἐκτήσαντο, τὴν δὲ φιλανθρωπίαν ἀπώσαντο; πῶς ἀπάθειαν μὲν τῷ σώματι περιεποιήσαντο, συμπάθειαν δὲ περὶ τοὺς δεομένους οὐκ ἐπεδείξαντο; πῶς τὴν μὲν σωφροσύνην ἠγάπησαν, τὴν δὲ φιλοξενίαν ἀπεστράφησαν; τί οὖν τὸ πέρας; χρονίζοντος γοῦν τοῦ νυμφίου, φησὶν, ἐνύσταξαν πᾶσαι, καὶ ἐκάθευδον. ἀλλ' αἱ μὲν προαποθέμεναι τὸ ἔλαιον, εἶχον τὸ ἀσφαλὲς, ὅτι αἱ λαμπάδες αὐτῶν οὐ σβεσθήσονται· αἱ δὲ μωραὶ τὸν τῆς ἀνάγκης καιρὸν ἐξεδέχοντο. τί οὖν συντόμως οὐ λέγω; ἐπέστη ἡ ὥρα, ἔφθασεν ὁ καιρὸς, οἱ κτύποι κατήρξαντο, ἤχουν D αἱ σάλπιγγες, ἐδονοῦντο τὰ στοιχεῖα, [c] ὁ ἀὴρ ἐκλονεῖτο, ἐκλίνετο ὁ οὐρανὸς, ἔτρεμε τὸ στερέωμα, ἀστέρες ἐλύοντο, ἐταράττοντο αἱ δυνάμεις, περιέτρεχον ἄγγελοι, ἀστραπαὶ προεβάδιζον, μέγαν εἶχεν ἡ κτίσις τὸν θόρυβον. οὐ γὰρ ἐν ἡμέρᾳ, ἀλλ' ἐν μεσονυκτίῳ ὁ δικαστὴς παραγίνεται. εἶτα τί; γίνεται κραυγὴ καλοῦσα πρὸς τὴν ἀπάντησιν· ἰδοὺ ὁ νυμφίος ἔρχεται, ἐξέλθετε εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ. τί οὖν τὸ γινόμενον; ἐξανέστησαν πᾶσαι αἱ παρθένοι, ἀπετινάξαντο τὸν ὕπνον, ἐπελάβοντο τῶν λαμπάδων· ἀλλ' αἱ μὲν ἐκαίοντο, αἱ δὲ οὐκ ἔφαινον. αἱ τῶν φρονίμων τῷ ἐλαίῳ τῆς εὐποιΐας ἠρ- E δεύοντο, αἱ δὲ τῶν μωρῶν ἀπεσβέννυντο. ὄντως ἐλεεινὸν ἦν τὸ πρᾶγμα· ἀφύκτως ἐκύκλωσεν ἀνάγκη τὰ γύναια· οὐκ εἶχεν ἡ ἀποτυχία ἀφορμὴν παρακλήσεως. τότε οὖν προσελθοῦσαι ταῖς φρονίμοις ἐπεζήτουν, ὅπερ λαβεῖν οὐκ ἠδύναντο. δότε γὰρ ἡμῖν ἐκ τοῦ ἐλαίου ὑμῶν, ὅτι αἱ λαμπάδες ἡμῶν σβέννυνται. ἔδει οὖν πάλαι αὐτὰς μιμήσασθαι, καὶ μὴ νῦν ἱκετεύειν. ἔδει γὰρ παρὰ τῶν πωλούντων ἀγοράσαι τὸ ἔλαιον. δότε ὑμεῖς ἔλαιον, φασιν, ἡμῖν. μάτην παρακαλεῖτε τὰς φρο-

c Quidam, ὁ ἀὴρ ἐσκοτοῦτο, al. ἐσκοτεῖτο, ἐκλονεῖτο ὁ οὐρανός.

νίμοις, ὦ ῥάθυμοι. ἔφθασε λυθῆναι τῆς ζωῆς ἡ πανήγυρις, παρῆλθε τοῦ βίου τὸ θέατρον· οὐκ ἔστι νῦν συναλλαγμάτων καιρός· νῦν ἡ τῶν ἔργων ἐπιζητεῖται ἐπίδειξις. ἔδει προθεωρεῖν τὸν κίνδυνον τοῦ παρόντος αἰῶνος· ἔδει ταύτης φροντίσαι τῆς ἀπαντήσεως· ἔδει ἐνθυμηθῆναι, ὅτι αἱ λαμπάδες χωρὶς ἐλαίου φωτίζειν οὐ δύνανται. λέγετε, δότε ἡμῖν ἐκ τοῦ ἐλαίου ὑμῶν. οὐδεὶς ἀλλοτρίοις ἐγκαλλωπίζεται ἔργοις· ἕκαστος θερίζει ὅπερ ἔσπειρε. δότε ὑμεῖς ἡμῖν ἔλαιον. τί οὖν πρὸς αὐτὰς αἱ φρόνιμοι; μή ποτε οὐκ ἀρκέσῃ ἡμῖν καὶ ὑμῖν· πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τοὺς πωλοῦντας, καὶ ἀγοράσατε. ἔτι, κἂν μικρά τις ὑπολέλειπται ὥρα, δράμετε, κάμετε· οὔπω ἐφέστηκεν ὁ νυμφίος· σπεύσατε πρὸ τοῦ κλεισθῆναι τὰς θύρας· πρὸς τοὺς πωλοῦντας ἀπέλθετε. καὶ τίνες, ὦ φρόνιμοι, οἱ πωλοῦντες; εἴπατε. ἀγνοοῦσι γὰρ αὗται μὴ κτησάμεναι συναλλάγματος τοιούτου συνήθειαν. τίνες οἱ πωλοῦντες; οἱ ταῖς θύραις τῶν ἐκκλησιῶν παρακαθήμενοι πένητες, αἱ λογικαὶ χελιδόνες, τῶν ψυχῶν εὐαγγελιζόμεναι λογικὸν ἔαρ, οἱ αἰδέσιμοι πρὸς τὸν δεσπότην μεσῖται, οἱ ἀήττητοι ῥήτορες ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς διαγνώσεως. ἀπερχομένων δὲ αὐτῶν ἀγοράσαι τὸ ἔλαιον, ἦλθεν ὁ νυμφίος, καὶ ἐκλείσθησαν αἱ θύραι. ὢ τῆς ἐπιβλαβοῦς ῥαθυμίας· ὢ τῆς ἀθεραπεύτου ὀδύνης· ὢ τῆς ἀπαραμυθήτου ζημίας· ὢ πένθους ἀπαρακλήτου. ἀπερχομένων δὲ αὐτῶν ἀγοράσαι, ἦλθεν ὁ νυμφίος, ἦλθεν ἡ προσδοκωμένη χαρὰ, ἦλθε τῶν δικαίων τὸ καύχημα, ἦλθε μεσονυκτίῳ τὸ φῶς. ἀπήντησαν αἱ φρόνιμοι, συνεισῆλθον τῷ νυμφίῳ, καὶ ἐκλείσθησαν αἱ θύραι.

Φρίττω, τὸ γενόμενον ἐνθυμούμενος· τρέμω, τὸ συμβὰν ταῖς γυναίοις ἀτύχημα διηγούμενος. τὸν παστάδα τὸν φοβερὰν ἰδεῖν ἐπεθύμουν· δι' αὐτὴν γὰρ τοῖς τοῦ κόσμου τερπνοῖς ἀπετάξαντο, τρυφῆς κατεφρόνησαν, δόξης ὑπερεῖδον, ὁδοὺς σκληρὰς ἐφυλάξαντο, παθῶν κατεκράτησαν, ἡδονῶν κατηγωνίσαντο· καὶ ἐπειδὴ ἔλαιον οὐκ εἶχον, εὗρον ἀπαράνοικτα τῆς βασιλείας τὰ κλεῖθρα· ἐλθοῦσαι γὰρ ἔκρουον, λέγουσαι· κύριε, κύριε, ἄνοιξον ἡμῖν· ἔνδοθεν τοῦ κριτοῦ φοβερῶς κεκραγότος· ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς· ὢ τῆς ἐσχάτης ἀποφάσεως· κἂν οὔτε δι' ἀγγέλου, ἀλλὰ δι' ἑαυτοῦ τὴν ὀδυνηρὰν ἀπόκρισιν δέδωκεν· ἵνα τῆς φωνῆς ἀκούσασαι, καὶ τὸ πρόσωπον ἰδεῖν μὴ δυνάμεναι, μείζονα τὴν βάσανον ὑπομείνωσιν. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. οὐκ οἶδας ἡμᾶς, δέσποτα; ἐκ μήτρας ἐπὶ σὲ ἐπερρίφημεν· ἠκολουθήσαμεν ὀπίσω σου ἐκ νεότητος ἡμῶν, τὴν ἁγνείαν διεφυλάξαμεν, ὅπερ ἔπλασας ἡμῖν σῶμα, ἄφθαρτον διετηρήσαμεν, οὐ προὐδώκαμεν τὰ μέλη τοῖς πάθεσι, στεφάνους παρὰ τῆς σῆς δεξιᾶς προσεδοκήσαμεν δέξασθαι· καὶ νῦν τὰς θύρας ἐπέκλεισας καὶ λέγεις, οὐκ οἶδα ὑμᾶς; ναὶ, ὄντως οὐκ οἶδα ὑμᾶς. διὰ τί, ὦ δέσποτα; ὁ δεσπότης, διὰ τί; ἐπειδὴ ἐπείνασα, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ οὐκ ἐποτίσατέ με· ξένος ἤμην, καὶ οὐ συνηγάγετέ με· γυμνὸς, καὶ οὐ περιεβάλλετέ με· ἀσθενὴς καὶ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐκ ἤλθετε πρός με. ἐγγράφως διεστειλάμην ὑμῖν, λέγων· ἐφ' ὅσον οὐκ ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων καὶ μικρῶν, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποιήσατε. αἱ δὲ εἶπον, μάτην οὖν, δέσποτα, τὸν πόνον καὶ τὴν ταλαιπωρίαν τῆς σαρκὸς ὑπεμείναμεν, μάτην ἀγρυπνίαις καὶ νηστείαις ἑαυτὰς κατετήξαμεν, μάτην τὸν οὐράνιον νυμφίον μέχρι τέλους ποθήσασαι, τὴν παρθενίαν ἄτρωτον διεφυλάξαμεν. ναὶ, φησί· παρθένοι μέν ἐστε, ἀλλὰ προῖκας οὐκ ἔχετε· παρθένοι μὲν, ἀλλὰ νυμφικὸν οὐ περίκεισθε κόσμον· τὴν τῆς σαρκὸς ἠσκήσατε ἁγνείαν, ἀλλὰ ἀπανθρωπίᾳ τὴν ἁγνείαν ἐτρώσατε· ἀμόλυντον ὑμῶν τὸ σῶμα, ἀλλ' ὁ τρόπος ἀνελεὴς, οὐ φύσεως, ἀλλ' ἀπανθρωπίας. ὁ ἐμὸς ἐστι νυμφὼν κτησαμένων τῆς εὐποιΐας τὸ ἔλαιον. δεῖ τοίνυν τὰς ἐμοὶ νυμ-

A obsecratis, ô pigræ: jam dimissus est vitæ conventus, jam theatrum vitæ præteriit; non est jam tempus contrahendarum pactionum; nunc exigitur operum exhibitio. Prævidisse periculum sæculi hujus; occursus curam gessisse oportuit: cogitandum fuit sine oleo lampades illuminare non posse. Dicitis, *date nobis de oleo vestro*; nemo alienis operibus exornatur; unusquisque ea quæ severit, metit. Date vos nobis oleum. Quid ergo prudentes responderunt? *Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite.* Adhuc etiam, quamvis perexigua quædam reliqua sit hora, currite, elaborate; nondum advenit sponsus, properate antequam occludantur fores; ad vendentes proficiscimini. Quinam autem, o prudentes, sunt illi B vendentes. Dicite: ignorant enim ipsæ, quæ nunquam huic commercio sunt assuefactæ, quinam hi sint vendentes; qui ecclesiarum fores obsident pauperes, ratione præditæ hirundines, quæ rationabile animarum ver annunciant, venerandi apud Dominum mediatores, invicti in die judicii oratores. *Dum autem irent illæ emere oleum, venit sponsus, & clausæ sunt januæ.* O perniciosam negligentiam! ô incurabilem dolorem! ô damnum nulla consolatione mitigandum! ô intolerabilem luctum! *Dum autem illæ irent emere, venit sponsus*, venit exspectatum gaudium, venit exsultatio justorum, media nocte venit lumen. Iverunt obviam prudentes, cum sponso C ingressæ sunt, & clausæ sunt fores.

Math. 25. 9.

2. Horresco dum mihi in mentem venit, quod accidit; dum cum enarro casum, qui mulierculis evenit, totis artubus contremisco. Tremendum thalamum intueri optabant: propter eum enim delicias mundi abjecerant, voluptates neglexerant, gloriam despexerant, vias duras custodierant, animi affectus superaverant, cum delectationibus decertarant: sed quoniam oleum non habebant, occlusa regni claustra repererunt, omni spe introeundi sublata. Nam cum venissent, pulsabant, dicentes, *Domine, Domine, aperi nobis:* judice ex interioribus ædibus terribiliter inclamante: *Amen, amen dico vobis, nescio vos.* O supremam sententiam! licet non per angelum, sed per se ipse luctuo- D sum responsum dederit; ut cum vocem audirent, faciem autem videre non possent, multo amplius torquerentur. *Amen dico vobis, nescio vos.* Non nosti nos, Domine? in te projectæ sumus ex utero, sequutæ sumus te a juventute nostra, castitatem servavimus, quod nobis effinxisti corpus, incorruptum conservavimus, non subjecimus membra affectibus, coronas a dextera tua suscipiendas exspectabamus; & nunc fores occlusisti ac dicis, Nescio vos? etiam, vere nescio vos. Quid ita, Domine? Tum Dominus, quid ita? *Quoniam esurivi, & non dedistis mihi manducare, sitivi & non potastis me; hospes eram, & non collegistis me; nudus, & non induistis me; infirmus & in carcere, & non venistis ad me.* Scriptis verbis declaravi vobis dicens, *Quatenus non fecistis uni ex his fratribus meis minimis & parvis, nec mihi fecistis.* Illæ autem dixerunt, E Frustra ergo, Domine, laborem & afflictionem carnis sustinuimus; frustra vigiliis & jejuniis nos ipsas confecimus; frustra cælestem sponsum ad finem usque desiderantes, virginitatem illibatam conservavimus. Sane, inquit, virgines quidem estis, sed dotem non habetis; virgines estis, sed nuptiali mundo exornatæ non estis: carnis castitatem exercuistis, sed inhumanitate castitatem læsistis. Incorruptum vestrum est corpus, sed mores immisericordes; non naturæ, sed inhumanitatis. Meus thalamus est habentium bonorum operum oleum. Oportet ergo, eas quæ meæ

Math. 25. 42.

sponsæ factæ sunt, eis moribus exornari, qui mundo illi conveniant. Non possum thalamis meis sponsam excipere quæ mecum pugnet: non introducam bellum in thoros pacatos. Discedite a me, ne frustra obstrepite foribus meis: misericordium est domicilium regnum meum. Ille mecum facile ingredietur, qui meam in pauperes misericordiam imitatus fuerit, qui spiritu pauper fuerit, qui indigentibus aures faciles præbuerit, qui proximorum malis non aliter perculsus fuerit ac propriis, qui alienis calamitatibus illacrymatus fuerit, qui animam esurientis satiarit bonis, qui nudorum humeros calefecerit, qui ægroti vocem aure surda non prætereierit, qui pusillanimi consolationis sermonem fuerit mutuatus, qui peregrinum tecto exceperit, qui commiserationis spongia lacrymas viduarum absterserit, qui orphanorum conditionem gravem & miseram, subsidio suo levarit. His admoniti, fratres, nolite lingua laudare, sed opere imitari: linguæ siquidem sigillum est manus, eamque dexteræ interpretatur largitio, quæ verba imitatur: Amorem in pauperes plurimi faciamus, dispergere nummos in pauperes, quæso, ne gravemur, Domini voces audiamus, metum experti experientiam declinemus, nostri curam per pauperes geramus. Etenim virgines, quod humanitatem non coluissent, a sponsi thalamo rejiciuntur. Quæ porro spes peccatoribus relicta est, qui præ inhumanitate contumeliis affecerunt? Hæc dum multitudini dico, negligentiorum conscientiam in tuto pono, nulla in re benignos lædens, sed eos, etiam ut ardentius in pietatem incumbant, incitans. Disperge itaque, mi frater, quamdiu durant hujus vitæ nundinæ: negotiare in iis quæ tibi defensioni futura sint: antequam throni ponantur, luctum præ te fer; præveni sponsi adventum: curre velocius quam peccatum; præoccupa illam dijudicationem, quæ præstituto futura est tempore. Cole judicem, ne tibi accidat ut tribunali nudus sistaris. Nunc pecunias distribue, ut tunc crimina diluas; alloquere solus judicem solum, ne coram omnibus condemnet te: accipe mediatorem pauperem ad ejus favorem promerendum; per illum concilia tibi muneribus judicem: illi soli tale crede secretum, vende per illum jus jure. Mendicus accipit, & judex remissionem subscribit; sine scripto suscipit, & manu scripta profert. *Qui enim miseretur pauperis, Domino fœneratur.* Id quod nunc
Prov. 19. 17.
in manum pauperis jacis, hoc in judicis dextera agnosces. Si ergo judicium elabi contendemus, hîc etiamnum judicem per pauperes exorabimus. Et tum quoque cum domi tuæ moriturus disponis inter cognatos & amicos tuos heredem, scribe animam tuam excedentem e vivis. Da illi quamvis exiguum necessitatis viaticum: sit in tabulis testamenti scriptum nomen judicis: ne sit expers mentionis pauperis charta; conciliatricem gaudii, non luctu dignam mortem redde: ne sine patronis horrendo te sistas foro: pasce ventres eorum, quorum linguæ apud Dominum tibi patrocinari debent. Per eos nobis debitorem reddamus creatorem, ne illa die pœnas demus. Emamus pecuniis nobis oratores futuros ad rem ejusœmodi consequendam: habes quippe amoris erga me testem pauperem: scis me ea quæ sunt mendicorum mihi propria censere. Ego fœnum pecoribus oriri jubeo, & omnibus præbeo cibum: & tamen te eleemosynam faciente, ego cum paupere manum extendo, & obolum excipio. Amictus sum
Ps. 103. 2.
lumine sicut vestimento; &, si solum pauperem operias, ego sentio calorem. Scis in cælo me sedere cum Patre: &, si solum ad eos qui in carcere sunt visitandos perrexeris, invenies me inter vincula residentem: quod si ad ægrotos properaveris, a lecto non absum. Ubique sum enim,

[a] Al. διαθερμάνας τὸ σῶμα.

A φορουμένας κατάλληλον τῷ κόσμῳ περικεῖσθαι καὶ τρόπον. οὐ δύναμαι τοῖς ἐμοῖς θαλάμοις μαχομένην νύμφην λαβεῖν· οὐκ εἰσάγω πόλεμον εἰς παστάδας εἰρηνικάς. λοιπὸν ἀπέλθετε ἀπ' ἐμοῦ· μή μου μάτην τὰς θύραις ἐνοχλεῖτε. τῶν ἐλεημόνων ἐστὶν οἰκητήριον ἡ ἐμὴ βασιλεία. ἐκεῖνος ἐμοὶ εὐκόλως συνεισέρχεται, ὁ τὴν ἐμὴν μιμησάμενος περὶ τοὺς πτωχοὺς εὐσπλαγχνίαν, ὁ πτωχεύσας τῷ πνεύματι, ὁ τοῖς δεομένοις τὴν ἀκοὴν ὑποκλίνας, ὁ τὰ τῶν πλησίον οἰκειωσάμενος πάθη, ὁ δακρύσας ἐπὶ συμφοραῖς ἀλλοτρίαις, ὁ ἐμπλήσας ἀγαθῶν τὴν ψυχὴν τοῦ πεινῶντος, ὁ τῶν γυμνῶν [a] διαθερμάνας τοὺς ὤμους, ὁ μὴ παρακούσας τῆς φωνῆς τοῦ νοσοῦντος, ὁ δανείσας ὀλιγοψύχῳ παρακλήσεως λόγον, ὁ τὸν ξένον ὑπὸ τὴν στέγην δεξάμενος, ὁ τῷ σπόγγῳ τῆς συμπαθείας τῶν χηρῶν ἀποσμήξας τὸ δάκρυον, ὁ ἐλαφρύνας τῇ προστασίᾳ τῆς ὀρφανίας τὸ βάρος. ταῦτα εἰδότες, ἀ-
B δελφοί, μὴ τῇ γλώσσῃ θαυμάζετε, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις μιμήσασθε. σφραγὶς γὰρ γλώσσης ἡ χείρ, καὶ ταύτην ἑρμηνεύει τῆς δεξιᾶς ἡ ἐπίδοσις, ζηλοῦσα τὰ ῥήματα· τὴν φιλοπτωχίαν περὶ πολλοῦ ποιησώμεθα, σκορπίζειν τοῖς πένησι τοὺς ὀβολοὺς μὴ φεισώμεθα, παρακαλῶ· τῶν δεσποτικῶν φωνῶν ἐπακούσωμεν· τὸν φόβον μαθόντες τὴν πεῖραν ἐκκλίνωμεν· ἑαυτῶν διὰ τῶν πενήτων φροντίσωμεν. αἱ γὰρ παρθένοι φιλανθρωπίαν μὴ τιμήσασαι τοῦ νυμφῶνος, ἐκβάλλονται. ποία λοιπὸν τοῖς ἁμαρτωλοῖς ἐλπὶς περιλείπεται ἀπανθρωπίᾳ ὑβρίσασι; ταῦτα πρὸς τὸ πλῆθος λέγων, τὸ ῥᾳθυμότερον τὸ συνειδὸς ἀσφαλίζομαι, βλάπτων οὐδὲν τοὺς εὐγνώμονας, ἀλλὰ καὶ θερμοτέρους πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἐργαζόμενος. οὐκοῦν σκόρπισον, ἀδελφέ, ἕως ἔτι συνέστηκεν ἡ τοῦ βίου πανήγυρις. τὰ τῆς ἀπολογίας πραγματεύσαι, πρὸ
C τοῦ τεθῶσιν οἱ θρόνοι, θρῆνον ἐπίδειξαι· φθάσον τοῦ νυμφίου τὴν παρουσίαν· δράμε τῆς ἁμαρτίας ὀξύτερον· πρόλαβε τὴν ἐμπρόθεσμον διάγνωσιν· θεράπευσον τὸν κριτὴν μὴ καταδέξῃ τῷ βήματι παραστῆναι γυμνός. νῦν σκόρπισον χρήματα, ἵνα τότε διαλύσῃς ἐγκλήματα· λάλησον τῷ δικαστῇ κατὰ μόνας, ἵνα μὴ ἐπὶ πάντων καταδικάσῃ σε· λάβε μεσίτην πρὸς τὴν αὐτοῦ θεραπείαν τὸν πένητα· δι' αὐτοῦ τὸν κριτὴν δωροδόκησον· αὐτῷ μόνῳ θάρρει τὸ τοιοῦτον μυστήριον· δι' αὐτοῦ πώλει τοῖς [b] καταδίκοις τὸ δίκαιον. ὁ πτωχὸς λαμβάνει, καὶ ὁ κριτὴς ὑπογράφει συγχώρησιν· ἀγράφως δέχεται, καὶ προσφέρει χειρόγραφα. ὁ γὰρ ἐλεῶν πτωχὸν, δανείζει θεῷ. ὅπερ ἂν νῦν βάλλῃς ἐν τῇ χειρὶ τοῦ πτωχοῦ, γνωρίσεις ἐν τῇ παλάμῃ
D τοῦ δικαστοῦ. εἰ διαδρᾶσαι τὴν κρίσιν τινὰ σπουδάσωμεν, ἐντεῦθεν ἤδη τὸν δικαστὴν διὰ τῶν πτωχῶν δυσωπήσωμεν. εἰ δὲ ὁπηνίκα τελευταῖα διατυποῖς, γράψον μετὰ τῶν συγγενῶν ἢ φίλων τὴν ἀποδημοῦσαν τοῦ βίου ψυχήν. δὸς αὐτῇ κἂν μικρὰ τῆς ἀνάγκης ἐφόδια· ἐχέτω τοῦ δικαστοῦ τὸ ὄνομα τῆς διαθήκης τὰ γράμματα· μνήμης πτωχοῦ μὴ ἀμοιρείτω ὁ χάρτης. χαρᾶς πρόξενον, καὶ μὴ θρήνων ἄξιον ἐργάσαι τὸν θάνατον· συνηγόρων ἐκτὸς μὴ παραστῇς τῷ φοβερῷ κριτηρίῳ· χόρτασον τὰς κοιλίας τῶν ὀφειλόντων ταῖς γλώσσαις ὑπὲρ σοῦ ῥητορεῦσαι πρὸς τὸν κύριον. κτησώμεθα δι' αὐτῶν χρεώστην τὸν κτίσαντα, τοῦ μὴ δοῦναι δίκην κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν· ὠνησώμεθα χρήμασι τῆς τοιαύτης ἐπιτυχίας ῥήτορας. ἔχεις γάρ, φησι, μάρτυ-
E ρα τῆς περὶ ἐμὲ φιλίας τὸν πένητα· οἶδάς με τὰ τῶν πτωχῶν οἰκειούμενον. ἐξανατέλλω χόρτον τοῖς κτήνεσι, καὶ πᾶσι τὴν τροφὴν χορηγῶ· καὶ ὅμως σου ποιοῦντος τὴν ἐλεημοσύνην, ἐγὼ τῷ πένητι συγκλίνω τὴν χεῖρα, καὶ τὸν ὀβολὸν ὑποδέχομαι. ἀναβάλλομαι τὸ φῶς ὡς ἱμάτιον· κἂν μόνον σὺ τὸν πτωχὸν περιβάλῃς, ἐγὼ τῆς θέρμης αἰσθάνομαι. οἶδάς με ἐν οὐρανῷ τῷ πατρὶ συγκαθήμενον· κἂν μόνον ὁρμήσῃς τοὺς ἐν φυλακῇ ἐπισκέψασθαι, εὑρήσεις με τοῖς δεσμοῖς συγκαθήμενον· κἂν δράμῃς πρὸς νοσοῦντας, τῆς κλίνης οὐκ ἀπολιμπάνομαι. πανταχοῦ γὰρ

[b] Sic Savil. Morel. vero τοῖς δικαίοις τὸ δίκαιον.

εἰμι;

εἰμι, καὶ τοῖς ἐν ἀνάγκῃ περίϊσαμαι· ὅπερ ἂν δώσῃς τῷ πένητι, ὄψει τοῦτο παρ' ἐμοῦ πληθυνόμενον. ἐὰν εἰσάγῃς εἰς τὴν οἰκίαν σου τὸν ἄστεγον, καὶ δι' αὐτοῦ λάβῃς με ἐν οἴκῳ σου, τρία ταῦτα παρέξω σοι· καὶ τὸ κέρδος αὐξήσω, καὶ τὸν οἶκόν σου φυλάξω, καὶ μονὴν ἐν οὐρανοῖς ἑτοιμάσω σοι· ἐν ᾗ ἀπέδρα ὀδύνη καὶ λύπη καὶ στεναγμὸς, ἐν Θεῷ πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A & iis qui premuntur necessitate, succurro. Quod pauperi dederis, id apud me multiplicatum videbis. Si in ædes tuas introduxeris eum, qui tecto caret, & me per ipsum domi tuæ suscipias, hæc tibi tria præbebo, & lucrum augebo, & domum tuam custodiam, & habitationem tibi præparabo in cælis: unde aufugit omnis dolor & tristitia & gemitus: in Deo patre simul cum Spiritu sancto, cui gloria, & potestas, nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

Εἰς τὴν πόρνην, καὶ εἰς τὸν Φαρισαῖον. τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ δ'.

B

In meretricem & Pharisæum. In sancta & magna feria quarta.

ΠΑΝΤΟΤΕ μὲν ὁ θεὸς, ὡς φιλάνθρωπος, καιρὸν εἰς μετάνοιαν τοῖς ἁμαρτωλοῖς δέδωκε· τῇ δὲ ῥαθυμίᾳ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀπόλλυσιν ὁ ἀμελής. φιλῶν γὰρ τὰ μάταια, καὶ γήϊνα, καὶ πρόσκαιρα, ἀποστερεῖται τὴν ἐπουρανίων ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν· καὶ ὁ κατασταθεὶς βασιλεὺς καὶ κύριος πάντων ὑπὸ τοῦ πλάστου καὶ θεοῦ, ἄνθρωπος, δοῦλος γέγονε τῆς ἁμαρτίας διὰ κοσμικὰς ἐπιθυμίας. ὅθεν καὶ Δαυὶδ φησι περὶ τῶν ταῦτα πραττόντων· οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ συνῆκαν· ἐν σκότει διαπορεύονται. καὶ ὁ Χριστὸς αἰνιττόμενος τοὺς ἁμαρτωλοὺς, φησιν· οὐκ ἔρχονται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα μὴ ἐλεγχθῶσιν αὐτῶν τὰ ἔργα· πᾶς γὰρ ὁ φαῦλα πράσσων, μισεῖ τὸ φῶς. καὶ πάλιν λέγει· ἕως τὸ φῶς ἔχετε, περιπατεῖτε πρὸς τὸ φῶς, ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ. καὶ πάλιν λέγει· ἐγὼ ἦλθον εἰς τὸν κόσμον, ἵνα μὴ [a] ἀπόλωνται, ἀλλ' ἵνα ζωὴν ἔχωσι. καὶ πάλιν· οὐκ ἦλθον κρῖναι τὸν κόσμον, ἀλλὰ σῶσαι. καὶ πάλιν· τὴν ψυχήν μου τίθημι ὑπὲρ τῶν προβάτων. ταῦτα τὰ ῥήματα ἀκούσασα ἡ πόρνη, ὥσπερ ἀρώματα πανταχοῦ κηρυττόμενα, καὶ πᾶσι τοῖς ἀξίοις [b] τὴν ὀσμὴν ζωῆς παρέχοντα, τῶν ἔργων αὐτῆς τῶν κακῶν εἰς νοῦν ἐλθοῦσα, εὐθέως ἐπελάβετο τούτων, κλαίουσα τὴν αἰσχύνην τὴν ἐπ' αὐτοῖς, καὶ ἐννοοῦσα τὰ μέλλοντα αὐτῇ κακὰ γίνεσθαι διὰ τούτων. πολλὴ γὰρ θλίψις καὶ ὀδύνη γίνεται τοῖς πόρνοις ἐκεῖ. ταῦτα φοβηθεῖσα, μετεβλήθη ἡ πόρνη, καὶ οὐκ ἔτι ἔμεινε πόρνη, ἀλλ' εὐθέως παρθένου γέγονε σεμνοτέρα. καθίσασα γὰρ καθ' ἑαυτὴν δικαστήριον συνεστήσατο, καὶ ἑαυτὴν κατακρίνουσα ἔλεγεν· οἴμοι τῇ ἁμαρτωλῷ, οἴμοι τῇ ἁμαρτωλῷ, ἕως τίνος οὐκ ἀφίσταμαι τῶν κακῶν; τί οὐ λογίζομαι τὴν εὐσπλαγχνίαν τοῦ θεοῦ; ὅτι δι' ἐμὲ τὴν πλανωμένην, ὡς πρόβατον, πᾶσαν ὁδὸν περιέρχεται ὁ δεσπότης. δι' ἐμὲ γὰρ οὐρανοὺς ἔκλινε, καὶ κατέβη· δι' ἐμὲ τῷ ἁμαρτωλῷ Φαρισαίῳ συνδειπνεῖ ὁ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκί. ἐγγίζει τῷ ἁμαρτωλῷ ὁ ἀναμάρτητος· τραπέζης μετέχει ὁ πάντας τρέφων, καὶ κατάκειται ἐπὶ τὴν γῆν, ὁ ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ βασταζόμενος· καὶ χαρίζεται πᾶσι τοῖς ἁμαρτωλοῖς τὰ χειρόγραφα τῶν ἁμαρτιῶν. τί λοιπὸν [c] μένεις; θάρσει, ψυχή μου, πρόσελθε· οὐκ ἦλθε δικαίους σῶσαι, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς. καὶ ταῦτα εἰπούσης αὐτῆς, εὐθὺς ἐκ τῆς τραπέζης τοῦ Χριστοῦ εὐωδία συγχωρήσεως ἦλθεν ἐπ' αὐτὴν, τὴν ποτὲ ἄσωτον, νυνὶ δὲ σώφρονα· τὴν ποτὲ θῆρα, νῦν δὲ πρόβατον· τὴν ποτὲ δούλην τῆς ἁμαρτίας, νῦν δὲ ἐλευθέραν τῇ μετανοίᾳ· τὴν ποτὲ πόρνην, νῦν δὲ σεμνήν. καὶ στᾶσα τῆς ἀντιλήψεως προθύμῳ τῇ ψυχῇ, ἔρχεται πρὸς αὐτόν· καὶ ἰδοῦσα ἐπὶ τῆς τραπέζης τὸν δεσπότην, οὐκ ἐζήτησεν, ὡς ἡ Χαναναία, ψιχία· ἀλλ' αὐτὸν τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς ὅλον περιέλαβεν. ἡ γὰρ Χαναναία περὶ θυγατρὸς δαιμονιζομένης παρεκάλει, καὶ κύνα ἑαυτὴν ἀκούσασα, ψιχία λαβεῖν ᾐτεῖτο. αὕτη δὲ οὐ θυγατέρα δαιμονιζομένην

1\. SEMPER quidem peccatoribus Deus, utpote benignus, tempus ad pœnitentiam concedit: sed animam suam vir negligens per socordiam perdit. Etenim rebus inanibus & caducis dum addictus est, bonis cælestibus privatur: & qui rerum omnium dominus rexque constitutus est ab opifice suo ac Deo, ob sæcularia desideria factus est servus peccati Quamobrem de iis, qui hæc faciunt, inquit David: *Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant.* Et Christus peccatores innuens ait: *Non veniunt ad lucem, ut non arguantur opera eorum. Omnis enim qui mala agit, odit lucem.* Et rursus dicit: *Dum lucem habetis, ambulate in luce, ut non tenebræ vos comprehendant.* Et rursus; *Ego veni in mundum, ut non pereant, sed ut vitam habeant.* Et rursus, *Non veni ut judicem mundum, sed ut salvum faciam.* Et rursus, *Animam meam pono pro ovibus.* Hæc verba cum audiisset meretrix, tamquam aromata undequaque divulgata, & omnibus, qui digni erant, odorem vitæ fundentia; cum illi mala opera sua in mentem venissent, ea damnavit, ipsorum deplorans infamiam, cum secum cogitaret quanta sibi, ob hæc scelera, imminerent mala: multa enim tristitia, multusque dolor illic eos qui meretricie vivunt, invadit. Horum metu perculsa, mutata est meretrix, nec jam amplius meretrix fuit, sed continuo virgine honestior facta est. Etenim sedens adversus seipsam judicium exercuit, & seipsam condemnans dixit: Hei mihi peccatrici, hei mihi peccatrici, quousque tandem a malis me non sejungam? cur non cogito quanta sit misericordia Dei, cum propter me tamquam ovem errantem, omnes vias circumeat Dominus? Propter me siquidem inclinavit cælos & descendit, cum peccatore Pharisæo cibum sumit, qui dat escam omni carni. Appropinquat peccatori, qui omnis expers est peccati: mensæ fit particeps, qui omnes nutrit: & jacet in terra qui super Cherubim gestatur, & peccatoribus omnibus chirographa peccatorum ultro largitur. Quid etiamnum exspectas? Aude anima mea, accede: non venit ut salvos faceret justos, sed peccatores. Hæc cum illa dixisset, continuo a mensa Christi bonus odor indulgentiæ ad meretricem pervenit, olim incontinentem, nunc castam; olim feram, nunc ovem; olim servam peccati, nunc liberam pœnitentia; olim meretricem, nunc castam. Et stans apprehensionis promtitudine, animo venit ad ipsum, ac cernens Dominum apud mensam, non petiit micas, ut Chananæa, sed ipsum vitæ panem totum complexa est. Nam Chananæa quidem pro filia a dæmonio vexata precabatur, & cum audiret canis, ut micas accipere liceret, petebat. Hæc autem non filiam habebat a dæmone

C D E

Ps. 81. 5. Joan. 3. 20. Joan. 12. 35. Joan. 12. 47. Joan. 10. 15. Luc. 7. Matth. 15.

a Sic mss. Editi vero ἀπόλλυνται.
b Hic quædam secus posita ex mss. emendantur.
c Al. ἀναμένεις.

obsessam, sed totum corpus ab impudicitiis obsessum. Ac Chananæa quidem coram omnibus clamabat, Miserere mei, fili David; meretrix autem nec vocem quidem mittebat: sed cum probe sciret Deum omnia nosse, tacens ore, corde loquebatur ei qui corda novit, & plorans deosculabatur pedes: atque ita Dominum ad commiserationem inflexit; enim vero, fratres, investiganda nobis est, si lubet, sapientis illius mens, ut discamus, quomodo illam ita exceperit Christus, & quomodo tenebris obsessæ animæ illuxerit. *Ps. 44. 3.* Vere enim, ut prædixit David, *Speciosus forma præ filiis hominum* Dominus: neque solum speciosus, sed & speciosorum amator. Hanc enim, priusquam ad ipsum ingrederetur, jam noverat optima mente ac consilio instructam. Verum, *Luc. 7. 30.* audiamus, si videtur, ipsa Evangelii verba: *Cum recumberet Jesus in domo Pharisæi, mulier quædam in civitate peccatrix audivit. Et cum cepisset unguentum preciosum, ingressa, pedes ejus ungebat, & lacrymis rigabat, capillisque tergebat.* Magnum studium mulieris, magnus ad salutem cursus, magna contentio animæ, quæ se periculo expedire cupit: audiit & properavit, ad pœnitentiam animum appulit hæc secum reputans: O peccatrix anima terque misera quid exspectas? quid *2. Cor. 6. 2.* suspenso animo differs? *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis:* Ecce tempus quod quærebas, advenit: Ecce adest qui solvit, & purgat, & abstergit peccata; adest unguentum, quousque tandem in luto ac fœtore hæres? perge ad illum: etenim propter te venit ille, abjice vetera illa vana, & dilige quæ nunc sunt tempestiva; illa detestabilia, hæc desiderabilia & æterna. Odio prosequere pristinam mentem, unge unguenti creatorem, blandire illi qui te salvam facere vult. Invenisti amatorem potiorem omnibus, quos unquam habueris, amatoribus. Illos osculata, multa tibi peccata cumulasti: hunc si osculata fueris, etiam priora peccata, quæ ex illis contraxisti, ipse condonabit. Ita secum ratiocinata in ædes irrepsit, aitque: Recedo a veteribus malis, & nova invenio bona, illisque assentior. Vale dico, & abdico me malo, atque conjungor bono: audivi enim dicentem Davidem, *Ps. 33. 5.* *Accedite ad eum, & illuminamini:* & Dominum *Jac. 4. 8.* ipsum dicentem; *Appropinquate mihi, & ego appropinquabo vobis.* Appropinquo & ego Deo, sed vereor accedere peccatrix ad eum qui peccati expers est, lutum ad unguentum. Verum habeo misericordiæ pignus vocem ejus dicentem: *Matth. 11. 28.* Venite ad me omnes peccatores, & ego reficiam vos. Proficiscor igitur: non me probro afficit, non dicit mihi, Recede a me peccatrix: hactenus in tenebris vixisti, & nunc me justitiæ solem visum venisti? Verum quid differo? Accipiam unguentum, & ad eum pergam: Pharisæi domum mihi baptisterium faciam, & ex fluentis lacrymarum piscinam mihi & lavacrum parabo. Ex alabastro unguenti sigillum fidelium in fronte sumam, & per pœnitentiam mundabor a peccatis, ac medicæ orationis opera laqueos *Jos. 2.* evadam diaboli. Nihil est quod non sperem. Novi in veteri testamento Raab meretricem, quæ ad portam urbis domicilium peccati collocaverat: atqui ipsa cum Israëlis exploratores excepisset, mercedem hospitalitatis vitam accepit. Qui enim eam servavit Jesus Nave, Jesu veri figuram gessit. Optimum meretrici præmium propter exploratores Jesu Nave filius largitus est. Si tum igitur Jesu nomen salutem, & peccatorum remissionem attulit; nunc verus Jesus, & virgo, & ex virgine natus, meretricem hospitio excipientem, & unguento pedes ungentem, repellendam censebit, ac non potius peccatorum indulgentia donabit? Verum tunc quidem Raab exploratores dimisit, ego vero constanter teneo quem desideraveram; non ut illa exploratorem

A εἶχεν, ἀλλὰ πᾶν τὸ σῶμα δαιμονιζόμενον τῆς ἀσελγείας. ἀλλ' ἡ Χαναναία ἐπὶ πάντων ἔκραζεν, ἐλέησόν με υἱὲ Δαυίδ· ἡ δὲ πόρνη οὐ κραυγὴν ἀφῆκεν, ἀλλ' ἰδοῦσα ὅτι πάντα οἶδεν ὡς θεὸς, σιγῶσα τῷ στόματι, τῇ καρδίᾳ ἐλάλει τῷ τὰς καρδίας εἰδότι· καὶ κλαίουσα, κατεφίλει τοὺς πόδας, καὶ οὕτω τὸν δεσπότην εἰς συμπάθειαν ἐπήγαγεν. ἀλλ' ἤθελον, ἀδελφοὶ, ἐρευνῆσαι τῆς σοφῆς ἐκείνης τὰς φρένας, καὶ μαθεῖν πῶς ἐδέξατο αὐτὴν ὁ Χριστὸς, καὶ πῶς ἐνέλαμψε τῇ ἐσκοτισμένῃ ψυχῇ. καὶ γὰρ ἀληθῶς, καθὼς προεφήτευσεν ὁ Δαυὶδ, ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων ὁ κύριος· καὶ οὐ μόνον ὡραῖος, ἀλλὰ καὶ τῶν ὡραίων ἐραστής. ταύτην γὰρ καὶ πρὶν εἰσελθεῖν πρὸς αὐτὸν, ἐπεγίνωσκεν ἔχουσαν ψυχῆς ἀγαθῆς προαίρεσιν. ἀλλ' εἰ δοκεῖ, καὶ τῶν ῥητῶν τοῦ εὐαγγελίου ἀκούσωμεν. ἀνακειμένου τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Φαρισαίου, γυνή τις ἁμαρτωλὸς ἐν τῇ B πόλει ἤκουσε· καὶ λαβοῦσα μύρον πολύτιμον, εἰσελθοῦσα ἤλειφεν αὐτοῦ τοὺς πόδας, καὶ τοῖς δάκρυσιν ἔβρεχε, καὶ ταῖς θριξὶν ἔμασσε. μεγάλη σπουδὴ γυναικός· μέγας δρόμος σωτηρίας· μεγάλη προαίρεσις ψυχῆς κινδύνων θελούσης ἀπαλλαγῆναι· ἤκουσε, καὶ ἔσπευσεν, ὤθησε τὴν ἔννοιαν εἰς τὴν μετάνοιαν, λέγουσα ταῦτα ἐν αὐτῇ· ὦ ψυχὴ ἁμαρτωλὴ καὶ τρισαθλία, τί ἀναμένεις; τί σκέπτῃ; ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος ἰδοὺ νῦν ἡμέρα σωτηρίας· ἰδοὺ ὁ καιρὸς, ὃν ἐζήτεις, ἔφθασεν· ἰδοὺ πάρεστιν ὁ λύων, καὶ καθαίρων καὶ ἀποσμήχων τὰ ἁμαρτήματα· πάρεστι τὸ μύρον· μέχρι τίνος προσμένεις τῷ βορβόρῳ καὶ τῇ δυσωδίᾳ; ἄπελθε πρὸς αὐτόν. καὶ γὰρ αὐτὸς διὰ σὲ ἦλθεν. ἄφες τὰ ποτὲ μάταια, καὶ πόθησον τὰ νῦν ὡραῖα· ἐκεῖνα βδελυκτὰ, ταῦτα ποθητὰ καὶ αἰώνια· μίσησον τὴν ἀρχαίαν γνώμην, μύρισον τὸν τὸ μύρον ποιήσαντα, κολάκευσον τόν σε σῶσαι C θέλοντα. εὗρες ἐραστὴν ὑπὲρ πάντας οὓς ἔσχες ἐραστάς. ἐκείνους φιλήσασα, πολλὰς ἁμαρτίας εἰς ἑαυτὴν ἐξεκαίνωσας. τοῦτον ἐὰν φιλήσῃς, καὶ τὰς προτέρας ἁμαρτίας, ἃς ἐξ ἐκείνων ἐκτήσω, αὐτός σοι [a] συγχωρήσει. ταῦτα λογισαμένη, ὑπεισέρχεται τῇ οἰκίᾳ· καὶ λέγει· ἀναχωρῶ τῶν ἀρχαίων κακῶν, εὑρίσκω τὰ νέα καλὰ καὶ συμφωνῶ· ἀποτάσσομαι τῷ πονηρῷ, καὶ συντάσσομαι τῷ ἀγαθῷ· ἤκουσα γὰρ τοῦ Δαυὶδ λέγοντος· προσέλθετε πρὸς αὐτὸν, καὶ φωτίσθητε· καὶ αὐτοῦ τοῦ κυρίου λέγοντος, ἐγγίσατέ μοι, κἀγὼ ἐγγιῶ ὑμῖν. ἐγγίζω κἀγὼ τῷ θεῷ, ἀλλὰ φοβοῦμαι ἡ ἁμαρτωλὸς πρὸς τὸν ἀναμάρτητον, ὁ βόρβορος πρὸς τὸ μύρον. ἀλλ' ἔχω ἐνέχυρον τῆς εὐσπλαγχνίας αὐτοῦ τὴν φωνὴν τὴν λέ- D γουσαν· δεῦτε πρός με πάντες οἱ ἁμαρτωλοὶ, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. ἀπέρχομαι τοίνυν· οὐκ ὀνειδίζει με, οὐ λέγει μοι, ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ ἡ ἁμαρτωλός· ἕως ἄρτι ἐν τῷ σκότει διῆγες, καὶ νῦν ἦλθες ἰδεῖν με τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον; ἀλλὰ τί σκέπτομαι; λαμβάνω μύρον, καὶ πορεύομαι πρὸς αὐτὸν, καὶ ποιῶ φωτιστήριον τὸν οἶκον τοῦ Φαρισαίου· καὶ τοῖς ῥείθροις τῶν δακρύων κολυμβήθραν μοι κατασκευάζω· καὶ τῷ ἀλαβάστρῳ τοῦ μύρου τὴν σφραγῖδα λαμβάνω τῶν πιστῶν κατὰ τοῦ μετώπου· καὶ τῇ μετανοίᾳ καθαρίζομαι τῶν ἁμαρτημάτων μου, καὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ τῷ ἰαματικῷ ἀποφεύγω τοὺς βρόχους τοῦ διαβόλου. οὐδέν μοι ἀπηλπισμένον ἐστίν. οἶδα ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ Ῥαὰβ τὴν πόρνην ἐπὶ τὴν πύλην τῆς πόλεως E οἰκητήριον τῆς ἁμαρτίας ἔχουσαν· ἀλλ' αὕτη τοὺς κατασκόπους τοῦ Ἰσραὴλ δεξαμένη, τῆς φιλοξενίας τὸν μισθὸν ἐκομίσατο τὴν ζωήν. ὁ γὰρ σώσας ἐκείνην Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυὴ, τύπον εἶχε τοῦ ἀληθινοῦ Ἰησοῦ· ἀμοιβὰς ἀγαθὰς τῇ πόρνῃ ὑπὲρ τῶν κατασκόπων ὁ τοῦ Ναυὴ Ἰησοῦς ἐχαρίσατο. εἰ οὖν τότε τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ σωτηρίαν καὶ συγχώρησιν ἁμαρτιῶν παρέχει· νῦν ὁ ἀληθινὸς Ἰησοῦς, ὁ παρθένος καὶ ἐκ παρθένου, πόρνην ξενοδοχοῦσαν, καὶ ἀλείφουσαν μύρῳ τοὺς πόδας, ἀπώσασθαι ἔχει, καὶ μὴ χαρίσασθαι ἄφεσιν ἁμαρτιῶν; ἀλλ' ἐκεῖ Ῥαὰβ ἀπέλυσε τοὺς κατασκόπους, ἐγὼ δὲ μένω κατέχουσα ὃν ἐπόθησα· οὐχ ὡς ἐκείνη, κατάσκοπον

[a] MSS. συγχωρεῖ. Paulopost Savil. εὑρίσκω τὰ νέα καλά, συμφωνῶ καὶ ἀποτάσσομαι.

πόλεως, ἀλλ' ὡς ἐπίσκοπον πασῶν τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν. ἰδοὺ, καθὼς προεῖπον, ἔφθασε καιρὸς, ὃν ἰδεῖν ἐπεθύμουν· ἔλαμψέ μοι ἡμέρα, καὶ ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης, καὶ ἐνιαυτὸς δεκτὸς παρὰ κυρίου, καὶ μεγάλη ἐπισκοπὴ παρὰ θεοῦ. ἀληθῶς γὰρ ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, ἐπιφᾶναι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις. ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Σίμωνος αὐλίζεται ὁ δεσπότης· ἀπέλθω πρὸς αὐτόν· καὶ τί ποιήσω; κλαύσω, ὥσπερ Ἄννα ἔκλαυσε τὴν στείρωσιν; ἀλλὰ λογίζεταί με ὁ Σίμων ὡς μεθύουσαν· ὥς ποτε καὶ τὴν Ἄνναν Ἠλὶ ὁ ἀρχιερεύς· ἀλλὰ μένω προσευχομένη τῇ καρδίᾳ πρὸς τοὺς πόδας τοῦ Χριστοῦ, καὶ δακρύουσα, τοῦτο ποιήσω.

Συνήργησε δὲ ἡ πίστις τῆς πόρνης τῇ καθαρᾷ προθέσει, καὶ παραγίνεται πρὸς τὸν τὸ μύρον πωλοῦντα, καὶ ἄρχεται λέγειν αὐτῷ· ἐπειδὴ μέγας μοι φίλος παρὰ πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων παρεγένετο, εἰ ἔχεις ἐπάξιον μύρον, δός μοι· ἵνα ἀξίως προσενέγκω τῷ ἀξίως φιλουμένῳ παρ' ἐμοῦ, τῷ πυρώσαντί μου τὴν καρδίαν καὶ τοὺς νεφρούς· μηδὲν περὶ τιμῆς μελέτω σοι, ἐὰν δέῃ με, καὶ μέχρι σώματος καὶ ὀστέων, ἑτοίμως ἔχω πωλῆσαι καὶ δοῦναι, ἵνα κἂν μικρόν τι ἔχω προσενέγκαι τῷ οὕτω καθαρίσαι με θέλοντι. ὁ δὲ βλέπων τῆς πίστεως τὸ θερμὸν καὶ προαιρετικὸν, λέγει αὐτῇ· εἰπέ μοι τίς ἐστιν ὅνπερ ποθεῖς, ὅτι τοσοῦτον ἐθέρμανέ σου τὸ φίλτρον; τί πρὸς τὸ μύρον τοῦτο προσδοκᾷς παρ' αὐτοῦ λαβεῖν; ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν λέγει· τί μοι λέγεις, ὦ ἄνθρωπε; ἀγνοεῖς, οὐκ οἶδας τί φθέγγῃ. ἔχει δοῦναί μοι ἀντάξιον τοῦ μύρου, εἰ καὶ οἷόν τι οὐδεὶς δύναται τούτῳ ἀντάξιον δοῦναι τοῦ ἀξιώματος· οὐδὲ αὐτὸς ὁ οὐρανὸς, οὔτε ἡ γῆ, οὔτε οὐδεὶς τῶν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ συγκρίνεται τῷ ἐλθόντι πρός με. ἣν σὺ μὲν εὐτελῆ θεωρεῖς, ἐκεῖνος δὲ καταξιώσας ὡς φιλάνθρωπος, τῶν ἁμαρτιῶν ἠλευθέρωσεν. οὗτος υἱὸς Δαυὶδ ἐστὶ κατὰ σάρκα, διὰ τοῦτο καὶ εὔοπτός ἐστι. περὶ αὐτοῦ γὰρ ἔλεγεν· ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. οὗτος υἱὸς θεοῦ· καὶ τοῦτον οὐκ εἶδον, ἀλλὰ ἀκούσασα περὶ αὐτοῦ, ἐτρώθην τῷ πόθῳ. τὸν Δαυὶδ Μελχὼλ ἡ τοῦ Σαοὺλ θυγάτηρ ἀγαπήσασα, τὰ βασίλεια κατέλιπε, καὶ τούτῳ πτωχεύοντι ἠκολούθησεν· ἐγὼ δὲ τὸν ἴδιον πλοῦτον πωλῶ, εἰ καὶ κακῶς τοῦτον συνήγαγον, καὶ ἀγοράζω μύρον, καὶ προστρέχω τῷ ἐκ Δαυὶδ δι' ἐμὲ πτωχεύσαντι· καὶ λαβοῦσα ἡ πιστὴ πόρνη τὸ μύρον, ἔδραμεν ὡς κληθεῖσα εἰς τὸν οἶκον τοῦ Φαρισαίου. καὶ ὁ μὲν Φαρισαῖος ἰδὼν τὴν πόρνην κατέχουσαν τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, καὶ μυρίζουσαν, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκίαν πληρωθεῖσαν τῆς εὐωδίας τοῦ μύρου, εἰς ἑαυτὸν ἐλογίζετο, καὶ ἔλεγεν· εἰ ἦν οὗτος προφήτης, ἐνόησεν ἂν τίς ἡ γυνὴ ἡ ἁπτομένη αὐτοῦ, ὅτι ἁμαρτωλός ἐστι. καὶ τὴν παῤῥησίαν τῆς πόρνης ἔψεγεν, ὡς ἀναισχύντως ἐγγισάσης καὶ ἁψαμένης αὐτοῦ· καὶ αὐτὸν τὸν δεσπότην ἐμέμφετο, ὡς ἀσκέπτως δεχόμενον πάντας τοὺς προσιόντας αὐτῷ· καὶ ἄγνοιαν αὐτοῦ καταψηφιζόμενος, ἔλεγεν ἐν ἑαυτῷ· ὢ τῶν πραγμάτων· ἐκάλεσα ἐπὶ δεῖπνον αὐτὸν ὡς ἕνα τῶν προφητῶν· καὶ αὐτὴν, ἣν πάντες οἴδασιν οἱ κατοικοῦντες ἐν τῇ πόλει, καὶ ἣν ἕκαστος ἐπίσταται, οὗτος οὐκ ἔγνω. εἰ ἦν προφήτης, ἐγίνωσκεν ἂν τίς ἡ γυνή. ἀλλ' ὁ Χριστὸς ὁ ἐτάζων καρδίας καὶ νεφροὺς, ἐθεώρει τοῦ Φαρισαίου τοὺς λογισμούς. καὶ σαλευομένων αὐτοῦ τῶν ἐνθυμήσεων, γίνεται αὐτῷ ἔνδοθεν γαλήνη ὁ Χριστός· καὶ λέγει αὐτῷ· Σίμων, ἔχω σοί τι εἰπεῖν· ὁ δέ φησι· διδάσκαλε, εἰπέ. λέγει αὐτῷ· μεμπταῖός σοι ἐφάνην, ὅτι οὐκ ἐνέτρεψα τὴν πόρνην, ἀλλ' ἐσκέπασα; μεμπταῖόν σοι ἐφάνη, ὅτι οὐκ ἀπεστράφην τὴν ἁμαρτωλὸν, ἀλλ' ἀπεδεξάμην; μεμπταῖόν σοι ἐφάνη, ὅτι οὐκ ἐδίωξα, ἀλλ' ἐδικαίωσα; μεμπταῖόν σοι ἐφάνη, ὅτι οὐκ ὠργίσθην, ἀλλ' ἱλαρύνθην; μεμπταῖόν σοι ἐφάνη, ὅτι τὴν θέλουσαν φυγεῖν τῶν ἑαυτῆς ἀνομιῶν, ταύτην ἀνεκαλεσάμην; δέον σε χαρῆναι ἐπὶ τῷ πεσόντι καὶ ἀναστάντι, λυπῇ ἐπὶ τοῖς καλοῖς; ἀλλ' οὐκ εὔλογος ἡ

A urbis, sed ut episcopum animarum omnium hominum. Ecce utique, ut dixi, tempus advenit, quod cernere optabam, illuxit mihi dies solque justitiæ & annus acceptabilis a Domino, & magna a Deo visitatio. Vere namque visitavit nos Oriens ex alto, ut appareret iis qui in tenebris & in umbra mortis sedent. In Simonis ædibus diversatur Dominus, pergam ad illum. Quid vero faciam? Plorabo ut ploravit Anna sterilitatem; sed me Simon quasi ebriam reputabit, ut quondam etiam Heli pontifex Annam. Sed manebo tamen corde ad pedes Christi, & id faciens, lacrymas fundam.

1. Pet. 2. 25.

Luc. 1. 78.

1. Reg. 1.

2. Huic puro meretricis proposito auxiliata est fides, acceditque ad unguentorum venditorem, atque ita sermonem apud illum instituit. B Quandoquidem magnus mihi amicus præ omnibus filiis hominum advenit, si eximium habes aliquod unguentum, da mihi, ut digne offeram illi, qui merito suo a me diligitur, qui mihi cor, & renes igne quodam novo ussit. Ne tibi sit curæ precium, etiamsi me opus sit corpore & ossibus satisfacere, parata sum, possum emere, ac dare, ut vel exiguum quid habeam, quod illi offeram, qui me ita mundare vult. Ille autem videns ardorem fidei, animique propositum, ait ipsi: Dic mihi, quæso, quisnam ille sit quem amas, qui adeo suo te amore inflammavit? quid hujus unguenti gratia te ab illo impetraturam existimas? Tum illa respondit: Quid tu dicas mi homo, nescis, non nosti quæ loqueris. Mihi quidem ille munus dare potest unguen- C ti loco, cujus precium nullo unquam dono æquari potest. Ne cælum quidem ipsum, neque terra, neque ullus eorum qui mundum incolunt, cum eo conferendus est, qui ad me venit; quam tu quidem vilem intueris, at ille, utpote benignus, dignam existimans, a peccatis liberavit. Hic filius est David secundum carnem, propterea & formosus est: nam de ipso dixit, *Speciosus forma præ filiis hominum.* Hic filius est Dei, & eum non vidi, sed de eo cum audissem, amore vulnerata sum. Davidem cum amaret Melchol filia Saul, regiam dereliquit, & eum egentem sequuta est: ego vero divitias meas vendo, licet perperam, eas congregaverim: & emo unguentum, atque ad Davidis nepotem mea causa egenum factum accurro. Cumque accepisset fidelis meretrix unguentum, perinde quasi vocata D esset, ad ædes Pharisæi properavit. Ac Pharisæus quidem cum meretricem videret Jesu pedes tenentem, eosque ungentem, totamque domum unguenti odore repletam, sic apud se ratiocinabatur, dicebatque: *Hic si esset propheta, sciret utique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est.* Et mulieris confidentiam vituperabat, ut quæ impudenter accessisset, eumque tetigisset: & Dominum ipsum reprehendebat, ut qui inconsiderate omnes ad se accedentes exciperet. Ignorantiam igitur ejus condemnans apud se dicebat: Quid hoc rei est? Illum ego tamquam ex prophetis unum ad prandium vocavi: & hanc, quam omnes, qui urbem incolunt, noverunt, quam quisque perspectam habet, iste non novit. Si propheta esset, sciret quænam hæc mulier sit. E Christus autem, qui scrutatur corda, & renes, cogitationes Pharisæi videbat. In varias partes agitatis ejus considerationibus, fit intus tranquillitas Christus, aitque ipsi; *Simon habeo tibi aliquid dicere: At ille ait: Magister dic.* Ait ipsi: Dignum tibi reprehensione visum est, quod hanc peccatricem non sim aversatus, sed exceperim; dignum tibi reprehensione visum est, quod non abegerim, sed justificarim: reprehendendum videtur, quod non iratus fuerim, sed placatus: reprehendendum videtur, quod eam, quæ ob peccata sua fugere volebat, revocarim? Cum deberes potius gratulari lapso, & mox resurgenti, dolorem inurunt tibi aliorum bona. Verumta-

Ps. 44. 3.

1. Reg. 18.

Luc. 7. 39.

men non est rationi consentanea reprehensio tua : confer hoc cum eo quod tibi narraturus sum. *Duo debitores erant cuidam fœneratori : unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta.* Cum vero egestate premerentur, ambobus chirographa sua ultro reddidit fœnerator. Quis ergo illorum plus diligere debet? Ille autem ait : Æstimo quia is cui plus donavit. Ait ipsi, Recte judicasti. Deinde conversus ad mulierem ait Simoni, Vides hanc mulierem, de qua tu spem omnem abjeceras? tu meos lavare pedes non es dignatus : hæc autem lacrymis pedes meos rigavit; osculum mihi caritatis non dedisti, hæc autem non cessavit osculari pedes meos : oleo caput meum non unxisti, hæc autem unguento unxit pedes meos. Verum disce, ô Pharisæe, quis sit fœnerator, & qui debitores. Ego sum fœnerator duorum, tui, & illius, nec vestri solum, sed & omnium mortalium. Ego omnibus largitus sum gratis, quæ a me acceperunt; animam, spiritum, corpus, sensum, cognitionem, motum. Creditorem itaque a te repetentem in solidum, quæ accepisti, si non habeas, unde reddas, ora ut debitum tibi donet : quod si neque reddere possis, neque orare digneris, ut tibi donetur, licet non erubescas, dum garrulus es, & contendis; tace ut hæc meretrix, quæ multa esse videns debita sua, dixit apud se, Quid dicam, aut quid respondebo? Si dicere velim, non debeo, scit ipse me debere, & a quo tempore referendis rationibus sim obnoxia. Itaque cum probe sciret eum omnia nosse, nullumque ex iis sceleribus, quæ in se admiserat, eum latere, silentio processit lacrymans, & in corde suo omnia debita confessa, Deum placatum reddidit. Tace igitur & tu Pharisæe, ut tibi debitum Dominus condonet. Noli tu, cum reus sis, condemnatam jam condemnare. Noli tu, cum vilis sis, vilem vilipendere. Quiesce; neque enim aut tuis, aut illius rebus indigeo, sed ambobus ut remitterem debitum veni. Ego enim sum ille humanus fœnerator duorum, neque tantum vobis, sed & omnibus, qui solvendo non fuerint, dummodo fateantur debitum, & postulent per pœnitentiam, ut sibi remittam, donemque chirographum. Si quis ergo æs alienum contraxerit, accedat ad gratiam baptismi, & per eam a debito liberabitur. Abite ergo, ecce a debitis soluti estis, ab omni obligatione liberati per gratiam estis, ne vos primo jam rescisso, alio rursus chirographo obnoxios reddatis. Verum Domine dominator Jesu Christe, quandoquidem ea quæ debeo tibi, unde reddam, neque habeo neque possum reddere, meis siquidem multis sceleribus tuam sortem cum fœnore absumsi : ne quæso a me repetas, quæ mihi dedisti, animæ sortem & corporis fœnus : quin potius pro tua humanitate leva me pondere debitorum meorum, mihique dic, ut meretrici, Dimittuntur tibi peccata multa : Tu enim solus es sine peccato, bonus, & benignus, & peccata condonans, teque decet omnis gloria, honor, & adoratio, cum Patre tuo qui principio caret, & omnino sancto, bono, & vivifico Spiritu, nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

A μέμψις σου. σύγκρινον τοῦτο ὃ μέλλω σοι λέγειν. δύο χρεωφειλέται ἦσαν δανειστῇ τινι, ὁ εἷς ὤφειλε δηνάρια πεντακόσια, ὁ δὲ ἕτερος πεντήκοντα. τούτοις δὲ ἀπορήσασιν ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο τὰ χειρόγραφα ὁ δανειστής. τίς οὖν αὐτῶν ὀφείλει πλέον ἀγαπᾶν; ὁ δὲ λέγει, ὑπολαμβάνω ὅτι ᾧ τὸ πλεῖον ἐχαρίσατο. καὶ λέγει αὐτῷ, ὀρθῶς ἔκρινας. εἶτα στραφεὶς πρὸς τὴν γυναῖκα, τῷ Σίμωνι ἔφη· βλέπεις ταύτην τὴν γυναῖκα, ἣν σοι ἀπηγορευμένην; σύ μου νίψαι τοὺς πόδας οὐ κατηξίωσας· αὕτη δὲ δάκρυσί μου τοὺς πόδας ἔβρεξε. φίλημά μοι ἀγάπης οὐ προσήγαγες· αὕτη δὲ οὐ διέλιπε καταφιλοῦσά μου τοὺς πόδας. ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου οὐκ ἤλειψας· αὕτη δὲ μύρῳ ἤλειψέ μου τοὺς πόδας. ἀλλὰ διδάχθητι, Φαρισαῖε, τίς ὁ δανειστής, καὶ τίνες οἱ χρεωφειλέται. ἐγώ εἰμι ὁ δανειστὴς τῶν δύο, σου καὶ αὐτῆς· καὶ οὐ μόνον ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ πάντων ἀνθρώπων. ἐγὼ πᾶσιν ἐχάρισα,
B ἅπερ καὶ ἔλαβον ἀπ' ἐμοῦ· ψυχήν, πνοήν, σῶμα, αἴσθησιν, γνῶσιν, κίνησιν. τὸν οὖν δανειστήν, τὸν [a] οὐκ ἀπαιτοῦντά σε παρασχεῖν ἅπερ ἔλαβες, εἰς πλῆρες, ἂν μὴ ἔχῃς ἀποδοῦναι, ἱκέτευσον συγχωρῆσαί σοι τὸ δάνειον. εἰ δὲ οὔτε ἀποδοῦναι δύνασαι, οὔτε ἱκετεῦσαι ἀξιοῖς συγχωρηθῆναι, κἂν μὴ αἰσχυνθῇς πολυλογῶν καὶ ἀνθιστάμενος· σίγησον, ὡς αὐτὴ ἡ πόρνη, ἥτις τὰ πολλὰ ἑαυτῆς ἰδοῦσα χρέη, εἶπεν ἐν ἑαυτῇ· τί λαλήσω, ἢ τί ἀποκριθῶ; ἐὰν θελήσω εἰπεῖν, οὐ χρεωστῶ τὸ δάνειον, αὐτὸς πάντα οἶδε, καὶ πόσα χρεωστῶ αὐτὸς ἐπίσταται, καὶ ἀπὸ ποίων χρόνων ὑπεύθυνός εἰμι. διὰ τοῦτο ὡς ἰδοῦσα, ὅτι πάντα οἶδε, καὶ οὐδὲν τῶν πεπραγμένων αὐτῇ κακῶν ἐστιν ὃ λανθάνει αὐτόν· σιγῇ προσῆλθε δακρύουσα, καὶ τῇ καρδίᾳ αὐτῆς πάντα τὰ χρέη ὁμολογοῦσα, ἐξευμενίσατο τὸν θεόν. σίγησον
C οὖν καὶ σύ, Φαρισαῖε, ἵνα σοι χαρίσηται ὁ κύριος τὴν ὀφειλήν. μὴ σύ, κατάδικος ὤν, καταδίκαζε τὴν καταδεδικασμένην· μὴ σὺ εὐτελὴς ὤν, εὐτέλιζε τὴν εὐτετελισμένην. ἡσύχασον· οὔτε γὰρ τῶν σῶν, οὔτε τῶν αὐτῆς χρείαν ἔχω· ἀλλ' ἀμφοτέροις ἦλθον τὴν ὀφειλὴν χαρίσασθαι. τῶν γὰρ δύο δανειστὴς φιλάνθρωπος ὑπάρχω, οὐ μόνον δὲ ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς μὴ ἔχουσιν ἀποδοῦναι· ἐὰν μόνον ὁμολογήσωσι τὸ χρέος, καὶ αἰτήσωνταί με συγχωρῆσαι αὐτοῖς διὰ μετανοίας τὸ χειρόγραφον. εἴ τις οὖν χρεωστῇ, καὶ προσέλθῃ τῇ χάριτι τοῦ βαπτίσματος, δι' αὐτῆς ἐλευθεροῦται τοῦ χρέους. ὑπάγετε τοίνυν, ἰδοὺ τῶν χρεῶν ἀπελύθητε, πάσης ἐνοχῆς τῇ χάριτι ἠλευθερώθητε· μὴ πάλιν ἄλλο χειρόγραφον ἑαυτοῖς ἐπεισενέγκητε, τοῦ προτέρου
D ἅπαξ σχισθέντος. ἀλλά, κύριε δέσποτα Ἰησοῦ Χριστέ, ἐπειδὴ ἀποδοῦναί σοι ἃ χρεωστῶ, οὐκ ἔχω, οὐδὲ ἰσχύω· ἀπὸ γὰρ τῶν πολλῶν ἀνομιῶν μου καὶ τὸ κεφάλαιον σὺν τόκῳ κακῶς ἀνήλωσα· μὴ ἀπαιτήσῃς με ἃ παρέσχες μοι, τῆς ψυχῆς τὸ κεφάλαιον, καὶ τῆς σαρκὸς τὸν τόκον· ἀλλὰ κούφισόν με τοῦ βάρους τῶν χρεῶν μου, ὡς φιλάνθρωπος, καὶ εἰπὲ κἀμοὶ ὡς τῇ πόρνῃ, ἀφέωνταί σου αἱ πολλαὶ ἁμαρτίαι. σὺ γὰρ εἶ μόνος ἀναμάρτητος καὶ ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, καὶ συγχωρῶν ἁμαρτίας· καί σοι πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου πατρί, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] οὐκ, hæc negatio irrepsisse videtur.

MONITUM

MONITUM

AD HOMILIAM DE SAMARITANA.

De hac homilia hæc habet Savilius Tom. VIII. in notis pag. 867. In hac homilia nihil est Chrysostomo dignum præter epilogum, qui totus fere sumtus est ex 31. Chrysostomi homilia in Joannem. Codex Oxoniensis, Cæsareus & Ducæi Romanus inter se consentiunt. Mediceus plenior, sed illorum brevitas magis placet. *Hæc scite observata sunt. Medicei lectiones nimias non attulit Savilius; & bene quidem neglexit: neque enim tantam accurationem meretur inficetum opusculum. Sicque nos Regii cujusdam codicis lectiones misimus, cujus librarius multum excurrebat, & inutilia multa adjiciebat. Epilogum ex Chrysostomi Homilia* 31. *in Joannem desumtum suo loco annotamus.*

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

Εἰς τὴν Σαμαρεῖτιν, καὶ εἰς τὸ, ἔρχεται ὁ Ἰησοῦς εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας, λεγομένην Συχάρ.

A

ΣΗΜΕΡΟΝ ἡμῖν ὁ Χριστὸς τοὺς ἄθλους τῆς Σαμαρείτιδος ἀνεκήρυξεν· καὶ χρὴ τὸν πτωχὸν λόγον εἰς τὸ πέλαγος τῶν αὐτῆς κατορθωμάτων διαπλεῦσαι. ὁρῶ γὰρ αὐτῆς τὴν πίστιν, καὶ τὸν ἐγκωμιαστικὸν αὐτῆς λόγον ἐξειπεῖν βούλομαι, καὶ μεθ' ὑμῶν ἐπαινέσαι τὴν πτωχὴν καὶ πλουσίαν· τὴν πόρνην καὶ ἀπόστολον· τὴν ἄσωτον καὶ πιστήν· τὴν πολύγαμον καὶ πολυδύναμον· τὴν πολλοὺς μιάνασαν, καὶ τὸν μονογενῆ λόγον τοῦ θεοῦ θεραπεύσασαν· τὴν μιανθεῖσαν, καὶ καθαρισθεῖσαν· τὴν διψήσασαν, καὶ ὑδάτων ζώντων ἐπιθυμήσασαν, καὶ τῶν ἐπουρανίων ναμάτων τὴν χάριν κληρονομήσασαν.

B

τί γάρ φησιν ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, ὁ τὰ ἄρρητα βροντήσας μυστήρια; ἔρχεται ὁ Ἰησοῦς εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας, λεγομένην Συχάρ, πλησίον τοῦ χωρίου, ὃ ἔδωκεν Ἰακὼβ Ἰωσὴφ τῷ υἱῷ αὐτοῦ. ἦν δὲ ἐκεῖ πηγὴ τοῦ Ἰακώβ. ὁ οὖν Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ· ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη· ἔρχεται γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρείας, ἀντλῆσαι ὕδωρ. λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, δός μοι πιεῖν· οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπεληλύθεισαν εἰς τὴν πόλιν, ἵνα τροφὰς ἀγοράσωσι. ὁ οὖν Ἰησοῦς κεκοπιακώς. τί οὖν Ἡσαΐας ὁ προφήτης λέγει· ὁ θεὸς ὁ μέγας οὐ πεινάσει, οὐδὲ μὴ διψήσει, οὐδὲ μὴ κοπιάσει· οὐδὲ ἔστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ;

C

ἀλλὰ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος περὶ αὐτοῦ ἐν τῷ κατ' αὐτὸν εὐαγγελίῳ γράφει· καὶ νηστεύσας ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα, ὕστερον ἐπείνασεν. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, καθὼς ἀρτίως ἤκουες, λέγει· ὁ οὖν Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ. ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη. καὶ ὁ μὲν λέγει, ὅτι ἐπείνασεν· ὁ δὲ ὅτι καὶ ἐκοπίασεν· ὁ δὲ προφήτης δηλοῖ Ἡσαΐας πνεύματι ἁγίῳ φθεγγόμενος· ὁ θεὸς ὁ μέγας οὐ πεινάσει, οὐδὲ μὴ διψήσει, οὐδὲ μὴ κοπιάσει· οὐδὲ ἔστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ. καὶ πῶς δύναται παρὰ τούτοις ἡ ὁμοφωνία διασώζεσθαι τῶν τε εὐαγγελίων καὶ τῆς προφητείας; πλὴν οὔτε ὁ προφήτης ἐψεύσατο· μὴ γένοιτο· οὔτε οἱ ἀπόστολοι ἀλλότρια τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔγραψαν καὶ τῆς προφητείας· ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τοῦ μεγάλου θεοῦ οἰκονομία διπλῆν τινα

In Samaritanam, & in illud, Venit Jesus in civitatem Samariæ, quæ dicitur Sychar.

1. SAMARITANÆ certamina Christus nobis hodie promulgavit: & inopem orationem nostram oportet ejus recte factorum pelagus trajicere. Fidem enim ejus intueor, & statui laudationem ejus in medium afferre, ac vobiscum encomiis celebrare mendicam illam & opulentam; meretricem illam & apostolam; luxuriosam & fidelem; multis nuptiis junctam, & multis viribus præditam; eam quæ multos corrupit, & quæ unigenitum Dei Verbum obsequiis demeruit; quæ inquinata fuit, & purgata; quæ sitiebat, aquasque vivas desiderabat, & cælestium fluentorum gratiam consequuta est. Quid enim ait Joannes Evangelista, qui mysteria ineffabilia intonuit? *Venit Jesus in civitatem Samariæ, quæ dicitur Sychar, juxta prædium quod dedit Jacob Joseph filio suo. Erat autem ibi fons Jacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Jesus: Da mihi bibere. Discipuli enim ejus abierant in civitatem, ut cibos emerent.* Jesus ergo fatigatus ex itinere. Cur igitur Esaïas Propheta dicit: *Deus magnus non esuriet, neque sitiet, neque fatigabitur: nec est inventio prudentiæ ejus?* Sed & Matthæus Evangelista in Evangelio secundum ipsum de eo scribit: *Et cum jejunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit.* Similiter autem & Joannes Evangelista, sicut audiebas paulo ante, dicit: *Jesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta.* Atque ille quidem esuriisse Dominum ait, hic vero fatigatum etiam eum fuisse: at Esaïas propheta declarat ex Spiritu sancto loquens: *Deus magnus non esuriet, neque sitiet, neque fatigabitur: nec est inventio prudentiæ ejus.* Quo pacto potest apud istos consensus Evangeliorum & prophetiæ conservari? Veruntamen neque propheta mentitus est; absit: neque Apostoli aliena a Spiritu sancto & a prophetia scripserunt: sed quoniam Salvatoris nostri magni Dei dispensatio geminam quamdam

Joan. 4. 5.

Isai. 40. 28.

Matth. 4. 2.

Collata cum quatuor Regiis codicibus.

& inusitatam habuit connexionem, ex divinitate, inquam, & humanitate, secundum ejus beneplacitum ac voluntatem; idcirco propheta quidem divinitatis potentiam & amplitudinem prædicat; Apostoli vero & Evangelistæ veram corporis dispensationem exponunt. *Jesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Jesus, Da mihi bibere. Discipuli enim ejus abierant in civitatem, ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu, Judæus cum sis, bibere a me poscis, quæ sum mulier Samaritana?* Operæ precium igitur est, dilectissimi, ut perquiramus, qua de causa & locum & horam & absentiam discipulorum indicavit: locum, *sedebat juxta fontem:* horam, *hora erat quasi sexta:* discipulorum absentiam, *discipuli enim ejus abierant in civitatem, ut cibos emerent.* Cur igitur locum dixit? ego docebo. In spirituali venatione versabatur, cujus causa in locum illum se contulerat, unde poterat prædam referre. Non vides quid faciant piscatores? neque enim omnia maris loca percurrunt, sed ad certum locum abeunt, in quo latitare pisces noverunt. Sunt enim multa in mari loca, quæ plus cæteris pisces alunt. Ita nimirum & Dominus noster Jesus Christus, juxta prophetiam magnus Deus, noverat ut Deus, inde se posse prædam reportare, mulierem scilicet Samaritanam. Ut igitur dicebam, piscatores ea loca insident, unde sperant piscem se posse venari: sic etiam Christus in eum venit locum, unde poterat Samaritanam venari, & per ipsam ingentem hominum capturam parare. Ecce loci causam indicavi. Cur autem horam quoque dixit? ait enim, *Fatigatus Jesus ex itinere sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta.* Audi ergo, carissime, de hora quoque. Egena quæpiam erat hæc Samaritana, quæ sibi manuum labore semper victum quærebat, egena, inquam, & corpore & pecuniis, at non ita religione atque animæ pietate. Sic igitur expergefacta currebat ad telam propter opificium, unde & victum sibi comparabat. Hora vero sexta, quo tempore quieti a labore vacabant omnes, tum illa, cum hydriam arripuisset, aquam advehebat. Noverat ergo, qui sciebat omnia, Dominus, quam horam cæteri captandæ quieti dabant, illâ solere istam advehendæ aquæ vacare: propterea sexta hora Dominus abiit: quippe qui noverat eam ad aquam advehendam profectam, seque spiritualem hanc prædam posse venari. Quare vero discipulos suos ablegavit Dominus? Discipuli enim ejus, inquit Evangelium, abierant in civitatem, ut cibos emerent. Mulier illa paupercula quædam erat misera, ut jam antea declaravimus, neque potuisset multorum satellitum numerum contueri. Quod si magistri dignitatem vidisset, ac discipulorum comitatum, magistrum, discipulos, turbam, ordinem, dignitatem, speciem, splendorem, subito fortassis aufugisset, ac præda periisset: accedere ausa non esset, piscis ex retibus evasisset, neque sagena captus fuisset, imo resiliisset: propterea discipulos in civitatem ablegavit. Abeuntes enim, inquit, emite cibos: vos abeuntes emite, ego aliud prandium habeo.
Joan. 4. 34. *Meus enim cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me, & perficiam opus ejus:* vos carnalia, & ego spiritualia: vos emite, nam ego redemi:
Gal. 3. 13. *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum*, inquit vas electionis Paulus: per aquas hanc spiritualem piscaturam venari volo. Didicisti cur locus notatus sit, & hora, & discipulorum absentia: itaque operæ precium est, ut deinceps ea quæ sequuntur, ag-

A καὶ παράδοξον εἶχεν συμπλοκήν, ἐκ θεότητος λέγω καὶ ἀνθρωπότητος, κατὰ τὴν αὐτοῦ εὐδοκίαν καὶ βούλησιν, διὰ τοῦτο ὁ μὲν προφήτης τῆς θεότητος τὴν δύναμιν ἐξαγγέλλει [a] καὶ τὴν μεγαλειότητα· οἱ δὲ ἀπόστολοι καὶ εὐαγγελισταὶ τὴν τοῦ σώματος οἰκονομίαν ἀληθῆ διαγορεύουσιν. ὁ οὖν Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ· ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη. ἔρχεται γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρείας ἀντλῆσαι ὕδωρ. λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, δός μοι πιεῖν. οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπεληλύθεισαν εἰς τὴν πόλιν ἵνα τροφὰς ἀγοράσωσι. λέγει οὖν αὐτῷ ἡ γυνὴ ἡ Σαμαρεῖτις, πῶς σὺ Ἰουδαῖος ὢν παρ' ἐμοῦ πιεῖν αἰτεῖς οὔσης γυναικὸς Σαμαρείτιδος; ἀναγκαῖον οὖν ἐστιν, ἀγαπητοί, ἐπιζητῆσαι διὰ τί καὶ τὸν τόπον ἐσήμανε, καὶ τὴν ὥραν, καὶ τὴν τῶν μαθητῶν ἀπόλειψιν· τὸν τόπον, ἐκαθέζετο παρὰ τῇ πηγῇ· τὴν ὥραν, ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη· τῶν μαθητῶν τὴν ἀπόλειψιν, οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀ-
B πεληλύθεισαν εἰς τὴν πόλιν, ἵνα τροφὰς ἀγοράσωσι. τίνος οὖν ἕνεκεν τὸν τόπον εἶπεν; ἐγὼ λέγω· θήραν εἶχε πνευματικήν, δι' ἣν καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν τόπον ἐξ οὗ εἶχε τὴν θήραν ἑλκύσαι. οὐχ ὁρᾷς ὅπως ποιοῦσιν οἱ ἁλιεῖς; ὅτι οὐ πάντα τόπον διατρέχουσι τῆς θαλάσσης, ἀλλ' εἰς τόπον φανερὸν, ἔνθα ἂν γινώσκωσι τοὺς ἰχθύας ἐνεδρεύοντας· εἰσὶ γὰρ πολλοὶ τόποι κατὰ θάλασσαν μᾶλλον τῶν ἄλλων τοὺς ἰχθύας διατρέφοντες. οὕτω δὴ καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ μέγας θεὸς κατὰ τὴν προφητείαν ᾔδει ὡς θεὸς, ὅτι ἐκεῖθεν ἠδύνατο λαβεῖν τὴν θήραν, τοῦτ' ἔστι τὴν γυναῖκα τὴν Σαμαρεῖτιν. ὥσπερ οὖν εἶπον, οἱ ἁλιεῖς τοῖς τόποις ἐκείνοις ἐνεδρεύουσιν, ὅθεν καὶ τὸν ἰχθὺν ἐλπίζουσι θηρεῦσαι· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἦλθεν εἰς τὸν τόπον, ὅθεν τὴν Σαμαρεῖτιν εἶχε θηρεῦσαι, καὶ δι' αὐτῆς μεγάλην ζω-
C γρείαν ἀνθρώπων ἀνεργάσασθαι. ἰδοὺ τοῦ τόπου τὴν αἰτίαν ἐμήνυσα. διὰ τί δὲ καὶ τὴν ὥραν εἶπεν; φησὶ γὰρ, ὁ Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ· ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη. ἄκουε τοίνυν, ἀγαπητὲ, καὶ περὶ τῆς ὥρας. πτωχή τις ἦν ἡ Σαμαρεῖτις διὰ παντὸς ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῆς τρεφομένη, πτωχὴ δὲ καὶ τῷ σώματι καὶ τοῖς χρήμασιν, ἀλλ' οὐ τῇ τῆς ψυχῆς εὐσεβείᾳ. οὕτως οὖν ἐγειρομένη ἐπὶ τὸν ἱστὸν διέτρεχε διὰ τὴν ἐργασίαν, ὅθεν καὶ τὴν τροφὴν ἐπραγματεύετο. ἀλλ' ἐν ὥρᾳ ἕκτῃ, ὅταν πάντες πρὸς ἀνάπαυσιν ἠσχολοῦντο, τότε ἐκείνη τὴν ὑδρίαν λαμβάνουσα, τὸ ὕδωρ [b] ἐγέμιζεν. ᾔδει οὖν ὁ τὰ πάντα ἐπιστάμενος κύριος, ὅτι τὴν ὥραν, ἣν πάντες πρὸς ἀνάπαυσιν εἶχον, ἐκείνη πρὸς τὸ κομί-
D ζειν τὸ ὕδωρ ἑαυτὴν ἀπησχόλει· καὶ διὰ τοῦτο ὥραν ἕκτην ἀπῆλθεν ὁ κύριος, ὅτε ἐγίνωσκεν, ὅτι ἀπέρχεται κομίσαι τὸ ὕδωρ, καὶ δύναται θηρεῦσαι τὴν πνευματικὴν ταύτην θήραν. καὶ τίνος ἕνεκεν τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ὁ κύριος ἀπεπέμψατο; οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ, φησὶ τὸ εὐαγγέλιον, ἀπεληλύθεισαν εἰς τὴν πόλιν, ἵνα τροφὰς ἀγοράσωσι. ἡ γυνὴ πτωχή τις ἦν ἐλεεινὴ, ὡς ἤδη φθάσαντες ἐδηλώσαμεν, μὴ ἰσχύουσα πρὸς δορυφορίαν πολλῶν ἀντιβλέψαι. καὶ εἰ ἐθεάσατο ἀξίωμα διδασκάλου, καὶ μαθητῶν περιβολὴν, τὸν διδάσκαλον, τοὺς διδασκομένους, τὸν ὄχλον, τὴν τάξιν, τὸ ἀξίωμα, τὸ σχῆμα, τὸ ἐπίσημον, εἶχεν ἂν εὐθὺς ἀποφυγεῖν, καὶ ἀπώλετο ἡ θήρα· οὐκ ἐτόλμα προσελθεῖν, καὶ ὁ ἰχθὺς ἀπὸ τῶν δικτύων ἐξέφυγε, καὶ οὐκ ἐσαγηνεύετο, ἀλλ' ἀπεπήδα· διὰ τοῦτο ἀπεπέμψατο τοὺς μαθητὰς εἰς τὴν πό-
E λιν. ἀπελθόντες γάρ, φησιν, ἀγοράσατε βρώματα· ὑμεῖς ἀπελθόντες ἀγοράσατε, ἐγὼ ἕτερον ἄριστον ἔχω· ἐμὸν γὰρ βρῶμά ἐστιν, [c] ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, καὶ τελειώσω αὐτοῦ τὸ ἔργον· ὑμεῖς τὰ σαρκικὰ, ἐγὼ τὰ πνευματικά· ὑμεῖς ἀγοράσατε, ἐγὼ γὰρ ἐξηγόρασα· Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα, φησὶ τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς Παῦλος· δι' ὑδάτων βούλομαι θηρεῦσαι τὴν πνευματικὴν ταύτην ἁλείαν. ἔμαθες διὰ τί καὶ ὁ τόπος, καὶ ἡ ὥρα, καὶ ἡ τῶν μαθητῶν ἀπόλειψις· οὐκοῦν ἀναγκαῖον λοιπὸν ἄρξασθαι τῶν

[a] καὶ τὴν μεγαλειότητα, deest in quibusdam & in Savil. Mox Morel. & mss. διαγορεύουσι. Savil. διαγγέλουσι.

[b] Sic Savil. & omnes mss. Morel. vero ἐκόμιζεν.
[c] Alii, ἵνα ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ.

ἑξῆς. ἔρχεται γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρείας ἀντλῆσαι ὕδωρ· ἔρχεται ἡ Σαμαρεῖτις ἀντλῆσαι ὕδωρ ὥραν ἕκτην, παυσαμένη τοῦ ἱστοῦ, ἐπὶ τὸ ὑδρεύσασθαι ὕδωρ τῇ ὥρᾳ τῆς ἀναπαύσεως, καὶ, ὡς πολλάκις εἴρηται, ὥρᾳ ἕκτῃ, ἐπειδὴ καὶ ἡ Εὔα ὅταν ἐν τῷ παραδείσῳ παρέβη τὴν ἐντολὴν, ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη· καὶ διὰ τοῦτο ἡ Σαμαρεῖτις διεσώθη ἐν τῇ πηγῇ τῇ αὐτῇ ὥρᾳ ἕκτῃ. εἶτα λοιπὸν ἦλθεν ἡ Σαμαρεῖτις ἀντλῆσαι ὕδωρ, καὶ βλέπει τὸν Ἰησοῦν ὥς τινα ξένον, καὶ μόνον ὡς ὁδοιπόρον ἀποκαυματῆσαι βουλόμενον, καὶ παρὰ τῇ πηγῇ καθεζόμενον· εἶδεν ἄνδρα καταπεφρονημένον, καὶ οὐδὲ λόγον αὐτοῦ ἐποιήσατο· ἀλλ' αὐτὸς ὁ τὰ πάντα ἐπιστάμενος Θεὸς, πρὶν γενέσεως αὐτῶν, θεασάμενος τὸν θησαυρὸν τῆς πίστεως, λέγει, δός μοι πιεῖν. ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς παρὰ τὴν πηγὴν καθεζόμενος πιεῖν ἀπαιτεῖ, οὐ πιεῖν, ἀλλὰ δοῦναι βουλόμενος· δός μοι πιεῖν, ἵνα σοὶ δώσω ὕδωρ ἀφθαρσίας πιεῖν. ἐγὼ γὰρ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων διψῶ· οὐχ ἵνα πίω, ἀλλ' ἵνα ποτίσω. ἐμιμησάμην τὸν οἰκεῖον πατέρα· λέγει γὰρ ὁ Θεὸς πρὸς Ἀβραάμ· δός μοι τὸν υἱόν σου· ἀνένεγκέ μοι Ἰσαὰκ τὸν υἱόν σου τὸν ἀγαπητὸν, τὸν μονογενῆ, εἰς ὁλοκάρπωσιν ἐπὶ ἓν τῶν ὀρέων, ὧν ἄν σοι δείξω· ἀλλ' οὐ τὸν υἱὸν θέλων λαβεῖν, τοῦτο εἴρηκεν, ἀλλὰ βουλόμενος τὸν ἴδιον υἱὸν τῇ οἰκουμένῃ χαρίσασθαι.

Φησὶ γὰρ ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης· οὕτως γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. δός μοι τὸν μονογενῆ· ἵνα χαρίσωμαι [a] τῷ κόσμῳ τὸν μονογενῆ· θῦσον τὸν υἱόν σου, οὐχ ἵνα θύσῃς, ἀλλ' ἵνα θύσω τὸν υἱόν μου τὸν μονογενῆ ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας θυσίαν ζῶσαν, εὐάρεστον, ἁγίαν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα· δός μοι πιεῖν, οὐχ ἵνα πίω, ἀλλ' ἵνα ποτίσω. λέγει αὐτῷ ἡ γυνή· πῶς σὺ Ἰουδαῖος ὢν, παρ' ἐμοῦ πιεῖν αἰτεῖς, γυναικὸς Σαμαρείτιδος; οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις. ἀκριβὴς ἡ γυνή· ἐν τούτοις ἡ πόρνη φιλοτιμεῖται· ἐν τούτοις ἡ πόρνη τὴν φυλακὴν τοῦ νόμου δείκνυσι. τοιοῦτον τυγχάνει τὸ τῶν Σαμαρειτῶν γένος· ἐν πορνείαις μιαίνεται, καὶ ἐν βαπτίσμασι καθαρίζεσθαι νομίζουσιν. πῶς σὺ Ἰουδαῖος ὢν παρ' ἐμοῦ πιεῖν αἰτεῖς, οὔσης γυναικὸς Σαμαρείτιδος; οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις· τὴν ψυχὴν κηλῖδος πληροῦσι, καὶ τὸ σῶμα ἀποσμήχειν δοκοῦσιν· οὕτω καὶ ἡ Σαμαρεῖτις τὴν ψυχὴν ἐν πορνείαις πεφυρμένην ἔχουσα, περὶ πόσεως ὑδάτων δικάζεται. τί οὖν ὁ Ἰησοῦς; οὐκ ἀπεσείσατο αὐτήν· οὐκ εἶπεν αὐτῇ· ἐγὼ Θεός εἰμι ἐκ Θεοῦ· ἐγὼ τὸν οὐρανὸν ἐστερέωσα, καὶ τὴν γῆν ἐθεμελίωσα· καὶ περὶ ὑδάτων καὶ πόσεως δικάζῃ μοι, καὶ ταῦτα γυνὴ [b] τοῖς ἁμαρτίαις μεμιασμένη; ἀλλὰ τί; εἰ ᾔδεις τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ, καὶ τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι, δός μοι πιεῖν· σὺ ἂν ᾔτησας αὐτὸν, καὶ ἔδωκεν ἄν σοι ὕδωρ ζῶν· εἶδες πῶς κατ' ὀλίγον διήγειρεν αὐτῆς τὸν πόθον εἰς ἐπιθυμίαν; εἰπὼν, εἰ ᾔδεις τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ, καὶ τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι, δός μοι πιεῖν· σὺ ἂν ᾔτησας αὐτὸν, καὶ ἔδωκεν ἄν σοι ὕδωρ ζῶν. τί οὖν πάλιν πρὸς αὐτὸν ἡ γυνή; κύριε, οὔτε ἄντλημα ἔχεις, καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθύ· πόθεν οὖν ἔχεις καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν; μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰακὼβ, ὃς ἔδωκεν ἡμῖν τὸ φρέαρ, καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ ἔπιεν, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ τὰ θρέμματα αὐτοῦ; μεγάλην τινὰ φαντασίαν εἶχεν ἡ γυνὴ περὶ τοῦ πατριάρχου Ἰακώβ· προσέχετε, παρακαλῶ μετὰ πάσης ἀκριβείας· ὑπόληψιν μεγάλην εἶχεν περὶ τοῦ Ἰακὼβ ἡ Σαμαρεῖτις γυνὴ, καὶ μεγάλην εἶχε τὴν δόξαν περὶ αὐτοῦ, ὡς περὶ πατριάρχου, ὡς περὶ δικαίου. ἐπειδήπερ οὗτος ἐγένετο τῶν δώδεκα πατριαρχῶν πατήρ· αἱ γὰρ δεκαδύο φυλαὶ τοῦ Ἰσραὴλ ἐκ τοῦ Ἰακὼβ ἐγένοντο. οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐπάλαισε μετὰ Θεοῦ, καὶ εὑρέθη δυνατός. ὡς καὶ τὸν Θεὸν εἰπεῖν πρὸς αὐτόν· ἀπόλυσόν με, διότι ἀνέβη ὁ ὄρθρος. καὶ Θεὸς μετὰ ἀνθρώπου παλαίων, ἔλεγεν· ἀπόλυσόν με, διότι φίλος μου εἶ, καὶ ἀνέβη ὁ ὄρθρος· ὁ δὲ, οὐ

A grediamur. *Venit mulier de Samaria haurire aquam:* venit Samaritana, ut aquam hauriret, hora sexta, cum ab opificio telæ conquievisset, ad aquandum hora intermissionis a labore, atque ut sæpe dictum est, hora sexta: quandoquidem & cum Eva mandatum in paradiso transgressa est, hora erat quasi sexta: ideoque Samaritana salutem consequuta est in fonte eadem sexta hora. Deinde vero Samaritana venit, ut aquam hauriret: & Jesum tamquam hospitem quemdam vidit, ac solum tamquam viatorem, qui levare vellet æstum, & juxta fontem sederet: vidit hominem contemtum, nec illum magni fecit: at ipse Deus qui cuncta novit, priusquam in lucem edantur, fidei thesaurum contemplans, *Da mihi bibere*, inquit. Fons vitæ, B juxta fontem sedens bibere poscit, non bibere volens, sed potum dare. *Da mihi bibere*, ut tibi dem bibendam aquam immortalitatis. Ego enim salutem mortalium sitio; non ut bibam, sed ut potum præbeam. Patrem imitor meum: sic enim ait Deus ad Abraham; Da mihi filium tuum; offer mihi filium tuum Isaac dilectum, unigenitum, in holocaustum, super unum montium, quem ostendero tibi. Non quod accipere filium vellet, id dixit: sed quod proprium filium orbi terrarum largiri vellet. Gen. 22. 2.

2. Nam ut ait tonitrui filius divinus Joannes: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam.* Da mihi unigenitum, ut mundo largiar unigenitum: im- C mola filium, non ut immoles, sed ut filium meum unigenitum immolem pro salute mundi, hostiam viventem, placentem, sanctam. Ita hîc quoque, *Da mihi bibere*, non ut bibam, sed ut potum præbeam. *Dicit ei mulier: Quomodo tu Judæus cum sis, bibere a me poscis, quæ sum mulier Samaritana? non enim coütuntur Judæi Samaritanis.* Acuta mulier: in his meretrix laudem quærit; in his meretrix observationem præ se fert legis. Tale Samaritanorum est genus: in scortationibus polluitur, & in baptismatibus purgari se arbitratur. *Quomodo tu Judæus cum sis, bibere a me poscis, quæ sum mulier Samaritana? non enim coütuntur Judæi Samaritanis.* Animam sordibus replent, & corpus videntur abstergere: sic & Samaritana cum animam scortationibus inquinatam habeat, de aquarum D potu litigat. Quid ergo Jesus? illam a se non repulit: non dixit; Ego Deus ex Deo sum: ego cælum firmavi, terramque fundavi; & tu mecum de aquis & potu litigas, atque adeo mulier commaculata peccatis? quid autem? *Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam.* Vides, ut paulatim amorem ejus ad cupiditatem excitarit, dicens: *Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam.* Quid ergo rursus ad eum mulier? *Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est, unde ergo habes aquam vivam? Numquid tu major es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filii ejus, & pecora ejus?* Magnam conceperat opinionem de E patriarcha Jacob mulier, attendite quæso diligenter: magna in existimatione erat apud mulierem Samaritanam, eumque plurimi faciebat, tamquam patriarcham, tamquam justum: quandoquidem hic duodecim patriarcharum fuerat pater; duodecim enim tribus Israël ex Jacob proseminatæ sunt. Neque ob id solum, sed quoniam & cum Deo luctatus est, & potens inventus est: sic ut ei diceret Deus; *Dimitte me, jam enim ascendit aurora:* & cum homine luctans aiebat Deus, Dimitte me, quia meus amicus es, & ascendit aurora: tum ille, *Non te dimit-* Gen. 32. 26.

Joan. 3. 16. Rom. 12. 1.

[a] τῷ κόσμῳ deest in quibusdam.

[b] Savil. & alii, ταῖς πορνείαις.

tam, nisi me benedixeris. Quid hoc sibi vult, & quænam tandem est hæc Dei cum homine lucta, nisi quod nostræ similem propter nos carnem induturus erat? Quid ergo illi respondit Deus? *Non vocaberis ultra Jacob; sed Israël erit nomen tuum: quoniam invaluisti cum Deo, & cum hominibus potens eris.* Magnam igitur opinionem conceperat de patriarcha mulier, idcirco Domino dicebat: *Numquid tu major es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filii ejus, & pecora ejus?* Quid ergo Christus? Animadverte Domini sapientiam: vide magistri benignitatem: non dixit illi; Sic est, ego patre vestro Jacob major sum: neque dixit ei, sicut
Matth. 13. 17. Judæis dixit: *Antequam Abraham fieret, ego sum*: vel rursus ut dicebat; *Amen dico vobis,*
Matth. 10. 24. *quia multi reges & justi cum prophetis cupierunt videre quæ vos videtis, & non viderunt*: nihil horum dixit mulieri, sed luctam inhibet cum patriarcha ineundam, & ex eo quod manifestum est, validiorem pugnam reddit. Si enim dixisset illi, Sic est, ego major sum quam Jacob: nam ille quidem à me benedictionem accepit, ego vero ipsam illi præbui: fortassis illa, cum tantam capere revelationum altitudinem minime posset: statim aufugisset: nihil igitur tale dixit illi, sed ex iis quæ subjecta erant oculis, rem dilucidam & inexpugnabilem reddit. Quid enim ait illi? *Omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Prolatæ fuerant in medium personæ Jacob & Christi, sed omissa personarum lucta venit ad luctam aquarum, quæ videntur, ac donorum quæ videntur. Si enim dixisset: Etiam, major sum quam Jacob; confestim illa in urbem aufugiens abacta esset, resiliisset ante responsum, & antequam verba fecisset, ad civitatem pervenisset, dicens, Hic quidem insanit, homo est aliquis a dæmonio vexatus, furiosus est, & phrenesi laborat: cum sit unus aliquis peregrinus ac nullius precii, majorem seipsum patre nostro dicit: imo vero illo qui duodecim tribuum Israël pater fuit, qui benedictiones accepit a Deo, qui pauper quidem peregre profectus est, sed ob dispensationem & providentiam, qua rexit eum Deus, opulentus reversus est: sed accommodabat se mulieri Christus, & infirmitati mulieris aliquid concedebat, ut sensim ad rerum eam graviorum sublimitatem proveheret. Nam quemadmodum piscium venatores: (audi enim prudenter quid illi faciant,) hamum in mare mittunt, cumque senserint captum esse piscem, non statim extrahunt illum, sed paulatim laxant, ut ille plane atque intrepide illecebram devoret; cumque animadverterint intimis ejus præcordiis hamum ac visceribus infixum esse, tum majori cum impetu piscem extrahunt, qui prius se illi accommodaverant. Ita se Christus erga mulierem gessit; non a principio pulcritudinem illi divinitatis revelavit, neque ingentium illi bonorum promissa proposuit, neque se Jacob ipsum creasse indicavit, sed ejus appetitum animi ad cupiditatem excitat, dicens illi: *Omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Personarum contentionem ac luctam omisit, & ad alteram donorum transiit, imo vero præstantiam illorum ex re ipsa demonstrat. Quid igitur mulier? *Domine da mihi hanc aquam, ut non sitiam: neque veniam huc haurire,* Vides, ut cito crediderit aquam a Christo datam, ut non amplius sitiamus, efficere: *Domine da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire.* Ad spiritualium fluentorum suorum cupiditatem Christus eam sensim incita-

A μή σε ἀπολύσω, ἐὰν μή με εὐλογήσῃς. τί τοῦτο δηλοῖ; καὶ τίς ἡ πάλη τοῦ θεοῦ μετὰ ἀνθρώπου, ἢ ὅτι τὴν καθ' ἡμᾶς δι' ἡμᾶς ἔμελλεν ἐνδύσασθαι σάρκα; τί οὖν ὁ θεὸς πρὸς αὐτόν; οὐκ ἔτι κληθήσῃ Ἰακώβ· ἀλλ' ἔσται τὸ ὄνομά σου Ἰσραήλ, ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ θεοῦ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατὸς ἔσῃ. μεγάλην οὖν εἶχεν ὑπόληψιν περὶ τοῦ πατριάρχου ἡ γυνή· διὰ τοῦτο ἔλεγε τῷ κυρίῳ, μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰακώβ, ὃς ἔδωκεν ἡμῖν τὸ φρέαρ, καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ ἔπιεν, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ καὶ τὰ θρέμματα αὐτοῦ; τί οὖν ὁ Χριστός; βλέπε τὴν σοφίαν τοῦ δεσπότου· βλέπε τὴν ἐπιείκειαν τοῦ διδασκάλου· οὐκ εἶπεν αὐτῇ, ναὶ ἐγὼ μείζων εἰμὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν Ἰακώβ· οὐδὲ εἶπεν αὐτῇ καθὼς εἶπεν τοῖς Ἰουδαίοις, ὅτι πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι· ἢ πάλιν ὡς ἔλεγεν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πολλοὶ βασιλεῖς καὶ δίκαιοι
2. Noli dignitatem nominis ſpectare, ſed rei virtutem : nam neque paradiſus in precio habendus eſt, niſi Dei mandatum in eo ſervetur : neque vilia loca ſunt ignominioſa, ſi in eis ſit lex Dei regnantis. Utrum melius ? utrum potius ? paradiſus, an ſterquilinium ? verumtamen Adamo propter tranſgreſſionem paradiſus nihil profuit : Job vero ſterquilinium, propter patientiam minime nocuit. Adamus in paradiſo propter inobedientiam ignominia afficitur : Jobus autem propter patientiam in ſterquilinio coronatur. Nuſquam enim locorum dignitas comparatur, niſi bona mens concurrat : & paradiſo ſublimius eſt cælum, ſed cadit inde diabolus. *Profunda eſt terra, & cælum in ſublime tollitur* : at cælo cadit diabolus, poſtquam tranſgreſſus eſt, juxta illud : *Videbam ſatanam ſicut fulgur de cælo cadentem* : at exaltantur de terra inopes, juxta illud : *Suſcitans e terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem.* Vides non locorum diſcrimen efficere, ut ſuperiores evadamus, ſed ubique fidem, & patientiam, & ſpem promerentibus coronas acquirere ? Nihil cubiculo honeſtius, nihil theatro patentius : quid laſcivæ profuit Ægyptiæ adulterium in cubiculo ? quid primæ martyri Theclæ nocuit nudam in theatro certare ? non peccavit denudata : non afficitur ignominia, ſed coronatur ſancta. Atque hæc quidem in theatro coronatur, illa vero in thalamo infamatur. Quid profuere idola, & eorum quæ non ſunt adoratio, templorum inquam amplitudo ? quid vero martyribus obfuit vilitas ſepulcrorum ? nonne dedecus inuſtum eſt errori in amplitudine, & in humilitate res martyrum ſunt exaltatæ ? ita paradiſus eſt deliciarum Eccleſia Dei vivi. In illo paradiſo ſerpens tripudiabat, & decipiebat : in hoc paradiſo Salvator ait, *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.* In paradiſo via vitæ Adamo propter tranſgreſſionem occluſa eſt : utque oſtenderet Deus, animam virtute præditam minime impediri, extra paradiſum majora recipit, quam quæ fuerant in paradiſo. Occluditur Adamo paradiſus, & Petro claves cælorum creduntur. Ejicitur e paradiſo Adamus, & in tertium cælum rapitur Paulus ; interdicitur Adamo lignum vitæ : dixit enim Deus, inquit, *Ne forte attingat Adam lignum vitæ.* Illic prohibita eſt vita, & lignum vitæ prohibitum eſt ei qui tranſgreſſus erat : hîc lignum crucis plantatum eſt, & omnes qui voluerint, vitam æternam decerpunt. In paradiſo poſt tranſgreſſionem occultat ſe Deo Adamus, a conſcientia perculſus : revocat eum is qui cuncta perquirit, & ait : *Adam ubi es ?* Non ſciebas ubi eſſet ? Adam ubi es ? ut ejus arguat iniquitatem, dicit : ubi es ? quaſi diceret, Quo in ſtatu es ? Numquid æqualem te Deo reddidit fraus ſerpentis ? Vides ut nudatus fueris ? Ubi es ? Vocem tuam audivi, & abſconditus ſum. Ille abſconditur in paradiſo : Apoſtoli dicunt : *Nos omnes revelata facie gloriam Domini ſpeculamur, a claritate in claritatem.* Vidiſti fiduciam extra paradiſum ? Vidiſti ignominiam intra paradiſum ? In paradiſo poſt tranſgreſſionem pellіceis tunicis induit Adamum Deus. Vi-

Margin references: Gen. 3. 9. — Job. 2. 8. — B — Prov. 25. 3. — Luc 10. 18. — Pſ. 112. 7. — C — Luc. 10. 19. — D — Gen. 3. 22. — 2. Cor. 3. 18.

b Unus & Savil. τὴν ἁγίαν Θέκλαν.

deamus quo indutus fuerit. Ille tunica fuit illic indutus; hîc, *Quicumque in Christo baptizati sunt, Christum induerunt.* Illic occluso paradiso, Cherubim, & gladius versatilis qui viam intercludit paradisi; eratque tamquam paries & munimentum, quo ingredi prohibebatur Adamus propter inobedientiam, quæ in paradiso acciderat post transgressionem. Non ut accusem paradisum, hoc dico; sed ut ostendam locum illum Deo convenientem nihil ei profuisse, qui bono animo conversari noluerit. Eratque paries igneus, qui paradisum circumvallabat, neque sinebat ingredi transgressorem: ut indicaret Deus non ignem illi fuisse adversatum, sed prohibuisse transgressionem, ne igneum parietem penetraret: nam & Heliam currus igneus in cælum abripuit. Non mentitur Ecclesia Dei, quæ dicit, Induit me Deus vestimento salutis, & sicut sponsam ornavit me mundo muliebri, sicut terram efferentem fruges suas, & sicut magnum hortum veritatis. Magnus hic paradisus, est universi orbis Ecclesia. Christus regnat, eique leges ferenti fides habetur: nisi quis forte fuerit inventus in Ecclesia hæretico infectus errore, & serpentis doctrina corruptus, hoc est, hæreticorum errore; & ejicitur inde, sicut Adamus e paradiso. Nam quemadmodum illic is, qui serpentis doctrinæ fuerat obsequutus, e paradiso relegatus est; sic in Ecclesia, qui Paulo non parent, qui a Petro non docentur, sed documentis serpentum obsequuntur, ex hoc paradiso exterminantur. Unde hoc constat? ait Paulus: *Æmulor enim vos Dei æmulatione: despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo. Timeo autem, ne sicut serpens Evam seduxit, ita corrumpantur sensus vestri.* Verum hîc locum non habet doctrina serpentis, cum magnus pastor fidei baculo capita serpentum conterat. Etenim tamquam pastor, mirificus pater noster evangelica fide ac spe in Christum conterit capita draconum; & tamquam optimus plantarum cultor & hortulanus, plantas quidem Ecclesiæ nutrit, radicitus autem evellit quodcumque fuerit semen adulterinum aut germen; impietatis morbum, errorem Gentilitatis tamquam spinas igni tradit: hæreticum errorem tamquam gramen evulsum abjicit zelo Dei indutus, qui multis ignotus est. Solent enim nonnulli Ecclesiam & sanctos pastores, qualis est hic admirabilis pater, captive ac fraudulenter aggredi; & per speciem clementiæ & benignitatis negligentiam introducunt, zelum vituperant, Deique verbum quod viget ac floret, debilitare conantur. Reperies enim aliquem, qui specie ac prætextu clementiæ commendandæ dicet: Quid enim nobis rei est cum Gentilibus? Vult salvus fieri? salvus fiat. Qui hæc dicit, nondum zelo pietatis accensus est: qui pereuntem videt, neque illius perditionem luget, neque suam jacturam arbitratur, pietatis zelum minime novit, spiculis veritatis sauciatus non est.

3. Qui ergo videt pereuntem, neque zelo ducitur, ut ait Paulus, *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* is Pauli discipulus non est. Conferat cum isto patris recte facta, & videbit eum cum apostolicis vocibus consentire, *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror?* Qui ita sentiunt, fratres sunt Apostolorum. Justus enim non ob ea tantum, in quibus peccavit, mœrore afficitur, sed etiam ob ea in quibus alios peccantes viderit, ut ait David: *Mœstitia tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.* Si quis ob aliorum peccata mœrore afficitur, zelum & æmulationem habet pietatis. Justus enim, cum vitam suam correxerit, lacrymatur, & luget, ut peccatum suum deleat: ac deinde ubi peccatis suis finem imposuit, aliorum deinceps peccata deplorat; quem-

Gal. 3. 27. — Isai. 61. 10. — 2. Cor. 11. 2. — 2. Cor. 11. 29. — Ps. 118. 53.

A ἐνδέδυται. ἐκεῖνος ἐκεῖ χιτῶνα ἐνεδύσατο· ὧδε, ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθησαν, Χριστὸν ἐνεδύσαντο. ἐκεῖ ἀποκλεισθέντος τοῦ παραδείσου, τὰ Χερουβὶμ, καὶ ἡ στρεφομένη ῥομφαία κωλύουσα τὴν ὁδὸν τοῦ παραδείσου· καὶ ἦν ὥσπερ τεῖχος καὶ ἀποτείχισμα τῷ Ἀδὰμ, μὴ συγχωροῦν εἰσελθεῖν διὰ τὴν παρακοὴν τὴν ἐν παραδείσῳ μετὰ τὴν παράβασιν. οὐκ εἰς κατηγορίαν λέγω τοῦ παραδείσου, ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνο τὸ θεοπρεπὲς χωρίον οὐδὲν ὠφέλησε τὸν μὴ μετὰ γνώμης ἀγαθῆς ἀναστρέφεσθαι βουληθέντα. καὶ ἦν πυρὸς τεῖχος κυκλοῦν τὸν παράδεισον, καὶ μὴ συγχωροῦν τῷ παραβάντι εἰσελθεῖν· ἵνα δείξῃ ὁ θεὸς, ὅτι οὐ τὸ πῦρ πολέμιον ἦν αὐτῷ, ἀλλ' ἡ παράβασις τοῦ Ἀδὰμ ἐκώλυσε τοῦ πυρὸς τὸ τεῖχος εἰσελθεῖν· καὶ Ἠλίαν ἅρμα πυρὸς ἥρπασεν εἰς τὸν οὐρανόν. οὐ ψεύδεται ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ λέγουσα· ἐνέδυσέ με ὁ
B θεὸς ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ ὡς νύμφην κατεκόσμησέ με κόσμῳ, ὡς γῆν αὔξουσαν τὰ γεννήματα αὐτῆς, καὶ ὡς *μέγας τῆς ἀληθείας κῆπος. οὗτος ὁ μέγας παράδεισος, ἡ ἐκκλησία ἡ οἰκουμενική. Χριστὸς βασιλεύει, καὶ νομοθετῶν πιστεύεται, εἰ μήπου τις εὑρεθῇ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αἱρετικὴν πλάνην νοσῶν, ὑπὸ τῆς τῶν ὄφεων διδασκαλίας, λέγω δὴ τῆς αἱρετικῆς πλάνης· καὶ ἐκβαλλόμενος ἐντεῦθεν, ὡς τοῦ παραδείσου Ἀδάμ. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ ὁ πεισθεὶς τῇ τοῦ ὄφεως διδασκαλίᾳ ἐξωρίσθη τοῦ παραδείσου· οὕτω καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ οἱ Παύλῳ μὴ πειθόμενοι, ὑπὸ Πέτρου μὴ διδασκόμενοι, ἀλλὰ ταῖς τῶν ὄφεων πειθόμενοι διδασκαλίαις, ἐκβάλλονται τούτου τοῦ παραδείσου. πόθεν τοῦτο δῆλον; λέγει ὁ Παῦλος· ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς ζήλον θεοῦ· ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χρι-
C στῷ. φοβοῦμαι δὲ μήπως ὡς ὁ ὄφις ἐξηπάτησεν Εὔαν, οὕτως φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν. ἀλλ' οὐκ ἔχει χώραν ἐνταῦθα ὄφεως διδασκαλία, τοῦ μεγάλου ποιμένος τῇ βακτηρίᾳ τῆς πίστεως συντρίβοντος τὴν κεφαλὴν τῶν ὄφεων. καὶ γὰρ ὡς ποιμὴν ὁ θαυμάσιος ἡμῶν πατὴρ συντρίβει τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων τῇ εὐαγγελικῇ πίστει καὶ τῇ εἰς Χριστὸν ἐλπίδι· καὶ ὡς ἄριστος φυτοκόμος καὶ κηπουρὸς, τρέφει μὲν τὰ φυτὰ τῆς ἐκκλησίας, ἐκριζοῖ δὲ, εἴ τι νόθον σπέρμα καὶ βλάστημα· τὴν νόσον τῆς δυσσεβείας, τὴν πλάνην τὴν Ἑλληνικὴν, ὡς ἀκάνθας, πυρὶ παραδίδωσι· τὴν δὲ αἱρετικὴν πλάνην ὡς ἄγρωστιν ἐκτίλας ἐκβάλλει, ζήλῳ ἐνδεδυμένος θεοῦ, ὃν οἱ πολλοὶ ἀγνοοῦσιν. εἰώθασι γάρ τινες κατασοφιστεύειν τῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν ἁγίων ποιμένων, ὥσπερ οὖν καὶ τούτου τοῦ θαυμασίου πατρός· καὶ πολλοὶ ἐν ἐπιει-
D κείας σχήματι ἀργίαν εἰσάγουσι, καὶ ζῆλον ὑβρίζουσι, καὶ θεοῦ ἀκμάζοντα λόγον πειρῶνται ἀμβλύνειν. ἔστι γὰρ εὑρεῖν τινα ἐν σχήματι ἐπιεικείας λέγοντα· τί γὰρ κοινὸν ἔχομεν πρὸς τοὺς Ἕλληνας; θέλει σωθῆναι; σωθήτω. ὁ ταῦτα λέγων οὐδέπω ἐτρώθη ζήλῳ εὐσεβείας· ὁ βλέπων ἀπολλύμενον, καὶ μὴ πενθῶν τὴν ἐκείνου ἀπώλειαν, καὶ ἰδίαν ζημίαν τιθέμενος, οὐκ οἶδε ζῆλον εὐσεβείας, οὐκ ἐτρώθη βέλεσιν ἀληθείας.

Ὁ βλέπων οὖν ἀπολλύμενον, καὶ μὴ ζηλῶν ὥς που φησὶ Παῦλος, τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; οὐκ ἔστιν οὗτος μαθητὴς Παύλου. ἀντιπαραβαλλέτω τοῦ πατρὸς τὰ κατορθώματα, καὶ εὑρήσει αὐτὸν συνᾴδοντα ταῖς ἀποστολικαῖς φωναῖς, τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζε-
E ται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; οἱ οὕτω φρονοῦντες, ἀδελφοί εἰσι τῶν ἀποστόλων. δίκαιος γὰρ οὐκ ἐν οἷς ἁμαρτάνει μόνον ἀθυμεῖ, ἀλλὰ καὶ ἐν οἷς βλέπει ἄλλους ἁμαρτάνοντας, ὥς φησιν ὁ Δαυΐδ· ἀθυμία κατέσχε με ἀπὸ ἁμαρτωλῶν τῶν ἐγκαταλιμπανόντων τὸν νόμον σου. εἴ τις ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁμαρτίαις ἀθυμεῖ, ζῆλον ἔχει εὐσεβείας. ὁ γὰρ δίκαιος, ὅταν τὸν ἑαυτοῦ βίον διορθῶται, δακρύει καὶ πενθεῖ τοῦ τὴν ἁμαρτίαν ἐξαλεῖψαι τὴν ἑαυτοῦ· καὶ τότε τῆς ἁμαρτίας τῆς ἰδίας παυσάμενος, τὰς ἄλλων λοιπὸν πενθεῖ ἁμαρτίας, κα-

* Putant legendum Savil. & Fronto, ὡς μέγαν τῆς ἐκκλησίας κῆπον.

θὼς

θὸς καὶ Παῦλος· μήπως ἐλθὼν πολλοὺς πενθήσω τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων. Παῦλος πενθεῖ τοὺς ἁμαρτήσαντας, καὶ μὴ μετανοήσαντας· Σαμουὴλ πενθεῖ τὸν Σαοὺλ· ὡς εἰπεῖν τὸν θεόν· ἕως πότε σὺ πενθεῖς ἐπὶ Σαοὺλ; βλέπεις ψυχὴν ἀπολλυμένην, καὶ οὐ πενθεῖς; νεκρὸν ἐάν τις ἴδῃ προκομιζόμενον, καὶ μὴ δακρύσῃ, ὡς ἀπηνὴς καὶ σκληρὸς καὶ θηριώδης ἐλέγχεται· ψυχὴν ἐὰν ἴδῃς ἐν ἀσεβείᾳ βαπτιζομένην, καὶ αἰωνίῳ θανάτῳ καταδικαζομένην, καὶ τῇ ἀπιστίᾳ διαμένουσαν, οὐ δακρύεις, εἰπέ μοι, καὶ πενθεῖς; καὶ τοῦτο εὐλαβοῦς ψυχῆς; πάντα μὲν οὖν τὰ ἄλλα ἁμαρτήματα δεῖ πενθεῖν τὸν εὖ φρονοῦντα, ἐξαιρέτως δὲ, ὅταν ἴδῃ ψυχὴν ἐν ἀσεβείᾳ βεβαπτισμένην Ἑλληνισμοῦ. ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ψυχῇ οὐ δεῖ μόνον πενθεῖν, ἀλλὰ καὶ πυροῦσθαι καὶ ἐμπίπρασθαι τῷ ζήλῳ· ἵνα γένηται Παύλου μαθητής. διατρίβοντος γάρ, φησι, Παύλου ἐν ταῖς Ἀθήναις, ἐνεπίμπρατο αὐτοῦ τὸ πνεῦμα, θεωροῦντος κατείδωλον οὖσαν τὴν πόλιν. διὰ τί δὲ ταῦτα οἱ ἅγιοι φρονοῦσιν; ὥς που καὶ ὁ θαυμάσιος οὗτος πατὴρ ἔκδικος τῆς εὐσεβείας ἦν; καθάπερ γάρ ἐστι βασιλεὺς ὁ ἐπὶ γῆς κατέχων τὴν ὑπ' αὐτὸν οἰκουμένης, ἔχει δὲ ἐν ἑκάστῳ δικαστηρίῳ τοῦ παλατίου συνηγοροῦντας· οὕτως ἔχει ὁ θεὸς τοὺς πιστοὺς ποιμένας ἐκδίκους τῆς εὐσεβείας. πολλοὶ γὰρ πολλάκις διασύροντες τῶν Ἑλλήνων λέγουσιν, ὅταν ἀκούσωσι Χριστιανῶν λεγόντων αὐτοῖς, διὰ τί βλασφημεῖτε; διὰ τί ἀσεβεῖτε; εὐθέως διασύρουσιν· ἴδε οἱ ἔκδικοι τοῦ θεοῦ. οὐ δύναται ἑαυτὸν ἐκδικῆσαι ὁ θεός; ἀλλ' ἑαυτὸν οὐκ ἐκδικεῖ· οὐ γὰρ ὑβρίζει τὴν θεότητα· ἀλλὰ διὰ πιστῶν οἰκετῶν τοὺς ἀγνώμονας δούλους μαστίζει. χρείαν ἔχει ἐκδίκων ὁ θεός; ναί· οὐκ ἐπειδὴ αὐτὸς ἀσθενεῖ, ἀλλ' ἵνα σοι θύραν ζήλου ἀνοίξῃ. εἰ γὰρ πάντα δι' ἑαυτοῦ ἐποίει, ἀπεκλείετο ἡ ὁδὸς τῆς ζωῆς τῷ ζηλωτῇ. οὐκ ἐθεομάχει ποτὲ Φαραώ, καὶ ἦν ἐν ἀσεβείᾳ βεβυθισμένος· καὶ οὐδαμοῦ μάστιξ προσηνέχθη, ἕως ἂν ἔκυψε Μωϋσῆς ὁ πιστός; οὐκ ἐκόμα ἡ πολύθεος πλάνη σὺν τοῖς ψευδέσιν ἱερεῦσι καὶ τοῖς ψευδοπροφήταις, καὶ οὐδαμοῦ παρὰ θεοῦ πληγή, ἕως ἂν ἔκυψεν Ἠλίας ὁ ζηλωτής; ἔκδικοί εἰσιν ὁμολογουμένως τοῦ θεοῦ οἱ ἅγιοι. διὸ καὶ Παῦλος λέγει· ἐν ἑτοίμῳ ἔχομεν ἐκδικῆσαι πᾶσαν παρακοήν, ὅταν πληρωθῇ ὑμῶν ὑπακοή. ἔτι δὲ ἡ θαυμασία Δεβόρρα ἐν γυναιξὶν, ἡ γυναικὸς ἀσθένειαν ἔχουσα, καὶ ἀνδρείαν ἀρετῆς προφητεύουσα, περὶ ἧς φησιν ἡ γραφή· καὶ ἀνέστη Δεβόρρα μήτηρ ἐν τῷ Ἰσραήλ, μήτηρ ἐγένετο τοῦ λαοῦ δι' εὐσέβειαν, καὶ τοσοῦτον ἤκμαζεν, ὥστε καὶ τοὺς στρατηγοὺς πολέμου γενομένου τοὺς περὶ τὸν Βαρὰκ λέγειν τῇ γυναικί· ἐὰν μὴ σὺ ἔλθῃς εἰς πόλεμον μεθ' ἡμῶν, ἡμεῖς οὐκ ἐρχόμεθα. οὐ τῇ τῆς γυναικὸς ἐθάρρουν ἀνδρείᾳ, ἀλλὰ τῇ τῆς προφητείας δυνάμει. ἐξῆλθον πολλοὶ συνεργοὶ τῆς τοῦ θεοῦ βουλῆς, καὶ ἐξέκοψαν τοὺς ἀλλοφύλους. ἐκείνη οὖν ἡ μακαρία Δεβόρρα τὴν ἀλήθειαν φέρουσα λέγει· κύριε, οἱ ἀγαπῶντές σε ὡς ἀνατολὴ τοῦ ἡλίου· οἱ δὲ ἐχθροί σου, ὡς ἀπόσμηγμα λύχνου. κύριε, οἱ ἀγαπῶντές σε ὡς ἀνατολὴ τοῦ ἡλίου· ἐπειδὴ ὁ ἥλιος οὐδέποτε σβέννυται· οἱ δὲ ἐχθροί σου ὡς ἀπόσμηγμα λύχνου· λύχνος γὰρ καὶ πρόσκαιρον ἔχει φῶς, καὶ πάλιν σβέννυται. εἶτα ἐπαινεῖ τὸν στρατηγὸν ὑπουργήσαντα τῇ τοῦ θεοῦ βουλῇ, καὶ μετὰ ταῦτα κελεύει καταρᾶσθαι τοὺς κατοικοῦντας Μαζώρ, ὅτι οὐκ ἐξῆλθον εἰς βοήθειαν κυρίου. βοηθείας ἄρα ἐχρῄζεν ὁ θεός; ναί. δεῖ φανῆναι τοὺς βοηθοῦντας τῇ εὐσεβείᾳ. οὕτως οὖν καὶ ὁ θαυμάσιος οὗτος πατὴρ οὐ θεῷ ὡς ἀτονοῦντι βοηθεῖ, ἀλλ' εἰς τοῦτο ταχθεὶς ἐκδικεῖ τὴν εὐσέβειαν, τῷ σώματι μὲν ἐνδεικνύμενος πρὸς ἀπώλειαν, ἀλλὰ ψυχαῖς ἐμβαλλόμενος πρὸς δυναστείαν. τὰ γὰρ βέλη τοῦ δυνατοῦ ἠκονημένα. καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ οἱ ποιμένες Χριστοῦ καὶ διδάσκαλοι εὐσεβείας ἐκδικοῦσι τὴν ἀλήθειαν· ἀλλὰ κἂν μὴ ᾖ τις διδάσκαλος, μηδὲ διδασκαλικὸν θρόνον πεπιστευμένος, ἀλλὰ ἁπλῶς δεξάμενος Χριστοῦ λόγον, καὶ ἐν μαθητοῦ τάξει τυγχάνων, ὀφείλει ζῆλον ἔχειν θεοῦ, καὶ ἀμοιβὰς ἀποδι-

A admodum & Paulus: *Ne forte cum venero, multos lugeam ex iis qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam.* (2. Cor. 12. 21.) Paulus eos luget, qui peccarunt, & pœnitentiam non egerunt; Samuel luget Saülem, ita ut diceret Deus: *Usquequo tu luges ob Saül?* (1. Reg. 16. 1.) Vides animam pereuntem, & non luges? Si quis mortuum efferri viderit, & non fleverit, tamquam immitis, durus & efferatus reprehenditur: si videris animam in impietate demersam, & æterna morte damnatam, & in infidelitate perseverantem, non ploras, dic quæso? non luges? Hoccine est animæ religiosæ? Sane quidem alia omnia lugere oportet peccata eum qui recte sapiat, præcipue vero, cum animam viderit in Gentilitatis impietate demersam. Ob ejusmodi animam non solum lugere oportet, verum etiam uri, & zelo accendi ut quis discipulus B Pauli fiat. Cum enim versaretur, inquit, Paulus Athenis, inflammabatur spiritus ejus, videndo civitatem deditam idolorum cultui? (Act. 17. 16.) Quare vero ita sentiunt viri sancti? quemamodum & admirabilis hic pater pietatis erat defensor? Nam quemadmodum rex in terris subjectum sibi regit orbem terrarum, habet autem in singulis tribunalibus palatii, qui jus dicant; sic & Deus fideles habet pastores pietatis ac religionis defensores. Multi enim ex Gentilibus irridentes dicunt, cum Christianos audiunt dicentes ipsis, Cur blasphematis? cur impie agitis? continuo irrident: Ecce defensores Dei. Non potest Deus seipsum defendere? Imo seipsum non defendit: neque enim divinitatem probro afficit: sed per fideles famulos, ingratos servos castigat. An indiget Deus defensoribus? Ita est; non quod ipse sit infirmus, sed ut tibi zeli C fores aperiat. Si enim omnia per se faceret, interclusa esset æmulatori via vitæ. Nonne repugnabat Deo Pharao, & in impietatis profundum erat demersus; neque tamen ultra plaga inferebatur, donec Moyses fidelis exortus est? Nonne florebat multorum deorum error cum falsis sacerdotibus & falsis prophetis, nec ulla plaga a Deo illata est, donec Helias æmulator exortus est? Defensores Dei sine dubio sunt sancti. Quare & ait Paulus: *In promtu habemus ulcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia.* (2. Cor. 10. 6.) Adhuc admiranda Debora inter mulieres, quæ mulieris infirmitatem præ se ferebat, & virilem virtutem prophetando exhibebat, de qua dicit Scriptura: *Et surrexit Debora mater in Israel:* (Judic. 5. 7.) mater populi facta est ob pietatem: adeoque celebris fuit, ut exorto bello duces exercitus & Barac mulieri dicerent: *Nisi tu venias ad bellum nobiscum, nos non veniemus.* (Jud. 4. 8.) Non in mulie-D ris fortitudine, sed in prophetiæ virtute confidebant: Exierunt multi divinæ voluntatis adjutores, & alienigenas interfecerunt. Illa ergo beata Debora veritatem prædicans ait: *Domine, qui diligunt te, sicut ortus solis: inimici vero tui sicut purgamentum lucernæ.* (Jud. 5. 31.) *Domine, qui diligunt te, sicut ortus solis,* siquidem sol numquam exstinguitur: *inimici vero tui, sicut purgamentum lucernæ:* siquidem lucerna lucem habet ad tempus durantem, & rursus exstinguitur. Deinde laudat exercitus ducem qui Dei voluntati inservierat, & jubet maledicere habitatoribus Mazor, quoniam non exierunt in auxilium Domini. Ergo-ne Deus auxilio indigebat? sic est; opor-E tet ut sui specimen exhibeant, qui ferunt auxilium religioni. Sic igitur hic etiam admirabilis pater non tamquam imbecilli fert auxilium Deo, sed huic præfectus muneri, religionem defendit; dum corpori quidem interitum afferre videtur, animabus autem potentiam immittit: *Sagittæ quippe potentis acutæ.* (Ps. 44. 6.) Neque vero mireris, si Christi pastores ac pietatis magistri veritatem ulciscantur. Imo licet doctor non sit quisquam, neque doctoris ei cathedra sit commissa, sed Christi verbum simpliciter exceperit, & in ordine discipuli constitutus, zelum debet habere Dei, atque

hanc gratiam benefactori rependere ut libere loquatur, & pro veritate verba faciat, atque adversus impietatem decertet, ut a sancta Scriptura
Eccli. 4. 31. sibi dictum audiat: *Fili decerta pro veritate, & Dominus Deus pugnabit pro te.* Nihil mirum, si sancti pietatem ulciscuntur. Sæpenumero loquitur aliquid Deus clementiæ causa, utpote bonus: & prophetæ non sinunt lædi pietatem propter cle-
Exod. 8, 1. mentiam Dei. Dicit Deus per Moysen: *Dic Pharaoni, Dimitte populum meum. Quod si nolueris, ecce immittam signa, & percutiam te.* Perculsus est hoc dicto Moyses, & subiit animum viri pii hæc cogitatio, dixitque: Noli existimare ipsum ex æqualitate honoris populum suum habere, ac Deum populum suum; & cum anxie dubitaret, num immensa Dei bonitas & clementia illi noceret, videreturque Deo refragari, cum audiisset, populus tuus, & populus meus, prædicationem refert:
Exod. 7. 16. & 9. 1. 13. & 10. 3. *Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum, Dimitte populum meum: Sin autem nolueris, ecce ego immittam signa, & percutiam te & famulos tuos:* ut discas,
Ps. 23. 1. quia *Domini est terra & plenituto ejus.* Audivit terra populum & populum, neque verbis paruit: verumtamen dixit, Omnis terra Domini est. Licet enim clementer se gesserit Deus, hic tamen Dominus auctoritatem prodere noluit. Propterea namque sic loquutus est Deus, ut hominis pii zelus patefieret. Sed & fideles Dei verba semper amant excedere: sic enim inquit Salvator discipulis:
Matth. 16. 16. *Quem me dicunt homines esse filium hominis?* Dicit unus ex discipulis, *Tu es Christus Filius Dei vivi.* Doceat vos quoque æmulatores esse Spiritus sancti æmulatio, ac pro pietate pati, bonumque certamen pro justitia certare.

4. Æquum enim est, ut boni discipuli sint imi-
1. Cor. 11. 1. tatores magistri, sicut & Paulus ait: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Vis nosse cum eum qui omnino sit discipulus, tum eum qui discipuli locum obtineat, habere pietatis æmulationem debere? audi quo pacto cæcum a nativitate Christus sanarit: imo vero a principio historiam audiamus. Post multa siquidem ab Evangelista dicta, sic nar-
Joan. 9. 1. rare cœpit: *Præteriens Jesus vidit hominem cæcum a nativitate; & interrogaverant eum discipuli ejus dicentes:* & quæ sequuntur. *Et cum exspuisset, ac lutum fecisset, linivit oculos ejus; & dixit ei, Vade, lava in natatoria Siloam:* & cum lavisset, vidit. Judæi noverant eum, & dicunt, *Nonne hic est, qui ad eleemosynam sedebat, cæcus? alii dicebant: Sic est; alii, Non: sed similis ipsi est: ille dicebat, Quia ego sum.* Pharisæi & principes Judæorum videntes multos ad Christum posse miraculum trahere, impietatis æmulatione stimulati, & veritatis aculeo compuncti, eum qui cæcus fuerat intro vocant. Ac videre erat miserum spectaculum, cum pietas exagitaretur, improbi judices disceptarent, magnus patronus certantem juvaret, & Deus certamini præsideret, ac spectaret. Vocant eum, qui cæcus fuerat & visum receperat Judæi, atque in medio concilio statuunt, & dicunt ei: *Dic quomodo visum recepisti, & quis oculos tuos aperuit, & quid fecit tibi?* Hæc dicebant, non ut discerent, sed ut ipsa interrogationis forma timorem incuterent. Sæpe namque forma interrogationis illum admonet, quem interrogamus, quid respondere, aut si tacere debeat: ut si quis ei dixerit, qui in rem quampiam testimonium sit laturus: Vidisti rem de qua agitur? interfuisti? unde rem nosti? vel ipsa forma docet illum negare: sic & illi; Quomodo visum recepisti? quis aperuit oculos tuos? Ille minas eorum minus
Joan. 9. 11. curans, veritati magis adhærebat, & ait: *Homo quidam qui dicitur Jesus, cum lutum fecisset; linivit oculos meos, & dixit mihi: Vade, lava in Siloam, & cum abiissem, lavi, & vidi.* Non noverat veritatem, sed beneficium agnovit: digni-

A δοῦναι τῷ εὐεργέτῃ ἐν τῷ ἐλευθεροστομεῖν, καὶ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας φθέγγεσθαι, καὶ κατὰ ἀσεβείας ἀγωνίζεσθαι, ἵνα ἀκούσῃ παρὰ τῆς ἁγίας γραφῆς, τέκνον ἀγώνισαι ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ κύριος ὁ θεὸς πολεμήσει ὑπὲρ σοῦ. οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ εὐσέβειαν ἐκδικοῦσιν ἅγιοι. πολλάκις καλεῖ τι δι' ἐπιείκειαν, ὡς θεὸς ἀγαθὸς, καὶ οἱ προφῆται οὐ συγχωροῦσι ζημιωθῆναι τὴν εὐσέβειαν ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ ἐπιεικείας. λέγει ὁ θεὸς διὰ Μωϋσέως, εἰπὸν τῷ Φαραὼ, ἐξαπόστειλον τὸν λαόν μου· εἰ δὲ οὐ βούλει, ἰδοὺ ἀποστελῶ τὰ σημεῖα, καὶ πατάξω σε. ἐπλήγη Μωϋσῆς ἐπὶ τῷ ῥήματι, καὶ δίδοται ἔννοια τῷ εὐσεβεῖ, καί φησι· μὴ νομίσῃς, ὅτι ἐξ ἰσοτιμίας ἔχει λαὸν αὐτὸς, καὶ λαὸν ὁ θεός. καὶ ἀγωνιάσας μή ποτε ἡ πολλὴ τοῦ θεοῦ ἀγαθότης καὶ ἐπιείκεια βλάψῃ αὐτὸν, καὶ νομίσῃ ἀντιπολιτεύεσθαι θεῷ, ἀκούσας ὁ λαός σου, καὶ ὁ λαός μου, ἀναφέρει τὸ κήρυγμα.
B τάδε λέγει κύριος ὁ θεὸς τῶν Ἑβραίων· ἐξαπόστειλον τὸν λαόν μου· εἰ δὲ μὴ βούλει, ἰδοὺ ἐγὼ ἐξαποστελῶ τὰ σημεῖα, καὶ πατάξω σε καὶ τοὺς θεράποντάς σου· ἵνα μάθῃς ὅτι τοῦ κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. ἡ γῆ ἤκουσε λαὸν καὶ λαὸν, καὶ οὐκ ἠκολούθησε τῷ λόγῳ, ἀλλὰ λέγει, πᾶσα ἡ γῆ τοῦ κυρίου ἐστίν. εἰ γὰρ καὶ ἐπιεικείᾳ ἐχρήσατο ὁ θεὸς, ἀλλ' οὐδὲ οὐ προδίδωσι τὴν δεσποτικὴν αὐθεντίαν. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ θεὸς οὕτως ἐλάλησεν, ἵνα γυμνωθῇ τοῦ εὐσεβοῦς ὁ ζῆλος. ἀλλὰ καὶ φιλοῦσιν ἀεὶ πιστοὶ ὑπερβαίνειν τοῦ θεοῦ τὰ ῥήματα· λέγει γὰρ ὁ σωτὴρ τοῖς μαθηταῖς· τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; λέγει εἷς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος. ὁ ζῆλος τοῦ ἁγίου πνεύματος καὶ ὑμᾶς διδασκέτω ζηλωτὰς εἶναι, καὶ ὑπὲρ εὐσεβείας πάσχειν, καὶ ἀγωνίζεσθαι ὑπὲρ δικαιοσύνης τὸν
C καλὸν ἀγῶνα.

Ἄξιον γάρ ἐστι τὸ μιμητὰς εἶναι διδασκάλου ἀγαθοὺς μαθητὰς, ὡς καὶ Παῦλος λέγει· μιμηταί μου γίνεσθε καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. [a] θέλεις μαθεῖν, ὅτι καὶ ὁ ἁπλῶς μαθητὴς καὶ μαθητοῦ τάξιν ἔχων ὀφείλει ἔχειν ζῆλον εὐσεβείας; ἄκουε πῶς ὁ Χριστὸς τὸν ἐκ γενετῆς τυφλὸν ἐθεράπευσε. μᾶλλον δὲ αὐτῆς ἐξ ἀρχῆς τῆς ἱστορίας ἀκούσωμεν· μετὰ γὰρ πολλὰ τῷ εὐαγγελιστῇ εἰρημένα, οὕτως ἤρξατο λέγειν· παράγων ὁ Ἰησοῦς εἶδεν ἄνθρωπον τυφλὸν ἐκ γενετῆς· καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ λέγοντες· καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ πτύσας, καὶ πηλὸν ποιήσας, ἔχρισεν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς· καὶ εἶπεν αὐτῷ· ὕπαγε, νίψαι εἰς τὴν κολυμβήθραν τοῦ Σιλωάμ· καὶ νιψάμενος ἀνέβλεψεν. οἱ Ἰουδαῖοι ἔγνωσαν αὐτὸν, καὶ λέγουσιν, οὐχ οὗτός ἐστιν, ὁ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην καθήμενος
D τυφλὸς ὤν; ἄλλοι ἔλεγον, ναί· ἄλλοι, οὔ· ἀλλ' ὅμοιος αὐτῷ ἐστιν. ἐκεῖνος ἔλεγεν, ὅτι ἐγώ εἰμι. οἱ Φαρισαῖοι καὶ οἱ ἄρχοντες τῶν Ἰουδαίων ὁρῶντες, ὅτι τὸ θαῦμα πολλοὺς ἔχει ἑλκύσαι πρὸς τὸν Χριστὸν, δακνόμενοι ἐκ τοῦ ζήλου [b] τῆς ἀσεβείας, καὶ πληττόμενοι τῷ κέντρῳ τῆς ἀληθείας καλοῦσιν ἔσω τὸν ποτὲ τυφλόν. καὶ ἦν ἰδεῖν πονηρὸν θέατρον, εὐσεβείας ἐκδικουμένης, καὶ πονηρῶν δικαστῶν κρινόντων· καὶ μεγάλου συνηγόρου συναγωνιζομένου, καὶ θεοῦ βραβεύοντος καὶ ἐφορῶντος. καλοῦσι τὸν ποτὲ τυφλὸν καὶ ἀναβλέψαντα Ἰουδαίων παῖδες, καὶ ἱστῶσιν ἐν μέσῳ τοῦ συνεδρίου, καὶ λέγουσιν αὐτῷ· εἰπὲ πῶς ἀνέβλεψας, καὶ τίς σου διήνοιξε τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τί σοι ἐποίησεν; ταῦτα ἔλεγον, οὐχ ἵνα μάθωσιν, ἀλλ' ἵνα τῷ σχήματι τῆς ἐρωτήσεως φόβον ἐνέγκωσιν. πολλάκις γὰρ τὸ σχῆμα τῆς ἐρωτήσεως διδάσκαλος γίνεται τῷ
E ἐρωτωμένῳ ἀποκρίνασθαι, ἢ σιωπῆσαι· ὡς ἄν τις εἴποι τινὶ μέλλοντι μαρτυρεῖν εἰς πρᾶγμα· οἶδας τὴν ὑπόθεσιν; παρῆς; πόθεν οἶδας τὸ πρᾶγμα; καὶ τὸ σχῆμα αὐτὸν διδάσκει ἀρνήσασθαι· οὕτω κἀκεῖνοι· πῶς ἀνέβλεψας; τίς ἤνοιξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς; ὁ δὲ ἧττον φροντίσας τῆς ἀπειλῆς, εἴχετο μᾶλλον τῆς ἀληθείας· καί φησιν, ἄνθρωπός τις λεγόμενος Ἰησοῦς, πηλὸν ποιήσας ἐπέχρισέ μου τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ εἶπέν μοι· ὕπαγε, νίψαι εἰς τὸ Σιλωάμ· καὶ ἀπελθὼν ἐνιψάμην, καὶ ἀνέβλεψα. οὐκ ᾔδει τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ τὴν εὐεργεσίαν ἐγνώρισε· τῷ

a Al. θέλεις ἰδεῖν.

b Al. τῆς εὐσεβείας.

εὐεργέτου τὸ ἀξίωμα οὔπω ᾔδει· ἄνθρωπός τις πηλὸν ποιήσας ἐπέχρισέ μου τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ βλέπω. οὐκ ἐπίστευσαν οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι τυφλὸς ἦν, καὶ ἀνέβλεψεν, ἕως ὅτου ἐφώνησαν τοὺς γονεῖς αὐτοῦ τοῦ ἀναβλέψαντος. ἡ παραγραφὴ τῆς κακίας εἰς ἀμφιβολίαν ἤνεγκε τὴν ἀλήθειαν. καλοῦσι τοὺς γονεῖς τοῦ τυφλοῦ· ἡ κακία καθ᾽ ἑαυτῆς συνάγει τοὺς μάρτυρας. ἐκλήθησαν οἱ γονεῖς τοῦ τυφλοῦ· πάλιν τὸ αὐτὸ σχῆμα τῆς ἐρωτήσεως· οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς ὑμῶν, ὃν ὑμεῖς λέγετε, ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη; πῶς οὖν ἄρτι βλέπει; ἐκεῖνοι τὸν τρόπον τῆς κακίας νοήσαντες, ὅτι ἀπειλὰς προσφέρουσιν, λέγουσιν αὐτοῖς· ἴσμεν ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς ἡμῶν, καὶ ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη, οἴδαμεν. πῶς δὲ νῦν βλέπει, οὐκ οἴδαμεν, ἢ τίς ἤνοιξεν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς, οὐκ οἴδαμεν. αὐτὸς ἡλικίαν ἔχει, αὐτὸν ἐρωτήσατε· αὐτὸς τὰ περὶ ἑαυτοῦ λαλήσει. καὶ ὅρα τοῦ θεοῦ τὴν σοφίαν· ἵνα μὴ παραγράφωνται αὐτοῦ τὴν φωνὴν τοῦ ἀναβλέψαντος, ἢ ὡς νέου ὄντος, ἢ ὡς οὐκ εἰδότος εἰπεῖν ὡς ἐπὶ τῶν κοινῶν δικαστηρίων, ᾠκονόμησεν ὁ θεὸς πρῶτον δειχθῆναι αὐτὸν τῆς ἐννόμου ἡλικίας· ἡλικίαν ἔχει αὐτός, φησιν, αὐτὸν ἐρωτήσατε· ἐπειδὴ οἱ ἀφήλικες συνηγόρων χρῄζουσιν· οἱ δὲ τελείαν φέροντες τὴν ἡλικίαν, αὐτοὶ ἑαυτῶν συνήγοροι γίνονται. ἀπεκρίθησαν οἱ γονεῖς αὐτοῦ καὶ εἶπον, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς ἡμῶν, καὶ ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη, οἴδαμεν. ὡμολόγησαν οἱ γονεῖς, ἵνα μὴ ᾖ ἀμφιβολία, ὅτι οὐκ ἦν τυφλός. ἡλικίαν ἔχει, αὐτὸν ἐρωτήσατε· αὐτὸς τὰ περὶ αὐτοῦ λαλήσει. καλοῦσι πάλιν, φησίν, αὐτὸν ἐκ δευτέρου, καὶ λέγουσιν αὐτῷ· τί ἐποίησέν σοι; πῶς ἤνοιξέν σου τοὺς ὀφθαλμούς; ἐκεῖνος λοιπὸν ἐνδυσάμενος θεοῦ ζῆλον, διαπτύει τὴν ἐρώτησιν, καὶ ὡς ἀναξίους ἀποκρίσεως, οὐκ ἀξιοῖ λόγου. ἀλλὰ τί λέγει αὐτοῖς; εἶπον ὑμῖν ἤδη, καὶ οὐκ ἠκούσατε· τί πάλιν θέλετέ μου ἀκούειν; μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε αὐτοῦ μαθηταὶ γενέσθαι; καὶ μιμεῖται τὴν Χριστοῦ διδασκαλίαν, μηδέπω ἀκούσας τὴν Χριστοῦ διδασκαλίαν. οἱ γὰρ Ἰουδαῖοι ἐν τοῖς ἐγκαινίοις κυκλώσαντες τὸν σωτῆρα ἐν τῇ στοᾷ Σολομῶντος, ἔλεγον αὐτῷ· ἕως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις; εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστός, εἰπὲ ἡμῖν παρρησίᾳ· λέγει αὐτοῖς, εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐκ ἠκούσατε· τί πάλιν θέλετε ἀκούειν; καὶ ὅρα συνηγόρου εὐσέβειαν· ἐπειδὴ προσέσχεν τῇ κακίᾳ τῶν Ἰουδαίων, ὅτι πάντα ποιοῦσι καὶ σχηματίζονται ἀπειλὴν καὶ φόβον αὐτῷ ἐπισείειν ὑπὲρ τοῦ μὴ ὁμολογεῖν αὐτὸν διδάσκαλον, λέγει αὐτοῖς· εἶπον ὑμῖν ἤδη, καὶ οὐκ ἠκούσατε, τί πάλιν θέλετε ἀκούειν; μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε μαθηταὶ αὐτοῦ γενέσθαι; τῷ εἰπεῖν, μὴ καὶ ὑμεῖς; ἔδειξεν, ὅτι τὸ ἐγὼ ὁμολογεῖται. ταύτην φωνὴν ἐχέτω πᾶς Χριστιανὸς ἀπὸ Ἑλληνισμοῦ κατερχόμενος. ὅταν γάρ σοι συντύχοι Ἕλλην ἀρχαίαν ἔχων συνήθειαν πλάνης, καὶ εἴποι σοι, ὅτι Χριστιανὸς ἐγένου; εἰπὲ αὐτῷ, ναί· μὴ καὶ σὺ θέλεις γενέσθαι; ὁ σκοπὸς τοίνυν τοῦ ἀναβλέψαντος, καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα, τοιοῦτος ἦν· εἶπον ὑμῖν ἤδη, καὶ οὐκ ἠκούσατε· τί πάλιν θέλετέ μου ἀκούειν; μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε αὐτοῦ μαθηταὶ γενέσθαι; ἀντὶ τοῦ, τοσοῦτον ἀπέχετε τοῦ ἐμὲ μεταπεῖσαι, ὅτι καὶ ἐγὼ προσδοκῶ μᾶλλον ὑμᾶς μεταβληθέντας Χριστὸν αὐτὸν καθομολογῆσαι. εἶτα τί πρὸς αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι; ἐλοιδόρησαν αὐτόν, καὶ εἶπον· σὺ εἶ μαθητὴς ἐκείνου· ἡμεῖς δὲ τοῦ Μωϋσέως ἐσμὲν μαθηταί. ἡμεῖς οἴδαμεν, ὅτι Μωϋσῇ ἐλάλησεν ὁ θεός· τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν. ἐννόησον τὸ πλῆθος τῶν ἀντιλεγόντων, καὶ τὴν δύναμιν ἑνὸς τοῦ ἀνθεστηκότος. καὶ οὐκ ἐσιώπησε πάλιν ὁ συνήγορος τῆς ἀληθείας, ἀλλ᾽ ἵστατο· ἐν γὰρ τούτῳ θαυμαστόν ἐστι, λέγων, ὅτι ὑμεῖς οὐκ οἴδατε πόθεν ἐστίν, καὶ ἤνοιξέν μου τοὺς ὀφθαλμούς· εἰ μὴ ἦν οὗτος παρὰ θεοῦ, οὐκ ἠδύνατο ποιεῖν οὐδέν. εἱστήκει ἀγωνιζόμενος, καὶ ὁ θεὸς ἐπόπτης καὶ βραβευτής· πολλοὶ δεινοὶ καθ᾽ ἑνὸς ἰσχυροῦ, νέφος ἄπιστον πρὸς μίαν σταγόνα πίστεως· ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, φησιν, οὐκ ἠκούσθη, ὅτι ἤνοιξέ τις ὀφθαλμοὺς τυφλοῦ γεγεννημένου· εἰ μὴ ἦν οὗτος παρὰ θεοῦ, οὐκ ἠδύνατο ποιεῖν οὐδέν. ἐπειδὴ σεμνύνεσθε, φησι, τῇ Μωϋσέως διδασκαλίᾳ· οὐ μνημονεύει μὲν Μωϋσέως τέως, ἵνα μὴ παρ-

A tatem benefactoris nondum noverat: Homo quidam cum lutum fecisset, unxit oculos meos, & video. Non crediderunt Judæi, quia cæcus fuisset, & vidisset, donec vocaverunt parentes ejus qui viderat. Improbitatis exceptio veritatem in dubitationem adduxit. Vocant parentes cæci. Testimonia colligit adversus seipsam improbitas: vocati sunt parentes cæci. Rursus eadem forma interrogationis usurpatur: *Hic est filius vester, quem vos dicitis, quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt?* Illi cum morem improbitatis probe nossent, eos scilicet minas intendere, dicunt illis: *Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est scimus: quomodo autem nunc videat, nescimus, aut quis aperuit ejus oculos, nescimus. Ipse ætatem habet, ipsum interrogate: ipse de se loquatur.* Animadverte
B Dei sapientiam: ne vocem ejus qui visum receperat, exceptione rejicerent, ut qui juvenis esset, nec publicis in judiciis verba facere nosset, providit Deus ut legitima prius ætas ejus indicaretur: *Ætatem habet*, inquiunt; *ipsum interrogate:* propterea quod impuberes patronis indigent: qui vero perfectam ætatem attigerunt, ipsi patroni fiunt sui ipsorum. *Responderunt parentes ejus, & dixerunt: Scimus, quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est.* Confessi sunt parentes ejus, ne qua dubitatio superesset, an is cæcus fuisset: *Ætatem habet, ipsum interrogate, ipse de se loquetur. Vocant rursus*, inquit, *eum secundo, & dicunt illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit oculos tuos?* Tum vero ille Dei zelo indutus interrogationem despexit, & ut indignos responso minime dignatus est alloqui: sed quid
C ait illis? *Dixi vobis jam, & non audistis: quid iterum vultis me audire? numquid & vos vultis discipuli ejus fieri?* Itaque doctrinam imitatur Christi, cum nondum Christi doctrinam audierit. Nam cum in Encæniis circumdedissent Salvatorem in porticu Salomonis Judæi, dicebant illi: *Quousque animam nostram tollis? si tu es Christus, dic nobis palam. Ait illis: Dixi vobis, & non audistis: quid iterum vultis audire?* Ac vide pietatem patroni: cum Judæorum malitiam animadvertisset, eosque nihil non agere ac simulare, ut ei metum incuterent, ne magistrum illum confiteretur, ait illis: *Dixi vobis jam, & non audistis: quid iterum vultis audire? numquid & vos vultis discipuli ejus fieri?* Cum dixit: *Numquid & vos*,
D confiteri se discipulum esse indicavit. Hanc vocem usurpet omnis Christianus a Paganismo deductus. Cum enim occurrerit tibi Paganus veteris erroris addictus consuetudini, & dixerit tibi, Christianus es? dic illi: Etiam; numquid & tu vis fieri? Hic igitur fuit hominis istius scopus, qui visum & animæ & corporis receperat: *Dixi vobis jam, & non audistis: quid iterum vultis me audire? numquid & vos vultis discipuli ejus fieri?* quasi diceret: Tantum abest ut me de sententia dimovere possitis, ut ego vos sperem potius de sententia dimotos, Christum ipsum confessuros. Quid ad illum deinde Judæi? *Maledixerunt ei, & dixerunt? Tu discipulus illius sis: nos autem Moysis discipuli sumus. Nos*
E *scimus, quia Moysi loquutus est Deus; hunc autem nescimus unde sit.* Cogita quænam esset multitudo contradicentium, & quænam unius potentia qui resistebat. Neque siluit rursus patronus veritatis, sed institit: *In hoc enim mirabile est*, inquit, *quia vos nescitis unde sit, & aperuit meos oculos: nisi esset hic a Deo, non poterat facere quidquam.* Stabat decertans, & spectator erat ac certaminis præses Deus: multi formidabiles adversus unum robustum, nubes infidelis adversus unam fidei guttam. *A sæculo non est auditum*, inquit, *quia quis aperuit oculos cæci nati: nisi esset hic a Deo, non poterat facere quidquam.* Quandoquidem de doctrina Mosis gloriamini: non ille quidem adhuc Mosis mentionem facit, ne

Joan. 9. 27.
Joan. 10. 24.
Joan. 9. 28.
Joan. 9. 30.
Joan. 9. 32.

exasperet eos : sed ait : *A sæculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati* : hoc est, quis alius aperuit propheta ? neque qui antecellat occurrit, neque qui possit comparari. At quantum iste veritatem tuebatur, tantum illi in impudentia perseverabant : quia negare non poterant, deinceps occultare contendebant : & dicunt, *Da gloriam Deo : nos scimus quia hic homo peccator est.* Gloria Filii, Patris est gloria, & indivisa est gloria. Decertat inito præclaro cum Judæis certamine : dicunt ei : *Da gloriam Deo :* Cuinam ? Deo legis nostræ ? an vero justum est, ut alius beneficium contulerit, & alius gloriam reportet ? *Da gloriam Deo.* Alius beneficus fuit, & alii gloriam dabo ? confessi sunt lutum fecisse Jesum, & unxisse oculos ejus : eum qui aperuit, confitentur, & alteri gloriam deferam ? Quare vero gloriam Deo dabo ? quia nempe Dei opus hoc est. Igitur Deum esse Christum imprudentes fatemini : *Da gloriam Deo.* Nam si Dei est opus, eique gloria debetur : qui auctor est operis, ipse est Deus. *Da gloriam Deo. Nos scimus quia hic homo peccator est. Respondit eis, qui cæcus fuerat : Si peccator est, nescio : unum scio, quia cæcus cum essem, modo video.*

5. Hucusque cum libere loquutus esset, ejici foras ipsum jusserunt : *Et ejecerunt eum*, inquit Evangelista, *foras.* Beatus qui ablegatus est a concilio malignantium. Ac vide, quid fiat : postea quam bonum certamen certavit, Dei gloriam defendit, ac multa cum fiducia dicendique libertate Salvatorem confessus est ; jam absolutis certaminum suorum spectaculis, foras ejectus est athleta, corona minime accepta, & Joan. 9. 35. foris illi præmiorum occurrit distributor. *Audivit* enim, inquit, *Jesus, quia ejecerunt eum foras : & cum invenisset eum, dicit ei.* O verbum notandum, Invenit eum ! quem perdidit error, veritas invenit. Cur autem occurrit illi ? vidit Salvator animam probitatis plenam : vidit animam pro Deo verba facere nondum scientem, sed pro fideli aliquo propheta se loqui existimantem : interrogatur enim de Christo. Et quid de illo dicit ? quia propheta est. Salvator autem hæc ait : Si cum me prophetam arbitratur, & hominem esse suspicatur, ita decertat, quid non faciet, si gloriam divinitatis cognoverit ? Si cum hominem esse me censet, ac prophetam appellat, tantum veritati subsidium tulit, tantumque certamen suscepit nondum fidei elementis imbutus, sed solo beneficio illuminatus : cogita cum hominem putans se patrocinio tueri, a veritate non desciverit ; si secundum Evangelium effari Joan. 1. 1. didicerit : *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum* ; quid tandem erit ? Propterea deinceps ejus scientiam corrigit, ejusque certamine collaudato fidem ipsius obsignat. Occurrit ei Salvator : non enim eum de facie noverat iste. Quando enim misit eum ad Siloam natatoriam ut lavaret, cæcum misit : ut autem videns rediit, Salvatorem cum turba mixtum non aspexit ; ac confestim antequam Dominum cerneret, ad certamen vocatus decertavit. Porro lutum fecit Dominus, antequam lavaret ipse, atque inunxit oculos ejus, ut defectum sarciret. Quando igitur ejecerunt eum foras, cum invenisset eum Christus, dixit ei : *Tu credis in Filium Dei ?* Non enim te credere oportet, ut prophetæ decertanti, sed ut Filio Dei. Ille cum faciem non nosset, vocem agnovit : *Tu credis in Filium Dei*, inquit ? vocem agnovit : & summa cum lætitia clamavit, *Quis est, Domine, ut credam in eum ?* Cur credis dicenti tibi fideli, *Tu credis in Filium Dei ?* Scio verum tuum esse sermonem ; ac licet hanc mihi tu des cognitionem ; non dubitabo tamen tibi credere : *Et quis est, Domine, ut credam in eum ?* Tum futurorum provisor respondit, *Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est.* Qui patro-

A ὀξύνῃ· λέγει δὲ, ἐκ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσθη, ὅτι ἤνοιξέ τις ὀφθαλμοὺς τυφλοῦ γεγεννημένου· τοῦτ' ἔστιν, τίς ἤνοιξεν ἄλλος προφήτης; οὐδὲ τὴν ὑπεροχὴν ὁρῶντες, οὐδὲ συγκρίνειν. ὅσον δὲ οὗτος τῆς ἀληθείας ἀντείχετο, τοσοῦτον ἐκεῖνοι τῆς ἀναισχυντίας οὐκ ἐπαύοντο· ἐπειδὴ ἀρνήσασθαι οὐκ ἐδύναντο, ἐσπούδασαν λοιπὸν καλύψαι· καί φασι· δὸς δόξαν τῷ θεῷ, οἴδαμεν ἡμεῖς ὅτι ἄνθρωπος οὗτος ἁμαρτωλός ἐστιν. δόξα υἱοῦ ἡ δόξα πατρὸς, καὶ ἀμέριστος ἡ δόξα. ἀγωνίζεται ἔχων τὸν καλὸν ἀγῶνα πρὸς Ἰουδαίους· λέγουσιν αὐτῷ, δὸς δόξαν τῷ θεῷ. ποίῳ; τοῦ νόμου τοῦ ἡμετέρου; καὶ δίκαιόν ἐστι ἄλλον εὐεργετῆσαι, καὶ ἄλλον δοξασθῆναι; δὸς δόξαν τῷ θεῷ. ἄλλος εὐεργέτης, καὶ ἄλλῳ δῶ δόξαν; ὡμολόγησαν ὅτι πηλὸν ἐποίησεν Ἰησοῦς, καὶ ἔχρισεν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς· ὁ ἀνοίξας ὁμολογεῖται, καὶ ἄλλῳ ἀνενέγκω τὴν δόξαν; διὰ τί δὲ δῶ δόξαν τῷ θεῷ; ὅτι τὸ ἔργον τοῦτο τοῦ B θεοῦ ἐστιν. ἴδε οὖν ἄκοντες ὁμολογεῖτε, ὅτι θεὸς ὁ Χριστός· δὸς δόξαν τῷ θεῷ. εἰ γὰρ τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ, καὶ ὀφείλεται αὐτῷ ἡ δόξα· ὁ ποιητὴς τοῦ ἔργου αὐτός ἐστι θεός· δὸς δόξαν τῷ θεῷ. ἡμεῖς οἴδαμεν, ὅτι ἄνθρωπος οὗτος ἁμαρτωλός ἐστιν· ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ ποτὲ τυφλὸς, εἰ ἁμαρτωλός ἐστιν, οὐκ οἶδα· ἓν οἶδα, ὅτι τυφλὸς ὢν ἄρτι βλέπω.

Μέχρι τούτου ὡς ἐπαῤῥησιάσατο, ἐκέλευσαν αὐτὸν ἐμβληθῆναι ἔξω· καὶ ἐξέβαλον αὐτὸν, φησὶν ὁ εὐαγγελιστὴς, ἔξω. μακάριος ὁ ἀφορισθεὶς συναγωγῆς πονηρευομένων· καὶ ὅρα τί γίνεται· ἐπειδὴ ἠγωνίσατο τὸν καλὸν ἀγῶνα, καὶ συνηγόρησε θεοῦ δόξῃ, καὶ τὸν σωτῆρα ὡμολόγησεν ἐνδόξως μετὰ πολλῆς τῆς παῤῥησίας· καὶ ἦν αὐτοῦ τὸ θέατρον πεπληρωμένον τῶν παλαισμάτων, ἐξεβλήθη ἔξω ὁ παλαιστὴς μὴ λαβὼν τὸν στέφανον, καὶ ἀπαντᾷ αὐτῷ ἔξω ὁ βραβευτής. ἤκουσε γάρ, φησιν, ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω· καὶ εὑρὼν C αὐτὸν λέγει αὐτῷ. ὢ τῆς ῥήσεως τοῦ εὑρόντος αὐτόν· ὃν ἀπώλεσεν ἡ πλάνη, εὑρίσκει ἡ ἀλήθεια. διὰ τί δὲ αὐτῷ ἀπήντησεν; εἶδεν ὁ σωτὴρ ψυχὴν εὐγνωμοσύνης γέμουσαν· εἶδεν ψυχὴν μηδέπω γνωσθεῖσαν ὑπὲρ θεοῦ λέγειν, ἀλλὰ νομίζουσαν ὑπὲρ προφήτου τινὸς πιστοῦ· ἐρωτᾶται γὰρ περὶ τοῦ Χριστοῦ. καὶ τί λέγει περὶ αὐτοῦ; ὅτι προφήτης ἐστίν. ὁ δὲ σωτὴρ τοῦτο εἶπεν· εἰ προφήτην νομίζων, καὶ ἄνθρωπον ὑπονοῶν, οὕτως ἀγωνίζεται, τί οὐ ποιήσει ἐὰν μάθῃ τὴν δόξαν τῆς θεότητος; εἰ ἄνθρωπον ὑπονοῶν, καὶ προφήτην ὀνομάζων τοσαύτην ἤνεγκεν ὑπὲρ ἀληθείας συνηγορίαν, καὶ ἀγῶνα τηλικοῦτον ἀνεδέξατο μηδέπω κατηχηθεὶς, ἀλλ' ἀπὸ μόνης τῆς εὐεργεσίας φωτισθείς· ἐννόησον αὐτὸν, ὅτι εἰ ὑπὲρ ἀν- D θρώπου νομίζων συνηγορεῖν, οὐκ ἐξέστη τῆς ἀληθείας· ἐὰν μάθῃ εὐαγγελικῶς λέγειν· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος· καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ ὁ θεὸς ἦν ὁ λόγος· τί ἔσται; διὰ τοῦτο λοιπὸν αὐτὸν εἰς γνῶσιν διωρθώσατο, τὸν μὲν ἀγῶνα ὑποδεξάμενος· τὴν δὲ πίστιν αὐτῷ σφραγίσας. ἀπαντᾷ αὐτῷ ὁ σωτήρ· οὐκ ἐγνώριζε γὰρ τὸν χαρακτῆρα οὗτος. ὅτε γὰρ ἀπέστειλεν αὐτὸν ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ τοῦ Σιλωάμ, τοῦ νίψασθαι, τυφλὸν ἀπέστειλεν· ὡς δὲ ἐπανῆλθε βλέπων, τὸν μὲν σωτῆρα οὐκ εἶδεν τῷ πλήθει ὄντα ἀναμεμιγμένον· ἀλλὰ εὐθέως πρὶν τὸν δεσπότην ἰδεῖν, εἰς τὸν ἀγῶνα κληθεὶς ἠγωνίσατο. πηλὸν δὲ πρὸ τοῦ αὐτὸν νίψασθαι ἐποίησεν ὁ δεσπότης, καὶ ἔχρισεν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἵνα ἀναπληρώσῃ τὸ λεῖπον. E ὅτε οὖν ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω, εὑρὼν αὐτὸν ὁ Χριστὸς, εἶπεν αὐτῷ· σὺ πιστεύεις εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ; οὐ δεῖ γάρ σε ὡς προφήτῃ πιστεῦσαι ἀγωνιζομένῳ· ἀλλ' ὡς υἱῷ τοῦ θεοῦ. ἐκεῖνος τὸ πρόσωπον μὴ γνωρίσας, τὴν φωνὴν ἀνεγνώρισε· σὺ πιστεύεις, φησὶν, εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ; ἐπέγνω τὴν φωνὴν, καὶ μετὰ περιχαρείας ἐβόησε, καὶ τίς ἐστι, κύριε, ἵνα πιστεύσω εἰς αὐτόν; διὰ τί πιστεύεις σοὶ λέγοντι τῷ πιστῷ· σὺ πιστεύεις εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ; οἶδα ὅτι ὁ λόγος σου ἀληθής ἐστιν· ὅμως δὲ κἂν εἴπῃς μοι τὴν γνῶσιν, οὐκ ἀμφιβάλλω σοι πιστεῦσαι· καὶ τίς ἐστι κύριε, ἵνα πιστεύσω εἰς αὐτόν; καὶ ὁ προγνώστης ἀντέφη· καὶ ἑώρακας αὐτὸν, καὶ ὁ λαλῶν μετὰ σοῦ ἐκεῖνός ἐστιν. ὁ ἔσω συνηγορήσας·

γορήσας ἔξω διαλέγεται· σὺ πιστεύεις εἰς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ; ὁ δὲ πεφωτισμένος καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν διάνοιαν ἔφησε· καὶ τίς ἐστι, κύριε, ἵνα πιστεύσω εἰς αὐτόν; ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ· καὶ ἑώρακας αὐτὸν, καὶ ὁ λαλῶν μετὰ σοῦ ἐκεῖνός ἐστιν· ὁ δὲ ἔφη, πιστεύω, κύριε, καὶ προσεκύνησεν αὐτῷ· ταῦτά μοι εἴρηται, ἵνα μάθητε πάντες καλῷ διδασκάλῳ ἕπεσθαι, καὶ ποιμένα ἀγαθὸν μιμεῖσθαι, καὶ ὑπὲρ ἀληθείας ἀγωνίζεσθαι· ὁ γὰρ ὑμέτερος ἀγὼν συνεργείᾳ γίνεται τοῦ μεγάλου ποιμένος. ἐθαυμάσατε ὅτι τυφλὸς ἐγένετο συνήγορος τῆς ἀληθείας εὐεργετηθείς· ἐθαυμάσατε τὸν λῃστὴν τὸν πρὸ τῆς εὐεργεσίας συνηγορήσαντα τῷ Χριστῷ. ἀεὶ γὰρ θεία ψυχὴ ἀλήθειαν ζηλοῦσα, διὰ τὴν ἑαυτῆς ἀξιοπιστίαν ἀνοίγει πολλὰ στόματα συνηγοροῦντα τῇ ἀληθείᾳ. ἐπὶ σταυροῦ ὁ Χριστὸς ἐκρέματο καὶ δύο λῃσταὶ, εἷς ἐκ δεξιῶν καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων, καὶ Ἰουδαῖοι φλυαροῦσιν, ἀρχιερεῖς βλασφημοῦσιν· ἴδε ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων· καὶ πάλιν, εἰ βασιλεὺς Ἰσραήλ ἐστι, καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, ἵνα ἴδωμεν καὶ πιστεύσωμεν αὐτῷ· καὶ πάλιν, ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι. ὡσαύτως καὶ ὁ συσταυρωθεὶς λῃστὴς καὶ αὐτὸς ἐφλυάρει λέγων· εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, σῶσον σεαυτὸν καὶ ἡμᾶς. ὁ δὲ ἕτερος λῃστὴς οὐκ ἐλάλει οὐδὲν, τῇ σιωπῇ κολάζων τοὺς καταδίκους. ἐπεὶ οὖν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς, οἱ νόμον εἰδότες, μᾶλλον δὲ ἀγνοοῦντες, οἱ ὀφείλοντες ἀπὸ τῶν προφητικῶν ἀναγνωσμάτων Χριστὸν ὁμολογῆσαι, οὐχ ὡμολόγησαν· ἀνοίγει ὁ Θεὸς ἀπροσδόκητον στόμα ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, συνηγοροῦν τῇ ἀληθείᾳ. καὶ βλέπε τί ποιεῖ. οὐδὲ πρῶτον ἀκούει φωνῆς Χριστοῦ, καὶ τότε συνηγορεῖ, καὶ τότε στεφανοῦται. ἐσταυρώθησαν γάρ, φησι, σὺν αὐτῷ δύο λῃσταὶ, εἷς ἐκ δεξιῶν καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων· καὶ ἦν ὁ σωτὴρ μέσος ὥσπερ ζυγὸς ἀληθείας, κουφίζων μὲν τὸν ὁμολογοῦντα, καταδικάζων δὲ τὸν βλασφημοῦντα. καὶ ὅρα τὸ θαυμαστόν· τῶν γραμματέων καὶ τῶν ἀρχιερέων βλασφημούντων τὸν Χριστὸν, καὶ λεγόντων· εἰ βασιλεὺς Ἰσραήλ ἐστι, καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, ἵνα ἴδωμεν καὶ πιστεύσωμεν αὐτῷ· καὶ τοῦ ἄλλου λῃστοῦ· εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, σῶσον σεαυτὸν καὶ ἡμᾶς· οὐδὲν λέγει εἷς τῶν λῃστῶν ὁ εὐγνώμων· οἱ γὰρ δύο λῃσταὶ εἰκόνες ἦσαν τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων καὶ τοῦ ἡμετέρου· ὁ μὲν γὰρ βλασφημεῖ, καὶ κατακρίνεται· ὁ δὲ πιστεύει, καὶ μετανοεῖ, καὶ σώζεται. λέγει οὖν τῶν ἀγνωμόνων τῆς Ἰουδαϊκῆς λῃστείας ἀδελφός· λῃστρικὸς γὰρ ἦσαν λαὸς οἱ ἀγνώμονες Ἰουδαῖοι, ὡς μαρτυρεῖ ὁ σωτὴρ λέγων· ὁ οἶκός μου προσευχῆς κληθήσεται· ὑμεῖς δὲ ἐποιήσατε αὐτὸν σπήλαιον λῃστῶν. καὶ ἡ μὲν τοῦ πρώτου προαίρεσις Ἰουδαϊκή· ἡ δὲ τοῦ δευτέρου Χριστιανική, ἀπὸ κακῶν μὲν ὁρμωμένη, μετανοίᾳ δὲ τὴν σωτηρίαν ἁρπάζει. λέγει οὖν ὁ ἀγνώμων λῃστὴς, καὶ Ἰουδαϊκὴν ἔχων προαίρεσιν· εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, σῶσον σεαυτὸν καὶ ἡμᾶς, καταβὰς ἀπὸ τοῦ σταυροῦ· ὁ δὲ ἄλλος εὐγνώμων εὑρίσκεται, ὁ ἐν τῷ δικαστηρίῳ ὑπεύθυνος, ἐν τῷ σταυρῷ δικαστής· ἀλλὰ καὶ διδάσκων φόβον Θεοῦ. ἡ γὰρ πρώτη φωνὴ τοῦ λῃστοῦ τῷ συλλῃστῇ λέγει· οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν Θεὸν, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ; καὶ ἡμεῖς μὲν δικαίως· ἄξια γὰρ ὧν ἐπράξαμεν, ἀπολαμβάνομεν· οὗτος δὲ οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξεν. τί λέγεις; ὁ ἔξω κλέπτων, ὧδε καταδικάζεις; ὁ ἔξω φονεύων, ὧδε φόβον διδάσκεις; οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν Θεόν; μάθε τοῦ Χριστοῦ τὸν σταυρὸν, ἵνα ἡ φωνὴ γένηταί σοι εὐσεβείας διδάσκαλος. ὅρα γὰρ τὸ θαυμαστόν· ὁ λῃστὴς λέγει τῷ συλλῃστῇ· οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν Θεόν; Θεὸν αὐτὸν κηρύττει τὸν ἑκουσίως συνεσταυρωμένον αὐτοῖς, καὶ μακροθύμως ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπότητος πάσχοντα. καὶ ὅτι περὶ αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος λέγει, οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν Θεὸν, ἐκ τῶν ἑξῆς μάνθανε· οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν Θεὸν, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ; καὶ ἡμεῖς μὲν δικαίως· ἄξια γὰρ ὧν ἐπράξαμεν, ἀπολαμβάνομεν· οὗτος δὲ οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξε. ταῦτα λέγω, ἵνα μάθητε ὑπὲρ εὐσεβείας κάμνειν, καὶ ἐν οἰκίᾳ καὶ ἐν ἀγορᾷ τὸν ζῆλον ἐνδείκνυσθαι, καὶ ὑπὲρ Χριστοῦ ἀγωνίζεσθαι, ἵνα καὶ παρ' αὐτοῦ τὸν τῆς δικαιοσύνης

A cinatus est intus, foris alloquitur: *Tu credis in Filium Dei?* at is qui in corpore & animo fuerat illuminatus ait: *Et quis est, Domine, ut credam in eum?* respondens ille dixit ei: *Et vidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est.* Tum alter ait: *Credo, Domine, & adoravit eum.* Hæc a me dicta sunt, ut discatis omnes bonum magistrum sequi, bonumque pastorem imitari, ac pro veritate certare. Vestrum enim certamen magno pastore subsidium ferente committitur. Admirati estis cæcum, qui beneficio affectus, patronus factus est veritatis; latronem qui ante beneficium acceptum Christo patrocinatus est, admirati estis. Semper enim anima divina, quæ veritatem æmulatur, multa merito suo reserat ora, quæ veritati suffragentur. Pendebat in cruce Christus & duo latrones, unus a dextris & unus

B a sinistris, & Judæi deblaterant, principes sacerdotum blasphemant: *Ecce Regem Judæorum:* & rursus, *Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, ut videamus, & credamus ei:* & rursus, *Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere.* Similiter & qui cum eo crucifixus erat latro & ipse deblaterabat dicens: *Si Filius Dei es, salvum fac temetipsum, & nos.* Alter vero latronum, nihil dicebat, & alios obnoxios suo silentio castigabat. Postquam igitur principes sacerdotum & scribæ, qui legem noverant, imo vero qui ignorabant, qui prophetarum lectione commoniti Christum debuerant confiteri, confessi non erant; inexspectatum os aperuit Deus in cruce, quod veritati patrocinetur. Ac vide quid faciat: cum nondum Christi vocem audisset, ei patro-

C cinatur, ac deinde coronatur. *Crucifixi enim sunt*, inquit, *cum eo duo latrones, unus a dextris & unus a sinistris*; eratque medius Salvator tamquam statera veritatis, unum elevans confitentem, & alterum blasphemantem condemnans. Ac vide rem mirabilem: dum scribæ ac principes sacerdorum Christum blasphemarent, & dicerent: *Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, ut videamus & credamus ei:* & alio latrone dicente, *Si Filius Dei es, salvum fac teipsum & nos*; nihil ait unus ex latronibus probus: quippe latrones populi Judæorum & nostri figuræ fuerunt: nam hic quidem blasphemat, & damnatur; ille vero credit, & pœnitentiam agit, & salvatur. Ait igitur improborum ex Ju-

D daïco latrocinio germanus: fuerunt enim populus latronum improbi Judæi, ut testatur Salvator dicens: *Domus mea domus orationis vocabitur; vos autem fecistis illam speluncam latronum.* Ac prioris quidem propositum animi Judaïcum fuit, posterioris vero Christianum; cum a malis exorsus pœnitentia salutem extorqueat. Ait igitur improbus latro, cui propositum animi fuit Judaïcum: *Si Filius Dei es, salvum fac temetipsum & nos, de cruce descendens:* alter autem probus invenitur, in judicio reus, in cruce judex; sed & timorem Dei docet. Prima enim vox latronis ad socium latronem hæc fuit: *Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es? Et nos quidem juste: nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit.* Quid ais? qui foris furabaris, hic condemnas? qui foris occidebas, hic timo-

E rem doces? Neque tu times Deum? cognosce Christi crucem, ut vox ista te doceat pietatem. Vide namque rem miram; latro socio latroni dicit: *Neque tu times Deum?* Deum ipsum prædicat, qui cum illis ultro crucifixus est, ac toleranter pro humano genere patitur. De ipso enim Salvatore dicere illum, *Neque tu times Deum*, ex iis quæ sequuntur intellige: *Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es? Et nos quidem juste, nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit.* Hæc ideo dico, ut pro pietate laborare discatis, & cum domi tum publice æmulationem præ vobis ferre, ac pro Christo decertare, ut & ab ipso justitiæ coronam accipiatis,

Marc. 15. 32.

Ibid. 31.

Matth. 27. 38.

Matth. 21. 13.

Luc. 23 39.

sicut & iste probus latro. Audi enim quibus verbis socium latronem blasphemantem affatur: *Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es? Et nos quidem juste: nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad Jesum: Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum.* Vidisti verum patrocinium? vidisti, ut Christum verum Deum sit confessus? *Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum.* Mala propria confitetur, & Domino patrocinatur. Adeo tortus es latro coram præside, ut latrocinia tua, cædes, & furta a te commissa fatereris, nec tamen fassus es: & nunc extra tormenta dicis: *Digna factis recipimus?* Mille tormentis admotis vix apud præsidem fassus es; & hic nemine te cogente ita facile confiteris? Sic est, inquit; verum illic confessionem excipit mors: hic confessionem pœnitentia sequitur & vita. *Nos enim digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit.* Si nos, inquit, juste, hic injuste. Nos enim vivos occidimus, hic mortuos suscitavit: nos aliena prædati sumus, hic divitias suas orbi terrarum largitus est. Pugnat latro cum socio latrone, & ait: Ad hoc usque tempus, quo cruci affixi sumus, inter nos convenimus, & iter una fecimus: verumtamen ab ipsa cruce finditur mihi via: si mecum iter facere velis ad vitam, veni; sin minus, vade vias tuas. Hactenus cum te comitarer, prima via tecum ibam: jam vero crux secundam hanc viam in duas divisit. Pœnitentiâ dividitur latronum via: tum-
Ps. 1. 6. que psalmus & finis psalmi adimplebatur: *Novit Dominus viam justorum, & iter impiorum peribit.* Postquam igitur veritati patrocinatus est latro, ad Dominum gloriæ se vertit, & ait: *Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum.*

6. Erubescant deinceps Ariani, & audiant quid latro dicat: *Domine, memento mei cum veneris in regnum tuum.* Videt cruci affixum latro, & Dominum confitetur: hæreticus ejusdem throni participem cum Patre confitetur, & ut creaturam blasphemat. *Domine, memento mei cum veneris in regnum meum.* Vellem & ipse verbis quibusdam latronem compellare: Ut meminerit tui Christus, quid tandem fecisti, quo id commerueris? an quia occidisti, quia deprædatus es? sic enim ais, *Memento mei cum veneris in regnum tuum.* Sed nemo existimet secundum gratiam tantum salvatum esse a Christo latronem; imo secundum debitum illi reddendum hoc fuit. Quod tandem debitum, dicet aliquis? an quod res justas egerit? eleemosynas dederit? res suas distribuerit? jejunarit? vigilarit? rem fecerit, quam nemo alius? an vero quod Deo crediderit? & prophetæ Deo crediderunt, & patriarchæ crediderunt: hymnorum scriptores crediderunt, Apostoli, Prædicatores, Martyres: verum omnes isti cum Deum in gloria conspexissent: hic autem in ignominia. Tu vero mille mihi famulos domino servientes siste, quo tempore ille prospera fortuna & honoribus fruitur: & unum servum, qui in tempore tentationis, afflictionis & exilii a domino suo non recedat: illos autem mille servos, qui tentationis in tempore & exilii dominum deseruerint, ac recesserint: numquid hi prospera favente fortuna servi, qui tentationis tempore dominum reliquerunt, pares esse possunt ei, qui rebus in adversis dominum est sequutus? nequaquam. Credidit Petrus, sed cum mortuos eum suscitantem vidisset, cum gloriam ejus contemplatus esset, credidit. Credidit Paulus: sed cum cælitus missam lucem vidisset, eumque lumina corporis excæcantem, animæ vero oculos illuminantem. Credidit Abraham; sed
Isai. 6. 1. cum divinam visionem aspexisset. Esaïas credidit; sed cum eum in solio sedentem excelso vidisset, & Cherubin in circuitu ejus. Omnes

λάβητε στέφανον, ὡς ὁ εὐγνώμων οὗτος λῃστής. ἄκουε γὰρ αὐτοῦ πρὸς τὸν βλάσφημον συλλῃστήν· οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν θεὸν, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ; καὶ ἡμεῖς μὲν δικαίως· ἄξια γὰρ ὧν ἐπράξαμεν, ἀπολαμβάνομεν· οὗτος δὲ οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξεν. καὶ ἔλεγε τῷ Ἰησοῦ, μνήσθητί μου, κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. εἶδες συνηγορίαν ἀληθῆ; εἶδες πῶς αὐτὸν τὸν Χριστὸν θεὸν ἀληθινὸν ὡμολόγησε; μνήσθητί μου, κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου· ὁμολογεῖ τὰ ἴδια κακὰ, καὶ συνηγορεῖ τῷ δεσπότῃ. τοσαῦτα ἐβασανίσθης λῃστὰ ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, ἵνα ὁμολογήσῃς τὰς λῃστείας, καὶ τοὺς φόνους, καὶ τὰς κλοπὰς, ἃς ἐποίησας· εἰ καὶ οὐχ ὡμολόγησας· καὶ ὧδε λέγεις ἐκτὸς βασάνων, ἄξια ὧν ἐπράξαμεν, ἀπολαμβάνομεν; διὰ μυρίων βασάνων μόλις ὡμολόγησας ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος· καὶ ὧδε μηδένα ἔχων τὸν
B ἀναγκάζοντα, εὐκόλως οὕτως ὁμολογεῖς; ναί φησιν· ἀλλ' ἐκεῖ τῇ ὁμολογίᾳ ἀκολουθεῖ θάνατος· ὧδε τῇ ὁμολογίᾳ ἕπεται μετάνοια καὶ ζωή. ἄξια γὰρ ἡμεῖς ὧν ἐπράξαμεν, ἀπολαμβάνομεν· οὗτος δὲ οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξεν. εἰ ἡμεῖς, φησι, δικαίως· οὗτος ἀδίκως. ἡμεῖς γὰρ τοὺς ζῶντας ἐφονεύσαμεν, οὗτος τοὺς νεκροὺς ἤγειρεν· ἡμεῖς τὰ ἀλλότρια ἐσυλήσαμεν· οὗτος τὸν ἴδιον πλοῦτον τῇ οἰκουμένῃ δέδωκε. μάχεται ὁ λῃστὴς τῷ συλλῃστῇ, καί φησι· μέχρι τούτου τοῦ καιροῦ τοῦ κατὰ τὸν σταυρὸν ἀλλήλοις συνήλθομεν καὶ συνωδεύομεν· ἀλλὰ νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ σχίζεταί μοι ἡ ὁδός· ἐὰν θέλῃς συνοδεῦσαί μοι πρὸς τὴν ζωὴν, ἐλθέ· εἰ δὲ μὴ, τὴν οἰκείαν πορεύου. ἔνθεν ὅτε σὺν σοὶ συνώδευον, τὴν πρώτην μετὰ σοῦ ἤμην· ἀλλὰ νῦν ὁ σταυρὸς ἔσχισεν αὐτὴν τὴν ὁδὸν τὴν δευτέραν εἰς δύο· μετανοίᾳ σχίζεται ἡ
C ὁδὸς τῶν λῃστῶν· καὶ ἦν ὁ ψαλμὸς καὶ τὸ τέλος τοῦ ψαλμοῦ τότε πληρούμενον· γινώσκει κύριος ὁδὸν δικαίων, καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται. ὅτε οὖν συνηγόρησεν ὁ λῃστὴς τῇ ἀληθείᾳ, στρέφεται πρὸς τὸν βασιλέα τῆς δόξης, καί φησι, μνήσθητί μου, κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Αἰσχυνέσθωσαν λοιπὸν οἱ Ἀρειανοὶ, καὶ ἀκουέτωσαν τί ὁ λῃστὴς λέγει· κύριε, μνήσθητί μου ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. λῃστὴς βλέπει ἐσταυρωμένον, καὶ κύριον ὁμολογεῖ· ὁ αἱρετικὸς ὁμολογεῖ σύνθρονον τοῦ πατρὸς, καὶ ὡς κτίσμα βλασφημεῖ. μνήσθητί μου, κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. ἤθελον τινὰ εἰπεῖν πρὸς τὸν λῃστήν· μνησθείη σου ὁ Χριστὸς, τί ἄξιον ποιήσαντος; ὅτι ἐφόνευσας; ἐσύλησας; λέγεις γὰρ, μνήσθητί μου ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. ἀλλὰ μή τις νομιζέτω, ὅτι κατὰ χάριν μόνον ἔσωσε τὸν λῃστὴν ὁ
D Χριστὸς, ἀλλὰ κατὰ ὀφειλὴν ἐχρεωστεῖτο αὐτῷ. ποῖον χρέος, φησίν; ὅτι ἐδικαιοπράγησεν; ἐλεημοσύνας ἔδωκεν; τὰ ἴδια ἐμέρισεν; ἐνήστευσεν; ἠγρύπνησεν; ποίησε πρᾶγμα, ὃ μηδεὶς ἄλλος; ἀλλ' ὅτι ἐπίστευσε τῷ θεῷ; καὶ προφῆται ἐπίστευσαν τῷ θεῷ, καὶ πατριάρχαι ἐπίστευσαν, ὑμνογράφοι ἐπίστευσαν, ἀπόστολοι, κήρυκες, μάρτυρες· ἀλλ' οὗτοι πάντες ἐν δόξῃ θεασάμενοι τὸν θεόν· οὗτος δὲ ἐν ὕβρει. ἀλλὰ στῆσον μυρίους οἰκέτας δουλεύοντας δεσπότῃ· ὅτε ὁ δεσπότης ἐστὶν ἐν εὐπραγίᾳ καὶ τιμῇ· καὶ ἕνα δοῦλον ἐν καιρῷ πειρασμοῦ καὶ θλίψεως καὶ φυγῆς, οὐκ ἀναχωροῦντα τοῦ ἰδίου δεσπότου· ἐκείνους δὲ τοὺς μυρίους δούλους ἐν τῷ τοῦ πειρασμοῦ καιρῷ καὶ τῆς φυγῆς καταλιπόντας τὸν δεσπότην, καὶ
E ὑποχωρήσαντας· ἆρά γε οὗτοι οἱ δοῦλοι οἱ ἐν εὐπραγίᾳ, τὸν δεσπότην ἐν τῷ καιρῷ τοῦ πειρασμοῦ καταλιπόντες, ὅμοιοι εἶναι δύνανται τοῦ ἐν δυσπραγίᾳ τῷ δεσπότῃ ἀκολουθήσαντος; οὐδαμῶς. ἐπίστευσε Πέτρος, ἀλλ' ἰδὼν νεκροὺς ἐγείραντα, τὴν δόξαν αὐτοῦ θεασάμενος ἐπίστευσεν. ἐπίστευσε Παῦλος, ἀλλ' ἰδὼν φῶς οὐρανόθεν, καὶ τὰς μὲν σωματικὰς ὄψεις πηρώσαντα· τὰ δὲ ψυχικὰ ὄμματα φωτίσαντα. ἐπίστευσεν Ἀβραάμ, ἀλλὰ θεασάμενος ὄψιν θείαν. Ἡσαΐας ἐπίστευσεν. ἀλλ' ἰδὼν αὐτὸν καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ, καὶ τὰ Χερουβὶμ κύκλῳ αὐτοῦ, ὅλοι εἰ-

δον, ἀλλ' ἐν δόξῃ· οὗτος δὲ ἐν ὕβρει. διὸ καὶ ἔκραζε, μνήσθητί μου κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. ἀπὸ τῶν κατ' ἐμὲ ὀφείλετέ μοι εἰπεῖν· διὰ τί λέγεις; ὅτι ἁμαρτωλός εἰμι, καὶ φονεύς· λῃστὴς μέχρι τῆς ὥρας ταύτης· πολλά μου τὰ κακὰ ὁμολογῶ, ἀλλ' ἔχω ἐν τῇ διανοίᾳ μου πίστιν κεκρυμμένην, ἣν οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ ὁ δεσπότης μόνος ὁ σὺν ἐμοὶ πάσχων· ἔξωθεν ἔχει ὁ δεσπότης τὰ τοῦ πάθους φαινόμενα σύμβολα· καὶ ἐγώ, φησι, οὐ προσέχων τῇ φαινομένῃ ὕβρει, ἀλλὰ τὴν κεκρυμμένην βασιλείαν δοξάζω. οὕτως καὶ σὺ λέγε· κύριε, μὴ ἴδῃς μου τὰς ἀδικίας τὰς φαινομένας, ἀλλὰ τὴν πίστιν τὴν κρυπτομένην, καὶ μνήσθητί μου, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. διόλου μηδὲν μηδενὶ λαλήσας Χριστὸς, ἀλλὰ σιωπήσας, καὶ μήτε τῷ Πιλάτῳ ἀποκριθεὶς, μήτε τινὶ ἄλλῃ ἀγνώμονι ψυχῇ τῶν Ἰουδαίων, ἀποκρίνεται τότε· καὶ ἐπειδὴ πολὺ βαρὺ ἦν καὶ ἄτοπον τὸ σιωπᾷν, ἀποκρίνεται λοιπὸν, καὶ λέγει τῷ λῃστῇ· ἀμὴν, ἀμὴν, λέγω σοι· σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. ὢ τῆς εὐεργέτου χάρις· ἐπειδὴ βραδεῖαν ᾐτήσω τὴν χάριν, καὶ λέγεις, μνήσθητί μου κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου· σὺ βραδεῖαν ᾔτησας, ἐγὼ ταχεῖαν δίδωμι τὴν χάριν· σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. εἶδες θεοῦ σωτηρίαν; εἶδες δεσπότου εὐεργεσίαν; εἶδες τὸν μέγαν τῆς ἀληθείας δικαστήν; σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ· πρὸ τούτου οὐδεὶς ἤκουσεν, τῶν Ἰουδαίων ἢ τῶν πατριαρχῶν, παραδείσου· ἀφ' οὗ ὁ Ἀδὰμ παρέβη, καὶ ἐξῆλθεν ἐξ αὐτοῦ· καίτοι μυρία ὁ θεὸς ἐπηγγείλατο τοῖς ἀνθρώποις τοῖς πιστοῖς· καὶ οὐδενὶ ἐπηγγείλατο παράδεισον ἢ τῷ λῃστῇ· οὐδαμοῦ φαίνεται τὸ στόμα τοῦ θεοῦ ἐπαγγελλόμενον παράδεισον ἀνθρώπῳ μετὰ τὸ ἐκβληθῆναι τὸν Ἀδὰμ, ἢ τούτῳ πρῶτον τῷ λῃστῇ. διὰ τί μηδενὶ τῶν πατριαρχῶν πρῶτον εἶπε περὶ παραδείσου, οὐδενὶ τῶν προφητῶν, οὐδενὶ τῶν ἀποστόλων; ἀλλὰ τοῖς ἀρχαίοις ἐπηγγείλατο· δώσω σοι γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι. τοῖς ἀποστόλοις λέγει, μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· παράδεισος οὐδαμοῦ· ἐν μέσῳ τηρεῖ πρῶτον τὸν παράδεισον εἰς ἐπαγγελίαν πρῶτον τῷ λῃστῇ. ὅταν γὰρ εἴπῃ Παῦλος· ἡρπάγην εἰς τὸν παράδεισον· ἀλλὰ μετὰ τὸν λῃστὴν τοῦτο ἐγένετο. διὰ τί οὖν πρῶτος εἰσῆλθεν ὁ μίαν ὁμοῦ φθεγξάμενος φωνήν; τί γάρ; πολλάκις ἔψαλλεν; πολλάκις ἠγωνίσατο; πολλάκις ἐθεολόγησεν; ἅπαξ, φησί· δίκαιος ὁ θεός μου, ὁ βραβευτὴς τῆς σωτηρίας· ἐπειδὴ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον Ἀδὰμ οὐ διὰ πολλὰς ἁμαρτίας ἐξέβαλε τοῦ παραδείσου, ἀλλὰ διὰ μίαν παρακοήν· οὕτως ὁ τῆς δικαιοσύνης ζυγὸς πρῶτον εἰσελθεῖν ἐν παραδείσῳ τὸν λῃστὴν ἐπηγγείλατο, τὸν μὴ πολλά τινα ὁμολογήσαντα, ἀλλὰ μίαν ὁμολογίαν πίστεως προσενεγκόντα. εἶπον τὸ ἁμάρτημα τοῦ Ἀδὰμ, ὅτι ἥψατο τοῦ ξύλου παρὰ τὴν ἐντολήν. τίς ἡ δικαιολογία τοῦ λῃστοῦ; ὅτι ἥψατο τοῦ σταυροῦ μετὰ πίστεως, εἰσῆλθεν εἰς τὸν παράδεισον· τί λοιπὸν γίνεται; ἐπηγγείλατο μὲν τὴν σωτηρίαν ὁ σωτήρ· καιρὸς δὲ οὐκ ἦν, οὐδὲ ἐνεδίδοτο τῷ λῃστῇ πιστεῦσαι, καὶ φωτισθῆναι· ὁ σωτὴρ γὰρ ἀπεφήνατο· ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· οὐχ ηὕρισκεν εὐκαιρίαν ἢ παρρησίαν ὁ λῃστής· οὐκ εἶχε καιρὸν βαπτισθῆναι. ἐν τῷ σταυρῷ γὰρ ἐκρέματο. εὑρίσκει τοιγαροῦν ὁ σωτὴρ ἐν ἀπόροις πόρον. ἐπειδὴ γὰρ ἐπίστευσε τῷ σωτῆρι ὁ πεπαλαιωμένος τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ ἔδει αὐτὸν καθαρισθῆναι, οἰκονομεῖ ὁ Χριστὸς μετὰ τὸ πάθος τὸν στρατιώτην νύξαι τῇ λόγχῃ τὴν πλευρὰν τοῦ κυρίου· καὶ ἐκπηδᾷ αἷμα καὶ ὕδωρ· ἐκ γὰρ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ φησιν ὁ εὐαγγελιστὴς, ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ, ἐν ἀληθείᾳ τοῦ πεσόντος, εἰς τύπον τῶν μυστηρίων. καὶ οὐκ ἐξῆλθε δὲ τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ οὕτως ἁπλῶς ῥέον· ἀλλὰ ῥοίζῳ· ἵνα ῥαντίσῃ τὸ σῶμα τοῦ λῃστοῦ· τὸ γὰρ μετὰ ῥοίζου πεμπόμενον

A viderunt, sed in gloria: hic autem in ignominia: quamobrem etiam clamabat: *Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum.* Sed spectato rerum mearum statu mihi dicturi estis: Quamobrem hoc ais? Equidem peccator sum, & homicida: latro ad hanc horam usque: multa sunt scelera mea, fateor; sed in mente mea fidem absconditam habeo, quam nemo novit, nisi Dominus solus, qui mecum patitur. Habet exterius apparentes notas passionis Dominus: at ego eam quæ apparet, ignominiam non attendo, sed absconditam majestatem glorifico. Sic & tu dicito: Domine noli, quæ apparent scelera mea, sed absconditam fidem spectare, & memento mei, cum veneris in regnum tuum. Cum nulli prorsus quidquam loquutus esset Christus,
B sed tacuisset, & neque Pilato, neque ulli alteri Judæorum scelerato capiti respondisset, tum respondet; & quoniam grave admodum & incommodum erat silentium, jam respondet, aitque latroni: *Amen amen, dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso.* O eximium largitoris beneficium! quandoquidem tardum beneficium postulasti, ac dixisti, *Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum*, sero postulasti, ego præproperum beneficium confero: *Hodie mecum eris in paradiso.* Luc 23 43.
Vidisti Dei salutem? vidisti Domini beneficium? vidisti magnum veritatis judicem: *Hodie mecum eris in paradiso.* Nemo hactenus Judæorum, aut patriarcharum, de paradiso fieri mentionem audivit, ex quo transgressus est Adamus, & ex illo egressus est: ac ta-
C metsi Deus hominibus innumera fidelibus promisit, nulli tamen paradisum, nisi latroni promisit: nusquam homini apparet Dei ore promissum esse paradisum, postquam ejectus Adamus est, nisi huic primum latroni. Cur nulli Patriarcharum primum de paradiso loquutus est, nulli Prophetarum, nulli Apostolorum? Antiquis vero promisit: *Dabo tibi terram lacte &* Exod. 13. 5.
melle manantem: Apostolis dicit, *Beati pauperes* Math. 5. 3.
spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum: nusquam paradisus: reservat in medio paradisum, ut latroni primum promittatur. Licet enim dixerit Paulus, *Raptus sum in paradisum*, post la- 2. Cor. 12. 2.
tronem tamen hoc accidit. Cur igitur primus ingressus est, qui unam prope vocem protulit? quid enim? an sæpe psalmos cantavit? sæpe de-
D certavit? sæpe de divinitate verba fecit? semel, inquit. Justus nimirum est Deus meus salutis arbiter: quandoquidem primum hominum Adamum non ob multa peccata, sed ob unam inobedientiam e paradiso ejecit: ita justitiæ statera latroni primum in paradisum ingressurum eum promisit, non cum multa quædam confessus esset, verum cum unam fidei confessionem obtulisset. Dixi peccatum Adami fuisse, quod contra quam præceptum erat, lignum attigerit. Quæ porro fuit latronis purgatio? quod cum fide crucem attigerit, in paradisum intravit. Quid fit deinceps? Salvator quidem salutem promiserat, sed tempus non erat, neque permittebatur latroni credere, ac baptizari: pronunciarat enim Salvator, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua &* Joan. 3. 5.
E *spiritu, non introibit in regnum cælorum:* opportunitatem aut licentiam non reperiebat latro, suscipiendi baptismi tempus illi non suppetebat, quippe qui suspensus esset in cruce. Salvator igitur viam invenit, qua impedita expediret. Nam quia crediderat is Salvatori, qui in peccatis inveteraverat, cumque necesse erat baptizari, sic disponit Deus ut post passionem lancea miles Domini latus vulneret; & exilit sanguis & aqua. Ex ejus enim latere, inquit Evangelista, *exivit* Joan. 19. 34.
sanguis & aqua, ut de veritate passionis constaret, & figura sacramentorum exstaret. Neque vero sic exierunt sanguis & aqua, ut simpliciter fluerent, sed cum impetu, ut latronis corpus aspergerent. Quod enim cum impetuose

fluxu emittitur, aspergit: quod autem fluit, leniter fluit, prout venit. At cum impetu exivit ex latere sanguis & aqua, ut latronem aspersum baptizarent, sicut Apostolus ait: *Accessimus ad Sion montem, & aspersionem sanguinis melius loquentem quam Abel.* (Heb. 12. 22.) Quare melius quam Abel loquitur sanguis Christi? quia sanguis Abel insidet capiti homicidæ: Christi vero sanguis homicidas etiam pœnitentes emundat. Disce igitur æmulationem ac zelum veritatis, & libertatem pro Christo loquendi adamato; sequere verum magistrum pro veritate decertantem, ut cum ab Apostolo Paulo sic audiveris, *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi,* (1. Cor. 11. 1.) justitiæ tu quoque coronam obtinere merearis, & quæ Christus Deus noster æterna bona præparavit iis qui diligunt illum; quæ nobis omnibus utinam consequi detur gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria & imperium nunc & semper & in sæcula sæculorum, amen.

A ῥαντίζει· τὸ δὲ ῥέον ἠρέμα ῥέει, καθὼς ἔρχεται. ἀλλὰ μετὰ ῥοίζου ἐξῆλθεν τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ ἐκ τῆς πλευρᾶς, ἵνα ῥαντίσας τὸν λῃστὴν βαπτίσῃ, ὡς καὶ ὁ ἀπόστολος λέγει· προσεληλύθαμεν Σιὼν ὄρει καὶ αἵματι ῥαντισμοῦ κρεῖττον λαλοῦντι παρὰ τὸν Ἄβελ. διὰ τί παρὰ τὸν Ἄβελ κρεῖττον λαλεῖ τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ; ἐπειδὴ τὸ αἷμα τοῦ Ἄβελ ἐν τῇ κορυφῇ τοῦ φονέως· τὸ δὲ αἷμα τοῦ Χριστοῦ καθαρίζει καὶ τοὺς φονεύτας μετανοοῦντας. μάθε οὖν τὸν ζῆλον τῆς ἀληθείας, καὶ ἀγάπησον τὴν ὑπὲρ Χριστοῦ παῤῥησίαν· ἀκολούθησον ἀληθεῖ διδασκάλῳ ὑπὲρ ἀληθείας ἀγωνιζομένῳ, ἵνα οὕτως ἀκούσας παρὰ τοῦ ἀποστόλου Παύλου, μιμηταί
B μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ, καταξιωθῇς καὶ αὐτὸς τῶν στεφάνων τῆς δικαιοσύνης, καὶ ὧν ἡτοίμασεν αἰωνίων ἀγαθῶν τοῖς ἠγαπηκόσιν αὐτὸν Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν· ὧν γένοιτο καὶ ἡμᾶς πάντας ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ADMONITIO

IN SERMONEM

DE PSEUDOPROPHETIS ET FALSIS DOCTORIBUS.

HANC Orationem a multis auctam, retractatam & mutatam fuisse perspicuum est: neque unus occurrit Codex manuscriptus qui cum alio consentiat. Longiorem Homiliam Latine solum ediderat Gerardus Vossius: hujus autem interpretationi Latinæ ex aliquo exemplari breviorem aptavit Græcam Homiliam Fronto Ducæus. Ita ut non paucis in locis hiulcam, & mutilam seriem repræsentet; & tamen si extrema verba ubi hiatus incipit, cum sequentibus quo desinit, conjungas, nihil desiderari existimes. Sub hæc autem, Vossiana & Frontoniana longiorem Orationem edidit Savilius; sed multis in locis vitiatam. Nos demum ex Codice Coisliniano 349. hanc sartam & tectam proferimus, a Frontoniana & Vossiana longe diversam, & cum Saviliana magis consonantem.

Is qui Chrysostomi nomen in titulo ementitus est, sese fingit populo suo ultimum vale dicere: tempus resolutionis meæ instat, *inquit. Hic omnia νοθείας signa sese statim offerunt. Stylus humilis abjectusque, a Chrysostomi orandi genere toto cælo diversus: dictio inelegans est; Grammaticæ leges plerumque violantur, Epitheta insipida ad nauseam usque accumulantur. Demum Dionysius Areopagita ut scriptor celeberrimus memoratur. Hujus tamen scripta, quæ spuria apud eruditos omnes habentur, aliquot post mortem Chrysostomi sæculis confecta publicataque sunt. Inter hæreticos recensetur Nestorius; unde arguitur quanta fuerit Græculi hujus imperitia.*

Interpretationem novam Latinam adornavimus.

Sermo de Pseudoprophetis, & falsis Doctoribus: & de signis consummationis sæculi hujus. Dicta est paulo antequam (sanctus) de vita migraret.

1. LUGUBRIS oratio, utpote ultima, ut mihi significatum est: attamen magno gaudio plena. Lugubris, quia non ultra vos alloquar; multo gaudio plena, quia tempus resolutionis meæ instat, ut sim cum Christo. Ac sicut dixit Dominus, *Non amplius loquar vobis-* (Joan. 14. 30.)

Λόγος περὶ ψευδοπροφητῶν, καὶ ψευδοδιδασκάλων καὶ ἀθέων αἱρετικῶν, καὶ περὶ σημείων τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος τούτου, ἐῤῥήθη μέλλοντος αὐτοῦ ἐκδημεῖν ἀπὸ τοῦ σώματος.

ὈΔΥΝΗΡΟΣ ὁ λόγος, καθότι καὶ ἔσχατος, ὥς μοι δεδήλωται· ἀλλὰ καὶ πολλῆς χαρᾶς γέμων. ὀδυνηρὸς μὲν, ὅτι οὐκ ἔτι λαλήσω πρὸς ὑμᾶς· πολλῆς δὲ χαρᾶς γέμων, ὅτι ἐφέστηκέν μου ὁ καιρὸς εἰς τὸ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναί με. καὶ καθὼς εἶπεν ὁ κύριος, οὐκέτι λαλήσω μεθ' ὑμῶν

ὑμῶν. ἔτι δὲ νῦν λαλήσω ἐν ὀδύνῃ καρδίας περὶ τῶν ψευδοπροφητῶν καὶ ψευδοδιδασκάλων καὶ ἀθέων αἱρετικῶν, περὶ ὧν ὁ ἀπόστολος ἔλεγε· πονηροὶ ἄνθρωποι καὶ γόητες προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον πλανῶντες καὶ πλανώμενοι, περὶ ὧν πολλάκις ὑμᾶς ὑπέμνησα. πολλοὺς γὰρ λόγους ἐποιησάμην χάριτι Χριστοῦ, ὡς καὶ ἐπίστασθε φιλόθεοι, καὶ σχεδὸν ἐν ἑκάστῳ λόγῳ ὑπεμνήσαμεν, εἰ ἄρα μέμνησθε τῶν χθὲς εἰρημένων. οἶδα δὲ ὅτι μέμνησθε, καὶ μάλιστα οἱ φιλόπονοι, καὶ φιλόβιβλοι καὶ φιλόχριστοι, ὁ γὰρ φιλόβιβλος ἂν κληθείη φιλόχριστος, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ δεσπότου, ὅτι ὁ ἀγαπῶν με, τοὺς λόγους μου τηρεῖ· ὁ ἀγαπῶν με, ἀγαπηθήσεται ὑπὸ τοῦ πατρός μου· ὁ ἀγαπῶν με, ἐν τῷ νόμῳ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός· δῆλον ὅτι ἐν εὐαγγελίῳ καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς γραφαῖς. ὁ γὰρ τοιοῦτος ἀνεξάλειπτον ἔχει ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ τὴν τοῦ θεοῦ μνήμην· ἀπεκδεχόμενος αὐτὸν ἐκ τῶν οὐρανῶν, ἀεὶ τηρεῖ τὴν ὥραν τῆς αὐτοῦ παρουσίας. πάντοτε ἐν χερσὶν αὐτοῦ κατέχων τὰς ἱερὰς βίβλους, οὐκ ἐπιλήσεται ἐκείνων τῶν φοβερῶν βιβλίων, περὶ ὧν γέγραπται· κριτήριον ἐκάθισε, καὶ βίβλοι ἠνεῴχθησαν. ὅρα πόσον κέρδος ἐστὶ τοῦ ἐρευνᾶν τὰς γραφάς, καθὼς πολλάκις ἠκούσατε. τί δέ ἐστιν ὃ λέγομεν; ὅτι οὐδὲν ἔλειπεν, οὐδὲ παρεσιώπησε τῶν συμφερόντων ἡμῖν ἡ θεία γραφή· ἀλλὰ πανταχοῦ κράζει, διά τε προφητῶν καὶ ἀποστόλων, προαναφωνοῦσα καὶ προασφαλιζομένη ἕκαστον ὡς μήτηρ φιλότεκνος τὰ ἴδια τέκνα φιλοῦσα, προμαρτυρεῖται· καὶ ὑπομιμνήσκει περὶ τῶν παρῳχηκότων καὶ περὶ τῶν ἐνεστώτων καὶ περὶ τῶν μελλόντων· μηδὲν παριδοῦσα, ὡς προείρηται, τῶν ἡμῖν συμφερομένων. καὶ τοῦτο οὐκ ἐν κρύπτῳ λαλοῦσα, οὐδὲ μικροφωνοῦσα, ἀλλὰ πανταχοῦ πόνῳ καὶ δυνάμει κράζουσα διά τε νόμου καὶ προφητῶν καὶ ἀποστόλων καὶ αὐτοῦ τοῦ δεσπότου. διὰ μὲν Ἠσαΐου τοῦ προφήτου λέγει· ἀναβόησον ἐν ἰσχύι, καὶ μὴ φείσῃ, ὡς σάλπιγγα ὕψωσον τὴν φωνήν σου. καὶ πάλιν λέγει, ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιών. καὶ προϊὼν λέγει· ὑψώσατε, μὴ φοβεῖσθε. καὶ πάλιν Δαυὶδ λέγει· ἐκοπίασα κράζων, ἐβραγχίασεν ὁ λάρυγξ μου. Ἰωάννης δὲ ὁ θεολόγος ἐν τῇ καθολικῇ αὐτοῦ ἐπιστολῇ λέγει· βλέπετε ἑαυτούς. Παῦλος δὲ τί; βλέπετε πῶς περιπατεῖτε. ὁ δὲ κύριος· ἐγὼ παρρησίᾳ ἐλάλησα τῷ κόσμῳ, καὶ ἐν κρύπτῳ ἐλάλησα οὐδέν. καὶ ἀλλαχοῦ ὁ εὐαγγελιστὴς περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἔστηκε καὶ ἔκραξεν λέγων· ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. ὁρᾷς πόσος ἀγών; πόση σπουδή, πῶς παρρησίᾳ κράζει, καὶ οὐδεὶς συνιών; καὶ πάλιν ὁ μακάριος Παῦλος λέγει· βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας, βλέπετε τὴν κατατομήν· βλέπετε πῶς περιπατεῖτε, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι. καὶ Ἰωάννης· βλέπετε ἑαυτούς, ἵνα μὴ ἀπολέσητε ἃ εἰργάσασθε, ὅτι πολλοὶ πλάνοι ἐξῆλθον εἰς τὸν κόσμον. καὶ πολλά ἐστι τοιαῦτα ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς, παλαιᾶς τε καὶ καινῆς διαθήκης βοῶντα καὶ διυπνίζοντα ἡμᾶς ἐκ τῆς ῥαθυμίας ἡμῶν. ἡμεῖς δὲ τὸ ἐναντίον ποιοῦμεν, καθὼς εἶπεν Ἠσαΐας ὁ προφήτης, ὅτι τοῖς ὠσὶν αὐτῶν βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν. ὢ πόσων καὶ πηλίκων γραμμάτων ἀκούοντες οὐ συνιῶμεν. ὅθεν καὶ ἀναπολόγητοι ἐσόμεθα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς διαγνώσεως, ὅτ' ἂν ἔλθῃ ὁ φωτίζων τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερῶν τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν· ὅτ' ἂν τὸ κριτήριον καθίσῃ, καὶ βίβλοι ἀνοιχθῶσιν, ἃς νῦν χλευάζομεν ἀκούοντες, καὶ οὐ παραδεχόμεθα. ἕκαστος γὰρ ἡμῶν τῇ ἰδίᾳ ὁδῷ ἐπλανήθημεν· καταλείποντες τὴν εὐθεῖαν ὁδόν, καὶ ἐγενόμεθα ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, ὅτε οὐκ ἦρχες ἡμῖν κύριε, καὶ ἀληθῶς εἰς ἡμᾶς ἐπληρώθη ἡ προφητεία Δαυὶδ λέγουσα· καὶ ἐμίγησαν ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἔμαθον τὰ ἔργα αὐτῶν. διὰ τοῦτό ἐσμεν ταπεινοὶ ἐν πάσῃ τῇ γῇ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. καὶ εἰς ἡμᾶς κατήντησε τὰ τέλη τῶν αἰώνων, ὡς γέγραπται, καὶ οἱ ποιμένες λύκοι, καὶ τὰ πρόβατα συντετριμμένα· καὶ οὐ λιμὸς ἄρτου καὶ δίψα ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸς τοῦ ἀκοῦσαι λόγον θεοῦ. μηδεὶς οὖν τῶν ἐλπιζόντων ἐπὶ κύριον ἀπογινωσκέτω. μὴ οὖν

A *cum.* Adhuc tamen nunc loquar in dolore cordis de falsis prophetis, de falsis doctoribus & de impiis hæreticis, de quibus dicebat Apostolus: *Mali homines & præstigiatores proficient in pejus, in errorem inducentes & errantes.* (2. Tim. 3. 13.) De quibus etiam vos frequenter commonefeci. Multa enim verba feci per Christi gratiam, ut vos scitis, viri religiosi, fereque in singulis concionibus vos monui, si recordamini eorum, quæ heri dicebam: ac scio vos meminisse; maxime vero qui laboriosi, lectioni dediti & Christi amantes estis. Nam qui lectionis studiosus est, jure Christi amans vocetur, secundum id quod dictum est a Domino: *Qui diligit me, sermones meos servat:* &, *qui diligit me, diligetur a Patre meo:* (Joan. 14. 23.) qui diligit me, in lege meditabitur die ac nocte; videlicet in Evangelio & reliquis scripturis. Talis enim B nunquam delendam in corde suo Dei retinet memoriam. Exspectans quippe illum de cælis venturum, ejus adventus horam semper observat. Sacros manibus libros pertractans, non obliviscetur illorum tremendorum librorum, de quibus scriptum est: *Judicium sedit, & libri aperti sunt.* (Dan. 7. 10.) Vide quantum sit lucrum, scrutari Scripturas, ut sæpe audivistis. Quid porro est id quod dicimus? Scripturam divinam nihil tacuisse eorum, quæ utilia nobis esse possent; sed perpetuo clamare per Prophetas & Apostolos, ac velut matrem prolis amantem prænunciare, singulosque præmunire. Commonefacit enim circa præterita, præsentia & futura, nihilque negligit, ut dictum est, eorum quæ nobis utilia sunt: id vero non in occulto, nec demissa voce, sed ubique totis viribus clamat, per C legem, Prophetas & Apostolos, imo per ipsum Dominum. Per Hesaïam quidem prophetam dicit, *Clama in fortitudine, & ne parcas, quasi tubam exalta vocem tuam.* (Isa. 58. 1.) Et iterum dicit: *Super montem excelsum ascende qui evangelizas Sion;* (Isai. 40. 9.) ac postea dicit, *Exaltate, ne timeatis.* Rursumque David ait: *Laboravi clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ.* (Ps. 68. 4.) Joannes autem Theologus in Catholica sua epistola dicit: *Videte vosmetipsos.* (2. Joan. 8.) Paulus vero quid? *Videte quomodo ambuletis.* (Eph. 5. 16.) Dominus item: *Ego palam loquutus sum mundo, & in abscondito nihil loquutus sum.* (Joan. 18. 20.) Et alibi Evangelista de ipso ait stetisse illum & clamasse, *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.* (Joan. 7. 37.) Vides quanta contentione, quanto studio, quomodo palam loquatur, & nemo intelligat? Rursumque beatus Pau- D lus dicit: *Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem:* (Philip. 3. 2.) *Videte quomodo ambuletis, quia dies mali sunt.* (Ephes. 5. 16.) Et Joannes: *Videte vosmetipsos, ne perdatis ea, quæ operati estis, quia multi seductores exierunt in mundum.* (2. Joan. 7.) Multaque hujusmodi sunt in divinis Scripturis tum veteris tum novi Testamenti, quæ occlamant, & nos somno sopitos excitant. Nos autem contrarium facimus, quemadmodum dixit Hesaïas propheta, *Auribus suis graviter audierunt, & oculos suos clauserunt.* (Isai. 6. 10.) O quam multas & quales scripturas audientes non intelligimus! Quamobrem inexcusabiles erimus in die examinis, cum venerit is qui illuminat abscondita tenebrarum, & mani- E festa facit consilia cordium: cum judicium sedebit, & libri aperientur, (Dan. 7. 10.) quos nunc cum audimus, ridemus, & non suscipimus. Nos enim singuli in propria via erramus, relinquentes rectam viam, & facti sumus sicut ab initio, cum nobis non imperares, Domine. (Isai. 63. 19.) Vereque in nobis impleta est prophetia Davidis, quæ sic habet: *Et commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum.* (Ps. 105. 34.) Ideo humiles vilesque sumus per universam terram propter peccata nostra. Et in nos pervenerunt fines sæculorum, sicut scriptum est: (1. Cor. 10. 11.) & pastores lupi sunt, & oves contritæ. Et non est fames panis, neque sitis aquæ; sed fames audiendi verbum Dei. Sed nemo sperantium in Dominum animum despondeat. Ne

Matth. 28. 20. igitur animo deficiatis, semper respicientes in eum, qui dixit, *Vobiscum sum.*

Prov. 10. 3. 2. Confidite ergo. Neque enim fame necabit Deus animas justorum: de hac fame loquitur Amos 8. 11. Dominus per prophetam: *Et erit in diebus illis, inducam famem super terram; non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Domini. Et circumquaque cur ent ab occidente usque ad Orientem, quærentes verbum Domini.* Vides hîc non de pane verba fieri? Deus enim non de pane loquitur. O diram, exitiosam & damnosam famem! O famem æternum supplicium procurantem! Hæc fames est, quæ rem omnem malam subministrat: hæc fames omnis mali causa. Hanc prævidens futuram famem propheta David verbis Deum rogabat: Ps. 27. 1. *Deus meus ne taceas a me*; & de probis fidelibus Ps. 32. 19. sic vaticinatus est: *Ut eruat a morte animas eo-* Ps. 36. 20. *rum, & alat eos in fame.* Et alibi dicit: *Et in* Ps. 110. 4. *diebus famis saturabuntur*; & rursum: *Miserator & misericors Dominus escam dedit timentibus se.* Hæc dixir David de iis qui scrutantur Scripturas, quod non sint esurituri. Scrutemur Scripturas, fratres, ne esuriamus accedente exitiosa illa fame. Scrutemur, ne in errorem abducamur, & circumferamur omni vento. Ideo Matth. 22. 29. negligentibus dicit Dominus: *Erratis non intelligentes Scripturas.* Vere namque ii, qui tales sunt, errant. Undenam exitiosa fames advenit? Annon ex eo quod Scripturas non scrutemur? O quantis nos privamus bonis, quod divinas Scripuras relinquamus! Dominicum enim præceptum est. Scrutare diligenter, scrutare & inquire, inveniesque magnas inæstimabilesque divitias in agro absconditas, intelligesque sacram Scripturam. Scrutare, & invenies: cumque inveneris, vende omnia quæ habes, & eme agrum illum, præclaram nempe sanctarum Scripturarum scientiam, in quibus absconditur Filius, vera sapientia Patris. Quem cum inveneris, beatus eris, sicut scriptum est: Prov. 3. 13. *Beatus homo qui invenit sapientiam.* Scrutare, dilecte, sive dives sis, sive pauper, sive servus, sive liber, sive mas, sive femina. Joan. 5. 39. *Scrutamini scripturas.* Divina quippe Scriptura penus est omnis boni. Sed ad propositum redeamus: de consummatione quippe sermo est, de falsis prophetis, deque falsis doctoribus & impiis hæreticis, qui torrentium instar omnia ubique inundant, multosque in errorem inducunt. Undenam id contigit? Certe ex ignorantia & imperitia præfectorum: ubi enim imperitia pastorum est, ibi ovium pernicies. Quid ergo primum dicam? an de consummatione nostra? an impiorum hæreticorum detestanda dogmata traducam? Si per tempus liceret, possem illorum profana dogmata & scelerata gesta triumphare. Sed magno opus est certamine longoque sermone, quo impura illorum doctrina detegatur & triumphetur. Cæterum in præsenti operæ precium est illos ex sacris Scripturis, inimicos Christi comprobare, & lupos gregem ejus invadentes, ubique pellendos, & ab ovibus ejus abigendos. Ideo lupi jure vocati sunt & a prophetis & ab ipso Domino & a beatis Apostolis; nec modo lupi, sed perniciosi, impii, hostes, inimici, insidiatores, blasphemi, hypocritæ, fures, latrones, abominandi, falsi prophetæ, falsi doctores, duces cæci, errones, maligni, antichristi, scandala, filii hostis maligni, zizania, athei, pneumatomachi, qui in Spiritum gratiæ blasphemant: quibus non remittetur neque in hoc sæculo neque 2. Pet. 2. 2. in futuro: *per quos via veritatis blasphemabitur.* Ad hæc, filii maligni diaboli, ut ait Theolo- 1. Joan. 3. 10. gus (Joannes): *Manifesti sunt filii diaboli.* Oportet ergo primum circa istos occupari, & 1. Cor. 10. 11. postea de consummatione loqui. Quandoquidem igitur in nos fines sæculorum devenerunt, ut ait

A ἀθυμεῖτε προσορῶντες πάντοτε τὸν εἰπόντα, ὅτι μεθ' ὑμῶν εἰμι.

Θαρσεῖτε οὖν· οὐ γὰρ λιμοκτονήσει κύριος ψυχὰς δικαίων. περὶ τούτου λιμοῦ λέγει ὁ κύριος διὰ τοῦ προφήτου· καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἐπάγω λιμὸν ἐπὶ τὴν γῆν, οὐ λιμὸν ἄρτου οὐδὲ δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν ἀκοῦσαι λόγον θεοῦ. καὶ περιδραμοῦνται ἀπὸ ἀνατολῶν ἕως δυσμῶν ζητοῦντες τὸν λόγον κυρίου. ὁρᾷς ὅτι οὐ περὶ ἄρτου λέγει; θεὸς γὰρ οὐ περὶ τοῦ ἄρτου ἔλεγεν; ὢ λιμοῦ δεινοῦ καὶ ψυχοφθόρου καὶ βλαβεροῦ. ὢ λιμοῦ τῆς αἰωνίου κολάσεως προξένου. οὗτος ὁ λιμός ἐστιν, ὁ χορηγὸς παντὸς πονηροῦ πράγματος· οὗτος ὁ λιμὸς, ὁ αἴτιος παντὸς κακοῦ. τοῦτον τὸν λιμὸν προθεωρήσας ὁ προφήτης Δαυὶδ ἐρχόμενον παρεκάλει τὸν θεὸν λέγων·
B ὁ θεός μου, μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ· καὶ περὶ τῶν σπουδαίων πιστῶν προεφήτευσε λέγων· ῥύσασθαι ἐκ τοῦ θανάτου τὰς ψυχὰς αὐτῶν, καὶ διαθρέψαι αὐτοὺς ἐν λιμῷ. καὶ ἀλλαχοῦ λέγει· καὶ ἐν ἡμέραις λιμοῦ χορτασθήσονται. καὶ πάλιν· ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων ὁ κύριος τροφὴν ἔδωκεν τοῖς φοβοῦσιν αὐτόν. ταῦτα εἶπεν ὁ Δαυὶδ περὶ τῶν ἐρευνώντων τὰς γραφὰς, ὅτι οὐ πεινάσουσιν. ἐρευνήσωμεν τὰς γραφὰς, ἀδελφοὶ, ἵνα μὴ πεινάσωμεν ἐλθόντος τοῦ ψυχοφθόρου λιμοῦ. ἐρευνήσωμεν, ἵνα μὴ πλανηθῶμεν, καὶ περιφερώμεθα παντὶ ἀνέμῳ. διό φησιν ὁ κύριος πρὸς τοὺς ἀμελοῦντας, πλανᾶσθε μὴ νοοῦντες τὰς γραφάς. ἀληθῶς γὰρ οἱ τοιοῦτοι πλανῶνται. πόθεν γὰρ ψυχόκτονος ἐπῆλθεν λιμός; οὐχὶ ἐκ τοῦ μὴ ἐρευνᾶν τὰς γραφάς; ὢ πόσων ἀγαθῶν
C ἑαυτοὺς ἀπεστερήσαμεν καταλιπόντες τὰς θείας γραφάς. δεσποτικὸν γὰρ τὸ πρόσταγμα. ἐρεύνησον ἐμπόνως, ἐρεύνησον καὶ ζήτησον, καὶ εὑρήσεις πολὺν τὸν ἀνείκαστον πλοῦτον κεκρυμμένον ἐν τῷ ἀγρῷ· νοήσεις τὴν θείαν γραφήν. ἐρεύνησον, καὶ εὑρήσεις, καὶ εὑρὼν πάντα ὅσα ἔχεις πώλησον, καὶ ἀγόρασον τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον, τὴν καλὴν γνῶσιν τῶν ἁγίων γραφῶν, ἐν αἷς κέκρυπται ὁ υἱὸς, ἡ ἀληθινὴ σοφία τοῦ πατρός· ὃν εὑρὼν, μακάριος ἔσῃ, καθὼς γέγραπται, ὅτι μακάριος ἄνθρωπος ὃς εὗρεν σοφίαν. ἐρεύνησον, ἀγαπητὲ, κἂν πλούσιος τυγχάνεις, ἢ πένης, εἴτε δοῦλος, εἴτε ἐλεύθερος, εἴτε ἄρρεν εἴτε θῆλυ. ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς. ἡ γὰρ θεία γραφὴ ταμιεῖόν ἐστι παντὸς ἀγαθοῦ. ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν· περὶ γὰρ συντελείας ὁ λόγος, καὶ περὶ ψευδοπροφητῶν καὶ ψευδοδιδα-
D σκάλων καὶ περὶ ἀθέων αἱρετικῶν, χειμάρρων δίκην ἐπικλυσάντων πανταχοῦ, καὶ πλανώντων πολλούς. καὶ πόθεν τοῦτο συμβέβηκεν; δῆλον ὅτι ἐκ τῆς ἀγνωσίας καὶ ἀπειρίας τῶν προϊσταμένων. ὅπου γὰρ ἀπειρία ποιμένων, ἐκεῖ προβάτων ἀπώλεια. τί οὖν εἴπω πρῶτον; περὶ τῆς συντελείας ἡμῶν; ἢ τῶν ἀθέων αἱρετικῶν στηλιτεύσω τὰ βέβηλα δόγματα; εἰ καιρὸς ἦν, εἶχον ἂν θριαμβεῦσαι καὶ δημοσιεῦσαι αὐτῶν τὰ βέβηλα δόγματα, καὶ τὰ ἄθεσμα πράγματα· ἀλλὰ μέγας ἐστὶν ὁ ἀγὼν, καὶ πολὺς ὁ λόγος τὰ τούτων γυμνῶσαι καὶ θριαμβεῦσαι ἀκάθαρτα δόγματα. πλὴν πρὸς τὸ παρὸν ἀναγκαῖόν ἐστι παραστῆσαι ἐκ τῶν ἁγίων γραφῶν τούτους ὡς ἐχθροὺς τοῦ Χριστοῦ, καὶ λύκους τῆς αὐτοῦ ποίμνης, πανταχοῦ ἐλαυνομένους καὶ ἐκβαλλομένους τῶν Χριστοῦ προβάτων. διὸ καὶ λύκοι δικαίως ἐκλήθησαν ὑπὸ
E τῶν προφητῶν καὶ αὐτοῦ τοῦ δεσπότου καὶ τῶν μακαρίων ἀποστόλων· καὶ οὐ μόνον λύκοι, ἀλλὰ καὶ λοιμοὶ καὶ ἀσεβεῖς καὶ ἀντίδικοι καὶ ἐχθροὶ καὶ ἐπίβουλοι καὶ βλάσφημοι καὶ ὑποκριταὶ καὶ κλέπται καὶ λῃσταὶ καὶ βδελυκτοὶ καὶ ψευδοπροφῆται καὶ ψευδοδιδάσκαλοι, καὶ ὁδηγοὶ τυφλοὶ καὶ πλανῆται καὶ πονηροὶ, καὶ ἀντίχριστοι καὶ σκάνδαλα καὶ υἱοὶ τοῦ πονηροῦ καὶ ζιζάνια καὶ ἄθεοι καὶ πνευματόμαχοι, οἱ βλασφημήσαντες τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος· οἷς οὐκ ἀφεθήσεται οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. δι' οὓς ἡ ὁδὸς τῆς ἀληθείας βλασφημηθήσεται. πρὸς δὲ τούτοις καὶ τέκνα τοῦ πονηροῦ διαβόλου, καθώς φησιν ὁ θεολόγος· φανερά ἐστι τὰ τέκνα τοῦ διαβόλου. δεῖ οὖν πρῶτον περὶ τούτων ἀσχοληθῆναι, καὶ τότε περὶ τῆς συντελείας λαλῆσαι. ἐπεὶ οὖν εἰς ἡμᾶς τὰ τέλη τῶν αἰώνων ἔφθασεν, ὡς λέγει ὁ

ἀπόστολος, καὶ ἀνέστησαν οἱ χαλεποὶ καιροὶ, καὶ ἡ ἀνομία ἐπληθύνθη, καὶ ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν ἐψύγη, καὶ οἱ πλανῶντες πολλοὶ, καὶ πλανώμενοι πλείονες· φέρε οὖν ἀναπτύξωμεν τὰς ἱερὰς βίβλους, ἐν αἷς εὑρόντες τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας βαδίζωμεν ἀνατρέχοντες ἐπὶ τὰ ἅγια ὄρη, προφήτας λέγω καὶ ἀποστόλους, ὅπως μὴ πλανηθῶμεν, καὶ περιφερώμεθα ἐν παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας, ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἐν πανουργίᾳ πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης. μὴ κάτω μείνωμεν, ἀλλὰ συνανέλθωμεν τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ μακάριον, καὶ ἀκούσωμεν τοῦ ἡμετέρου ποιμένος λέγοντος· βλέπετε μὴ πλανηθῆτε, βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ, πανταχοῦ βλέπετε. καὶ Ἰωάννης ὅμοια λέγει· ἵνα μὴ ἀπολέσητε ἃ εἰργάσασθε. καὶ Παῦλος, βλέπετε τοὺς κύνας· βλέπετε πῶς περιπατεῖτε. τὸ δὲ βλέπετε καὶ βλέπετε, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, εἰ μὴ πρὸς ὑμετέραν ἀσφάλειαν εἰρημένον περὶ τῶν πλανώντων τῷ κῳδίῳ καὶ τὸν λύκον ὑποκρυπτόντων, καὶ ἀπατώντων τοὺς ἀμελεστέρους· πάνυ δὲ ἀναγκαίως πανταχοῦ εἴρηται ἐν ταῖς γραφαῖς· τὸ βλέπετε καὶ ὁρᾶτε, καὶ γρηγορεῖτε καὶ προσέχετε οὐ μόνον ἑαυτοῖς ἀλλὰ καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ. οὐδὲν γὰρ παρεσιώπησεν τῶν ἡμῖν συμφερόντων ἡ θεία γραφή.

Ἐμοὶ δὲ δακρύειν ἐπέρχεται ὅτ᾽ ἂν ἀκούσω ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ἐκκλησίας τινὰς λέγοντας, μὴ εἰρῆσθαι ταῦτα ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς, καὶ τοῦτο οὐ μόνον παρὰ λαϊκῶν, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν δοκούντων εἶναι ποιμένων, καὶ τόπους ἐπεχόντων ἀποστόλων καὶ προφητῶν, ἀλλ᾽ οὐ τρόπους. πρὸς οὓς εὔκαιρον εἰπεῖν· οὐαὶ, ὑμεῖς ὁδηγοὶ τυφλοὶ καὶ ἀμαθεῖς, καὶ ἀστήρικτοι· οἱ ἱματίων καλλωπισταὶ, καὶ οὐχὶ βιβλίων, οἱ καταλιπόντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, καὶ τῇ γαστρὶ διακονοῦντες· ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία, καὶ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ. οἱ τὸ γάλα καὶ τὸ ἔριον καὶ τὰ κρέα τῆς ποίμνης καταχρώμενοι, περὶ δὲ τῶν προβάτων οὐ φροντίζοντες; πῶς οὖν ἐκφεύξεσθε τηλικαύτης ἀμελήσαντες σωτηρίας; ἐγὼ ὑπαρθεὶς τῷ λόγῳ εἰς μέσον προθήσω πλειοτέρας μαρτυρίας, ἀποδεικνύων ἐκ τῶν ἁγίων γραφῶν, εὐαγγελίων τε καὶ προφητῶν καὶ ἀποστόλων, τοῦ Χριστοῦ χορηγοῦντος, πῶς ἐμφραχθῇ στόμα λαλούντων ἄδικα· τῶν δὲ ποθούντων τὸν λόγον φωτισθῇ ἡ καρδία. ἀρξώμεθα δὲ πόθεν; ἢ ἐκ τοῦ εἰπόντος· ἐγώ εἰμι ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος; ἐπιστησάτω δὲ ἕκαστος τὸν νοῦν ἑαυτοῦ, ἀποθέμενος πᾶσαν βιωτικὴν μέριμναν. εἶπεν ὁ κύριος· βλέπετε, μὴ πλανηθῶτε. πολλοὶ γὰρ ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου ἐλεύσονται λέγοντες· ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Χριστὸς, καὶ πολλοὺς πλανήσουσι. καὶ πάλιν· προσέχετε ἑαυτοῖς ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵ τινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς, φησι, τουτέστι ἀπὸ τῶν λόγων, ἐκ τῆς ψευδοπροφητείας, ἐκ τῆς ὑποκρίσεως αὐτῶν, ἐκ τῆς κακοδοξίας αὐτῶν, ἐκ τῆς βλασφημίας αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. οὐ γὰρ δύναται δένδρον σαπρὸν ποιεῖν καρποὺς καλούς. πᾶν γὰρ δένδρον ἐκ τοῦ ἰδίου καρποῦ ἐπιγινώσκεται. οὕτω καὶ ὑμεῖς τοὺς τοιούτους ἐκ τῶν καρπῶν τῶν ἰδίων ἐπιγνώσεσθε, καὶ ἐπιγνόντες, μὴ παραλαμβάνετε αὐτοὺς εἰς οἰκίαν, μὴ ὑποκάμψητε, μὴ ἀξιώσητε λόγῳ, μὴ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν αὐτῶν· ἀλλὰ προσέχετε ἀπὸ τῆς ζύμης αὐτῶν, ἤγουν τῆς αἱρέσεως αὐτῶν. μηδεὶς δὲ ὑμῶν ἀποκακήσῃ ἢ παρέργως ἀκούσῃ· θεὸς γὰρ ὁ λαλῶν. ἀκούσατε οἱ ποιμένες τὰς φωνὰς τοῦ ἀρχιποιμένος· ἀκούσατε πῶς ἀποκαλύπτει καὶ θριαμβεύει εἰς τοὺς κρυφίους λύκους. ἀκούσατε καὶ προσέχετε καὶ ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ· βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κλέπτας. ὁ γὰρ μὴ εἰσερχόμενος διὰ τῆς θύρας εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων, ἀλλ᾽ ἀναβαίνων ἀλλαχόθεν, κλέπτης ἐστὶ καὶ λῃστής. καὶ πάλιν περὶ αὐτῶν λέγει· ὁ μὴ ὢν μετ᾽ ἐμοῦ, κατ᾽ ἐμοῦ ἐστί. καὶ πάλιν πρὸς αὐτοὺς ἔλεγεν· ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστέ. οὐαὶ ὑμῖν, ὅτι κλείετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ὑμεῖς γὰρ

A Apostolus, & exorta sunt tempora difficilia, & multiplicata est iniquitas, refrixitque caritas multorum, seductoresque multi sunt ac plures qui seducuntur; age, sacros libros evolvamus, in iisque reperta veritatis via, per eam incedamus, & ad sanctos montes accurramus; ad prophetas dico & apostolos, ut non erremus, nec *circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris.* Eph. 4. 14.
Ne infra maneamus, sed simul ascendamus cum sanctis discipulis ad beatum montem: audiamusque pastorem nostrum dicentem: *Videte ne seducamini, videte ne quis vos seducat:* videte ubique. Luc 21. 8. Matth. 24. 4.
Joannes quoque similia dicit: *Ne perdatis quæ operati estis.* 2. Joan. 7.
Et Paulus, *Videte canes: videte quomodo ambuletis.* Ph lip. 3. 2. Eph. 5. 15.
Illud autem videte, ad nihil aliud dicitur, quam ad nostram tutelam contra B eos qui sub ovina pelle seducunt, & lupum occultant, ac negligentiores seducunt. Certe necessario in scripturis ubique occurrit illud, Videte, respicite, vigilate, attendite, non modo vobis, sed & universo gregi. Divina namque Scriptura, eorum quæ nobis proderant nihil tacuit.

3. Mihi vero erumpunt lacrymæ cum audio quosdam ex nostra Ecclesia dicere, hæc in divinis scripturis non haberi; nec dici modo hæc a laïcis, sed etiam ab iis qui videntur esse pastores, & loca obtinent Apostolorum & Prophetarum; sed non mores. Quibus opportune dicatur: Væ vobis duces cæci & indocti atque inconstantes: qui vestium ornatu delectamini, non libris, qui dereliquistis verbum Dei, C & ventri servitis: *quorum Deus venter est, & gloria in confusione:* Ph lip. 3. 19.
qui lacte & lana & carnibus gregis abutimini, deque ovibus nihil curatis. Quomodo ergo evadetis, cum tantam salutem neglexeritis? Ego vero assumta ex sermone fiducia, plura testimonia proferam, ut ostendam ex sacris scripturis, evangeliis, prophetis, Apostolis, Christo juvante, quomodo obstruatur os loquentium iniqua, & illuminetur cor eorum qui verbum desiderant. Undenam autem incipiemus, nisi ab hoc dicto, *Ego sum principium & finis?* Apoc. 21. 6.
Quisque vero hic animum adhibeat, omni deposita sæculari cura. *Videte*, dicit Dominus, *ne seducamini. Multi enim venient in* D *nomine meo dicentes, Ego sum Christus, & multos seducent.* Luc. 21. 8. Matth. 24. 4.
Et rursum; *Attendite vobis ipsis a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium; intrinsecus autem sunt lupi rapaces; sed ex fructibus eorum cognoscetis eos*, Matth. 7. 15.
id est ex sermonibus eorum, ex falsa prophetia, ex hypocrisi eorum, ex pravis dogmatibus, ex blasphemia ipsorum cognoscetis eos. *Non potest* enim *arbor mala fructus bonos facere.* Matth. 7. 18.
Omnis quippe arbor ex fructu suo cognoscitur. Sic & vos ex fructibus ipsorum cognoscetis eos: & cum cognoveritis eos, ne recipiatis illos domi, ne flectaE mini, neque dignemini loqui cum illis: ne projiciatis margaritas vestras ante illos, sed cavete a fermento eorum; hoc est, ab hæresi eorum. Nemo vestrum deficiat, vel perfunctorie audiat. Deus enim est qui loquitur. Audite pastores vocem principis pastorum. Audite quomodo occultos lupos detegat, de ipsisque triumphet. Audite & cavete vobis & universo gregi. *Videte canes*, *videte fures.* Nam *qui non ingreditur per ostium in ovile ovium; sed aliunde ascendit, fur est & latro.* Joan. 10. 1.
Rursusque de illis ait: *Qui non est mecum, contra me est.* Matth. 12. 30.
Iterumque sic illos alloquitur: *Vos ex patre diabolo estis.* Joan. 8. 44.
Væ vobis quia clauditis regnum cælorum: ipsi enim Matth. 23. 13.

non intratis; *nec introeuntes sinitis intrare.* Et
Joan. 10. 26. alibi rursum, *Vos non estis ex ovibus meis.* Viden' quo pacto Dominus impios ubique traducat, deque ipsis triumphet, ne nos seducamur? O ineffabilem indulgentiam! o inæstimabilem benignitatem! Quid retribuemus Domino pro his omnibus? Quomodo nos purgabimus principi pastorum? O pastores, & compastores! En pauca ex multis. Quomodo nos undique muniens Dominus per immaculata clamat Evangelia: Videte, vigilate, cavete, attendite, decertate; nec modo per Evangelia clamat, sed etiam per deiferos prophetas, & per theologos discipulos similia dicit: in omnibus quippe illis ut vult loquitur. Testisque est mihi Paulus di-
2. Cor. 13. 3. cens, *qui in me loquitur Christi.* Age ergo, theologos in medium producamus, & ab iis audiamus quid nobis circa hæreticos præcipiant. Dic, beate Petre, quem beatum prædicavit Dominus Deus noster Jesus Christus. Loquere nobis de seductoribus, qui gregem Christi seducturi sunt, quem tibi tradidit & credidit princeps pastorum & episcopus animarum nostrarum. Dic ea quæ tibi Spiritus sanctus largitus est, & confirma gregem tuum. Ostende nobis occultos lupos, ut fecit & doctor tuus Christus
2. Pet. 3. 3. Dominus. Petrus dixit: *Hoc primum scitote, quod venient in novissimis diebus illusores, juxta propriás concupiscentias ambulantes.* Rursumque
2. Pet. 2. 1. ait: *Et in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eum, qui emit eos, Dominum negant. Et multi sequentur eorum luxurias, quibus judicium non cessat, & perditio*
v. 14. *eorum non dormitat; maledictionis filii, derelinquentes rectam viam.* Hæc Petrus loquutus est; Petrus vere beatus: Petrus fidei petra, super quam ædificavit Christus Ecclesiam; Petrus qui claves regni cælorum tenet, Petrus qui supra fluctus ambulavit, fervens amator Domini Christi, qui Simonem magum Romæ prostravit, ut coryphæus & primus defensor, primum latronem & in hæresibus diaboli discipulum dejecit.
1. Joan. 3. 10. Joannes dixit: *Manifesti sunt filii diaboli.* Viden' quomodo in omnibus illis Christus loqua-
Joan. 8. 44. tur? Nam in Evangeliis similia dicit illis: *Vos ex patre vestro diabolo estis.* Scio multos objicere, ipsos quoque a Deo efformatos esse: nam sine Deo factum est nihil: non intelligentes nec quæ dicunt, nec de quibus affirmant. Nam quod me Deus creaverit, ego quoque concedo; sed creavit ad opera bona, ut in ipsis perseveremus, & per rectam fidem filii Dei efficiamur.

1. Joan. 2. 19. 4. Sed ad propositum revertamur. Joannes dicit: *Et nunc Antichristi multi facti sunt*; &
2. Joan. v. 7. 8. rursum: *Videte vosmetipsos, ne perdatis quæ operati estis: quoniam multi seductores exierunt in*
1. Joan. 4. 1. *mundum. Carissimi, nolite omni spiritui credere: sed probate spiritus si ex Deo sunt: quia multi pseudoprophetæ in mundum intraverunt.* Ac rursum dicit: *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec ave ei dixeritis. Qui enim dicit illi, ave, communicat operibus illius malignis*; & rursum: *Omnis*
2. Joan. v. 9. *qui recedit, & non permanet in doctrina Christi, Deum non habet.* His Joannes nos hortatur, Joannes filius tonitrui, qui plus quam omnes Sancti dilectus fuit, qui firmavit Ecclesiam a terminis usque ad terminos orbis, qui theologia sua hæreticorum ora obstruxit. Jacobus dixit:
Jac. 4. 4. *Si quis videatur amicus eorum esse, inimicus Dei constituitur.* Audite omnes qui cum hæreticis comeditis, amaram sententiam, quod Christi inimici sitis. Neque enim is qui cum regis inimicis amicitiam init, potest esse regis amicus; imo neque vita dignus habetur; sed cum inimicis peribit, & deteriora patietur. Judas Jacobi di-
Jud. 4. xit: *Subintroierunt quidam homines, qui olim præscripti sunt in hoc judicium, impii, Dei nostri*

A οὐκ εἰσέρχεσθε, οὐδὲ τοὺς εἰσερχομένους ἀφίετε εἰσελθεῖν. καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· ὑμεῖς οὐκ ἐστὲ ἐκ τῶν προβάτων τῶν ἐμῶν· ὁρᾷς πῶς πανταχοῦ ὁ δεσπότης στηλιτεύει καὶ θριαμβεύει τοὺς ἀσεβεῖς, ὅπως ἡμεῖς μὴ πλανηθῶμεν; ὢ τῆς ἀφράστου συγκαταβάσεως· ὢ τῆς ἀνεικάστου ἀγαθότητος. τί ἀνταποδώσομεν τῷ κυρίῳ περὶ πάντων τούτων; τί ἀπολογησώμεθα τῷ ἀρχιποιμένι; ὦ ποιμένες καὶ συμποιμένες. ἰδοὺ γὰρ ὀλίγα ἐκ τῶν πολλῶν. πῶς πανταχοῦ ἀσφαλιζόμενος ὁ δεσπότης, διὰ τῶν ἀχράντων εὐαγγελίων βοᾷ· βλέπετε, γρηγορεῖτε, προσέχετε, σπουδάσατε, ἀγωνίσασθε. καὶ οὐ μόνον διὰ τῶν εὐαγγελίων βοᾷ, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν θεοφόρων προφητῶν, καὶ τῶν θεολόγων μαθητῶν τὰ ὅμοια φθέγγεται· ἐν πᾶσι γὰρ αὐτοῖς λαλεῖ ὡς βούλεται, καὶ μαρτυρεῖ μοι ὁ Παῦλος λέγων· τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ. δεῦρο τοίνυν B παραγάγωμεν εἰς μέσον τοὺς θεολόγους, καὶ ἀκούσωμεν ἐξ αὐτῶν τί περὶ αἱρετικῶν παραγγέλλουσιν ἡμῖν. εἰπὲ, μακάριε Πέτρε, ὃν ἐμακάρισεν ὁ κύριος θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. εἰπὲ ἡμῖν περὶ τῶν πλανώντων καὶ μελλόντων πλανᾷν τὴν τοῦ Χριστοῦ ποίμνην, ἥν σοι παρέδωκε καὶ ἐπίστευσεν ὁ ἀρχιποίμην καὶ ἐπίσκοπος τῶν ψυχῶν ἡμῶν. εἰπὲ ὅσα σοι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐχορήγησεν, καὶ στήριξον σου τὴν ποίμνην. δεῖξον ἡμῖν τοὺς κρυφίους λύκους, καθὼς ὁ καθηγητής σου Χριστὸς ὁ κύριος. Πέτρος εἶπεν· τοῦτο πρῶτον γινώσκετε, ὅτι ἐλεύσονται ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐμπαῖκται κατὰ τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας πορευόμενοι. καὶ πάλιν λέγει· καὶ ἐν ὑμῖν ἔσονται ψευδοδιδάσκαλοι, οἵτινες παρεισάξουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας, καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην ἀρνούμενοι, καὶ πολλοὶ ἐξακολουθήσουσιν αὐτῶν ταῖς ἀσελγείαις· οἷς τὸ κρίμα οὐκ ἀργεῖ, καὶ ἀπώλεια αὐτῶν οὐ νυστάζει, κατάρας τέκνα, C καταλείποντες εὐθεῖαν ὁδόν. ταῦτα Πέτρος ἐφθέγξατο, Πέτρος ὁ μακάριος ἀληθῶς, Πέτρος τῆς πίστεως ἡ πέτρα, ἐφ' ἧς ᾠκοδόμησεν ὁ Χριστὸς τὴν ἐκκλησίαν, Πέτρος ὁ τὰς κλεῖς τῶν οὐρανῶν κατέχων, Πέτρος ὁ κατὰ κυμάτων πεζεύσας, ὁ θερμὸς ἐραστὴς τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, ὁ τὸν Σίμωνα τὸν μάγον ἐν τῇ Ῥώμῃ ῥίψας, ὡς κορυφαῖος καὶ πρωτοστάτης τὸν πρῶτον λῃστὴν καὶ μαθητὴν τοῦ διαβόλου ἐν ταῖς αἱρέσεσιν. Ἰωάννης εἶπεν· φανερά ἐστι τὰ τέκνα τοῦ διαβόλου. ὁρᾷς πῶς ἐν πᾶσι τούτοις ὁ Χριστὸς λαλεῖ; καὶ γὰρ ἐν εὐαγγελίοις τὰ ὅμοια εἶπε πρὸς αὐτούς· ὅτι ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ διαβόλου ἐστέ. οἶδα πολλοὺς λέγοντας· ὅτι καὶ αὐτοὺς ὁ θεὸς ἔπλασεν· χωρὶς γὰρ θεοῦ ἐγένετο οὐδέν. μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ ὧν διαβεβαιοῦνται. ὅτι μὲ γὰρ ὁ θεὸς ἔκτισέ φησι· κἀγώ· ἀλλ' ἔκτισεν ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς, ἵνα ἐν αὐτοῖς ἐπακολουθήσωμεν, καὶ γενώμεθα τέκνα τοῦ θεοῦ διὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως.

D Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν. Ἰωάννης λέγει· καὶ νῦν ἀντίχριστοι πολλοὶ γεγόνασι. καὶ πάλιν· βλέπετε ἑαυτοὺς, ἵνα μὴ ἀπολέσητε ἃ εἰργάσασθε· ὅτι πολλοὶ πλάνοι εἰς τὸν κόσμον ἐξῆλθον. ἀγαπητοὶ, μὴ παντὶ πνεύματι πιστεύετε· ἀλλὰ δοκιμάζετε τὰ πνεύματα εἰ ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἐστιν· ὅτι πολλοὶ ψευδοπροφῆται εἰς τὸν κόσμον εἰσεληλύθασι. καὶ πάλιν λέγει· εἴτις ἔρχεται πρὸς ὑμᾶς, καὶ ταύτην τὴν διδαχὴν οὐ φέρει μεθ' ἑαυτοῦ, μὴ λαμβάνετε αὐτὸν εἰς οἰκίαν, καὶ χαίρειν αὐτῷ μὴ λέγετε. ὁ γὰρ λέγει χαίρειν, κοινωνεῖ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ τοῖς πονηροῖς. καὶ πάλιν· πᾶς παραβαίνων, καὶ μὴ μένων ἐν τῇ διδαχῇ τοῦ Χριστοῦ, θεὸν οὐκ ἔχει. ταῦτα Ἰωάννης ἡμῖν παραινεῖ, Ἰωάννης ὁ E υἱὸς τῆς βροντῆς, ὁ ὑπὲρ πάντας ἁγίους ἠγαπημένος, ὁ στηρίξας τὴν ἀπὸ περάτων ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης ἐκκλησίαν, καὶ ἐμφράξας τὰ τῶν αἱρετικῶν στόματα τῇ θεολογίᾳ. Ἰάκωβος εἶπεν· ὃς ἐὰν δοκῇ φίλος αὐτῶν εἶναι, ἐχθρὸς τοῦ θεοῦ καθίσταται. ἀκούσατε πάντες οἱ τοῖς αἱρετικοῖς συνεσθίοντες· ὀδυνηρὰν ἀπόφασιν· ὅτι τοῦ Χριστοῦ ἐχθροί ἐστε. οὐδὲ γὰρ ὁ τοῖς ἐχθροῖς βασιλέως συμφιλιάζων, δύναται τοῦ βασιλέως φίλος εἶναι. ἀλλ' οὐδὲ ζωῆς ἀξιοῦται, ἀλλὰ σὺν τοῖς ἐχθροῖς ἀπολεῖται, καὶ τὰ χείρονα ὑπομένει. Ἰούδας Ἰακώβου εἶπεν· παρεισέδυσάν τινες ἄνθρωποι ἔκπαλαι προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρίμα, ἀσεβεῖς, τὴν τοῦ θεοῦ ἡμῶν χάριν μετατιθέντες

μετατιθέντες εἰς ἀσέλγειαν, καὶ τὸν μόνον δεσπότην καὶ κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἀρνούμενοι. καὶ πάλιν λέγει· ἐπ' ἐσχάτου τῶν χρόνων ἔσονται ἐμπαῖκται κατὰ τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας αὐτῶν πορευόμενοι, τῶν ἀσεβειῶν. οὗτοί εἰσι οἱ ἀφόβως ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες, νεφέλαι ἄνυδροι, παντὶ ἀνέμῳ περιφερόμεναι, ἀστέρες πλανῆται, οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς αἰῶνας τετήρηται. Ταῦτα καὶ πλείονα τούτων παραινεῖ ἡμᾶς Ἰούδας ὁ καλός· δεῦρο λοιπὸν, Παῦλε, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, εἰπὲ ἡμῖν καὶ αὐτὸς κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν σοι παρὰ τοῦ θεοῦ, εἰπὲ ἡμῖν περὶ τοῦ ἐνεστῶτος πονηροῦ αἰῶνος· φανέρωσον τοὺς κρυφίους λύκους· θριάμβευσον καὶ στηλίτευσον τοὺς κλέπτας τῆς ἁγίας ποίμνης τοῦ θεοῦ. Παῦλος εἶπεν· οἶδα ὅτι εἰσελεύσονται μετὰ τὴν ἄφιξίν μου λύκοι βαρεῖς εἰς ὑμᾶς, μὴ φειδόμενοι τοῦ ποιμνίου. ὁρᾷς πανταχοῦ τοὺς θεολόγους συμφωνοῦντας τῷ διδασκάλῳ περὶ τῶν ἀθέων αἱρετικῶν, κύνας αὐτοὺς καὶ λύκους προσαγορεύοντας; καθὼς καὶ ἀλλαχοῦ φησιν ὁ Παῦλος· βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας, βλέπετε τὴν κατατομήν. βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης; βλέπετε ἀκριβῶς πῶς περιπατεῖτε· ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι. τίς ἕξει ἀπολογίαν ἀμελείας, ἀκούων τὰς τοσαύτας παραγγελίας; καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· μὴ παραδέχεσθε αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν. καὶ πάλιν, διδαχαῖς ποικίλαις καὶ ξέναις μὴ παραφέρεσθε. καὶ πάλιν, αἱρετικοὶ ἄνθρωποι προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον, πλανῶντες καὶ πλανώμενοι. καὶ ἀλλαχοῦ· τοῖς μεμιασμένοις καὶ ἀπίστοις οὐδὲν καθαρόν. ἀκούσατε πάλιν οἱ τὰς [a] ἀγάπας μετ' αὐτῶν ποιοῦντες, πῶς φύγητε ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐπερχομένης ἐφ' ὑμᾶς, οἱ τούτοις συμμιαινόμενοι ἐν βρώσει, ἐν πόμασι; πῶς τολμᾶτε προσελθεῖν τοῖς θείοις μυστηρίοις καὶ φρικτοῖς τοῦ Χριστοῦ; ἠκούσατε τοῦ μακαρίου Παύλου βοῶντος· ὅτι οὐ δύνασθε ποτήριον κυρίου πιεῖν καὶ ποτήριον δαιμόνων. οὐ δύνασθε τραπέζης κυρίου μετέχειν, καὶ τραπέζης δαιμονίων. ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν, καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε. ἆρα δυσωπήσωμεν ὑμᾶς; ἢ εἰς κενὸν κοπιῶμεν καὶ εἰς ἀέρα λαλοῦμεν; πλὴν διὰ τοὺς θέλοντας καὶ σπουδάζοντας ἀκούειν τὸν λόγον καὶ ποιεῖν, οὐκ ἀποκνήσω, οὐκ ἀποστήσομεν τῶν ῥημάτων Παύλου. ἀλλὰ πάλιν ταῦτα ἐρῶ· ἀκούσατε, μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις. τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; ποῦ εἰσιν οἱ θρασύστομοι, οἱ λέγοντες, μὴ εἰρῆσθαι ἐν θείαις γραφαῖς· ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν, οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες. Ταῦτα Παῦλος παρακαλεῖ καὶ διδάσκει καὶ παραινεῖ· Παῦλος τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, τὸ ἕρκιον τῆς ἐκκλησίας, ὁ πολύαθλος καὶ γενναῖος, Παῦλος ἡ θεόφθογγος λύρα, ὁ Χριστοῦ κῆρυξ, ὁ συγγραφεὺς τῶν δογμάτων, ἡ σάλπιγξ τοῦ λόγου, ὁ ῥήτωρ τῆς εὐσεβείας, ἡ τῶν ἐθνῶν καὶ σαγήνη. καὶ οἱ μὲν μακάριοι θεολόγοι ταῦτα καὶ πλείονα τούτων περὶ ἀθέων καὶ ἀπίστων ἐφθέγξαντο. οἱ δὲ προφῆται προηγούμενοι ἐκ πάλαι τὰ ὅμοια ἐφθέγξαντο· ἀναγκαῖον γὰρ καὶ τούτους εἰς μέσον ἀγαγεῖν. εἶπεν ὁ προφήτης Δαυΐδ· οὐκ ἔστιν ἐν στόματι αὐτῶν ἀλήθεια. καὶ πάλιν λέγει· κύριε, οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου ἐξετηκόμην; τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτοὺς καὶ εἰς ἐχθροὺς ἐγένοντό μοι. καὶ ὁ Σολόμων λέγει· ὅτι δυσσεβοῦντες ὑποκρίνονται εὐσέβειαν. καὶ πάλιν λέγει· υἱὲ, μή σε πλανήσωσιν ἄνδρες ἀσεβεῖς, μηδὲ πορευθῇς ἐν ὁδῷ μετ' αὐτῶν. Ἡσαΐας δὲ ὁ προφήτης, μᾶλλον ὁ κύριος διὰ τοῦ προφήτου λέγει· υἱοὺς ἐγέννησα, καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν. καὶ πάλιν· οὐκ ἔστι χαίρειν τοῖς ἀσεβέσι, λέγει κύριος.

lum quodlibet videris, memento Domini dicentis : (*Matth. 18. 7. Luc. 17. 1.*) *Væ mundo a scandalis : impossibile autem est ut non veniant scandala ; væ autem illi per quem scandalum venit.* Sed quid ad hæc dicunt homines gravi corde, qui quærunt mendacium ? Non est malum, inquiunt, animum relaxare. Quid enim damni affert cithara, quid reliqua instrumenta ? o summam stultitiam ! o malam diaboli cogitationem ! Generatio mala & adultera, hoccine Domino retribuitis ? Immaculatus Dominus ubique præcipit, ne Christianus unquam his se dedat ludicris ; & tu dicis, quid hæc afferunt damni ? (*Isai. 5. 20.*) *Væ qui dicunt amarum dulce : væ qui ponunt tenebras lucem.* Dicant vero nobis immorigeri illi, ex quanam Scriptura ostendere possint Christiano licere hanc sectari formam ? Quis Sanctorum liber, quæ Evangelia docuere Christianos ita turpiter agere ? Ecce Catholica & Apostolica Ecclesia, ab oriente usque ad occidentem, a terminis orbis terrarum clamat, docet, hortatur per legem, per Prophetas, per Apostolos, perque ipsum Dominum ; & nusquam reperies Christiano licere talibus operam dare nugis. Quot sunt reges & principes, sapientes, nobiles, illustres, legisperiti, servi & liberi, pauperes & divites, senes & juvenes ? Ecquis illorum omnium possit probare & ostendere, quod Christianis liceat cithara ludere, aut tripudiare, aut simile quidpiam facere ? Nullus certe id ostendere possit. Nemo vos seducat. Hæc non sunt Christianorum : hæc aliena sunt a Catholica Ecclesia : hæc omnia Gentiles faciunt. Nemo, fratres mei, vos seducat : quotquot in his versamini, a gratia excidistis : Christus nihil vobis proderit. Redeamus iterum ad primam & pulcram confessionem, ad quam vocati sumus in conspectu multorum testium, angelorum, hominum, & Creatoris universorum. Ipse namque schedulam confessionis nostræ retinet in cælo, ut reddat unicuique secundum opera sua, & prout confessionem servavit. Uniuscujusque enim nostrum scripta sunt & pacta, & abrenunciatio diabolo, & fœdus cum Christo initum, nostra quoque opera & gesta, verba, cogitationes, ludi, cachinni : omnia descripta habens venturus est Christus. Quid denique vis ? Mentiri illi ? Id fieri nequit : in manu quippe ejus & tu & verba tua sunt. Sed vis occultari ? Verum non potes ; quia in manu ejus sunt fines terræ : (*Heb. 4. 13.*) *neque est creatura invisibilis in conspectu ejus ; sed omnia nuda & aperta sunt oculis ejus*, neque occultari poteris a facie ejus. Si ascenderis in cælum, illic ipse est ; si descenderis in abyssum, illic adest, scriptum est enim : (*Ps. 134. 6.*) *Omnia quæcumque voluit Dominus fecit in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyssis.* Quid ergo faciemus, fratres ? Angustiæ nos tenent undique. Ipse enim novit abscondita cordis & renes. Fugere non licet : neque enim est qui nos eruat de manibus ejus. (*Isai. 40. 22.*) Abscondi nemo potest ; gyrum enim terræ, & omnes habitantes in illa quasi locustas tenet. (*Ps. 75. 8.*) Resistere non possumus, sicut scriptum est : *Tu terribilis es ; & quis resistet tibi ?* Ipse namque dominatur cælestibus, terrestribus & infernis, qui debet destruere omnem principatum & potestatem & virtutem. Excusatio nulla est, nec obtentus, neque consilium. Ideo a finibus usque ad fines terræ divina Scriptura clamat, hortatur, arguit, monet, testificatur, comminatur. (*Joan. 12. 47.*) Quapropter Dominus noster ait : *Qui despicit me, & non accipit verba mea, ego non judico illum : sed sermo, quem loquutus sum, judicabit illum in novissimo die.* (*Joan. 15. 22.*) Rursumque dicit : *Si non venissem & loquutus fuissem eis, peccatum non haberent ; nunc autem excusationem non habent de peccato suo.* Audistis quod nemo excusationem habeat. Profecto, fratres, angustiæ nobis sunt undique.

A λὸν θεοστυγῶν γινόμενον, ὑπομνήσθητι τοῦ δεσπότου λέγοντος· οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν σκανδάλων· ἀνένδεκτον δέ ἐστι τοῦ μὴ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα· οὐαὶ δὲ δι᾽ οὗ ἔρχεται. ἀλλὰ τί φασιν οἱ βαρυκάρδιοι, οἱ ζητοῦντες τὸ ψεῦδος; οὐκ ἔστι κακὸν λέγοντες τὸ μετεωρίζεσθαι. τί γὰρ βλάπτει ἡ κιθάρα καὶ τὰ λοιπὰ ὄργανα· ὢ ἐσχάτης ἀνοίας, ὢ τῆς πονηρᾶς ἐπινοίας τοῦ διαβόλου. γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς ταῦτα κυρίῳ ἀνταποδότε; ὁ ἄχραντος δεσπότης πανταχοῦ ἐνετείλατο μήτε ὅλως μετεωρίζεσθαι Χριστιανὸν, καὶ σὺ λέγεις, τί βλάπτει ταῦτα; οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ πικρὸν γλυκύ· οὐαὶ οἱ τιθέντες τὸ σκότος φῶς. εἰπάτωσαν δὲ ἡμῖν οἱ ἀπαίδευτοι ἐκ ποίας ἱερᾶς γραφῆς παραστῆσαι δύνανται, ὅτι χρὴ τὸν Χριστιανὸν ποιεῖν ταῦτα τὰ σχήματα; ποία βίβλος τῶν ἁγίων, ποῖα εὐαγγέλια ἐδίδαξεν οὕτως ἀσχημονεῖν τοὺς B Χριστιανούς; ἰδοὺ ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν, καὶ ἀπὸ περάτων τῆς οἰκουμένης κράζει, καὶ διδάσκει καὶ παραινεῖ, διά τε νόμου καὶ προφητῶν καὶ ἀποστόλων καὶ αὐτοῦ τοῦ δεσπότου, καὶ οὐδαμοῦ τις εὗρεν, ὅτι ἐπιτρέπει Χριστιανὸς ποιεῖν ταῦτα τὰ σχήματα. πόσοι βασιλεῖς καὶ δυνάσται καὶ σοφοὶ, καὶ εὐγενεῖς, καὶ ἔνδοξοι καὶ νομικοὶ, καὶ δοῦλοι καὶ ἐλεύθεροι, καὶ πτωχοὶ καὶ πλούσιοι, καὶ πρεσβῦται καὶ νέοι; τίς ἐκ τούτων πάντων δύναται ἀποδεῖξαι ἢ παραστῆσαι περὶ τούτων, ὅτι ἐπιτρέπει ὁ Χριστιανὸς κιθαρίζειν, ἢ ὀρχεῖσθαι, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον ποιεῖν, ὧν προειρήκαμεν; οὐδεὶς δύναται παραστῆσαι. μηδεὶς πλανάτω ὑμᾶς· οὐκ ἔστι ταῦτα Χριστιανῶν· ταῦτα ἀλλότριά εἰσι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. ταῦτα πάντα τὰ ἔθνη τοῦ κόσμου ποιοῦσι. μηδεὶς, ἀδελφοί μου, πλανάτω ὑμᾶς· ὅσοι ἐν τούτοις ἐνάγεσθε, τῆς χάριτος C ἐξεπέσατε· Χριστὸς οὐδὲν ὑμᾶς ὠφελήσει. ἐπανέλθωμεν δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν πρώτην καὶ καλὴν ὁμολογίαν, εἰς ἣν ἐκλήθημεν, ἐνώπιον πολλῶν μαρτύρων, ἐπὶ ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων καὶ τοῦ κτίστου τῶν ὅλων· αὐτὸς γὰρ τὸ γραμματεῖον τῆς ὁμολογίας ἡμῶν κατέχει ἐν οὐρανῷ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ καθὼς ἔπραξε καὶ ἐφύλαξε τὴν ὁμολογίαν. ἑκάστου γὰρ ἡμῶν γεγραμμέναι εἰσὶ, καὶ αἱ συνθῆκαι καὶ ἡ τοῦ διαβόλου ἀποταγὴ, καὶ πρὸς Χριστὸν συνταγὴ, καὶ τὰ ἔργα ἡμῶν καὶ αἱ πράξεις, καὶ οἱ λόγοι καὶ τὰ ἐνθυμήματα, καὶ οἱ μετεωρισμοὶ, καὶ τὰ γέλοια, καὶ πάντα γεγραμμένα ἔχων ἔρχεται ὁ Χριστός. λοιπὸν οὖν τί βούλει; ψεύσασθαι αὐτῷ; ἀλλ᾽ οὐκ ἔστι δυνατόν· ἐν γὰρ χειρὶ αὐτοῦ καὶ σὺ καὶ οἱ λόγοι σου. ἀλλὰ βούλει κρύπτεσθαι; ἀλλ᾽ οὐκ ἔστι δυνατόν· ἐπειδὴ ἐν χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ· πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐκρυβήσῃ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ. ἐὰν εἰς D τὸν οὐρανὸν ἀναβῇς, αὐτὸς ἐκεῖ ἐστιν, ἐὰν καταβῇς εἰς τὴν ἄβυσσον, ἐκεῖ πάρεστι. γέγραπται γὰρ, ὅτι πάντα ὅσα ἠθέλησεν ὁ κύριος ἐποίησεν ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, ἐν ταῖς θαλάσσαις καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἀβύσσοις. τί οὖν ποιήσωμεν, ἀδελφοί; στενὰ ἡμῖν πανταχόθεν· αὐτὸς γὰρ γινώσκει τὰ κρύφια τῆς καρδίας καὶ νεφρούς. φυγεῖν οὐκ ἔστιν· οὐ γάρ ἐστιν ὃς ἐξελεῖται ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ. κρυβεῖν ἀδύνατον· κατέχει γὰρ τὸν γῦρον τῆς γῆς καὶ τοὺς κατοικοῦντας ἐν αὐτῇ, ὡσεὶ ἀκρίδας. ἀντιστῆναι οὐκ ἔνι, καθὼς γέγραπται· ὅτι σὺ φοβερὸς εἶ· καὶ τίς ἀντιστήσεταί σοι. αὐτὸς γὰρ δεσπόζει τῶν οὐρανῶν καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, ὁ μέλλων καταργεῖν πᾶσαν ἀρχὴν καὶ ἐξου- E σίαν καὶ δύναμιν. ἀπολογία οὐκ ἔνι, οὐδὲ ἀφορμὴ, οὐ ἔννοια. διὰ τοῦτο ἀπὸ περάτων τῆς γῆς, ἕως περάτων ἡ θεία γραφὴ βοᾷ, καὶ παραινεῖ καὶ ἐλέγχει καὶ νουθετεῖ καὶ διαμαρτύρεται καὶ ἀπειλεῖ. διό φησιν ὁ δεσπότης ἡμῶν· ὁ ἀθετῶν με, καὶ μὴ λαμβάνων τὰ ῥήματά μου, ἐγὼ οὐ κρίνω αὐτόν· ὁ λόγος ὃν ἐλάλησα κρινεῖ αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. καὶ πάλιν λέγει· εἰ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν. ἠκούσατε ὅτι οὐδεὶς πρόφασιν ἔχει. ὄντως, ἀδελφοί, στενὰ ἡμῖν πανταχόθεν.

Ἀλλ᾽

A Ἀλλὰ πάντως τις ἀποκρίνεται· ὅτι ἰδοὺ ἱκανῶς καθήψω ἡμῶν διὰ τοῦ λόγου, καὶ τὰ σκυθρωπὰ ὑπέδειξας, καὶ τὰς κολάσεις ὑπέμνησας, καὶ τὰς τιμωρίας διεγράψω, καὶ περισσῶς κατέπληξας καὶ ἐφόβησας. καὶ οἶδα ἀληθῶς ὅτι οὕτως ἐστίν. καὶ οἶδα ὅτι ἕκαστος ἡμῶν περὶ ἑαυτοῦ λόγον ἀποδώσει τῷ Θεῷ, καὶ ἕκαστος θερίσει ὃ ἔσπειρεν· ἕκαστος τὸ ἴδιον φορτίον βαστάσει. ἀλλ' ὡς ταῦτα ἀπήγγειλας καὶ εἰς μέσον ἤγαγες, καὶ κατέπληξας καὶ ἐφόβησας, ὑπόδειξον ἡμῖν λοιπὸν καὶ τῆς σωτηρίας τὸν τρόπον· δὸς καὶ τῆς πληγῆς τὴν ἴασιν. ὥσπερ εἶπες τὰ καταπληκτικὰ, εἰπὲ καὶ τὰ χαρόποια, ἰδοὺ σωθῆναι θέλω, τί ποιήσω πῶς σωθῶ; ποίῳ τρόπῳ χρήσομαι; πρὸς τίνα καταφεύξομαι; πολλὰ γὰρ ἥμαρτον, καὶ ἐν ἔργοις καὶ ἐν λόγοις, καὶ ἑκουσίως καὶ ἀκουσίως, καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ, καὶ κατὰ πᾶσαν ὥραν. τί οὖν B ποιήσω; πῶς σωθῶ; πρὸς τίνα καταφεύξομαι; ἐγώ σοι λέγω πρὸς τίνα καταφύγῃς. ὁ μακάριος Δαυὶδ ὑπέδειξε πρὸς τίνα δεῖ καταφυγεῖν εἰπών· ὁ Θεὸς ἡμῶν καταφυγὴ καὶ δύναμις. τοῦτο ὑπέδειξεν καὶ Ἰωάννης, μείζων πάντων τῶν προφητῶν, λέγων· ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. τοῦτο ἀπήγγειλε καὶ ὁ ἄγγελος λέγων· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν, καὶ πάλιν ὁ προφήτης Δαυὶδ λέγει· κύριε πρὸς σὲ κατέφυγον. πρὸς τοῦτον καὶ σὺ κατάφυγε, εἰπόντα· οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς· τὸν εἰπόντα· οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες· τὸν εἰπόντα, μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· τὸν λέγοντα· δεῦτε πάντες πρὸς μὲ οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· τὸν εἰπόντα, ἐξουσίαν C ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας· τὸν λέγοντα ὅτι τὸν ἐρχόμενον πρὸς μὲ, οὐκ ἐκβαλῶ ἔξω· τὸν εἰπόντα διὰ τοῦ προφήτου· ζῶ ἐγὼ, ὅτι οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν· τὸν εἰπόντα ὅτι ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν νυκτὸς καὶ ἡμέρας· τὸν εἰπόντα, χαρὰ γίνεται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι. πρὸς τοῦτον κατάφυγε μετανοῶν καὶ δακρύων. μετανόησον, καὶ μὴ διαμελλήσῃς· μετανόησον, καὶ μὴ ἀθυμήσῃς, μηδὲ ἀπογνώσῃς σεαυτὸν ἔχοντα σωτηρίας φάρμακα. ἐν οὐρανῷ χαρὰ γίνεται σοῦ μετανοοῦντος, καὶ σὺ ῥαθυμεῖς· ἄγγελοι σκιρτῶσι, καὶ σὺ νυστάζεις; διὰ σὲ παραγέγονεν ὁ ἰατρὸς τῶν ψυχῶν, καὶ σὺ τὸ τραῦμα κρύπτεις; αὐτὸς κράζει· ἐπιστράφητε πρὸς μὲ υἱοὶ ἀνθρώπων, δεῦτε πρὸς μέ· καὶ σὺ οὐ σπουδάζεις; αὐτὸς κρά- D ζει· οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. ὢ φιλανθρωπία δεσπότου ἀνείκαστος· οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, φησὶν, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς. θάρσει οὖν ἁμαρτωλὲ, καὶ μὴ ἀθυμήσῃς. σὲ γὰρ ἦλθε καλέσαι ὁ ποιμὴν ὁ καλός· διὰ σὲ ἔκλινεν οὐρανοὺς, καὶ κατέβη λέγων· δεῦτε πρὸς μὲ πάντες οἱ πεφορτισμένοι· οὐ γὰρ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς. ὅρα δὲ μὴ χαυνωθῇς ἐπὶ τῷ λόγῳ, ἀκούων τὴν αὐτοῦ ἄφατον φιλανθρωπίαν. οὐ γὰρ μόνον τὴν κλῆσιν ψιλὴν εἴρηκεν, ἀλλὰ προσέθηκε τὸ, εἰς μετάνοιαν· οὐ γὰρ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν· οὐκ εἰς γέλοια, ἀλλ' εἰς δάκρυα· οὐκ εἰς αἰσχρολογίαν, ἀλλ' εἰς δοξολογίαν· οὐκ εἰς ἄριστα καὶ δεῖπνα καὶ μέθην, ἀλλ' εἰς νηστείαν καὶ ἀγρυπνίαν καὶ δάκρυα· οὐκ εἰς χορεύματα καὶ κιθαρισμοὺς καὶ καταλέγματα ἀλλ' εἰς πένθος καὶ θλῖψιν καὶ στενοχωρίαν, λέγων· E μακάριοι οἱ πενθοῦντες καὶ κλαίοντες, δῆλον ὅτι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. ἄρξαι οὖν τοῦ μετανοεῖν· βάλε τὴν ἀρχὴν μόνον, καὶ ὁ Θεὸς τῶν μετανοούντων συνεργήσει καὶ ἐνισχύει σε, καὶ εὑρήσεις χάριν πολλὴν, καὶ γλυκανθήσεται ἐν σοὶ ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον. πολλαὶ ὁδοὶ βίου, καθὼς γέγραπται, καὶ πολλοὶ τρόποι τῆς σωτηρίας. οἵῳ τρόπῳ θέλεις, σώθητι, μόνον σώθητι. ἐὰν ἔχῃς, ἐλέησον· εἰ δὲ οὐκ ἔχεις, οὐ ζητεῖ ὁ Θεός. οὐκ ἔχεις ἄρτον, οὐκ ἔχεις ἱμάτιον; κλῖνον τὰ γόνατα, τύψον τὸ στῆθος, κατάγαγε τὰ δάκρυα, στέναξον, πένθησον, ἔκτεινον τὰς χεῖράς σου εἰς τὸν οὐρανόν, αἶρον τὸ ὄμμα πρὸς τὸν δεσπότην, νήστευσον, ἀγρύπνησον. ταῦτα ἔχει

11. Sed respondebit quispiam : Satis nos sermone tuo tetigisti, tristia exhibuisti, supplicia commemorasti, cruciatus descripsisti, & supra modum perculisti ac terruisti. Scio utique rem ita se habere : novi unumquemque nostrum Deo rationem esse redditurum, messurumque quod seminavit, ac proprium onus portaturum esse. Verum ut hæc denunciasti, & in medium adduxisti, nosque perculisti ac terruisti, salutis quoque modum nobis ostende ; vulneri medelam adhibe. Ut terribilia dixisti, sic gratiosa enarra. Ecce salutem consequi volo, quid faciam ut consequar ? quo utar modo ? ad quem confugiam ? Multa namque peccavi operibus & dictis, volens & imprudens, nocte & die & in quacumque hora. Quid ergo faciam ? quomodo salutem consequar ? ad quem confugiam? Ego tibi ad quem confugias dicam ; beatus David ostendit ad quem confugiendum sit his verbis : *Deus noster refugium & virtus.* Id osten- Ps. 45. 1.
dit & Joannes major omnibus prophetis dicens,
Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Hoc Joan. 1. 29.
annunciavit & Angelus dicens : *Ipse enim sal-* Matth. 1.
vum faciet populum suum a peccatis eorum ; ac 21.
rursum propheta David dicit : *Domine, ad te* Ps. 142. 11.
confugi. Ad illum & tu confuge, qui dixit :
Non veni vocare justos, sed peccatores ; qui dixit : Math. 9. 13.
Non egent qui sani sunt medico, sed qui male Luc. 5. 31.
habent ; qui dixit : *Pœnitentiam agite : appropin-* Matth. 3. 2.
quavit enim regnum cælorum ; qui ait : *Venite ad* Matth. 11.
me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego 28.
reficiam vos ; qui dicit : *Potestatem habet Filius* Matth. 9. 6.
hominis super terram dimittendi peccata ; qui
dicit : *Eum qui venit ad me, non ejiciam foras* ; Joan. 6. 37.
qui per prophetam dixit : *Vivo ego quia nolo* Ezech. 33.
mortem peccatoris, sed magis ut convertatur & 11.
vivat ; qui dixit : *Faciet vindictam clamantium* Luc. 18. 7.
ad se die ac nocte ; qui dixit : *Gaudium est in* Luc. 15. 7.
cælo super uno peccatore pœnitentiam agente. Ad hunc confugito pœnitentiam agens & lacrymans. Pœnitentiam age, & ne differas : pœnitentiam age, & ne animo deficias neque desperes, cum salutis pharmaca habeas. In cælo gaudium est te pœnitente, & tu torpescis ? Angeli exsultant, & tu dormitas ? Propter te medicus animarum advenit, & tu vulnus occultas ? Ipse clamat : Convertimini ad me, filii hominum, venite ad
me ; & tu non festinas ? Ipse clamat : *Non veni* Matth. 9.
vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam. O 13.
benignitatem Domini inæstimabilem ! *Non veni vocare justos*, inquit, *sed peccatores.* Confide ergo, o peccator, & ne desperes. Te namque bonus pastor vocatum venit ; propter te inclina-
vit cælos & descendit dicens : *Venite ad me om-* Matth. 11.
nes qui onerati estis : Non enim veni vocare ju- 28.
stos, sed peccatores. Vide autem ne segnior evadas ex hoc sermone, audiens ejus ineffabilem clementiam : neque enim simplicem vocationem dixit ; sed addidit, *ad pœnitentiam. Non enim*, inquit, *veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam* : non ad risum, sed ad lacrymas ; non ad turpia verba, sed ad Deum glorificandum ; non ad prandia & cœnas & ebrietatem, sed ad jejunium, vigilias & lacrymas ; non ad choreas saltantium & citharas & cantilenas, sed ad
luctum, tribulationem & angustias, dicens : *Beati* Matth. 5. 4.
qui lugent & flent, scilicet peccata sua. Incipe ergo pœnitentiam agere : pone principium tantum, & Deus pœnitentium tecum operabitur, te roborabit, & gratiam multam invenies, eritque in te super mel & favum. Multæ viæ vitæ, sicut scriptum est, & multi modi salutis : quo volueris modo salutem consequere. Si possis, da eleemosynam ; si non possis, id Deus non requirit. Non habes panem, non habes vestimentum ? Genua flecte, pectus tunde, funde lacrymas, ingemisce, luge, extende manus tuas ad cælum, oculos ad Dominum attolle, jejuna, vigila. Hæc omnes possunt ho-

mines, nec negare valent. Hæc studeas semper
Deo offerre. Verum hæc cum discretione fiant
oportet, ne inutiliter curras, & in vanum de-
fatigeris.

12. Has itaque virtutes exercens, & Deo
pœnitentiam offerens; observa diligenter &
scrutare, num inimicitiam adversus aliquem ha-
beas, ne studium tuum in vanum abeat: sed,
Philip. 2. 12. ut dixit Apostolus Paulus, *cum timore & tre-
more salutem nostram operantes*; & Christi præ-
Matth. 6. 14. ceptum servantes qui dicit: *Si dimiseritis ho-
minibus peccata sua, dimittet & Pater vester cæ-
lestis peccata vestra.* Si ergo Deum toto corde
precaris, nec risui & fastui deditus es, hoc
ejus præceptum servato; & si quid contra quem-
piam habeas, dimitte illi. Vis dimitti tibi pec-
cata? dimitte tu proximo. Si tu non dimittas
fratri tuo peccata, neque tua tibi Dominus
Ibid. 15. dimittet; dixit enim: *Nisi remiseritis hominibus
peccata sua, neque Pater vester cælestis remittet
vestra.* Novimusque omnes ipsum non mentiri:
verax enim est & fidelis in omnibus verbis suis.
Paratus esto, exspectans quotidie eum qui re-
petet animam tuam. Ne hodie pœnitentiam agas,
& cras agere obliviscaris: ne hodie fleas, &
cras choreas agas: ne hodie jejunes, & cras
ebrius a multis exporteris: ne hodie vigiles, &
cras concidas; sed salutem cura tuam, ut
coroneris. Ne virtutem adulteres, ne laborem
refugias, ne coronis priveris. Omne gaudium
hujus sæculi odio habeas, necnon gloriam ejus;
Ps. 118. 162. & 110. & dic cum Davide: *Iniquitatem odio habui &
abominatus sum, legem autem tuam dilexi. Ab
omni via mala prohibui pedes meos. Juravi &
statui, ut custodiam mandata tua.* Cura semper
ut paratus sis; ut cum venerit is qui repetet ani-
mam tuam, te in pœnitentia paratum inveniat:
& ego promitto tibi, quod te ab iis qui salu-
tem nacturi sunt, non te segregaturus sit. Serva
Matth. 26. 41. semper Domini mandatum illud: *Vigilate &
orate, ut non intretis in tentationem.* Rursumque
Matth. 24. 44. ait: *Estote parati, quia qua hora non putatis,
Filius hominis veniet.* Audi quoque Apostolum
1. Thess. 5. 17. dicentem: *Sine intermissione orate.* Cogitate quid
sit illud, *sine intermissione*; id est, semper, in
omni tempore, nocte & die, vespere, mane &
meridie, atque omni hora; sive opereris sive
iter agas, sive gregem cures sive terram sul-
ces, sive decumbas sive e lecto surgas. Ne ex-
spectes Dominicam, vel festum, aut loci diffe-
rentiam. Deus enim non loco circumscribitur:
Ps. 94. 4. nam *in manu ejus sunt fines terræ.* Ideo pro-
pheta David per singulos dies & noctes orans,
non exspectabat diem, nec loci discrimen, sed
Ps. 102. 22. lacrymans dicebat, suam hortans animam: *In
omni loco dominationis ejus, benedic anima mea
Dominum.* Et tu, carissime, ne exspectes horam,
aut diem, aut loci discrimen; sed, ut supra di-
ctum est, in omni loco: & in domo tua pre-
care: in Ecclesia quoque precare, & quocum-
que in loco sis precare, in omni loco domina-
Ps. 48. 2. tionis Dei. *Auribus percipite omnes qui habitatis
orbem, simul in unum dives & pauper*; sive mas,
sive femina, sive turba: juvenes & virgines,
senes cum junioribus, reges terræ, & omnes
1. Cor. 7. 29. judices terræ, audite id quod scriptum est: *Tem-
pus breve est, ut qui habent uxores tamquam
Tit. 2. 12. non habentes sint.* Abnegemus *impietatem &
sæcularia desideria; sobrie & juste & pie viva-
mus in hoc sæculo, in futuro exspectantes bea-
tam spem & adventum gloriæ magni Dei &
Salvatoris nostri Jesu Christi.* Mementote mei
semper, fratres, & servate traditiones quas ac-
cepistis a beatis viris, a Prophetis, ab Aposto-
lis & a Domino universorum. In exemplum af-
flictionis & perseverantiæ habeatis Prophetas;

A πᾶς ἄνθρωπος, καὶ ἀρνήσασθαι οὐ δύναται. ταῦτα σπούδασον
προσάγειν τῷ Θεῷ πάντοτε. ἀλλὰ καὶ ταῦτα μετὰ σκοποῦ
καὶ διακρίσεως δεῖ ποιεῖν, ἵνα μὴ εἰς ἀνόνητα τρέχῃς, καὶ
εἰς κενὸν κοπιᾷς.

Ταύτας οὖν τὰς ἀρετὰς ποιῶν, καὶ τῷ Θεῷ προσφέρων
τὴν μετάνοιαν, τήρησον ἀκριβῶς καὶ ἐρεύνησον, μήποτε ἔχῃς
ἔχθραν κατά τινος, καὶ ὁ σκοπός σου ἅμα εἰς κενὸν γένηται·
ἀλλὰ, καθὼς εἶπεν ὁ ἀπόστολος Παῦλος, μετὰ φόβου καὶ τρό-
μου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν ἐργαζόμενοι, καὶ τηροῦντες τὴν τοῦ
Χριστοῦ ἐντολὴν τὴν λέγουσαν· ἐὰν ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις
τὰ παραπτώματα αὐτῶν, ἀφήσει καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐρά-
νιος τὰ παραπτώματα ὑμῶν. ἐὰν οὖν προσεύχῃ τῷ Θεῷ
ἐν ὅλῃ καρδίᾳ· καὶ οὐ χλευάζων καὶ μετεωριζόμενος,
τήρησον αὐτοῦ τὴν ἐντολὴν ταύτην, καὶ ἄφες εἴ τι ἔχεις κατά
τινος. βούλει ἀφεθῆναί σοι τὰ ἴδια παραπτώματα; ἄφες
B καὶ σὺ τὰ τοῦ πλησίον. ἐὰν δὲ σὺ οὐκ ἀφήσῃ τὰ τοῦ ἀδελφοῦ
παραπτώματα, οὐδὲ τὰ σὰ ἀφήσει ὁ δεσπότης. εἶπε γὰρ,
ὅτι ἐὰν μὴ ἀφήσητε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐ-
τῶν, οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ἀφήσει τὰ ὑμέτερα. καὶ
οἴδαμεν πάντες ὅτι οὐ ψεύδεται· ἀψευδὴς γάρ ἐστι, καὶ
πιστὸς ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις αὐτοῦ. γίνου ἕτοιμος, προσδεχόμε-
νος καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸν ἀπαιτοῦντα τὴν ψυχήν σου. μὴ
σήμερον μετανοήσῃς, καὶ αὔριον ἐπιλάθῃ· μὴ σήμερον
κλαύσῃς, καὶ αὔριον χορεύσῃς· μὴ σήμερον νηστεύσῃς, καὶ
αὔριον μεθύων περιέλθῃς περιφερόμενος ὑπὸ πολλῶν· μὴ
σήμερον ἀγρυπνήσῃς, καὶ αὔριον ἀναπέσῃς· ἀλλὰ τὴν σωτη-
ρίαν σου μερίμνησον, ἵνα στεφανωθῇς. μὴ νοθεύσῃς τὴν ἀρετὴν,
μὴ περιφύγῃς τὸν κόπον, ἵνα μὴ στερηθῇς τῶν στεφάνων. μί-
σησον πᾶσαν χαρὰν τοῦ κόσμου τούτου, καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ· καὶ
C εἰπὲ μετὰ τοῦ Δαυΐδ· ἀδικίαν ἐμίσησα καὶ ἐβδελυξάμην, τὸν
δὲ νόμον σου ἠγάπησα· καὶ ἐκ πάσης ὁδοῦ πονηρᾶς ἐκώλυ-
σα τοὺς πόδας μου. ὤμοσα καὶ ἔστησα τοῦ φυλάξασθαι τὰς
ἐντολάς σου. σπούδασον οὖν πάντοτε ἕτοιμος εἶναι, ἵνα ὅτ' ἂν
ἔλθῃ ὁ ἀπαιτῶν τὴν ψυχήν, εὕρῃ σε ἕτοιμον ἐν τῇ μετανοίᾳ·
κἀγὼ ἐγγυῶμαί σοι, ὅτι οὐ μή σε χωρίσῃ τῶν σωζομένων.
τήρησον ἀεὶ τὴν τοῦ κυρίου ἐντολὴν, τό· γρηγορεῖτε καὶ προσεύ-
χεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν. καὶ πάλιν λέγει·
γίνεσθε ἕτοιμοι, ὅτι ᾗ ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρ-
χεται. ἄκουσον καὶ τοῦ ἀποστόλου λέγοντος, ἀδιαλείπτως
προσεύχεσθε. νοεῖτε τί ἐστι τὸ, ἀδιαλείπτως· τοῦτ' ἔστι
πάντοτε, ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ, καὶ ἑσπέ-
ρας καὶ πρωῒ καὶ μεσημβρίας, καὶ κατὰ πᾶσαν ὥραν, καὶ ἐργα-
D ζόμενος καὶ ὁδεύων, καὶ ποιμαίνων καὶ ἀροτριῶν καὶ κοιμώμενος,
καὶ ἀνιστάμενος. μὴ ἀναμείνῃς κυριακὴν, ἢ ἑορτὴν ἢ τόπου
διαφοράν. οὐ γὰρ ἐν τόπῳ περιγράφεται τὸ θεῖον. ἐν γὰρ χειρὶ
αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς. διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης Δαυΐδ
καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ νύκτα προσευχόμενος, οὐκ ἀ-
νέμενε ἡμέραν, οὐδὲ τόπου διαφοράν, ἀλλὰ δακρύων ἔλε-
γε, καὶ παραινῶν τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν· ἐν παντὶ τόπῳ τῆς
δεσποτείας αὐτοῦ, εὐλόγει ἡ ψυχή μου κύριον. καὶ σὺ, ἀγα-
πητὲ, μὴ ἀναμένῃς ὥραν, ἢ ἡμέραν, ἢ τόπου διαφοράν·
ἀλλὰ καθὼς προείρηται, ἐν παντὶ τόπῳ καὶ ἐν οἴκῳ σου
προσεύχου, καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γενόμενος προσεύχου, καὶ
ὅπου δ' ἂν τυγχάνῃς προσεύχου, ἐν παντὶ τόπῳ ἡ δεσ-
ποτεία Θεοῦ. ἐνωτίσασθε πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκου-
μένην, ἐπὶ τὸ αὐτὸ πλούσιος καὶ πένης, εἴ τε ἄρσεν, εἴ τε
E θῆλυ, εἴ τε μιγάδες, νεανίσκοι καὶ παρθένοι, πρεσβῦ-
ται καὶ νεοὶ, βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ πάντες κριταὶ γῆς,
ἀκούσατε τὸ γεγραμμένον. ὁ καιρὸς συνεσταλμένος ἐστὶν,
ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας, ὡς μὴ ἔχοντες ὦσιν. ἀρνη-
σώμεθα τὴν ἀσέβειαν καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, σω-
φρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι
καὶ ἐν τῷ μέλλοντι προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα,
καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν
Ἰησοῦ Χριστοῦ. μέμνησθε ἐμοῦ πάντοτε, ἀδελφοὶ, καὶ κρα-
τεῖτε τὰς παραδόσεις, ἃς παρελάβετε παρὰ τῶν μακαρίων
ἀνδρῶν, προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων, καὶ τοῦ δεσπότου τῶν
ὅλων. ὑπόδειγμα δὲ τῆς κακοπαθείας καὶ μακροθυμίας

A ἔχετε τοὺς προφήτας, τῆς ὑπομονῆς τὸν Ἰώβ, τῆς σωφροσύνης τὸν Ἰωσήφ, τῆς διακρίσεως τὸν Δανιήλ, τῆς ἀγάπης τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν· τῆς μετανοίας τὸν θεοπάτορα Δαυὶδ ἔχετε. οὗτος γὰρ τύπος μετανοίας ἡμῖν γέγονε, παραινῶν ἡμᾶς, καὶ παρακαλῶν, καὶ λέγων, δεῦτε τέκνα, ἀκούσατέ μου κἀγὼ ὑμῖν ὑποδείξω τὸν τρόπον μετανοίας. ἐπειδὴ κἀγώ ποτε ἐσκανδαλίσθην, ἀλλὰ διὰ τῆς μετανοίας ἀνέστην. καὶ γινώσκω τὴν τοῦ δεσπότου φιλανθρωπίαν. οἶδα πῶς τοὺς μετανοοῦντας γνησίως, ὑπτίαις χερσὶν ὑποδέχεται. ἀδύνατον γὰρ τὸν ἐμὸν δεσπότην ψεύσασθαι. ἤκουσα γὰρ αὐτοῦ λέγοντος· τὰ ἐκπορευόμενα διὰ τῶν χειλέων μου οὐ μὴ ἀθετήσω. ὁ οὐρανὸς γὰρ καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσιν. ἅπαξ ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου· ζῶ ἐγὼ, ὃς οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ. B ἠκούσατε ὅτι καθ' ἑαυτοῦ ὤμοσεν ὁ φιλάνθρωπος. διὰ τοῦτο προτρέπομαι πάντας· δεῦτε τέκνα, ἀκούσατέ μου, καὶ ὡς καιρὸν ἔχομεν ὀξυποδήσωμεν, πρὶν ἐλθεῖν ἡμέραν κυρίου τὴν μεγάλην· προφθάσωμεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ὁμολογήσει. δεῦτε, προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν ἐναντίον κυρίου τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς. ὅτι αὐτὸς ἐποίησεν ἡμᾶς· αὐτὸς οἰκτειρήσαι ἡμᾶς καὶ εὐλογήσαι ἡμᾶς, ἐπιφάναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐλεήσαι ἡμᾶς· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ θεὸς τῶν μετανοούντων, αὐτὸς προσδέχεται ἡμᾶς μετανοοῦντας, αὐτὸς καὶ ποιμανεῖ ἡμᾶς. αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος καὶ πᾶσα εὐχαριστία, τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν.

patientiæ, Jobum; castitatis, Josephum; discretionis, Daniëlem; caritatis, Dominum nostrum Jesum Christum, qui dedit semetipsum pro nobis; pœnitentiæ, Dei patrem Davidem. Hic enim nobis pœnitentiæ exemplar fuit, admonens & exhortans nos his verbis: *Venite, filii, audite me*: & ego vobis pœnitentiæ modum ostendam. (Ps. 33. 12.) Quoniam ego aliquando lapsus sum, sed per pœnitentiam surrexi, & agnosco Domini benignitatem. Novi ipsum eos, qui sincere pœnitentiam agunt, supinis manibus excipere. Non potest enim Dominus mentiri. Audivi enim illum dicentem: *Quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita.* (Ps. 88. 34.) *Nam cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* (Matth. 24. 35.) *Semel juravi in sancto meo: Vivo ego, qui nolo mortem peccatoris.* (Ps. 88. 36. Ezech. 33. 11.) Audistis quod per semetipsum juraverit ille amator hominum. Ideo hortor omnes: *Venite, filii, audite me*: & dum tempus est nobis festinemus, antequam veniat dies Domini magnus: *Præoccupemus faciem ejus in confessione.* (Ps. 94. 2.) *Venite, adoremus & procidamus ante Dominum, qui fecit nos.* Quoniam ipse fecit nos, ipse *misereatur nostri & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.* (Ps. 66. 2.) Ipse namque est Deus pœnitentium: ipse nos pœnitentes recipit, ipse pascit. Ipsi gloria & imperium & omnis gratiarum actio, Patri & Filio & Spiritui sancto, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, amen.

MONITUM

IN ORATIONEM DE CIRCO.

INEPTUM nugacissimi Græculi opusculum, non sine nausea ad fidem duorum Codicum mss. emendatum hic tandem proferimus: indignum Tillemontii judicio, p. 393. quod legatur, vel intelligatur. Erat certe ἰδιώτης, *infacundus & linguæ Græcæ imperitissimus, qui talem opellam emisit, & Chrysostomo adscribere ausus est. Et tamen illam commentariis & notis illustrare conati sunt viri inter literatos principes, Julius Cæsar Bulengerus & Claudius Salmasius; quia in comparatione illa inepta de circo visibili, quem ipse* σωματικὸν *vocat, cum circo intelligibili, sive* πνευματικῷ, *multas adhibet voces ad ludos circenses & ad circum pertinentes; Euripum nempe memorat, albam lineam, ex qua cursus incipiebatur, & sphendonem quo desinebat cursus. Deinde voces* κομβινεύειν *&* κομβινεύματα *affert, quæ parium circensium equorum junctionem significant. Quæ fere omnes voces apud Scriptores historiæ Byzantinæ occurrunt. Hæc una causa fuit cur tam insulsum opusculum tot notis illustratum fuerit. Bulengerus commentarium in hanc Orationem edidit in libro suo de Circo, quod longius esset hic referre. Eamdemque ipsam Orationem Græce cum Latina sua interpretatione edidit.*

C

Εἰς τὸ ἱπποδρόμιον λόγος.

ΣΤΑΔΙΟΝ ἡμῖν σήμερον πνευματικὸν καὶ δρόμος οὐράνιος* ἀνέῳγε τοῖς ἑτοίμως πρὸς τὴν θεωρίαν τοῦ πνεύματος ἔχουσιν, οὐ κατὰ τὸν ἐκ γῆς χοϊκὸν, ἀλλὰ κατὰ τὸν τοῦ πνεύματος ἐπουράνιον ἄνθρωπον. ἐφ' ᾧ δεῖ [a] τρέχειν μὲν κατὰ τὴν γῆν, σκοπεῖν δὲ κατὰ τὸν οὐρανόν. τοῦτο προήχθην ἱστορῆσαι

Oratio de Circo.

STADIUM nobis hodie spirituale & cursus cælestis apertus est iis, qui ad spiritus spectaculum parati sunt; non secundum hominem de terra terrenum, sed secundum hominem spiritualem & cælestem: ubi currendum quidem est in terra; sed spectandum est cælum. Hoc tractandum

Collata cum Codice Regio Bombycino, num. 2353. & cum altero exemplari mss. recentiore, quod penes nos est.

* Codex unus ἠνέῳγε.
a Duo mss. τρέχειν μέν.

suscepi, ut spectaculorum amantes redarguerem, qui spirituale salutis spectaculum despiciunt, & corporalem nequitiæ hippodromum, seu potius satanodromum ipsi anteponunt. Tu vero, dilecte, diligenter potius tranquillum illum Ecclesiæ hippodromum intuere, ubi Paulus decertat, non Euripi & camporum orbes decurrens; sed
Rom. 15. 19. a Jerosolyma usque ad Illyricum circumquaque Evangelium pleno cursu prædicans: ubi Elias
4. Reg. 2. 12. currum illum ducit de quo dictum est: *Currus, currus, auriga Israël & eques ejus.* Non a linea
* Sphendon est locus circa metam. Vide Bulengerum. alba ad * Sphendonem milliare decurrens; sed a terra ad cælum in curru igneo attingere tentans: ubi cælestis populus ad spectaculum adest, & judex spiritualis sedet, rexque contemplatur, ac victoriæ præmium cæleste positum est, flagellaque tremendi judicii prostant. Vult Deus ut propter ipsum decertes. Ideo dedit tibi Evangeliorum quatuor animalibus junctum currum: cui currui equi candidi juncti sunt, secundum Za-
Zach. 6. chariam. Jugales sunt, lux & immortalitas: extremi, justitia & veritas: quæ eunt post currum pergentem in terram Aquilonis; de quo dicit
Prov. 27. 16. Sapientia: *Ventus asper est Boreas:* asper enim spiritus atque malignus, diabolus est. In curru ejus equi atri. Subjugales sunt, infernus & mors: extremi, tenebræ & pernicies: quos
Ps. 66. 8. oportet opponi currui Christi: *Currus Dei*, inquit, *decem millibus multiplex, millia lætantium:* qui opponendi sunt hujus vitæ procellis ceu
Habac. 3. 15. marinis tempestatibus: *Deduxit* enim *in mare equos suos, turbantes aquas multas*, & submergentes currus spiritualis Pharaonis, omnesque copias ejus in mari Rubro: habet autem equis vicinum angelum persequentem & tenebris ob-
Ps. 34. 7. volventem equos inimici tui. Nam ait: *Fiat via illorum tenebræ & lubricum, & Angelus Domini persequens eos.* Habes ex adverso Chananæos, Pharisæos, Saducæos, diaboli dona nunciantes: tu quoque habes Moysen, Samuëlem & Davidem, qui prænunciarunt justi adventum.
* μεσαφίτας vox nusquam reperta. Habet ille quos in medium immittat dæmonas, Bel, Dagon, Baal & Chamos, qui Israëlem supplantarunt, & membra ejus in deserto disjecerunt: habes tu quoque qui januam aperiant Paulum, Silvanum, & Timotheum, ut ipsi di-
1. Cor. 16. 9. cunt: *Ostium nobis apertum est magnum & evidens, & adversarii multi:* qui petierunt ut da-
Ephes. 6. 19. retur sibi verbum in apertione oris sui. Habet ille Philetum, Judam, Demam, Hermogenem, Hymenæum & Alexandrum ærarium, hypocrisi plenos: habes tu spectatores Angelorum populum, justorum ordines superne intuentes, quomodo multi currant, & unus accipiat bra-
1. Cor. 9. 24. vium; unus revera Christi populus, unus in Christo baptizatus, unus qui Christum induit: neque ultra est Judæus, neque Græcus, non masculus, non femina, non est servus, nec liber, non est Scytha, non Arius, Eunomius,
* De Marathonio vide quid dicat Socrates l. 2. c. 45. * Marathonius; sed unus in Christo. Digne Deo curre, & vitam institue, popule Dei, in spectaculo sancti Spiritus. Ne te delectet prælusio paribus equis, ne te ante judicium pericula invadant. Si vis paribus equis currere, & in hoc ordine poni; hoc magis potes facere in spectaculo spirituali. Junge contra libidine furentes diaboli equos, pias tuas cogitationes.
Prov. 16. 32. Oppone fortioribus patientiam; *Melior* enim, inquit, *est patiens viro forti:* contra Judaïsmum, Christianismum; contra Gentilium cul-

A πρὸς ἔλεγχον τῶν φιλοθεαμόνων, τῶν τὸ πνευματικὸν τῆς σωτηρίας θεώρημα παρορώντων, [a] καὶ τὸ σωματικὸν τῆς πονηρίας ἱπποδρόμιον, μᾶλλον δὲ σατανοδρόμιον προτιμώντων. θεώρει δὲ σπουδαίως, ἀγαπητὲ, μᾶλλον τὸ τῆς ἐκκλησίας ἀπείεργον ἱπποδρόμιον, ἔνθα Παῦλος ἀγωνίζεται, οὐκ εὐρίπου καὶ κάμπτων κύκλους τρέχων, ἀλλ' ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ ἐκπληρῶν τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ· ἔνθα ὁ Ἠλίας ἡνιοχεῖ, περὶ οὗ εἴρηται, ἅρμα, ἅρμα, ἡνίοχε τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἱππεὺς αὐτοῦ· οὐκ ἀπὸ λευκῆς ἐπὶ σφενδόνα μιλιοδρομῶν, ἀλλ' ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν πυρίνου ἅρματος κατατολμῶν· ἔνθα λαὸς οὐρανοπολιτῶν ἐπὶ τὴν θεωρίαν πάρεστι, καὶ κριτὴς πνευματικὸς καθέζεται, καὶ βασιλεὺς θεωρεῖ, καὶ ἐπινίκιον οὐράνιον δῶρον
B τίθεται, καὶ μάστιγες φοβερᾶς κρίσεως πρόκεινται. βούλεταί σε ὁ θεὸς, δι' ἑαυτοῦ ἀγωνίζεσθαι. διὸ καὶ δέδωκέ σοι τὸ τῶν εὐαγγελίων [b] τετράθηρον ἅρμα, ἐν ᾧ ἅρματι ἵπποι λευκοὶ, κατὰ τὸν Ζαχαρίαν. ζυγαῖοι μὲν φῶς καὶ ἀθανασία· ἀκρωτῆρες δικαιοσύνη καὶ ἀλήθεια, οἱ πορευόμενοι κατόπισθεν τοῦ ἅρματος τοῦ πορευομένου εἰς γῆν Βορρᾶ· περὶ οὗ λέγει ἡ σοφία, σκληρός τις ἄνεμος βορρᾶς· σκληρὸν γὰρ ἀληθῶς πνεῦμα καὶ πονηρὸν ὁ διάβολος. ἐν ἅρματι αὐτοῦ ἵπποι μελάνες. ὑποζύγιοι μὲν ὁ ᾅδης καὶ θάνατος· ἀκρωτῆρες δὲ σκότος καὶ ἀπώλεια, οὓς δεῖ καθηνιοχεῖν τῷ ἅρματι τοῦ Χριστοῦ· ὅτι τὸ ἅρμα, φησὶ, τοῦ θεοῦ, μυριοπλάσιον, χιλιάδες εὐθυνόντων, οὓς δεῖ καθηνιοχεῖν ἐν τοῖς τρικυμίαις τοῦ βίου, ὡς ἐν θαλάσσῃ. ἐπεβίβασεν γὰρ εἰς θάλασσαν τοὺς ἵππους αὐτοῦ ταράττοντας ὕδατα πολλὰ, καὶ κα-
C ταστρέφοντας τὰ ἅρματα τοῦ νοητοῦ Φαραὼ, καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ εἰς θάλασσαν ἐρυθράν. ἔχει δὲ καὶ πάριππον ἄγγελον τὸν καταδιώκοντα καὶ παρασκοτοῦντα τοὺς ἵππους τοῦ ἐχθροῦ σου. γενηθήτω, γάρ, φησιν, ἡ ὁδὸς αὐτῶν σκότος καὶ ὀλίσθημα, καὶ ἄγγελος κυρίου καταδιώκων αὐτούς. ἔχεις ἐξ ἐναντίας τοὺς τὰς δόσεις αὐτοῦ καταγγέλλοντας Χαναναίους, Φαρισαίους, Σαδδουκαίους· ἔχεις καὶ σὺ Μωϋσέα, Σαμουὴλ καὶ Δαυὶδ, οἳ προκατήγγειλαν περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ δικαίου. ἔχει ἐκεῖνος * μεσαφίτας δαίμονας, Βὴλ καὶ Δαγὼν καὶ Βαὰλ καὶ Χαμὼς, οἳ τὸν Ἰσραὴλ ἔβαλλον [c] ἀπὸ σκελῶν, καὶ τὰ κῶλα αὐτῶν ἔρριψαν ἐν τῇ ἐρήμῳ· ἔχεις καὶ σὺ θυρανοίκτας Παῦλον, καὶ Σιλουανὸν, καὶ Τιμόθεον, καθὼς αὐτοί φασιν, ὅτι θύρα ἡμῖν ἀνέῳγε μεγάλη καὶ ἐναργὴς, καὶ ἀντικείμενοι πολλοὶ, οἳ καὶ ἐζήτησαν ἵνα δοθῇ αὐτοῖς λόγος ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος αὐτῶν. ἔχει ἐκεῖνος [d] Φί-
D λητον, Ἰούδαν, Δήμαν καὶ Ἑρμογένην, Ὑμέναιον καὶ Ἀλέξανδρον τὸν χαλκέα ὑποκρίσεως γέμοντας· ἔχεις καὶ σὺ θεωρητὰς τὸν τῶν ἀγγέλων δῆμον, τὰ τῶν δικαίων τάγματα ἄνωθεν καθορῶντα· πῶς μὲν πάντες τρέχουσιν, εἷς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον· εἷς ὁ κατὰ τὴν ἀλήθειαν λαὸς τοῦ Χριστοῦ, εἷς ἐν Χριστῷ βαπτισθεὶς, καὶ Χριστὸν ἐνδυσάμενος, καὶ μηκέτι Ἰουδαῖος μήτε Ἕλλην, ἄρσεν καὶ θῆλυ, δοῦλος ἢ ἐλεύθερος, Σκύθης, Ἄρειος, Εὐνόμιος, [e] Μαραθώνιος, ἀλλ' εἷς ἐν Χριστῷ. ἀξίως τοῦ θεοῦ τρέχε, καὶ πολιτεύου, λαὲ τοῦ θεοῦ, ἐν τῷ θεωρίῳ τοῦ παναγίου πνεύματος. [f] μὴ τερπέτω σε τὰ περιΐππικα κομβινεύματα, ἵνα μὴ καταλάβῃ σε τὰ πρὸ κρίσεως κινδυνεύματα. εἰ βούλει κομβινεύειν καὶ
E διατάσσεσθαι, δύνασαι τοῦτο ποιεῖν μᾶλλον ἐν τῷ θεωρήματι πνευματικῷ. ζεῦξον κατὰ τῶν θηλυμανῶν ἵππων τοῦ διαβόλου τοὺς εὐσεβεῖς σου λογισμούς· ἀντιδιάταξαι κατ' ἰσχυρῶν μακροθυμίαν· κρεῖττον γάρ, φησι, μακρόθυμος ἰσχυροῦ. κατὰ Ἰουδαϊσμοῦ Χριστιανισμὸν, καθ' Ἑλληνισμοῦ

a Duo mss. καὶ τὸ πνευματικὸν, minus recte. Paulopost Savil. & Morel. προτιμούντων θεωρεῖν. σὺ δὲ σπουδαίως, ἀγαπητὲ, μᾶλλον. Hinc per asteriscos hiatum exhibent, ubi in mss. duobus nullus hiatus; nec quidpiam hic in serie desideratur, si punctum ponas post προτιμούντων, & postea legas θεώρει, ut in mss. habetur: πσῦ tamen ante δὲ, superfluum videtur. Infra Editi, καὶ κάμπτῳ, mss. καὶ κάμπτων melius.

b τετράθηρον, mss. τετράθυρον. Alii legendum putant, τέθριππον. Mox mss. Ζαχαρίαν ζυγαῖοι. οἱ μὲν φῶς.
c ἀπὸ σκελῶν. Legendum putant, ὑποσκελίζοντες. Ibid. mss. recte, καὶ κῶλα αὐτῶν. Editi male, καὶ τὰ καλῶς αὐτῶν.
d Mss. Φιλήτας.
e Mss. Μαραθίνιος.
f Sic recte mss. Editi vero, μὴ τρεπέτω.

θεοσέβειαν,

A θεοσέβειαν, κατὰ πορνείας σωφροσύνην, κατὰ πλεονεξίας ἐλεημοσύνην, κατὰ ψεύδους ἀλήθειαν, κατ' ὀργῆς πραότητα καὶ ἐπιείκειαν. πάλιν κατ' ὀξέων ζεῦξον καθυποτακτὰς, τουτέστι, κατὰ θυμοῦ καὶ λύπης πραϋθυμίαν. πραΰθυμος γάρ, φησιν, ἀνὴρ, καρδίας ἰατρός. κατ' ὀξέων πραϋθυμίαν, κατ' ἔχθρας φιλίαν, κατὰ μίσους ἀγάπην, κατὰ θλίψεως εὐχαριστίαν, καθ' ὑπερηφανίας ταπεινοφροσύνην, κατὰ πονηρίας ἀγαθοσύνην, καὶ κατὰ παντὸς ἅπαξ ἐναντίου πράγματος τὴν ὀρθόδοξον καὶ σωτήριον πίστιν ἔχε. δεῖ δέ σε ἡνιοχοῦντα καὶ τὴν τοῦ πνεύματος ἔχειν ἐγκράτειαν, ἵνα μὴ ναυσιασμῷ περιπεσὼν ἀκηδιάσῃς. ὁ γὰρ ἀγωνιζόμενος, φησὶ, πάντα ἐγκρατεύεται· ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἵνα φθαρτὸν στέφανον λάβωσιν, ἡμεῖς δὲ ἄφθαρτον. λάβε καὶ τὴν κασσίδα τοῦ σωτηρίου, καὶ τὸ φραγέλλιον ἐν τῇ χειρί σου. ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ποιήσας ἐκ σχοινίου, [a] ἤλαυνεν ἀπὸ B τοῦ ἱεροῦ τοὺς τοῦ διαβόλου ἐμπόρους. στῆκε ἑδραίως ἐπὶ τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς· ἀνάβηθι ἐπὶ τὸ ἅρμα τοῦ εὐνούχου, ὦ Φίλιππε, τοῦ ἀπηλλαγμένου τῆς ἀκαθαρσίας πάσης· ἀνάβηθι ἐπὶ τὸ ἅρμα· ἀμετεωρίστως ἀτένιζε τὸν τῷ ἀναγνώσματι τοῦ εὐαγγελίου διακονοῦντα μαππάριον. μή τίς με δόξῃ γελοιάζοντα λέγειν, οὐ ψεύδομαι. ὡς γὰρ ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ πάντων οἱ ὀφθαλμοὶ ἐπὶ τὸ μαππάριον, πεπηγότος τοῦ σημάντρου, ἀτενίζουσιν, ἐκδεχομένων ἐν τῇ βουλῇ ἐκείνου τὸ ἄνοιγμα· οὐδὲν ἧττον καὶ οἱ ἐπὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν θεωρίαν εἰς τὸ αὐτὸ ἀθροιζόμενοι, τοῦ διακόνου ἀνοίγειν μέλλοντος τὸ τοῦ εὐαγγελίου τετράθυρον, πάντες αὐτῷ ἀτενίζομεν ἡσυχίαν παρέχοντες· καὶ ἡνίκα τοῦ δρόμου τῆς ἀναγνώσεως ἄρξηται, εὐθέως διανιστάμεθα ἡμεῖς, ἐπιφωνοῦντες· ἀλλὰ δόξα σοι, κύριε· ἀνάβηθι ἐπὶ τὸ ἅρμα, θήρευσον, ἀποδρόμησον, κατάστειλον, ἔκβαλε, ἀπό- C στρεψον, πίασον, καὶ ποίησον ἐκ τοῦ στόματος τὴν καλὴν ὁμολογίαν, ἀποδρόμησον κατὰ τοῦ ἐναντίου. ὁ γὰρ πορευόμενος ἁπλῶς, πορεύεται πεποιθώς. κατάστειλον αὐτὸν ὡς ὁ Δαυὶδ τὸν Γολιάθ· ἔκβαλλε αὐτὸν ὡς ὁ Ἐλισσαῖος τὸν Γιεζί· πίασον αὐτὸν, ὡς ὁ Ἠλίας τὸν Ἀχαὰβ ἐν τῷ ἀμπελῶνι τοῦ Ναβουθαί· ἀπόστρεψον αὐτὸν εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, ὅπου ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. πρόσεχε σεαυτῷ. προσέχετε γάρ, φησιν, ἑαυτοῖς, μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ. πάντα βάστασον, ἀλλήλων γάρ, φησὶ, τὰ βάρη βαστάζετε. ἄνοδα ἔχων φυλάττου μή ποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου· μὴ ἀποστρεφόμενος εἰς τὰ ὀπίσω· μνημονεύων τῆς γυναικὸς Λώτ. μέσον ἔχε ὁδὸν δικαιοσύνης, μὴ ἐκκλίνῃς εἰς τὰ δεξιὰ, D μηδὲ εἰς ἀριστερά. ἔσωθεν ζήτει ἐκ τοῦ παραδείσου· ἔσωθεν ζήτει. ἐκ γὰρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροὶ, φόνοι, μοιχεῖαι, κλοπαὶ, ψευδομαρτυρίαι, καταλαλιαὶ, βλασφημίαι, τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον. [b] μὴ συναναβῇς αὐτῷ, ὡς οὐδὲ ὁ θεὸς τῷ Ἰσραὴλ, ὅτι σκληροτράχηλος ἦν. μὴ συναναβῇς αὐτῷ· εἰς ἁμαρτίαν σε καλεῖ. αὐτόν σε κάμψει· καὶ φθάσε πρὸ αὐτοῦ λέγων αὐτῷ, ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. ἔξω μεῖνον ὡς Ἠλίας φεύγων τὴν Ἰεζάβελ· σπεῦδε εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως· μή σε καταλάβῃ, ὡς οὐδὲ Ἀβεσσαλὼμ παῖδες τοὺς περὶ Ἰωναθὰν, καὶ Ἀχιμαὰς τοὺς ἱερεῖς τοῦ κυρίου φεύγοντας. μή σε πιάσῃ, ὡς E οὐδὲ βασιλέως Ἱεριχὼ παῖδες τοὺς κατασκόπους· ἀλλ' εἰ δυνατὸν, ἀπάτησον αὐτὸν ὡς Ῥαὰβ τοὺς ἐρευνῶντας ἡ πόρνη. μή σε καθυποτάξῃ, ὡς οὐδὲ Φαραὼ τοὺς περὶ Μωϋσέα καὶ Ἀαρών· ἀλλὰ περίκαμψον αὐτὸν, ὡς οἱ μάγοι Ἡρώδην. μὴ ἀγωνιάσῃς· ἔχεις γὰρ τὸν διατάκτην θεὸν, καὶ ἰατρὸν τὸν Χριστόν. μηδὲν πτοηθῇς· ἔχεις γὰρ ἀλείπτην τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τῷ τοῦ Σαμουῆλος μυστικῷ κέρατι χρίοντά σε τῷ μύρῳ. μηδὲ τὸ δίψος φοβηθῇς· ἔχεις γὰρ τὸ ὕδωρ ἐπὶ σὲ τῆς ἀναπαύσεως τοῦ βαπτίσματος διὰ τῆς κολοκύνθης, ἵνα προερχόμενόν σοι, τουτέστι, διὰ τῆς κηρυκείας τοῦ Ἰωνᾶ, ἀναλάβῃ σε. στρέψον τὸ ἅρμα τῆς τυραννίδος αὐ-

tum, veram religionem; contra fornicationem, castitatem; contra avaritiam, eleemosynam; contra mendacium, veritatem; contra iram, mansuetudinem & modestiam. Rursum contra acriores impetus junge ea quæ opposita illis sunt; contra iram & dolorem junge lenitatem: nam ait ille, *lenis vir, cordis est medicus*; contra acriores impetus, mansuetudinem; contra inimicitias, amicitiam; contra odium, caritatem; contra afflictionem, gratiarum actionem; contra superbiam, humilitatem; contra nequitiam, benignitatem; & ut uno verbo dicam, contra res omnes adversas, orthodoxam & salutarem fidem habeas. Oportet autem te aurigam spiritus temperantiam habere, ne in nauseam incidens, a labore deterrearis. Nam *qui in agone contendit*, inquit, *ab omnibus se abstinet. Et illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.* Accipe & galeam salutis, & flagellum in manu tua; quod cum Dominus noster Jesus ex sparto fecisset, diaboli negotiatores ex templo ejecit. Sta firmiter supra vas electionis. Ascende in currum Eunuchi, o Philippe, ab omni immunditia liberati. Inscende currum, sine animi electione specta eum qui in lectione Evangelii mappam ministrat. Ne quis putet me ridendi causa hæc dicere; non mentior. Ut enim in circo omnium oculi in mappam, signo affixo feruntur, dum exspectant ex consilii voluntate aperiendos ludos esse; eodem modo cum ad ecclesiasticum spectaculum convenimus. Cum Diaconus Evangelii fores quatuor aperturus est, omnes ipsum cum quiete multa respicimus. Cum autem cursum lectionis incepit, statim erigimur vociferantes: Gloria tibi, Domine. Currum conscende, venare, excurrito, contrahe, ejice, averte, comprehende, & ore pulcram confessionem emitte; curre contra adversarium: nam *qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter.* Comprime ipsum ut David Goliathum; ejice illum ut Elisæus Giezi; comprehende illum ut Elias Achabum in vinea Nabuthæ; averte illum in tenebras exteriores, ubi fletus & stridor dentium. Attende tibi: Etenim ait ille: *Attendite vobis, ne graventur corda vestra in crapula & ebrietate.* Omnia sustine: *Alter alterius*, inquit, *oneri portate.* In invia incedens cave *ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* Ne retro avertaris, memor uxoris Loti. Mediam justitiæ viam teneas, nec declines ad dexteram vel sinistram. Interius quære de paradiso. Interius quære. *Ex corde enim exeunt cogitationes malæ, cædes, adulteria, furta, falsa testimonia, obloquutiones, blasphemiæ*, quæ coinquinant hominem. Ne cum diabolo ascendas, quemadmodum nec Deus cum Israële, quia duræ cervicis erat. Ne cum illo ascendas: ad peccatum te vocat. Ipse te flectet. Ipsum præveni, ac dic illi: *Vade retro, satana, quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum.* Extra mane ut Elias fugiens Jezabelem. Curre ad bravium supernæ vocationis. Non te comprehendet, ut neque pueri Absalonis Jonatham, & Achimaam sacerdotes Domini fugientes comprehenderunt. Non te comprehendet, ut neque pueri regis Jericho exploratores ceperunt, sed si fieri possit, decipe illum ut Rahab meretrix perquirentes decepit. Ne te subjiciat, ut neque Pharao Moysem & Aaronem: sed circumvenito illum, ut Magi Herodem. Ne in agone deficias: habes enim præceptorem Deum, medicum Christum. Ne deterrearis: habes enim unctorem Spiritum sanctum, qui ex cornu Samuëlis te mystico unguento unget. Neque sitim metuas: habes enim in te aquam quietis baptismi nempe per cucurbitam; ut præveniens scilicet per prædicationem Jonæ, te recipiat. Everte currum tyrannidis ejus.

Prov. 14. 32.
1. Cor. 9. 25.
Prov. 10. 10.
Luc. 21. 34.
Gal. 6. 2.
Ps. 90. 12.
Matth. 15. 19.
Marc. 8. 33.

a MSS. ἔλασεν.

b Sic mss. In editis quædam deerant, δι' ὁμοιοτέλευτον.

Conjice illum in foveam, quam fecit. Conjice
Ps. 129. 1. illum in profundum. Ex psalmo clama: *De profundis clamavi ad te, Domine, Domine exaudi vocem meam.* Dejice eum in profundum, deflectens solus ex ejus exitio. Extolle in altum sanctas manus ad regem, accipiens bravium palmarum, ut olim pueri: & quatiens adorato
Isai. 46. 1. eum, quia *cecidit Bel*, contritus est Dagon.
1. Cor. 15. 57. *Gratia autem Deo, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum.* Hac victoria paradisum quasi lavacrum publicum aperire poteris, ubi quatuor flumina, aqua multa, ut in lavacro, in loco pascuæ, ut & tu opportune dicas:
Ps. 22. 1. *In loco pascuæ ibi me collocavit, super aquam refectionis educavit me:* & super hæc omnia ex-
2. Tim. 4. 7. sultans dicas: *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona justitiæ*, in Christo Jesu Domino nostro: cui gloria in sæcula sæculorum, amen.

A τοῦ. βάλε αὐτὸν εἰς βόθρον, ὃν εἰργάσατο. βάλε αὐτὸν εἰς τὴν βαθεῖαν ἐκεῖ. ψαλμικῶς ἀναβόησον, ἐκ βαθέων ἐκέκραξά σοι, κύριε, κύριε, εἰσάκουσον τῆς φωνῆς μου. βάλε αὐτὸν εἰς τὴν βαθεῖαν, καταχάμψας μονώτατος ἐκ τῆς ἀπωλείας αὐτοῦ. ἆρον εἰς ὕψος ὁσίους χεῖρας πρὸς τὸν βασιλέα, λαβὼν βραβεῖον τῶν φοινίκων κατὰ τοὺς παῖδας, καὶ σείσας προσκύνησον αὐτῷ, ὅτι ἔπεσε Βὴλ, συνετρίβη Δαγών. χάρις δὲ τῷ θεῷ τῷ διδόντι ἡμῖν τὸ νῖκος διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ. ταύτῃ τῇ νίκῃ καὶ τὸν παράδεισον οἷα λουτρὸν πάνδημον ἀνοῖξαι δυνηθήσῃ, ἔνθα ποταμοὶ τέσσαρες, ὕδωρ πολὺ, ὡς ἐν λουτρῷ, ἐν τόπῳ χλόης, ὅπως καὶ σὺ εὐκαίρως λέγῃς· εἰς τόπον χλόης ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν, ἐφ' ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με· καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις καυχώμενος λέγῃς, τὸν καλὸν ἀγῶνα ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, πίστιν τετήρηκα, λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν· ᾧ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

MONITUM

IN SEQUENTEM SERMONEM.

HUNC Sermonem non esse Chrysostomi omnes dijudicant, etsi sagaci viro non sit indignus. Quod vero dixit nescio quis, sed ex conjectura tantum, Severiani esse, id certe cum recta ratione pugnare videtur; neque enim minus a Severiani stylo differt oratio, quam a Chrysostomi dicendi genere. Severianus enim totus strigosus est, perplexus, figuris redundans: uno verbo, stylo ferreo utens, ut ait Savilius; hic vero scriptor simplex est ac sine salebris fluit.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

In illum locum, *attendite ne eleemosynam vestram faciatis coram hominibus.*

B Εἰς τὸ, προσέχετε τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων.

1. SAPIENTES ac periti agriculturæ artifices, ubi cum omni cura & solicitudine terræ stirpes plantaverint, prius ipsas plantas in altitudinem erigunt; deinde superfluos & importunos stolones artificiose resecant. Idem & legislator Moses fecit: primum enim unius imperium in hominum mente plantavit, ac deinde multorum imperium ex hominum mente amputavit. Quo tandem pacto unius imperium plantarit, audi ipsum dicentem, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies:* & rursus,
Deut. 6. 13. & 10. 20. *Audi Israël, Dominus Deus tuus, Dominus unus est:* quomodo autem superfluos & importunos surculos imperii multorum amputavit, edisce,
Deut. 6. 6. *Non facies*, inquit, *deos conflatiles, neque adorabis deos alienos: ego enim, ego Dominus Deus tuus.* Hoc vero etiam hodierno die Deus idem, & Salvator noster agit: nam postquam nuper in animis nostris pulcram eleemosynæ olivam plantavit, ejusque fructum, hoc est, misericordes coronavit, & beatos prædicavit dicens, *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur:* merito nimirum hodie pullulantes molestas eleemosynæ superfluitates amputat ac repurgat. Enimvero nuper omnes simul cum ad eleemosynam excitaret, pauperem quidem pauperculæ viduæ, quæ in Sarephtha Sidoniæ habitabat, exemplo edocuit, ne inhumanitati

ΟΙ ΣΟΦΟΙ καὶ ἐπιστήμονες τῆς γεωργίας τεχνῖται, ὅταν μετὰ πάσης φροντίδος καὶ ἐπιμελείας τὰ κατὰ γῆς βλαστήματα φυτεύσωσιν, αὐτὰ τὰ φυτὰ πρότερον εἰς μῆκος διεγείρουσιν· εἶθ' οὕτως τὰς παρενοχλούσας φυάδας τεχνικῶς τέμνουσιν. τὸ αὐτὸ καὶ ὁ νομοθέτης Μωσῆς πεποίηκεν· πρότερον γὰρ κατεφύτευσε τὴν μοναρχίαν εἰς τὴν τῶν ἀνθρώπων διάνοιαν· εἶθ' οὕτως ἐξέτεμε τὴν πολυαρχίαν [a] διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων διάνοιαν. καὶ πῶς κατεφύτευσεν τὴν μοναρχίαν, ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος, κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις· καὶ πάλιν, ἄκουε Ἰσραὴλ, κύριος ὁ θεός σου, κύριος εἷς ἐστιν· καὶ πῶς τὰς
C παρενοχλούσας φυάδας τῆς πολυαρχίας ἐξέτεμε, μάθε· οὐ ποιήσεις, φησὶ, θεοὺς χωνευτοὺς, οὐδὲ προσκυνήσεις θεοὺς ἀλλοτρίους· ἐγὼ γὰρ, ἐγὼ κύριος ὁ θεός σου. τοῦτο δὲ καὶ σήμερον αὐτὸς ὁ θεὸς καὶ σωτὴρ ἡμῶν ποιεῖ. ἐπειδὴ γὰρ πρώην ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς κατεφύτευσε τὴν καλὴν ἐλαίαν τῆς ἐλεημοσύνης, καὶ τὸν καρπὸν αὐτῆς ἐστεφάνωσεν, τοῦτ' ἔστι, τοὺς ἐλεήμονας, καὶ ἐμακάρισεν εἰπὼν, μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται· εἰκότως ὅτι σήμερον τὰ παρενοχλοῦντα τῆς ἐλεημοσύνης ἀνακόπτει μάταια καὶ ἀποκαθαίρει. πρώην γὰρ πάντας ὁμοῦ πρὸς ἐλεημοσύνην διεγείρων, καὶ τὸν μὲν πένητα ἀπὸ τῆς πενιχρᾶς χήρας τῆς ἐν Σαράφθοις τῆς Σιδωνίας ἐπαίδευσε, μὴ προφάσεις τῆς ἀπανθρωπίας

[a] Forte legendum, ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων διανοίας.

A τὴν πενίαν προβάλλεσθαι· τὸν δὲ πτωχὸν ἀπὸ τῆς πτωχῆς χήρας τῆς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις καταβαλούσης τὰ δύο λεπτὰ εἰς τὸ γαζοφυλάκιον, διήγειρεν, ὥστε τὸν πτωχὸν πλοῦτον τῆς ἐλεημοσύνης μετὰ προθυμίας συνεισφέρειν· τὸν δὲ ἔμπορον ἀπὸ τῆς τρικυμίας τῆς θαλάσσης ἐχαλίνωσε, τοῖς πένησιν μᾶλλον ἢ τῇ θαλάσσῃ μεταδιδόναι· τὸν δὲ κατὰ γῆν πραγματευόμενον περιέσφιγξε προλαβεῖν τῇ γνώμῃ τὴν ἀνάγκην, καὶ πρὸ τῆς ἀνάγκης τὸν θεὸν μᾶλλον προτιμᾶν, ἤπερ τὸν λῃστήν. ἐπειδὴ πάντας ὁμοῦ πρὸς ἐλεημοσύνην παιδεύσας εἶδεν, ἀφ' ὧν ἐπαινέσεται, ἀποδεξάμενος ὡς ἕτοιμός ἐστιν ἕκαστος, καθάπερ φυτὸν εὐθαλὲς πρὸς ἐλεημοσύνην κλιθέν· ἐγὼ δὲ ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ· διὰ τοῦτο συναναιρεῖ τὰς παρενοχλούσας τῆς ἐλεημοσύνης ὑποκρίσεις. B τί λέγων; προσέχετε τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν ἀνθρώπων πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς· οὐχ ὅτι ἡμῶν ἐπιτηδείως τὴν ἀνάγνωσιν ταύτην προβαλλομένων, ἀλλὰ τῆς προτέρας ἀκολουθίας τῶν ἀναγνωσμάτων παραπεμπούσης. προσέχετε τὴν ὑμῶν ἐλεημοσύνην μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς· εἰ δὲ μή γε, μισθὸν οὐκ ἔχετε· αὕτη γὰρ ἡ ἐπίδειξις ἐκείνων ἀφανίζει τὸν μισθόν· ἡ τοιαύτη δόσις ἀποστερεῖ ἐκείνους τῆς μελλούσης ἀγαθοσύνης. οὐδὲν γὰρ οὕτω πικρὸν πάθος ἐστὶν τῆς ψυχῆς ὡς τὸ τῆς κενοδοξίας· ὅταν γὰρ πολλὰ κατορθώσωμεν τῶν ἐπιταγμάτων, τότε τῆς κενοδοξίας παραφύεται νόσημα· ἀλλὰ πρόῤῥιζον αὐτὸ ἐξέτεμεν ὁ σωτὴρ ἀφ' ἡμῶν, διδάξας ἐν τῷ κρυπτῷ τὰς ἐλεημοσύνας ποιεῖν. C ἀλλὰ πάντως ἐρεῖς· τί οὖν; οὐ δυνάμεθα ποιῆσαι. οὐ γάρ ἐστι δυνατὸν διδόντα τοῖς πένησιν, ἢ προσφέροντα τοῖς ἱερεῦσιν, ἢ βάλλοντα εἰς τὸ γαζοφυλάκιον, μὴ θεαθῆναι. οὐκοῦν καὶ πρὸς τὴν δόσιν τῆς ἐλεημοσύνης ὀκνηροτέρους ἡμᾶς κατέστησας διὰ παντός. νῦν οὖν ὠφελῆσαι τὰς ψυχὰς τῶν ἐμῶν φίλων καὶ ἀδελφῶν βούλομαι, καὶ παντὸς νοσήματος ἀπαλλάξαι, χάριτι τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸν τρόπον τοῦ γινομένου διορθώσασθαι. τὴν γὰρ προαίρεσιν ἐτάζει τοῦ ποιοῦντος ἐλεημοσύνην· διὰ τοῦτο καλῶς ἐπάγει λέγων· ὅταν οὖν ποιῇς ἐλεημοσύνην, μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σου, ὥσπερ οἱ ὑποκριταί· οὐχ ὅτι σάλπιγγας εἶχον ἐκεῖνοι, ἀλλ' ὅτι μὲν τὸ προσωπεῖον ἐλεημοσύνης ἦν· ἡ δὲ ψυχὴ τοῖς ἀνθρώποις ἐστρατεύετο, D καὶ πρὸς τὴν ἐκείνων ἐβάδιζον θέαν. οὐ γὰρ διὰ τὸν θεὸν ἐποίουν ἐλεημοσύνην, ἐλπίζοντες ἐλεηθῆναι παρ' αὐτοῦ, καὶ λαβεῖν τὸν ἐπηγγελμένον μισθὸν ἑκατονταπλασίονα, ἀλλὰ διὰ τὸ τῆς προσκαίρου δόξης ἀπολαύειν τῶν ἀνθρώπων, παρεῖχον. οὐδὲν οὖν ἔλαττον τῶν ἐν τοῖς θεάτροις φιλοτιμουμένων, καὶ τῶν ἐπὶ ταῖς κεναῖς δόξαις τὰς ἰδίας ὑπάρξεις σκορπιζόντων, οὐ διὰ τὸν τῆς ψυχῆς χρήσιμον καρπὸν, ἀλλὰ διὰ τὸν τῶν ἀνθρώπων ἔπαινον μάταιον. περιτρέπεται γὰρ ὁ ἔπαινος πολλάκις ἐκεῖνος πρὸς ὕβριν, καὶ πολλὰ δαπανήσαντες, πολλὰ καθυβρίζονται. ἐπίβλεπε πόσα δαπανῶσι χρήματα κατὰ τὰς ἱπποδρομίας· E καὶ ὅταν πολλὰ δαπανῶσι, τότε πλείονα παρ' ἐλαχίστων καὶ ἀπεῤῥιμμένων ἀνθρώπων ὑβρίζονται. τὴν γὰρ τῶν ἵππων ἀσθένειαν τοῖς ἀνθρώποις προστρίβουσιν· καὶ ὁ μὲν ἵππος σφάλλεται, ὁ δὲ φιλότιμος ἀτιμάζεται· καὶ ὁ μὲν ἄλογος ἵππος ἔπεσεν, ὁ δὲ λογικὸς ἄνθρωπος ἐξέπεσεν· καὶ πολλάκις ἀποδυράμενος εἶπε, τί μάτην ἀπολῶ μου τὴν ὑπόστασιν; τί τοσοῦτον κάματον ὑπέμεινα καὶ τοσαύτας ζημίας, καὶ τῶν ὑπαρχόντων ἔκπτωτος ἐγενόμην· ἵνα παρὰ τῶν ἀπηγορευμένων ὑβρισθῶ ἐσχάτως; ὢ πόσους πένητας ἠδύναντο πλουτίσαι τὰ χρήματα ταῦτα τὰ μάτην ἀπολλύμενα· πόσους ἐκπεσόντας ἀνορθῶσαι. καὶ ῥέουσι μὲν ὥσπερ ἀπό τινος πηγῆς αἱ φιλοτιμίαι διὰ τὸν μάταιον ἔπαινον· ἀνεγείρονται δὲ ὥσπερ ἀπό τινος

paupertatem prætexat: mendicum autem, viduæ illius mendicæ exemplo, quæ in Evangelio minuta duo in gazophylacium misisse memoratur, incitavit, ut mendicas eleemosynæ opes prompto animo conferat: mercatorem porro consideratis maris procellis refrænavit, ut pauperibus potius quam mari sua communicet: at eum, qui negotiationem terrestri itinere exercet, coërcuit, ut animo necessitatem præverteat, & ante necessitatem latroni Deum anteponat. Postquam igitur omnibus ad eleemosynam instructis, unumquemque ex eo, quod laudes excepturus sit, promtum esse tamquam virentem quamdam plantam ad eleemosynam inclinatam, vidit: *Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei:* propterea simul pullulantes eleemosynæ simulationes exscindit: quid dicens? *Attendite ne eleemosynam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis:* non quasi nos lectionem hanc de industria commode nunc proponamus: sed quasi ex ipsa serie eorum quæ jam lecta sunt ista transmittantur. *Attendite ne eleemosynam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis*, sin secus, nullam certe mercedem habebitis: hæc enim ostentatio mercedem tollit illorum: talis largitio futuram illis eripit felicitatem. Etenim nulla est animæ adeo noxius affectus, atque hæc inanis gloriæ cupiditas: cum enim ex iis quæ mandata sunt, multa præclare perfecerimus, tunc ipsius inanis gloriæ cupiditatis adnascitur ægritudo; verum illam a nobis radicitus exstirpavit Salvator: dum nos docuit, ut clam eleemosynas conferamus. Sed utique dices, Quid ergo? non possumus id facere: non enim fieri potest, quin is, qui pauperibus quidpiam dat, vel sacerdotibus offert, aut in gazophylacium mittit, videatur: tum tu igitur nos in posterum ad impertiendam eleemosynam negligentiores reddidisti. Nunc itaque præstante Domino Deoque nostro, ac Salvatore Jesu Christo, de amicorum ac fratrum meorum animabus bene mereri volo, easque omni ægritudine liberare, & actionis istius modum corrigere. Voluntatem enim examinat & consilium ejus, qui eleemosynam impertit: propterea recte adjecit dicens; *Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt:* non quod tubas haberent illi, sed quod larva esset ac species eleemosynæ; animus autem hominibus militaret, & ab eorum aspectu illi penderent. Non enim propter Deum eleemosynam conferebant sperantes ab eo se misericordiam consequuturos, & promissam mercedem centuplam accepturos, sed, ut momentaneam reciperent ab hominibus gloriam, largiebantur. Non igitur differebant ab illis, qui populariter in theatris suas facultates profundunt, & ut inanem gloriam aucupentur, opes suas dilapidant, non ad aliquem utilem animæ fructum, sed ad futilem hominum laudem. Convertitur enim sæpe laus illa in contumeliam, & cum multos sumtus fecerint, multis opprobriis onerantur. Vide quam multas pecunias in Circensibus ludis expendant; & postquam multa expenderint, tum a vilissimis & abjectissimis hominibus pluribus probris lacerantur. Nam equorum infirmitatem hominibus vitio vertunt: & equus quidem collabitur, ambitiosus autem editor contumeliis vexatur: & ipse quidem rationis expers equus cecidit, homo vero ratione præditus excidit, & explosus est: ac sæpenumero dixit ingemiscens, Quid frustra meas facultates perdo? quid tantos labores sustinui, totque damna, meque omnibus bonis everti: ut a despectissimis hominibus ad extremum contumeliis onerarer? O quam multos pauperes istæ pecuniæ frustra insumtæ ditare potuissent! quam multos erigere, qui exciderunt. Atque effunduntur quidem velut ex fonte quodam ad vanam laudem captandam populares istæ largitiones; contumeliæ

vero stolidorum hominum tamquam ex flumine quodam excitantur. Alii vero suas animas nihili faciunt: & alii rursus ob equorum contentiones proprias ædes evertunt.

2. At illos quidem sumtus facere & probris lacerari, vanisque largitionibus opes profundere sinamus: quo vero pacto pecuniæ pie sint expendendæ discamus: & quo modo vita religiose traducenda sit, ac cælestia pro terrenis exspectanda. Non enim prohibet ne des eleemosynam Christus, sed qua ratione facere eleemosynam oporteat, docet; ne sciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Hoc vero loco rursus non manus significat, sed hyperbolice dictum est illud, quasi diceret; ne sciat perversa cogitatio tua quid recta mens tua faciat: ne te avertat a bono. Incumbit enim, ut inquit Deus, mens hominum diligenter ad mala: propterea inquit, studiose tibi, ut tu ipse quoque ignores, expetendum existimato. Quid ita? ut Pater tuus qui videt in abscondito hilarem tuam promtamque largitionem, te diligat, & in manifesto reddat tibi. Magnum & illustre iis qui eleemosynas largiuntur, erexit theatrum; & quod expetunt misericordes, id illis cumulate concessit. Itaque licet multa vos hominum millia eleemosynam largientes contemplentur, vos tamen nolite illis attendere, neque momentaneam ab illis gloriam expetatis: sed si vestrarum actionum nancisci spectatores velitis, accipite, inquit, angelos & archangelos, & omnium conditorem ac dominum. Sin autem homines eorum, quæ a vobis geruntur, habere spectatores optetis, & eleemosynas facere, ut vos apud eos venditetis, centum aut mille habebitis spectatores a quibus laudemini: quod si eos qui in hac vita vos laudant, latere studueritis, atque ita latere, ut licet vos nonnulli laudibus prosequantur, libenter eas non admittatis, neque vos efferatis; quin potius tales aversemini ac repellatis: ita fiet ut, cum formidabilis illa dies illuxerit, gloriæ coronas toto terrarum orbe spectante recipiatis. Si propter Deum, & eas quas ille tibi reservaturus est illic opes, eleemosynam tribuas, non propter gloriam temporariam; tunc velut in sinum suum receptis vestris eleemosynæ recte factis, Deus præsentibus omnibus, qui ab Adamo exstiterint usque ad sæculi consummationem hominibus, tunc omnibus angelis, archangelisque præsentibus; dum millia infinita angelorum astabunt, tunc suis vos propriis immaculatis mani-

Matth. 25. 34. bus advocabit dicens: *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.* Venite, ego vestros labores excepi: ego pecuniarum vestrarum nummularius sum factus. Quando tu mendico manus extendisti, ego meum sinum aperiebam: quando tu panem tuum pauperi dabas, ego per illius ventrem saturabar. *Esurivi enim, & dedistis mihi manducare: sitivi, & dedistis mihi bibere.* Ejusmodi ergo gaudio perfundemini misericordes: sin autem ad ostentationem eleemosynas largiamini, mercedem ab hominibus recipietis. Etenim si ostentare se oportet, ante omnia Deo nos ostentasse par est, qui nos coronandi & ad angelorum theatrum deducendi potestate pollet maxime. Ecquis ergo adeo miser fuerit, ut ad spectanda præclara ipsius facinora rege venire cupiente, illo neglecto, apud infimæ conditionis homines theatrum sibi collocet, & ab illis mercedem præstoletur? At enim inter Christianos nullus est ejusmodi; absit: quicquid agimus Christiani, Christum præ oculis habentes, ejusque nomen usurpantes id facimus. Ipse namque per Evangelium suum viam salutis nobis dedit, ut omnem eleemosynam facientes, & omnem virtutem exercentes, illum spectantes, ejusque dona recipientes, faciamus. Sive enim martyres sua corpora tradiderunt iniquis, propter il-

Matth. 10. 28. lum tradiderunt qui dixit, *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occide-*

A ποταμοῦ αἱ λοιδορίαι τῶν ἀλογίστων ἀνθρώπων. ἄλλοι δὲ καὶ τῶν οἰκείων ψυχῶν καταφρονοῦσι, καὶ πάλιν ἕτεροι διὰ τὴν ἔριν τῶν ἵππων τοὺς ἰδίους οἴκους καταστρέφουσιν.

Ἀλλ' ἐκείνους μὲν ἀφήσωμεν δαπανᾶσθαι, καὶ λοιδορεῖσθαι καὶ ματαιοφιλοτιμεῖσθαι· μάθωμεν δὲ πῶς χρὴ δαπανᾷν εὐσεβῶς τὰ χρήματα, καὶ πῶς χρὴ διάγειν εὐλαβῶς, καὶ προσδοκᾷν ἀντὶ τῶν ἐπιγείων τὰ οὐράνια. οὐ γὰρ κωλύει σε δοῦναι Χριστὸς ἐλεημοσύνην, ἀλλὰ διδάσκει πῶς δεῖ ποιεῖν τὴν ἐλεημοσύνην· μὴ μάθῃ ἡ ἀριστερά σου, τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου. ἐνταῦθα δὲ πάλιν οὐ τὰς χεῖρας αἰνίττεται· ἀλλ' ὑπερβολικῶς αὐτὸ εἶπεν, ὡς ὅτι μὴ γνῷ ὁ πονηρός σου λογισμὸς, τί ποιεῖ ἡ ἀγαθή σου γνώμη, ἵνα μὴ ἀνατρέψῃ σε τοῦ καλοῦ. ἔγκειται γὰρ κατὰ τὴν θείαν φωνὴν ἡ διάνοια τῶν
B ἀνθρώπων εἰς τὰ πονηρά· διὰ τοῦτό φησι, τὸ καὶ σεαυτὸν ἀγνοῆσαι περισπούδαστον ἔστω σοι. διὰ τί; ἵνα ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ τὴν ἱλαρὰν καὶ πρόθυμόν σου δόσιν τῶν πτωχῶν, ἀγαπήσῃ σε, καὶ ἀποδώσῃ σοι ἐν τῷ φανερῷ. μέγα καὶ σεμνὸν τοῖς τὰς ἐλεημοσύνας ποιοῦσιν ἐκάθισε θέατρον, καὶ ὅπερ ἐπιθυμοῦσιν οἱ ἐλεήμονες, τοῦτο μετὰ πολλῆς τῆς περιουσίας δεδώρηται αὐτοῖς. ἵνα κἂν μυριάδες ἀνθρώπων θεωρῶσιν ὑμᾶς ποιοῦντας ἐλεημοσύνην, ἀλλ' ὑμεῖς μὴ προσέχητε αὐτοῖς, μηδὲ ἐπιθυμήσητε τὴν παρ' αὐτῶν πρόσκαιρον δόξαν· ἀλλ' εἰ βούλεσθε, φησι, θεατὰς ἔχειν τῶν γινομένων παρ' ὑμῶν, λάβετε, φησι, τοὺς ἀγγέλους, καὶ τοὺς ἀρχαγγέλους, καὶ τὸν τῶν ἁπάντων δημιουργὸν καὶ δεσπότην. εἰ δὲ τοὺς ἀνθρώπους βούλεσθε ἔχειν θεατὰς τῶν πραττομένων, καὶ εἰς ἐπίδειξιν αὐτῶν ποιεῖν τὰς ἐλεημοσύνας, ἑκατὸν ἢ χι-
C λίους ἕξετε θεατὰς εὐφημοῦντας ὑμᾶς· ἐὰν δὲ τοὺς κατὰ τὸν παρόντα βίον ἐπαινοῦντας ὑμᾶς λαθεῖν σπουδάσητε· λαθεῖν δὲ οὕτως, ἵνα κἂν τινες δοξάσωσιν ὑμᾶς, μὴ ἀποδέξησθε ἡδέως, καὶ εἰς ἔπαρσιν ἔλθητε· ἀλλὰ μᾶλλον ἀποστρέφεσθαι τοὺς τοιούτους, καὶ ἀνατρέπειν αὐτούς· καὶ τότε κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν τὴν φοβερὰν, τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ὁρώσης λήψεσθε τοὺς στεφάνους τῆς δόξης. ἐὰν διὰ τὸν Θεὸν, καὶ τὸν ἐκεῖ σοι μέλλοντα πλοῦτον ἀποθησαυρίζεσθαι παρ' αὐτοῦ, ποιεῖς τὴν ἐλεημοσύνην, οὐ διὰ τὴν πρόσκαιρον δόξαν· τότε ὥσπερ εἰς τοὺς ἰδίους κόλπους ὁ Θεὸς ὑποδεχόμενος ὑμῶν τὰ κατορθώματα τῆς ἐλεημοσύνης, πάντων τῶν ἀνθρώπων παρόντων ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· τότε πάντων τῶν ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων παρόντων, ὅτε χιλιάδες καὶ μυριάδες ἀγγέλων παρεστήκασι· τότε ταῖς ἰδίαις αὐτοῦ ἀ-
D χράντοις χερσὶ προσκαλέσεται ὑμᾶς λέγων, δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. δεῦτε, ἐγὼ γὰρ τοὺς ὑμετέρους καμάτους ὑπεδεξάμην· ἐγὼ τῶν ὑμετέρων χρημάτων τραπεζίτης ἐγενόμην. ὅτε σὺ τὰς χεῖρας ἐξέτεινας τῷ πτωχῷ, ἐγὼ τοὺς ἐμοὺς διήνοιγον κόλπους· ὅταν σὺ ἐδίδους τὸν ἄρτον σου τῷ πένητι, ἐγὼ διὰ τῆς ἐκείνου κοιλίας ἐχορταζόμην. ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με. τοιαύτης οὖν χαρᾶς ἀξιοῦσθε οἱ ἐλεήμονες· εἰ δὲ πρὸς ἐπίδειξιν ποιῆτε τὰς ἐλεημοσύνας, ἀπολήψεσθε παρ' αὐτῶν τὸν μισθόν. εἰ γὰρ ἐπιδείκνυσθαι χρὴ, πρῶτον πάντων τῷ Θεῷ ἐπιδείξασθαι τῷ μάλιστα ἔχοντι ἐξουσίαν στεφανῶσαι, καὶ πρὸς τὸ θέατρον τῶν ἀγγέλων χειραγωγῆσαι. τίς οὖν ἄρα οὕτως ἄθλιος, ὅστις τοῦ βασιλέως σπουδά-
E ζοντος ἐπὶ τὴν θεωρίαν τῶν αὐτοῦ κατορθωμάτων ἐλθεῖν, ἐκεῖνον ἀφεὶς πρὸς τοὺς ἐλαχίστους καθίζει τὸ ἑαυτοῦ θέατρον, καὶ μισθὸν παρ' ἐκείνων ἐκδέχεται; ἀλλ' οὐδεὶς τῶν Χριστιανῶν τοιοῦτος· μὴ γένοιτο. καὶ γὰρ ὅπερ ἐὰν ποιοῦμεν οἱ Χριστιανοὶ, τὸν Χριστὸν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ὀνομάζοντες πράττομεν. αὐτὸς γὰρ διὰ τῶν αὐτοῦ εὐαγγελίων δέδωκεν ἡμῖν ὁδὸν σωτηρίας, ἵνα πᾶσαν ἐλεημοσύνην ποιοῦντες, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν μετερχόμενοι, ἐκείνῳ προσέχοντες, καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ χαρίσματα κομιζόμενοι ποιῶμεν. εἴτε γὰρ μάρτυρες τὰ αὐτῶν σώματα παραδεδώκασι τοῖς ἀνόμοις, δι' ἐκεῖνον παρέδωκαν τὸν εἰπόντα, μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ

μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ. εἴτε οὖν ἐκκλησίας, εἴτε ξενοδοχεῖα ἤνοιξάν τινες κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, δι' ἐκεῖνον ἐποίησαν τὸν εἰπόντα ὅτι ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με· εἴτε ταπεινοφροσύνην μετερχόμεθα, δι' ἐκεῖνον μετερχόμεθα τὸν εἰπόντα, μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· εἴτε δὲ τοῖς πένησιν ἄρτους παρέχομεν, δι' ἐκεῖνον δίδομεν τὸν εἰπόντα· ὃς δ' ἂν ποτίσῃ ποτήριον ψυχροῦ μόνον εἰς ὄνομα μαθητοῦ, οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ· εἴτε φυλακὰς ἐπισκεπτόμεθα, δι' ἐκεῖνον ἐπισκεπτόμεθα τὸν εἰπόντα, ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθετε πρός με· εἴτε τὰς χήρας καὶ τοὺς ὀρφανοὺς ἀμφιάζομεν, δι' ἐκεῖνον ἀμφιάζομεν τὸν εἰπόντα, γυμνὸς ἤμην, καὶ περιεβάλετέ με· εἴτε καθόλου τοῖς πτωχοῖς διαδόσιν ποιοῦμεν, δι' ἐκεῖνον τὸν εἰπόντα, ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τῶν ἐλαχίστων τούτων, ἐμοὶ ἐποιήσατε· εἴτε τοὺς ὀνειδισμοὺς ὑποφέρομεν ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν ἐθνῶν, ὡς προσκυνοῦντες τὸν ὑπὸ Ἰουδαίων σταυρωθέντα, καὶ τὴν οἰκουμένην ζωοποιήσαντα, δι' ἐκεῖνον τὸν εἰπόντα, μακάριοι ἐστὲ, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι, χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. μηδεὶς τοίνυν ὑπολαμβανέτω, ὅτι Χριστιανός ποτε πρὸς ἐπίδειξιν τῶν ἀνθρώπων ποιεῖ τὴν ἐλεημοσύνην διὰ τὴν παρ' αὐτῶν μισθαποδοσίαν. μὴ γένοιτο· ἅπαξ γὰρ τῶν εὐαγγελικῶν ἐνουθετήθημεν, καὶ πισωθέντες ἐπιστεύσαμεν, καὶ πιστεύσαντες διεσώθημεν. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἀπὸ τῶν εὐαγγελικῶν ἀναγνωσμάτων κηρύττομεν· ἀλλὰ καὶ ἀναγινωσκομένων τῶν ἁγίων εὐαγγελίων οὐχ ἁπλῶς οὐχ ὡς ἔτυχεν ἀκροώμεθα, ἀλλ' ἱστάμενοι καὶ νήφοντες καὶ μετὰ παντὸς φόβου παραδεχόμενοι τὰ παραγγέλματα, οὐκ ἀναπίπτοντες τῷ φρονήματι, οὐ καθεζόμενοι τοῖς σώμασιν, οὐκ ἀπασχολούμενοι τοῖς τῶν πλησίον διηγήμασι, τολμῶμεν παραπέμψασθαι· οὐ πλούσιος, οὐ πένης, οὐ δοῦλος, οὐκ ἐλεύθερος, οὐκ ἄνδρες, οὐ γυναῖκες, οὐκ ἄρχοντες, οὐκ ἀρχόμενοι· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ τὸ διάδημα τὸ βασιλικὸν περικείμενος, εὐθέως τῶν εὐαγγελίων ἀναγινωσκομένων ἵσταται μετὰ παντὸς φόβου καὶ μετὰ πάσης σπουδῆς, καὶ οὐδὲ τὸ διάδημα συγχωρεῖ περικεῖσθαι τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ, ἀλλ' ὑποκύπτει διὰ τὸν ἐν τοῖς ἁγίοις εὐαγγελίοις ὁμιλοῦντα θεόν. τί λέγων; οἶδα τὴν ἀξίαν τοῦ δεδωκότος ἐμοὶ τὴν ἀξίαν. προσκυνῶ τὴν βασιλείαν τοῦ δεδωκότος μοι τὴν βασιλείαν, καὶ ἵσταμαι μετὰ φόβου, τῶν ἁγίων αὐτοῦ λογίων ἀναγινωσκομένων· ἐπειδήπερ, φησὶν, αὐτὸς ἔδωκεν ἄρχουσιν ἵστασθαι πρὸς τὸ βασιλικὸν ἐπινίκιον ἀναγινωσκόμενον. καὶ ἵνα μὴ λοιδορήσῃ ὁ αἱρετικὸς λέγων, ὅτι πρὸς καιρὸν ὀλίγον μόνον ὑποκρίνονται οἱ βασιλεῖς τοῦ Χριστοῦ τὴν τιμὴν, ἄκουσον τοῦ προφήτου λέγοντος· πρὸ πολλῶν γὰρ γενεῶν τὴν νῦν γινομένην εἰκόνα λέγει· βασιλεῖς ὄψονταί σε, καὶ ἐγερθήσονται ἄρχοντες, καὶ ἀναστήσονται, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς. μάνθανε οὖν καὶ πίστευε, ὦ αἱρετικὲ, ὅτι εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας διαμένει Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ χάρις αὐτοῦ στεφανοῦσα πάντας τοὺς Χριστιανοὺς, καὶ χειραγωγοῦσα ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. οὕτως πάντες οἱ Χριστιανοὶ πάντα πράττουσιν πρὸς ἐκεῖνον ἀποβλέποντες, καὶ ἐπείσθημεν αὐτοῦ λέγοντος, λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα, καὶ δοξάσωσιν τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος καὶ ἡ ἐξουσία καὶ ἡ προσκύνησις σὺν τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ υἱῷ καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ καὶ παντοδυνάμῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A re; *sed potius timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.* Sive ergo Ecclesias, sive Xenodochia aperuerunt aliqui in toto orbe terrarum, propter eum id egerunt, qui dixit, *Hospes eram, & collegistis me:* sive humilitatem Matth. 2. 35.
exercemus, propter illum exercemus, qui dixit, *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum:* sive præterea pauperibus panes porrigimus, propter illum damus, qui dixit, *Qui dederit calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, non perdet mercedem suam:* sive Matth. 5. 3.
carceres visitamus, propter illum visitamus, qui dixit, *In carcere eram, & venistis ad me:* Matth. 25. 36.
sive viduas & orphanos vestimus, propter illum vestimus, qui dixit, *Nudus eram, & operuistis me:* sive in universum quippiam pauperibus distribuimus, propter illum, qui dixit, *Quantum* B *fecistis uni ex his minimis, mihi fecistis:* sive opprobria sustinemus ab impiis Gentilibus, ut qui eum adoremus, qui a Judæis crucifixus est, & humano generi vitam restituit; propter illum, qui dixit, *Beati estis cum maledixerint vobis &* Matth. 5. 11.
persequuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos mentientes; gaudete, & exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Nullus ergo Christianum unquam ad hominum ostentationem, ut ab illis mercedem recipiat, arbitretur eleemosynam impertiri: absit: semel enim Evangelicis admonitionibus eruditi sumus, & ad fidem edocti credidimus: & cum credidissemus, salvi facti sumus. Idcirco enim lectis Evangeliis prædicamus: sed & dum sancta leguntur Evangelia, non temere neque perfunctorie auscultamus: sed stantes & attenti, magno C cum timore mandata excipientes, non animo concidentes, non corporibus sedentes, non proximi narrationibus operam dantes, ea prætermittere audemus: non dives, non pauper, non servus, non liber, non viri, non feminæ, non principes, non subditi: quin etiam ille ipse qui regio diademate redimitus est, cum primum leguntur Evangelia, stat summo cum timore summoque studio, ac ne diademate quidem redimitum esse caput suum permittit, sed Deum in Evangeliis loquentem inflexa cervice veneratur. Quid dicens? Nota est mihi dignitas ejus, qui hanc mihi contulit dignitatem: adoro regnum ejus, qui mihi tribuit regnum, & dum ejus sancta leguntur oracula, sto cum timore: quan- D doquidem, inquit, ipse principibus dedit, ut starent quando legitur regium victoriæ monumentum. Ac ne forte nobis exprobret hæreticus, ac dicat reges ad perexiguum modo tempus simulâte Christo hunc honorem deferre, audi prophetam dicentem: jam enim ante multa sæcula imaginem eorum, quæ nunc geruntur, descripsit; *Reges videbunt te, & consurgent principes & exsurgent, & adorabunt eum omnes reges terræ.* Disce igitur & crede, o hæretice, Christi Dei nostri regnum in infinita sæcula permanere, simulque gratiam ejus quæ Christianos coronat, & in regnum cælorum quasi manu ducit. Atque ita Christiani omnes illum spe- E ctantes omnia faciunt: & obedivimus, dicente illo, *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut* Matth. 5. 16.
videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui est in cælis: ipsi gloria & imperium & potestas & adoratio cum unigenito ejus Filio ac sancto & bono & vivifico & omnipotenti Spiritu, nunc & semper & in sæcula sæculorum, amen.

MONITUM
AD SEQUENTEM HOMILIAM.

De indictione quæ in titulo fertur, ne verbum quidem est in hac Homilia, quæ fere tota mulierem sanguinis fluxum patientem respicit. In anni principio dictam profitetur is qui scripsit. Hanc quoque Severiano Gabalorum episcopo adscribit idem nuperus: & certe a Severiani stylo non abhorret hic quisquis est Græculus; imo Severianum nugacitate superat, figuris & tropis ubique redundat: apostrophas passim usurpat; ita ut ipsum sanguinis fluxum, quo mulier illa laborabat, loquentem, nec pauca dicentem inducat. Cum porro multos hujuscemodi Græculos Scriptores frequenter reperiamus, quis ausit dicere hunc, quia hoc vitio laborat, Severianum esse?

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

In principium indictionis novi anni, & in martyres, atque in mulierem, quæ sanguinis fluxum patiebatur.

A

1. ALTERNUM est quoddam continuumque miraculum, a Christo Domino bonorum imber effusus, & aliæ aliis succedunt opes. Ecce nos etiam hodie victores martyres epulo excipiunt, & sua nobis certamina tamquam lætitiæ commune convivium apponunt. Oportebat enim, oportebat ut martyres semper gratia juvenescentes, etiam sub novi anni ingressum occasionem convivii piis afferrent: oportebat ut temporum mutationis exordia tanta nos cum benedictione susciperemus: oportebat ut diei hujus celebritatem choro sanctorum exornatam exciperemus: oportebat anni ut circulus corona martyrum decoraretur: oportebat ut tali sub adventantis anni initium jucunditate frueremur, eamque martyrum honore cumularemus. Hi sunt enim illi omnis justitiæ generi humano auctores generosi milites Christi, ejusque virtutis post mortem etiam præcones; qui deceptorem serpentem patientiæ pedibus conculcarunt, & tyrannico sensu tumidum leonem, amoris in Deum manibus suffocarunt, ac veritatem propalarunt: qui præsentem vitam ut vanam oderunt, & cælorum regnum, ut filii matrem adamarunt; qui per mortem januas immortalitatis reserarunt, mortisque genitorem morte propria enecarunt; qui in corpore incorporeos dæmones superarunt, non corporis robore, sed animæ fide: per fidem enim omnia; quæ mundi sunt, subegerunt: qua nihil optabilius est Christianis. Fide siquidem sibi in auxilium adscita, verba operibus confirmarunt. Enimvero magnum est prorsus officium justitiæ; illustris est & virtus temperantiæ: utilis pariter & amoris in pauperes folicitudo; præclara & pulcra simul cum istis est & exercitatio continentiæ; sed præ omnibus his potentis fidei prærogativæ palma defertur. Hæc in Abrahamo quondam sterilem uterum Sarræ post multum tempus fertilem agrum reddidit: hac Moyses mare quod navibus trajiciebatur, ut perambularetur, effecit: per hanc Helias cælo imperavit, & auditus est: hæc sexcenta morborum genera tempore Salvatoris fugavit. Per hanc leprosus ægritudinis suæ squa-

Collata cum Codice Regio 1343.

Εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς ἰνδικτιῶνος τοῦ νέου ἔτους, καὶ εἰς μάρτυρας, καὶ εἰς αἱμόῤῥουν.

ΕΠΑΛΛΗΛΟΝ σημεῖον παρὰ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ ἡ τῶν ἀγαθῶν ἐπομβρία, καὶ ἄλλος ἄλλον διαδέχεται πλοῦτον· ἰδοὺ καὶ σήμερον ἡμᾶς ἑστιῶσιν οἱ καλλίνικοι μάρτυρες τοὺς οἰκείους ἄθλους προτεθεικότες εἰς ἐπίκοινον εὐφροσύνης συμπόσιον. ἔδει γὰρ, ἔδει τοὺς ἀεὶ νεάζοντας τῇ χάριτι μάρτυρας, καὶ τῇ τοῦ ἔτους εἰσόδῳ γενέσθαι τοῖς εὐσεβέσιν ἀφορμὴν δεξιώσεως· ἔδει τοιαύτην τοῦ νέου ἐνιαυτοῦ τοῖς πιστοῖς ὑπαντῆσαι τὴν ἀγαλλίασιν. ἔδει μετὰ τοσαύτης ἡμᾶς εὐλογίας ἀσπάσασθαι τὰ τῆς χρόνου ἐναλλαγῆς τὰ προοίμια· ἔδει τὴν τῆς παρούσης ἡμέρας πανή-

B

γυριν τῷ χορῷ τῶν ἁγίων τετιμημένην ὑποδέξασθαι· ἔδει τὸν κύκλον τοῦ ἔτους τῷ τῶν μαρτύρων κοσμηθῆναι στεφάνῳ· ἔδει τοιαύτῃ χρήσασθαι ἐπὶ τοῦ ἐπιστάντος ἐνιαυτοῦ [a] τῇ εὐωχίᾳ ἐπαγομένους καὶ τὴν τῶν μαρτύρων τιμήν. αὐτοὶ γάρ εἰσι πάσης εὐφροσύνης τῷ γένει παραίτιοι οἱ γενναῖοι τοῦ Χριστοῦ στρατιῶται· οἱ καὶ μετὰ θάνατον τῆς αὐτοῦ δυνάμεως κήρυκες, οἱ τὸν ἀπατεῶνα ὄφιν ποσὶ καρτερίας καταπατήσαντες, καὶ τὸν τυραννόφρονα λέοντα φιλοθεΐας χερσὶν ἀποπνίξαντες, καὶ τὴν ἀλήθειαν φανερώσαντες· οἱ τὴν παροῦσαν ζωὴν ὡς ματαίαν μισήσαντες, καὶ τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν, ὡς υἱοὶ μητέρα ποθήσαντες· οἱ διὰ θανάτου τὰς τῆς ἀθανασίας πύλας ἀνοίξαντες, καὶ τὸν τοῦ θανάτου γεννήτορα τῷ οἰκείῳ θανάτῳ νεκρώσαντες· οἱ ἐν σώματι τοὺς ἀσωμάτους νικήσαντες δαίμονας, οὐ δυνάμει σώματος,

C

ἀλλὰ πίστει ψυχῆς· διὰ πίστεως γὰρ τὴν τοῦ κόσμου κατηγωνίσαντο πάντων, ἧς οὐδὲν Χριστιανοῖς αἱρετώτερον. πίστιν γὰρ κεκτημένοι συμπράκτορα τοὺς λόγους ἔργοις ἐβεβαίωσαν. μέγα μὲν γὰρ ὡς ἀληθῶς τὸ τῆς δικαιοσύνης κατόρθωμα· λαμπρὰ δὲ καὶ τῆς σωφροσύνης ἡ ἀρετή· χρήσιμος ὁμοίως καὶ τῆς φιλοπτωχίας ἡ ἐπιμέλεια· καλὴ μετὰ τούτων καὶ τῆς ἐγκρατείας ἡ ἄσκησις· φέρει δὲ τὴν κατὰ πάντων νίκην τὸ δυνατὸν τῆς πίστεως πλεονέκτημα. αὕτη ποτὲ τοῦ Ἀβραὰμ τὴν χερσεύουσαν τῆς Σάῤῥας γαστέρα μετὰ τὴν πολλὴν τοῦ χρόνου δαπάνην πρὸς γόνιμον ἐγεώργησεν ἄρουραν· ταύτῃ καὶ Μωϋσῆς πεζεύεσθαι τὴν πλεομένην ἐποίησε θάλασσαν· διὰ ταύτης Ἠλίας προσέταξεν οὐρανῷ, καὶ ἠκούετο· αὕτη μυρία τῶν παθῶν ἐπὶ τοῦ σωτῆρος ἀπεδίωξε γένη. λεπρὸς διὰ πίστεως τὴν τοῦ πάθους ἀπαλ-

a Reg. τῇ εὐωχίᾳ μεθ' ἑαυτῶν συναγομένους.

A λάχη φολίδων· τυφλὸς δὲ ἐκείνης ὀφθαλμοὺς οὓς ἡ φύσις οὐκ ἤνεγκεν, ἀπέλαβε· ταύτην συμμαχοῦσαν ἡ Χαναναία λαβοῦσα, βιασθεῖσα περὶ γονὴν [a] ἀφήρπασε τὴν θυγατέρα τοῦ κατέχοντος δαίμονος· ἐξήρανε καὶ λανθάνουσα πίστις αἱμάτων ῥοάς, καὶ ἐπ' ἄλλων μὲν προλαμβανούσης αἰτήσεως ἠκολούθει τὸ δῶρον· ἐνταῦθα δὲ σιγῶσα παρὰ σιγῶντος, ὡς ἐνόμιζεν, ἀπέσυλα τὸ χάρισμα. ὦ γυναικὸς ἀθλίας καὶ μακαρίας ὁμοῦ· ἀθλίας διὰ τὰ πρῶτα· μακαρίας διὰ τὰ δεύτερα. ἰδοὺ γάρ, φησι, γυνὴ ἐν ῥύσει αἵματος αὐτῆς δώδεκα ἔτη. τοσοῦτος ἡμερῶν εἰ ἦν ἀριθμὸς, ὅσπερ ἐτῶν ἦν ἀνάλωτο χρόνος, κατεδάμασεν ἂν αὐτὴν ἄν, οὐχὶ δὲ ἔτη δώδεκα. εἰς φύσιν, ὡς οἶμαι, τὸ πάθος μετέπεσεν. ἥτις ἰατροῖς προσαναλώσασα τὸν βίον ὅλον, τῷ τοῦ σώματος μαρασμῷ καὶ τὴν χρημάτων προσέθηκε μείωσιν· B ὑπ' οὐδενὸς δὲ ἴσχυσε θεραπευθῆναι. ὢ τὸ, οὐκ ἴσχυσεν· ἀνταγωνιστὴν εἶχεν ἡ γυνὴ τὸ τοῦ πάθους πολέμιον· ἐπήγαζεν ἄρα τῆς γυναικὸς ἡ γαστὴρ· κρουνός τις αἱμάτων ἀνελλιπὴς κατεφέρετο· οὐδὲ τοσούτου χρόνου τὸ μῆκος τῷ τῆς δυσωδίας ὀχετῷ τὴν φορὰν ἐδαπάνα. ὀδύναις ἔτι καὶ φροντίσιν ἐκόπτετο τὴν διάνοιαν· πῶς τὸν δεσμὸν διαῤῥήξει τοῦ χαλεποῦ ἀῤῥωστήματος· πῶς τὸ δωδεκάετες ἀποτινάξεται πάθος· πῶς λύσει τὰς ἀνενδότους ὠδῖνας· πῶς στήσει τὰ ἀχαλίνωτα ῥεῖθρα· πῶς παύσει τῶν φλεβῶν τὴν μανίαν· πάντων ἰατρῶν νυκτοπορεύουσα καὶ συρομένη κατετρίβετο θύραις. παρῃτεῖτο γὰρ τὸ φῶς, μὴ αἱ τῶν αἱμάτων καταστάζουσαι σταγόνες ἀτραπὸν ἐργασάμεναι στηλιτεύσωσι τῆς λανθανούσης τῆς βαδιζούσης αἰσχύνην. μισθὸν τοῖς θεραπεύειν ἐθέλουσι, πᾶσαν ἣν εἶχε περιουσίαν C ἐξήντλησε, τῆς ἀνάγκης βιαζομένης τὴν δόσιν· ἡ γὰρ ἐπιθυμία τῆς ὑγιείας πείθει χρημάτων μὴ φείδεσθαι. καὶ οὕτως ἰατροὶ πάντες τῇ νόσῳ πολεμοῦντες ἠτόνουν· ποικίλαι φαρμάκων ἐπίνοιαι τὴν τοῦ πάθους οὐκ ἴσχυον ἐξημεροῦν ἀγριότητα. ὥσπερ γάρ τι δύσκωφον θηρίον τῆς τῶν ἐπαδόντων τέχνης ἀνήκοον ἔμενεν, ὥσπερ ἀντιλέγειν τοιαῦτα δοκοῦν τοῖς βιαζομένοις. ἀνόνητα τί μάχεσθε δυνατωτέρῳ θηρίῳ; χρόνος με τοσοῦτος τῆς ἐν σώματι νομῆς οὐκ ἐσύλησεν· ἰατρευόντων ἐπιστήμαις οὐκ εἴκω· χρήμασιν οὐδεὶς ἐξαγοράσει τὴν δύναμιν· οὐδείς μου τὴν φορὰν τῶν ἐπὶ γῆς ἀνακόψει· εἷς με μόνος ἐκ παρθένου γεννηθεὶς ἰατρὸς φυγαδεύσει· ἐκείνου κἀγὼ πρὸς δόξαν φυλάττομαι· μάρτυς μετὰ τῶν ἄλλων τῆς ἐκείνου τηροῦμαι δυνάμεως. τί D οὖν ἀπρακτοὺς ἐπιδείκνυσθε πόνους, δεσπότου προαρπάζειν οἱ δοῦλοι βιαζόμενοι νίκην; οὐ φείσομαι τοῦ πλάσματος, ἂν μὴ τὸν πλάστην θεάσωμαι. ὢ πόσα τῇ γυναικὶ τὰ μαχόμενα, χρόνου μῆκος, [b] ἀλγηδόνες ἀνένδοτοι, δημεύσεις ἀνωφέλητοι, μαραινομένου σώματος λύπη, λογισμὸς κεναῖς ἐλπίσι δαπανηθείς· ἀλλὰ τοσοῦτοι πολέμιοι τὸ τῆς πίστεως τῆς κινδυνευούσης οὐκ ἐσύλησαν ὅπλον. τοσαῦται τῶν δεινῶν τρικυμίαι τῇ γυναικὶ ναυάγιον οὐκ εἰργάσαντο· τοσαῦται πειρασμῶν προσβολαὶ τὴν ὑπομένουσαν οὐ κατέβαλον γυναῖκα. εἶδε, φησι, τὸν Ἰησοῦν. εἶδεν ἡ ἀπολλυμένη τὸν σώζοντα· εἶδεν ἡ δεδεμένη τὸν λυτρωτήν· εἶδεν ἡ χειμαζομένη τὴν κόσμου τὴν ἄγκυραν· εἶδε τὸν ἄνω- E θεν ἐλθόντα τῶν παθῶν βασιλέα. εἶδεν ἐλπίδα χαρᾶς ἀπροσδόκητον· εἶδε θεραπείας ἀκαταγώνιστον δύναμιν· εἶδε πηγὴν ἰαμάτων ἀμισθὶ μερίζουσαν νάματα· εἶδε ζωὴν νεκρουμένοις ἐνδημήσασαν· εἶδε, καὶ τοιαύτην ἐθυμίας [c] ἀνέστρεφεν ἔννοιαν· εὗρον λέγουσα θεραπευτὴν ἐπιτήδειον· οὐδὲ ὁ ἰατρὸς μισθὸν οὐκ ἀπαιτήσει χρυσίου· ἕνα μισθὸν, ὡς οἶμαι, γνώμην ἀπαιτήσει γνησίαν· μίαν πίστεως ἐπιζητήσει με δόσιν. ἀλλ' ἔχω· ταύτης γὰρ

mas excussit: per illam cæcus oculos, quos non tulerat natura, recepit: hujus præsidio septa Chananæa cum prolis suæ causa vim pateretur, filiam suam invasori dæmoni extorsit. *Matth. 11. 20.* Fides etiam dum lateret, sanguinis fluxum exsiccavit: atque in cæteris quidem, cum petitio præcessisset, donum sequebatur: hîc vero silens a silente, ut putabat, gratiam furabatur. O mulierem miseram simul & beatam! miseram propter nuperum statum, beatam propter hunc sequentem: *Ecce enim*, inquit, *mulier in fluxu sanguinis sui annis duodecim.* *Luc. 8. 43.* Si tantus fuisset dierum numerus quot jam annorum tempus elapsum erat, ipsam conficere potuisset, non anni tantum duodecim: in naturam opinor morbus evaserat; quæ in medicos erogaverat omnem substantiam suam, ad corporis tabem pecuniarum jacturam adjunxit: nec potuit ab ullo sanari. Hem non potuit! indomitum habuit mulier adversarium morbum illum: *Ibid.* venter nimirum mulieris fontis in modum scaturiebat; fons ille perpetuo fluebat, nec rivi fœtoris fecunditatem tam longi temporis diuturnitas absumebat. Doloribus præterea mens ejus vexabatur & curis: quo pacto vincula gravis infirmitatis abrumperet: quo pacto duodecim annorum morbum excuteret: quo pacto continuos dolores solveret: quo pacto effrenata illa fluenta sisteret: quomodo insaniam venarum sedaret: ad omnium medicorum fores noctu profecta & distracta contabescebat: lucem enim declinabat, ne forte labentes sanguinis guttæ signata semita latentem incedentis ignominiam propalarent. In eos qui sanare ipsam vellent, mercedis loco suas omnes facultates effudit, ad dandum necessitate compulsa: sanitatis quippe desiderium ut pecuniis minime parcatur suadet. Atque ita medici omnes morbum oppugnantes torpebant: variæ medicamentorum inventiones non poterant morbi sævitiam mitigare: tamquam enim surda quædam bellua incantantium artem non audiens permanebat, atque iis, a quibus urgebatur, talia quædam dicendo refragari videbatur. Quid frustra cum bellua valentiore pugnatis? tantum me tempus corporis possessione non spoliavit: medentium peritiæ minime cedo: nemo pecuniis redimet virtutem meam: nemo ex iis qui in terris versantur, meam fecunditatem exhauriet: unus me solus medicus ex virgine natus fugabit; ejus gloriæ ego quoque reservor; ut cum cæteris ejus sim testis virtutis, custodior. Quid ergo incassum tot labores suscipitis, & Domino victoriam præripere servi conamini? Non parcam creaturæ donec conspexero Creatorem. O quam multa mulierem divexabant! temporis diuturnitas, continui dolores, inutiles bonorum publicationes, molestia corporis tabescentis, cogitationes vana spe absumtæ: verumtamen tot adversarii, fidei ejus quæ in periculo versabatur, arma non eripuerunt. Tam multi tentationum insultus patientem feminam non dejecerunt; tot adversarum rerum decumanis fluctibus obruta naufragium femina passa non est. Vidit, inquit, Jesum: vidit, ea quæ perierat, servatorem: vidit captiva redemtorem: vidit ancoram mundi, ea quæ tempestate jactabatur: vidit ægritudinum regem, qui a sedibus supernis advenerat: vidit spem gaudii inexspectatam: vidit insuperabilem medicinæ virtutem: vidit fontem sanitatum, gratis fluenta dividentem: vidit inter mortuos enectos vitam diversantem: vidit, & talia quædam læto animi sensu versare cœpit. Reperi, inquit, sufficientem jam medicum; nec auri mercedem hic medicus reposcet: unam opinor mercedem, sinceram mentem exiget, unum ex me fidei donum requiret. Ego vero illud habeo: nam me

[a] Savil. & Reg. ἀνήρπασε.
[b] Savil. & Reg. ἀλγηδόνες ἀνένδοτοι δημεύσεις, ἀνωφέλητος μαραινομένου σώματος λύπη. Morel. secus.
[c] Savil. & Reg. ἀνέγειρεν. Morel. ἀνέστρεφεν.

hoc solo morbus minime spoliavit. Verum anxietate cogitationum in contrarium distrahor. Quid enim accurrens contingam? periculum, quod a turba imminet, reformido. An meum hunc statum voce declarabo? me ut immundam ablegabunt: occultabo miseriam? at dolorem non fero: an tamquam ad medicum naturæ accurram? atqui ut regem pertimesco: me ut supplicantem suscipiet; nisi refugiat tamquam inquinantem: miserebitur morbi; nisi condemnet in medium prodeuntem.

2. Quid igitur faciam? quod consilium sequar? num audacter prodibo? vereor ne rursus maneam incurata: non reformidabo turbam: metum omnem abjiciam: spectaculum fiam: exteriorem risum effugiam; interius bellum malumque sanabo. Lex ut inquinatam odit; legislator ut ægrotantis miseretur: cupiditas ac metus mulieris animum distrahebant. Verumtamen aggressionis conciliatricem fidem invenit. *Cum accessisset a tergo Jesu, tetigit fimbriam vestimenti ejus. Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum fimbriam vestimenti ejus, salva ero.* O furtum quod parentem nactum est fidem! o furtum quod ipse laudavit, a quo furta puniuntur! O furtum, quod eum delectat, qui furtum est passus! O prædationem a judice coronatam! Ac miraculum vide: cum furata sit lucrum, quasi sit largita, laudatur. *Dicebat enim intra se;* Deus, inquit, Dominus est, qui nihil ignorat: Dominus, qui corporeis oculis nequaquam indiget: medicus est, qui animabus medetur: oculus est cogitationes perlustrans: etiam latentem me videt; audit etiam me non loquentem: tangit quamvis loco sim dissita: novit me ut indignam aspectum non tulisse. Quid ergo? occulta accessione facta, & mente venerans, non aspectu offendens, veniens retro vestem attingam; sufficit hoc unum mihi, si consequar, ad obtinendam sanitatem: nam & ipsa proculdubio gestantis efficacitate redundat; non enim potest vitæ vestimentum non & ipsum radios salutis emittere. Magnus erat inter prophetas Moyses, & morosi pervicacis populi moderator; sed tamen homo: hic illius dominus est benignus. Si igitur virga servi mare Rubrum divisit, & ex aquis conflatum murum duxit, quomodo non Domini ejus fimbria, fluxus ut sanguinis lapidis in modum rigescat, efficiet? Zelator erat ac fervidus Dei minister Elias: sed & ipse unus erat ex iis quibus hæc est natura communis; verumtamen ovillam habuit pellem miraculorum effectricem. Rursus Elisæus cum magistri gratiæ cum accessione factus esset heres, ovilla pelle Jordanis fluenta frenebat. Si ergo tanta exstitit apud prophetas gratia, quanta ejus erit, quem ipsi prophetiis annunciabant, potentia? Quin vero paucis ista complector? umbra ipsa Petri sanat, & Christi vestis non medebitur? Intelligo quanti mihi sit vel consilium iniisse tantum: currentem morbum frenavit. O fidem, quæ morbo dilationem non concessit! Credidit enim tantum, & malum quod infestabat, aufugit: credidit, & contentiosa bellua non contradixit: credidit, & exsiccatus est sanguinis fons perennis, non aliter ac si invisibili quodam cauterio esset arefactus. Verum hæc quidem vestem attigit & exterioribus pedibus appropinquavit; ille vero interiores cogitationes agnovit. Illa quidem occulte corpore sanitatem hausit, Salvator autem ejus animæ pulcritudinem divulgavit: non enim talem passus est decorem non celebratum & ignotum latere: non permisit justitiæ scintillam oblivionis tenebris obrui: unius mulieris fidem, quæ Deo bona non dubitanti mente subripuerat, mundo Evangelica communicavit historia. Quænam hæc est quæ ob furtum non aliter atque ob fidem honorata est? latronem mulieris fides prævenit: ante linguam illius hujus

Matth. 9. 21.
Luc. 8. 43.

A με μόνης ἡ νόσος οὐκ ἀπεστέρησεν· ἀλλὰ λογισμῶν ἀπορίαις ἀνθέλκομαι. τί γὰρ προσδραμοῦσα κατάσχω; τὸν ἀπὸ τοῦ πλήθους ὑποστέλλομαι κίνδυνον· βοήσω τὰ κατ' ἐμαυτήν; διώξουσιν ὡς ἀκάθαρτον· κρύψω τὴν συμφοράν; ἀλλὰ τὴν ὀδύνην οὐ φέρω· ὡς ἰατρῷ προσδραμῶ τῆς φύσεως; ἀλλ' ὡς βασιλέα φοβοῦμαι· ὡς ἱκετευοῦσαν δέξεται, μὴ ὡς μολυνοῦσαν φύγῃ· ἐλεήσει τὸ πάθος, μὴ κατακρίνῃ φανεῖσαν.

Τί οὖν δράσω; ποῖον ἀναδέξομαι λογισμόν; ἀναίσχυντος φανῶ; αἰδοῦμαι μὴ πάλιν ἀθεράπευτος μείνω· μὴ δειλιάσω τὸ πλῆθος· καταφρονήσω τοῦ δέους· θέατρον γένωμαι· φύγω τὸν ἔξωθεν γέλωτα· ἰάσωμαι τὸν ἔνδοθεν πόλεμον. B ὁ νόμος ὡς ἐρρυπωμένην μισεῖ· ὁ νομοθέτης ὡς νοσοῦσαν οἰκτείρει· προθυμία καὶ ὄκνος τῆς γυναικὸς τὴν ψυχὴν ἐμερίζοντο. ἀλλ' εὗρε πίστιν μεσῖτιν τῆς ἐγχειρήσεως. προσελθοῦσα γάρ, φησιν, ὄπισθεν τοῦ Ἰησοῦ ἥψατο τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ. ἔλεγε γὰρ ἐν ἑαυτῇ, ὅτι μόνον ἐὰν ἅψωμαι τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ, σωθήσομαι. ὢ κλοπῆς πίστιν κτησαμένης μητέρα· ὢ κλοπῆς ἣν αὐτὸς ἐπῄνεσεν ὁ τὰς κλοπὰς τιμωρούμενος· ὢ κλοπῆς τὸν κλαπέντα τερπούσης· ὢ σύλων στεφανουμένων ἐκ δικαστοῦ. καὶ ὅρα τὸ θαυμαστόν. λῃστεύσασα τὸ κέρδος, ὡς χαρισαμένη θαυμάζεται· ἔλεγε γὰρ ἐν ἑαυτῇ· ὁ θεός, φησι, δεσπότης ἐστὶν, οὐδὲν C ἀγνοῶν· δεσπότης σωματικῶν ὀφθαλμῶν οὐ δεόμενος· ἰατρός ἐστι ψυχὰς ἰώμενος· ὀφθαλμός ἐστι λογισμοὺς ἐμβατεύων· ὁρᾷ καὶ κρυπτομένην ἐμέ· ἀκούει καὶ μὴ λαλούσης ἐμοῦ. ἅπτεται, κἂν ἀφέστηκα· οἶδεν ὅτι πάντως ὡς ἀναξία τὴν θέαν οὐκ ἤνεγκα. τί οὖν; λανθάνουσαν ποιήσομαι πρόσοδον, καὶ τῇ γνώμῃ τιμῶσα, καὶ οὐ καθυβρίζουσα τῇ ὄψει κατόπιν ἅψομαι τοῦ χιτῶνος ἐλθοῦσα. ἀρκεῖ μοι καὶ τοῦτο μόνον, ἂν ἐπιτύχω, πρὸς ἴασιν. πάντως γάρ που καὶ αὐτὸς τῆς τοῦ φοροῦντος ἐνεργείας πεπλήρωται· οὐ δύναται γὰρ τὸ τῆς ζωῆς περιβόλαιον μὴ καὶ αὐτὸ σωτηρίας ἀποπέμπειν ἀκτῖνας. μέγας ἦν ἐν προφήταις Μωϋσῆς, καὶ λαοῦ δυσκόλου σωφρονιστής, ἀλλ' ὅμως ἄνθρωπος· οὗτος δεσπότης ἐκείνου καὶ φιλάνθρωπος. εἰ οὖν τοῦ δούλου ἡ ῥάβδος τὴν ἐρυθρὰν διέτεμε θάλασσαν, τειχοποιΐαν ἐργασα- D μένη ἐν τοῖς ὕδασι, πῶς οὐκ ἂν τοῦ δεσπότου τὸ κράσπεδον πετρώσῃ τῶν αἱμάτων τὰ ῥεύματα; ζηλωτὴς ὁ Ἠλίας, καὶ θερμὸς τοῦ θεοῦ ὑπηρέτης, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς εἷς ὑπῆρχε τῆς φύσεως, καὶ ὅμως μηλωτὴν εἶχε θαυμάτων ἐργάτιν. αὖθις Ἐλισσαῖος κληρονομήσας μετὰ προσθήκης τοῦ διδασκάλου τὴν χάριν, ἐχαλίνου τῇ μηλωτῇ τοῦ Ἰορδάνου τὰ ῥεῖθρα. εἰ οὖν τοσαύτη παρὰ τοῖς προφήταις ἡ χάρις, πόση ἔσται τοῦ παρ' αὐτῶν προφητευομένου ἡ δύναμις; τί συντόμως οὐ λέγω; Πέτρου ἡ σκιὰ θεραπεύει, καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ ἱμάτιον οὐκ ἰᾶται; αἰσθάνομαι πόσον μοι καὶ τὸ βουλεύσασθαι μόνον· τὴν τρέχουσαν ἐχαλίνωσε νόσον. ὢ πίστεως, ἀναβολὴν μὴ παραχούσης τῷ πάθει. ἐπίστευσε γὰρ μόνον, καὶ τὸ E πολεμοῦν ἐδραπέτευεν· ἐπίστευσε, καὶ τὸ φιλόνεικον οὐκ ἀντεῖπε θηρίον· ἐπίστευσε, καὶ ἡ τῶν αἱμάτων ἀέναος ἐξηράνθη πηγή, καθάπερ ὑπό τινος ἀοράτου τυφλωθεῖσα καυτῆρος. ἀλλ' ἡ μὲν ἱματίου καθήπτετο, καὶ τοῖς ἔξωθεν παρήγγιζεν· ὁ δὲ τοὺς ἔνδοθεν λογισμοὺς ἐπεγίνωσκεν. ἐκείνη μὲν ἀφανῶς τῷ σώματι τὴν θεραπείαν ἐξήντλησεν, ὁ σωτὴρ δὲ αὐτῆς τὸ ψυχικὸν ἐδημοσίευσε κάλλος· οὐκ εἴασε γὰρ τοιαύτην εὐσεβείας ἀθριάμβευτον ὡραιότητα. οὐκ ἀφῆκε δικαιοσύνης σπινθῆρα λήθης παραδοθῆναι νυκτί· ἐχαρίσατο τῷ βίῳ ἡ τῶν εὐαγγελίων διήγησις, μιᾶς γυναικὸς πίστιν, θεὸν καλῶς συλησάσης τῇ ἀδιστάκτῳ γνώμῃ. τίς ἡ διὰ κλοπὴν ὡς πίστει τιμωμένη; προέλαβε τὸν λῃστὴν ἡ πίστις τῆς γυναικός· πρὸ τῆς ἐκείνου γλώσσης ἡ ταύ-

τῆς

A τῆς εὐφημεῖται παλάμη· πρὶν ἐκεῖνος [a] φωνῇ συλήσῃ τὸν παράδεισον, ἐλῄστευσεν αὕτη τὸν βασιλείας τὸν χορηγὸν τῇ σιωπῇ. γνοὺς γάρ, φησιν, ὁ Ἰησοῦς τὴν ἐξελθοῦσαν δύναμιν ἐξ αὐτοῦ, ἐπηρώτα τοὺς μαθητάς, τίς μου ἥψατο; πῶς οὐκ ἔγνωτε τὴν κλοπήν; πῶς ἠγνοήσατε τὴν λῃστείαν; τίς μου ἥψατο; τίς νόσου ἐκ τῶν ἐμῶν θησαυρῶν ὑγείαν ἐπλούτησε; τίς μου ἥψατο; τί λέγεις ὦ δέσποτα; σὺ δέδωκας, καὶ τὴν δεξαμένην οὐκ οἶδας; τὴν πίστιν εἶδες, καὶ τὴν πιστεύουσαν οὐκ ἐγνώρισας; τὴν λανθάνουσαν κατενόησας γνώμην, καὶ τὴν φαινομένην οὐκ ἐσκόπησας ὄψιν; τίς μου ἥψατο; τίς σου ἥψατο; τίνι τὸ φάρμακον τῆς εὐεργεσίας ἐπέθηκας; τίνι τὴν ἴασιν ἐξέπεμψας, δέσποτα; τὸ πάθος ἐδίωξας, καὶ τὴν σωθεῖσαν ἠγνόησας; τίς μου ἥψατο; τίς με τῇ διανοίᾳ πρὸ τῶν χειρῶν ἐψηλάφησε; τίς μου κατέσχε λογισμὸς τὴν θεότητα; B τίς ὁ δίκαιος οὗτος τῆς ἐμῆς ἐνεργείας λῃστής; τίς αὐτοῦ τῆς ἐσβεσμένης σωτηρίας τὸν λύχνον ἀφανῶς ὑπανῆψεν ἐκ τῆς ἐμῆς λαμπάδος; τίς μου ἥψατο; ἢ μάθω παρ' ὑμῶν, ἢ διδάσκω. ἐβουλόμην πρὸς τὸ τῆς ὑποθέσεως πέρας δραμεῖν· ὁ καιρὸς δὲ λοιπὸν ἑτέραν τῷ θαύματι φυλάττει διδασκαλίας ἡμέραν. εἰ γὰρ ἐκείνη δωδεκαέτη χρόνον πολεμηθεῖσα τῷ πάθει, τὸν τῆς ὑπομονῆς οὐκ ἐξέλυσε τόνον, ἡμεῖς ἄλλην μίαν ἡμέραν τοῖς μακροῖς ἀγῶσι τῆς γυναικὸς οὐκ ἐναπομείνωμεν; ἧς τὴν πίστιν καὶ ὁ τῶν μαρτύρων δῆμος ἐζήλωσεν· οὐ δεσποτικῶν κρασπέδων ἁψάμενοι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα διὰ Χριστὸν ἐκδυσάμενοι. καὶ ἡμεῖς τοίνυν ἀγαπητοί, πρὸς ζῆλον τῆς ὁμοίας πίστεως τὰς ἡμετέρας διαναστήσωμεν γνώμας· μὴ γενώμεθα χείρους μιᾶς γυναικὸς C ἀλλοφύλου, εἰ εἰς εὐσέβειαν πλέον ἡμεῖς ἢ ἐκείνη ἀπελαύσαμεν θέας. ἐκείνη μόνον ἤρκεσεν ἅπαξ ἱματίου καθάψασθαι· ἡμεῖς δὲ καθ' ἑκάστην, ὡς ἴστε, τὸ τοῦ σωτῆρος σῶμα κατέχοντες, κἂν ὡς τρεφόμενοι τοῖς τοῦ δεσπότου μέλεσιν, εὐχαριστίαν προσφέρωμεν· αὐτῷ γὰρ πρέπει δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

a Savil. & Reg. φωνῇ λύσει. Morel. φωνῇ συλήσῃ.

manus commendatur: ante quam ille paradisum voce prædetur, hæc ipsum regni largitorem silentio compilavit. Cognoscens enim, inquit, Jesus virtutem, quæ exierat de illo, interrogabat discipulos, Quis me tetigit? Quomodo furtum non animadvertistis? quomodo latrocinium vos latuit? Quis me tetigit? Quis ex meis thesauris morbi se sanatione ditavit? Quis me tetigit? Quid ais, Domine? tu dedisti, & eam quæ accepit non nosti? fidem advertisti, & eam quæ credidit, non agnovisti? mentem latentem percepisti, & apparentem faciem non es conspicatus? Quis me tetigit? quis te tetigit? cui medicamentum operationis miraculorum applicasti? cui sanationem impertiisti? morbum exegisti, & eam quæ salva facta est, non novisti? Quis me tetigit? quis me prius mente quam manibus contrectavit? quænam meam divinitatem cogitatio apprehendit? quis ille justus meæ miraculorum virtutis prædo? quis exstinctæ salutis suæ lucernam ex mea lampade furtim accendit? Quis me tetigit? aut discam ex vobis, aut docebo. Vellem equidem ad finem usque argumenti hujus decurrere; sed jam tempus nos admonet, ut deinceps huic miraculo alterum ad docendum diem reservemus. Nam si illa duodecim annorum spatio morbo conflictata, de sua patientia nihil remisit, nos alterum diem longis mulieris certaminibus non immorabimur? cujus fidem martyrum quoque cœtus æmulatus est, non Domini fimbriam tangentes, sed ipsum etiam corpus Christi gratia exuentes. Et nos igitur, dilectissimi, ad similis fidei imitationem mentes nostras excitemus; ne muliere una gentili deteriores simus: quandoquidem majora nobis quam illi sunt objecta spectacula, quibus ad pietatem accendamur. Satis hoc illi tantum fuit, quod vestimentum semel contigerit: nos vero quotidie, ut scitis, Salvatoris corpus contrectantes; saltem ut qui Domini membris alamur, gratiarum actionem offeramus: ipsum enim decet gloria in sæcula sæculorum, amen.

Marc. 5. 30.

MONITUM
AD HOMILIAM SEQUENTEM.

HÆC Homilia Eruditorum fere omnium judicio spuria est, & falso Chrysostomi nomen præ se fert, in multis Codicibus mss. in Regiis 1820. 2032. *&* 2353. *itemque in Coisliniano* 349. *in quibus non tam insignia observantur lectionum discrimina. Verum in Codice Coisliniano LXXVII. quæ numero quadragesima prima ibi numeratur, eodem gaudet titulo quo hæc Homilia, ut videre est in indice Homiliarum, qui initio Codicis eodem quo Codex ipse tempore descriptus fuit, appositis singularum Homiliarum titulis. In serie autem Homiliarum, hæc plusquam dimidia sui parte a principio mutila est. Ac quæ pauca supersunt, toto cælo differunt ab iis quæ in hac, quam edimus, Homilia feruntur. In Florilegiis Theodori Magistri quæ sub hæc edentur, tria ex hac oratione excerpta loca habes; ut in aliquo ex sequentibus tomis observare poteris, ubi* ἀπανθίσματα *illa dabuntur.*

Homilia vero post Synodum Ephesinam dicta fuisse videtur, quandoquidem numero 3. *in confessione fidei, quam ibidem propositam habes, dicitur :* Duarum naturarum discrimen agnosco. *Antiochiæ autem habitam fuisse suadere potest id quod numero secundo dicitur :* Voca Barlaamum cui propter vineæ custodiam exusta est dextera : *quam historiam pluribus habes enarratam in Homilia Chrysostomi de Barlaamo Tomo II. p.* 539.

Antiochiæ vero S. Barlaami dies festus magna celebritate colebatur, ut in nostro ad illam Homiliam Monito ibidem deprehendas.

Habita fuit ad illuminandos, sive ad eos qui baptismum suscepturi erant, in quorum numero aliquos peregrinos esse dicit in ipso principio, ὁρῶ τῇ ποίμνῃ τῶν εὐσεβῶν μεμιγμένα πρόβατα ξένα. Video permixtas piorum gregi oves peregrinas, *sive insolitas, ut vertit Fronto Ducæus. Cum porro* φωτισμὸς *seu baptismus circa tempus Paschatis conferri solebat; hinc inferri posse videtur illud circiter tempus habitam Homiliam fuisse.*

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

Oratio Catechetica in dictum Evangelii: Simile est regnum cælorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam; & quæ sequuntur.

A Λόγος κατηχητικὸς εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ εὐαγγελίου· ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐξῆλθεν ἅμα πρωῒ μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ. καὶ τὰ ἑξῆς.

1. VIDEO permixtas piorum gregi oves insolitas, recens Pastoris cælestis signum in frontibus ferentes; & doctrinæ virentes herbas nancisci volo, quæ conveniant cum illis qui gratiam jam gustaverunt, tum iis qui spiritus gramen decerpturi sunt: ut ejusdem catechesis & institutionis pastus eis quidem, qui baptizati sunt & illuminati, donorum Dei memoriam refricet; eos vero, qui illuminandi sunt, ad baptismum acrius cohortetur. Sic enim oportet ut ad utrosque habitus sermo sit mixtus: quandoquidem turba Dei cultorum ex viris qui mysteriis initiati sunt, & ex iis qui initiantur, est mixta. Nactus sum igitur unde & vos omnes veteres Christi vernas epulo excipiam, & quo pacto nostros nuper emtos servos ad vocationis libertatem cohortabor: enarrabo fratribus meis dicta dominica, quæ possunt & eos, qui olim regiam vineam occuparunt, promtiores efficere, & eos, qui non ita pridem ad eam inspiciendam incubuerunt, ad similem zelum accendere. *Simile est regnum cælorum homini patrifamiliae, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam.* Patremfamilias, seu dominum domus, Dominus seipsum appellat: operarios vero circa tertiam & sextam & nonam & undecimam vocatos nuncupat, omnes pios, qui baptismum in diversis ætatibus susceperunt: vineam, salutaria dicit mandata, quibus parum laboris inest, at multum lucri. *Simile est regnum cælorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conventione autem facta cum illis*, hoc est cum operariis, *ex denario diurno, misit eos in vineam suam.* Paterfamilias ego sum: quemadmodum enim dominus domus, prout libet, domos ædificat; sic ego mundum universum, ut volo, dispono. Ego sol justitiæ nube humanitatis indutus ad humanitatem me dejeci, & operarios ad vineam meam colendam quærens circumeo. Non hominibus indigeo vinitoribus: habeo siquidem angelos & archangelos, qui ea, quæ volo, perficiunt: verum terrenos servos meos in meis villis stationem habentes cernere concupisco. Ego circumeo, & quoquoversum circumspicio, quos inveniam, quos conducam; non ut laboribus alienis ditescam, sed ut eos qui mihi paruerint opulentos reddam. Habeo Petrum & Joannem, aliosque discipulos, orbis terrarum impigros plantarum cultores, congregavi: conventionem cum illis ex denario diurno feci: vitam ipsorum omnem conduxi,

Matth. 20. 1.

ΟΡΩ τῇ ποίμνῃ τῶν εὐσεβῶν μεμιγμένα πρόβατα ξένα, νέαν τὴν σφραγῖδα τοῦ ἐπουρανίου ποιμένος ἐπὶ τῶν μετώπων ἐπιφερόμενα· καὶ βούλομαι διδασκαλίας [a] χλόην εὑρεῖν κατάλληλον τοῖς γευσαμένοις ἤδη τῆς χάριτος, καὶ τοῖς μέλλουσι κεῖραι τὴν πόαν τοῦ πνεύματος· ἵνα τῆς αὐτῆς κατηχήσεως ἡ νομὴ τοῖς μὲν πεφωτισμένοις ὑπόμνησις γένηται τῶν τοῦ Θεοῦ δωρεῶν· τοῖς δὲ φωτισθησομένοις πλείονα προτροπὴν πρὸς τὸ βάπτισμα. δεῖ γὰρ πρὸς ἑκατέρους κεκρᾶσθαι τὸν λόγον, διὰ τὸ κεκρᾶσθαι τὸν φιλόθεον δῆμον ἔκ τε μεμυημένων καὶ μυουμένων ἀνδρῶν. εὗρον τοίνυν πόθεν ἑστιάσω [b] καὶ ὑμᾶς τοὺς οἰκογενεῖς ἀρχαίους ἅπαντας τοῦ Χριστοῦ· καὶ πῶς τοὺς νεωνήτους δούλους ἡμῶν προτρέψω πρὸς τὴν ἐλευθερίαν τῆς κλήσεως· ἀπαγγελῶ τοῖς ἐμοῖς ἀδελφοῖς ῥήσεις δεσποτικὰς δυναμένας καὶ τοὺς πάλαι καταλαβόντας τὸν βασιλικὸν ἀμπελῶνα προθυμοτέρους ἐργάσασθαι, καὶ τοὺς ἄρτι παρακύψαντας εἰς αὐτὸν διεγεῖραι πρὸς τὸν ὅμοιον ζῆλον. ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐξῆλθεν ἅμα πρωῒ μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ. οἰκοδεσπότην ὁ δεσπότης ἑαυτὸν ὀνομάζει· ἐργάτας δὲ περὶ τρίτην καὶ ἕκτην καὶ ἐννάτην καὶ ἑνδεκάτην καλουμένους προσαγορεύει πάντας τοὺς εὐσεβεῖς, τοὺς ἐν διαφόροις ἡλικίαις δεξαμένους τὸ βάπτισμα· ἀμπελῶνα τὰ σωτήρια λέγει προστάγματα, μικρὸν ἔχοντα πόνον, πολὺ δὲ τὸ κέρδος. ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐξῆλθεν ἅμα πρωῒ μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ. συμφωνήσας δὲ μετ᾽ αὐτῶν, τουτέστι τῶν ἐργατῶν, ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν, ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ· ὁ οἰκοδεσπότης ἐγώ εἰμι. ὥσπερ γὰρ ὁ οἰκοδεσπότης οἰκίας ὡς βούλεται [c] οἰκοδομεῖ, οὕτως τὸν κόσμον ὅλον ὡς θέλω διατάττω. ἐγὼ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος φορέσας τὴν νεφέλην τῆς ἀνθρωπότητος, συγκατέβην τῇ ἀνθρωπότητι, καὶ περιέρχομαι ζητῶν ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνά μου. οὐ χρήζω ἀνθρώπων ἀμπελουργῶν· ἔχω γὰρ ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους ποιοῦντας ἃ βούλομαι· ἀλλὰ ποθῶ τοὺς ἐπιγείους δούλους μου ἐν τοῖς ἐμοῖς κτήμασιν αὐλιζομένους ὁρᾷν. ἐγὼ περιτρέχω, καὶ περιβλέπομαι πανταχοῦ τίνας εὕρω, τίνας μισθώσωμαι· οὐχ ἵνα μόχθοις ἀλλοτρίοις πλουτήσω, ἀλλ᾽ ἵνα πλουτίσω τοὺς ὑπακούοντάς μοι. ἔχω τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην καὶ τοὺς ἄλλους μαθητὰς, τοὺς ἀόκνους φυτουργοὺς τῆς οἰκουμένης, συνήγαγον· συνεφώνησα πρὸς αὐτοὺς ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν· ἀπεμισθωσάμην αὐτῶν πᾶσαν ζωὴν, καὶ ἐπηγγειλάμην

a Collata cum quatuor mss. Duo mss. χολὴν εὑρεῖν.
b Tres mss. καὶ ὑμᾶς. Editi, καὶ ἡμᾶς.
c οἰκοδομεῖ. Fronto Ducæus legendum putat οἰκονομεῖ, quam lectionem sequeremur, si vel unus Codex sic haberet. Ibidem Codex unus ex nostris, οἰκίας ὅσας βούλεται οἰκοδομεῖ.

αὐτοῖς ὑπὲρ πάσης ὁμοῦ τῆς ἐργασίας διδόναι μισθὸν τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ἀλλ' οὐκ ἀρκοῦσιν οὗτοι μόνοι τὴν ἐμὴν κορέσαι ψυχήν· οὐ δύναμαι βλέπειν εὐαριθμήτους γεωργοὺς γεωργοῦντάς μου τὸ γεώργιον· στενοχωροῦμαι τοὺς ὀφθαλμούς μου τοσούτους μόνον ὁρῶν, ἔτι καὶ ἄλλους γηπόνους διψῶ, ἔτι καὶ ἄλλους μισθοφόρους ποθῶ, ἔτι καὶ ἄλλους μύστας ζητῶ. εὐρύχωρός ἐστι καὶ μέγας ὁ παράδεισος τῶν ἐμῶν ἐντολῶν· πάντας τοὺς πιστεύσαντάς μοι χωρεῖ· πάντας τοὺς φιλαρέτους ὑποδεχόμενος ἔτι πλατύτερος γίνεται. τί οὖν ποιήσω; πόθεν πληρώσω τοὺς ἐμοὺς περιβόλους; πόθεν πλείονας [a] ἀπογραφοὺς προσδέξομαι; ἐξέλθω πάλιν εἰς τὰς τριόδους αὐτῶν· ἐξέλθω πρὸς τοὺς πλανωμένους τὴν ἑκούσιον πλάνην· ἐξέλθω πρὸς τοὺς ῥαθύμους· ἐξέλθω πρὸς τοὺς ἀπόρους ὁ εὔπορος· ἵνα τοὺς ἀπόρους εὐπόρους ἐργάσωμαι· ἐξέλθω πάλιν πρὸς τὴν τῶν ἐργατῶν συλλογήν· ἐγὼ τὸ ὀφειλόμενον ποιήσω. καλέσω καὶ πάλιν τοὺς πένητας· ἐμοῦ ἐστι τὸ προτρέψαι· ἐκείνων τὸ πεισθῆναι· ἐμόν ἐστι τὸ θελῆσαι δοῦναι μισθόν· ἐκείνων ἐστὶν τὸ θελῆσαι λαβεῖν. ἐὰν ὑπακούσωσί μοι, καὶ ἐμοὶ καὶ ἑαυτοῖς εὐχαριστοῦνται. ἐὰν δὲ παρακούσωσί μου, ἑαυτοὺς ζημιώσουσιν· ἐμοὶ γὰρ οὐ λείψωσι γεωργοὶ δυνάμενοι περισκάψαι καὶ περιβοθρεῦσαι καὶ περικλαδεῦσαι τὰ κλήματα· οὐ δύναται ὁ ἐμὸς ἀμπελὼν μεῖναι κεχερσωμένος ἢ ἄκαρπος. καὶ ἐξελθὼν περὶ τὴν τρίτην ὥραν ἴδεν ἄλλους ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀργούς· κἀκείνοις εἶπεν, ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν ἀμπελῶνά μου. καὶ ποῦ ἦτε πρωΐ; ποῦ ἦτε τὰς προλαβούσας ἡμέρας; πῶς οὐκ ἐζητήσατέ με τὸν εἰς ζήτησιν ὑμῶν ἀφικόμενον; πῶς οὐκ ὠρθρίσατε πρὸς τὸ συμφέρον ὑμῖν; οὕτως ἀγνοεῖτε τῆς εὐσεβείας τὰς ἀκτῖνας, ὅτι τὴν ἡμέραν νύκτα νομίζετε, καὶ λάμποντος τοῦ φωτὸς τῆς ἀληθείας, ὑμεῖς τί καρηβαρεῖτε καὶ νυστάζετε; νῦν γοῦν ἐξυπνίσθητε· νῦν γοῦν γρηγορήσατε· νῦν γοῦν ἐπιστρέψατε· νῦν γοῦν σωφρονήσατε. ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν ἀμπελῶνά μου· βλέπετε πῶς ὑμᾶς ἀγαπῶ· οὐ περιώρισα τῷ ὄρθρῳ τὸ κήρυγμα· οὐκ ἀπετείχισα τοῖς δευτέροις τὴν πρόσοδον· οὐ περιέκλεισα τῇ πρώτῃ κλήσει τὴν ὑμετέραν ἐπιστροφήν· πᾶσαν ὥραν ὑμῖν ἐχαρισάμην πρὸς μετάνοιαν· πᾶσαν ἡλικίαν ἐναγκαλίζομαι· κἂν βρέφη προσενεχθῇ μοι, χαίρων προσίεμαι· ἐγὼ γάρ εἰμι τῶν βρεφῶν δημιουργός, καὶ πατὴρ καὶ μήτηρ, καὶ τροφεὺς καὶ τροφή· κἂν παῖδες ὑποψελλίζοντες προσφύγωσιν, ἥδομαι· κἂν νεώτεροι προσχωρήσωσιν, μᾶλλον εὐφραίνομαι· κἂν ἄνδρες τέλειοι προσδράμωσιν, ὑποδέχομαι· πάντας τοὺς μετὰ πίστεως προστρέχοντας ὡς ἀδελφοὺς ἐμοὺς περιπτύσσομαι· οὐ λογίζομαι τῶν παρελθουσῶν ὡρῶν τὴν ζημίαν, ἐὰν ἴδω προθυμίαν ταλαντευομένην τῇ ῥαθυμίᾳ· οὐ μειῶ τῆς ἡμέρας τοὺς μισθούς· ἐὰν τοὺς προφθάσαντας ὑμᾶς ἐπιφθάσαι σπουδάζητε· ἄφετε τὸν ἀμπελῶνα τῶν Ἰουδαίων τὸν ἀγνώμονα, τὸν ἀχάριστον, τὸ ὄξος μόνον ἐπιστάμενον γεωργεῖν· καταλείπετε τὴν ἄμπελον, τὴν ἐξ Αἰγύπτου μεταφυτευθεῖσαν, καὶ τῆς Αἰγυπτιακῆς εἰδωλολατρείας τὴν πικρίαν περιφέρουσαν, καὶ βότρυν πικρίας μαθοῦσαν βλαστάνειν τῷ φυτουργῷ, καὶ πρὸς τὸν ἐμὸν ἀμπελῶνα μετάστητε· καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον, δώσω ὑμῖν. οὐκ εἰμὶ ἄδικος, κατὰ φύσιν δίκαιος [b] πέφυκα· οὐκ εἰμὶ πλεονέκτης ὁ κατὰ τῆς πλεονεξίας νόμους ἐκθέμενος· οὐκ εἰμὶ ἀγνώμων περὶ τοὺς [b] εὐγνώμονας δούλους· οὐκ εἰμὶ μικρόλογος ἢ μικρόψυχος περὶ τοὺς μεγαλοψύχους περὶ ἐμέ· δώσω ὑμῖν μισθοὺς παριόντας τοὺς πόνους· χορηγήσω δωρεὰς νικώσας τοὺς ἱδρῶτας ὑμῶν· πάλιν ἐξῆλθεν περὶ τὴν ἕκτην καὶ ἐννάτην ὥραν, καὶ ἐποίησεν ὡσαύτως· οὐ καταλιμπάνω καιρὸν οὐδένα· σαγηνεύω τοὺς θέλοντας, καὶ οὐ κάμνω τοὺς κάμνοντας ἐν ταῖς ἁμαρτίαις, πρὸς δικαιοσύνην καλῶν. ἐξῆλθον ἅπαξ, καὶ θηρεύσας ὑπέστρεψα· ἐξῆλθον δεύτερον, καὶ ζωγρήσας ἀνέκαμψα·

A proque omni opere quod mihi facient, daturum me illis mercedis loco cælorum regnum promisi: sed ad explendum animum meum hi soli non sufficiunt. Non possum agricolas numero exiguos arvum meum colentes intueri: in angustum deduci videntur oculi mei, dum tot cerno tantummodo, adhuc alios aratores expeto: adhuc etiam alios mercenarios exopto: adhuc etiam alios mystas quæro. Spatiosus est & ingens mandatorum meorum paradisus: omnes, qui mihi crediderint, capit: omnes virtutis amatores cum receperit, adhuc fit latior. Quid igitur faciam? unde mea septa complebo? unde plures accensos invitabo? exibo rursus in trivia ipsorum: exibo ad eos, qui spontaneo errant B errore: exibo ad negligentes: exibo ad inopes opulentus, ut inopes reddam opulentos; exibo rursus ad operarios colligendos. Ego quod debetur præstabo: advocabo rursus etiam pauperes. Meum est cohortari, illorum parere: meum est dare velle mercedem, illorum est velle accipere: si mihi paruerint, & mihi & sibi ipsis gratificabuntur. Quod si mihi non obediant, semetipsos damno afficient: nam mihi nequaquam deerunt agricolæ, qui circumfodere & scrobibus cingere possint, & palmites putare: inculta vinea mea vel sterilis permanere non potest. *Et egressus circa horam tertiam vidit alios stantes in foro otiosos, & dixit illis: Ite & vos in vineam meam.* Ubi quæso mane fuistis? ubi superioribus diebus fuistis? Cur non me quæsivistis, qui ad vos quærendos C exieram? Cur non ad utilitatem vestram mane surrexistis? adeone pietatis radios ignoratis, ut diem esse noctem arbitremini, & affulgente lumine veritatis, vos quare caligatis & dormitatis? nunc saltem expergiscimini, nunc saltem evigilate, nunc saltem convertimini, nunc saltem sobrii estote. *Ite & vos in vineam meam.* Videte quantum vos diligam: matutino tempore prædicationem Evangelii non circumscripsi: secundis aditum non obstruxi: conversionem vestram prima vocatione non circumclusi; quamvis horam ad pœnitentiam vobis indulsi; quamvis ætatem obviis ulnis excipio: licet infantes mihi offerantur, lætus admitto: nam ego infantium creator sum, & pater & mater, & altor & alimentum: sive pueri ad me bal-D butientes confugiant, illis delector: sive juniores accedant, majori voluptate perfundor: sive perfecti viri accurrant, suscipio: omnes cum fide accurrentes tamquam fratres meos complector: præteritarum horarum damni rationem non habeo, si studium & alacritatem animi videam, ignaviæ præponderantem: si eos qui vos anteverterunt, assequi studueritis, de diurna mercede quidquam non detraho. Deserite vineam Judæorum ingratam, immemorem beneficii, quæ solum acetum novit excolere: derelinquite vineam de Ægypto translatam, & idololatriæ Ægyptiacæ acerbitatem secum circumferentem, quæ botrum amaritudinis vinitori didicit germinare: atque ad vineam meam transite, *& quod justum fuerit, dabo vobis.* Non sum injustus, natura sum justus: non sum avarus, qui adversus E avaritiam leges tuli: non sum ingratus erga gratos servos; non sum parcus aut pusillanimis erga eos qui in me magnanimi fuere: mercedem vestris laboribus majorem persolvam; dona quæ sudores vestros vincant, impertiar. *Iterum exiit circa sextam & nonam horam, & fecit similiter:* nullum tempus omitto: omnes volentes sagena irretio, neque in iis qui in peccatis defatigati sunt ad justitiam vocandis defatigor: semel egressus sum, & venatus redii: iterum sum egressus, & auctus præda reverti: egressus sum

Ibid. 3.

Ibid. 5.

a ἀπογραφοὺς, *accensos*, recte puto, qui septa custodirent.
b Unus Codex recte, εὐγνώμονας. Alii & Editi, ἀγνώμονας, male.

tertio, & ditatus reveni: quarto circa horam nonam exivi, & nonnullis captis advenio: quanto frequentius ad cursum me confero, tanto ardentiori desiderio inflammor: quo plures adduco, eo plures alios exopto: & illos nactus, alios rursum requiro: omnes enim homines volo salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

Ibid. 6. 2. *Circa undecimam autem horam exiit, & invenit alios stantes, otiosos.* Non cesso diabolum spoliare, quamdiu vita ista superfuerit: non cessabo mortem deprædari sævum generis humani furem: non possum non eos qui proprio arbitratu mortales sunt facti, ad immortalitatem traducere, usquedum extremum suum spiritum exhalarint. Propterea ne undecimam quidem horam contemno: propterea foribus inferorum assideo, ut aliquos ante mortem ad vitam possim transferre. *Circa undecimam autem horam exiit, & invenit alios stantes otiosos, & dicit illis: Quid hic statis tota die otiosi?* an Ecclesias non habetis? Prophetas non habetis? Apostolos non habetis? Martyres non habetis? Scripturas divinas non habetis? spirituale nullum opus? *Quid* ergo *statis hic tota die otiosi?* non solem videtis statum suum cursum peragentem? non lunam videtis creatori ancillantem? non creaturam videtis conditori servientem? non elementum unumquodque suum opus exsequi videtis, cujus causa in lucem est editum? cur igitur soli naturam inertia deturpatis? cur columnas cipposque mortuos imitamini? non oculos habetis, ut pulcritudinem mundi videntes, opificem mundi celebretis? nos os habetis, ut linguas vestras ad concinendos hymnos moveatis? non manus habetis, ut eleemosynam impertiatis? non pedes habetis, ut cursus animis utiles decurratis? *Quid hic statis tota die otiosi?* Quousque imperium meum evertetis? *Quid hic statis tota die otiosi?* Illi autem dicunt ei, *Nemo nos conduxit.* Ejusmodi sunt ii qui excusant excusationes in peccatis: qui præsens differunt in futurum: qui dicunt, Sine modo, & cum jusserit mihi Deus, tunc baptizabor: hoc mihi Pascha remitte, & in futuro illuminabor. Ejusmodi sunt qui dicunt, *Nemo nos conduxit.* Quid vero ipsis respondit is qui procrastinationes eorum qui differunt gratiam, superat benignitate? *Ite & vos in vineam.* Non eorum mendacia verba redarguit; non dissimulatos erroneorum morum sermones infamavit, neque negligentes his compellavit: Quid dicitis, *quia nemo nos conduxit?* cur negligentiæ mendacium quoque assuitis? nemo vos conduxit? non vos invitarunt Prophetæ? non vos cohortati sunt Apostoli? nonne ad vos ego per meipsum adveni? nonne sæpenumero vocavi, vos autem non obedistis? nonne me amicos vestros conducentem vidistis & pacificentem cum illis? cur non igitur imitari voluistis eos qui mihi parebant; sed ad senectutem usque spectatores mansistis? Nihil horum dixit Salvator, sed, *Ite & vos in vineam meam:* admitto & senes, qui opus facere cupiunt: admitto & tremula membra fide roborata; lubenter video senes scipiones simul & cruces tenentes. *Ite & vos in vineam meam.* Diabolo juventutem obtulistis, mihi saltem senectutem commodate: inimico robur corporis largiti estis, mihi saltem inutilem ætatem concedite; sub tyranno toto tempore vitæ, prout illi placuit, stipendia meruistis, mihi legitimo regi quod reliquum est temporis operam date: efficiamini fideles, antequam mortui efficiamini; immortalitatis stolam ante mortem accipite: vosmetipsos ante obitum immortalibus illis exequiis gratiæ sepelite: currite, festinate ante vesperam intra vineam reperiri: contendite, ut

A ἐξῆλθον τρίτον, καὶ πλουτήσας ἐπανελήλυθα· ἐξῆλθον τέταρτον περὶ τὴν ἐννάτην ὥραν, καὶ λαβὼν ἥκω τινάς· ὅσον συνεχῆ ποιοῦμαι τὸν δρόμον, τοσοῦτον θερμότερον ἀναφλέγω τὸν πόθον· ὅσους ἐὰν προσάγωμαι, τοσούτους ἄλλους ποθῶ· κἀκείνους εὑρὼν, ἑτέρους ἐπιζητῶ· θέλω γὰρ πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν.

Περὶ δὲ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν ἐξελθὼν εὗρεν ἄλλους ἑστῶτας ἀργούς. οὐ παύομαι γυμνῶν τὸν διάβολον, ἕως ἂν ὁ βίος οὗτος παρείη· οὐ παύσομαι λῃστεύων τὸν θάνατον, τὸν δεινὸν κλέπτην τῆς ἀνθρωπότητος· οὐκ ἀνέχομαι τοὺς ἀπὸ γνώμης οἰκείας γενομένους θνητοὺς, μὴ μεταβαλεῖν πρὸς ἀθανασίαν, ἕως ἂν τῆς αὐτῶν τελευταίας ἀναπνοῆς. διὰ τοῦτο οὐδὲ τῆς ἑνδεκάτης ὥρας καταφρονῶ· διὰ τοῦτο προσεδρεύω B ταῖς πύλαις τοῦ ᾅδου, ἵνα δυνηθῶ τινὰς πρὸ τοῦ θανάτου μεταστῆσαι πρὸς τὴν ζωήν. περὶ δὲ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν ἐξελθὼν εὗρεν ἄλλους ἑστῶτας ἀργοὺς, καὶ λέγει αὐτοῖς· τί ὧδε ἑστήκατε ὅλην τὴν ἡμέραν ἀργοί; ἐκκλησίας οὐκ ἔχετε; προφήτας οὐκ ἔχετε; ἀποστόλους οὐκ ἔχετε; μάρτυρας οὐκ ἔχετε; θείας γραφὰς οὐκ ἔχετε; πνευματικὸν ἔργον οὐδέν; τί οὖν ἑστήκατε ὧδε ὅλην τὴν ἡμέραν ἀργοί; οὐ βλέπετε τὸν ἥλιον, τὸν τεταγμένον δρόμον ἀνύοντα; οὐ βλέπετε τὴν σελήνην διακονοῦσαν τῷ κτίσαντι; οὐ βλέπετε τὴν κτίσιν δουλεύουσαν τῷ ποιητῇ; οὐ βλέπετε τῶν στοιχείων ἕκαστον ἐργαζόμενον τὸ ἔργον, δι' ὅπερ ἐγένετο; διὰ τί οὖν ὑμεῖς μόνοι τῇ ἀργίᾳ τὴν φύσιν ὑβρίζετε; διὰ τί στήλας μιμεῖσθε νεκράς; οὐκ ἔχετε ὀφθαλμοὺς, ἵνα βλέποντες τοῦ κόσμου τὸ κάλλος, τὸν κοσμοποιὸν [a] ἀνυμνήσητε. οὐκ ἔχετε στόμα, ἵνα τὰς γλώσσας ὑμῶν πρὸς ὑμνῳδίας C κινήσητε; οὐκ ἔχετε χεῖρας, ἵνα τὴν ἐλεημοσύνην ἐργάσησθε; οὐκ ἔχετε πόδας, ἵνα δράμητε δρόμους ψυχωφελεῖς; τί ὧδε ἑστήκατε ὅλην τὴν ἡμέραν ἀργοί; μέχρι ποτὲ τὴν ἐμὴν δεσποτείαν ἐκτρέπεσθε; τί ὧδε ἑστήκατε ὅλην τὴν ἡμέραν ἀργοί; οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ, οὐδεὶς ἡμᾶς ἐμισθώσατο. τοιοῦτοί εἰσιν οἱ προφασιζόμενοι προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, οἱ τὸ παρὸν εἰς τὸ μέλλον ὑπερτιθέμενοι, οἱ λέγοντες, ἄφες ἄρτι, καὶ ὅτε κελεύει με ὁ θεὸς, τότε βαπτίζομαι· ἐνδός μοι τοῦτο τὸ πάσχα, καὶ εἰς τὸ μέλλον φωτίζομαι. τοιοῦτοί εἰσιν οἱ λέγοντες, οὐδεὶς ἡμᾶς ἐμισθώσατο. ἀλλὰ τί πρὸς αὐτοὺς ὁ τῇ χρηστότητι νικῶν τὰς ὑπερθέσεις τῶν ἀναβαλλομένων τὴν χάριν; ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν ἀμπελῶνα. οὐκ ἤλεγξεν τὴν ψευδολογίαν αὐτῶν· οὐκ ἐστηλίτευσε τὴν εἰρωνείαν τῶν πεπλανημένων ἠθῶν· οὐκ εἶπε πρὸς D τοὺς ῥαθύμους, τί λέγετε, ὅτι οὐδεὶς ἡμᾶς ἐμισθώσατο; τί τῇ ῥαθυμίᾳ καὶ τὸ ψεῦδος συῤῥάπτετε· οὐδεὶς ὑμᾶς ἐμισθώσατο; οὐ παρεκάλεσαν ὑμᾶς οἱ προφῆται; οὐ προετρέψαντο ὑμᾶς οἱ ἀπόστολοι; οὐ παρεγενόμην ἐγὼ δι' ἐμαυτοῦ πρὸς ὑμᾶς; οὐκ ἐκάλεσα πολλάκις, ὑμεῖς δὲ οὐχ ὑπηκούσατε; οὐκ ἴδετέ με μισθούμενον τοὺς ἑταίρους ὑμῶν, καὶ ποιοῦντα μετ' ἐκείνων σύμφωνα; διὰ τί οὐκ ἐβουλήθητε μιμήσασθαι τοὺς πεισθέντας μοι, ἀλλ' ἐμείνατε μέχρι γήρους κατάσκοποι; τούτων οὐκ εἶπεν οὐδὲν ὁ σωτὴρ, ἀλλ', ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν ἀμπελῶνά μου. δέχομαι καὶ γέροντας ἐγκρατεύσασθαι θέλοντας· δέχομαι καὶ πολιὰς εὐσεβείᾳ λαμπρυνομένας. δέχομαι καὶ τρέμοντα μέλη πίστει νευρούμενα· ἡδέως ὁρῶ γέροντας κρατοῦντας βακτηρίας ὁμοῦ καὶ σταυρούς· ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν ἀμπελῶνα μου. E τῷ διαβόλῳ τὴν νεότητα προσενέγκατε· ἐμοὶ κἂν τὸ γῆρας δανείσατε· τῷ ἐχθρῷ τὴν ἰσχὺν ἐχαρίσασθε· ἐμοὶ κἂν τὴν ἄχρηστον ἡλικίαν ἐπίδοτε· τῷ τυράννῳ τὸν χρόνον ὅλον, ὡς ἐκεῖνος ἠθέλησεν, ἐστρατεύσασθε· ἐμοὶ τῷ ἐννόμῳ βασιλεῖ τὸν ἐπίλοιπον χρόνον σχολάσατε. γίνεσθε πιστοὶ, πρὶν γίνεσθαι νεκροί· λάβετε πρὸ τοῦ θανάτου τὴν τῆς ἀθανασίας στολήν· ἑαυτοὺς πρὸ τῆς τελευτῆς ἐνταφιάσατε τοῖς ἀφθάρτοις ἐνταφίοις τῆς χάριτος· δράμετε, σπεύσατε πρὸ τῆς ἑσπέρας ἔσω τοῦ ἀμπελῶνος εὑρεθῆναι· φιλοπονήσατε

ἵνα

a Quidam, εὐφημήσητε. MSS. quatuor, αἰνυμνήσητε.

A ἵνα ἔνδον ὑμᾶς καταλείπῃ δύνων ὁ ἥλιος. ἐὰν πρὸ ἡλίου δυσμῶν ἑαυτοὺς συναριθμηθήσητε τοῖς ἐμοῖς ἐρασταῖς· ὄψεσθε τῆς ἐμῆς θεότητος τὴν δόξαν, ὡς φωτὸς ἐρασταί. ἐὰν μετὰ τῶν κεκλημένων, ἐκ τοῦ ἀμπελῶνος ἐξέλθητε· καὶ μὴ καμόντας ὑμᾶς ὡς καμόντας ἀμείψομαι· ἐὰν ἔξω τῆς αὐλῆς ἱσταμένους ὑμᾶς καταλάβῃ τοῦ θανάτου ἡ νὺξ, οὐκ ἔτι λοιπὸν ὑμᾶς ὡς φίλους ἔχειν ἀνέχομαι· νεκρὸς γὰρ οὐ πιστεύει, νεκρὸς οὐχ ὁμολογεῖ, νεκρὸς οὐκ ἐργάζεται καὶ θαῤῥεῖται μυστήριον· νεκρὸς οὐκ ἐργάζεται σωφροσύνην· νεκρὸς οὐ δύναται μισθὸν ἀπαιτεῖν· νεκρὸς ἀσφράγιστος καὶ πρὸ τῆς κρίσεως κατακέκριται· ζῶν δὲ ὑγιὴς αἰνέσει τὸν κύριον· ὁ τοιοῦτος νεκρὸς δὲ μετὰ θάνατον ζῇ· ὁ τοιοῦτος νεκρὸς μετὰ τὴν ταφὴν πάλιν ἀνθεῖ. ὑπάγετε δὲ ὑμεῖς εἰς τὸν ἀμπελῶνα· ἕως ἔχετε μικρὰν ἔτι προθεσμίαν ζωῆς, πραγματεύσασθε· B μὴ περιμείνητε τῆς ἀῤῥωστίας τὴν ἀνάγκην λαβεῖν τῆς ὑμετέρας γνώμης τὸν στέφανον. μὴ βουλήθητε παρὰ τὸν καιρὸν τοῦ θανάτου μεταβαλέσθαι τὰ τῆς ἀθανασίας ἐφόδια· ἐν ζωῇ τὴν ζωὴν ἐμπορεύσασθε· ἐν ὑγείᾳ καὶ νήψει τὸ τάλαντον ὑποδέξασθε, ἵνα καὶ τὴν ἐργασίαν κερδάνητε. ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν ἀμπελῶνα· καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον, λήψεσθε· καὶ ὑπὲρ τὸ δίκαιον, λήψεσθε· μόνον μετανοήσατε, μόνον προσέλθετε, μόνον γίνεσθε μετ' ἐμοῦ. οὐ μέμψεσθέ μου τὴν προτροπήν· οὐδεὶς γὰρ ἐμοὶ πιστεύσας ἀπῆλθεν ἀχαριστῶν. οὐδὲ ὁ ἐμοὶ διακονήσας ἔμεινεν ἔτι πτωχός. οὕτως ὁ οἰκοδεσπότης τοῦ οἴκου τούτου τὸν ἀμπελῶνα τοῦτον ἀνεπλήρωσεν. ὀψίας δὲ γενομένης, ἤδη τῆς παρούσης ζωῆς ὡς ἡμέρας ὑποῤῥευσάσης, ἤδη παραγενομένης τῆς μακρᾶς τοῦ θανάτου νυκτός· ἤδη τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν ἀνατειλάσης, ὥσπερ ὄρθρου τινὸς ἑσπέραν μὴ κεκτημένου διάδοχον, λέγει C ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος τῷ ἐπιτρόπῳ αὐτοῦ, κάλεσον τοὺς ἐργάτας· κάλεσον πάντας τοὺς ἐξ Ἀδάμ· κάλεσον τὸν Ἄβελ, τὸν διὰ θυσίαν θυθέντα· κάλεσον τὸν Ἐνὼχ τὸν εὐαρεστήσαντα, καὶ μετατεθέντα· κάλεσον τὸν Νῶε τὸν τῆς ναυαγησάσης φύσεως καλὸν κυβερνήτην. κάλεσον τὸν πιστότατον Ἀβραὰμ, τὸν φιλόθεον μᾶλλον ἢ φιλότεκνον· τὸν στρατευσάμενον κατὰ τῶν σπλάγχνων αὐτοῦ, τὸν τηρήσαντα τὴν πίστιν· κάλεσον τὸν Ἰωσὴφ τὸν τῆς σωφροσύνης ἐργάτην· κάλεσον τοὺς πατριάρχας· κάλεσον τοὺς προφήτας· κάλεσον τὸν Ἠλίαν τὸν καλῶς ἡνιοχήσαντα καὶ γενόμενον ἡνίοχον πυρίνων ἁρμάτων· κάλεσον τοὺς ἀποστόλους, τοὺς τῆς καινῆς διαθήκης φωστῆρας· κάλεσον τοὺς μάρτυρας, καὶ τοὺς μιμησαμένους μου τὸν ὑπὲρ αὐτῶν θάνατον· κάλεσον Στέφανον τὸν δι' ἐμὲ λιθασθέντα· κάλεσον Βαρλαὰμ τὸν διὰ φυλακὴν τοῦ ἀμπε- D λῶνος κατακαέντα τὴν δεξιάν. κάλεσον πάντας τοὺς καλῶς κοπιάσαντας· κάλεσον τοὺς τὰ ἐμὰ καλλιεργήσαντας κτήματα, καὶ ἀπόδος αὐτοῖς τὸν μισθόν. ἄνοιξον τοὺς ἐμοὺς θησαυρούς· ἄνοιξον τὰς ἐμὰς ἀποθήκας· ἄνοιξον τὰ φαιδρὰ τῆς ἐμῆς βασιλείας βασίλεια· προκόμισον τοὺς βασιλικοὺς στεφάνους· προκόμισον τὰ θεῖα βραβεῖα· μὴ φείσῃ μηδενὸς τῶν ἐμῶν κειμηλίων. οὐκ ἐφείσαντο γὰρ οὗτοι τῶν οἰκείων ψυχῶν δι' ἐμέ· στεφάνωσον τὰς κεφαλὰς τῶν ἀθλησάντων, ὡς ἠβουλόμην ἐγώ· ἔμβαλε τὰ βραβεῖα ταῖς καμούσαις χερσίν· μηδεὶς ἀστεφάνωτος ἐντεῦθεν ἐξέλθῃ· μηδεὶς ἀγέραστος ὑποστρέψῃ, μηδεὶς ἀποστερηθῇ τῶν ἀμοιβῶν, πάντες πλουτήσωσιν· πάντες χορεύσωσιν, καὶ ἴδωσιν ἐπὶ πόσῳ ἐμισθωσάμην αὐτούς· ἴδωσιν ποίων οἱ πειθόμενοι ἐμοὶ τυγχάνουσιν ἀγαθῶν· ἴδωσι ποίων δωρεῶν ἑαυτοὺς E ἀποστεροῦσιν οἱ καλούμενοι, καὶ παραγενέσθαι μὴ βουλόμενοι. ἀπόδος αὐτοῖς τὸν μισθὸν, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν ἐσχάτων, ἕως τῶν πρώτων· τοὺς ἐσχάτους πρώτους εὐφραίνων ταῖς δωρεαῖς· οὗτοι γὰρ μάλιστα χρείαν ἔχουσι τῆς ἐμῆς ἀγαθότητος. ἐκεῖνοι μέν τοι πρωΐθεν εὐθέως ἅμα τῇ ἡμέρᾳ τῶν πόνων ἀρξάμενοι, αὐτὴν τὴν ἡμέραν καὶ τὰς ὥρας καὶ τὰς ἀρετὰς, καὶ τοὺς ἀγῶνας καὶ τὰς συνθήκας συνηγόρους ἔχουσιν· οὗτοι δὲ ἔσχατοι, πάντων τούτων ἔρημοι καθεστῶτες, πρὸς μόνην τὴν φιλανθρωπίαν τὴν ἐμὴν ἀποβλέπουσιν· τούτοις οὖν τοῖς ἐσχάτοις πρώτοις ἐπιδώσεις τὰς ἀμοιβάς. καὶ ἐλθόντες οἱ περὶ τὴν

derelinquat vos intus sol occidens. Si ante solis occasum in amatorum meorum numerum vos retuleritis, divinitatis meæ gloriam, ut lucis amatores videbitis: si cum illis qui vocati sunt, e vinea egressi fueritis, tametsi non laboraveritis, quasi laborassetis, remunerabor: si vos extra diversorium stantes mortis nox comprehenderit, non jam amplius vos habere amicorum loco possum: mortuus namque non credit, mortuus non confitetur, mortuus non operatur, neque creditur illi mysterium; mortuus temperantiam non operatur, mortuus reposcere mercedem non potest: mortuus non signatus, vel etiam ante judicium condemnatus est: vivus & sanus laudabit Dominum: ejusmodi mortuus post mortem etiam vivit; ejusmodi mortuus post sepulturam iterum floret. *Ite & vos in vineam:* dum exiguum adhuc vitæ spatium restat, negotiamini: ne exspectetis ut morbi necessitas arbitrii vestri coronam accipiat. Nolite sub tempus mortis viaticum vobis immortalitatis mercari: in vita vitam negotiamini: dum sani estis, & sobrii, talentum suscipite, ut & quæstum ac lucrum colligatis. *Ite & vos in vineam, & quod justum fuerit, accipietis:* & supra id quod justum est, accipietis, tantum pœnitentiam agite, tantum accedite, tantum mecum versamini: ne cohortationem meam contemnite: nullus enim qui mihi crediderit, non beneficio auctus est: neque qui mihi ministraverit, adhuc ullus egenus relictus est. Ita paterfamilias domus istius vineam istam explevit. *Cum sero autem factum esset:* cum jam vita præsens tamquam dies sensim effluxisset, cum jam longa nox mortis advenisset; cum jam mortuorum resurrectio tamquam diluculum, cui vespera minime succedit, exorta esset, dicit dominus vineæ procuratori suo, *Voca operarios:* voca omnes qui ex Adamo prognati sunt: voca Abel, qui propter sacrificium est mactatus: voca Enoch, qui placuit, & translatus est: voca Noë, naufragium passæ naturæ gubernatorem egregium: voca fidelissimum Abraham, Dei amatorem magis, quam liberorum amatorem; qui visceribus suis bellum intulit, qui fidem servavit: voca Joseph operarium continentiæ; voca Patriarchas omnes; voca Prophetas: voca Eliam, qui recte currum moderatus est, & auriga curruum igneorum est factus: voca Apostolos novi testamenti lumina; voca Martyres, eosque, qui mortem meam, quam ipsorum causa pertuli, sunt imitati: voca Stephanum, qui propter me lapidatus est: voca Barlaam, cui propter vineæ custodiam exusta est dextera: voca omnes, qui egregie laborarunt: voca eos, qui mea prædia strenue coluerunt, *& redde illis mercedem.* Aperi meos thesauros: aperi mea promtuaria: aperi splendida regni mei palatia; profer regales coronas, profer divina bravia: nulli gazæ ex cimeliis meis parcas: non enim isti suis animabus propter me pepercerunt: corona capita eorum, qui, uti volui, decertarunt: projice præmia in manus quæ laborarunt: nullus hinc non coronatus excedat: nullus non donatus revertatur, nullus mercede privetur, omnes ditentur: omnes exsultent: videant omnes quibus preciis sint a me conducti: videant qualia bona, qui mihi crediderint, consequantur: videant qualibus donis seipsos privent, qui vocantur, nec volunt venire. *Redde illis mercedem, incipiens a novissimis usque ad primos,* novissimos primos donis exhilarans; hi enim bonitate mea indigent maxime. Illi quidem, qui a mane statim cum die, cum prima luce labores inchoarunt, diem ipsum & horas & virtutes & certamina & pacta conventa patronos habent: hi vero novissimi, omnibus istis destituti, oculos suos ad solam meam benignitatem convertunt: his ergo novissimis primis præmia largieris. *Et cum venissent qui*

Matth. 20. 8.

Matth. 20. 9.

circa undecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios: & hos summa cum lætitia in manibus suis versantes dicebant: Parum abfuit, quin de bonis diffideremus: noverant enim se eo quod acceperant nihil operis dignum fecisse. Cum autem oculis donum intuerentur, manibusque munus tractarent, exsultabant; gaudio triumphabant, quod bona sibi præter spem obvenissent.
Matth. 20. 10. *Venientes autem primi arbitrati sunt, quod plus essent accepturi; acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant adversus patremfamilias dicentes: Hi novissimi.* Dominus narrationi adjecit, non quo illis qui honoribus affecti erant, inviderent: gaudent enim, non indignantur sancti si omnes salventur; sed ut talem esse benignitatem suam demonstret, ut etiam expertes invidiæ, si fieri posset, ad invidiam impellat.

3. *Et accipientes murmurabant adversus patremfamilias dicentes: Hi novissimi*, hi senio confecti, hi qui vixdum tuum agnovere dominatum, qui vixdum genua coram tua majestate flexerunt, qui vixdum tremulis digitis suis salutaris crucis tuæ signum frontibus impresserunt, qui tentationum cophinos non gestarunt, qui calamitatum ligones non tenuerunt: *Hi novissimi una hora fecerunt:* vineam tuam tantum oculis usurparunt: nobis solo visu suo consortes exstiterunt: operationis suæ ostenderunt, non perfecerunt actiones aliquas: testes laborum, non participes fuerunt. *Et pares nobis illos fecisti, qui portavimus pondus diei & æstum?* nos libidinibus incensi fuimus, sed virtutibus non sumus exstincti: nos propter te passi persequutionem sumus: nos sexcentos labores tua causa exantlavimus, ut tuam substantiam amplificaremus: & acceptis præmiis similibus iis qui non laborarunt, hinc discedimus: labor dissimilis est, & consimile lucrum: inæqualis molestia, & gloria æqualis. *Hi novissimi una hora fecerunt,* ut una hora prope te mulier meretrix ploret, & capillos resolvat quos antea male concinnabat, & immaculatos pedes tuos castis labris osculetur, ac tibi cælesti offerat unguentum terrestre: filiæ ac virginis illi honorarium detulisti. Ut una hora cruci affixus latro a cruce
Luc. 23. 42. ad te confugiat, & clamet, *Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum:* unius hujus vocis gratia paradisum illi reserasti. Ut una hora pœnitentiam agat Paulus persequutor, hostis, Evangelista creatus est. *Hi novissimi una hora fecerunt; & pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei & æstum.* Quid igitur ad eos sic affectos benignus Dominus? *Respondens uni eorum dixit: Amice, non facio tibi injuriam.* O præstantissimam benignitatem! Dominus pro servis cum servo litigat, judex pro reis apud accusatorem defensionem suscipit. *Amice, non facio tibi injuriam:* cum ratione mecum judicio contende, amice, & ne injuste contristeris: disputa mecum legitime, & ne illegitime indigneris. Dic, qua in re injuria affectus es ipse dum conservus tuus honore cumulatus est? dic, qua in re læsus es ipse, dum frater etiam tuus in regni tecum societatem est ascitus? nonne id accepisti cujus gratia labores suscepisti? nonne diei totius integram mercedem recepisti? nonne quod optabas, retulisti? quid igitur amplius quæris? *Nonne ex denario convenisti mecum?* revoca tibi in memoriam promissa mea, quibus te a principio conduxi. Si quid præter conventa commisi, merito indignaris: sin autem pacta complevi, frustra inculpatum arguis. *Nonne ex denario convenisti mecum?* num quippiam ex donis tuis imminui? num res tuas arreptas, aliis erogavi? num tuam gloriam cæteris impertivi? nonne facultates meas, quibus placuit, divisi? quid ergo murmuras tamquam servus læsus, qui honore tamquam liber affectus es? quid ergo

A ἑνδεκάτην ὥραν, ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον, καὶ τοῦτο περιχαρῶς ἐν ταῖς ἑαυτῶν χερσὶν περιστρέφοντες ἔλεγον· ἐκινδυνεύσαμεν ἀπιστεῖν τοῖς ἀγαθοῖς· εἴδησαν γὰρ ὅτι οὐδὲν ἄξιον ἔλαβον ἐργασάμενοι. ὁρῶντες δὲ τὸ δῶρον τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ ταῖς παλάμαις τὴν χάριν κατέχοντες, ἐχόρευον, ἐπανηγύριζον ἐπὶ τοῖς παρ' ἐλπίδα καλοῖς. ἐλθόντες δὲ οἱ πρῶτοι ἐνόμισαν ὅτι πλείονα λήψονται, καὶ ἔλαβον καὶ αὐτοὶ ἕνα δηνάριον· λαβόντες δὲ ἐγόγγυζον κατὰ τοῦ οἰκοδεσπότου λέγοντες· οὗτοι οἱ ἔσχατοι. ὁ δεσπότης τῷ λόγῳ παρήγαγεν, οὐχ ἵνα τοῖς τιμωμένοις φθονήσωσιν· χαίρουσιν γὰρ, οὐκ ἀγανακτοῦσιν πάντων τῶν σωζομένων οἱ ὅσιοι· ἀλλ' ἵνα
B δείξῃ τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν τοιαύτην οὖσαν, ὥστε καὶ τοῖς ἀφθόνοις, εἰ ἐνεχώρει, φθόνον τεκεῖν.

Λαβόντες δὲ ἐγόγγυζον κατὰ τοῦ οἰκοδεσπότου λέγοντες· οὗτοι ἔσχατοι, οἱ γεγηρακότες, οὗτοι οἱ μόλις τὴν σὴν δεσποτείαν ἐπεγνωκότες· οἱ μόλις τὰ γόνατα πρὸς τὴν σὴν δεσποτείαν κάμψαντες· οἱ μόλις τοῖς ὑποτρόμοις δακτύλοις τὸ σωτήριον σου σταυροῦ σύμβολον τοῖς μετώποις ἐπιχαράξαντες, οἱ μὴ βαστάσαντες κοφίνους πειρασμῶν, οἱ μὴ κρατήσαντες δικέλλας συμφορῶν· οὗτοι οἱ ἔσχατοι μίαν ὥραν ἐποίησαν· εἶδον μόνον τὸν σὸν ἀμπελῶνα τοῖς ὀφθαλμοῖς· ἡμῖν μόνοις ἐκοινώνησαν τῇ ἐργασίᾳ τὰς ὄψεις αὐτῶν ὑπέδειξαν, οὐ κατόρθωσαν πράξεις τινάς· μάρτυ-
C ρες τῶν μόχθων, οὐ μερισταὶ γεγόνασιν. καὶ ἴσους ἡμῖν αὐτοὺς ἐποίησας τοῖς βαστάσασιν τὸ βάρος τῆς ἡμέρας καὶ τὸν καύσωνα; ἡμεῖς ἐφλέχθημεν ταῖς ἡδοναῖς, ἀλλ' οὐκ ἐσβέσθημεν ταῖς ἀρεταῖς· ἡμεῖς ἐδιώχθημεν διὰ σέ, ἡμεῖς μυρίους ὑπεμείναμεν πόνους, ἵνα τὴν σὴν οὐσίαν πλατύνωμεν· καὶ βαδίζομεν ἐντεῦθεν λαβόντες μισθοὺς ὁμοίους τοῖς μὴ κεκμηκόσιν ὁμοίως ἡμῖν· ὁ πόνος ἀνόμοιος, καὶ τὸ κέρδος παρόμοιον· ὁ κόπος ἄνισος, καὶ τὸ κλέος ἐφάμιλλον. οὗτοι οἱ ἔσχατοι μίαν ὥραν ἐποίησαν, ἵνα μίαν ὥραν ἐγγύς σου κλαύσῃ γυνὴ πόρνη, καὶ λύσῃ τὰς τρίχας, ἃς ἔπλεκε πρὸ τούτου κακῶς, καὶ φιλήσῃ τοὺς ἀχράντους σου πόδας σώφροσιν χείλεσιν, καὶ προσενέγκῃ σοι τῷ οὐρανίῳ μύρον ἐπίγειον· ἔδωκας αὐτῇ πρεσβεῖα θυγατρὸς καὶ παρθένου· ἵνα μίαν ὥραν ἐσταυρωμένος λῃστὴς, ἐπὶ τοῦ σταυροῦ σοι προσφύγῃ καὶ βοή-
D σῃ· μνήσθητί μου κύριε ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου· ὑπὲρ μόνης τῆς φωνῆς ταύτης ἀνέῳξας αὐτῷ τὸν παράδεισον· ἵνα μίαν ὥραν μετανοήσῃ Παῦλος ὁ διώκτης, ὁ πολέμιος, εὐαγγελιστὴς ἀναδέδεικται· οὗτοι οἱ ἔσχατοι μίαν ὥραν ἐποίησαν, καὶ ἴσους ἡμῖν αὐτοὺς ἐποίησας τοῖς βαστάσασιν τὸ βάρος τῆς ἡμέρας καὶ τὸν καύσωνα. τί οὖν πρὸς τοὺς οὕτως διακειμένους ὁ φιλάνθρωπος κύριος; ἀποκριθεὶς ἑνὶ αὐτῶν εἶπεν· ἑταῖρε, οὐκ ἀδικῶ σε· ὢ φιλανθρωπίας ἀνυπερβλήτου· ὁ δεσπότης ὑπὲρ τῶν δούλων τῷ δούλῳ δικάζεται· ὁ κριτὴς ὑπὲρ τῶν κρινομένων ἀπολογεῖται τῷ κατηγόρῳ· ἑταῖρε, οὐκ ἀδικῶ σε, δικάσαι μοι κατὰ λόγον ἑταῖρε, καὶ μὴ ἀδίκως λυποῦ. διαλέχθητί μοι νομίμως, καὶ μὴ παρανόμως δυσχέραινε· εἰπὲ τί ἠδικήθης αὐτὸς τιμη-
E θέντος τοῦ συνδούλου σου; εἰπὲ τί ἐβλάβης αὐτὸς συμβασιλεύοντος ἔτι τοῦ σοῦ ἀδελφοῦ; οὐκ ἔλαβες, δι' ὃ ἐκάμες; οὐχ ὑπεδέξω τῆς ἡμέρας ὅλης τέλειον τὸν μισθόν; οὐκ ἀπέλαβες, ὅπερ ἐπόθεις; τί οὖν ἄλλο πλέον ζητεῖς; οὐχὶ δηναρίου συνεφώνησάς μοι; ὑπόμνησον ἑαυτὸν τῶν ἐμῶν ὑποσχέσεων, ἐφ' οἷς ἐμισθωσάμην σε τὴν ἀρχήν. εἰ παρὰ τὰ συγκείμενα ἐποίησά τι, δικαίως ἀγανακτεῖς· εἰ δὲ τὰς συνθήκας ἐπλήρωσα, μάτην ἐγκαλεῖς τῷ ἀνεγκλήτῳ. οὐχὶ δηναρίου συνεφώνησάς μοι; μή τι τῶν σῶν ἐμείωσα δωρεῶν; μὴ τὰ σὰ λαβὼν ἑτέροις παρέδωκα; μὴ τὴν σὴν δόξαν ἄλλοις ἀπένειμα; οὐχὶ τὴν ἐμὴν οὐσίαν, οἷς ἠθέλησα, κατεμέρισα; τί οὖν γογγύζεις βλαβεὶς ὡς δοῦλος, ὡς ἐλεύθερος τιμηθείς; τί οὖν γογγύζεις τοσοῦτον ὠ-

φεληθείς; τί φθονεῖς τοῖς σοῖς ἀδελφοῖς ἄφθονον ἔχων δεσπότην; ἆρον τὸ σὸν, καὶ ὕπαγε· ἀρκέσθητι τοῖς παροῦσιν· μὴ θέλε μόνος βασιλεύειν κεκλημένος μετὰ πολλῶν· ἀρκεῖ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν καὶ σοὶ καὶ πᾶσι τοῖς ἀξίοις αὐτῆς. θέλω δὲ τούτῳ τῷ ἐσχάτῳ δοῦναι ὡς καὶ σοί· τῷ θελήματί μου τίς ἀντιστήσεται; θεὸς ὁ δικαιῶν, καὶ τίς ὁ κατακρίνων; θεὸς ὁ χορηγῶν, τίς ὁ λογοθετῶν; θεὸς ὁ πλουτίζων, τίς ὁ γυμνῶσαι δυνάμενος; ὁ κριτὴς συνήγορος, τίς ὁ κατήγορος; ὁ δικαστὴς σύνδικος, τίς ἀντίδικος εὑρεθήσεται; θέλω δὲ τούτῳ τῷ ἐσχάτῳ δοῦναι ὡς καὶ σοί· οὐ φέρω τοὺς ἐμοὺς ἀνδριάντας γυμνοὺς δόξης καταλιπεῖν· οὐ φέρω τὴν ἐμὴν εἰκόνα πτωχεύουσαν παριδεῖν· οὐ φέρω μὴ συμβασιλεῦσαί μοι καὶ τούτους, δι' οὓς κατῆλθον ἐκ τῶν οὐρανῶν· θέλω δοῦναι τούτῳ τῷ ἐσχάτῳ ὡς καὶ σοί. ἔσχατος ἦλθεν, οἶδα κἀγώ· ἀλλὰ προσήγαγέν μοι πίστιν ἀπολογουμένην περὶ τῆς γεγενημένης βραδύτητος· ἐσχάτως ἦλθεν· ἀλλ' ἐπεδείξατο πόθον οἷον ποθῶ· ἐπλανήθη τὸν παρελθόντα χρόνον ὡς πρόβατον, ἀλλ' ἐπέγνω τὸν ποιμένα τὸ πρόβατον· ἐμὸς ἦν καὶ ὅτε ἐρρέμβετο. ἐσχάτως ἦλθεν, ἀλλὰ διὰ τῆς ἐμῆς κολυμβήθρας παρῆλθεν, ὥσπερ καὶ σύ· ἐσχάτως ἦλθεν, ἀλλὰ τῆς ἐμῆς τραπέζης ἀπήλαυσεν ὥσπερ καὶ σύ· ἐσχάτως ἦλθεν, ἀλλ' ἴδεν μου πᾶσαν τοῦ ἀμπελῶνος τὴν εὐπρέπειαν· ἴδεν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς τὸ φυτόν· κατεφίλησε τὰς ἀκάνθας, ἃς ἐστεφανοφόρησα δι' αὐτόν· περιεπτύξατο τὸν σταυρὸν, ὃν ὑπέμεινα δι' αὐτόν. οὐ δύναμαι οὖν τὸν οὕτω με ποθήσαντα, τὸν οὕτω πιστεύσαντα, μὴ τιμῆσαι πάσῃ σπουδῇ καὶ τιμῇ· ὡς ἐπίστευσας, ἐπίστευσεν· ὡς εὐπόρησας, εὐπόρησεν· ὡς προσεκύνησας, προσεκύνησεν· ὡς ἐβασίλευσας, ἐβασίλευσεν· ὡς ἔκαμες οὐκ ἔκαμεν, ἀλλ' ἐγὼ τῇ χάριτι τὸ λεῖπον ἀνεπλήρωσα. ἢ οὐκ ἔξεστί μοι ποιῆσαι ὃ θέλω ἐν τοῖς ἐμοῖς; μὴ γὰρ τὰ σὰ δαπανῶ; τὰ ἐμὰ χορηγῶ· μὴ γὰρ ἐν τοῖς σοῖς φιλοτιμοῦμαι; ἐν τοῖς ἐμοῖς αὐθεντῶ· μὴ γὰρ ἐπίτροπόν σε τῆς ἐμῆς κατέστησα γνώμης; μισθωτόν σε ἔλαβον ὡς ἐξ ἀρχῆς· μὴ γὰρ κύριόν σε τῆς ἐμῆς ἐξουσίας ἐχειροτόνησα; ὡς φιλάνθρωπος κοινωνὸν ἐποιησάμην τῶν ἐμαυτοῦ. εἰ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν, οὐ δύναται βλέπειν ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ ἴδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν· ἀθολώτου χρεία βλέμματος εἰς τὴν τῶν μυστηρίων ἐπίσκεψιν· καθαρᾶς χρεία ψυχῆς εἰς τὴν τῶν καθαρῶν κατανόησιν· ἴδετε πῶς ἀγαθὸς ὁ δεσπότης ἡμῶν· ἴδετε πῶς τοῖς ἐν διαφόροις καιροῖς προσιοῦσι, μίαν δὲ πίστιν καὶ προθυμίαν καὶ πολιτείαν ἐπιδεικνυμένοις, ὁμοίαις τιμαῖς καὶ δωρεαῖς ἠξίωσεν· ἴδετε πῶς καὶ τοὺς ἐσχάτους ἴσους τοῖς πρώτοις ἐποίησεν, διὰ τὴν ἄβυσσον τῶν αὐτοῦ οἰκτιρμῶν. ἐπήχθητε τοίνυν πρὸς τὸν φιλάνθρωπον· αὐτὸς καὶ νῦν ὑμᾶς ἐμισθώσατο· αὐτὸς λέγει καὶ πρὸς ὑμᾶς· ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν ἀμπελῶνα· θεὸς ὁ μισθούμενος, ὁ μισθὸς οὐράνιος· τὸ ἔργον σωτήριον· ὁ ἀμπελὼν εὐπρεπής, ἡ θύρα τοῦ ἀμπελῶνος, ἡ κολυμβήθρα καθέστηκεν· ἡ θεία χάρις εἰς θύραν τῆς κολυμβήθρας παριϊσταμένη καθάπερ φαιδρὰ πυλωρὸς πρὸς πάντας τοὺς δι' αὐτῆς εἰσιόντας βοᾷ· αὕτη ἡ πύλη τοῦ κυρίου, νεοφώτιστοι διελεύσονται δι' αὐτῆς. ἡμεῖς οὐ φθονοῦμεν ὑμῖν ὡς τελευταῖον ἐλθοῦσιν, καὶ τῆς αὐτῆς ἡμῖν δόξης μετέχουσιν· ἀλλὰ συγχορευόμεν ὡς ἀδελφοῖς καὶ συγχαίρομεν, ἡμετέραν δόξαν τὴν ὑμετέραν σωτηρίαν ἡγούμενοι. ποθήσατε οὖν τὸν καλέσαντα· λάβετε τῆς εἰς τὸν ἀμπελῶνα εὐπορείας τὴν πίστιν ὁδηγὸν ἀπλανῆ· πίστις γὰρ τῆς ἐπὶ τὴν κολυμβήθραν ὁδοῦ χειραγωγὸς ἀγαθός· πίστις χειμαζομένης φύσεως ἄγκυρα· πίστις ἀνθρωπότητος λιμὴν γαληνός· πίστις τῶν ἀοράτων κάτοπτρον τηλαυγές· πίστις τῆς ὁμοουσίου

A murmuras tanto beneficio cumulatus? quid fra-
tribus tuis invides, cum ab invidia dominum
habeas alienum? *Tolle quod tuum est, & vade:*
præsentibus contentus esto: noli solus regnare,
qui cum multis vocatus es: regnum cælorum
& tibi & omnibus qui eo digni sunt, sufficit.
Volo autem & huic novissimo dare sicut & tibi. Matth. 20. 14.
Voluntati meæ quis resistet? *Deus est qui justi-* Rom. 8. 34.
ficat, quis est qui condemnet? Deus est qui lar-
gitur, quis est qui rationem reposcat? Deus est
qui ditat, quis est qui spoliare possit? judex pa-
tronus est, quis accusator erit? disceptator ad-
vocatus est, quis adversarius reperietur? *Volo*
autem & huic novissimo dare sicut & tibi. Non
possum mea simulacra gloria destituta derelin-
quere: non possum meam imaginem despicere
indigentem, mendicantem: non patior non illos
B quoque mecum regnare, quorum causa de cælo
descendi: *Volo dare huic novissimo sicut & tibi.*
Novissime venit: hoc ego quoque probe novi;
sed mihi fidem obtulit, quæ præcedentem tar-
ditatem excusat; novissime venit, sed amorem
ostendit qualem amo: erravit tempore elapso Ps. 118. 176.
sicut ovis, sed pastorem ovis agnovit: meus
erat hic etiam quando vagabatur. Novissime ve-
nit, at per meum lavacrum transivit sicut &
tu: novissime venit, at mensæ meæ sicut & tu
factus est particeps: novissime venit, at omnem
vineæ meæ decorem conspexit: ligni vitæ plan-
tam conspexit: exosculatus est spinas quibus fui
propter ipsum coronatus: amplexatus est cru-
cem, quam propter ipsum sustinui. Non possum
eum qui me tantopere adamavit, qui ita credi-
dit, non omni studio, omni honore decorare:
C sicut credidisti, credidit: sicut abundasti, abun-
davit: sicut adorasti, adoravit: sicut regnasti,
regnavit: sicut laborasti, non laboravit; verum
ego gratia defectum supplevi. *Aut non licet*
mihi facere quæ volo, in iis quæ mea sunt? num
enim res tuas expendo? res meas dilargior: num
tuis sumtibus munificentiam meam exerceo? de
rebus meis pro mea auctoritate statuo: num te
voluntatis meæ curatorem constitui? mercena-
rium te assumsi a principio: num enim te meæ
potestatis dominum designavi? ut benignus par-
ticipem rerum mearum te feci. Si oculus tuus
nequam est, videre nequit ea quæ oculus non
vidit, neque auris audivit: aspectu minime in-
D quinato est opus ad hæc mysteria contuenda:
anima pura est opus ad intelligenda quæ pura
sunt. Vidistis quo pacto bonus sit Dominus no-
ster: vidistis quo pacto iis qui diversis tempo-
ribus accesserunt, unam autem fidem, & animi
studium & conversationem ostenderunt, pari-
bus honoribus muneribusque dignatus sit: vidi-
stis quo pacto novissimos etiam æquales fecerit
primis propter abyssum miserationum suarum.
Adducti estis ad benignum dominum: ipse
nunc etiam vos conduxit: ipse vobis etiam
dicit, *Ite & vos in vineam:* Deus est qui con-
ducit, merces cælestis, opus salutare, vinea spe-
ciosa: vineæ janua, lavacri piscina constitu-
ta est: divina gratia pro foribus astans pisci-
næ tamquam elegans ostiaria ad omnes qui
E per eam ingrediuntur, clamat, Hæc porta Do-
mini, recens illuminati intrabunt per eam.
Nos vobis nequaquam invidemus, ut qui po-
stremo veneritis, & quibus tamen eadem gloria
nobiscum obvenerit: sed cum ejus consortibus
tamquam cum fratribus exsultamus, atque gra-
tulamur, & salutem vestram, nostram gloriam
arbitramur. Itaque eum, qui vocavit vos, ada-
mate: accipite facilis in vineam ingressus cer-
tum & erroris nescium ducem, fidem: fides
enim ad baptismi piscinam quasi optimus ductor
viam monstrat: fides, naturæ ancora tempe-
state jactatæ; fides, humani generis tranquillus
portus; fides, eorum quæ sub oculos minime
cadunt, splendidum speculum; fides, consub-

stantialis Trinitatis doctor exactus: fides, ut illa salutaria verba proferremus, effecit: Credo in unum Deum Patrem omnipotentem. Credo, non scrutor: credo, non persequor id quod comprehendi non potest: credo, non metior id quod immensum est. Si credam, mente illuminor: si curiose inquiram, tenebras rationi meæ offundo: si recte credam, in cælum attollor: si curiose quæram, præcipitor in profundum. Credo in unum ac solum verum & Deum & Patrem omnipotentem. Deos a Paganis per errorem confictos abnego: non enim cælum incolit multitudo deorum. Unum solum Deum celebro: Arianismum odi: non dico, Erat tempus, cum non erat Pater: sed Deum, semper Deum, semper Patrem eumdem prædico: qui sic est Pater, ut novit ipse. Credo in Dominum nostrum Jesum Christum Filium ejus unigenitum, ex ipso genitum ante omnia sæcula, ut solus ipse, qui est genitus, novit: genitum non factum, genitum non creatum, genitum non conditum, cum qui sine tempore e substantia paterna resplenduit, non exterius advenientem alicunde, non suppostitium, aut spurium Filium, sed genuinum splendorem genuini Patris, invisibilis formæ per omnia similem figuram. Christum novi Filium Dei & Patris ut Deum: Christum novi filium ancillæ suæ ac matris, ut hominem, apparentem; Christum novi hominibus consubstantialem, ut hominem ex homine. Christum novi cælestem & terrenum: novi Christum invisibilem & visum: novi Christum non contrectabilem, & a Thoma contrectatum: Christum novi millia multa verbo nutrivisse, per fluctus iter fecisse, dæmonibus imperasse, mortuos suscitasse, atque miracula infinita virtute propriæ divinitatis edidisse. Christum novi esuriisse, sitivisse, defatigatum fuisse, & angore correptum, ac sudasse humanitatis natura. Christum novi ut Deum passionis expertem: Christum novi mortuum esse ac passionem carne subiisse. Christum novi secundum eum, qui quantum fieri potuit, mortem sustinuit: Christum novi, qui sui corporis templum excitavit: duarum ejus naturarum discrimen intelligo: unum Filium in filios duos non divido. Credo & in Spiritum sanctum, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, Trinitatis complementum. Ab hoc me sanctitatem adepturum confido, ab hoc spero futuram mortuorum resurrectionem.

4. Hæc animo perpetuo linguaque meditamini: hæc affectu & ore continuo vociferamini. Habetis Apostolicam fidei ac religiosæ conversationis regulam; sine fide namque mortua sunt opera. Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ: *Sicut enim exhibuistis membra vestra arma iniquitatis peccato: ita exhibete membra vestra arma justitiæ Deo.* (Rom. 6. 19.) Fornicator, temperans fiat: injustus, fiat justus: raptor, liberalis: avarus, pauperum amator: inhumanus & auri cupidus olim, nunc Christi studiosus appareat: blasphemus, cantor hymnorum: qui ad theatra currebat, deinceps ad atria Dei currat: qui decursionum equestrium amore insaniebat, Apostolis operam det, quorum cursus est imitatoribus salutaris: ut qui futuri sponsæ Christi sitis, ita vestras animas & corpora exornate. Oculi vestri sint ejus quæ est in anima tranquillitatis imagines: vultus, interioris pietatis sint effigies eminentes: ora vestra psalmorum suaves odores atque hymnorum emittant: sint composita & modesta, convenientia virgini mox nupturæ: sint animæ puræ, candidæ, ut genuino regiæ purpuræ colore tingantur. Postquam autem ad thalamum Spiritus perveneritis: postquam in sponsale gratiæ conclave irrepseritis: postquam prope tremendam simul & expetendam baptismi piscinam constiteritis, velut captivi coram rege procideritis, omnes simul in genua vos projicite,

A τριάδος διδάσκαλος ἀκριβής· ἡ πίστις λέγειν ἡμᾶς παρεσκεύασεν ἐκεῖνα τὰ σωτήρια ῥήματα· πιστεύω εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα· πιστεύω οὐκ ἐρευνῶ· πιστεύω οὐ διώκω τὸ ἀκατάληπτον· πιστεύω οὐ μετρῶ τὸ ἀμέτρητον. ἐὰν πιστεύσω, φωτίζομαι τὴν ψυχήν· ἐὰν περιεργάζωμαι, σκοτίζω μου τοὺς λογισμούς· ἐὰν πιστεύσω καλῶς, ἀνυψοῦμαι πρὸς οὐρανόν· ἐὰν ζητήσω περιέργως, καταφέρομαι πρὸς βυθόν. πιστεύω εἰς ἕνα καὶ μόνον ἀληθῆ καὶ θεὸν καὶ πατέρα παντοκράτορα. ἀρνοῦμαι τοὺς παρὰ τῶν Ἑλλήνων πεπλανημένους θεούς· πολυθεΐα γὰρ οὐρανὸν οὐκ οἰκεῖ· ἕνα καὶ μόνον θεὸν ἀνυμνῶ· μισῶ τὸν Ἀρειανισμόν· οὐ λέγω, ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν πατήρ· ἀλλὰ ἀεὶ θεὸν τὸν θεόν· ἀεὶ πατέρα τὸν αὐτὸν κηρύττω· οὕτως ὄντα πατέρα ὡς οἶδεν αὐτός. πιστεύω εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν
B υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, ὡς αὐτὸς μόνος οἶδεν ὁ γεννηθείς· γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα· γεννηθέντα οὐ κτισθέντα· γεννηθέντα οὐ δημιουργηθέντα· ἐκ τῆς πατρῴας οὐσίας ἀχρόνως ἐκλάμψαντα, οὐκ ἔξωθεν ἐπεισελθόντα ποθέν· οὐχ ὑποβολιμαῖον, ἢ νόθον υἱόν, ἀλλὰ γνήσιον ἀπαύγασμα τοῦ γνησίου πατρός· ἀπαράλλακτον χαρακτῆρα ἀοράτου μορφῆς. οἶδα τὸν Χριστὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ὡς θεόν· οἶδα τὸν Χριστὸν υἱὸν τῆς δούλης αὐτοῦ καὶ μητρός, φαινόμενον ὡς ἄνθρωπον· οἶδα τὸν Χριστὸν ὁμοούσιον τοῖς ἀνθρώποις, ὡς ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπου. οἶδα τὸν Χριστὸν ἐπουράνιον καὶ ἐπίγειον· οἶδα τὸν Χριστὸν ἀόρατον καὶ ὁρώμενον· οἶδα τὸν Χριστὸν ἀψηλάφητον, καὶ παρὰ τοῦ Θωμᾶ ψηλαφούμενον. οἶδα Χριστὸν χιλιάδας ῥήματι θρέψαντα,
C καὶ τοῖς κύμασιν ἐπιβαδίσαντα, καὶ τοῖς δαίμοσιν ἐπιτάξαντα, καὶ νεκροὺς ἀναστήσαντα, καὶ μυρία ποιήσαντα θαύματα τῇ δυνάμει τῆς οἰκείας θεότητος. οἶδα τὸν Χριστὸν πεινάσαντα καὶ διψήσαντα, καὶ κοπιάσαντα, καὶ ἀγωνιάσαντα, καὶ ἱδρώσαντα τῇ φύσει τῆς ἀνθρωπότητος. οἶδα τὸν Χριστὸν ὡς θεὸν ἀπαθῆ· οἶδα τὸν Χριστὸν ἀποθανόντα, καὶ σαρκὶ τὸ πάθος δεξάμενον· οἶδα τὸν Χριστὸν κατὰ τὸ δυνατὸν ὑπομείναντα τὴν τελευτήν· οἶδα τὸν Χριστὸν ἀναστήσαντα τοῦ σώματος αὐτοῦ τὸν ναόν. γνωρίζω τῶν δύο φύσεων αὐτοῦ τὸ διάφορον· οὐ μερίζω τὸν ἕνα υἱὸν εἰς δύο υἱούς. πιστεύω καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας τὸ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ τῆς τριάδος συμπληρωτικόν· αὐτῷ θαρρῶ τὸν ἐμὸν ἁγιασμόν,
D αὐτῷ θαρρῶ τὴν ἐκ τῶν νεκρῶν ἐξανάστασιν.

Ταῦτα τῇ ψυχῇ καὶ τῇ γλώττῃ μελετᾶτε διαπαντός· ταῦτα τῷ φρονήματι καὶ τῷ στόματι βοᾶτε διηνεκῶς. ἔχετε τὸν ἀποστολικὸν ὅρον τῆς πίστεως καὶ πολιτείας θεοφιλοῦς· ἄνευ γὰρ τῆς πίστεως τὰ ἔργα νεκρά. ἀνθρώπινον λέγω διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν· ὥσπερ γὰρ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ, οὕτως παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα δικαιοσύνης τῷ θεῷ. ὁ πόρνος γενέσθω σώφρων· ὁ ἄδικος γενέσθω δίκαιος· ὁ ἅρπαξ εὐμετάδοτος· ὁ πλεονέκτης φιλόπτωχος· ὁ ἀπάνθρωπος καὶ φιλόχρυσος πρὸ τούτου, νῦν φανήτω φιλόχριστος· ὁ βλάσφημος, ὑμνολόγος· ὁ τρέχων εἰς θέατρα, τρεχέτω λοιπὸν εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ θεοῦ· ὁ τοῖς δρόμοις τῶν ἵππων ἐπιμαινόμενος, σχολασάτω τοῖς ἀποστόλοις,
E ὧν ὁ δρόμος τοῖς μιμουμένοις σωτήριος· ὡς μέλλοντες χρηματίζειν νύμφαι Χριστοῦ, οὕτως στολίσατε τὰς ὑμετέρας ψυχὰς καὶ τὰ σώματα. ἔστω ὑμῶν τὰ βλέμματα τῆς κατὰ ψυχὴν γαλήνης ἐξεικονίσματα· ἔστωσαν αἱ ὄψεις τῆς ἔνδον εὐλαβείας χαρακτῆρες σαφεῖς· ἔστω ὑμῶν τὰ στόματα ψαλμῶν καὶ ὕμνων εὐωδίαν ἐκπέμποντα, κόσμια, σώφρονα, πρέποντα παρθένῳ μελλούσῃ νυμφεύεσθαι· ἔστωσαν αἱ ψυχαὶ καθαραί, λευκαί, ἵνα γνησίαν τῆς βασιλικῆς ἁλουργίδος τὴν βαφὴν ὑποδέξωνται. ἐπειδὰν δὲ καταλάβητε τὸν νυμφῶνα τοῦ πνεύματος, ἐπειδὰν εἰσδράμητε τὴν παστάδα τῆς χάριτος, ἐπειδὰν πλησίον γένησθε τῆς φοβερᾶς ὁμοῦ καὶ ποθεινῆς κολυμβήθρας, ὡς αἰχμάλωτοι προσπέσητε τῷ βασιλεῖ, ῥίψατε πάντες ὁμοίως ἐπὶ γόνατα,

A ναζα, καὶ τὰς χεῖρας ἀνατείναντες εἰς τὸν οὐρανὸν ὅπου κάθηται βασιλικῶς ὁ πάντων ἡμῶν βασιλεύς, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς εὐθύναντες πρὸς τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμόν, τοιούτοις πρὸς τὸν φιλάνθρωπον χρήσασθε ῥήμασιν· ἄνοιξον ἡμῖν τὸν ἀμπελῶνά σου, κύριε· εἰ καὶ περὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν ἐφθάσαμεν· μὴ ὀργισθῇς ἡμῖν ὡς βραδύνασιν, δέσποτα· μηδὲ κλείσῃς εἰς τὰς ἡμετέρας ὄψεις τῆς σῆς φιλανθρωπίας τὰς θύρας· κατέγνωμεν τῆς φθασάσης ἡμῶν ἀργίας· κατέγνωμεν τῆς παραλαβούσης ἡμέρας τὴν ῥαθυμίαν· ἐβλάβημεν παρακούσαντες· ἐζημιώθημεν καθευδήσαντες, ἐναυαγήσαμεν τερπόμενοι· ἐγυμνώθημεν παίζοντες καὶ παιζόμενοι· ἀπωλόμεθα τοῖς ματαίοις ψυχαγωγούμενοι. μόλις ἐγρηγορήσαμεν· μόλις ἀνενήψαμεν· μόλις εὕρομεν B τὸ συμφέρον· μόλις ἐφύγομεν τὸν πόλεμον· ἀπεταξάμεθα τῷ πονηρῷ παντελῶς· ἀπεταξάμεθα τοῖς ὀλεθρίοις κακοῖς καὶ τερπνοῖς σχολάσαι· τῷ σωτῆρι λοιπὸν συντασσόμεθα, τῷ μόνῳ θεῷ. δέξαι τὸ γραμματεῖον τῆς ὁμολογίας ἡμῶν· ἵνα φοβούμενοι τὸ πρόστιμον, ἐμμένωμεν οἷς καὶ συνεθέμεθα· δέξαι τὸ σύμβολον τῶν πρὸς σὲ συνθηκῶν, ἵνα τὸ σύμβολον αἰσχυνόμενοι, τὸν τρόπον ἡμῶν ἀπερίτρεπτον καθιδρύσωμεν· οἰκτείρησον τοὺς σοὺς δούλους, τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ γυμνοὺς καὶ νεκρούς· ἀπόδος ἡμῖν τὴν ἀρχαίαν συγγένειαν· ἔνδυσον οὓς ὁ διάβολος ἀπεγύμνωσεν· χρῖσον ἡμᾶς τῷ ἐλαίῳ τῆς ἁγίας σου χρίσεως· ἵνα μὴ βλαβῶμεν ἐὰν πάλιν δαχθῶμεν ὑπὸ τοῦ ὄφεως. θέλομεν ἐργάσασθαι τὰς σὰς ἐντολάς· θέλομεν εὑρεθῆναι τοῦ ἀμπελῶνος ἐντός· θέC λομεν ὡς ἐγγίζοντές σοι χρηματίζειν· ἐργάται, ἐζήσαμεν πάσας ἡμῶν τὰς ἡμέρας κακῶς· θέλομεν ζῆσαι τὰς ὑπολοίπους καλῶς. θέλοις ὡς πόρνοις συγχωρῆσαι, συγχώρησον· θέλοις ὡς τελώνας περιποιήσασθαι· θέλοις ὡς λῃστὰς φιλανθρωπεύσασθαι. θέλοις ὡς διώκτας περισῶσαι· περίσωσον, ὡς θέλεις· ἐλέησον μετανοοῦντας οἷς ἐμακροθύμησας ἐξαμαρτάνουσιν· ἐλέησον προσπίπτοντας οὓς καὶ ἀπολακτίζοντας οἰκτείρες· ἐλέησον καθικετεύοντας οὓς ὑβρίζοντας ἔφερες. ἄνοιξον ἡμῖν τοῖς χειμαζομένοις τὸν τῆς κολυμβήθρας λιμένα· ἄνοιξον ἡμῖν τετραυματισμένοις τὸ ἀνώδυνον ἰατρεῖον· ἄνοιξον τοῖς παλαιωθεῖσιν τὸ ἄλυπον χωνευτήριον· ἄνοιξον τοῖς χρεωστοῦσιν θάνατον τὸν ἀκίνδυνον τάφον· ἄνοιξον ἡμῖν τῆς τριημέρου σου νεκρώσεως τὸ ζωηφόρον ἐκτύπωμα· ἄνοιξον ἡμῖν τῆς παλιγγενεσίας τὴν παρθένον γαστέρα· ἄνοιξον ἡμῖν τῆς υἱοθεD σίας τὴν ἄφθαρτον μητέρα· ἄνοιξον ἡμῖν τῆς ἀθανασίας τὴν πύλην· ἄνοιξον ἡμῖν τὴν θύραν τῶν οὐρανῶν· ὅτι σὺ εἴρηκας, κρούετε καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν· ἅπερ εἶπας, ἀληθείᾳ πλήρωσον· ἅπερ ἐλάλησας ὡς ἀψευδὴς ἐπιτέλεσον. πιστεύομεν ὅτι δύνασαι πάντα ποιῆσαι· πιστεύομεν ὅτι δύνασαι τὸν ἁμαρτημάτων ἡμῶν ἀποπλῦναι τὸν βόρβορον· πιστεύομεν ὅτι δύνασαι διὰ πνεύματος καὶ ὕδατος ἀναγεννῆσαι τοὺς ἐν ἁμαρτίαις γηράσαντας· πιστεύομεν ὅτι δύνασαι τὴν ξένην λοχείαν ἐργάσασθαι· πιστεύομεν ὅτι δύνασαι γυναῖκας καὶ βρέφη καὶ νέους, καὶ ἄνδρας καὶ γέροντας ἐκ τῶν ὑδάτων νεοπλάστους ἀναγαγεῖν ὡς ἀρτιτοκα βρέφη· πιστεύομεν ὅτι δύνασαι τοῖς ὕδασιν ἀποπνῖξαι τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καθάπερ τὸν Φαραὼ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ E πᾶσαν κατέκλυσας· πιστεύομεν ὅτι δύνασαι σωτηρίας ὁδὸν ἐξευρεῖν, ὡς ποτὲ τοῖς Ἰσραηλίταις ἐδημιούργησας ὁδὸν ἐν μέσῳ θαλάσσης· πιστεύομεν ὅτι δύνασαι τοσαῦτα ὅσα καὶ θέλεις. ταῦτα λέγοντες πρὸς τὸν κύριον ἐπιμείνατε, ἵνα εἴπῃ καὶ πρὸς ὑμᾶς ὁ πατήρ· πιστεύετε ὅτι δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι· κατὰ τὴν πίστιν ὑμῶν γενηθήτω ὑμῖν. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ΜΕΓΙΣΤΟΝ ἐστὶ διδασκαλεῖον τὸ τῆς ἐκκλησίας στάδιον, πλουσίων παιδευτήριον, πενήτων καταφύγιον. φέρε τοίνυν, ἀγαπητοί, ἐπειδήπερ [a] ἐν τῷ σκάμματι τῆς διδασκαλίας ἑστήκαμεν, τοῖς τοῦ προλαβόντος διδάγμασιν ἐξακολουθήσαντες, τὰ ἀρτίως εἰρημένα ἐν χερσὶ λαβόντες, πᾶσιν ὑμῖν τὰς παρ' ἡμῶν ὀφειλομένας ψεκάδας τοῦ λόγου δροσίσωμεν. ἦν δὲ ἡμῖν τὸ ἀνάγνωσμα διηγούμενον πλουσίου καὶ πένητος πολιτείαν· πλουσίου μὲν τὸν βίον τῇ τρυφῇ βεβαπτισμένον· πένητος δὲ τὸν βίον [b] τῇ πτωχείᾳ κατεστιγμένον. ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος, καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον, εὐφραινόμενος καθ' ἡμέραν λαμπρῶς· πτωχὸς δέ τις ἦν Λάζαρός τις ὀνόματι, ὃς ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα τοῦ πλουσίου ἡλκωμένος, καὶ ἐπιθυμῶν ἀπὸ τῶν πιπτόντων ψιχίων τῆς τραπέζης τοῦ πλουσίου μεταλαβεῖν, καὶ οὐδεὶς ἐδίδου αὐτῷ· ἀλλὰ καὶ οἱ κύνες ἐρχόμενοι ἔλειχον τὰ ἕλκη αὐτοῦ. ἀναγκαῖον τοίνυν διηγήσασθαι, ἀγαπητοί, τὰ κατὰ μέρος· ἵν' ὥσπερ οἱ πλωτῆρες ἐκ τῆς τῶν προπλεόντων πείρας, φύγωμεν καὶ ἡμεῖς τὰς ὑφάλους τῶν ναυαγίων πέτρας· ἵν' οἱ μὲν πλούσιοι ἐκ τῆς τοῦ προλαβόντος πλουσίου τιμωρίας ἑαυτοὺς σωφρονίσωσιν· οἱ δὲ πένητες τὰς ἑαυτῶν ἐλπίδας ἐν Λαζάρῳ ὁρῶντες περιλαμπούσας, προθύμως τὸν δρόμον τῆς θλίψεως διεκδράμωσιν. ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος. ἄνθρωπος· οὐ τετίμηται τῇ τοῦ ὀνόματος προσηγορίᾳ· ὥσπερ ὁ δίκαιος Ἰώβ· ἄνθρωπός τις ἦν ἐν χώρᾳ τῇ Αὐσίτιδι, ᾧ ὄνομα Ἰώβ. τούτου δὲ παρασεσιώπηται τὸ ὄνομα· ὁ γὰρ ἄκαρπος, ἐστέρηται καὶ τοῦ ὀνόματος. δικαίων γὰρ καὶ τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς· ἁμαρτωλῶν δὲ ἐξαλειφθήσεται· μόνον ἔχων τὸ κοινὸν τῆς φύσεως ὄνομα ἄνθρωπος· τοῦτο γὰρ πάντων κοινὸν τὸ ὄνομα· ἰδιάζουσαν δὲ τῆς κακίας τὴν ὠμότητα. ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος· συγγενὴς μὲν τοῦ πένητος Λαζάρου κατὰ τὴν τοῦ σώματος φύσιν, ξένος δὲ τῆς ἐν Χριστῷ κληρονομίας διὰ τὴν τῆς προαιρέσεως μοχθηρίαν. ἄνθρωπός τις ἦν· ἄνθρωπος μὲν ἦν τῷ σχήματι, τῷ δὲ φρονήματι θηρίον μονοφάγον· ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος· πλούσιος ἐν κτήμασι, πλούσιος ἐν ἐγκλήμασι· πλούσιος ἐν χαλκῷ, πλούσιος ἐν ἰῷ ἁμαρτίας· ἀργύρῳ περιλαμπόμενος· ἀλλ' ἁμαρτίαις σκοτιζόμενος· πλούσιος ἐν χρυσῷ, [c] ἀλλὰ πτωχὸς ἐν Χριστῷ· ἐσθῆτα ἔχων πολλήν, ἀλλὰ γυμνὴν ἔχων τὴν ψυχήν· πολυτελῆ ἐσθῆτα φυλάσσων, καὶ σῆτας ἐκτρέφων πολλούς. ἄνθρωπός τις πλούτῳ κομῶν, ἄνθος δικαιοσύνης οὐκ ἔχων· δένδρον φθινοπωρινόν, ἄκαρπον, δὶς ἀποθανόν. ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος, καὶ ἐνεδιδύσκετο βύσσον· πορφύραν μὲν εἶχε τὸ ἔνδυμα· τῆς βασιλείας δὲ τοῦ θεοῦ ἀπέρριπτο· πορφύραν εἶχεν οὐ τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ ἐρραντισμένην, ἀλλ' ἐξ αἵματος [d] κοχλίου θαλάσσης βεβαμμένην· οὐ βασιλείαν οὐρανῶν μνηστευομένην αὐτῷ, ἀλλὰ φοβερὰν φλόγα γεέννης αὐτῷ περιλάμπουσαν. ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος, καὶ ἐνεδιδύσκετο βύσσον καὶ πορφύραν, εὐφραινόμενος καθ' ἡμέραν λαμπρῶς. εὐφραινόμενος οὐχ ὡς οἱ δίκαιοι ἐν κυρίῳ· δικαίων γὰρ εὐφροσύνη μνήμη θεοῦ, ὡς μαρτυρεῖ μοι Δαυὶδ λέγων, ἐμνήσθην τοῦ θεοῦ, καὶ ηὐφράνθην· εὐφραινόμενος ἐν μέθαις, ἐν ἀσωτίαις, ἐν κραιπάλαις, ἐν ἀταξίαις, οὐδὲν ἀπεοικὼς χοίροις ἐν βορβόροις κυλινδουμένοις. πτω-

A De Lazaro & Divite, Homilia sexta.

1. MAXIMA quædam est schola stadium Ecclesiæ, divitum ludus literarius, ac perfugium egenorum. Age ergo, dilectissimi, quandoquidem in arenam doctrinæ descendimus, præcedentis Evangelii documenta persequentes, iis quæ paulo ante dicta sunt in manus sumtis, vobis omnibus debitas a nobis orationis stillas, quasi roris guttas, aspergamus. Porro divitis nobis & pauperis conversationem lectio narrabat: divitis quidem vitam deliciis immersam; pauperis autem vitam paupertate maceratam. *Homo quidam erat dives, & indue-* B *batur bysso & purpura, qui epulabatur quotidie splendide. Erat autem quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad januam divitis, ulceribus plenus, & cupiens particeps fieri micarum, quæ cadebant de mensa divitis: & nemo illi dabat. Sed & canes veniebant & lingebant ulcera ejus.* (Luc. 16. 19.) Operæ precium est itaque, dilectissimi, sigillatim hæc exponere: ut quemadmodum illi, qui navigant, ex eorum qui navigatione ante perfuncti sunt, malis edocti, nos quoque naufraga sub mari latentia saxa vitemus: ut divites quidem ex præcedentis divitis supplicio seipsos corrigant; pauperes vero, dum præfulgentes in Lazaro spes suas intuentur, alacriter cursum afflictionis decurrant. *Homo quidam erat dives.* Non dignatus est eum nominis sui appellatione C decorare, quemadmodum Job justum: *Homo quidam erat in regione Ausitide, cui nomen Job*; (Job. 1. 1.) sed hujus nomen silentio est suppressum. Qui enim est infructuosus, etiam nomine privatur: nam justorum etiam nomina sunt in libro vitæ, peccatorum vero nomina delebuntur: tantum habet naturæ commune nomen, homo: hoc enim omnium est commune nomen: propriam autem nequitiæ suæ crudelitatem. *Homo quidam erat dives*; cognatus quidem pauperis Lazari, si naturam corporis spectes: peregrinus autem & alienus ab hereditate Christi propter voluntatis improbitatem. Homo quidam erat; homo quidam corporis specie, animi vero sensu bellua, quæ sola pascatur. *Homo quidam erat dives:* dives possessionibus, dives criminibus: dives ære multo, dives ærugine peccati: argen- D to circumfulgens, sed obtenebratus peccatis: dives in auro, sed egenus in Christo: cui multa quidem vestis erat, sed animam nudam habebat: qui preciosas vestes servabat, ac tineas multas alebat. *Homo quidam*, divitiis luxurians, florem justitiæ non habens, arbor autumnalis, infructuosa, bis mortua. *Homo quidam erat dives, & induebatur bysso*; purpura quidem illi vestimentum erat, sed a regno Dei rejectus erat: purpuram habebat, non sanguine Christi aspersam, sed marini conchylii sanguine tinctam, quæ non regnum illi cælorum spondebat, sed formidabilem gehennæ flammam suo splendore prænunciabat. *Homo quidam erat dives, & induebatur bysso & purpura, qui epulabatur quotidie splendide.* Epula- E batur & delectabatur, non ut justi in Domino: justorum quippe delectatio est Dei recordatio, cujus mihi rei testis est David dicens, *Memor fui Dei & delectatus sum.* (Ps. 76. 3.) Delectabatur & gaudebat in ebrietatibus, in luxuriosis comessationibus, in helluationibus, in tumultu; nihil dissimilis porcis, qui in luto volutantur. *Erat*

a Collata cum quinque Codicibus mss. ἐν τῷ σκάμματι. Alii, ἐν τῷ σταδίῳ, & paulopost, διδάγμασιν ἀκολουθοῦντες.
b Sic omnes præter Morel. qui habet, πτωχείαν κατεστιγμένον.
c Alii, ἀλλὰ μέτριος ἐν Χριστῷ, non recte.

d Hic magna est lectionum varietas. Savil. & duo habent, κόχλου θαλαττίου; unus, κόχλου θαλάσσας; alius, κοχύλης θαλασσίας. Morel. κοχλίου θαλάσσης.

autem quidam mendicus Lazarus: nomen pauperis dixit, ac mendicum honore, nomine ipsius expresso, affecit. *Erat autem mendicus quidam Lazarus, qui jacebat ad januam ejus*, mendicitatis procella vehementer jactatus: at enim post non multum tempus ad tranquillum Abrahæ sinum stipantibus ejus latus angelis est provectus. *Erat autem quidam mendicus Lazarus, qui ad januam divitis jacebat ulceribus plenus.* O quantis erat malis mendicus obsessus! a gravissima paupertate, tamquam a violenta grandine diverberabatur: ab ebullientibus pustulis tamquam carbonibus scintillas emittentibus, corrodebatur: undique in eum torrentes afflictionum irruebant, quibus & corpus conficiebatur & cor exedebatur: nullam tranquillitatis quietem poterat ob-
2. Cor. 7. 5. tinere: *Foris pugnæ, intus timores*; exterius siquidem corpus a pustulis vexabatur, & interius cor incurabilibus curis exedebatur. Non illi segetum ferax ager panis semen proferebat: non illi dulcibus turgidum acinis racemum vitis producebat: non dulcissimos illi fructus autumnales arbor suppeditabat: non aliud quidpiam ex terræ frugibus ad egestatis solatium suppetebat. Quomodo habuisset, cum illi ne spithama quidem arabilis terræ locus esset, neque unius cubiti solum ad habitandum; verum in fimo sub dio jaceret? Fimus illi noctu atque interdiu amictus erat, a quo hiemis quidem tempore paululum fovebatur; æstate vero graviter urebatur: corpus illi erat vulneribus variegatum & compunctum, ad agros colendos imbecilium, ad iter conficiendum inutile, ad alios vitæ usus & ad commoda ineptum. Undique illi difficultates, undique angustiæ: gemitus illi ante lacrymas tribulorum in modum in corde pullulabant: lacrymarum rivi per genas illi ferebantur, easque præ nimia assiduitate rivis quibusdam sulcabant: mortem in somnis meditabatur: mortem post somnum circumspiciebat; nec uspiam inveniebat: laborum enim longarumque curarum remedium mortem exquirebat, nihil dissimilis Jobo multis ærumnis exercito: nam & ille pecuniis amissis, armentis, prædiis, ad extremum corpore vermibus resperso in fimo jacebat, ac mortem optabat. Quid enim dice-
Job. 3. 20. bat? *Ut quid data est eis qui in amaritudine sunt lux, & vita animabus, quæ sunt in doloribus? Qui desiderant mortem & non contingit illis; effodientes eam quasi thesaurum; læti autem fiunt si fuerint consequuti: mors enim viro requies. Sed & cupiebat*, inquit, *saturari de micis, quæ cadebant de mensa divitis: & nemo illi dabat.* O vitæ rationem inauditam! dives quidem opibus circumfluens, deliciis sese ingurgitabat & helluabatur; pauper autem cui ne gutta quidem opum suppetebat, paupertatis æstu torridus contabescebat. Quare vero non illis moderata cum prosperitate obtigit vitæ cursus cum mutuo inter se commercio transactus? Ut nimirum illustrem patientiæ coronam pauper acciperet; dives autem efferatæ animæ suæ acerbas uvas suis dentibus manderet. Sed & canes venientes lingebant ulcera ejus. Generosiores divite canes, ejus inhumanitate meliores; illo ne guttam quidem olei pauperi aspergente, canes dentium cuspidem humanitate mollientes eum tenera lingua curabant: ut sordes omnes atque vulnerum ejus omnem saniem abstergentes, & acerba ejus ulcera lævitate linguæ mitigantes, ejus vulnerum dolores subtraherent. At ille dives ne aspectu quidem placido pauperem unquam dignabatur: neque verbo quantumvis inutili: non illi vestem laceram projiciebat, non reliquias tinearum, non consumtum rubigine obolum unum, non panem, non exesum mucore panis frustum, sed omnia in ventrem suum tamquam in cauponam per gutturis infundibulum demittebat.

A χὸς δέ τις ἦν Λάζαρος. εἶπε τοῦ πένητος τὸ ὄνομα, τιμῶν τὸν πτωχὸν διὰ τῆς τοῦ ὀνόματος προσηγορίας· πτωχὸς δέ τις ἦν Λάζαρος, ὃς ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα αὐτοῦ, τῇ τρικυμίᾳ τῆς πτωχείας σφοδρῶς κλονούμενος, ἀλλὰ μετ' οὐ πολὺ εἰς τὸν εὔδιον κόλπον τοῦ Ἀβραὰμ ὑπ' ἀγγέλων δορυφορούμενος· πτωχὸς δέ τις ἦν Λάζαρος, ὃς πρὸς τὸν πυλῶνα τοῦ πλουσίου ἐβέβλητο ἡλκωμένος. ὢ πόσοις κακοῖς ὁ πτωχὸς συνείχετο· ὑπὸ τῆς βαρυτάτης πενίας, ὥσπερ ὑπὸ χαλάζης βιαίας ἐκολαφίζετο· ὑπὸ τῶν ἀναζεουσῶν φλυκταινῶν, ὥσπερ ὑπὸ ἀνθράκων σπινθηροβόλων διεσθίετο· πανταχόθεν χείμαῤῥοι αὐτῷ θλίψεως προσεῤῥήσσοντο, τὸ σῶμα διαλύοντες, τὴν καρδίαν συνθρύπτοντες· οὐδεμία αὐτῷ ἄ-
B νεσις γαλήνης ηὑρίσκετο· ἔξωθεν μάχαι, ἔσωθεν φόβοι· ἔξωθεν γὰρ τὸ σῶμα ὑπὸ τῶν φλυκταινῶν ἐδαμάζετο, καὶ ἔσωθεν ἡ καρδία ὑπὸ τῶν ἀπαραιτήτων φροντίδων διεσθίετο. οὐ χώρα αὐτῷ σιτοφόρος σπέρμα ἄρτου προσέφερεν· οὐκ ἄμπελος αὐτῷ βότρυν γλυκύῤῥοον προσεκόμιζεν· οὐ δένδρον ὀπώρας ἥδιστον καρπὸν αὐτῷ ἐγεώργει, οὐδ' ἄλλο τι τῶν γεηρῶν πρὸς τὴν τῆς πενίας παραμυθίαν ἦν. πῶς γὰρ ᾧ οὐδὲ σπιθαμὴ γῆς ἀρωσίμου τόπος ὑπῆρχεν, οὔτε πηχυαῖον ἔδαφος εἰς κατοίκησιν, ἀλλ' αἴθριος ἐβέβλητο ἐπὶ τῆς κοπρίας; κόπρος αὐτῷ καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ περιβόλαιον ἦν, θάλπουσα μὲν ἐν τῷ χειμῶνι ἐκ μέρους, ἐν δὲ τῷ θέρει δεινῶς κατακαίουσα· κατεστιγμένον εἶχε τὸ σῶμα τοῖς τραύμασιν, ἀδρανὲς πρὸς γεωργίαν, ἄχρηστον πρὸς ὁδοι-
C πορίαν καὶ ἐμπορίαν, καὶ τὰς ἄλλας τῶν χρειῶν ἀφορμὰς ἀνεπιτήδειον. πανταχόθεν αὐτῷ ἀπορία, πανταχόθεν στένωσις· στεναγμοὶ αὐτῷ πρὸ δακρύων ἐπὶ τῇ καρδίᾳ τριβόλων δίκην ἐφύοντο· ὀχετοὶ δακρύων ἐπὶ παρειῶν αὐτῷ ἐφέροντο· τῇ συνεχείᾳ τῶν δακρύων ῥύμαι αὐλακιζόμεναι· θάνατον ἐν τοῖς ὕπνοις ἐμελέτα· θάνατον μετὰ τὸν ὕπνον περιεβλέπετο, καὶ οὐδαμοῦ εὕρισκεν. πόνων γὰρ καὶ φροντίδων μακρῶν λυτήριον ἐπεζήτει τὸν θάνατον, οὐδὲν ἀπεοικὼς τῷ πολυάθλῳ Ἰώβ· καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἀπωλέσας τὰ χρήματα, τὰ βουκόλια, τὰ κτήματα, τελευταῖον γυμνὸς τὸ σῶμα τοῖς σκώληξι συνειλημμένος, ἐπὶ τῆς κοπρίας ἐβέβλητο, καὶ θάνατον ἐπεθύμει. τί γὰρ ἔλεγε; ἵνα τί δέδοται τοῖς ἐν πικρίᾳ φῶς· ζωὴ δὲ ταῖς ἐν ὀδύναις ψυχαῖς; οἳ ἱμείρονται τοῦ θανάτου καὶ οὐ τυγ-
D χάνουσιν, ἀνορύττοντες αὐτὸν ὥσπερ θησαυρόν· περιχαρεῖς δὲ ἐγένοντο, ἐὰν κατατύχωσι· θάνατος γὰρ ἀνδρὶ ἀνάπαυσις. ἀλλὰ καὶ ἐπεθύμει, φησὶν, ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῦ πλουσίου χορτασθῆναι, καὶ οὐδεὶς ἐδίδου αὐτῷ. ὢ βίου ἀλλοκότου· ὁ μὲν πλούσιος ἐν τῷ [a] πολυφόρτῳ ῥεύματι τῆς τρυφῆς καταρδευόμενος ἐμέθυεν· ὁ δὲ πένης μηδεμίαν ἔχων εὐπορίας ἰκμάδα, τῷ καύσωνι τῆς πενίας ἐμαραίνετο. διὰ τί γὰρ αὐτοῖς εὔκρατος ὁ πλοῦς τοῦ βίου ἐν τῇ πρὸς ἀλλήλους κοινωνίᾳ οὐ γεγένηται; διὰ τί; ἵνα μὲν πένης λαμπροὺς τοὺς στεφάνους τῆς ὑπομονῆς ὑποδέξηται· ὁ δὲ πλούσιος τῆς ἀποτεθηριωμένης ψυχῆς τοὺς ὄμφακας τοῖς οἰκείοις ὀδοῦσι μασίζηται. ἀλλὰ καὶ οἱ κύνες, φησὶν, ἐρχόμενοι ἀπέλειχον τὰ ἕλκη αὐτοῦ. εὐγενέστεροι οἱ κύνες τοῦ πλουσίου; ἀγαθώτεροι τῆς
E ἐκείνου ἀπανθρωπίας· ἐκείνου μηδέποτε ψεκάδα [b] ἐλαίου δροσίσαντος τῷ πένητι, οἱ κύνες τὴν ἀκμὴν τῶν ὀδόντων τῇ φιλανθρωπίᾳ πραΰναντες ἁπαλῇ τῇ γλώσσῃ αὐτὸν ἐθεράπευον· ὅπως πᾶσαν ῥυπαρίαν, καὶ πάντα ἰχῶρα τῶν τραυμάτων αὐτοῦ ἀποσμήχοντες, καὶ τὰ ἄγρια ἕλκη τῇ λειότητι τῆς γλώττης τιθασεύοντες, τοὺς πόνους τῶν τραυμάτων αὐτοῦ ὑπεκλέπτον· ὁ δέ γε πλούσιος οὐδὲ ὄμμα ἱλαρὸν ἐχαρίσατο τῷ πένητι ποτέ· οὐδὲ λόγον κἂν ἄκαρπον· οὐ ῥάκος αὐτῷ ἐπέῤῥιψεν, οὐ σίτων λείψανον, οὐκ ὀβολὸν ἕνα ὑπὸ ἰοῦ δεδαπανημένον, οὐκ ἄρτον, οὐ κλάσμα ἄρτου ὑπ' εὐρῶτος διεφθαρμένον, ἀλλὰ πάντα ἐν τῇ αὐτοῦ γαστρὶ, ὥσπερ ἐν πανδοχείῳ διὰ τῆς τοῦ φάρυγγος χώνης ἐπέῤῥιπτεν.

[a] πολυχύτῳ, Savil. & alii. πολυφόρτῳ, Morel. Mox Savil. καταδευόμενος; mss. καταρδευόμενος. Morel. καταρδόμενος.

[b] ἐλαίου mss. ἐλέου Morel.

A Ἀλλὰ τί; οἷα ἑκάστου τὰ ὀψώνια, τοιαῦται καὶ αἱ ἀνταποδόσεις· συνέβη δέ, φησιν, ἀποθανεῖν τὸν πένητα, καὶ ἀπενεχθῆναι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τοὺς κόλπους τοῦ Ἀβραάμ. μόλις ποτὲ ὁ πένης ἀπὸ τῆς ζαλώδους πενίας ῥυσθεὶς εἰς τὸν εὔδιον λιμένα τὸν Ἀβραὰμ ἀπέπλευσεν· ἐγένετο γάρ, φησιν, ἀποθανεῖν τὸν Λάζαρον, καὶ ἀπενεχθῆναι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τοὺς κόλπους τοῦ Ἀβραάμ. ὁρᾷς πῶς ἡ πενία μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἔξοδον δορυφόρους ἀγγέλους ἔχει; συνέβη δὲ καὶ τὸν πλούσιον ἀποθανεῖν καὶ ταφῆναι· εὐθὺς ἐπὶ τοῦ πλουσίου τέτακται ἡ ταφή, κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ Δαυὶδ λεγόμενον, καὶ οἱ τάφοι αὐτῶν οἰκίαι αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα· διὰ τοῦτο λέγεται σοὶ πτωχέ, μὴ φοβοῦ ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος, ὅτι οὐκ ἐν τῷ ἀποθνήσκειν αὐτὸν λήψεται τὰ πάντα, οὐδὲ συγκαταβήσεται ἑαυτῷ ἡ δόξα αὐτοῦ· ἐνταῦθα γὰρ πάντα καταλιμπάνει, τοὺς δούλους, τοὺς ὑπασπιστάς, τοὺς ὑπηρέτας, B τοὺς παρασίτους, τοὺς κόλακας, τὰ ὀχήματα, τοὺς χρυσοχαλίνους ἵππους, τὰ βαλανεῖα, τοὺς χρυσορόφους οἴκους, τὰ ἐψηφωμένα ἐδάφη, τὴν βασιλείαν, τὴν ἐξουσίαν, τὴν δεσποτείαν, πάντα ἐνταῦθα καταλιμπάνει, καὶ γυμνὸς ἀπέρχεται. καὶ ὑπάρχων ἐν τῷ ᾅδῃ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμούς. ἐνθυμήθητι εἰς ὅσον βάθος ὑπῆρχεν ὁ πλούσιος, εἰς δὲ οἷον ὕψος ὁ πένης. καὶ ἐπάρας, φησί, τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ὁ πλούσιος εἶδε τὸν Ἀβραὰμ καὶ Λάζαρον ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ. διὰ τί μὴ ὁ Λάζαρος εἶδε τὸν πλούσιον; ἐπειδὴ ὁ ἐν τῷ φωτὶ τυγχάνων, τὸν ἐν τῷ σκότει ὄντα οὐ βλέπει· ἀλλ' ὁ ἐν τῷ σκότει, τὸν ἐν φωτὶ ὄντα ὁρᾷ. καὶ εἶπε, πάτερ Ἀβραάμ, ἐλέησόν με. ἄρτι λέγεις, ἐλέησον, ὅτε καιρὸς ἐλέους οὐκ ἔστιν· οὐκ ἤκουσας τοῦ λόγου λέγοντος, ἀνίλεως ἡ κρίσις τῷ μὴ ποιή- C σαντι ἔλεος; νῦν μετανοεῖς, ὅτε οὐκ ἔστιν ἐξομολόγησις· οὐκ ἤκουσας τοῦ Δαυὶδ λέγοντος· ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι; ἐλέησόν με καὶ πέμψον Λάζαρον· Λάζαρον νῦν γνωρίζεις· νῦν ἐπιγινώσκεις τὸν ἐπὶ τῆς κοπρίας ὄντα, ὃν ποτε ἴσα τῶν κυνῶν τιμᾷν οὐκ ἠβούλου· ἔκλεισας τά σου σπλάγχνα αὐτῷ ἐν τῷ βίῳ τῆς εὐπορίας, κλείω μου κἀγὼ νῦν τοὺς κόλπους τῆς ἀνέσεως ἐν τῷ καιρῷ τῆς τιμωρίας. οὐκ ἤκουσας τοῦ θεοῦ σοι ἐκβοῶντος διὰ τῶν προφητῶν πάντων καὶ λέγοντος, ἔλεος καὶ κρίμα φύλασσον, καὶ ἔγγιζε τῷ θεῷ σου· διότι ἔλεος θέλω ὑπὲρ θυσίαν. καὶ μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. καὶ πάλιν, ὁ ἐλεῶν πτωχόν, δανείζει θεῷ. ὅπου οὖν ἔσπειρας, ἐκεῖ ζήτει θερίσαι· ὅπου ἐδάνεισας, ἐκεῖ ζήτει καὶ θερίσαι· εἰ δὲ D ἐλεημοσύνης σπέρμα οὐκ ἔρριψας πώποτε, οὔτε διὰ τῆς εἰς τὸν πένητα ἐλεημοσύνης θεῷ ἐδάνεισας, ἀλλὰ πάντα τῇ ἑαυτοῦ γαστρὶ ἐθησαύρισας· ὅπου ἔχεις τὸν θησαυρόν σου, ἐκεῖ ἔχε καὶ τὴν καρδίαν σου· ἐλέησόν με, καὶ πέμψον Λάζαρον, ἵνα τὴν ἀκμὴν τοῦ δακτύλου αὐτοῦ βάψῃ ὕδατος, καὶ καταψύξῃ μου τὴν γλῶσσαν· ὅτι δεινῶς ὀδυνῶμαι ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ. τὴν γλῶσσαν κολάζεται, δι' ἧς τὴν τροφὴν ἐλάμβανεν· ῥανίδα ἐζήτει ὕδατος, ἐπειδὴ κἂν ποτήριον ψυχροῦ ὕδατος εἰς ὄνομα μαθητοῦ πώποτε διψῶντι οὐ μετέδωκεν. εἰ κοινωνὸν ἐν τῷ βίῳ τῶν σῶν ἀγαθῶν ἐκτήσω τὸν Λάζαρον, νῦν ἂν τὴν βασιλείαν σὺν αὐτῷ ἐμερίσω· εἰ συνῆκας ἐπὶ τὸν πένητα, νῦν ἂν ἐρρύσθης [a] τῆς πονηρᾶς κρίσεως· μακάριος γὰρ ὁ συνιῶν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα· ἐν ἡμέρᾳ πο- E νηρᾷ ῥύσεται αὐτὸν ὁ κύριος. ἐξομάλισον ἐκεῖνο τὸ χάος τὸ πολυφλεγές, τῇ πλουσίᾳ τῶν χρημάτων σου εἰς τοὺς πένητας καταβολῇ· δρόσισον νῦν τὸ ἔλεος, καὶ ἔσβεσας τὴν κάμινον· θρέψον ὀρφανούς, καὶ ἀπέκτεινας τοὺς ἀκοιμήτους σκώληκας· στεῖλον δάκρυον χήρας, καὶ ἀπέσμηξάς σου τὴν ψυχὴν τοῦ πένθους τῶν ἁμαρτημάτων. διὰ τοῦτο γάρ σοι ταῦτα ἀνέγνωσται, ἵνα μὴ τοῖς αὐτοῖς ἴχνεσι τοῦ ἀνελεήμονος πλουσίου ἐπιβάς, εἰς τὴν αὐτὴν τιμωρίαν τῆς γεέννης ἐμπέσῃς. σὺ δὲ ὁ πένης μὴ ὀλιγώρει, μηδὲ ἀποκάμῃς ἐν τῇ τρικυμίᾳ τῆς πενίας κλονούμενος.

[a] Savil. τῆς πονηρᾶς αἰκίας.

2. Quid vero tandem? qualia cujusque obsonia, tales & retributiones. *Factum est autem ut moreretur pauper, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ.* Vix aliquando tandem ab hac procellosa paupertate liberatus in tranquillum Abrahæ portum pauper invectus est. *Factum est* enim, inquit, *ut moreretur Lazarus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ.* Vides ut post discessum ex hac vita, paupertas angelos habeat stipatores? *Accidit autem ut & dives moreretur, & sepeliretur.* Statim de divite sepulturam commemoravit; secundum id quod dictum est a Davide, *Et sepulcra eorum domus illorum in æternum.* (Ps. 48. 12. & 17.) Propterea dicitur tibi, mendice, *Ne timueris cum dives factus fuerit homo: quoniam, cum interierit, non sumet omnia: neque descendet cum eo gloria ejus.* Hic enim omnia derelinquit, servos, satellites, ministros, parasitos, adulatores, currus, equos aureis frenis ornatos, balnea, domos aureis laquearibus splendidas, distincta lapillis ac tesserulis pavimenta, regnum, potentiam, dominatum, omnia hic derelinquit, & nudus abscedit. *Et cum esset in inferno, elevans oculos suos.* Cogita in quanta profunditate versaretur dives, in quanta vero altitudine pauper. *Et elevans*, inquit, *oculos suos dives, vidit Abraham & Lazarum in sinu ejus.* Cur non Lazarus divitem vidit? quoniam is qui in luce versatur, eum qui in tenebris est, non videt: at is qui in tenebris est, eum videt qui in luce versatur. Et dixit, *Pater Abraham, miserere mei.* Jam dicis, Miserere mei, quando misericordiæ tempus non est. Non illum audisti, qui dicit, *Judicium sine misericordia illi, qui non* (Jac. 2. 13.) *fecit misericordiam?* nunc pœnitentiam agis cum non est confessio. Non audisti Davidem dicentem: *In inferno autem quis confitebitur tibi?* (Ps. 6. 6.) *Miserere mei, & mitte Lazarum.* Nunc Lazarum nosti: jam agnoscis eum qui in fimo jacebat, quem olim pari honore quo canes, afficere recusabas. Tua, dum inter opes vitam degeres, viscera illi clausisti; jam ego quoque sinum refrigerii hoc supplicii claudo tempore. Non Deum audisti per omnes tibi prophetas proclamantem & dicentem, *Misericordiam & judi-* (Osee. 12. 6.) *cium custodi, & appropinqua Deo tuo: quia mi-* (Ibid. 6. 6.) *sericordiam volo super sacrificium*; &, *Beati mi-* (Matth. 5. 7.) *sericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur*; & rursus, *Fœnerat Deo qui miseretur pau-* (Prov. 19. 17.) *peris.* Ubi seminasti, ibi metere contende: ubi fœnerasti, ibi colligere contende. Sin autem semen eleemosynæ nequaquam ullo tempore jecisti, neque per misericordiam in pauperes Deo fœnerasti: sed tuo ventri omnes thesauros condidisti; ubi thesaurum tuum habes, ibi & cor tuum habeto. *Miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam; ut refrigeret linguam meam: quia graviter crucior in hac flamma.* In lingua plectitur cujus ministerio cibis vescebatur: aquæ guttam quærebat, quia ne calicem quidem aquæ frigidæ in nomine discipuli sitientis unquam impertierat. Si tibi dum viveres consortem bonorum Lazarum ascivisses, nunc cum illo regni particeps esses: si super pauperem intellexisses, nunc a malo judicio liberatus esses. *Beatus* enim *qui intelligit* (Ps. 40. 2.) *super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.* Ardentissimum illud cahos copiosa pecuniarum in pauperes distributione complana: asperge nunc misericordiam, & caminum exstinxisti: orphanos ale, & irrequietos vermes necasti: siste lacrymas viduæ, & ex anima tua luctum peccatorum abstersisti. Idcirco namque lecta sunt hæc tibi, ne si eisdem immisericordis divitis insistas vestigiis, in idem gehennæ supplicium prolabaris. Tu vero pauper ne mente concidas, neve animum despondeas, dum procella mendicitatis jactaris. Laza-

rum illum clarissimum respice: ibi sint oculi tui nocte dieque defixi: ut vitam tuam patientiæ clavo gubernans, ad eumdem quietis portum proveharis, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum, amen.

A ἀπόβλεπε πρὸς τὸν Λάζαρον τὸν λαμπρότατον. ἐκεῖ ἔχε τὸ ὄμμα καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν· ἵνα τῷ οἴακι τῆς ὑπομονῆς κυβερνῶν σου τὴν ζωὴν εἰς τὸν αὐτὸν λιμένα τῆς ἀναπαύσεως φθάσῃς, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

MONITUM

IN SERMONEM DE PUBLICANO ET PHARISÆO.

LICET omnium Eruditorum consensu hic Sermo Chrysostomo abjudicetur, tum ob styli diversitatem, tum ob quarumdam vocum usum, quæ a Chrysostomo nusquam usurpantur; est tamen paulo melioris notæ, quam præcedentes. In illo affertur locus ex Oratione Manassis regis, quæ inter apocrypha semper locum habuit. Quæ nota, etsi non aliæ subessent, vel una satis esset ut eam ex numero τῶν γνησίων exigeremus. Hanc etiam Homiliam ut & alias bene multas quidam nuperus scriptor Severiano Gabalorum episcopo adscribendam opinatur, una styli similitudine ductus. Verum hoc criterii genus, non caret errandi periculo, nisi illa styli affinitas sese suis notis indiciisque prodat. Hujus certe stylus melior mihi, quam Severiani videtur; ita nempe variant opiniones; dictio quoque clarior, feliciorque inventio. Demum Oratio non indigna est quæ legatur.

Interpretationem Latinam adornavit Fronto Ducæus.

B

In Publicanum & Pharisæum, Sermo.

1. QUI e longinquo prata fuerint contemplati, variam illi quidem florum conspiciunt jucunditatem: tum vero pulcritudinem eorum cognoscunt, cum, ubi prope accesserint, flores propriis manibus contrectarint: talem esse velim cogites Ecclesiæ statum: quandoquidem tamquam immarcescibiles quidam flores volentibus sese offerunt inspiratarum divinitus Scripturarum lectiones. Cuilibet enim videre licet, in spiritualibus paradisis atque viridariis choreas ducentes Prophetas, ordines ducentes Apostolos, Martyres legatione fungentes, Angelos auxiliantes, Doctores pro religione pugnantes, gratiam Spiritus redundantem, ratione præditos greges Dominico sanguine obsignatos, & quod iis quæ commemorata sunt, majus est, bonorum culmen, spei nostræ firmamentum, caput deliciarum, gaudii consummationem: Evangelia nimirum Christi dico, in quibus vitæ nostræ perfectio est recondita. Age ergo Christum Dominum servos suos omni voluptate perfundentem spectemus: in quibus cernimus fugatos morbos, mare perterrefactum, sedatos ventos, mortem increpitam, spoliatum infernum, pulsos dæmones & in exilium actos, peccatores ad Dominum suum conversos. Ista siquidem Christus in divinis Evangeliis dona spectanda proposuit, in quibus justos ostendit solis in modum fulgentes, corroborata membra languidorum, lectorum gerulos paralyticos currentes, ad Evangelistarum dignitatem ascendentes Publicanos, lepram excussam quasi pulverem sola voluntate, febrem Domini voce in fugam actam, mortuos vitam nullo negotio recipientes, sepulcra quos detinebant, eos ad vitam relaxantia, humiliatam altitudinem Pharisæi, exaltatam humilita-

Εἰς τὸν τελώνην καὶ τὸν Φαρισαῖον, λόγος.

ΟΙ πόρρωθεν τοὺς λειμῶνας θεασάμενοι, ποικίλην μὲν βλέπουσι τῶν ἀνθέων τὴν τερπνότητα· τότε δὲ [a] αὐτῶν τὸ εὐειδὲς γινώσκουσιν, ὅταν πλησίον γενόμενοι, τὰ ἄνθη ταῖς χερσὶν αὐτῶν ψηλαφήσωσι· τοιαύτην μοι νόει τῆς ἐκκλησίας τὴν κατάστασιν. ἐπειδὴ καθάπερ ἄνθη ἀμάραντα πρόκειται τοῖς βουλομένοις τὰ τῶν θεοπνεύστων γραφῶν ἀναγνώσματα. ἴδοι γὰρ ἄν τις ἐν τοῖς πνευματικοῖς παραδείσοις προφήτας χορεύοντας, ταξιαρχοῦντας ἀποστόλους, πρεσβεύοντας μάρτυρας, συμ-
C μαχοῦντας ἀγγέλους, διδασκάλους ἀγωνιζομένους τὸν τῆς εὐσεβείας ἀγῶνα, ἄφθονον τὴν τοῦ πνεύματος χάριν, αἵματι δεσποτικῷ λογικὰ σφραγιζόμενα ποίμνια, καὶ τὸ μεῖζον τῶν εἰρημένων, τὴν τῶν ἀγαθῶν κορυφὴν, τὴν τῶν ἐλπίδων βεβαίωσιν, τῆς τρυφῆς τὸ κεφάλαιον, τὴν τῆς χαρᾶς τελειότητα· λέγω δὴ τὰ τοῦ Χριστοῦ εὐαγγέλια, ἐν οἷς ἀπόκειται τῆς ἡμετέρας ζωῆς ἡ τελείωσις. δεῦρο οὖν θεωρήσωμεν τὸν δεσπότην Χριστὸν πᾶσαν ἀπόλαυσιν τοῖς ἑαυτοῦ χαριζόμενον δούλοις· ἐν οἷς βλέπομεν φυγαδευόμενα πάθη, ὑποφρίττουσαν θάλασσαν, ἀνέμους ἡσυχάζοντας, ἐπιτιμώμενον θάνατον, σκυλευόμενον ᾅδην, ἐξοριζομένους τοὺς δαίμονας, ἐπιστρέφοντας ἁμαρτωλοὺς πρὸς τὸν ἴδιον δεσπότην. ταῦτα γὰρ ὁ Χριστὸς ἐν τοῖς θείοις εὐαγγελίοις προτέθεικε τὰ χαρίσματα, ἐν οἷς τοὺς δι-
D καίους δείκνυσιν ὑπὲρ τὸν ἥλιον λάμποντας, μέλη παρειμένων νευρούμενα, κλινηφόρους παραλύτους τρέχοντας, τελώνας λαμβάνοντας εὐαγγελιστῶν ἀξιώματα, λέπραν ὡς κόνιν τινασσομένην θελήματι, πυρετὸν ὑποφεύγοντα τῇ φωνῇ τοῦ δεσπότου, νεκροὺς ζωὴν εὐκόλως λαμβάνοντας, τάφους ἀπολύοντας πρὸς ζωὴν, οὓς ἐκράτουν· Φαρισαίου ταπεινούμενον ὕψος, τελώνου ὑψουμένην ταπείνωσιν·

[a] Savil. αὐτῶν τὸ τερπνόν.

πεινῶσιν· τοῖς γὰρ τοσούτοις κορεσθεῖσι καλοῖς, εὔκολος A λοιπὸν καὶ ἡ διὰ τῶν ψιχίων δεξίωσις. πέπεισμαι δὲ ὡς μετὰ συγγνώμης συνήθως καὶ αὖθις τῶν ἡμετέρων ἐπακούσετε λόγων, τῇ πλησμονῇ τῶν προσμονῇ τῶν προκεκηρυγμένων ἀγαθῶν τὰ τῶν ψυχῶν ταμεῖα πληρώσαντες. οὐκοῦν ἐπειδὴ καὶ ὑμεῖς σὺν εὐμενείᾳ θεοῦ τῆς πενιχρᾶς τραπέζης ἀνέχεσθε, κἀγὼ πάλιν τῷ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης ἔρωτι καταθαῤῥήσας, τῷ διδασκαλικῷ ζυγῷ τὸν τῆς ψυχῆς αὐχένα ὑποτέθεικα· φέρε τοίνυν τὸ ἔναγχος ἀνεγνωσμένον προτεθήσω ὑμῖν· πᾶσι γὰρ ὑμῖν τοῖς πλουσίοις ὁ πτωχὸς ἑστιάτωρ ἐλήλυθα, τὸ τοῦ λόγου συμπόσιον συγκιρνῶν. ἄνθρωποι, φησι, δύο ἀνέβησαν εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι, ὁ εἷς φαρισαῖος, καὶ ὁ ἕτερος τελώνης. φαρισαῖος ὁ κομπώδης τῆς δικαιοσύνης ἐργάτης, φαρισαῖος ὁ θερίσας ἄωρον τῶν κατορθωμάτων τὸ λήϊον, ὁ πλέον ἀλαζονείᾳ πλουτῶν, ἢ τοῖς χρήμασιν, ὁ διὰ B κενῷ φυσήματι τινάξας τῶν ἀρετῶν τὸν καρπὸν, τῆς ὑπερηφανίας ὁ κτήτωρ, ὁ τῆς φύσεως ἁπάσης κατήγορος, ὁ ἀφιλάνθρωπος ἔλεγχος, ὁ ἀσυγγνώμων ὀνειδιστὴς, ἡ τρικυμία τῆς τοῦ τελώνου εὐχῆς. καί μοι μηδεὶς τὸν λόγον ὡς φιλολοίδορον δεχέσθω· ἀλλ' αὐτῶν ἀκούσας τῶν τοῦ φαρισαίου ῥημάτων, γνωριζέτω ἀληθῆ τὰ λεγόμενα· ὁ θεός, φησιν, εὐχαριστῶ σοι, ὅτι οὐκ εἰμὶ ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων. πάντων ἑαυτὸν κρίνεις δικαιότερον; οὐκ εἰμὶ ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων. τί ποιεῖς, Φαρισαῖε; μὴ τῷ κοινῷ τῆς φύσεως ὀνόματι πρόσεχε· ἄτρεπτος γέγονε καὶ ὁ φιλάνθρωπος ἄνθρωπος· κἂν ἐκεῖνο ἐννοήσῃς, τῶν ἀλαζονικῶν ῥημάτων κατάβηθι. εἰπὲ κἂν ὡς τινες τῶν ἀνθρώπων, καὶ μὴ ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, ἅρπαγες, ἄδικοι, μοιχοί· πάντες ἅρπαγες πλὴν σοῦ, Φαρισαῖε; C πάντες ἄδικοι, σὺ δὲ μόνος τυγχάνεις δίκαιος; πάντες μοιχοὶ, σοὶ δὲ μόνῳ τὸ τῆς σωφροσύνης ὑπάρχει κατόρθωμα; οὐκ εἰμὶ ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, ἅρπαγες, ἄδικοι, μοιχοὶ, ἢ καὶ ὡς οὗτος ὁ τελώνης. νῦν ἤρξατο πτεροφυεῖν ἡ τοῦ ἀνθρώπου διάνοια· νῦν τινάσσει τῆς ψυχῆς πρὸς οὐρανὸν τὸ πτερόν. τί κατασπᾷς αὐτὸν τῇ τῶν ῥημάτων βαρύτητι, κωλύων ἀναπτῆναι τὴν ἐξομολόγησιν πρὸς τὸν φιλάνθρωπον; τί κατεμβαίνεις τῷ κειμένῳ; τί ἐπισωρεύεις ἐπὶ τὸ πῦρ αὐτοῦ ξύλα; τί κατηγορεῖς τοῦ ἀνενδότως τύπτοντος τὴν συνείδησιν; ἢ καὶ ὡς οὗτος ὁ τελώνης. τί γὰρ εἶδες, ἄνθρωπε, τὸν τελώνην ποιοῦντα; λῃστεύοντα, τοὺς ἀλλοτρίους πόνους συλῶντα, τὰ ἀλλότρια ληϊζόμενον; θερίζοντα ἅπερ οὐκ ἔσπειρε; συνάγοντα, D ὅθεν οὐ διεσκόρπισεν; ἁπλοῦντα τοῖς ὁδοιπόροις τὸ δίκτυον; οὐδὲν τοιοῦτον τεθέασαι ὦ Φαρισαῖε· ἀλλ' ὁρᾷς σχῆμα ἐλεεινὸν, οἴκτου καὶ βοηθείας ἄξιον. κεῖται γὰρ ἐπὶ πρόσωπον· βασανίζει τὸ στῆθος ὡς κακῶν ἐργαστήριον· ἐπᾶραι τοὺς ὀφθαλμοὺς πρὸς οὐρανὸν οὐ τολμᾷ· τάχα καὶ παρ' αὐτῶν τῶν ἀστέρων κατηγορίαν ἐκδέχεται, ἢ μᾶλλον νομίζει τῶν πλημμελημάτων τὸ πλῆθος γεγράφθαι ἐν τῷ στερεώματι. πόῤῥωθεν ἑαυτὸν ὡσεὶ δικασθεὶς τοῦ ἱεροῦ ἀπέστησε· τὸ ἐλέησον κέκραγεν ὡς ἤδη καταδικαζόμενος. οὐκ ἀνέγνως τὸ γεγραμμένον, ὅτι μὴ παροργίσῃς ἄνδρα ἐν ἀπορίᾳ αὐτοῦ; ἄπορός ἐστι, πανταχόθεν ἐκύκλωσαν αὐτὸν οἱ λογισμοὶ ἀντὶ τοῦ πλήθους τῶν κατηγόρων· ἐχρήσατο τῇ δεξιᾷ ἡ συνείδησις κατὰ τοῦ στήθους μαστιζούσῃ· καθ' E ἑαυτοῦ ἑαυτὸν ἀπειργάσατο δήμιον. οὐκ ἐπικάμπτει σε τρέμων; οὐκ ἐρεθίζει σε πρὸς συμπάθειαν οὕτω κάτω νεύων τὸ πρόσωπον; οὐ μαλάσσει σου τὴν ἀπάνθρωπον γνώμην, μὴ τολμῶν πρὸς οὐρανὸν ἀναβλέψαι; ὅτε μὲν γὰρ ἐτελώνει, ἐχρῆν σε τὰς τοιαύτας κατ' αὐτοῦ ἀναβοῆσαι φωνάς· πρέπον γὰρ αὐτῷ τότε οὐ μόνον παρὰ σοῦ, ἀλλὰ καὶ παρὰ παντὸς ὀνειδίζεσθαι. ὅτε μέν τοι τῶν οἰκείων κατέγνω κακῶν, ὅτε θεωρήσας τὰ τραύματα τῆς ψυχῆς ἔδραμε πρὸς τὸν ἰατρὸν ἀμισθὶ θεραπεύοντα· ὅτε τῶν πλημμελημάτων μνημονεύσας τῷ ἀμνησικάκῳ δεσπότῃ προσέφυγε· τότε περιττῶς αὐτῷ κατεπεμβαί-

tem Publicani. Etenim tantis exsatiatos bonis facile fuerit micarum convivio excepisse. Ego vero sic existimo vos bona cum venia de more rursus etiam nostram hanc orationem audituros, qui bonorum ante prædicatorum copia vestrorum animorum promtuaria complevistis. Quando igitur & vos Deo benevolente paupere mensa contenti estis, & ego vestræ caritatis studiis obsequutus doctrinæ tradendæ jugo animæ cervices subjeci; age proponatur vobis a me id quod paulo ante recitatum est: vobis enim omnibus opulentis ad hoc orationis convivium apparandum egenus mensæ structor adveni. *Duo homines*, inquit, *ascenderunt in templum, ut orarent, unus Pharisæus, & alter Publicanus.* Pharisæus justitiæ jactabundus operarius, Pharisæus qui nondum maturam segetem recte factorum demessuit, ille ditior arrogantia, quam pecuniis, qui vano flatu virtutum fructum decussit, superbiæ possessor, naturæ totius accusator, inhumanus criminator, immisericors exprobrator, orationis Publicani tempestas ac turbo. Neque mihi quisquam hæc contumeliæ causa jactata censeat; sed auditis ipsis Pharisæi verbis, vera esse quæ sunt dicta cognoscat. *Deus*, inquit, *gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum.* Tu-ne ergo tuo judicio justior es omnibus? *Non sum sicut cæteri hominum.* Quid agis, Pharisæe? noli nomen naturæ commune spectare: immutabilis enim ille atque hominum amator factus est homo: saltem ubi illud tecum reputaveris, arrogantia ista dicta ne proferas. Dic potius ut nonnulli hominum, non autem *ut cæteri hominum*; *raptores, injusti, adulteri.* Omnes-ne raptores, præter te unum, Pharisæe? omnes injusti, tu vero solus es justus? omnes adulteri, tu vero solus actiones temperantiæ laude dignas edis? *Non sum sicut cæteri hominum; raptores, injusti, adulteri: velut etiam hic Publicanus.* Jam ecce mens hominis producere pennas incœpit: jam in cælum animæ alas quatit. Quid tu ipsum deorsum pertrahis gravitate verborum? & confessionem ad illum hominum amatorem vetas evolare? quid insultas jacenti? quid in illius ignem ligna struis? quid accusas illum sine remissione conscientiam verberantem? *Velut etiam hic Publicanus.* Quid vero facientem, mi homo, Publicanum vidisti? num latrocinantem, alienos labores compilantem, aliena deprædantem? metentem ubi non seminavit, & congregantem ubi non sparsit? expandentem rete viatoribus? nihil tale vidisti, Pharisæe; sed intueris speciem miserabilem, commiseratione ac subsidio dignam. Jacet enim vultu in terram prostrato; pectus ut malorum officinam torquet; oculos tollere in cælum non audet, fortasse ab ipsis etiam astris accusari se putat: vel delictorum potius multitudinem esse scriptam existimat in firmamento. Longe seipsum a templo, quasi judicatum removit: *miserere*, clamavit, ut jam condemnatus. Non legisti, quod scriptum est, *Non exasperes virum in inopia sua?* inops enim est atque omni ex parte in angustias redactus: circumdederunt eum cogitationes instar multitudinis accusatorum; dexteram ad pectus verberandum conscientia commodato accepit: sui ipsius carnificem seipsum reddidit. Non te ille inflectit contremiscens? non te ad commiserationem provocat vultu sic ad terram demisso? non inhumanam emollit mentem tuam, dum suspicere cælum non audet? Enimvero tum quidem cum Publicani munus obibat, ejusmodi te in illum jactare voces oportebat: tum enim ipsum decebat non a te modo probris, sed a quovis incessi. Jam vero cum sua mala damnavit, cum animadversis animæ suæ vulneribus ad medicum gratis sanantem cucurrit: cum delictorum recordatus ad Dominum immemorem malorum confugit, tunc ipsi supervacanee insultas, Pha-

Luc. 18. 10.

Eccli. 3. 4.

Eccli. 4. 2.

risæ? *Neque velut hic Publicanus.* Annon sunt alii Publicani, qui nondum dulcem pœnitentiæ fructum amplexi sunt? si te tanta cupiditas tenet insectandi peccatores, linguam in illos converte, qui rapacitatis adhuc sunt retibus implicati. Adversus hunc quidem supervacanea est hæc hostilitas tua: non enim tantum homini nocere non poteris, sed & Dominum ad promtiorem in illum demonstrandam indulgentiam provocabis.

2. *Publicanus autem a longe stans, nolebat nec oculos ad cælum levare.* Omnino Manasse vocem & ipse mittebat, *Non sum dignus intueri & aspicere altitudinem cæli præ multitudine iniquitatum mearum.* Multa siquidem erant in anima Publicani mala congregata, cupiditas pecuniarum inexplebilis, injuriarum desiderium nullis terminis circumscriptum, rapacitas nullo fine conclusa; naturæ humanæ malum commune Publicanus, legitimus injustus, raptor qui accusari non potest, fur impavidus, latro extra omnem aleam positus criminationum, noxa pœne inevitabilis, ratione præditarum ovium lupus, humanam habens formam bellua: cum tantis ascendit in templum malis Publicanus. Nam cum hæc omnia perpetrasset facinora, gravemque sibi ac laboriosam effecisset oneris illius excussionem, agili tamen acrique mente pollebat, invenit speciem libertatis: recordatus enim est illius Domini vocis, ita peccatoribus proclamantis: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Hujus vocis recordatus cum onere malorum in Dei templum se contulit: cum vero obtorpuisset deinceps, neque sustinere amplius posset, in faciem continuo cecidit, & illis vocibus Dominum compellavit, *Propitius esto mihi peccatori.* Omni opere bono sum prorsus destitutus; malis meis conturbor: super numerum arenæ maris factæ sunt iniquitates meæ: multiplicatæ sunt super capillos capitis mei. Jam tuum video tribunal, eorum qui a me sunt injuriis affecti clamoribus personare: ante thronos tuos, Domine, fore ut aperti libri ponantur, audivi, in quibus haud dubium quin & viatorum gemitus sint conscripti. Nullum est genus injustitiæ, quod tuam cognitionem nulla largitione corruptam effugerit: jam mihi tempus defensionis non superest; fugæ nullus relictus est locus. Suspicere cælum non audeo: ipsam etiam terram pertimesco, velut testem & arbitrum actionum mearum: magnum enim peccatorem res etiam ipsæ anima carentes accusant. Quamobrem ad te omnium Dominum recurrens, hanc unam auxiliatricem reperi supplicationem, *Deus propitius esto mihi peccatori.* Multa quidem est malorum meorum summa: sed quid hoc ad pelagus tuæ bonitatis? ut salvus fiam, apud homines est impossibile; verum apud te omnia possibilia sunt, Domine. Enimvero si propter justos in terram venisti, frustra telonium detestatus ad tuum templum accurri: sin autem etiam peccatorum rationem aliquam habens, quin eorum potius causa inter creaturas peregrinatus es, ne sinas ut ea quæ in te posita sit spes, infringatur & evanescat; sed contritum sana cor meum, & me peccatis enecatum ad vitam revoca. Contigit olim te meretrix, & malorum sordes abstersit: fidei mulierculæ fimbriam commodasti, & sanguinis stagnum exsiccasti: ad jacentem paralyticum accessisti; & lecti vectorem reddidisti: cæcum præteriens vidisti; & pristinum visus decus restituisti: etenim corporis quidem defectum luto inunxisti, qui vas illud e luto reparasti; lumini autem aditum reserasti, simulque homini rerum creatarum pulcritudinem ostendisti. Tu mulierem collacrymantem vidisti, atque ante tempus resurrectionis infernum flagellasti; dum inde Lazarum eduxisti, dum tamquam ex leonis faucibus a morte

Hæc habentur in Oratione Manassæ, quæ in fine Bibliorum posita, inter apocrypha censetur.

Matth. 11. 28.

A νεῖς ὦ Φαρισαῖε; οὔτε ὡς οὗτος ὁ τελώνης. μὴ γὰρ οὐκ εἰσὶν ἄλλοι τελῶναι, μήπω τὸ γλυκὺ τῆς μετανοίας ἀγαπήσαντες θρίαμβον; εἰ πόθος σοι πολὺς κατηγορεῖν ἁμαρτωλῶν, ἐπ' ἐκείνους στρέψον τὴν σὴν γλῶσσαν, τοὺς ἔτι τοῖς δικτύοις τῆς πλεονεξίας ἐνειλημμένους. πρὸς τοῦτον μέν τοι περιττή σου ἡ δυσμένεια. οὐ μόνον γὰρ τὸν ἄνθρωπον βλάψαι οὐ δύνασαι, ἀλλὰ καὶ πλέον ἐρεθίζεις τὸν δεσπότην, ὥστε συντομωτέραν ἐπιδείξασθαι τὴν συγχώρησιν.

Ὁ δὲ τελώνης, φησὶ, μακρόθεν ἑστὼς οὐκ ἤθελεν, οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἐπᾶραι· τὴν τοῦ Μανασσῆ πάντως καὶ αὐτὸς φωνὴν ἀπεφθέγξατο· οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἀτενίσαι καὶ ἰδεῖν τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ πλήθους τῶν ἀδικιῶν μου. πολλὰ γὰρ ἦν τότε ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ τε-
B λώνου συνειλεγμένα κακὰ, ἐπιθυμία χρημάτων ἀκόρεστος, πόθος ἀδικίας μὴ δεχόμενος πέρας, ἁρπαγὴ τέλος οὐκ ἔχουσα· κοινὸν τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων τελώνης κακὸν, νόμιμος ἄδικος, ἅρπαξ ἀκατηγόρητος, ἄφοβος κλέπτης, λῃστὴς ἀνέγκλητος, δυσφύλακτος βλάβη, λύκος τῶν λογικῶν προβάτων, θηρίον ἀνθρωπόμορφον, μετὰ τοσούτων ἀνῆλθεν ὁ τελώνης εἰς τὸ ἱερὸν, κακῶν. ὅτε γὰρ πάντα ταῦτα εἰργάσατο τὰ δεινὰ, καὶ βαρὺ κατεσκεύασε τὸ τῶν πλημμελημάτων φορτίον ἀποτινάξασθαι, εἶτα γοργὴν ἔχων ἔννοιαν, εὗρεν εἶδος ἐλευθερίας· ἐμνημόνευσε γὰρ τῆς φωνῆς τοῦ δεσπότου πρὸς ἁμαρτωλοὺς ἐκβοώσης, δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. ταύτης τῆς φωνῆς μνημονεύσας μετὰ τοῦ φορτίου τῶν κακῶν ἐπὶ τὸ ἱερὸν τοῦ
C θεοῦ παρεγένετο· ἀτονήσας δὲ λοιπὸν, καὶ μηκέτι φέρειν δυνάμενος ἐπὶ πρόσωπον ἔπεσε, καὶ πρὸς τὸν δεσπότην, τὸ, ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ, ἔλεγεν. ἔρημος, φησὶ, πάσης εὐεργεσίας τυγχάνω, τοῖς ἐμαυτοῦ κεκλόνημαι δεινοῖς· ὑπὲρ ἀριθμὸν ψάμμου θαλάσσης γεγόνασιν αἱ ἀνομίαι μου· ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς μου. ὁρῶ παρὰ τῶν παρ' ἐμοῦ ἠδικημένων ἤδη τὸ σὸν δικαστήριον καταβοώμενον. πρὸ τῶν θρόνων σου, δέσποτα, βίβλους ἀνεῳγμένας τεθήσεσθαι ἀκήκοα, ἐν αἷς πάντως καὶ οἱ στεναγμοὶ τῶν ὁδοιπόρων ἐγράφησαν. οὐκ ἔστιν εἶδος ἀδικίας, ὃ τὴν σὴν ἀδέκαστον διαπέφευγε γνῶσιν· ἀπολογίας μοι καιρὸς οὐ πρόσεστι· φυγῆς μοι τόπος οὐ περιλέλειπται· πρὸς οὐρανὸν οὐ τολμῶ ἀναβλέψαι· δέδοικα καὶ τὴν γῆν
D ὡς ἰδοῦσαν τὰς πράξεις μου. τὰ γὰρ σφόδρα ἁμαρτωλοῦ κατηγορεῖ καὶ τὰ ἄψυχα. διὸ πρὸς σὲ τὸν πάντων δεσπότην δραμὼν ταύτην μόνην εὗρον πρὸς βοήθειαν τὴν ἱκεσίαν. ὁ θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ· πολὺς ὁ κολοφὼν τῶν κακῶν μου· ἀλλὰ τί πρὸς τὸ πέλαγος τῆς σῆς ἀγαθότητος; τὸ ἐμὲ σωθῆναι παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατον, ἀλλὰ παρὰ σοὶ, δέσποτα, πάντα δυνατά. εἰ μὲν γὰρ διὰ δικαίους ἐπὶ τῆς γῆς παραγέγονας, περιττῶς τὸ τελώνιον βδελυξάμενος τῷ ναῷ σου προσέδραμον· εἰ δὲ καὶ τῶν ἁμαρτωλῶν ποιούμενος λόγον, μᾶλλον δὲ δι' αὐτοὺς τῇ κτίσει ἐνεδήμησας, μὴ δείξῃς μου τὰς ἐπὶ σοὶ ἀνελπίστους ἐλπίδας, ἀλλὰ τὴν συντετριμμένην μου καρδίαν θεράπευσον· νενεκρωμένον με τοῖς
E παραπτώμασι ζωοποίησον. ἥψατό σου πόρνη, καὶ τὸν ῥύπον τῶν κακῶν ἀπενίψατο· ἔχρησας πιστῇ γυναίῳ τὸ κράσπεδον, καὶ λίμνας αἱμάτων ἐξήρανας· ἐπλησίασας παραλύτῳ κειμένῳ, καὶ τῆς κλίνης ἐργάτην ἀνέδειξας· ἴδες παράγων τυφλὸν, καὶ τῇ ὄψει ἀπέδωκας τὴν εὐπρέπειαν· ἐχρίσω μὲν γὰρ τὸ λεῖπον τοῦ σώματος πηλῷ, τὸ ἐκ τοῦ πηλοῦ διορθωσάμενος σκεῦος· ἤνοιξας δὲ τῷ φωτὶ τὴν εἴσοδον, δείξας τῷ ἀνθρώπῳ τὸ τῆς κτίσεως κάλλος. ἴδες δακρύουσαν γυναῖκα, καὶ πρὸ καιροῦ τῆς ἀναστάσεως τὸν ᾅδην μαστίξας, ἐξήγαγες ἐκεῖθεν τὸν Λάζαρον ὥσπερ ἐκ στόματος λέοντος ἥρπασας τοῦ θανάτου τὸ

ἄνθρωπον. ἐλεεινῶς σοι προσπίπτοντα θεασάμενος ἄνδρα τῇ τῆς ἀπαιδίας ναυαγίᾳ δεινῶς βυθιζόμενον, ἐπεκάμφθης εὐθὺς ταῖς ἱκεσίαις, καὶ κέκληκας τὸ κοράσιον· σοῦ δὲ φωνήσαντος ἀνέστη μὲν ἡ κόρη· ὁ δὲ θάνατος πέφευγεν· ἐβόησε πρὸς σὲ καὶ Χαναναία γυνὴ τὸ οἰκεῖον θυγάτριον βλέπουσα ὑπὸ δαίμονος σπαραττόμενον, καὶ βοήσασα τὸ, ἐλέησον, τῆς ἐλπίδος οὐκ ἀπέτυχε· τὴν γὰρ πίστιν αὐτῆς ἀποδεξάμενος, τοῦ προβάτου τὸν λύκον ἐδίωξας· καὶ τὸν λυσσώδη ἀπήλασας ἔνοικον, τῷ κορασίῳ χαρισάμενος νῆψιν, τῆς μητρὸς τὸν θρῆνον κατέπαυσας. μικροῖς ἄρτοις πλῆθος ἐν ἐρήμῳ διέθρεψας· λιμώττω κἀγὼ δικαιοσύνης λιμὸν, μικρὸν τῆς σῆς φιλανθρωπίας ψιχίον ἐπιζητῶ· ὡς ἕνα κἀμὲ τῶν μνημονευθέντων ἐλέησον. κατέστιγμαι τὴν ψυχὴν, ὡς πρὸ τῆς μετανοίας ἡ πόρνη· βδελυκτός εἰμι πᾶσιν ὡς πρὸ τῆς θεραπείας ἡ αἱμόῤῥους νομιζομένη ἀκάθαρτος· παρειμένος εἰμὶ τὴν ψυχὴν, τοῦ σώματος τοῦ παραλύτου μειζόνως· πεπήρωμαι τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς, καθὼς ὁ ἐκ γεννητῆς τυφλὸς τοῦ σώματος· νενέκρωμαι τοῖς παραπτώμασι, συγκεκλεισμένην ἔχων ἐν σώματι τὴν ψυχὴν καθὼς εἶχεν ὁ τάφος τὸν Λάζαρον· τὰ πάντα σχεδὸν ἐπιφέρομαι δεινά. ἀλλ' ὁ πάντας ἐλεήσας, κἀμὲ προσπίπτοντα οἰκτείρον, ὁ θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ. τί οὖν ὁ φιλάνθρωπος δικαστὴς, ὁ φιλότιμος ἀγωνοθέτης τῶν τρεχόντων τὸν τῆς μετανοίας δρόμον; καὶ τοῦ Φαρισαίου μεγαλαυχοῦντος ἠνείχετο, καὶ τοῦ τελώνου μετανοοῦντος ἐτέρπετο· ἐπειδὴ δὲ ὁ μὲν τοῖς ῥήμασιν ὥσπερ ἀνέμοις σφοδροῖς τῆς ψυχῆς τὸν καρπὸν ἀπετίναξεν· ὁ δὲ συντρίψας ἑαυτὸν, οὐκ ἐξεδέχετο ἄλλον κατήγορον, ἑκάστῳ τὸ πρὸς τὴν ἀξίαν ἀπένειμε. τὸν μὲν γὰρ τελώνην ἑαυτοῦ γεγενημένον κατήγορον, ἐλεύθερον ἀφῆκε τῆς κατακρίσεως· τὸν δὲ Φαρισαῖον εἰς μέσον προθέντα τὰ κατορθώματα πενέστερον τοῦ τελώνου ἀπέφηνεν· ἀμφοτέροις ὁ τρόπος, τῷ μὲν ὑπόθεσις πενίας εἰς πλοῦτον· τῷ δὲ ἐκ πλούτου εἰς πτωχείαν ὀλίσθημα. τί γάρ φησιν ὁ δεσπότης; ἀμὴν λέγω ὑμῖν, κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἢ ἐκεῖνος. ὢ πόσον κακὸν τῆς ὑπερηφανίας τὸ νόσημα. κατάκομος ἀνῆλθεν ὁ Φαρισαῖος ὥσπερ ἄνθεσι τοῖς κατορθώμασι στεφανούμενος· συνώδευσε τούτῳ ὁ τελώνης πάσης ἀπολογίας γυμνός. ἀλλ' ὁ μὲν εὐκαίρως ἑαυτὸν ταπεινώσας, ὑψώθη· ὁ δὲ πρὸς ἄκαιρον ὕψος ἀκοντίσας ἑαυτὸν, καταγέλαστον ὑπέμεινε γύμνωσιν. οὐκ ἦν βέλτιον ὑφειμέναις χρήσασθαι ταῖς φωναῖς; οὐκ ἦν κρεῖττον ἀκοῦσαι τῆς προφητικῆς φωνῆς λεγούσης, ταπεινώθητε ἐνώπιον κυρίου, καὶ ὑψώσει ὑμᾶς. οὐκ ἦν μᾶλλον συμφέρον κρατῆσαι τῆς γλώσσης, καὶ φυλάξαι τὸν πλοῦτον ὃν πόνοις πολλοῖς ἐκτήσατο; ἃς γὰρ ἐν χρόνῳ συνήγαγεν ἀρετὰς, ταύτας ἐν ἀκαρεῖ ῥοπῇ τῇ φωνῇ διεσκόρπισεν. οὐκ ἤκουσε τάχα ὁ Φαρισαῖος τὸ γεγραμμένον, ὅτι ἀκάθαρτος ἐναντίον κυρίου πᾶς ὑψηλοκάρδιος. οὐκ ἐδιδάχθη τὸ καλῶς εἰρημένον, ὃ ποιεῖ δεξιά σου, μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου. τάχα δὲ ἔγνω ἀμφότερα· ἀλλ' ἡ ἰσχὺς τῆς κενοδοξίας ἐνίκησεν. ἡμεῖς οὖν τοῦ τελώνου τὴν ταπείνωσιν κτησώμεθα, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων τὸ βάρος ἀποθώμεθα· ὑπερηφανίαν δὲ μισήσωμεν, δι' ἧς ὁ Φαρισαῖος τὸν πλοῦτον τῶν ἀρετῶν ἀπώλεσεν· ὑπερηφάνοις γὰρ κύριος ἀντιτάσσεται· ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A raptum hominem revexisti. Tu cum hominem tibi procidentem ad pedes conspicatus esses duræ liberorum orbitatis naufragio pene absorptum, continuo precibus inflexus es, ac puellulam vocasti; quam ubi primum inclamasti, surrexit quidem puella, mors autem aufugit. Clamavit & post te mulier Chananæa, cum a dæmone suam filiolam discerpi videret, & cum magna voce, *Miserere*, dixisset, spe sua non excidit: fidem enim ejus amplexus, lupum ab ove repulisti, ac rabiosum inquilinum exegisti: cumque puellula tuo munere ad sanam mentem rediisset, luctum parentis sedasti. Pauculis panibus in deserto multitudinem nutriisti: esurio & ego justitiæ esurie; perexiguam micam tuæ benignitatis exposco; B mei quoque ut unius ex illis commemoratis miserere. Animam habeo maculis notisque compunctam non secus ac meretrix prius, quam pœnitentia duceretur: omnibus sum detestabilis, non secus ac mulier sanguinis fluxu laborans, quæ antequam sanaretur, reputabatur immunda: majore paralysi laborat anima mea, quam paralytici corpus: excæcatos animæ oculos habeo, sicut corporis a nativitate cæcus: peccatis enecatus sum, animam habens corporis membris conclusam, non secus ac Lazarum sepulcrum habebat; omnibus pene videor malis onustus. Verum qui omnium misereris, mei quoque te misereat, *Deus propitius esto mihi peccatori.* Quid ergo contra judex benignus? quid munificus Agonotheta cursorum, qui in stadio pœ- C nitentiæ currunt? Et Pharisæo se jactante sustinuit, & Publicano pœnitente delectatus est: postquam autem hic quidem verbis quasi vehementibus ventis animæ fructum decussit; ille vero seipsum affligens alium accusatorem non exspectavit, unicuique pro dignitate distribuit: nam Publicanum quidem qui suipsius accusator factus erat, liberum ab omni damnatione dimisit: Pharisæum vero qui sua recte facta in medium protulerat, Publicano ipso pauperiorem pronunciavit: utrique mores sui & animi status, huic quidem ex paupertate occasionem divitiarum, illi vero ex divitiis lapsum in mendicitatem attulerunt. Quid enim ait Dominus? *Amen dico vobis, descendit hic justificatus in domum suam ab* D *illo.* O quantum malum est arrogantiæ morbus! bene comatus ascendit Pharisæus, quasi floribus, recte factis coronatus; itineris socius ei fuit Publicanus omni defensione destitutus: sed cum hic seipse opportune humiliasset, exaltatus est; ille vero cum ad immodicam sese altitudinem extulisset, ad ignominiosam redactus est nuditatem. Nonne satius fuit remissis & humilibus uti vocibus? nonne melius propheticam vocem audire, quæ sic ait, *Humiliamini in conspectu Domini: & exaltabit vos*? nonne utilius fuit linguam comprimere, ac divitias custodire, quas multis sibi laboribus compararat? quas longo tempore congregarat virtutes, eas perbrevi momento voce dispersit. Non audierat forte Pharisæus quod scriptum est: *Immundus apud Deum omnis sublimis corde*: non illud egregie dictum E didicerat, *Quod facit dextera tua, nesciat sinistra tua*: imo fortasse utrumque noverat, sed vis cupiditatis inanis gloriæ vicit. Nos igitur Publicani humilitatem nobis comparemus, & peccatorum pondus abjiciamus: superbiam autem odio habeamus, cujus opera virtutum opes Publicanus perdidit: *Superbis enim Dominus resistit, humilibus autem dat gratiam.* Ipsi gloria & potestas in sæcula sæculorum, amen.

MONITUM

AD HOMILIAM DE CÆCO ET ZACCHÆO.

HANC Homiliam jure inter spuria ablegatam fuisse res ipsa per se clamat; etsi non inepti Scriptoris sit, & quædam non spernenda complectatur. Stylus est humilis & abjectus, atque ab illa sponte profluente Chrysostomi eloquentia mirum quantum alienus.

Interpretationem Latinam Frontonis Ducæi aliquot in locis emendavimus.

In cæcum a Christo sanatum, & in Zacchæum, deque judicio atque eleemosyna, Homilia.

1. MULTÆ ac variæ sunt Scripturarum doctrinæ, una quæ omnibus affulget gratia, & fons unus est doctrinæ Spiritus veritatis. Et quæcumque lex edicit, & quæcumque docent Prophetæ, quæcumque prædicant Apostoli, quæcumque subjicit Evangelium pietatis, a Spiritu sancto tamquam ab uno quodam uberi fecundoque fonte promanant: neque licet aut dicere quid præclarum, aut excogitare quid sapiens, aut agere quidquam admirabile, nisi quæ dicuntur, quæque cogitantur & quæ aguntur, a Spiritu sancto confirmentur. Quantumvis enim quis humana sapientia floreat, humanisque ratiocinationibus animam habeat instructam ac munitam, Dei verbum autem aversetur ac repellat, in nihilum est, & in nihilum reputabitur. Propterea inquit Propheta, *Verbum Domini repudiarunt: sapientia quæ est in eis?* Nobis itaque flores veritatis sunt Scripturæ pietatis, ac multi quidem sunt flores, unum autem pratum, quod flores educat: multæ doctrinæ sunt lucernæ, unum autem verum luminare: multæ sunt stellæ, unum autem cælum, a quo stellæ feruntur: multi rami, una vero radix: multi digiti, sed manus una, quæ digitorum operâ scribit: multæ chordæ, una cithara Spiritus: multæ doctrinæ, unus fons pietatis. Verum illud mihi sane mirum videtur, quo pacto hic cæcus, qui legem non legerat, non Prophetas percurrerat, non Evangelia pervolutarat, non ab Apostolis confirmatus erat, ita Salvatorem orbis terrarum invocaret dicens: *Jesu fili David, miserere mei.* Unde sic appellare didicisti, qui quod invoces, non didicisti? non libros legisti, oculorum usu privatus: non incubuisti disciplinis, cum non aliter quam victum petendo, vel potius ostiatim emendicando, vitam sustentes. Unde igitur hoc mundi luminare didicisti, quod neque in cælis conspexisti, neque in terris, oculorum lumine orbatus? At enim vere in hoc implebatur quod dictum est a Davide, *Dominus sapientes facit cæcos.* Multa circa Jesum turba erat, & cæcus veritatis luminare non videbat, efficacitatem vero sentiebat: rapuit affectu quod visus non comprehenderat. Quid, inquit, sibi vult hæc turba? Dicunt illi, Jesum Nazarenum transire. O rem mirabilem! alia docetur & alia prædicat: audit Jesum Nazarenum, ipsum vero Jesum Nazarenum non appellat, sed Jesum filium David. Qui vide-

Hunc locum non reperi.

Luc. 18. 38.

Ps. 145. 6.

Collata cum tribus Codicibus mss. uno Regio & duobus Colbertinis.

A

Εἰς τὸν τυφλὸν, ὃν ὁ Χριστὸς ἐθεράπευσεν, καὶ εἰς τὸν Ζακχαῖον, καὶ περὶ κρίσεως καὶ ἐλεημοσύνης, ὁμιλία.

ΠΟΛΛΑΙ καὶ διάφοροι τῶν ἁγίων γραφῶν αἱ διδασκαλίαι, μία χάρις ἡ πᾶσιν ἐπιλάμπουσα, καὶ μία πηγὴ διδασκαλίας τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας· καὶ ὅσα νόμος διαγορεύει, καὶ ὅσα προφῆται διδάσκουσιν, ὅσα ἀπόστολοι κηρύττουσιν, ὅσα τὸ εὐαγγέλιον τῆς εὐσεβείας ὑπαγορεύει, ἀπὸ μιᾶς ὥσπερ τινὸς εὐθαλοῦς πηγῆς καὶ γονίμου προέρχεται τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου· καὶ οὐκ ἔστιν οὔτε εἰπεῖν τι σεμνὸν, οὔτε νοῆσαι δεξιὸν, οὔτε πρᾶξαι θαυμαστὸν, μὴ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιβεβαιοῦντος τὰ λεγόμενα, καὶ τὰ νοούμενα καὶ τὰ πραττόμενα. κἂν γάρ

5. Vide ut ille cui per pauperes fœneratum est, debitum fateatur: *Sitivi, & dedistis mihi bibere; nudus eram, & operuistis me.* Itaque si speciem B quidem apparentem spectes, nudum induis; re autem vera Christum operis. Indue Christum, ut in judicii die te induat: tege illum, ut in die iræ te protegat: audi Davidem dicentem: *Protexit me in abscondito tabernaculi sui.* Protectione opus est; invadit ignis ille formidabilis, gehenna inevitabilis; ac nisi Christi manus protexerit, ignis alienum agnoscet: novit enim apprehendere alienos, novit honorare sanctos; pietatem reveretur, impietatem invadit. Illic non opes, non pecuniæ persuadent, non potestas, non principatus: omnia æqualiter ante tribunal Christi astant. Etsi enim apud homines sint discrimina; tamen apud Dominum æquali in honore sunt omnia, etsi multum inter se sint diversa. Angeli & hominis quanta diversitas? ma- C gna plane atque non vulgaris: solis & lunæ atque stellarum quantum discrimen? atqui ad eamdem adorationis legem simul vocantur: quantum discrimen herbæ, angelorum & animalium? hæc quidem immortalia sunt, illa vero mortalia; at horum unumquodque sub jugo servitutis dominatum agnoscit. Propterea David etiam ea, quæ conditione distincta sunt, connectit concentu atque concordia, dicens, *Laudate Dominum de cælis: laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli ejus, omnes virtutes ejus, sol & luna:* etsi enim subjecta & inferiora sunt conditione atque ordine, servitute tamen unita sunt. Non aliter atque, fratres, in mundo dignitates sunt illæ quidem inter se distinctæ, uno autem jugo servitutis unitæ sunt: omnes enim capita regi submittunt, omnes metuunt potestatem; D atque inter dignitates discrimen est: apud servos autem concordia: sic & illic homines omnes æquales, soli vero inæquales, qui antecellunt, qui pietate collucent. Quocirca recte dixit Daniel, *Aspiciebam in visione noctis, & ecce velut antiquus dierum sedebat:* hic attende, quæso, diligenter quo pacto tamquam incorporea imagine ac specie judicem veritatis describat & narret: nam quoniam incorporeus est naturaliter Deus, tamquam in imagine per res sensibiles, spiritales describit. Ait igitur, *velut antiquus dierum,* non tempore inveteratus, sed antiquitate honoratus: *vestimentum ejus candidum quasi nix: capillus capitis ejus quasi lana mun-* E *da: thronus ejus flamma ignis, rotæ ejus ignis ardens: fluvius ignis trahebatur in conspectu ejus, mille millia astiterunt ei, & dena millia denum millium ministrant ei.* O tremendum tribunal! o narrationem, quæ vel stolidis terrorem possit incutere! Si adeo terribilia sunt, dum audiuntur, quanto terribiliora erunt, dum spectabuntur? *Et aspiciebam in visione noctis, & ecce libri aperti sunt, & throni positi sunt:* throni; quibusnam, nisi sanctis Apostolis, ad quos dicebat Salvator: *Cum venerit Filius hominis in gloria sua, sedebitis & vos super sedes duodecim judicantes duodecim tribus Israël.* Libri

Ps. 26. 5. Ps. 148. 1. Dan. 7. 9. Matth. 19. 28.

aperti sunt: libri, in quibus scripta sunt mala, in quibus scripta sunt bona, in quibus scripta est cujusque vita. Librum autem vocat non quod pellis ac membrana sit apud Deum & literæ: sed quoniam apud te liber, memoriæ est instrumentum; Dei memoriam tamquam in libro positam narrat: libro siquidem Deus non indiget: liber enim Deo est memoria: non quia nos homines cum Prophetas, Apostolos, Evangelia legimus, in corde memoriam non circumferimus sine libris; Deus libro eget: non indiget fons memoriæ. Ibi scribuntur virtutis opera, ibi prava scribuntur: ne tibi timeas inde præjudicium, licet perversa tua perscripta sint opera, bonis operibus possunt deleri: uti rursus si cujus inibi nomen pietatis ergo perscriptum sit, moribus autem abnegarit, nullum ex eo fit præjudicium quod scriptum sit, sed deletur. Ut autem intelligas deleri eum qui propter pietatem inscriptus sit, & propter socordiam ejectus, de Judæis dicit David, qui scripti olim fuerunt, ac deinde
Ps. 68. 29. deleti, *Deleantur de libro viventium: & cum justis non scribantur.* Quemadmodum infideles delentur, ita scribuntur fideles; audi Paulum
Philip. 4. 3. dicentem, *Salutate dilectos nobis fratres, & comparem cum Clemente & cæteris adjutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ.* Timeamus librum illum: time ne tua perscribantur peccata, cogita quo pacto afficiaris coram judice, si adversum te aperiantur peccata; cogita quo pacto afficiaris coram judice, si contra te commentarii quibus iniquitas tua contineatur, coram magistratu aperiantur, quibus tua dementia publicetur: cogita quantus timor, quantus tremor invadat te, quomodo membra contremiscant, quomodo interiora omnia concutiantur homine judicante: quod si homine judicante tantus est timor, quis illum timorem queat enarrare, qui tum ingruet, cum universum orbem terrarum Dominus omnium judicabit? Hæc a nobis dicuntur, non ut terrorem incutiamus, sed ut ad meliorem mentem traducamus: ne præferantur Christo pecuniæ: ne Deo injustitia & avaritia præferatur. Audisti quæ jam ante dicta sunt, usque ad sepulcrum bene agendum esse? De his hesterno die sermonem instituimus. Quid exspectas sepulcrum, ut tibi fiat tuæ vitæ finis? exspecta sepulcrum, finem vitæ, ut per præsentem ad futuram transveharis; dilige justitiæ opera: sepulcrum est, in quo dissolvimur: sepulcrum in quo vas terrenum deletur. Fugiamus illud judicium futurum obsecro, fratres. Hæc patientes dicere, patientes audire oportet: justitiæ desiderium recipiamus. Vide ut clamet propheta:
Joel. 1. 15. *Hei mei in diem Domini, quia prope est dies Domini.* Si propheta, dum diei recordatur, tremit: nos qui sexcentorum sumus peccatorum rei, sine tremore recordabimur? placemus judicem pœnitentia; peccata nostra deleamus: terribilem
Matth. 10. 33. illam vocem reformidemus dicentem, *Qui negaverit me coram hominibus;* neque vero is qui verbo negat, sed qui moribus negat; *negabo & eum ego coram Patre meo: qui me confessus fuerit, confitebor & eum ego coram Patre meo.* Si verba dum expenduntur, terribilia sunt, nonne res ipsæ multo terribiliores erunt dum cernentur. Pone tibi ante oculos, mi frater, orbis terrarum judicem considentem, astantes angelos, apparitorum vices obeuntes archangelos, cherubim collaudantes, virtutes illas mundo superiores, exercitus illos supercælestes, atque in his omnibus Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Evangelistas, Martyres & hujus mundi reges, magistratus, judices, principes, divites, pauperes, idiotas, sapientes, omnes istos ante tribunal stantes, & in tot testium cælestium terrestriumque

A βίβλοι ἀνεῴχθησαν, βίβλοι, αἷς ἐγγέγραπται τὰ φαῦλα, αἷς ἐγγέγραπται τὰ ἀγαθὰ, ἐν αἷς ἀναγέγραπται ὁ ἑκάστου βίος· βιβλίον δὲ καλεῖ οὐκ ἐπειδὴ δέρμα ἐστὶ παρὰ Θεῷ καὶ γράμματα, ἀλλ' ἐπειδὴ παρὰ σοὶ τὸ βιβλίον μνήμης ἐστὶν ὄργανον, τὴν τοῦ Θεοῦ μνήμην ἱστορεῖ ὡς ἐν βιβλίῳ· βιβλίου γὰρ Θεὸς οὐ χρήζει. βίβλος γὰρ Θεῷ ἡ μνήμη· οὐκ ἐπειδὴ ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι ἀναγινώσκοντες προφήτας, ἀποστόλους, εὐαγγέλια, ἐν καρδίᾳ οὐ περιφερόμεθα τὴν μνήμην ἄνευ βιβλίου, ὁ Θεὸς βιβλίου δεῖται· οὐ δεῖται ἡ πηγὴ τῆς μνήμης. ἐκεῖ γράφεται τὰ ἐνάρετα ἔργα, ἐκεῖ γράφεται τὰ φαῦλα, μὴ φοβηθῇς τὸ πρόκριμα, κἂν καταγραφῇ σου τὰ ἔργα τὰ
B πονηρὰ, δύναται ἐξαλειφθῆναι διὰ τῶν ἔργων τῶν ἀγαθῶν. ὥσπερ πάλιν ἐὰν γραφῇ τινος τὸ ὄνομα δι' εὐσέβειαν, ἀρνήσηται δὲ τοῖς τρόποις, πρόκριμα οὐ ποιεῖ τὸ γραφῆναι· ἀπαλείφεται γάρ. ἵνα δὲ μάθῃς, ὅτι ἀπαλείφεται ὁ δι' εὐσέβειαν γραφεὶς, καὶ διὰ ῥαθυμίαν ἐκβληθεὶς, λέγει Δαυὶδ περὶ Ἰουδαίων τῶν ποτὲ γραφέντων, καὶ ὕστερον ἐξαλειφθέντων· ἐξαλειφθήτωσαν ἐκ βίβλου ζώντων, καὶ μετὰ δικαίων μὴ γραφήτωσαν. ὥσπερ ἐξαλείφονται οἱ ἄπιστοι, οὕτω γράφονται οἱ πιστοί· ἄκουε Παύλου λέγοντος, ἀσπάζεσθε τοὺς ἠγαπημένους ἡμῖν ἀδελφοὺς, καὶ τὸν σύζυγον μετὰ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. φοβηθῶμεν τὴν βίβλον ἐκείνην· φοβήθητι, μὴ καταγραφῇ σου τὰ ἁμαρτήματα· ἐννόει πῶς διατίθεσαι ἐπὶ κριτοῦ, ἐὰν
C ἀνεῳχθῇ κατὰ σοῦ τὰ ὑπομνήματα ἐπὶ ἄρχοντος, ἐλέγχοντά σου τὴν ἀδικίαν, στηλιτεύοντά σου τὴν μανίαν· ἐννόησον ὅσος φόβος, ὅσος τρόμος, πῶς κλονεῖται τὰ μέλη, πῶς ἀναβράσσεται πάντα τὰ ἐντὸς, ἀνθρώπου δικάζοντος· εἰ δὲ ἀνθρώπου δικάζοντος τοσοῦτος φόβος, τίς δυνήσεται τὸν φόβον ἐκεῖνον ἱστορῆσαι, καθ' ὃν μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ὁ πάντων δεσπότης; ταῦτα λέγομεν, οὐχ ἵνα φοβήσωμεν, ἀλλ' ἵνα σωφρονίσωμεν. μὴ προτιμάσθω τοῦ Χριστοῦ χρήματα· μὴ προτιμάσθω τοῦ Θεοῦ ἀδικία καὶ πλεονεξία: ἤκουσας τῶν προειρημένων, ὅτι μέχρι τοῦ τάφου ἡ εὐπραγία; ταῦτα ἡμῖν χθὲς ἐγυμνάζετο· τί ἀναμένεις τὸν τάφον τέλος γενέσθαι σοι τοῦ βίου; ἀνάμεινον τὸν τάφον τέλος τῆς ζωῆς, ἵνα διὰ τῆς παρούσης εἰς τὴν μέλλουσαν διαπορθμευθῇς· ἀγάπησον ἔργα δικαιοσύνης· τάφος ἐστὶν, ἐν ᾧ διαλυόμεθα· τάφος ἐν ᾧ ἀφανίζεται τὸ γήϊνον σκεῦος. φύγωμεν τὴν μέλλουσαν
D κρίσιν, ἀδελφοὶ, δέομαι. [a] ταῦτα πάσχοντας δεῖ λέγειν, καὶ πάσχοντας ἀκούειν· ἀναλάβωμεν πόθον δικαιοσύνης· βλέπε πῶς βοᾷ ὁ προφήτης, οἴμοι ἐγὼ εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ κυρίου, ὅτι ἐγγὺς ἡ ἡμέρα κυρίου· εἰ προφήτης μεμνημένος τῆς ἡμέρας τρέμει, ἡμεῖς οἱ ὑπεύθυνοι μυρίοις ἁμαρτήμασιν, ἄνευ φόβου μνημονεύσομεν; δυσωπήσωμεν τὸν κριτὴν διὰ μετανοίας· ἐξαλείψωμεν ἡμῶν τὰ ἁμαρτήματα, φοβηθῶμεν ἐκείνην τὴν φοβερὰν φωνὴν τὴν λέγουσαν, ὃς ἀρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων· οὐχ ὁ λόγῳ δὲ ἀρνούμενος, ἀλλ' ὁ τοῖς τρόποις ἀρνούμενος ἀρνεῖται· ἀρνήσομαι αὐτὸν κἀγὼ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου· ὃς ἂν ἐξομολογήσηται ἐμὲ, ὁμολογήσω κἀγὼ αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου. εἰ τὰ ῥή-
E ματα ἐξεταζόμενα φοβερὰ, τὰ πράγματα ὁρώμενα οὐ μᾶλλον φοβερώτερα; ἐννόησον ἀδελφὲ, τὸν κριτὴν τῆς οἰκουμένης καθήμενον, ἀγγέλους παρεστῶτας, ἀρχαγγέλους δορυφοροῦντας, τὰ Χερουβὶμ δοξάζοντα, τὰς ὑπερκοσμίους δυνάμεις, τὰς ὑπερουρανίους στρατιὰς, καὶ ἐν τούτοις πᾶσι πατριάρχας, προφήτας, ἀποστόλους, εὐαγγελιστὰς, μάρτυρας, καὶ τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ βασιλεῖς, ἄρχοντας, κριτὰς, δυνάστας, πλουσίους, πένητας, ἰδιώτας, σοφοὺς, πάντας τούτους πρὸ τοῦ βήματος ἑστῶτας, καὶ ἐπὶ τοσούτων μαρτύρων οὐρανίων καὶ ἐπι-

[a] Hæc mutila in editis ex duobus mss. restituuntur. Sensus autem est: Non sine dolore & labore de futuro judicio loqui & loquentes audire debemus, exemplo Prophetæ qui ait: *Hei mihi in diem Domini, quia prope est dies Domini.*

γείων

γέλων λέγοντα τὸν κριτὴν, καὶ ἀρνούμενον τοὺς ἀλλοτρίους ἐπὶ τοῦ πατρός. ἀρνήσομαι γὰρ αὐτόν, φησι, τὸν ἀρνούμενόν με ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου.

Ἐννόησον αὐτὸν λέγοντα· πάτερ, οὗτός μου τὴν πίστιν ἐξουθένησεν· οὗτός μου τοὺς ἰδίους ἐδίωξεν· οὗτός μου τὴν ἐκκλησίαν ὕβρισεν· οὗτός μου τοὺς ἰδίους ἐστηλίτευσεν· οὗτός μου τὸν λόγον διέπτυσεν· οὗτός μου τὸ κήρυγμα κατεπάτησε. λέγει δὲ ταῦτα, οὐκ ἀγνοοῦντα τὸν πατέρα διδάσκων, ἀλλὰ τῇ κατηγορίᾳ τὸν ἐχθρὸν στηλιτεύων. ἐννόησον λέγοντα τὸν κριτὴν, ὅταν καλέσῃ τοὺς ἐνδόξους τῆς γῆς δεδεμένους χειροπέδαις, τοῦ δῆσαι γάρ, φησι, τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν ἐν πέδαις, καὶ τοὺς ἐνδόξους αὐτῶν ἐν χειροπέδαις σιδηραῖς, παρεστῶτας μετὰ φόβου τοὺς κρινομένους τοὺς δυνάστας· καὶ τὸν σωτῆρα λέγοντα· οὗτοί μου τὸν λόγον τῆς ἀληθείας διέπτυσαν· οὗτοί μου τὸν νόμον παρεγράψαντο, οὗτοί μου τὸ δόγμα ἠκύρωσαν· οὗτοι τοὺς ἀποστόλους ἐκόλασαν· οὗτοι τοὺς μάρτυρας ἐβασάνισαν. ταῦτα λέγει· καὶ ἐννόησον βασιλέως φθεγγομένου, πῶς οἱ παρεστῶτες ἄγγελοι νεύουσι φοβερὸν, ἀπειλοῦσι φρικτὸν, τῷ βλέμματι ἤδη τὸν ἁμαρτωλὸν ἀναλίσκοντες. ἐννόησον τοὺς ἀγγέλους ἀγανακτοῦντας, ἀρχαγγέλους κινουμένους, τὰς δυνάμεις σαλευομένας, τὸν πατέρα ἀγανακτοῦντα, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὀργιζόμενον, ἐκεῖνον μετὰ μεγάλης αἰσχύνης ἐκβαλλόμενον, ἐκβαλλόμενον δὲ οὐ τῆς σωτηρίας μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς κατάκρισιν ἐξοριζόμενον. ἀλλὰ γὰρ οὐ φοβερὸν τὸ μὴ σωθῆναι μόνον, μηδὲ βασιλεῦσαι· ἀλλὰ καὶ τῷ πυρὶ παραδοθῆναι. ὃς δ' ἂν ἐξομολογήσηται ἐν ἐμοὶ, ὁμολογήσω ἐν αὐτῷ. ἐννόησον πόση δόξα, πόσον καύχημα, πόσος στέφανος, ὅταν εἴπῃ ὁ κριτὴς, οὗτός μου τὸν λόγον ἐτήρησεν· οὗτός μου τὴν πίστιν ἐκήρυξεν· οὗτός μου τὸν λόγον ἐβεβαίωσεν· οὗτός μου τὸν πτωχὸν οὐ παρεῖδεν· οὗτος τὴν πλεονεξίαν ἐπάτησε, καὶ τὴν δικαιοσύνην προετίμησεν· οὗτος κατεγέλασε τοῦ κόσμου ὡς μὴ ὄντος, καὶ ἠγάπησε τὸν μέλλοντα κόσμον· οὗτός μου τὴν βασιλείαν διεπόρθμευσεν· οὗτός μου τὸν λόγον ἐτίμησε· τίμησον αὐτὸν πάτερ. ὅταν δὲ ταῦτα λέγωμεν ἠθοποιοῦντες, οὐ μερίζομεν τὴν ἀξίαν, οὔτε λύομεν τὴν ἐξουσίαν· ἀλλὰ τῷ σχήματι τῆς κατηγορίας δείκνυται ἡ ἀγανάκτησις τοῦ κριτοῦ· καὶ γίνεται ταῦτα πάντα εἰς σωτηρίαν μὲν τῶν ὁμολογούντων, εἰς κατάκρισιν δὲ τῶν ἀπιστούντων. τὸ δὲ πάντων φοβερώτερον, ὅταν ἐννοήσῃς ἑστῶτα μὲν τὸν Μιχαὴλ καὶ Γαβριὴλ, καὶ πάσας τὰς ἀγγελικὰς στρατιὰς, καθεζομένους δὲ τοὺς υἱοὺς Ζεβεδαίου, καθεζόμενον Παῦλον καὶ Πέτρον τοὺς ἐξ ἀνθρώπων, ἀγγέλους δὲ φόβῳ παρεστῶτας, καὶ ἀνθρώπους παῤῥησίᾳ καθεζομένους. ἐννόησον παρεστῶτας ἀγγέλους, καὶ τοὺς ἁλιεῖς καὶ τοὺς τελώνας καθεζομένους· καὶ εἴπωμεν καὶ ἡμεῖς μετ' αὐτῶν· ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου, κύριε. κάθηται Ζακχαῖος, κάθηται Παῦλος καὶ Πέτρος, καὶ παρέστηκεν ὁ Μιχαήλ. οὐκ ὀνόματα ξένα λέγομεν, ἀλλὰ τοῖς γεγραμμένοις στοιχοῦμεν· οὐ γὰρ ἀγγέλων ὀνόματα μεμαθήκαμεν, ἀλλὰ τοῖς γεγραμμένοις ἀκολουθοῦμεν· οὐδεὶς φθόνος, οὐδεὶς ζῆλος· οὐ γάρ ἐστι γήϊνα πράγματα· οὐ λυποῦνται ἄγγελοι διὰ τί μὲν αὐτοὶ ἑστήκασιν, ἄνθρωποι δὲ καθέζονται· κοινωνοὶ γάρ εἰσι τῆς δόξης τῶν ἁγίων. ἄκουε τοῦ κυρίου λέγοντος· ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι χαρὰ ἐστὶν ἐνώπιον πάντων τῶν ἀγγέλων ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι. ἀγαπήσωμεν οὖν τὴν δόξαν τοῦ Χριστοῦ, τὴν δὲ δόξαν παρερχομένην ὡς ὄναρ διαπτύσωμεν. εἴρηται γὰρ καὶ χθὲς ὑμῖν, πῶς ὁ προφήτης τὴν δόξαν τοῦ κόσμου ἐνύπνιον ἐκάλεσεν· ἔσται γάρ, φησιν, ὁ πλοῦτος τῶν ἀσεβῶν ὡς ἐνύπνιον. οὐδὲν γὰρ διαφέρει φαντασμάτων ἡ παροῦσα κατάστασις. ὁ χθὲς ἐν ὑγείᾳ, σήμερον ἐν νόσῳ· ὁ χθὲς ἐν ἐξουσίᾳ, σήμερον ἐν ταπεινώσει· ὁ χθὲς ἐν πλούτῳ, σήμερον ἐν πενίᾳ· ὁ χθὲς ἐν ὑπερηφανίᾳ, σήμερον ἐν ἐξουδενώσει· πάντα σαλεύεται· πάντα μεταβάλλεται, καὶ

A conspectu dicentem judicem, & apud Patrem alienos abnegantem: *Negabo* enim *eum*, inquit, *qui me negaverit coram Patre meo.*

6. Intuere illum animo, dicentem: Pater mi, hic meam fidem neglexit, hic meos servos persequutus est, hic meam Ecclesiam injuriis affecit; hic meos ignominiose traduxit; hic sermonem meum respuit; hic mei verbi prædicationem conculcavit. Hæc autem dicit, non ut ignorantem doceat Patrem, sed ut adversarium accusatione traducat. Cogita quo pacto dicat judex cum advocarit nobiles terræ compedibus alligatos, *Ad alligandos*, inquit, *principes eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis*, ut adstent cum timore principes judicandi; & Salvator dicat: Isti verbum meum veri- *Ps. 149. 8.*

B tatis repudiarunt; isti meam legem respuerunt: isti mandatum meum irritum reddiderunt: isti Apostolos suppliciis affecerunt: isti Martyres tormentis vexarunt. Hæc sunt quæ dicit: interea vero dum rex loquitur, cogita quo pacto angeli adstantes terrorem aspectu, horrorem minis incutiant, vel solis oculis peccatorem necantes. Cogita ut angeli indignentur, commoveantur archangeli, concutiantur virtutes, Pater indignetur, Spiritus sanctus excandescat: ille ingenti cum ignominia ejiciatur, neque tantum a salute excidat, sed in damnationem trudatur. Enimvero tremendum est non modo non salvari, neque regnare, sed & ignibus tradi. *Qui vero confessus in me fuerit, confitebor in eo.* Cogita quanta gloria, quantus honor, quanta corona *Matth. 10. 32.*

C illa futura sit, cum judex dicet, Hic verbum meum servavit: hic fidem meam prædicavit: hic sermonem meum confirmavit: hic pauperem meum non despexit: hic avaritiam conculcavit, & justitiam illi prætulit: hic mundum quasi non esset, derisit, & futurum mundum adamavit: hic regnum meum divulgavit: hic verbum meum honore affecit: affice illum honore, mi Pater. Verum hæc nos cum dicimus, & oratione affectus exprimimus, non dividimus dignitatem divinitatis, neque partimur potestatem; sed hac specie accusationis indignatio judicis demonstratur: atque hæc omnia ad salutem quidem eorum qui confitentur; ad condemnationem vero eorum qui non credunt, referuntur. Illud porro

D est omnium formidolosissimum, cum tibi in mentem venerit stare Michaëlem & Gabriëlem omnesque angelicos exercitus, sedere autem filios Zebedæi, sedere Paulum & Petrum, qui sunt ex hominibus: angelos vero cum metu adstare, & homines cum fiducia considere. Cogita adstantes angelos & piscatores & publicanos sedentes, & dicamus nos quoque cum illis, *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine!* Sedet *Ps. 30. 20.* Zacchæus, sedet Paulus & Petrus; & Michaël adstat. Non peregrina nomina commemoramus, sed eorum quæ scripta sunt, vestigiis insistimus: non enim angelorum nomina didicimus, sed ea quæ scripta sunt, sequimur. Nulla est invidia, nulla æmulatio: non enim res sunt terrenæ: non ægre ferunt angeli quid ita stent quidem ipsi, homines vero confideant: sanctorum quippe glo-

E riæ sunt consortes: audi Dominum dicentem: *Amen dico vobis, gaudium erit coram angelis super uno peccatore pœnitentiam agente.* Diligamus *Luc. 15. 10.* igitur gloriam Christi, eam vero quæ ut somnium præterit, aspernemur. Dictum enim vobis est heri quo pacto gloriam mundi propheta somnium appellarit. *Erunt*, inquit, *opes impiorum, ut somnium*: nihil enim a phantasmatibus præsens rerum status differt: qui hesterno die prospera valetudine fruebatur, hodie morbo conflictatur: qui hesterno die potestate pollebat, hodie ad humilitatem dejectus est: qui heri divitiis abundat, hodie premitur egestate: qui heri superbe efferebatur, hodie contemtus jacet: omnia concutiuntur, omnia commutantur, neque *Isai. 29. 7.*

Math. 24. 35. res humanas tantum dico; sed & *cælum*, inquit, *& terra transibunt, verba autem mea non transibunt*: idcirco beati Christiani qui etiam in dignitate positi humiles sunt. Humilis fuisti in dignitate? nihil tibi damni infert humilitas: talem enim te reperit, qualis esse debes: si antevertens, teipsum ante humiliationem humiliaveris, nihil inusitati ac novi perficiet adversum te humiliatio: sed mente paratum ad prælium disponet. Recte igitur dicebat David, *Paratus sum, & non sum turbatus.* Fugiamus itaque arrogantiam: fugiamus inanem gloriam: diligamus Christum & pauperes propter Christum, ut omnes qui ditat, qui omnium miseretur, multitudinem Ecclesiæ largiatur, ut abundet pietate, ut justitiæ cultorem obtineat, qui hesterno die dispensationis alterius causa abfuit a nobis, nobiscum autem est propter solicitudinem spiritualem. Non enim Judaïcus ille erat populus, ut dicam fuisse populum tamquam oves non habentes pastorem, sed apostolicus erat evangelicum habens pastorem qui dicebat, *Etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum, gaudens, & videns firmamentum ejus, quæ in Christo est fidei vestræ*; cui gloria & potestas nunc & semper & in sæcula sæculorum, amen.

Ps. 118. 60.

2. Paral. 18. 16.

Col. 2. 5.

A οὐ λέγω τὰ ἀνθρώπινα μόνον· ἀλλὰ καὶ ὁ οὐρανὸς, φησι, καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι. διὰ τοῦτο μακάριοι οἱ Χριστιανοὶ, οἱ καὶ ἐν τῇ ἀξίᾳ ταπεινοφρονοῦντες. ἐταπεινοφρόνησας ἐν τῇ ἀξίᾳ; ἡ ταπεινοφροσύνη οὐδέν σε ἀδικεῖ· τοιοῦτον γὰρ εὑρίσκει, οἷος ὀφείλεις γενέσθαι. ἐὰν προλαβὼν ταπεινώσῃς σεαυτὸν πρὸ τῆς ταπεινώσεως, οὐδὲν ξένον καινοτομήσει κατὰ σοῦ ἡ ταπείνωσις, ἀλλ᾽ ἑτοιμασθεὶς τὴν διάνοιαν παρασκευάζῃ πρὸς τὴν μάχην. καλῶς οὖν ἔλεγεν ὁ Δαυὶδ, ἡτοιμάσθην, καὶ οὐκ ἐταράχθην. φύγωμεν οὖν ἀλαζονείαν, φύγωμεν κενοδοξίαν· ἀγαπήσωμεν Χριστὸν, καὶ διὰ Χριστὸν πένητας, ἵνα ὁ πάντας πλουτίζων, ὁ πάντας ἐλεῶν,

B χαρίζηται πλῆθος τῆς ἐκκλησίας, ὥστε κομᾷν ἐν εὐσεβείᾳ, ὥστε ἔχειν τὸν γεωργὸν τῆς δικαιοσύνης, τὸν χθὲς ἀπολειφθέντα δι᾽ ἑτέραν οἰκονομίαν, μεθ᾽ ἡμῶν δὲ ὄντα διὰ τὴν πνευματικὴν ἐπιστασίαν. οὐ γὰρ ἦν ὁ λαὸς Ἰουδαῖος, ἵνα εἴπω, ὅτι ἦν ὁ λαὸς ὡς πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα· ἀλλ᾽ ἀποστολικὸς ἦν, ἔχων εὐαγγελικὸν ποιμένα λέγοντα, εἰ καὶ τῷ σώματι ἄπειμι, ἀλλὰ τῷ πνεύματι σὺν ὑμῖν εἰμι χαίρων καὶ βλέπων τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ADMONITIO

IN SERMONEM SEQUENTEM.

HUJUS nullum Codicem manuscriptum vidi. Edidit Fronto Ducæus; sed, ni fallor, initio mutilum. Savilius autem cum hanc Orationem ex mss. Orientalibus descriptam haberet, indignam luce putavit, ejusque solum titulum & prima sermonis verba protulit hoc pacto T. 8. p. 857. Εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν θεολόγον. *Init.* Ἰωάννης σήμερον ὁ εὐαγγελιστής. *Hoc autem vere initium esse arbitror quod in hac quam edimus desideratur: hoc quippe præmisso, sequentia quadrabunt; hoc demto mancum est initium. Sed sine auctoritate illa addere non ausi sumus. Jure porro hanc Orationem prætermisit Savilius, utpote indignam quæ legatur: nam est otiosi cujusdam Græculi, ut nemo non videat.*

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

Ejusdem Sermo de sancto Joanne Theologo.

JOANNES in Asiæ urbe Epheso, Joannes Asiæ decus, vel potius orbis terrarum columna. Joannes dilectus Christi discipulus, & Dei Verbi tuba, Ephesiorum gloria, & extremorum orbis finium preco, Theologiæ cithara, Theologus merito appellatus: Cherubicum os, & Seraphicum mysteriorum oraculum, vel etiam his majus dicere non dubitabo. Quem enim supernæ Angelorum virtutes tremore glorificant,

Joan. 1. 1. Joannes magna voce cum fiducia prædicavit: *In principio erat Verbum.* Beata es civitas Ephesiorum, quod in te primum a Deo prolatum ejusmodi tonitru insonuerit: beata es civitas Ephesiorum, quod in te tale volumen sit compositum: beata es, quod talis in te Joannes sit inventus. Atque alii quidem Joannes in toto orbe terrarum, & in te fuerunt; sed nullus talis Joannes, neque in te, neque in toto orbe terrarum. Quamobrem is cui mentes hominum sunt perspectæ, qui cordis novit occulta, cum talem eum offendisset, sanctum & impollutum,

C Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Θεολόγον.

ΙΩΑΝΝΗΣ ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας, Ἰωάννης τῆς Ἀσίας τὸ καύχημα, μᾶλλον δὲ τῆς οἰκουμένης ὁ στῦλος. Ἰωάννης ὁ ἀγαπητὸς τοῦ Χριστοῦ μαθητὴς, καὶ τοῦ θεοῦ λόγου σάλπιγξ, τῶν Ἐφεσίων τὸ κλέος, καὶ τῶν περάτων ὁ κῆρυξ, ἡ κιθάρα τῆς θεολογίας, θεολόγος ἀξίως καλούμενος· τὸ Χερουβικὸν στόμα, καὶ τὸ Σεραφικὸν μυσταγώγημα· ἢ καὶ ὑπὲρ ταῦτα εἰπεῖν οὐ παραιτήσομαι· ὃν γὰρ αἱ ἄνω δυνάμεις ἀγγέλων τρόμῳ δοξάζουσιν, Ἰωάννης μεγάλῃ τῇ φωνῇ παῤῥησίᾳ ἐκήρυξεν· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. μακαρία εἶ πόλις Ἐφεσίων, ὅτι ἐν σοὶ πρῶτον

D ἤχησεν ἡ τοιαύτη θεόλεκτος βροντή. μακαρία εἶ πόλις Ἐφεσίων, ὅτι ἐν σοὶ συνετάγη τὸ τοιοῦτον γραμματεῖον. μακαρία εἶ ὅτι ἐν σοὶ ὁ τοιοῦτος Ἰωάννης. καὶ ἄλλοι μὲν γὰρ Ἰωάνναι ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ καὶ ἐν σοί· ἀλλ᾽ οὐδεὶς τοιοῦτος Ἰωάννης, οὔτε ἐν σοὶ οὔτ᾽ ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ. ὅθεν ὁ ἐπιστάμενος τὸν νοῦν τῶν ἀνθρώπων, καὶ γινώσκων τὰ κρύφια τῆς καρδίας, εὑρὼν αὐτὸν τοιοῦτον ἅγιον καὶ ἀ-

μίαντον, ὑψηλὸν τὸν βίον, καθαρὸν τῇ καρδίᾳ, κεκοσμημένον τῇ ἁγνείᾳ, τετελειωμένον ἐν ἀγάπῃ, τοῦτον ὡς πιστὸν ἐν πᾶσι πιστεύειν τὴν ἰδίαν μητέρα παραδοὺς, τὴν ἀμίαντον περιστερὰν, τὴν ἄσπιλον ἀμνάδα, τὴν ἀκηλίδωτον δάμαλιν, τὴν ἀσύγκριτον ἐν ἀνθρώποις, τὴν πάντων τῶν ποιημάτων Θεοῦ ἀνωτέραν· ὅπερ οὐδεὶς ἄλλος τῶν ἁγίων πεπίστευται. μακαρία εἶ πόλις Ἐφεσίων, ὅτι τοιούτου σε ἀνδρὸς πόδες ἐπάτησαν, οὗ τὴν καθαρὰν διαγωγὴν καὶ τὰ ἴχνη ἄγγελοι ἐθαύμασαν. μακαρία εἶ πόλις Ἐφεσίων, ὅτι πρώτη πάσης πόλεως ὑψηλοτέρα ἀνεδείχθης, διὰ Ἰωάννην τὸν ἠγαπημένον. μακαρία εἶ ὅτι πᾶσαι τῆς οἰκουμένης αἱ ἐκκλησίαι σου μαθήτριαι τυγχάνουσι, παρὰ σοῦ διδαχθεῖσαι θεολογεῖν, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. ὥσπερ γὰρ ἐὰν ᾖ λύχνος ἔν τινι τόπῳ καιόμενος, καὶ πανταχόθεν πολλοὶ προστρέχοντες, ἐκεῖθεν ἕκαστος ἀνάψας θαῤῥῶν λοιπὸν πορεύεται, μηδαμῶς προσκόπτων, μηδὲ πλανώμενος· οὕτω καὶ ἐν Ἐφέσῳ γέγονε. πρώτη ἀνάψασα τὸν τῆς θεολογίας λύχνον, πᾶσαι τῶν περάτων αἱ ἐκκλησίαι πρὸς σὲ δραμοῦσαι, ἑκάστη τὴν ἑαυτῆς λαμπάδα τῆς θεολογίας ἀνῆψε, καὶ ὑπέστρεψε χαίρουσα. ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. καὶ ἐν Ἐφέσῳ τοῦ ἰδίου φωτὸς τῆς θεολογίας οὐκ ἠλαττώθη, καὶ ἡ οἰκουμένη τὰ ἴσα φῶτα κατέχουσα κηρύττει τὸ, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. ἀναγκαῖόν τε καὶ τοὺς ἀγῶνας αὐτοῦ εἰς μέσον ἀγαγεῖν, ὅσον ἡμῖν δυνατὸν, ἐκ τῶν πολλῶν ὀλίγα. πάντα γὰρ αὐτοῦ τὰ κατορθώματα οὐκ ἐξαρκέσαι πᾶς ὁ καιρὸς πρὸς διήγησιν. τὰ μὲν γὰρ πλεῖστα ἠκούσαμεν ἐκ τῆς βίβλου τῶν Πράξεων, ὅσα συνὼν τοῖς ἀποστόλοις καλῶς ἠγωνίσατο. ὕστερον ἐξόριστος ὑπὸ Δομετιανοῦ τοῦ τῶν Ῥωμαίων βασιλέως εἰς τὴν νῆσον τὴν καλουμένην Πάτμον γίνεται διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ κήρυγμα τῆς εὐσεβείας, καὶ [a] ἐκκλησίαν συγγράφει ἣν ἔδειξεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, καὶ ἀποκάλυψιν μυστηρίων ἀῤῥήτων καὶ φοβερῶν, ἔπειτα καὶ τὰς ἁγίας αὐτοῦ τρεῖς ἐπιστολάς. σκόπει δὲ τὴν ἄφατον τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητα, πανταχοῦ συνξενιτεύοντος τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· κἂν ἐν φυλακῇ κατέχωνται, κἂν ἐν ἐξορίαις τυγχάνωσιν, εἴτε ἐν βυθῷ θαλάσσης, εἴτε ἐν λάκκῳ κατακλεισθῶσιν, κἂν ὅπου δ' ἂν παραῤῥιφῶσιν οὐ χωρίζεται τούτων, συμμαχῶν καὶ ἐνισχύων, καὶ τῶν πόνων ἐπικουφίζων. εἶτα ἐπανελθὼν τῆς ἐξορίας καταλαμβάνει τὴν Ἔφεσον, κἀκεῖσε διατρίβων συντάττει τὸ εὐαγγέλιον ὢν [b] ἐτῶν ἑκατὸν, διαρκέσας ἕως ὅλων ἑκατὸν εἴκοσιν. ἐκεῖσε διάγων συγγράφεται τὴν θεολογίαν, μᾶλλον δὲ ἐν οὐρανοῖς, ὅθεν αὐτὴν ἐκομίσατο. τῶν γὰρ τοιούτων ἐν οὐρανοῖς διάγει τὸ πολίτευμα. ἐν Ἐφέσῳ διάγων, ἐν σαρκὶ, εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τῆς θεολογίας τὴν σαγήνην ἐξήπλωσε λέγων, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. ὡς ἀληθῶς μέγας ὁ κύριος ἡμῶν, καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ, καὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀριθμός. ὁ εἰπὼν πρὸς αὐτοὺς, ἐγὼ δώσω ὑμῖν στόμα καὶ σοφίαν. πόσοι βασιλεῖς καὶ δυνάσται καὶ σοφοὶ ἐφώνησαν πολλάκις ἐν δυνάμει μεγάλῃ, ἀλλ' ἡ φωνὴ αὐτῶν οὐδ' ἕως τῶν τειχέων τῆς πόλεως ἔφθασε. καὶ ὁ πένης ὁ ἁλιεὺς ἐν Ἐφέσῳ ἐφθέγξατο· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ φωνὴ ἐκάλυψεν. εἶδες στόμα πάσης φωνῆς ὑψηλότερον; εἶδες γλῶσσαν ἀστραπῆς ὀξυτέραν; εἶδες φωνὴν πάσης βροντῆς τρανωτέραν; εἶδες δύναμιν τοιαύτην; διδάσκαλον ἀπὸ τῆς Ἐφέσου πάντα τὰ ἔθνη μαθητεύοντα, καὶ θεολογεῖν διδάσκοντα; ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. αὕτη ἡ φωνὴ τὴν οἰκουμένην ἡλίευσε, καὶ σαλευομένην ἐστήριξεν. αὕτη ἡ φωνὴ τὸν κόσμον ἐφώ-

A ratione vitæ sublimem, corde purum, castitate decoratum, in caritate perfectum, huic tamquam inter omnes fideli credidit matrem suam, tradiditque columbam immaculatam, agnam impollutam, vitulam incorruptam, eam quæ inter homines incomparabilis, quæ omnibus est excelsior Dei creaturis: quod alii nulli sanctorum est creditum. Beata es civitas Ephesiorum, quam talis viri pedes calcarunt, cujus puram conversationem ac vestigia ipsi Angeli suspexerunt. Beata es civitas Ephesiorum, quæ propter Joannem dilectum prima, quavis urbe sublimior es reddita. Beata es, quod omnes orbis terrarum Ecclesiæ tuæ sint discipulæ, utpote quæ Theologiam istam ex te didicerint: *In principio erat Verbum.* Nam quemadmodum si quopiam in loco lucerna fuerit, atque ad eam omnes accur- B rant, inde quisque sua face accensa discedit securus, ac deinceps absque ulla offensione vel errore incedit; sic & Ephesi accidit. Prima tu lucernam Theologiæ accendisti, tum omnes orbis terræ finium Ecclesiæ cum ad te accurrissent, singulæ suam Theologiæ lampadem accenderunt, & gaudentes reversæ sunt: *In principio erat Verbum.* Et Epheso tamen proprium Theologiæ lumen imminutum non est, & orbis terrarum æqualia retinens lumina prædicat: *In principio erat Verbum.* Porro illius etiam certamen & labores operæ-precium fuerit in medium afferre, quantum in nobis situm fuerit, pauca de multis. Nam ad omnia ejus recte facta commemoranda nullum nobis tempus sufficeret. Ac plurima quidem ex libro Actorum audivimus, quæ dum versaretur cum Apostolis, præclare decertans præ- C stitit; deinde vero a Domitiano Romanorum imperatore pulsus in exsilium in insulam, quam Patmon appellant, venit propter verbum Dei, & prædicationem pietatis, Ecclesiamque conscribit, quam ostendit illi Deus, & Apocalypsin arcanorum terribiliumque mysteriorum, ac deinde tres sanctas suas epistolas. Tu vero mihi ineffabilem Dei bonitatem perpende, qui ubique terrarum cum iis qui ipsum diligunt, peregrinatur, sive in carcere detineantur, sive in exsiliis versentur, sive in profundo maris, sive in lacu sint inclusi, sive quemcumque sint in locum detrusi, separari ab illis nequit, sed in pugna succurrit, eosque corroborat, ac laboribus levat. Postea vero quam ab exsilio rever- D sus est, pervenit Ephesum, ibique commorans Evangelium conscribit, cum esset annorum centum, & usque ad totos centum viginti vitam propagavit. Ibi cum versaretur, Theologiam conscribit, vel potius in cælis unde illam accepit: talium enim conversatio est in cælis. Dum Ephesi degeret, in carne, Theologiæ sagenam in ultimas orbis terrarum oras expandit dicens: *In principio erat Verbum.* Vere *magnus Dominus noster, & magna virtus ejus, & sapientiæ ejus non est numerus*: qui dixit Apostolis, *Ego dabo vobis os & sapientiam.* Quam multi reges, & principes, & sapientes vociferati sunt sæpenumero magna virtute; sed eorum vox ne ad mœnia quidem urbis pervenit: at pauper & pis- E cator hic Ephesi proloquutus est, *In principio erat Verbum*, & totam terram vox ista operuit. Vidisti os voce quavis sublimius? vidisti linguam quovis fulgure celeriorem? vidisti vocem quovis tonitru clariorem? vidisti talem virtutem? doctorem qui ab Epheso gentes omnes erudit, & Theologiam docet? *In principio erat Verbum.* Hæc nimirum vox orbem terrarum piscata est, eumque concussum stabilivit: hæc vox mundum

Ps. 146. 5. Luc. 21. 15.

a καὶ ἐκκλησίαν συγγράφει. Fronto Ducæus nescio quare converterat, *ac prophetiam conscribit. Ecclesiam*, inquit, *conscribit, quam ostendit illi Deus.*

b ἐτῶν ἑκατὸν, διαρκέσας ἕως ὅλων ἑκατὸν εἴκοσιν. Mortuum dicit Joannem Apostolum esse confectum senio, sexagesimo octavo post passionem Domini anno, qui incidit circiter in annum ab ortu Christi centesimum. Cum autem Christo junior fuisse putetur, annum centesimum ætatis non attigerit. 94. ætatis annos ipsi tribuit Epiphanius l. 1. 12. Qui vero centum viginti annos emensum dixerit, neminem vidi præter hunc anonymum.

illuminavit, & contra adversarium corroboravit: hæc vox est plerorumque resurrectio & salutis conciliatrix, quorumdam vero ruina & eversio, propter signum cui contradicitur. Eorum quidem qui credunt eum in principio fuisse, resurrectio: eorum vero qui dicunt eum fuisse creatum ex nihilo, ruina & silentium. Magna enim tunc hæreticorum multitudo insurrexerat, qui Ecclesiam perturbabant, & iniquitatem adversus Excelsum loquebantur, dicebantque fuisse tempus cum non esset, & antequam fieret eum non fuisse, & ex non exstantibus eum factum esse. O improba ora, & linguæ detestandæ, ac labia aspidum veneno repleta! Quid hac blasphemia pejus? quid hac impietate ignominiosius? Quapropter Apostolus Joannes cum istorum improbas voces patienter audire non posset, Evangelium componit, & ingentem thesaurum Ecclesiæ commendat, quartum nempe fluvium, & preciosam margaritam. Cum enim ab exsilio, ut dictum est, Ephesum reversus esset, ac deinceps animadvertisset, reliquorum Evangelistarum libros absolutos esse, & omnem fere a Deo inspiratam scripturam ad ædificationem Ecclesiæ, deesse vero quartum orbis terrarum fundamentum, & neque fieri posse ut absque illo terrarum orbis subsistat, sic apud se cogitabat dicens: Quid differo? quid cunctor amplius? Cur non illud absconditum a sæculis mysterium in medium profero? cur in meipso sapientiam illam æternam occulto, quam recumbens ex immortali fonte hausi? cur non divulgo, quem Angeli ignorant? cur non ultimis terrarum oris eum revelo, quem nemo novit, nisi Pater? cur non scribo quod Matthæus & Marcus & Lucas ex laudabili quodam metu silentio præterierunt, cum ea quæ sibi mandata fuerant, perfecissent? Quamobrem loquar ego quoque juxta concessum mihi desuper donum. Matthæus quidem quantum licebat secundum propriam virtutem scripsit, Marcus autem & Lucas similiter secundum Spiritus sancti largitionem libros suos pro Dei dignitate conscripserunt. Scribam ego quoque, ac prioribus quartum vitæ fontem adjiciam. Deest quippe ad id, ut vocem habeamus ad numen commendandum idoneam, sermo de Theologia; & mundus ab hac parte periculo non caret. Librum itaque scribam, per quem obstruetur os omne quod loquitur adversus Deum iniquitatem: scribam librum, qui omnem quæ in mundo est sapientiam obscuret: scribam librum, qui non de homine narrationem instituat: neque enim Ecclesiæ desunt, quæ scripsit de his Moyses, de cælo, & de terra, & mari & volucribus & piscibus, & quadrupedibus & serpentibus & plantis, & seminibus & luminaribus, & cibis & cæteris creaturis. Ego vero omnibus, quæ a tempore & in tempore facta sunt, prætermissis, de eo loquar, qui sine tempore est & increatus, qui ante omnia sæcula ineffabiliter ex Patre genitus est Deus Verbum, de quo Moyses iste verba facere minime potuit: At ego *omnia possum in eo qui me confortat*, nempe Christo. Hæc apud se considerans Joannes Apostolus & scriptorium calamum manu tenens, ac mente volvens unde initium duceret de divinitate verba faciendi, anima quidem gaudens, sed manu tremens in sublime tollitur, & corpore cum esset Ephesi, corde puro ac spiritu raptus in altum erat. Derelicta igitur universa terra, fusum in medio aërem penetravit, stellarum ordines præterivit, Angelorum exercitus prætervectus est, Archangelorum choros omnesque spirituales virtutes Cherubim & Seraphim agmina & omnia quæcumque producta sunt ex nihilo, dereliquit, omnesque cælos transcendit, & quæcumque non erant prætergressus est. Appropinquavit limitibus eorum quæ nemo assequi potest, nec ullus obstitit vel impedivit ejus ascensum. Nam quicumque corpore

Philip. 4. 13.

A τισε, καὶ κατὰ τοῦ ἀντιπάλου ἐνίσχυσεν. αὕτη ἡ φωνὴ τῶν πολλῶν ἀνάστασις καὶ σωτηρίας πρόξενος· τινῶν δὲ πτῶσις καὶ καθαίρεσις, διὰ τὸ ἀντιλεγόμενον σημεῖον· τῶν μὲν πιστευόντων, ὅτι ἐν ἀρχῇ ἦν, ἀνάστασις· τῶν δὲ λεγόντων ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, πτῶσις καὶ σιωπή. πολὺ γὰρ πλῆθος τῶν αἱρετικῶν τότε ἐπαναστάντες ἐσάλευον τὴν ἐκκλησίαν, ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος λαλοῦντες· καὶ λέγοντες, ὅτι ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γενέσθαι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο. ὢ στόματα μιαρὰ, καὶ γλῶσσαι ἐβδελυγμέναι, καὶ χείλη ἰοῦ ἀσπίδων πεπληρωμένα. τί ταύτης τῆς βλασφημίας χεῖρον; τί ταύτης τῆς ἀθεΐας ἀτιμότερον; ὅθεν ὁ ἀπόστολος Ἰωάννης μηκέτι φέρων ἀκούειν τὰς τούτων μιαρὰς φωνὰς, συντάττει τὸ B εὐαγγέλιον, παρακαταθεὶς τῇ ἐκκλησίᾳ μέγαν θησαυρὸν, τὸν τέταρτον ποταμὸν, τὸν πολύτιμον μαργαρίτην. ἐπανελθὼν γὰρ, ὡς προείρηται, ἀπὸ τῆς ἐξορίας εἰς Ἔφεσον, καὶ κατανοήσας λοιπὸν, ὅτι τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν αἱ βίβλοι κατηρτίσθησαν, καὶ πᾶσα σχεδὸν θεόπνευστος γραφὴ πρὸς οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας, λείπει ὁ τέταρτος τῆς οἰκουμένης θεμέλιος· καὶ ὅτι τούτου ἐκτὸς τὴν οἰκουμένην σταθῆναι οὐκ ἔνι, ἐλογίζετο ἐν ἑαυτῷ λέγων, τί ἀναβάλλομαι; τί, φησὶ, μακροθυμῶ ἔτι; τί οὐ προσφέρω εἰς μέσον τὸ ἀπὸ τῶν αἰώνων κεκρυμμένον μυστήριον; τί ἀποκρύβω ἑαυτῷ τὴν ἀπὸ τῶν αἰώνων σοφίαν, ἣν ἐκ τῆς ἀθανάτου πηγῆς ἐπιπεσὼν εἵλκυσα; τί οὐ δημοσιεύω, ὃν ἄγγελοι ἀγνοοῦσι; τί οὐκ ἀποκαλύπτω τοῖς πέρασι, C ὃν οὐδεὶς ἐπιγινώσκει, εἰ μὴ ὁ πατήρ; τί οὐ γράφω, ὅπερ Ματθαῖος καὶ Μάρκος καὶ Λουκᾶς δι' ἐπαινουμένην δειλίαν παρασιωπήσαντες παρέδραμον, τελέσαντες τὰ προστεταγμένα αὐτοῖς; ὅθεν λαλήσω κἀγὼ κατὰ τὴν δοθεῖσάν μοι δωρεὰν ἄνωθεν. Ματθαῖος μὲν ὅσον ἐχώρει, ἔγραψε κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν, Μάρκος δὲ καὶ Λουκᾶς ὁμοίως κατὰ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος χορηγίαν τὰς ἑαυτῶν βίβλους θεοπρεπῶς ἐδογμάτισαν. γράψω κἀγὼ καὶ προσθήσω τοῖς ἔμπροσθεν τὴν τετάρτην πηγὴν τῆς ζωῆς. λείπει γὰρ εἰς θεοσύστατον φωνὴν ὁ περὶ θεολογίας λόγος, καὶ κινδυνεύει ὁ κόσμος ἐν τῷ μέρει τούτῳ. γράψω βίβλον, δι' ἧς ἐμφραγῇ πᾶν στόμα λα- D λοῦν κατὰ θεοῦ ἀδικίαν· γράψω βίβλον τὴν καλύπτουσαν πᾶσαν ἐν κόσμῳ σοφίαν. γράψω βίβλον, οὐ περὶ ἀνθρώπου διηγουμένην. οὐ γὰρ λείπει τῇ ἐκκλησίᾳ, ἃ περὶ τούτων ἔγραψε Μωσῆς περὶ οὐρανοῦ τε καὶ γῆς καὶ θαλασσῶν καὶ ἰχθύων καὶ πετεινῶν καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν καὶ φυτῶν καὶ σπερμάτων καὶ φωστήρων καὶ βρωμάτων καὶ λοιπῆς κτίσεως· ἐγὼ δὲ πάντα τὰ ἀπὸ χρόνου καὶ ἐν χρόνῳ γινόμενα καταλείψας λαλήσω περὶ τοῦ ἀχρόνου καὶ ἀκτίστου τοῦ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς ἀρρήτως γεννηθέντος θεοῦ λόγου, περὶ οὗ Μωσῆς οὐδὲ εἰπεῖν οὐκ ἴσχυσεν. ἐγὼ δὲ πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ. ταῦτα ἐν ἑαυτῷ σκεπτόμενος ὁ ἀπό- E στολος Ἰωάννης καὶ τὸν γραφικὸν κάλαμον ἐν τῇ χειρὶ κατέχων, καὶ ἐννοῶν πῶς τῆς θεολογίας ἄρξηται, χαίρων μὲν τῇ ψυχῇ, τρέμων δὲ τῇ χειρὶ μετάρσιος γίνεται, καὶ τῷ σώματι ἐν Ἐφέσῳ ὢν τῇ καθαρᾷ καρδίᾳ τῷ πνεύματι μετέωρος ὑπῆρχε. καταλείψας οὖν πᾶσαν τὴν γῆν, διεπέρασε τὸν ἐν μέσῳ κεχυμένον ἀέρα, παρέδραμε τὰς τῶν ἀστέρων διακοσμήσεις, παρῆλθε τὰς στρατιὰς τῶν ἀγγέλων, τὰς τῶν ἀρχαγγέλων χοροστασίας, καὶ πάσας τὰς νοερὰς δυνάμεις Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ τάγματα, καὶ πάντα ὅσα ἐξ οὐκ ὄντων παρήχθη, κατέλιπε, καὶ ὑπερέβη πάντας τοὺς οὐρανοὺς, καὶ ὅσα οὐκ ἦν παρέδραμε. προσήγγισε τοῖς ὅροις τῶν ἀνεφίκτων, καὶ οὐδεὶς ὁ κωλύων ἢ ἐμποδίζων τὴν τούτου ἄνοδον. πᾶς γὰρ

γὰρ ἄσπιλος τῷ σώματι, καθαρὸς δὲ τῇ καρδίᾳ καὶ τὴν ψυχὴν ἄκακος, καὶ ταπεινὸς τῷ πνεύματι, οὔτε ὑπὸ τῶν ἀερικῶν πνευμάτων ἐμποδίζεται, οὔτε ὑπὸ τῶν οὐρανίων δυνάμεων κωλύεται ἀνελθεῖν εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἔνθα πάντες οἱ μακάριοι συνάγονται. ὥσπερ οὗτος ὁ μακάριος ἀπόστολος ὁ μικρότερος Ἰωάννης καὶ μείζων τοῦ μεγάλου ἁγίου Ἰωάννου. διὰ πάντων οὖν παρῆλθε, καὶ οὐδεὶς ὁ ἀντιβαίνων. ἄγγελοι γὰρ ὁρῶντες ἀπὸ γῆς ἄνθρωπον ἀγγέλων ἐνδοξότερον, μηδὲν ἔχοντες εἰπεῖν, ἐσιώπων. οἱ τῶν ἀγγέλων δὲ χοροὶ ἄλλον ἀπὸ γῆς ἄγγελον λαμπρὸν τῇ παρθενίᾳ, πλήρη ἁγιασμοῦ, καθαρὸν τῇ καρδίᾳ, ἐμπεπλησμένον εὐωδίας, κατασχεῖν οὐκ ἐτόλμησαν. αἱ πύλαι τῶν οὐρανῶν πάλιν ἰδοῦσαι ξένον πρόσωπον δεδοξασμένον ὑπὲρ τὸν ἥλιον θείας ἀκτῖνας ἀποστίλβοντα, καὶ ὑπονοοῦσαι τοῦτον εἶναι, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, τὸν ἐν τῷ στήθει αὐτοῦ ἐν πολλῇ καθαρότητι ἀναπεσόντα, ὅθεν καὶ ἡ τοιαύτη αὐτῷ δόξα περικέχυται, σπουδαίως ἀνεῳχθεῖσαι τὴν εἴσοδον παρεχώρησαν. εἶτα ἐπλησίασε λείπων τὰ ἀνεπίβατα· ἔφθασεν εἰς τὸν ἄνω βυθόν. τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα; ἀληθὴς ἡ θεία φωνὴ διὰ τοῦ προφήτου λέγουσα, ἀλλ' ἢ τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω, καθὼς περὶ τούτου καὶ ὁ θεοπάτωρ Δαυὶδ προεφήτευσεν, ὅτι τοῦ θεοῦ οἱ κραταιοὶ τῆς γῆς σφόδρα ἐπήρθησαν· καὶ πάλιν, τοῖς ἁγίοις τοῖς ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ ἐθαυμάστωσεν ὁ κύριος πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ ἐν αὐτοῖς. τί γὰρ μεῖζον τούτου τοῦ θαύματος, εἰς τοσοῦτον ὕψος ἀφικέσθαι ἄνθρωπον χοϊκόν; ἐν πολλῇ παρρησίᾳ, καὶ ὅσα δυνατόν ἐστι θεαθῆναι, ἐθεάσατο, καὶ εἰς τὰ ἐπέκεινα αὐτὸν φιλονεικεῖν βουλόμενον, ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται, καθὼς γράφει Παῦλος ὁ ἀπόστολος, καθὼς καὶ αὐτὸς Ἰωάννης τὰ ὅμοια, ὅτι θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα; ὅτι Παῦλος μὲν καλῶς ἔγραψε λέγων, ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται. ἐνταῦθα γὰρ οὐκ ἔνι, τὰ κατὰ ἀνθρώποις, οὔτε τὰ κατὰ φύσιν, ἀλλὰ τὰ ὑπὲρ φύσιν· οὔτε τῆς δουλείας, ἀλλὰ τῆς υἱοθεσίας καὶ φιλίας. ὑμεῖς γὰρ φίλοι μου ἐστὲ, οὐκέτι καλέσω ὑμᾶς δούλους, οὔτε μὴ καθαρὰ, ἀλλὰ καθαρὰ καὶ * λαλούμενα, καθὼς πρὸς αὐτοὺς ἡ θεία φωνὴ λέγει, ὅτι ὑμεῖς καθαροί ἐστε, οἱ δὲ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ τὸν θεὸν ὄψονται. ταῦτα τοίνυν τὰ μέγιστα καὶ θεῖα χαρίσματα ἐπιφερόμενος ὁ Ἰωάννης, καὶ τεθαῤῥηκὼς ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ ἐπιβὰς, ἔφθασεν εἰς τὸ ἀπέραντον πέλαγος, καὶ τοῖς ἀμιάντοις αὐτοῦ τοῖς καρδίας ὀφθαλμοῖς θεασάμενος ἐν τοῖς κόλποις τοῦ ἀνάρχου πατρὸς τὸν συνάναρχον λόγον, τὸν πρὸ πάντων αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς ἀῤῥήτως γεννηθέντα, καὶ μηκέτι τὴν ἀνεκλάλητον ἐκείνην χαρὰν ἐν ἑαυτῷ κατέχειν ἐνισχύων τὸ ἅγιον καὶ Σεραφικὸν αὐτοῦ στόμα, καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀνέκραξε λέγων· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. βλέπε μοι σύνεσιν ἁλιέως· σκόπησον σοφίαν ἀνδρὸς ἀγραμματίστου. εἶδες μοι ὕψος διδασκάλου ἀδιήγητον, ἐν Ἐφέσῳ καθεζόμενον, καὶ τὰ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν θεώμενον; τῷ πνεύματι εἰς τὸν ἄνω βυθὸν ἀπεδήμησε, καὶ ἐκ τοῦ πατρικοῦ κόλπου τὴν θεολογίαν ἁλιεύσας τῷ σώματι κάτω ἔγραφεν· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. ἀκούσατε οἱ πιστοὶ καὶ στηρίχθητε, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. ἀκούσατε οἱ γλωσσαλγοῦντες ἀντίλογοι, καὶ αἰσχύνθητε, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. μηκέτι παῤῥησιάζεσθε βλάσφημοι, μηκέτι πολεμεῖτε τὴν ἐκκλησίαν ἀντίχριστοι· μηκέτι παρανομεῖτε· μηκέτι ὑψοῦτε κέρας, μὴ ἐπαίρετε εἰς ὕψος τὸ κέρας ὑμῶν, καὶ μὴ λαλεῖτε κατὰ τοῦ θεοῦ ἀδικίαν, λέγοντες ὅτι ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γενέσθαι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ, καὶ χείλη σου τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον. αὐτὸς γὰρ ἦν καὶ προῆν, καὶ ἀεὶ ἦν οὔτε ἀρξάμενος, οὔτε παυσάμενος τοῦ εἶναι, οὔτε ἐν χρόνῳ ὁ ἄχρονος, οὔτε κτίσμα, ἢ ποίημα· αὐτὸς γὰρ ποιητὴς καὶ δημιουργὸς τῶν ἁπάντων, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων. πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ

* Videtur legendum λυόμενα.

A est immaculatus & corde purus, & anima innocens & humilis spiritu, neque ab aëreis spiritibus impeditur, neque a cælestibus potestatibus in supernam ascendere Jerusalem prohibetur, ubi cuncti beati congregantur; sicut hic beatus Apostolus minor Joannes, & magno sancto Joanne major. Per omnes ergo pertransiit, nec ullus se illi opposuit. Angeli quippe cernentes hominem de terra progressum, Angelis gloriosiorem, nihil habentes quod dicerent, conticescebant: Angelorum vero chori alterum de terra Angelum, virginitate illustrem, sanctitate repletum, corde purum, suavi odore redundantem retinere non ausi sunt. Cælorum portæ rursus insolitum vultum videntes glorificatum, qui sacros radios solaribus splendidiores emittebat, & eum
B esse suspicantes, quem diligebat Jesus, qui supra pectus ejus multa cum puritate recubuerat, unde tanta illum gloria circumfudit, subito reseratæ ingressum permiserunt. Tum ad ea deinceps pervenit quæ inaccessa erant, supremum profundum attigit. Quid igitur ad hæc dicemus? vera est illa vox divina Prophetæ ore prolata: Sed ego eos qui me glorificant, glorificabo, quemadmodum & de hoc Dei pater David prophetavit, *Dei fortes terræ vehementer elevati sunt:* & rursus, *Sanctis, qui in terra sunt ejus, mirificavit Dominus omnes voluntates suas in eis.* Ps. 46. 10. Ps. 15. 3.
Quod enim majus est hoc miraculum, in tantam evehi sublimitatem terrenum hominem? Cum multa fiducia, & quantum spectari possibile est spectavit, & ad ulteriora contendere si voluisset
C ** *quem nullus hominum vidit, sed neque videre potest*, ut Paulus Apostolus scribit, quemadmodum & Joannes ipse similia *Deum nemo vidit unquam.* 1. Tim. 6. 16. Joan. 1. 18.
Quid igitur ad hæc dicemus? Paulum quidem recte scripsisse, cum dixit, *Quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest.* In hac enim vita non licet secundum hominum facultatem, neque secundum naturam, sed supra naturam: neque servitutis hoc est, sed filiorum adoptionis & amicitiæ. Vos enim amici mei estis, non jam vocabo vos servos: neque non pura, sed pura & abluta, prout ad illos ait vox divina: *Vos mundi estis:* Joan. 13. 10.
at qui corde sunt mundi, Deum videbunt. Hæc ergo maxima & divina dona præ se ferens Joannes, & confidenter ad excelsa progrediens, ad immensum pelagus illud pervenit, & impollutis sui cordis oculis contemplans in sinu Patris initio
D carentis Verbum & ipsum initio carens, quod ante sæcula ex Patre ineffabiliter natum est, nec jam valens in seipso gaudium illud inenarrabile continere, sanctum & seraphicum os suum aperuit, & magna voce proclamavit dicens, *In principio erat Verbum.* Vide, quæso, prudentiam piscatoris, considera hominis illiterati sapientiam. Vidistin' doctoris inexplicabilem sublimitatem? Ephesi residebat, & quæ supra cælos sunt, contemplabatur: spiritu ad supernum illud profundum commigravit, & cum e paterno sinu Theologiam expiscatus esset, corpore in terris scripsit, *In principio erat Verbum.* Audite fideles, & confirmamini, *In principio erat Verbum.* Audite lingua petulantes adversarii, & erubescite, *In principio erat Verbum:* nolite amplius confidenter loqui blasphemi, nolite amplius Ecclesiam oppu-
E gnare Antichristi, non amplius inique agite, non amplius exaltate cornu, neque extollite in altum cornu vestrum, neque loquimini adversus Deum iniquitatem, dicentes: Fuit tempus, cum non erat, & antequam fieret, non erat, & ex non exstantibus factus est. *Prohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum.* Ipse enim erat, & ante erat, & semper erat, neque initium habens, neque esse desinens, neque in tempore est qui expers est temporis, neque creatura, vel figmentum: ipse quippe creator est, & conditor universorum, cum eorum quæ aspectabilia sunt, cum eorum quæ aspectabilia non sunt. *Omnia* enim Ps. 74. 6. Ps. 33. 14. Joan. 1. 3.

per ipsum facta sunt. Vere nunc tempus est, ut propheticum illud dictum usurpemus: *Hic est Deus noster, non æstimabitur alius ad eum. Adinvenit omnem viam scientiæ, & dedit eam Joanni dilecto suo.* Vide enim, quæso, quo pacto per unam vocem universum orbem terræ correxit, qui non commovebitur. Intuere mihi unum hominem Ephesi sedentem, & mundum universum Theologiam docentem: considera quam multæ in Oriente civitates, quam multæ regiones, quam multæ sint Ecclesiæ: quam multæ rursus ad solis occasum, & magnam Romam similiter, & ad latera partesque Australes, & regionem Cappadocum, & quæ interjecta sunt omnia, insulas, deserta, & fines terræ: cogita rursus Ecclesiarum multitudines, clerum, & turbas populi, virorum, mulierum, si forte dinumerare istos possis. Verum arenam maris dinumerare facilius fuerit, quam tot turbas: & hi omnes discipuli sunt Joannis, de divinitate verba facere ab illo edocti: *In principio erat Verbum:* & in foro hoc decantant: *In principio erat Verbum:* & viatores, & qui navigant, & qui nauticam artem exercent, hoc concinunt: *In principio erat Verbum:* & in desertis, in montibus, tam imperiti quam sapientes, & parvi & magni, & quicumque hæc intelligit de divinitate loquens ait, *In principio erat Verbum:* ac deinceps dum ubique numerus auctus est eorum qui indefesso ore clamant, Erat & erat; defecerunt qui dicunt, Non erat. Qui de divinitate loquuntur, multiplicati sunt, & qui vana loquuntur, defecerunt, pii profecerunt, & impii offenderunt; fideles exhilarati sunt, & infideles tabefacti sunt. *Arcus potentium infirmatus est, & infirmi accincti sunt robore.* Quæ stulta sunt mundi, redarguta sunt, & sapientes mundi destructi. Verum quousque tandem de illis verba facere non cesso? Licet enim diutius sermoni huic immorer, sublimitatem gloriæ istorum assequi minime potero. Quam a Patre gloriam præceptor accepit, eam illis tradidit: cur ergo diutius insistam enarrandis iis quæ nequeunt oratione describi? Nam & hæc ipsa quæ dicere ausi sumus, non pro dignitate propositi chori sanctorum discipulorum prolata sunt, sed quantum in nostra potestate situm fuit. Siquidem dignis eos celebrare præconiis nullus omnino mortalium potest. Quamobrem ego cum timore loquor, ea quæ de illis loquor, ne forte propter imbecillitatem meam, ac sermonis jejunitatem & egestatem eorum laudes imminuam, & illorum indignationem in meipsum commoveam. Verum ut misericordes sunt erga omnes, nunc quoque nostræ ignoscent imbecillitati. Si enim conviciis affecti benedicunt, persequutionem passi sustinent, & opprobriis onerati obsecrant, multo magis a nobis pro viribus laudati minime indignabuntur, cum illis naturæ imbecillitas sit explorata: licet jam Dei beneficio, qui dilexit eos, supra naturam sint evecti: & deinceps qui quondam pauperes erant, evaserint divites, & obscuri sint illustres, & illiterati sapientes, piscatores piscium, mox hominum piscatores; & ita cursu consummato ad vitam nullo fine terminatam commigrarint ad Doctorem suum & Dominum Jesum Christum: ipsi gloria, amen.

Qui suis successoribus sagenas & retia tradiderunt, & potestatem quam acceperunt ab eo, qui potestatem habet omnem in cælo & in terra. Ecce enim, inquit, *do vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem potestatem inimici, & nihil vobis nocebit.* His igitur in potestate & principatu & zelo succedunt, ut ante dictum est, venerandi doctores, sacrorum antistites, & Christi gregis pastores, vestigiis Apostolorum insistentes, generosi Trinitatis propugnatores, qui prætermisso legis statu & vivifico spiritu accepto, ad modum aratri sulcant,

Baruch. 3. 36. — Ps. 95. 10. — 1. Reg. 2. 4. — 1. Cor. 12. — Luc. 10. 9.

1. MAGNA quædam & mirifica hesterno die dixisse me vobis arbitrabar: etenim magna erant natura sua, omnemque facultatem orationis excedebant: verumtamen quæ lecta sunt hodie, tantum illa superant, quantum ab illis nostra superantur. Tametsi non existimabam quidquam ipsis antecellere, verumtamen cum accessissent ea, quæ lecta sunt hodie, multo illis splendidiora sunt visa. Quænam vero lecta sunt hodie? *Omnes stabimus ante tribunal Christi:* scriptum est enim, *Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo.* Itaque unusquisque nostrum de seipso rationem reddet Deo. Vide, non dixit simpliciter, adorabit unusquisque, sed & confitebitur unusquisque, hoc est, eorum, quæ fecit, rationes reposcetur. Semper igitur solicitus esto, mi homo, pro tribunali sedentem communem Dominum cernens, nec scinde aut divide Ecclesiam a gratia separatus: siquidem & a te Christus, & ab omni genere humano rationem exiget. Sed ne ista dicere videatur, ut dicta opera nobis terrorem incutiat: ex ipsa serie contextuque sermonis rursus in eodem versatur argumento, dicens: *Non ergo amplius invicem judicemus, sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum.* Hoc vero nihilo magis ad illum quam ad hunc pertinet: quamobrem utrique potest convenire: dum & perfectus ciborum observatione scandalizatur, & vehementiori objurgatione imperfectus offenditur. Tu vero mihi considera, dilectissime, quantas daturi simus pœnas, qui temere scandalizamus. Si enim ubi res erat iniqua quæ gerebatur, quod importune reprehensio adhiberetur, hoc fieri vetuit, ne scandalizaretur frater & offenderetur: cum ne corrigendo quidem quempiam scandalizamus, quid merebimur? Si enim crimen est non salvum facere; idque ex eo constat, qui talentum defodit: ipsum scandalizasse, quid non præstabit? Quid si suapte culpa scandalizetur, cum sit infirmus, dicet aliquis? Propter hoc ipsum æquum fuerit, ut omnia feras. Si enim validus esset, nequaquam tali cura indigeret: jam vero, quoniam imperfectior est, idcirco multum in eum studii conferendum est. Hoc igitur ei concedamus, eumque omni ex parte supportemus: non enim nostrorum tantum malorum rationem reddemus, sed eorum etiam, quibus alios scandalizamus. Quod si ipsa per se molesta est exactio rationum, cum adjecta fuerint etiam scandala, quomodo salutem consequemur? Ne putemus enim, si peccatorum consor-

Rom. 14. 10.
Isai. 45. 24.

* Hæc excerpta sunt ex Homilia vigesima quinta in Epistolam ad Romanos ad caput 14. circa medium Homiliæ. Unde magna pars hujus Sermonis desumta est.

Rom. 14. 13.

ἘΝΟΜΙΖΟΝ μεγάλα τινὰ καὶ ὑπερφυῆ τῇ προτέρᾳ ἡμέρᾳ ὑμῖν εἰρηκέναι· καὶ γὰρ ἦν φύσει μεγάλα, καὶ πάντα ὑπερβαίνοντα λόγον· ἀλλ' ὅμως τὰ σήμερον λεχθέντα τοσαύτην ἔχει τὴν ὑπερβολὴν πρὸς ἐκεῖνα, ὅσην ἐκεῖνα πρὸς τὰ ἡμέτερα. καίτοιγε οὐκ ᾤμην αὐτὰ ἔχειν ὑπερβολήν· ἀλλ' ὅμως ἐπελθόντα τὰ σήμερον
B ἀναγνωσθέντα πολὺ πλέον ἐκείνων ἐφάνησαν λαμπρότερα. τίνα δέ εἰσι τὰ σήμερον ἀναγνωσθέντα; ὅτι πάντες μὲν παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ· γέγραπται γὰρ, ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος, ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ. ἄρα οὖν, ἕκαστος ἡμῶν περὶ ἑαυτοῦ λόγον δώσει τῷ Θεῷ. βλέπε, * οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, προσκυνήσει ἕκαστος, ἀλλὰ καὶ ἐξομολογήσεται ἕκαστος, τουτ' ἔστιν, εὐθύνας δώσει τῶν πεπραγμένων. ἔσο τοίνυν ἄνθρωπε [b] ἐναγώνιος πάντοτε τὸν κοινὸν δεσπότην ὁρῶν ἐπὶ τοῦ βήματος καθήμενον, καὶ μὴ σχίζε καὶ μέριζε τὴν ἐκκλησίαν, τῆς χάριτος ἀπορρηγνύμενος. καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς καὶ σὲ καὶ πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἀπαιτήσει λόγον. ἵνα δὲ μὴ δόξῃ ὡς ἐπιτηδὲς φοβῶν ἡμᾶς ταῦτα λέγειν, ἐκ τῆς προκειμένης ἀκολουθίας πάλιν ἔχεται τῆς αὐτῆς
C ὑποθέσεως λέγων· μηκέτι οὖν ἀλλήλους κρίνωμεν, ἀλλὰ τοῦτο κρίνατε μᾶλλον, τὸ μὴ τιθέναι τινὰ πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἢ σκάνδαλον. τοῦτο δὲ οὐκ ἐκείνου [c] μᾶλλόν ἐστιν, ἢ τούτου. διὸ ἀμφοτέροις ἁρμόζειν δύναται, καὶ τοῦ τελείου σκανδαλιζομένου τῇ τῶν βρωμάτων παρατηρήσει, καὶ τοῦ ἀτελοῦς προσκόπτοντος ἐπὶ τῇ σφοδρᾷ ἐπιπλήξει. σὺ δέ μοι σκόπει ἀγαπητὲ, πόσην δώσομεν τιμωρίαν οἱ σκανδαλίζοντες ἁπλῶς· εἰ γὰρ ἔνθα παράνομον ἦν τὸ γινόμενον, διὰ τὸ ἀκαίρως ἐπιτιμᾶν, ἐκώλυσε τοῦτο γίνεσθαι, ὥστε μὴ σκανδαλισθῆναι καὶ προσκόψαι τὸν ἀδελφὸν, ὅταν μηδὲ διορθοῦντες σκανδαλίζομεν τινὰ, τίνος ἐσμὲν ἄξιοι; εἰ γὰρ τὸ μὴ σῶσαι, ἔγκλημα, καὶ δείκνυσιν ὁ τὸ τάλαντον κατορύξας, τὸ σκανδαλίσαι τί οὐκ ἐργάζεται; τί οὖν ἐὰν οἴκοθεν, φησι, σκανδαλίζηται ἀ-
D σθενὴς [d] ὤν; δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο ἂν εἴη δίκαιον πάντα ὑπομένειν· εἰ γὰρ ἰσχυρὸς ἦν, οὐδὲ τοσαύτης ἐπιμελείας αὐτῷ ἔδει· νυνὶ δὲ ἐπειδὴ ἀτελέστερός ἐστι, διὰ τοῦτο πολλῆς χρῄζει τῆς σπουδῆς. παρέχωμεν τοίνυν αὐτῷ τοῦτο, καὶ πανταχόθεν αὐτὸν διαβαστάζωμεν· οὐδὲ γὰρ τῶν οἰκείων κακῶν ὑφέξομεν λόγον μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ὧν ἑτέρους σκανδαλίζομεν· εἰ δὲ ἐκεῖναι καθ' ἑαυτὰς χαλεπαὶ αἱ εὐθύναι, ὅταν καὶ τὰ σκάνδαλα προστεθῶσι, πότε σωθησόμεθα; μὴ γὰρ νομίσωμεν, εἰ κοινοὺς εὑρί-

[a] Collata cum tribus mss. Regiis, in quorum uno initium sic habet, μεγάλα τινὰ καὶ ὑπερφυῆ· sic etiam in duobus Vaticanis & in Anglicano uno. In his, inquam, omnibus, ἐνόμιζον deest.

[b] ἐναγώνιος, Ducæus. *Brixius*, firmus ac constans: *diximus*, pavidus esto, *ut B fil. conjungit.* ἔντρομον καὶ ἐναγώνιον· & *Chrysostomus Homil. 12. in Epist. 2. ad Corinthios*, ὅτι διὰ παντὸς ἐναγώνιον εἶναι χρὴ τὸν βίον τὸν ἡμέτερον. Multa alia possent loca afferri quam quæ Ducæus hic attulit, sed res est plana: hoc autem loco *solicitus* malui, quam *pavidus*.

[c] Tres mss. μᾶλλόν ἐστιν ὑποδεέστερον ἢ τούτου. Fronto Ducæus, *Homil. 25.* Florilegii, οὐκ ἐκείνου μᾶλλόν ἐστιν ἢ τούτου. Non ad illum magis, quam ad istum pertinet: *omissa voce* ὑποδεέστερον, *quæ hic abundare videbatur: itaque hic eo eum modo scripsimus:* hoc vero nihilo magis ad illum quam ad istum pertinet. Textus jam optime habet.

[d] Unus Codex, αὐτὸς μὲν οὖν τοῦτο ἂν εἴη δίκαιος ὑπομένειν. Fronto Ducæus, *Suspectus fuit mendi locus: d[illegible]sse namque [illegible] videbatur;* itaque verti, quasi esset, μὲν οὐδ' οὕτω δίκαιος ὑπομένειν, *sed h[illegible] excusus liber*, δι' αὐτὸ μὲν οὖν εἴης ἂν δίκαιος ὑπομένειν. Anglicana editio addit πάντα. Græca jam bene habent in edito nostro. Hæc porro & sequentia longa serie leguntur infra Hom[illegible] in Epist. ad Romanos, sæpeque iisd[illegible]

ρῶν τῶν ἁμαρτημάτων, ὡς ἀπολογίαν ἕξομεν· τοῦτο ἡμῖν καὶ προσθήκη γίνεται τιμωρίας· ἐπεὶ καὶ ὁ ὄφις μᾶλλον ἐκολάσθη τῆς γυναικός. ὥσπερ οὖν καὶ ἡ γυνὴ τοῦ ἀνδρός· καὶ Ἰεζάβελ δὲ χαλεπωτέραν ἔδωκε δίκην τοῦ Ἀχαὰβ ἁρπάσαντος τὸν ἀμπελῶνα. καὶ σὺ τοίνυν ὅταν αἴτιος ἑτέροις ἀπωλείας γένῃ, χαλεπώτερα πείσῃ τῶν ὑποσκελισθέντων παρὰ σοῦ. οὐδὲ γὰρ οὕτως τὸ ἁμαρτεῖν, ὡς τὸ καὶ ἑτέρους εἰς τοῦτο ἐνάγειν ἀπόλλυσι· διό φησιν, οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσιν. ὥστε ὅταν ἴδωμεν τινὰς ἁμαρτάνοντας, μὴ μόνον μὴ ὠθῶμεν αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ ἀνέλκωμεν ἐκ τοῦ βόθρου τῆς πονηρίας· ἵνα μὴ τῆς ἑτέρων ἀπωλείας αὐτοὶ τὴν δίκην ὑπόσχωμεν. ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν ἐπανέλθωμεν. πάντες γάρ, φησι, παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, καὶ λόγον δώσομεν τῷ θεῷ. τί οὖν ποιήσομεν οἱ ἐν ἁμαρτίαις προεκδόντες ἑαυτοὺς ἑκόντες; τίνα ἕξομεν τὴν παραψυχήν; τίνα παραμυθίαν; πῶς ἐξιλεωσόμεθα τὸν φοβερὸν δικαστήν; πόσης αἰσχύνης πληρωθῶμεν, ὁρῶντες πρὸ ὀφθαλμῶν τὰς ἀσεβείας ἡμῶν; ὅμως ἐὰν θελήσωμεν νῦν διεγερθῆναι πρὸς τὰ θεῷ ἀρεστὰ, δυνησόμεθα καὶ πάντα τὰ ἡμαρτημένα ἀπονίψασθαι, καὶ τὰ φοβερὰ ἐκεῖνα κριτήρια διαφυγεῖν. τοῦτο δὲ ἔσται, ἐὰν μνημονεύσωμεν διηνεκῶς τῆς ἐντεῦθεν ἀποδημίας τοῦ σώματος ἡμῶν· μιμνήσκου γάρ, φησιν, τὰ ἔσχατά σου, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα οὐχ ἁμαρτήσεις· ἔπειτα ἀναλογιζώμεθα τὸ φοβερὸν βῆμα τοῦ Χριστοῦ, ἐν ᾧ πάντα γυμνὰ, καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, τὰ ἐν λόγῳ, τὰ ἐν ἔργῳ, τὰ ἐν διανοίᾳ· ἔπειτα τὸν ποταμὸν τοῦ πυρὸς, [a] τὸν δεσμὸν τὸν ἄλυτον, τὸ σκότος τὸ ἀφεγγὲς, τὸν βρυγμὸν τῶν ὀδόντων, τὸν σκώληκα τὸν ἰοβόλον, τὴν ἡμέραν ἐκείνην, τὴν ὀδυνηρὰν μὲν τοῖς ἁμαρτωλοῖς, φαιδρὰν δὲ καὶ ἡδεῖαν τοῖς ἔργα δικαιοσύνης ἐπιτελέσασιν.

Ἀλλ' εἰσὶ τινὲς τῶν ἀνθρώπων τοσαύτης ἀνοίας πεπληρωμένοι, ὡς ψευδεῖς ἡγεῖσθαι τὰς θεοπνεύστους γραφὰς καὶ τὸ δίκαιον τοῦ θεοῦ ἀλληγοροῦντες. ἀκήκοα γάρ τινων φιλαμαρτημόνων, καὶ ὑπὸ πολλῆς φιληδονίας κατεχομένων, λεγόντων τοιαῦτα, ὅτι, φασὶν, ὁ θεὸς πρὸς φόβον τῶν ἀνθρώπων ἠπείλησε ταῦτα· μὴ γένοιτο γὰρ, ὅτι ἐλεήμων ὢν κολάσει τινὰ, καὶ μάλιστα τῶν ἐπεγνωκότων αὐτόν. ἀκούσατε οὖν οἱ ἀπολωλεκότες τὰς καρδίας ἄνθρωποι, οἱ τῇ [b] ὑποβολῇ τοῦ μισοκάλου πειθόμενοι τοῦ χαίροντος ὑμῶν τῇ ἀπωλείᾳ· ἵνα γὰρ μὴ φοβηθέντες εἰς χρηστὸν βίον ἑαυτοὺς μεταβάλωμεν, καὶ φύγωμεν τῆς κολάσεως βασανιστήρια, διὰ τοῦτο εἰς ταύτην ἡμᾶς ἤγαγε τὴν ἀφοβίαν· ὅπως ἐνταῦθα ἀμελήσαντες, εἰς αὐτὸν τὸν τοῦ ᾅδου πυθμένα ἑαυτοὺς ἐμβάλωμεν. λέγετε οὖν μοι οἱ ψεύστην τὸν θεὸν ἀποφαίνοντες, οἱ ῥήματα μόνον ψιλὰ τὰς ἁγίας γραφὰς λογιζόμενοι, καὶ οὐχὶ ἀλήθειαν, τί νομίζετε ὦ ἀνόητοι; οὐχ ὁ πλούσιος ἐκεῖνος κολάζεται, ὁ τὸν Λάζαρον ὑπεριδών; οὐχὶ αἱ μωραὶ παρθένοι τοῦ νυμφῶνος ἐξεβάλλοντο; οὐχὶ οἱ μὴ θρέψαντες Χριστὸν, εἰς τὸ πῦρ ἀπέρχονται τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ; οὐχ ὁ τὰ ῥυπαρὰ ἱμάτια ἐνδεδυμένος, χεῖρας καὶ πόδας δεθεὶς ἐκβάλλεται εἰς τὸ πῦρ; οὐχὶ ὁ τὰ ἑκατὸν δηνάρια ἀπαιτήσας παραδίδοται τοῖς βασανισταῖς; οὐ τὸ περὶ τῶν μοιχῶν εἰρημένον ἀλήθειά ἐστιν, ὅτι ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται; ἢ ἀπειλαὶ μόνον ταῦτά εἰσι; ναὶ, φησί. καὶ πόθεν, εἴπατέ μοι ἄθλιοι, πρᾶγμα τοιοῦτον τολμᾶτε ἀποφήνασθαι, καὶ ταῦτα οἴκοθεν φέροντες τὴν ἄδικον ψῆφον; ἐγὼ δὲ καὶ ἀφ' ὧν πεποίηκε, τοὐναντίον ἀποδεῖξαι πειράσομαι. εἰ γὰρ περὶ τῶν μελλουσῶν κολάσεων οὐ πιστεύομεν, κἂν ἀπὸ τῶν ἤδη γεγενημένων πιστεύσωμεν. οὐ γὰρ δὴ τὰ γεγενημένα καὶ εἰς ἔργον ἐξελθόντα ἀπειλαὶ καὶ ῥήματά εἰσι μόνον. τίς οὖν τὴν οἰκουμένην κατέκλυσεν ἅπασαν ἐπὶ

A tes repererimus, nos excusationem habituros: hoc nobis pœnas accumulabit: nam gravius quam mulier punitus est serpens; quemadmodum & mulier gravius quam vir, & Jezabel acerbiores pœnas quam Achab dedit, qui vineam eripuerat. Tu quoque si cæteris perditionis causa fueris, acerbiora patieris quam illi, qui a te fuerint supplantati: non enim tantam nobis id perniciem creat quod peccemus, quam quod alios ad id agendum impellamus: quamobrem ait, *Non solum id faciunt, sed etiam consentiunt facientibus.* Cum igitur peccantes quosdam viderimus, non modo non eos impellamus, sed etiam ex improbitatis fovea extrahamus, ne perditionis aliorum a nobis pœnæ repetantur. Verum ad rem propositam revertamur: *Omnes* enim, inquit, *stabimus ante tribunal Christi*, & rationem Deo B reddemus. Quid igitur faciemus? quod solatium? quam consolationem obtinebimus? quomodo judicem tremendum placabimus? quanto pudore confundemur, cum nostræ nobis impietates ob oculos versabuntur? Verumtamen si jam erigere animos ad ea consectanda voluerimus, quæ Deo sunt accepta; cum omnia poterimus abstergere a nobis commissa peccata, tum illa tremenda tribunalia devitare. Id vero fiet, si corporis nostri ex hac vita discessus perpetuo recordemur: *Memorare* namque *novissima tua, & in æternum non peccabis:* deinde tremendum Christi tribunal mente versemus, in quo nuda sunt omnia & aperta oculis ejus, quæ verbo, quæ opere, quæ cogitatione commiserimus; deinde fluvium igneum, vincula indissoluta, tenebras lucis expertes, stridorem dentium, vermem venenatum, C diem illum luctuosum quidem peccatoribus, hilarem autem ac jucundum illis, qui justitiæ opera perfecerint.

4. Reg. 9.

Qui causa perditi alii sunt acerbius puniuntur.

Rom. 1. 32.

Rom. 14. 10.

Eccli. 7. 40.

2. Sed homines sunt quidam tanta dementia præditi, ut mendaces arbitrentur Scripturas divinitus inspiratas: quique jus divinum per allegoriam interpretantur. Audivi enim quosdam peccatis deditos, & amore summo voluptatis irretitos, hujusmodi verbis utentes: Deus, inquiunt, ad timorem hominibus incutiendum hæc minatus est: absit enim, ut qui misericors est, quemquam puniat ex illis præsertim qui eum agnoverunt. Audite igitur homines corde destituti, qui probitatis hostis interitu vestro gaudentis suasioni paretis: ne enim timore perculsi D nos ad meliorem vitam convertamus, & tormenta pœnarum evitemus, idcirco nobis hanc securitatem invexit, ut hîc omni cura vacui nos præcipites in ipsum inferni fundum agamus. Dicite igitur mihi, qui mendacem Deum asseritis, qui verba tantum nuda Scripturas sacras, non veritatem reputatis, quid censetis, o stulti? nonne dives ille punitur, qui Lazarum contemserat? nonne fatuæ virgines e sponsi thalamo ejiciuntur? nonne qui Christum non paverunt, in ignem discedunt, qui paratus est diabolo & angelis ejus? nonne qui sordidis fuit indumentis vestitus, ligatis manibus ac pedibus in ignem ejicitur? nonne qui centum denarios repetierat, tortoribus est traditus? nonne quod dictum est E de adulteris, verum est, quia vermis eorum non morietur, & ignis eorum non exstinguetur? an minæ tantum sunt ista? Etiam, inquiunt. Unde vero quæso fit, o miseri, ut rem talem asserere audeatis, idque quod injustam sponte sententiam feratis? ego vero cum ex iis quæ dixit, tum ex iis quæ fecit Christus, contrarium conabor ostendere. Si enim de futuris pœnis non credimus, saltem ob ea quæ jam evenerunt, credamus: non enim ea quæ jam evenerunt, & in opus exierunt, minæ sunt ac verba tantum. Quis ergo Noë tempore totum terrarum orbem

Contra eos qui putabant Deum non ulcisci crimina.

Luc. 16. 20.

Matth. 25. 41.

Matth. 22. 11.

Isai. 66. 24.

a Sic correximus ex uno Regio. Morel. τοὺς δεσμοὺς τοὺς ἀλύτους, τοῦ σκότους τοῦ ἀφεγγοῦς, τοῦ βρυγμοῦ τῶν ὀδόντων, &c.
In sequenti nota Fronto Ducæus monet corrigenda quædam esse, quæ correcta sunt.

b Editi male, ὑπερβολῇ. Regii duo, ὑποβολῇ.

undis obruit, triste naufragium illud invexit, universumque genus humanum omnino delevit? quis rursus postea fulmina illa & turbines igneos in Sodomorum terram misit? quis Ægyptum omnem submersit? quis sexcenta millia in deserto

Ps. 105. 17. prostravit? quis congregationem Abiron incendit? quis, Core & Dathan, ut aperto ore deglu-

2. Reg. 24. 15. tiret, terræ mandavit? quis ætate Davidis uno temporis momento millia septuaginta perdidit? quis centum octoginta quinque millia una no-

Isai. 37. 36. cte, cum prophetaret Esaïas, interemit? Dicam & eos qui privatim puniti sunt, addictum perpetuo supplicio Caïn, lapidatum cum omni genere suo Charmin, eum qui quod in sabbato ligna collegisset, idem passus est: quadraginta duos pueros quos Elisæi tempore devorarunt feræ, neque propter ætatem veniam impetrarunt? Quod si post legem gratiæ cernere id cupis, cogita quanta sint passi Judæi: quo pacto liberos matres ipsorum comederint, hæ assatos, illæ alia ratione consumtos: quomodo fame vexati sint intolerabili, bellisque variis ac molestis, sic ut omnes priorum temporum tragicos casus calamitatum suarum acerbitate superarint. Ut enim scias hæc in eos Christum immisisse, prædicentem hæc, illud audi tum per parabolas, tum clare & aperte. Per parabolas quidem, ut cum

Luc. 19. 27. ait, *Eos autem, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc & interficite*: itemque per vineam & per nuptias; clare vero ac dilucide, ve-

Luc. 21. 24. Matth. 24. 21. luti cum minans ait, Et cadent in ore gladii, & erit in terris pressura gentium, in anxietate resonante mari & salo, exanimatis hominibus præ timore, & erit tribulatio talis qualis non fuit un-

Act. 5. 1. quam, neque fiet. Ananias etiam & Sapphira quas ob paucorum argenteorum furtum pœnas dederint, nostis omnes: quotidianas autem calamitates quot feramus, qui peccata committimus, nonne cernitis? an vero hæc ipsa non evenerunt? nonne videtis eos qui nunc etiam fame contabescunt? qui elephantiasi & vitio corporis detinentur, qui perpetua degunt in egestate, qui mille gravissimis & intolerandis malis affliguntur? quonam igitur pacto æquum fuerit quosdam puniri, quosdam vero non puniri? Nam si injustus non est Deus, ut profecto injustus non est, omnino tu quoque pœnas dabis si peccaveris: sin autem, quia benignus est Deus, non punit: ne hos quidem puniri oportebat: jam vero propter hæc inepta vestra verba multos hîc etiam punit Deus, ut cum minarum verbis non credatis, saltem rebus ipsis pœnarum credatis: & quoniam non ita vobis antiqua timorem incutiunt, iis quæ singulis generationibus accidunt, illos qui iisdem temporibus vivunt, segniter se gerentes, corrigere solet.

Cur Deus non hic omnes puniat.

3. Quare vero non omnes hic punit, dicet aliquis? Ut aliis spatium det pœnitentiæ. Cur autem non illic omnes castigat? ne multi ejus providentiam non credant. Quam multi latrones, alii quidem damnati sunt, alii vero non affecti supplicio abierunt? ubi ergo Dei benignitas & justum judicium? meum enim est te interrogare. Nam si nullus prorsus puniretur, possent ad hoc quidem confugere: cum vero alii quidem pœnas dent, alii vero non dent, tametsi pejora peccata committant, quomodo justum esset, ut cum non eadem essent delicta, pœnæ tamen eædem luerentur? num illis injuria fieri videretur, qui punirentur? Cur igitur, inquit, omnes hîc plectuntur? audi Dominum ipsum hac de re sic tibi satisfacientem. Nam quia mortem obierant turri cadente quidam, illis, qui super his dubitationem afferebant, di-

Luc. 13. 3. cebat: *Putatis, quia hi soli peccatores præter*

a Sic duo mss. At Morel. Σοδόμου. Infra alii, Αβηρών. Quibusdam interpositis qui Χάρμιν dicitur est Achar filius Charmi, qui Josuë 7. 1. commemoratur. Alia quæ corrigenda monet Fronto Ducæus jam correcta sunt.

A τοῦ Νῶε, καὶ τὸ χαλεπὸν ἐκεῖνο ναυάγιον εἰργάσατο, καὶ τοῦ τοῦ γένους ἡμῶν πανωλεθρίαν παντὸς ἐποίησε; τίς πάλιν μετὰ ταῦτα τοὺς κεραυνοὺς ἐκείνους καὶ τοὺς πρηστῆρας ἀφῆκεν ἐπὶ τὴν a Σοδόμων γῆν; τίς τὴν Αἴγυπτον ἅπασαν κατεπόντισε; τίς τὰς ἑξακοσίας χιλιάδας ἐπὶ τῆς ἐρήμου κατέστρωσε; τίς τὴν συναγωγὴν Ἀβειρὼμ κατέφλεξε; τίς τοὺς περὶ Κορὲ καὶ Δαθὰν ἀνοῖξαι τῇ γῇ τὸ στόμα καὶ καταπιεῖν ἐκέλευσε; τίς τὰς ἑβδομήκοντα χιλιάδας ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ κατήνεγκεν ἐπὶ τοῦ Δαυίδ; τίς τὰς ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδας ἐν μιᾷ νυκτὶ ἐθανάτωσεν ἐπὶ τῆς προφητείας Ἠσαΐου; εἴπω καὶ τοὺς κατ' ἰδίαν κολασθέντας, τὸν διηνεκεῖ παραδοθέντα τιμωρίᾳ Κάϊν, τὸν καταλευσθέντα μετὰ παντὸς τοῦ γένους Χάρμιν, τὸν ὑπὲρ συλλογῆς ξύλων τὸ αὐτὸ παθόντα ἐν σαββάτῳ, τοὺς ἐπὶ Ἐλισσαίου τεσσαράκοντα καὶ δύο παῖδας τοὺς ὑπὸ τῶν θηρίων δαπανη-

B θέντας, μηδὲ ἀπὸ τῆς ἡλικίας τυχόντας συγγνώμης; εἰ δὲ καὶ μετὰ τὴν χάριν τοιαῦτα ἰδεῖν ἐθέλοις, ἐννόησον ὅσα ἔπαθον οἱ Ἰουδαῖοι, πῶς τὰ ἴδια τέκνα κατέφαγον αἱ γυναῖκες αὐτῶν, αἱ μὲν ὀπτῶσαι, αἱ δὲ καὶ ἄλλως δαπανῶσαι. πῶς λιμῷ παρεδόθησαν ἀνηκέστῳ, καὶ πολέμοις ποικίλοις καὶ χαλεποῖς, ὡς πάσας τὰς ἔμπροσθεν τραγῳδίας ἀποκρύψαι τῇ τῶν οἰκείων ὑπερβολῇ συμφορῶν. ὅτι γὰρ ὁ Χριστὸς αὐτοὺς ταῦτα εἰργάσατο ἄκουσον αὐτοῦ ταῦτα προλέγοντος, καὶ διὰ παραβολῶν καὶ σαφῶς καὶ ἀνακεκαλυμμένως. διὰ παραβολῶν μὲν, ὡς ὅταν λέγῃ· τοὺς δὲ μὴ θέλοντάς με βασιλεῦσαι ἐπ' αὐτοὺς, ἀγάγετε καὶ κατασφάξατε. καὶ διὰ τοῦ ἀμπελῶνος, καὶ διὰ τοῦ γάμου. σαφῶς δὲ καὶ διαῤῥήδην, ὅταν λέγῃ ἀπειλῶν,

C ὅτι πεσοῦνται ἐν στόματι μαχαίρας, καὶ ἔσται συνοχὴ ἐπὶ τῆς γῆς ἐθνῶν, ἐν ἀπορίᾳ ἠχούσης θαλάσσης καὶ σάλου, ἀποψυχόντων ἀνθρώπων ἀπὸ φόβου, καὶ ἔσται θλίψις τοιαύτη, οἵα οὐ γέγονε πώποτε, οὐδὲ μὴ γένηται· καὶ ὁ Ἀνανίας καὶ ἡ Σάπφειρα ὑπὲρ κλοπῆς ὀλίγων ἀργυρίων ὅσην ἔδωκαν δίκην, ἅπαντες ἴστε. τὰς δὲ καθημερινὰς συμφορὰς οὐχ ὁρᾶτε, ὅσας ὑποφέρομεν ἁμαρτάνοντες; ἢ οὐδὲ ταῦτα γεγένηται; οὐχ ὁρᾶτε καὶ νῦν τοὺς λιμῷ τηκομένους, τοὺς ἐλέφαντι καὶ λώβῃ σώματος κατεχομένους, τοὺς πενίᾳ διηνεκεῖ συζῶντας, τοὺς μυρία ἀνήκεστα καὶ θλιβερὰ πάσχοντας; πῶς οὖν ἂν ἔχοι λόγον τοὺς μὲν κολάζεσθαι, τοὺς δὲ μὴ κολάζεσθαι; εἰ γὰρ οὐκ ἄδικος ὁ θεὸς, ὥσπερ οὖν οὐδὲ ἄδικος, πάντως καὶ σὺ δίκην δώσεις ἁμαρτάνων· εἰ δὲ, ἐπειδὴ φιλάνθρωπός ἐστιν ὁ θεὸς, οὐ κολάζει, οὐδὲ τούτους ἔδει κολασθῆναι· νυνὶ

D δὲ διὰ ταῦτα ὑμῶν τὰ ψυχρὰ ῥήματα, πολλοὺς καὶ ἐνταῦθα κολάζει ὁ θεός· ἵνα ὅταν τοῖς ῥήμασι μὴ πιστεύσητε τῆς ἀπειλῆς, κἂν τοῖς πράγμασι πιστεύσητε τῆς τιμωρίας. καὶ ἐπειδὴ τὰ παλαιὰ οὐχ οὕτως ὑμᾶς b φοβεῖ τοῖς ἐφ' ἑκάστης γενεᾶς συμβαίνουσι τοὺς κατὰ καιρὸν διορθοῦται ῥαθυμοῦντας.

Καὶ τίνος ἕνεκεν οὐ πάντας ἐνταῦθα κολάζει, φησίν; ἵνα δῷ τοῖς ἄλλοις προθεσμίαν μετανοίας. τίνος οὖν ἕνεκεν οὐ πάντας τιμωρεῖται ἐκεῖ; ἵνα μὴ πολλοὶ διαπιστήσωσιν αὐτοῦ τῇ προνοίᾳ. πόσοι λῃσταὶ οἱ μὲν ἑάλωσαν, οἱ δὲ ἀπῆλθον μὴ δόντες δίκην; ποῦ τοίνυν ἡ φιλανθρωπία τοῦ θεοῦ καὶ ἡ δικαιοκρισία; ἐμὸν γάρ ἐστιν ἔρεσθαί σε· εἰ μὲν γὰρ μηδεὶς ὅλως ἐτιμωρεῖτο, εἶχον ἐπὶ τοῦτο καταφυγεῖν· ὅταν δὲ οἱ μὲν δῶσι δίκην, οἱ δὲ μὴ δῶ-

E σι, καίτοι χείρονα ἁμαρτάνοντες, πῶς ἂν ἔχοι τοῦτο λόγον μὴ τῶν αὐτῶν πλημμελημάτων τὰς αὐτὰς εἶναι δίκας; πῶς δὲ οὐκ ἂν δόξαιεν ἀδικεῖσθαι οἱ κολασθέντες; τίνος οὖν ἕνεκεν, φησιν, οὐ πάντες ἐνταῦθα κολάζονται; ἄκουσον αὐτοῦ περὶ τούτων σοι ἀπολογουμένου· ἐπειδὴ γὰρ ἀπέθανόν τινες πύργου κατενεχθέντος, ἔλεγε τοῖς ὑπὲρ τούτων διαποροῦσι· δοκεῖτε, ὅτι οὗτοι μόνοι ἁμαρτωλοὶ πα- c

b Hic emendationem sequimur quam Ducæus in notis ex vetusto libro adoptarat.

c Unus, τοῖς περὶ τούτων.

περὶ πάντας εἰσίν; οὐχὶ λέγω ὑμῖν· ἀλλ' ἐὰν μὴ μετανοήσητε καὶ ὑμεῖς, πάντες ὡς αὐτοὶ ἀπολεῖσθε· παραινῶν ἡμῖν καὶ διδάσκων μὴ θαῤῥεῖν, ὅταν ἑτέρων δόντων δίκην, ἡμεῖς πολλὰ πλημμελήσαντες μὴ δῶμεν· ἂν γὰρ μὴ μεταμελώμεθα, δώσομεν πάντως. καὶ πῶς, φησιν, ἀθάνατα κολαζόμεθα ἐνταῦθα βραχὺν χρόνον ἁμαρτόντες; ὥσπερ δὴ καὶ ἐνταῦθά τις ἄνθρωπος ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ ἕνα φόνον ποιῶν τῇ τῶν μετάλλων διηνεκεῖ καταδικάζεται ταλαιπωρίᾳ. ἀλλ' ὁ Θεὸς οὐχ οὕτω, φησί. πῶς οὖν τριάκοντα ὀκτὼ ἔτη ἐν τοιαύτῃ κολάσει τὸν παράλυτον κατεῖχεν; ὅτι γὰρ διὰ ἁμαρτήματα αὐτὸν ἐκόλαζεν, ἄκουσον τί φησιν· ἴδε, ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε· ἵνα μὴ χεῖρόν σοί τι γένηται· ἀλλ' ὅμως ἔλαβε λύσιν, φησίν· ἀλλ' οὐ τὰ ἐκεῖ τοιαῦτα. ὅτι γὰρ ἐκεῖνα οὐχ ἕξει λύσιν ποτὲ, ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος, ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται, καὶ πορεύσονται οὗτοι εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον. εἰ τοίνυν ἡ ζωὴ αἰώνιός ἐστι, καὶ ἡ κόλασις αἰώνιος. οὐχ ὁρᾷς πόσα ἠπείλησεν Ἰουδαίοις; ἆρα οὐκ ἐξέβη τὰ ἀπειληθέντα, ἢ λόγος ἦν τὰ εἰρημένα; καὶ πάλιν, οὐ μὴ μείνῃ λίθος ἐπὶ λίθον· ἆρα ἔμεινε; τί δὲ ὅτι καὶ εἶπεν, ἔσται
a θλίψις, οἵα οὐ γέγονε πώποτε· [a] ἆρα οὖν οὐκ ἐγένετο; ἀνάγνωθι τὴν ἱστορίαν τοῦ Ἰωσήππου, καὶ οὐδὲ ἀναπνεῦσαι δυνήσῃ ἀκούων, ἅπερ ἔπαθον ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἐκεῖνοι. φησὶ γὰρ, ὅτι πᾶσαν ἐνίκησε τραγῳδίαν ἐκεῖνα τὰ δεινὰ, καὶ ὅτι πόλεμος οὐδεὶς οὐδέποτε τοιοῦτος ἔθνος κατέλαβε. ταῦτα λέγω οὐχ ἵνα ὑμᾶς λυπήσω· ἀλλ' ἵνα ὑμᾶς ἀσφαλίσωμαι, καὶ μὴ ψυχαγωγήσας ὑμᾶς περιττὰ, παρασκευάσω χαλεπώτερα ὑπομεῖναι. διὰ τί γὰρ, εἰπέ μοι, οὐκ ἀξιοῖς κολάζεσθαι ἁμαρτάνων; οὐχὶ προεῖπέ σοι ἅπαντα; οὐχὶ ἠπείλησεν; οὐχὶ ἐφόβησεν; οὐχὶ μυρία εἰργάσατο ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῆς σῆς; οὐχὶ λουτρὸν παλιγγενεσίας ἐδωρήσατο, καὶ τὰ πρότερα πάντα ἀφῆκεν; οὐχὶ μετὰ τὴν ἄφεσιν ταύτην καὶ τὸ λουτρὸν καὶ τὴν ἐκ τῆς μετανοίας βοήθειαν πάλιν ἁμαρτάνοντί σοι δέδωκεν; οὐχὶ εὔκολόν σοι ἐποίησε τὴν ὁδὸν, καὶ μετὰ ταῦτα τῆς τῶν ἁμαρτημάτων ἀφέσεως; ἄκουε τοίνυν καὶ οἷα ἐπέταξεν· ἐὰν ἀφῇς τῷ πλησίον, ἀφίημί σοι κἀγὼ, φησι. ποίαν τοῦτο δυσκολίαν ἔχει; κρίνατε ὀρφανὸν, καὶ δικαιώσατε χήραν, δεῦτε καὶ διαλεχθῶμεν, φησι, καὶ ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ. ποῖον τοῦτο ἔχει μόχθον; λέγε σὺ, φησι, τὰς ἁμαρτίας σου πρῶτος, ἵνα δικαιωθῇς· τίνα τοῦτο δυσκολίαν ἔχει; τὰς ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι; ποῖος τοῦτο ἱδρώς; εἶπεν ὁ τελώνης, ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ, καὶ κατῆλθε δεδικαιωμένος. ποῖος πόνος μιμήσασθαι τὸν τελώνην; ἀλλ' οὐ βούλει πεισθῆναι οὐδὲ μετὰ τὰς τοσαύτας ἀποδείξεις, ὅτι κόλασίς ἐστι καὶ τιμωρία; οὐκοῦν οὐδὲ τὸν διάβολον εἴποις ἂν κολάζεσθαι· πορεύεσθε γάρ, φησιν, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. εἰ γὰρ γέεννα οὐκ
b ἔστιν, οὐδὲ ἐκεῖνος κολάζεται· [b] εἰ δὲ ἐκεῖνος κολάζεται, δῆλον ὅτι καὶ ἡμεῖς οἱ τὰ τούτου ἔργα ἐπιτελοῦντες κολασθησόμεθα· καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς παρηκούσαμεν, εἰ καὶ μὴ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς. πῶς δὲ οὐ δέδοικας ἄνθρωπε τολμηρὰ φθεγγόμενος, ὅταν λέγῃς, ὅτι φιλάνθρωπός ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ οὐ κολάζει· καὶ ἐὰν κολάσῃ, εὑρίσκεται κατὰ σὲ οὐκ ἔτι φιλάνθρωπος ὤν. ὁρᾷς εἰς οἷα ῥήματα ὑμᾶς ὁ διάβολος ἄγει; τί δὲ οἱ τὰ ὄρη κατειληφότες μοναχοὶ, καὶ μυρίαν ἄσκησιν ἐπιδειξάμενοι ἐν ὄρεσι καὶ σπηλαίοις καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς, ἆρα ἀστεφάνωτοι ἀπελεύσονται; εἰ γὰρ οἱ πονηροὶ μὴ κολάζονται, μηδὲ ἔστι μηδενὸς ἀντίδοσις, ἐρεῖ πάλιν ἄλλος ἴσως,

A *omnes sint? Non dico vobis: sed si pœnitentiam non egeritis, omnes ut ipsi peribitis:* admonens nos ac docens, ne nimium confidamus, cum aliis dantibus pœnas ipsi multis commissis delictis non damus: nisi enim pœnitentiam agamus, omnino dabimus. Verum quî fit, ut in æternum puniamur, dicet aliquis, cum hîc brevi tempore peccaverimus? Ut nimirum hic etiam vir aliquis brevi momento temporis una cæde patrata ad perpetuas metallorum miserias damnatur. At enim ita non agit Deus, inquit. Quomodo igitur annos triginta octo paralyticum in tali supplicio detinuit? etenim ob peccata punitum illum ab eo fuisse ut noveris, audi quid dicat: *Ecce sanus factus es: jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Joan. 5. 14.
B Veruntamen finem accepit, inquit: at non talia sunt, quæ illic fiunt. Ut enim scias illa nunquam finem acceptura, ipsum dicentem audi: *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non exstinguetur; &, ibunt hi in vitam æternam, & illi in supplicium æternum.* Isai. 66 24. Marc. 9. 44. Matth. 25. 46. Si ergo vita est æterna, & supplicium æternum, non vides quanta Judæis minatus sit? num ea quæ minatus fuerat, evenerunt, an vero fuerunt verba quæ dixerat? & rursus: *Non remanebit lapis super lapidem:* Matth. 24. 2. & 21. num remansit? quid vero, quod dixit, *Erit tribulatio, qualis nunquam fuit:* numquid igitur non fuit? Lege historiam Josephi, & ne respirare quidem poteris, dum quanta illi reipsa passi fuerint, audies: ait enim tragicos omnes casus illa mala superasse, nec ullum unquam tale bellum nationem ullam
C invasisse. Hæc a me dicuntur, non ut dolorem vobis inuram, sed ut tutos vos reddam, & non superflue blandiens efficiam, ut multo graviora patiamini. Cur enim, quæso, dignum esse non judicas, ut, cum pecces, puniaris? nonne tibi cuncta prædixit? nonne minatus est? nonne exterruit? nonne tuæ salutis causa innumera præstitit? nonne lavacrum regenerationis largitus est, & omnia priora dimisit? nonne post hanc remissionem, & lavacrum & auxilium ex pœnitentia rursus peccanti concessit? nonne facilem etiam postea reddidit viam remissionis peccatorum? Audi ergo qualia etiam præceperit. Si dimiseris proximo, tibi ego quoque dimitto, inquit: quam habet hoc difficultatem? *Judicate pupillum, & justificate viduam; venite, & disputemus,* Isai. 1. 17.
D inquit; *& si fuerint peccata vestra quasi phœniceum, sicut nivem dealbabo:* quid in hoc est laboris? *Dic tu,* inquit, *peccata tua primus, ut justificeris:* Isai. 43. 26. quid in hoc est difficultatis? *Peccata tua eleemosynis redime:* Dan. 4. 24. quis hoc grave censeat? Publicanus dixit, *Propitius esto mihi peccatori,* Luc. 18. 13. & descendit justificatus: quis labor publicanum imitari? At neque post tot tantasque demonstrationes, supplicium & pœnam esse vis credere? nec igitur diabolum puniri dicere potes. *Discedite* namque, inquit, *in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus.* Matth. 25. 41. Si enim gehenna non est, nec ille punitur: si vero ille punitur, nos quoque puniri liquet, qui perficimus opera ejus: nam & nos minime obtemperavimus, tametsi non eisdem in factis. Quî fit autem ut non timeas, o homo, dum sic audacter
E loqueris, cum dicis; Benignus est, & non punit: quod si puniat, secundum te non jam amplius benignus esse reperitur. Vides ad quænam verba diabolus vos impellat? Quid vero Monachi illi, qui montes occuparunt, qui millies se religiosæ vitæ laboribus exercuerunt in montibus, in speluncis & cavernis terræ: num corona non donati abibunt? Monachorum aspera vita. Nam si mali non puniuntur, neque rei ullius est retributio, dicet rursus aliquis,

[a] Putat Fronto Ducæus hæc alludere ad illa Josephi verba initio lib. primi de bello Judaïco: τὸν πόλεμον μέγιστον οὐ μόνον τῶν καθ' ἡμᾶς, σχεδὸν δὲ καὶ ὧν ἀκοῇ παρειλήφαμεν, ἢ πόλεων πρὸς πόλεις, ἢ ἐθνῶν ἔθνεσι συῤῥαγέντων. Et rursus, τὰ γοῦν πάντων ἀπ' αἰῶνος ἀτυχήματα πρὸς τὰ Ἰουδαίων ἡττᾶσθαί μοι δοκεῖ, κατὰ σύγκρισιν. Calamitates autem Judæorum, quales vix unquam auditæ fuerint, per totum opus de bello Judaïco describuntur.

[b] Hæc paulum variant in mss. sed textus bene habere videtur.

neque boni coronantur. Nequaquam, inquit: sed hoc Deo conveniens est, ut apud eum sit regnum solum & non gehenna. Itaque fornicator & adulter, & qui sexcenta scelera patravit, iisdem rebus perfruetur atque is qui temperantiam, sanctitatem, continentiam, & omnem angelicam conversationem exhibuit? quod si non sit gehenna, resurrectio vero plane futura est; mali quoque bona eadem quæ justi consequentur. Quis hoc dicere audeat vel etiam ex iis quibus mens est penitus de sanitate deturbata? imo vero quis unquam dæmon hoc dixerit? Certe ipsi etiam dæmones gehennam esse confitentur, ideo clamabant dicentes: *Venisti huc ante tempus torquere nos?* (Matth. 8. 29.) Quomodo igitur non vereris & perhorrescis, o homo, negare, dum dæmones confitentur? quomodo pravorum hujusmodi dogmatum magistrum non animadvertis? qui enim principem generis nostri hominem decepit, & majori spe proposita bonis eum ejecit, quæ in manibus erant, hic est qui nunc ista suggerit dicenda vel cogitanda, & idcirco persuadet, ut suspicentur quidam non esse gehennam, ut injiciat in gehennam. Deus enim ex adverso gehennam minatur, & gehennam paravit, ut cum nos id noverimus, ita pie vivamus, ut in gehennam non incidamus. Quamquam si cum sit gehenna, hæc diabolus tibi persuadet, quomodo dæmones eam confessi sunt, cum non esset, quibus id est maxime curæ, ut nos nihil tale suspicemur: quo securitate negligentiores effecti cum ipsis in ignem illum incidamus? Qui factum est autem, dicet aliquis, ut tum dæmones faterentur, quippe qui necessitatem ipsis incumbentem minime ferrent? Quæ quidem omnia mente versantes desinant & seipsos & alios fallere, qui hæc dicunt: *Deus* enim, inquit Propheta, *manifeste veniet, Deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu ejus exardescet: & in circuitu ejus tempestas valida. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus.* (Ps. 49. 3.; Ps. 96. 3.) Quinam porro sunt inimici Dei, nisi fornicatores, adulteri, masculorum concubitores, molles, idololatræ, avari, ebriosi, perjuri, murmuratores, iracundi, memores injuriarum, superbi, elati, parentibus non obedientes, immisericordes? his omnibus in tremenda communis resurrectionis die judex imperat, dicens, *Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis suis.* (Matth. 25. 41.)

4. Quod si propter ea quæ dicta sunt, pœnas dabimus, multo magis ob ista verba coram illo formidabili tribunali plectentur, qui tremenda venerandaque Christi mandata derident, ac multorum studium & contentionem infringunt, qui serio rem agere statuerunt, neque barbaros Ninivitas imitantur. Illi enim licet horum omnium essent ignari, cum eversum iri civitatem audiissent, non modo credere non recusarunt, sed & ingemuerunt, & sacco amicti sunt & perturbati sunt, neque prius omnem lapidem movere destiterunt, quam tandem iram & indignationem Dei mitigarent. At tu qui Christianus es, tot rerum atque verborum edoctus experientia, quæ dicta sunt a Christo nihili facis? Nimirum ergo tibi contraria contingent. Nam quemadmodum Ninivitæ cum verbis territi essent, rerum ipsarum eventum passi non sunt: sic & tu cum minas verbis intentatas contemnas, illatum reipsa supplicium sustinebis. Non vides quid hîc quoque fecerit Christus? quomodo cum duos latrones accepisset, non eodem illos modo tractaverit, sed hunc quidem in regnum introduxerit, illum autem in gehennam miserit? quid dico latronem & homicidam? neque enim discipulo suo pepercit, cum traditor factus esset: sed & cum ad laqueum properantem eum videret & suspensum, mediumque disruptum: (Act. 1. 18.) siquidem *crepuit medius, & diffusa sunt om-*

a Unus, μὴ οὔσης.

A ὅτι οὔτε οἱ ἀγαθοὶ στεφανοῦνται. οὐχί, φησίν· ἀλλὰ τοῦτο τῷ Θεῷ πρέπον ἐστὶ, τὸ βασιλείαν μόνην εἶναι παρ' αὐτῷ, καὶ μὴ γέενναν. οὐκοῦν ὁ πόρνος καὶ ὁ μοιχὸς καὶ ὁ μυρία κακὰ ἐργασάμενος τῶν αὐτῶν ἀπολαύσεται, τῷ σωφροσύνην καὶ ἁγιωσύνην καὶ ἐγκράτειαν καὶ πᾶσαν ἀγγελικὴν πολιτείαν ἐπιδειξαμένῳ; εἰ δὲ μὴ ἔστι γέεννα, ἀνάστασις δὲ πάντως ἔσται, καὶ οἱ πονηροὶ τῶν αὐτῶν ἀγαθῶν τεύξονται τοῖς δικαίοις· καὶ τίς ἂν τοῦτο εἴποι καὶ τῶν σφόδρα ἐξεστηκότων ἀνθρώπων; μᾶλλον δὲ τίς ἂν τοῦτο εἴποι δαίμων; ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ δαίμονες γέενναν ὁμολογοῦσιν εἶναι· διὸ καὶ ἐβόων λέγοντες, ἦλθες ὧδε πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς; πῶς οὖν οὐ δέδοικας καὶ φρίττεις ἄνθρωπε τῶν δαιμόνων ὁμολογούντων αὐτὸς ἀρνούμενος; πῶς δὲ οὐ συνορᾷς τὸν διδάσκαλον τῶν πονηρῶν τούτων δογμάτων; ὁ γὰρ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἀπατήσας ἄν-
B θρωπον, καὶ προστάσει μειζόνων ἐλπίδων, καὶ τῶν ἐν χερσὶν ἐκβαλὼν αὐτὸν ἀγαθῶν, οὗτός ἐστιν ὁ καὶ νῦν ταῦτα ὑποβάλλων λέγειν τε καὶ νοεῖν, καὶ διὰ τοῦτο πείθει τινὰς ὑποπτεύειν μὴ εἶναι γέενναν, ἵνα ἐμβάλῃ εἰς γέενναν. καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἀπεναντίας ἀπειλεῖ γέενναν, καὶ ἡτοίμασε γέενναν, ἵνα ἡμεῖς μαθόντες, οὕτως εὐσεβῶς βιώσωμεν τοῦ μὴ ἐμπεσεῖν εἰς γέενναν. καίτοιγε εἰ γεέννης οὔσης ὁ διάβολός σε ταῦτα ἀναπείθει, πῶς ἄν, a μὴ οὔσης, ὡμολόγησαν οἱ δαίμονες, οἷς περισπούδαστόν ἐστι μηδὲν τοιοῦτον ὑποπτεύειν ἡμᾶς· ἵνα τῇ ἀδείᾳ γενόμενοι ῥαθυμότεροι, μετ' αὐτῶν εἰς τὸ πῦρ ἐκεῖνο ἐμπέσωμεν; καὶ πῶς, φησὶ, τότε ὡμολόγουν οἱ δαίμονες, τὴν ἀνάγκην οὐ φέροντες τὴν ἐπικειμένην αὐτοῖς; ἅπερ οὖν ἐννοοῦντες ἅπαντα, παυέσθωσαν καὶ ἑαυτοὺς καὶ ἑτέρους ἀπατῶντες οἱ ταῦτα λέγον-
C τες· ὁ Θεὸς γάρ, φησιν, ἐμφανῶς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται. πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφοδρά· πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ προπορεύσεται, καὶ φλογιεῖ κύκλῳ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. καὶ τίνες εἰσὶν οἱ ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἢ οἱ πόρνοι, οἱ μοιχοὶ, οἱ ἀρσενοκοῖται, οἱ μαλακοὶ, οἱ εἰδωλολάτραι, οἱ πλεονέκται, οἱ μέθυσοι, οἱ ἐπίορκοι, οἱ γογγυσταὶ, οἱ ὀργίλοι, οἱ μνησίκακοι, οἱ ὑπερήφανοι, οἱ ἀλαζόνες, οἱ τοῖς γονεῦσιν ἀπειθεῖς, οἱ ἀνελεήμονες; τούτοις πᾶσιν ἐν τῇ φοβερᾷ τῆς κοινῆς ἀναστάσεως ἡμέρᾳ παρακελεύεται ὁ κριτὴς λέγων, πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ.
D
Εἰ δὲ περὶ τούτων τῶν εἰρημένων δώσομεν δίκην· πολλῷ μᾶλλον ὑπὲρ τῶν ῥημάτων τούτων δώσουσιν εὐθύνας ἐπὶ τοῦ βήματος ἐκείνου τοῦ φοβεροῦ οἱ τὰ φοβερὰ καὶ φρικώδη διασύροντες τοῦ Χριστοῦ ἐντάλματα, καὶ πολλῶν τὸν τόνον τῶν σπουδάζειν βουλομένων ἐκλύοντες, καὶ οὐδὲ τοὺς βαρβάρους Νινευΐτας μιμούμενοι. ἐκεῖνοι γὰρ καίτοι τούτων πάντων ὄντες ἄπειροι, ἀκούσαντες ὅτι ἡ πόλις καταστραφήσεται, οὐ μόνον οὐκ ἠπίστησαν, ἀλλὰ καὶ ἐστέναξαν, καὶ σάκκον περιεβάλοντο καὶ συνεχύθησαν· καὶ οὐ πρότερον ἀπέστησαν πάντα ποιοῦντες, ἕως ἂν ἔλυσαν τὴν ὀργὴν καὶ τὴν ἀγανάκτησιν τοῦ Θεοῦ. σὺ δὲ ὁ Χριστιανὸς ὁ τοσαύτην λαβὼν πεῖραν πραγμάτων καὶ ῥημάτων, b ἐξουδενοῖς τὰ εἰρημένα ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ; οὐκοῦν ἔσται σοὶ τὰ
E ἐναντία· ὥσπερ γὰρ οἱ Νινευΐται φοβηθέντες τὰ ῥήματα οὐχ ὑπέμειναν τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων πεῖραν· οὕτω καὶ σὺ ἀπὸ τῶν ῥημάτων καταφρονῶν ἀπειλῆς τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων ὑποστήσῃ κόλασιν. οὐχ ὁρᾷς τί πεποίηκεν ἐνταῦθα ὁ Χριστός; πῶς δύο λαβὼν λῃστὰς οὐ τῶν αὐτῶν αὐτοὺς ἠξίωσεν, ἀλλὰ τὸν μὲν εἰς βασιλείαν εἰσήγαγε, τὸν δὲ εἰς γέενναν ἔπεμψε; καὶ τί λέγω λῃστὴν καὶ ἀνδροφόνον; οὐδὲ γὰρ τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ ἐφείσατο, ἐπειδὴ προδότης ἐγένετο· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ βρόχον ὁρῶν ὁρμῶντα αὐτὸν καὶ ἀγχόμενον καὶ μέσον ῥηγνύμενον· καὶ γὰρ ἐλάκησε μέσος, καὶ τὰ σπλάγ-

b Alii, ἐξουθενεῖς vel ἐξουδενεῖς.

χρά αὐτοῦ ἐξεχύθη πάντα. ἀλλ' ὅμως ἅπαντα ταῦτα παθεῖν αὐτὸν συνεχώρησεν, ἀπὸ τῶν παρόντων πείθων σε καὶ περὶ τῶν ἐκεῖ πάντων. μὴ τοίνυν φενακίζητε ἑαυτοὺς ἄνθρωποι τῷ διαβόλῳ πειθόμενοι· ἐκείνου γάρ εἰσι ταῦτα τὰ νοήματα. εἰ γὰρ δικασταὶ καὶ δεσπόται καὶ διδάσκαλοι, a [a] καὶ ἥμεροι καὶ βάρβαροι, τοὺς μὲν ἀγαθοὺς τιμῶσι, τοὺς δὲ πονηροὺς κολάζουσι, πῶς ἂν ἔχοι λόγον παρὰ τῷ θεῷ τὰ ἐναντία γίνεσθαι, καὶ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσθαι τούς τε ἀγαθοὺς καὶ τοὺς πονηρούς; πότε δὲ καὶ ἀπαλλαγήσονται τῆς κακίας οἱ πονηροί. ὅταν γὰρ προσδοκῶσι νῦν κόλασιν καὶ μεταξὺ τοσοῦτον φόβον ἔχωσι τὸν ἀπὸ τῶν δικαστῶν καὶ τῶν νόμων, καὶ οὐκ ἀφίστανται τῆς πονηρίας· ὅταν ἀπελθόντες ἐκεῖ καὶ τὸν φόβον τοῦτον ἀποθῶνται, καὶ μὴ μόνον εἰς γέενναν οὐκ ἐμπέσωσιν, ἀλλὰ καὶ βασιλείας ἐπιτύχωσι, πότε πονηρευόμενοι στήσονται; τοῦτο οὖν φιλανθρωπίας, εἰπέ μοι, τὸ τὴν πονηρίαν ἐπιτείνειν; τὸ τῇ κακίᾳ ἆθλον τιθέναι; τὸ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦν τὸν σώφρονα καὶ τὸν ἀκόλαστον; τὸν πιστὸν καὶ τὸν ἀσεβῆ, τὸν ἐλεήμονα καὶ τὸν ἀπάνθρωπον; [b] εἰ μὲν γὰρ μηδὲν μέλει τῷ θεῷ μηδὲ ἁμαρτανόντων ἡμῶν μήτε κατορθούντων, ἴσως ἔχει τινὰ λόγον τὸ λέγειν μὴ εἶναι κόλασιν· εἰ δὲ τοσαύτην σπουδὴν ποιεῖται ὁ θεός, ὥστε μηδὲ ἁμαρτάνειν ἡμᾶς, καὶ τοσαῦτα πραγματεύεται, ὥστε κατορθοῦν ἡμᾶς τὰς ἐντολάς, εὔδηλον ὅτι καὶ ἁμαρτάνοντας κολάζει, καὶ κατορθοῦντας στεφανοῖ. σὺ δέ μοι σκόπει τῶν πολλῶν τὴν ἀνωμαλίαν· ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἐγκαλοῦσι τῷ θεῷ, ὅτι μακροθυμεῖ πολλάκις, καὶ περιορᾷ πολλοὺς μιαρούς, ἀσελγεῖς, πλεονέκτας, μὴ διδόντας δίκην· ἐκεῖ πάλιν ἐὰν ἀπειλήσῃ κολάζειν αὐτούς, σφοδροὶ καὶ βαρεῖς εἰσιν αἰτιώμενοι· καίτοιγε εἰ τοῦτο λυπεῖ, ἐκεῖνο ἀποδέχεσθαι ἐχρῆν καὶ θαυμάζειν· ἀλλ' ὢ τῆς ἀνοίας, ὢ τῆς ἀλόγου καὶ ἀναιδοῦς γνώμης· ὢ φιλαμαρτήμονος καὶ φιληδόνου, καὶ πρὸς κακίαν ῥεπούσης ψυχῆς. καὶ γὰρ ἀπὸ πολλῆς φιληδονίας τὰ δόγματα ἅπαντα ταῦτα τίκτεται· ὡς εἴγε βουληθεῖεν οἱ τὰ τοιαῦτα λέγοντες ἀρετῆς ἐπιλαβέσθαι, ταχέως καὶ περὶ τῆς γεέννης πεισθήσονται, καὶ οὐκ ἀμφιβαλοῦσι. καὶ ποῦ, φησί, καὶ ἐν ποίῳ χωρίῳ αὕτη ἔσται ἡ γέεννα; τί γάρ σοι περὶ τούτου μέλει; τὸ γὰρ ζητούμενόν ἐστι δεῖξαι, ὅτι ἔστιν· ὅπου δὲ ταμιεύεται, καὶ ἐν ποίῳ χωρίῳ, μὴ ζήτει. τινὲς μὲν γὰρ μυθολογοῦντές φασιν, ὅτι ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ Ἰωσαφὰτ ἔστιν ἡ γέεννα, ὃ περὶ πολέμου τινὸς εἴρηται παρελθόντος· καὶ γὰρ ἐν τῇ κοιλάδι Ἰωσαφὰτ κείσεται δικαίως τιμωρῶν τοὺς ἐναντίους ἄρδην ἀπώλεσεν, ὧν ἐπὶ ἑπταετῆ χρόνον ἤρκεσεν εἰς καῦσιν τὰ ὅπλα τοῖς τὴν Ἱερουσαλὴμ κατοικοῦσι· καὶ νῦν τοῦτο εἰς τὴν γέενναν ἕλκουσιν· ἡ δὲ γραφὴ οὐ τοῦτό φησι. καὶ ἐν ποίῳ τόπῳ, φησίν, ἔσται; ἔξω, που ὡς ἔγωγε οἶμαι, τοῦ κόσμου παντὸς τούτου. καθάπερ γὰρ τῶν βασιλέων τὰ δεσμωτήρια, καὶ τὰ μέταλλα πόῤῥω διέστηκεν, οὕτω καὶ τῆς οἰκουμένης ταύτης ἔξω πού ἐστιν ἡ γέεννα. μὴ ζητῶμεν τοίνυν ποῦ ἐστιν, ἀλλὰ πῶς ἂν αὐτὴν φύγωμεν, μηδὲ ἐπειδὴ πάντας ἐνταῦθα οὐ κολάζει ὁ θεός, διὰ τοῦτο ἀπιστῶμεν τοῖς μέλλουσι· φιλάνθρωπος γάρ ἐστι, καὶ μακροθυμεῖ· καὶ διὰ τοῦτο τέως ἀπειλεῖ, καὶ οὐκ εὐθέως κολάζει· οὐ γὰρ θέλω, φησί, τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. εἰ δὲ μή ἐστι θάνατος ἁμαρτωλοῦ, περιττὸν τὸ εἰρημένον.

Καὶ οἶδα μὲν ὅτι οὐδὲν ἀηδέστερον τούτων ὑμῖν τῶν λόγων· ἀλλ' ἐμοὶ τούτων οὐδέν ἐστιν ἡδύτερον. εἴθε γὰρ ἦν ἀεὶ καὶ διὰ παντὸς περὶ γεέννης διαλέγεσθαι ἡμᾶς, καὶ ἀριστοποιουμένους, καὶ δειπνοῦντας, καὶ λουομένους· οὐδὲ γὰρ ἂν ἠλγήσαμεν τοῖς ἐνταῦθα δεινοῖς, οὐκ ἂν ἥσθημεν τοῖς χρηστοῖς. τί γάρ μοι καὶ εἰπεῖν ἔχεις δεινόν; πενίαν, νό-

A nia viscera ejus: verumtamen hæc illum omnia pati permisit, ut ex istius vitæ rebus de his quæ ad alteram pertinent omnibus te doceret. Nolite igitur vobis ipsis, o homines, fucum facere, diabolo obtemperantes: hæc enim sunt illius consilia: Quod si judices, domini, ac magistri, cum mansueti tum barbari, bonos honoribus prosequuntur, malos puniunt: quî potest rationi consentaneum videri, ut apud Deum contraria fiant, iisdemque rebus cum boni tum mali digni censeantur? Quando vero mali ab improbitate revocabuntur? cum enim nunc supplicium exspectent, atque interea tanto judicum legumque timore percellantur, nec tamen ab improbitate discedant: cum illuc profecti, metum etiam istum abjecerint, & non solum in gehennam non inciderint, sed etiam regnum fuerint B assequuti, qua tandem ratione poterunt ab improbitate revocari? An hoc igitur benignitatis est, dic quæso, malitiam augere, ac vitiis præmium proponere? iisdem rebus dignum censere temperantem & libidinosum, fidelem & impium, misericordem & inhumanum? Nam si quidem nihil Deo curæ sunt, neque qui peccant, neque qui recte agunt, consentaneum fortasse rationi videtur dicere supplicium non esse: sin autem tantum adhibet studium Deus, ut nos minime peccemus, ac tantum elaborat, ut nos mandata servemus, hoc quoque manifestum est, eum & peccantes punire, & recte agentes coronare. Tu vero plerorumque inconstantiam mihi considera: hîc enim cum Deo expostulant quod sæpe patienter toleret, & negligat multos sceleſtos, protervos, C avaros qui non puniuntur: illic rursus si castigaturum se illos minetur, acres sunt in accusando & importuni: quamquam si hoc molestum est, illud certe probandum erat atque laudandum: at, o stultitiam! o ineptam & impudentem mentem! o animam peccatis addictam, voluptatibus obnoxiam, & ad vitia proclivem! ex nimio quippe voluptatum amore cuncta hæc dogmata oriuntur: ita ut, si illi qui talia dicunt, virtutem amplecti vellent, cito de gehenna persuaderentur, neque dubitarent. Ubinam autem, inquiunt, & quo tandem in loco gehenna hæc erit? Quid tu hac de re solicitus es? hoc est quod quæritur, ut eam esse demonstretur: ubinam autem reservetur, & in quo loco, noli quærere. Quidam enim fabulas narrantes, dicunt, in valle Josaphat gehennam esse, quod de bello quodam dictum D est jam elapso: siquidem in valle Josaphat justo judicio puniens adversarios funditus perdidit, quorum ad septem annorum spatium arma suffecerunt habitantibus Jerusalem ad ignem succendendum: & nunc ad gehennam hoc trahunt: at hoc non dicit Scriptura. Quonam autem in loco erit? inquiunt: alicubi extra totum hunc mundum, ut mea quidem fert opinio. Nam quemadmodum regum carceres & metalla longe distant, sic alicubi extra hunc orbem terrarum est gehenna. Ne quæramus ergo ubinam sit, sed quo tandem pacto illam effugiamus: nec quoniam non omnes hîc punit Deus, idcirco futura credere recusemus: benignus enim est, & patienter tolerat: atque idcirco interim comminatur, neque derepente castigat: *Non enim volo mor-* E *tem peccatoris*, inquit, *sicut eum converti ac vivere*. Quod si mors non sit peccatoris, supervacaneum est quod dictum est.

Judicium extremum in valle Josaphat. *Joël.* 3. 2. *Ezech.* 39. 9.

Ezech. 18. 23.

5. Ac scio equidem nihil verbis istis injucundius vobis esse: mihi vero nihil est his jucundius. Utinam enim semper & continuo de gehenna verba faceremus nos, dum prandium sumimus, dum cœnamus, dum lavamur: nihil ob ea mala, quæ nobis hîc accidunt, contristaremur; nihil ob bona, quibus fruimur, gauderemus. Quod enim, quæso, malum dicere potes? paupertatem,

a Unus, καὶ ἡμέτεροι, *& nostri*, quæ etiam lectio quadrat.
b εἰ μὲν γὰρ μηδὲν μέλει. Hæc & quæ sequuntur usque in finem habentur in Homil. 31. in Epist. ad Romanos, unde excerpta fuisse videntur.

morbum, captivitatem, corporis mutilationem? at hæc omnia risus sunt, si cum alterius vitæ supplicio comparentur. Licet eos qui perpetuo fame cruciantur, proferas: licet eos qui a prima jam ætate mutilati sunt, & stipem petunt: deliciæ sunt ista cum illis malis collata. Frequenter igitur, dilectissimi, de rebus istis sermonem habeamus, easque mente linguaque versemus: non enim incidere nos in gehennam sinit gehennæ memoria. Non audis Paulum
2.Thess.1.9. dicentem, *Qui pœnas dabunt æternas a facie Domini?* non audis qualis fuerit Nero, quem etiam
2.Thess.2.7. Antichristi mysterium Paulus appellat? Nam *mysterium*, inquit, *jam operatur iniquitatis.* Quid igitur? nihil-ne patietur Nero, qui supplicio Petrum & Paulum affecit? nihil patietur Antichristus? nihil diabolus? itaque nec Antichristus nec diabolus unquam ab improbitate discedent, cum non puniantur? Imo, inquit: sed gehennam quidem esse cuivis compertum est: at infideles tantum in eam incident. Quam ob causam? dic, quæso. Quoniam fideles, inquit, Dominum suum agnoverunt. Quid tum? quando etiam impura fuerit vita, majores hac de causa
Rom. 2. 12. quam infideles pœnas dabunt: Siquidem *quicumque sine lege peccaverunt, sine lege quoque peribunt:* &, *quicumque in lege peccaverunt, per le-*
Luc.12. 47. *gem judicabuntur;* &, *servus qui cognovit voluntatem domini sui, & non fecit, vapulabit multis.* Quod si nullæ transactæ vitæ dandæ sunt pœnæ, sed hæc temere dicta sunt, neque diabolus punietur: nam & Deum novit, atque adeo mul-
Jac. 2. 19. to melius quam homines; & vero dæmones omnes & sciunt eum, & contremiscunt, eumque judicem confitentur. Si ergo vitæ ratio reddenda non est, neque pravarum actionum, isti etiam evadent. Hoc non ita se habet, non ita, inquam, se habet: nolite vos fallere, dilectissimi. Nam si non est gehenna, quomodo duodecim tribus Israël judicant Apostoli? quomodo inquit
1.Cor. 6. 3. Paulus, *Nescitis, quoniam angelos judicabimus? quanto magis sæcularia?* Quomodo autem rursus
Matth. 12. 41. dicebat Christus, *Viri Ninivitæ surgent in judicio, & condemnabunt generationem istam:* &, *to-*
Matth. 10. 15. *lerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæ in die judicii?* Cur igitur ludis in rebus minime ludicris? cur teipsum fallis, ac decipis animam tuam, mi homo? cur autem Dei quoque benignitati repugnas? propterea namque gehennam paravit, & minatus est, ne in eam incidamus, timore effecti meliores. Itaque is qui de rebus istis sermonem e medio tollit, nihil aliud imprudens agit, nisi seipsum hac fraude in gehennam impellit ac projicit. Noli ergo manus eorum dissolvere, qui ob virtutem laborant, neque socordiam augeas eorum qui dormiunt. Si enim plerisque persuasum fuerit gehennam non esse, quando tandem ab improbitate discedent? ubi vero justitia apparebit? Non dico de peccatoribus & justis, sed de peccatoribus & peccatoribus. Hac de causa ille quidem punitus hîc est, ille vero non est punitus, licet eadem peccata vel etiam multo graviora commisisset. Nam si non est gehenna, nihil defensionis afferre poterit apud eos qui accusabunt. Quamobrem omnes vos hortor, ut ab hoc satanico risu abstinentes, eorum obturetis ora, qui circa hæc vobis contradicunt. Nam & eorum quæ minima sunt, cum in peccatis, tum in recte factis exacta erit disquisitio: siquidem & lascivorum oculorum rationem reddemus, & verbi otiosi, & risus immoderati, & temerariæ contumeliæ, & pravæ cogitationis, & ebrietatis a nobis rationes reposcentur; ut rursus in bonis & calicis frigidi mercedem recipiemus, & boni sermonis, & solius
Ezech.9.4. gemitus: *Da enim, inquit, signum in faciem gementium & dolentium.* Quomodo ergo dicere audes, Deum tanta cum diligentia in res nostras inquirentem, temere & inconsulto gehennam

a Unus, πολλάς.

A σον, αἰχμαλωσίαν, πήρωσιν σώματος; ἀλλὰ πάντα ταῦτα γέλως εἰσὶ πρὸς τὴν ἐκεῖ κόλασιν· κἂν τοὺς δι' ὅλου βασανιζομένους λιμῷ λέγῃς· κἂν τοὺς ἐκ πρώτης ἡλικίας πεπηρωμένους καὶ προσαιτοῦντας, τρυφὴ ταῦτά εἰσι, πρὸς ἐκεῖνα τὰ κακά. συνεχῶς τοίνυν, ἀγαπητοί, στρέφωμεν τοὺς περὶ τούτων λόγους, καὶ ἐν διανοίᾳ, καὶ ἐπὶ γλώττης· οὐ γὰρ ἀφίησιν ἐμπεσεῖν εἰς γέενναν τὸ μεμνῆσθαι γεέννης. οὐκ ἀκούεις Παύλου λέγοντος, οἵτινες δίκην τίσουσιν αἰώνιον ἀπὸ προσώπου κυρίου; οὐκ ἀκούεις οἷος ὁ Νέρων ἐγένετο, ὃν καὶ μυστήριον τῆς Ἀντιχρίστου καλεῖ ὁ Παῦλος; τὸ γὰρ μυστήριον, φησιν, ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας· τί οὖν; οὐδὲν πείσεται ὁ Νέρων ὁ Πέτρον καὶ Παῦλον τιμωρήσας; οὐδὲν πείσεται ὁ Ἀντίχριστος, οὐδὲν ὁ διάβολος; οὐκοῦν ὁ Ἀντίχριστος καὶ ὁ διάβολος οὐκ ἀποστήσονταί ποτε τῆς κα- B κίας μὴ κολαζόμενοι; ναί, φησιν· ἀλλ' ὅτι μὲν ἔστι γέεννα, παντί που δῆλον· οἱ δὲ ἄπιστοι ἐμπεσοῦνται μόνοι; τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι; ὅτι, φησίν, οἱ πιστοὶ τὸν δεσπότην ἐπέγνωσαν τὸν ἑαυτῶν· καὶ τί τοῦτο; ὅταν γὰρ ὁ βίος ἀκάθαρτος ᾖ, μείζονα καὶ διὰ τοῦτο δώσουσι δίκην τῶν ἀπίστων· ὅσοι γάρ, φησιν, ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται· καὶ ὅσοι ἐν νόμῳ ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται· καὶ ὁ οἰκέτης ὁ εἰδὼς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου αὐτοῦ, καὶ μὴ ποιήσας, [a] δαρήσεται πολλά. εἰ δὲ οὐκ ἔστι βίου δοῦναι δίκην, ἀλλ' ἁπλῶς ταῦτα εἴρηται, οὐδὲ ὁ διάβολος τιμωρηθήσεται· καὶ γὰρ τὸν θεὸν οἶδε, καὶ ἀνθρώπων μᾶλλον πολλῷ· καὶ οἱ δαίμονες δὲ πάντες καὶ ἴσασιν αὐτόν, καὶ φρίττουσι, καὶ κριτὴν αὐτὸν ὁμολογοῦσιν. εἰ τοίνυν βίου οὐκ ἔστι δοῦναι λόγον, οὐδὲ πονηρῶν πράξεων, C διαφεύξονται καὶ οὗτοι. οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι· μὴ ἑαυτοὺς ἀπατᾶτε, ἀγαπητοί· εἰ γὰρ μὴ ἔστι γέεννα, πῶς κρινοῦσι τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ οἱ ἀπόστολοι; πῶς φησιν ὁ Παῦλος· οὐκ οἴδατε, ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν; μήτοιγε βιωτικά; πῶς δὲ πάλιν ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· ἄνδρες Νινευῖται ἀναστήσονται ἐν τῇ κρίσει, καὶ κατακρινοῦσι τὴν γενεὰν ταύτην, καὶ ἀνεκτότερον ἔσται τῇ γῇ Σοδόμων καὶ Γομόρρας ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως; τί τοίνυν παίζεις ἐν οὐ παικτικοῖς πράγμασι; τί ἀπατᾷς σεαυτόν, καὶ παραλογίζῃ τὴν ψυχήν σου ἄνθρωπε; τί δὲ καὶ τῇ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίᾳ ἀντιμάχῃ; διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἡτοίμασε τὴν γέενναν, καὶ ἠπείλησεν, ἵνα μὴ ἐμπέσωμεν ἐν αὐτῇ, τῷ φόβῳ βελτίους γενόμενοι. ὥστε ὁ τοὺς περὶ τούτων ἀναιρῶν λόγους D οὐδὲν ἕτερον λανθάνει ποιῶν ἢ εἰς αὐτὴν τὴν γέενναν ἑαυτὸν ὠθεῖ, καὶ ἐμβάλλει διὰ τῆς ἀπάτης ταύτης. μὴ τοίνυν ἐκλύσῃς τὰς χεῖρας τῶν ὑπὲρ ἀρετῆς πονούντων, μηδὲ ἐπιτείνῃς τὴν ῥαθυμίαν τῶν καθευδόντων. εἰ γὰρ πεισθεῖεν οἱ πολλοί, ὅτι γέεννα οὐκ ἔστι, πότε ἀποστήσονται τῆς κακίας; ποῦ δὲ τὸ δίκαιον φανεῖται; οὐ λέγω ἐπὶ ἁμαρτωλῶν καὶ δικαίων, ἀλλ' ἐπὶ ἁμαρτωλῶν καὶ ἁμαρτωλῶν. διὰ τοῦτο ὁ μὲν ἐκολάσθη ἐνταῦθα, ὁ δὲ οὐκ ἐκολάσθη τὰ αὐτὰ ἁμαρτάνων, ἢ καὶ χαλεπώτερα πολλῷ. εἰ γὰρ οὐκ ἔστι γέεννα, οὐδὲν ὑπὲρ τούτων ἀπολογήσασθαι δυνήσεται τοῖς ἐγκαλοῦσι. διὸ παρακαλῶ πάντας ὑμᾶς παυσαμένους τοῦ γέλωτος τούτου τοῦ σατανικοῦ ἐπιστομίζειν τοὺς ὑπὲρ τούτων E ὑμῖν ἀντιλέγοντας. καὶ γὰρ καὶ τῶν σμικροτάτων καὶ ἐν τοῖς ἁμαρτήμασι, καὶ ἐν τοῖς κατορθώμασιν ἀκριβὴς ἔσται ἡ ἐξέτασις. καὶ γὰρ καὶ ὀφθαλμῶν ἀκολάστων δώσομεν δίκην, καὶ ῥήματος ἀργοῦ, καὶ γέλωτος ἀτάκτου, καὶ λοιδορίας ἁπλῶς, καὶ ἐνθυμήσεως κακῆς, καὶ μέθης εὐθύνας ὑφέξομεν· ὡς πάλιν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς καὶ ποτηρίου ψυχροῦ ληψόμεθα μισθόν, καὶ λόγου ἀγαθοῦ, καὶ στεναγμοῦ μόνου. δὸς γάρ, φησι, τὸ σημεῖον ἐπὶ πρόσωπον τῶν στεναζόντων καὶ κατωδυνωμένων. πῶς οὖν τολμᾷς εἰπεῖν, ὅτι μετὰ τοσαύτης ἀκριβείας ἐξετάζων τὰ ἡμέτερα ὁ θεὸς ἁπλῶς καὶ

C cælestem Patrem commemorans, & suadens illi ne putaret se illud tantum esse quod oculis percipiebatur, nempe hominem ex mortuis suscitatum; sed vere Deum & Filium Dei verum, qui propter nos homo factus erat. Nam, *dic*, inquit, *fratribus meis, Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum.* His auditis & visis Magdalena discipulos adit omnes: neque ultra dicit, *Tulerunt Dominum* *Joan. 20.18.*
meum de monumento; sed cum multa fiducia & loquendi libertate venit dicens se vidisse Dominum. Et hæc illa dixit.

4. Hactenus hic Evangelista tertiam ad monumentum profectionem enarravit, quæ contigit mane, cum adhuc tenebræ essent. Hic porro Joannes est Theologus, quem diligebat Jesus
D multis de causis & ex justo judicio, ut Deum decebat. Restat demum quarta ad monumentum profectio mulierum, quam Spiritu sancto dispensante descripsit Marcus Evangelista. Et unde constat profectionem a Marco enarratam, esse quartam? Tempus ipsum id declarat. Solus enim Marcus scribit mulieres venisse orto jam sole. Quid enim dicit? *Maria Magdalena*, (nam *Marc. 16. 1.*
quatuor Evangelistæ illam memorarunt, ut supra dictum est,) venit cum aliis mulieribus, quæ habebant unguenta parata. Itaque *cum transisset sabbatum, mane una sabbatorum veniunt ad monumentum, orto jam sole.* Interim exploremus cur Magdalena post tres visiones rursum abit ad monumentum cum ipsis, imo & unguenta aro-
E mataque ferentibus, ac putantibus se corpus in sepulcro reperturas esse. Audi, carissime, & prudenter considera. Cum ex triplici jam & divina visione certo sciret & crederet Maria Magdalena resurrexisse Dominum, atque discipulis clare testificata esset se Dominum vidisse, post hæc, ut diximus, non ultra dubitavit. Sed quia vidit Mariam Jacobi minoris & Jose matrem, & Salomen aliasque mulieres euntes in monumentum habentes aromata, velleque illas orto jam sole illo pergere, cum illis profecta est, non ut dubitans; sed ut viæ dux gaudens

& exsultans, quod sæpe sepulcrum vacuum videret, & infernum spoliatum. Reliquæ vero mulieres vel non audierant, vel leviter audierant id quod dictum fuerat, compertumque est eas
Marc.16.3. nihil accurate scivisse. Et certe *loquebantur*, inquit, *ad invicem*, non enim ad Mariam Magdalenam, sed ad invicem: *Quis revolvet nobis lapidem ab ostio monumenti? & respicientes viderunt revolutum lapidem: erat quippe magnus valde.* Viden' eas de lapide nondum accurate scivisse, quod & illæ quæ a Matthæo & Luca memorantur, necnon Apostoli Petrus & Joannes ipsis
Marc.16.5. oculis viderant. Deinde, *introeuntes*, inquit, *in monumentum, viderunt juvenem sedentem in dextris, coopertum stola candida, & obstupuerunt.* Ille vero non increpavit eas, ut ipse Dominus increpavit eas quæ a Luca & Joanne memorantur. Sciebat enim illas tum primo venisse. Sed neque Magdalenam increpavit: a lætitia enim vultus ejus noverat illam non dubitantem de resurrectione Servatoris venisse ad monumentum; sed de re gesta gaudere & exsultare. Unde non solum non increpavit, ut dixi, sed etiam a timore recreavit illas, quemadmodum & primus
Marc.16.6. Angelus apud Matthæum. Quid dixit? *Nolite expavescere: Jesum quæritis Nazarenum crucifixum: surrexit, non est hîc: Ecce locus ubi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis ejus & Petro, quia præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.* Bene additur hic, *& Petro.* Nisi enim diserte dictum fuisset, ut cum aliis discipulis adiret in Galilæam, non puto crediturum fuisse Dominum sibi reconci-
Marc.16.8. liatum esse circa negationem. Mulieres ergo statim *exeuntes, fugerunt de monumento: invaserat enim eas tremor & pavor, & nemini quidquam dixerunt: timebant enim.* Hinc certo, quod nemini quidquam dixerint, probatur has mulieres diversas esse a prioribus, una excepta Magdalena; & hanc ad monumentum profectionem, aliam esse a tribus prædictis: neque ut dicunt impii, ac multis diis servientes, tyranni & prævaricatores, una sola fuit mulierum ad monumentum profectio, neque in hac historia Evangelistæ sibi mutuo dissentiunt. Palam enim est & ex temporibus & ex personis, & ex modo factæ discipulis promissionis, itemque ex silentio diversas fuisse & mulieres, & profectiones ad monumentum. Quamobrem, ut compendio dicam; apud Matthæum Magdalena, & ea quæ dicitur Jacobi mater, quæ est Deipara, venerunt solæ ad monumentum vespere sabbatorum, illucescente Dominica, id est, tarde in sabbatis, ut diximus. Apud Lucam vero rursum Maria Magdalena & Joanna & Maria Jacobi & aliæ quædam. Hanc Mariam Jacobi non dico esse Deiparam; etiamsi hæc apud Matthæum ita vocata sit: cum enim illa admodum apud omnes honoraretur, non illam hic tertiam nominasset Evangelista, post Mariam nempe Magdalenam, & Joannam quampiam; sed vel alterius Jacobi erat mater, vel Jacobi minoris & Josæ. Ita enim illam Marcus memoravit. Hæ igitur quæ apud Lucam feruntur mulieres, non vespere sabbatorum, sed valde diluculo venerunt ad monumentum. Apud Joannem vero sola Magdalena profecta scribitur; non ultra vespere sabbatorum, nec valde diluculo; sed quandonam? Mane, sed cum adhuc tenebræ essent: quidam enim id ita intellexerunt. Et cum illa statim postea Apostoli Petrus & Joannes, cum per incredulitatem suam id effecerunt, ut ipsa quoque non crederet. Apud Marcum vero rursum Maria Magdalena; illa quadruplicis certaminis & virilis mulier, & Maria Jacobi minoris & Josæ mater. Jacobi minoris; id observa, dilecte. Nam Deipara Jacobi majoris mater appellabatur, nempe noverca ejus. Erat autem cum illis in hac quarta profectione Salome, &

A τῶσα τῷ πολλάκις βλέπειν τὸν τάφον κενὸν, καὶ τὸν ᾅδην ἐσκυλευμένον. αἱ δὲ ἄλλαι γυναῖκες ἢ οὐκ ἤκουσαν, ἢ κἂν ἤκουσαν, ἀλλ' οὕτω ψιλῶς ἤκουσαν τὸν λόγον λαλούμενον, καὶ συγγνωσταὶ ἦσαν μηδὲν ἀκριβὲς ἐπιστάμεναι. ἀμέλει, φησὶ, καὶ ἔλεγον πρὸς ἑαυτάς· οὐδὲ γὰρ πρὸς τὴν Μαγδαληνὴν εἶπον, ἀλλὰ πρὸς ἑαυτάς· τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον ἐκ τῆς θύρας τοῦ μνημείου; καὶ ἀναβλέψασαι θεωροῦσιν ὅτι ἀποκεκύλισται ὁ λίθος. ἦν γὰρ μέγας σφόδρα. ὁρᾷς ὅτι οὔπω περὶ τοῦ λίθου ἦσαν ἠκριβωμέναι αὗται, ὥσπερ αἱ παρὰ τῷ Ματθαίῳ καὶ τῷ Λουκᾷ γυναῖκες, καὶ οἱ ἀπόστολοι Πέτρος καὶ Ἰωάννης τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐθεάσαντο. εἶτα εἰσελθοῦσαι, φησιν, εἰς τὸ μνημεῖον, εἶδον νεανίσκον καθήμενον ἐν τοῖς δεξιοῖς, περιβεβλημένον στολὴν λευκὴν, καὶ ἐξεθαμβήθησαν. ὁ δὲ οὐκ ἐπετίμησεν αὐταῖς, ὥσπερ τὰς
B παρὰ τῷ Λουκᾷ καὶ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ αὐτὸς ὁ κύριος. ᾔδει γὰρ ὅτι ἐν πρώτοις ἐληλύθεισαν. ἀλλ' οὐδὲ τῇ Μαγδαληνῇ ἐπέπληξεν· ἔγνω γὰρ διὰ τῆς χαρᾶς τοῦ προσώπου αὐτῆς, ὡς οὐκ ἐνδυάζουσα περὶ τὴν ἀνάστασιν τοῦ σωτῆρος ἐλήλυθε νῦν ἐπὶ τὸ μνημεῖον, ἀλλὰ τὸ γενόμενον ἀγαλλιῶσα καὶ χαίρουσα. ὅθεν οὐ μόνον, ὡς εἶπον, οὐκ ἐπετίμησεν, ἀλλὰ καὶ ἀνεκτήσατο αὐτὰς ἐκ τοῦ φόβου, καθάπερ καὶ ὁ πρῶτος ἄγγελος ὁ παρὰ τῷ Ματθαίῳ. τί εἰπών; μὴ ἐκθαμβεῖσθε. Ἰησοῦν ζητεῖτε τὸν Ναζαρηνὸν, τὸν ἐσταυρωμένον. ἠγέρθη, οὐκ ἔστιν ὧδε. ἴδε ὁ τόπος, ὅπου ἔθηκαν αὐτόν. ἀλλ' ὑπάγετε, εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ καὶ τῷ Πέτρῳ, ὅτι προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν. ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε, καθὼς εἶπεν ὑμῖν. καλῶς δὲ πρόσκειται ἐνταῦθα, καὶ τῷ Πέτρῳ. εἰ μὴ γὰρ ῥητῶς ἐδηλώθη αὐτῷ ἀπελθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν
C μετὰ τῶν ἄλλων μαθητῶν, οὐκ ἂν οἶμαι ἐπίστευσεν ὅτι διηλλάγη αὐτῷ ὁ κύριος περὶ τῆς ἀρνήσεως. ἐξελθοῦσαι οὖν ταχὺ γυναῖκες ἔφυγον ἀπὸ τοῦ μνημείου. εἶχε δὲ αὐτὰς τρόμος καὶ ἔκστασις, καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον· ἐφοβοῦντο γάρ. ἰδοὺ κἀντεῦθεν ἐκ τοῦ μηδὲν αὐτὰς μηδενὶ εἰπεῖν, δείκνυται ὅτι ἕτεραί εἰσιν αἱ γυναῖκες αὗται παρὰ τὰς πρώτας χωρὶς τῆς Μαγδαληνῆς, καὶ ὅτι ἄλλη κάθοδος αὕτη τῆς εἰς τὸ μνημεῖον ἐλεύσεως παρὰ τὰς προειρημένας τρεῖς· καὶ οὐχ ὡς φασιν οἱ ἄθεοι καὶ πολύθεοι γενόμενοι τύραννοι καὶ παραβάται, μία γέγονεν ἄφιξις τῶν γυναικῶν ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ περὶ τὴν ἱστορίαν οἱ εὐαγγελισταὶ διεφώνησαν. δῆλον γάρ ἐστι καὶ ἐκ τῶν καιρῶν, καὶ ἐκ τῶν προσώπων, καὶ ἐκ τοῦ τρόπου τῆς πρὸς τοὺς μαθητὰς ἐπαγγελίας καὶ σιωπῆς, ὡς διάφοροι καὶ αἱ γυναῖκες, καὶ αἱ πρὸς τὸ μνημεῖον ἀφίξεις. ὅθεν συνελόντα φάναι, παρὰ μὲν
D γὰρ τῷ Ματθαίῳ ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ ἡ τοῦ Ἰακώβου λεγομένη, ἥτις ἦν ἡ θεοτόκος, ἦλθον μόναι εἰς τὸ μνημεῖον ὀψίας σαββάτων, ἐπιφωσκούσης κυριακῆς, τουτέστι, βραδὺ τῶν σαββάτων, ὡς εἴπομεν. παρὰ δὲ τῷ Λουκᾷ πάλιν ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία καὶ Ἰωάννα καὶ Μαρία Ἰακώβου καὶ ἄλλαι τινές. ταύτην δὲ τὴν Ἰακώβου Μαρίαν, οὐ λέγω εἶναι τὴν θεοτόκον, εἰ καὶ παρὰ τῷ Ματθαίῳ οὕτως ἐχρημάτισεν· οὐ γὰρ, λίαν αὐτῆς παρὰ πᾶσι τετιμημένης τρίτην ταύτην ἔταξεν ἐνταῦθα ὁ εὐαγγελιστὴς, λέγω δὴ μετὰ Μαρίαν τὴν Μαγδαληνὴν ἢ μετὰ Ἰωάνναν τινὰ, ἀλλ' ἢ ἄλλου τινὸς Ἰακώβου ἦν αὕτη, ἢ Ἰακώβου τοῦ μικροῦ καὶ Ἰωσῆ ὄντως ἐτύγχανε μήτηρ. οὕτω γὰρ ὁ Μάρκος καὶ περὶ αὐτῆς ἐμνημόνευσεν. αὗται οὖν αἱ παρὰ τῷ Λουκᾷ γυναῖκες οὐκ ἔτι ὀψὲ σαββάτων;
E ἀλλὰ ὄρθρου βαθέος ἦλθον εἰς τὸ μνημεῖον· παρὰ δὲ τῷ Ἰωάννῃ μόνη ἡ Μαγδαληνὴ ἀναγέγραπται πορευθεῖσα, οὐκέτι ὀψὲ σαββάτων, ἀλλ' οὐδὲ ὄρθρου βαθέος· ἀλλὰ πότε; πρωῒ, πλὴν σκοτίας οὔσης ἔτι. τινὲς γὰρ οὕτως αὐτὸ ἐξέλαβον. καὶ σὺν αὐτῇ παραχρῆμα πάλιν οἱ ἀπόστολοι Πέτρος καὶ Ἰωάννης, ὅτε τῇ οἰκείᾳ ἀπιστίᾳ καὶ αὐτὴν παρεσκευάσασαν συναπιστῆσαι. παρὰ δὲ τῷ Μάρκῳ πάλιν ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία ἡ τετράθλος καὶ ἀνδρεία γυνὴ, καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου τοῦ μικροῦ καὶ Ἰωσῆ ὄντως μήτηρ. σημείωσαι, ἀγαπητὲ, τοῦ Ἰακώβου τοῦ μικροῦ. ἡ γὰρ θεοτόκος τοῦ μεγάλου Ἰακώβου ἐχρημάτιζε μήτηρ, ἤγουν μητρυιά. ἦν δὲ μετ' αὐτῶν καὶ Σαλώμη, καὶ

A καὶ ἄλλαι τινὲς ἐν τῇ τετάρτῃ ταύτῃ καθόδῳ. ἐπορεύθησαν δὲ αὗται ἐπὶ τὸ μνημεῖον, οὐκ ὀψίας σαββάτων, οὐδὲ ὄρθρου βαθέος, ἀλλ᾽ οὐδὲ πρωῒ, σκοτίας ἔτι οὔσης, ἀλλὰ μᾶλλον πρωῒ ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, ὡς εἶπεν ὁ εὐαγγελιστής. ὅθεν δείκνυται, ὡς τὸ λεγόμενον πρωῒ ἐγγίζει μᾶλλον τῇ ἀνατολῇ τοῦ ἡλίου, καὶ οὐχὶ ὄρθρος βαθύς. τοῦτο δέ μοι εἴρηται, ἀγαπητοὶ, διὰ τὸ τινὰς τῶν πρὸ ἡμῶν εἰρηκέναι, ὡς δευτέρα κάθοδός ἐστιν ἡ παρὰ τῷ εὐαγγελιστῇ Ἰωάννῃ πρωῒ λεγομένη γεγενῆσθαι, σκοτίας ἔτι οὔσης, καὶ τρίτη ἡ παρὰ τῷ Λουκᾷ, ὄρθρου βαθέος, ὡς τοῦ πρωῒ πρῶτον γινομένου, καὶ μετὰ τοῦτο τοῦ ὄρθρου ἐπιτέλλοντος· ὅπερ καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ προχείρου δοκεῖ μοι τὸ ἄτοπον ἔχειν, καὶ ἐκ τοῦ λέγειν δὲ Μάρκον τὸν εὐαγγελιστὴν, ὡς ἅμα πρωῒ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων ἦλθον αἱ γυναῖκες ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου. B εἰ δὲ ὄρθρος ἦν μετὰ τὸ πρωῒ, δῆλον ὅτι τὸν ὄρθρον εἶχε κωλύειν ἡ ἀνατολὴ τοῦ ἡλίου, καὶ οὐχὶ τὸ πρωῒ. καὶ ὁ Δανιὴλ δὲ περὶ τοῦ Δαρείου λέγων, οὕτω φησί· τότε ὁ βασιλεὺς ἀνέστη πρωῒ ἐν τῷ φωτὶ, καὶ ἐν σπουδῇ ἦλθεν ἐπὶ τὸν λάκκον. ἄλλωστε καὶ εἰ δευτέρα ἦν κάθοδος ἡ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, τρίτη δὲ ἡ παρὰ τῷ Λουκᾷ, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα περὶ τὴν ἱστορίαν ἐδείκνυτο ἄτοπα· πλὴν καὶ ταῦτα· πῶς ἐδύναντο Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀπελθόντες καὶ εἰσελθόντες καὶ αὐτοψεὶ θεωρήσαντες τὰ ἔσω τοῦ μνημείου, ὡς αὐτὸς Ἰωάννης λέγει, πάλιν ὕστερον τῶν γυναικῶν ἀπαγγελλουσῶν αὐτοῖς, ὡς ὁ Λουκᾶς φησι, τὰ τῶν ἀγγέλων ῥήματα, ὡς λῆρον ἔχειν τὰ λεγόμενα; ἢ πῶς ὁ Πέτρος μόνος εἶχεν ὁρμῆσαι πρὸς τὸ μνημεῖον, καὶ μὴ τολμῆσαι εἰσελθεῖν, ἀλλ᾽ ἔξωθεν παρακύπτειν, ὡς ξενιζόμενος τὸ πρᾶγμα καὶ φοβούμενος, C εἴγε πρότερον ἀπῆλθε μετὰ Ἰωάννου, καὶ εἰσῆλθε καὶ κατεσκόπησεν ἀκριβῶς. ἄτοπον οὖν, ὡς οἶμαι, προτέραν λέγειν τὴν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ τῆς παρὰ τῷ Λουκᾷ ἱστορίας. λείπεται δὲ εἰπεῖν ἄρτι, πόσαι εἰσὶ Μαρίαι, ὧν οἱ εὐαγγελισταὶ ἐμνημόνευσαν. πολλοὶ γὰρ περὶ αὐτῶν διηνέχθησαν. οἶμαι οὖν αὐτὰς πέντε ὑπάρχειν. ἀλλὰ προσέχετέ μοι μετὰ πάσης ἀκριβείας. ἔστι τοίνυν Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, ἀφ᾽ ἧς ὁ κύριος ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια· ὅθεν καὶ σπουδαία γέγονεν ἡ γυνὴ διὰ τὴν ἀντίδοσιν τῆς τηλικαύτης εὐεργεσίας. καὶ Μαρία Ἰακώβου· οὕτω καλουμένη ἐστὶν ἡ θεοτόκος, ὡς εἴπομεν. ἐπειδὴ γὰρ διὰ τὸ ἄπιστον καὶ μέγα τοῦ θαύματος οὐκ ἠδύνατο ἡ ἀλήθεια τοῦ ἀσπόρου τόκου τηνικαῦτα φανερωθῆναι· ἢ γὰρ ἂν ἐκινδύνευσεν ἡ παρθένος λιθοβοληθῆναι, D εἰ ὅλως παρεψιθυρίσθη, ὅτι οὐκ ἦν ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ ὁ Χριστός. τούτου χάριν παρὰ πᾶσιν ὡς γυνὴ τοῦ Ἰωσὴφ ἐχρημάτιζε, καὶ λοιπὸν ἦν ὡς μητρυιὰ τοῦ Ἰακώβου τοῦ υἱοῦ τοῦ Ἰωσήφ. εἰ δέ τις ἀντιλέγοι, καὶ τίνος ἕνεκεν μὴ τοῦ Ἰωσὴφ ὡς ἀνδρὸς, ἀλλὰ τοῦ Ἰακώβου ὡς μητρυιὰ ἐχρημάτιζεν; εὔδηλος ἡ λύσις. ὄνομα γὰρ μέγιστον ὁ Ἰάκωβος εἶχε παρὰ πᾶσιν, ὡς θεοσεβὴς καὶ ἐγκρατὴς καὶ δίκαιος ἀνὴρ ὑπάρχων· ἀμέλει καὶ δίκαιος ὁ Ἰάκωβος παρὰ πάντων ἐκαλεῖτο. ἄλλως τε ὑπολαμβάνω ὅτι καὶ τελευτήσας ἦν Ἰωσὴφ ἐν τῷ γενέσθαι τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τριακονταέτην, καὶ κηρύσσειν τὸ εὐαγγέλιον. βρέφους γὰρ ὄντος τοῦ κυρίου, ἀλλὰ καὶ δωδεκαέτους γινομένου, ἔχει μνήμην ὁ Ἰωσὴφ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις· ἐπὶ δὲ τοῦ καιροῦ τῶν θαυματουργιῶν καὶ τοῦ τιμίου πάθους οὐδαμοῦ ζῶν μνημονεύεται. ἀμέλει E καὶ ἐλέχθη τῷ Ἰησοῦ ποτε, ὅτι ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ἑστήκασι, καὶ ζητοῦσί σε, οὐκ ἔτι καὶ Ἰωσήφ. ὥστε δῆλον ὅτι τελευτήσας ἦν, ὡς ἔφην. ὅθεν καὶ ἐν τῷ σταυρῷ παρεστῶσα τῷ Ἰωάννῃ παρατίθεται ἡ παρθένος ὑπὸ τοῦ κυρίου. διὰ ταῦτα οὖν, ὡς εἴρηται, Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου ἐχρημάτιζε, καὶ οὐχὶ τοῦ Ἰωσὴφ ἡ θεοτόκος. ἡ δὲ τρίτη Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου τοῦ μικροῦ καὶ Ἰωσῆ ὄντως μήτηρ, ἧς ὁ Μάρκος ἐμνήσθη, ἄλλη ἐστίν. αὐτὴν δὲ νομίζω εἶναι καὶ τὴν παρὰ τῷ Λουκᾷ γεγραμμένην Μαρίαν Ἰακώβου· οὐδὲ γὰρ τὴν θεοτόκον, δι᾽ ἣν προεῖπον αἰτίαν. καὶ γὰρ Μάρκος ὁ εὐαγγελιστὴς μνησθεὶς αὐτῆς ἀνωτέρω καὶ εἰπὼν, Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Μαρία Ἰακώβου τοῦ μικροῦ καὶ Ἰωσῆ

aliæ quædam. Hæ vero perrexerunt in monumentum, non vespere sabbatorum, non valde diluculo, non mane cum adhuc tenebræ essent, sed mane orto jam sole, ut dixit Evangelista. Unde arguitur id quod dicitur mane proximum esse ortui solis; non item primum diluculum. Hoc autem dixi, carissimi; quia quidam majorum nostrorum dixerunt secundam profectionem fuisse eam quæ a Joanne Evangelista narratur, quæ dicitur contigisse mane cum adhuc tenebræ essent; & tertiam quæ a Luca describitur, valde diluculo, quasi primo mane, quod cum crepusculo incipiat; id quod vel primo intuitu mihi absurdum videtur; tum etiam quod Marcus Evangelista dicat, mane una sabbatorum venisse mulieres ad monumentum orto jam sole. Si autem diluculum erat post illud, *mane*, palam est ortum solis, diluculo, non matutino officere debuisse. Daniel certe de Dario loquens sic ait: *Tunc rex surrexit mane in luce, & festinus ad lacum perrexit.* Dan. 6. 19. Alioquin si profectio illa, quæ est apud Joannem esset secunda, & quæ apud Lucam tertia, multa alia in hac historia probarentur absurda; verbi gratia isthæc: Quomodo poterant Petrus & Joannes, qui illo perrexerant, intraverant, viderantque omnia quæ erant intra monumentum, ut ipse Joannes dicit, mulieribus referentibus, Angelorum verba, ut Lucas ait, illa habere ut deliramenta? Aut quomodo Petrus solus perrexisset ad monumentum, nec ausus fuisset intrare, sed a foris inclinasset caput, quasi perculsus & formidolosus; si jam antea illo profectus cum Joanne, ingressus fuisset, & accurate explorasset. Absurdum ergo est, ut puto, dicere, profectionem quæ apud Joannem est, eam quæ a Luca narratur præcessisse. Reliquum est ut jam dicamus, quot sunt illæ Mariæ, quas Evangelistæ commemorant. Multi enim circa illas disputarunt. Existimo itaque illas fuisse quinque. Sed attendite mihi cum omni studio. Est itaque Maria Magdalene, a qua Christus ejecerat quinque dæmonia: unde virtutis studiosa mulier fuit, ut tanti beneficii vicem rependeret. Maria Jacobi; sic vocatur Deipara, ut diximus. Quia enim, quod vix credibile & magnum esset miraculum, non poterat partûs sine semine veritas tunc declarari; alioquin periculum fuisset ne virgo lapidaretur, si vel rumor sparsus fuisset Christum non esse Josephi filium: hujus rei gratia apud omnes uxor Josephi appellabatur: eratque quasi noverca Jacobi filii Josephi. Quod si quis contra dixerit, Cur illa non Josephi ut viri, sed Jacobi, ut noverca ejus dicitur? Facilis est solutio. Maximum quippe Jacobi nomen erat apud omnes, utpote qui religiosus esset, temperans, justus: & sane Jacobus justus apud omnes vocabatur. Alioquin vero suspicor mortuum fuisse Josephum, cum Jesus triginta annorum esset & prædicaret Evangelium. Nam cum infans Dominus, atque etiam cum duodecim annorum esset, Joseph memoratur in Evangeliis; tempore autem miraculorum & venerandæ passionis nusquam vivus memoratur. Utique ipsi Jesu aliquando diceba-tur: *Mater tua & fratres tui stant foris, & quærunt te:* Matth. 12. 46. neque ulla Josephi mentio; ita ut palam sit illum tunc mortuum fuisse, ut dixi. Quapropter cruci adstans Virgo Joanni commendatur a Domino. Ideo illa, ut dictum est, Deipara Maria Jacobi vocabatur, non autem Josephi. Tertia vero Maria Jacobi minoris & Jose mater, quam memorat Marcus, alia est. Illam autem esse puto quæ apud Lucam Maria Jacobi scribitur, non vero Deiparam, illa de causa, quam superius dixi. Nam Marcus Evangelista, cum superius illam memorasset ac dixisset, *Maria Magdalene & Maria Jacobi mino-* Marc. 15. 40.

ris & Jose mater, & Salome: infra rursum hanc ipsam Mariam Jacobi tantum vocat his verbis: *Marc.16.1.* *Et cum transisset sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Jacobi & Salome, emerunt aromata, ut venientes ungerent Jesum.* Etiamsi vero alius esset mater, ac neque Jacobi minoris, neque ejus qui frater Domini vocabatur, palam tamen est il- *Joan.19.25.* lam aliam esse a tribus memoratis. Est quoque Maria Cleophæ, soror Deiparæ, quam memo- *Joan. 11. 2.* rat Joannes Theologus cum de crucifixo Jesu agitur. Est item alia Maria soror Marthæ & Lazari. Hæc igitur omnia cum sciatis, carissimi, & diligenter teneatis, ne detis locum iis, qui volunt Scripturam divinam traducere. Omnis quippe sinceritas & veritas in ipsa est, utpote quæ fuerit a Spiritu sancto dictata. Sed humanarum mentium infirmitas, quam ex vana gloria nolunt homines confiteri, Scripturarum proprietatem & incomprehensibilitatem, discrepantiam vocavit. Vos vero, utpote venerandum & sanctum Christi ovile, animarum nostrarum pascua, nempe divinam Scripturam, veram & reprehensione liberam esse agnoscitis. Veritas quippe vos alit, quia veritas, resurrectio & vita, Christus Deus noster est. Et si quid in illa, ut par est, non capiamus, patientiam habeamus usque ad futurum sæculum, quando facie ad faciem Deum videre dignabimur, & illustra- *1.Cor.13.12.* bimur rerum omnium cognitione: cum Deum cognoscemus, non ex parte; sed sicut cogniti sumus ab ipso: quæ est omnis rationabilis creaturæ & ultima beatitudo, quæ a caritate dirigitur, & permanet semper in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria & imperium cum Patre ipsius principii experte, & vivifico Spiritu, nunc & semper & in sæcula sæculorum, amen.

A ὄντως μήτηρ καὶ Σαλώμη, κατωτέρω πάλιν αὐτὴν ταύτην Μαρίαν Ἰακώβου μόνον ὀνομάζει οὕτως εἰπών· καὶ διαγενομένου τοῦ σαββάτου Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου καὶ Σαλώμη ἠγόρασαν ἀρώματα, ἵνα ἐλθοῦσαι ἀλείψωσι τὸν Ἰησοῦν. εἰ δὲ ἄλλου τινὸς ἦν ἡ μήτηρ, καὶ οὐχὶ τοῦ μικροῦ Ἰακώβου, ἀλλ' οὐδὲ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ λεγομένου τοῦ κυρίου, δῆλον ὅτι καὶ αὐτὴ ἄλλη ἐστὶ παρὰ τὰς λεχθείσας τρεῖς. ἔστι τοίνυν καὶ Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ, ἡ ἀδελφὴ τῆς θεοτόκου, ἧς μέμνηται Ἰωάννης ὁ θεολόγος ἐν τῇ σταυρώσει. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Μαρία ἡ ἀδελφὴ Μάρθας καὶ Λαζάρου. ταῦτ' οὖν ἅπαντα εἰδότες, ἀγαπητοὶ, καὶ κατέχοντες ἀκριβῶς, μὴ δίδοτε χώραν τοῖς θέλουσι διαθρύλλειν τὴν θείαν γραφήν. πᾶσα γὰρ εὐθύτης καὶ ἀλήθεια ἐν αὐτῇ, ὡς ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὑπηγορευμένη. ἀλλ' B ἡ τῶν φρενῶν τῶν ἀνθρώπων ἀσθένεια, καὶ τὸ μὴ θέλειν ταύτην ἐκ κενοδοξίας ὁμολογεῖν, τὴν αὐτῶν ἰδιωτείαν καὶ ἀκαταληψίαν γραφῆς ἀναρμοστίαν ἐκάλεσαν. ὑμεῖς δὲ τὸ τίμιον καὶ ἅγιον τοῦ Χριστοῦ ποίμνιον, τὴν νομὴν τῶν ψυχῶν ἡμῶν, λέγω δὴ τὴν θείαν γραφὴν, ἀληθῆ γινώσκετε οὖσαν καὶ ἀνεπίληπτον. ἀλήθεια γὰρ ὑμᾶς τρέφει, ὅτι ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωὴ Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν ἐστι. καὶ εἴ τι αὐτῆς, ὡς εἰκὸς, οὐ καταλαμβάνομεν, μακροθυμήσωμεν εἰς τὸν μέλλοντα αἰῶνα, ὅτε πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ἀξιωθῶμεν κατιδεῖν τοῦ θεοῦ, καὶ φωτισθῶμεν τὴν τῶν ὄντων πάντων τὴν γνῶσιν, ὅταν καὶ τὸν θεὸν ἐπιγνωσόμεθα, οὐκ ἔτι ἐκ μέρους, ἀλλὰ καθὼς καὶ ἐπεγνώσθημεν ὑπ' αὐτοῦ· ὅπερ ἐστὶ πάσης τῆς λογικῆς κτίσεως ἐσχάτη μακαριότης, τῇ ἀγάπῃ κυβερνωμένη καὶ διαμένουσα εἰς ἀεὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ πατρὶ, καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν.

MONITUM

IN SEQUENTEM SERMONEM.

HUIC seu Homiliæ seu Orationi præmittenda est nota Savilii, quæ cum aliis notis habetur in fine octavi Tomi p. 747. Oratio, *inquit*, misere corrupta, in quibus (*l. in qua*) loca plurima deplorata plane, satis habeat Lector si indicemus tantum, & iis relinquamus, qui aliquid possunt amplius, aut ingenio, aut codicibus. *Certe in Savilii edito mendis scatet hæc Homilia, ita ut multis in locis nulla arte possit intelligi. Ad hæc, versus finem maxime, multa sunt loca mutila & lacera. Verum hos nævos ope ms. Regii sustulimus. Illam inter* ἀμφιβαλλόμενα, *seu dubia locavit Savilius. Ego vero affirmare ausim inter spurias nullam esse, quæ magis conspicua præ se ferat* νοθείας *signa, quæ magis abhorreat a stylo, inventione & elegantia Chrysostomi. Est sane hujus Scrptoris Oratio aspera, horrida, verbis plerumque ineptis redundans, phrasis ubique contorta & injucunda; ordo nullus, omnia plena salebris sunt. Orator autem ex iis quæ in fine dicuntur, videtur Presbyter fuisse, qui coram Episcopo concionatus est.*

Εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ εὐαγγελίου, ἐν ᾧ ἔλεγον οἱ Ἰουδαῖοι περὶ τοῦ σωτῆρος, πῶς οἶδε γράμματα μὴ μεμαθηκώς; καὶ εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ σωτῆρος, ὅτι οὐδεὶς οἶδε τὴν ἡμέραν ἐκείνην.

ΦΕΡΕ πάλιν τῶν εὐαγγελικῶν ὑμῖν ἀπαρξώμεθα ναμάτων· φέρε μεθ' ὑμῶν τὸ διειδὲς καὶ καθαρὸν ἀρυσώμεθα ῥεῖθρον, πειθόμενοι τῷ προφήτῃ λέγοντι· ἀντλήσατε ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ σωτηρίου. πολλαὶ μὲν αἱ πηγαὶ, ἓν δὲ τὸ σωτήριον· μία ἐστὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν ἡ πηγὴ, ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ πᾶσαν γνῶσιν καὶ πᾶσαν σοφίαν ἀνομβρίσας. καὶ θαυμάζω πῶς ξενίζονται οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι γράμματα οἶδε μὴ μεμαθηκώς. [a] τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἀρτίως [a] ἀνεγνῶσθαι, ὅτι τοῦ σωτῆρος τὴν ἔνθεον προφέροντος διδασκαλίαν, ἐθαύμαζον οἱ Ἰουδαῖοι. πῶς οὗτος, φησιν, οἶδε γράμματα μὴ μεμαθηκώς; γράμματα ζητοῦσι παρὰ τῆς πηγῆς τοῦ λόγου, μᾶλλον δὲ παρὰ τοῦ θεοῦ λόγου· γράμματα ἀπαιτοῦσι παρὰ τοῦ Χριστοῦ, ὃς ἐπήγαγε νόμον, ὃς [b] προσήνεγκε προφητείαν· παρ' οὗ πᾶσα γνῶσις καὶ λόγος καὶ νόμος καὶ βούλημα καὶ σκέψις· πᾶσα γὰρ σοφία παρὰ κυρίου. γράμματα ζητοῦσι [c] παρὰ τοῦ λόγου, παρ' οὗ πάντες προφῆται ἤντλησαν, καὶ πάντες οἱ θεολόγοι ἐν ταῖς δεξαμεναῖς τῆς ἰδίας ψυχῆς ἐδέξαντο. τοῦτον ἐδέξατο Μωϋσῆς, ἐκ ταύτης τῆς πηγῆς ἤντλησαν οἱ προφῆται, ἐκ ταύτης τῆς πηγῆς πάντες οἱ ἀπόστολοι ἔλαβον. καὶ μαρτυρεῖ Ἰωάννης λέγων· ὅτι ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν. ἀπαιτεῖς γράμματα παρὰ θεοῦ, ὡς τῶν γραμμάτων τὸν λόγον ποιησάντων, ἢ τοῦ λόγου τὴν τῶν γραμμάτων τέχνην ἐφευρηκότος; μὴ τὰ γράμματα τὸν λόγον ἐποίησεν; ὁ λόγος τῶν γραμμάτων τὴν φύσιν εὗρε· καὶ ὥσπερ οὐκ αἱ τέχναι τὰς ὕλας ἐγέννησαν, ἀλλ' αἱ ὕλαι ταῖς τέχναις ἀφορμὰς ἐχαρίσαντο· οὕτως οὐ τὰ γράμματα τὸν λόγον ἐποίησεν, ἀλλ' ὁ λόγος τῶν γραμμάτων τὴν ἐπιστήμην εὗρεν. οὐ πρῶτα τὰ γράμματα, καὶ δεύτερος ὁ λόγος, ἀλλὰ πρῶτος ὁ λόγος, καὶ ταῦτα ἀπ' ἐκείνου προηγεῖται. πάντα τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ, καὶ τότε ἕπεται τὰ τῆς ἐπιστήμης· οὐ τὰ βλεπόμενα ὀφθαλμὸς ἐποίησεν, ἀλλ' ὀφθαλμὸς τῶν ὁρωμένων τὴν φύσιν διέκρινεν· οὐχ αἱ τέχναι τὰς [d] χεῖρας ἔδωκαν, ἀλλ' αἱ χεῖρες τὰς τέχνας [d] ἐποιήσαντο· οὐχ ὁ δρόμος πόδας εἰργάσατο, ἀλλ' οἱ πόδες τοῦ δρόμου τὴν φύσιν ἔδειξαν· οὕτως οὐ γράμματα λόγον ἔδειξεν, ἀλλ' ὁ λόγος τῶν γραμμάτων τὴν ἐπιστήμην ἐφεῦρε. διὰ τί οὖν ζητεῖς τὰ δεύτερα παρὰ τῆς πηγῆς τῶν πρώτων; ὅτι γράμματα οἶδε μὴ μεμαθηκώς. οὐ θαυμάζεις, ὅτι νεκροὺς ἐγείρει, καὶ ἐκπλήττῃ τὸ εἰδέναι γράμματα μὴ μεμαθηκότα, ἐνδεχόμενον τῇ φύσει; οἱ γὰρ πρῶτοι τὰ γράμματα εὑρόντες, οὐ παρ' ἑτέρου μαθόντες εὗρον, καὶ οἱ εὑρεταὶ τῶν γραμμάτων, ἄνθρωποι ἦσαν· τὸ δὲ νεκροὺς ἐγεῖραι, ὑπερβαίνει φύσιν ἀνθρώπων. τὰ μεγάλα παρορᾷς, καὶ περὶ τὰ μικρὰ ἀκριβολογῇ; πηγὴ τοίνυν πάσης σοφίας καὶ πάσης γνώσεως ὁ Χριστός· οὐδὲν αὐτὸν λανθάνει. πάντων γάρ ἐστιν εὑρετὴς, εὑρετὴς λέγω, οὐχ ὡς ἄλλου ποιήσαντος, καὶ τούτου ἐπινοήσαντος, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς καὶ ποιητὴς τῆς σοφίας, καὶ εὑρετὴς τῶν ἐπὶ τῆς σοφίας θεωρουμένων. οὐδὲν αὐτὸν τῶν παρελθόντων, οὐδὲν αὐτὸν τῶν παρόντων, οὐδὲν τῶν μελλόντων λανθάνει· πηγὴ γάρ ἐστι τῶν ἁπάντων.

Εἰ τοίνυν, φησὶν ὁ αἱρετικός· ἀνακύπτει γὰρ ἐν τῷ σίτῳ ζιζάνια· εἰ τοίνυν πηγὴ τῆς σοφίας ἐστὶ καὶ τῆς γνώσεως, πῶς περὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, τουτέστι, τῆς συντελείας, ἐν ᾗ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν, καὶ ἡ ἐπιδημία τοῦ σωτῆρος, λέγει, ὅτι οὐδεὶς οἶδεν, οὔτε

A *In illud Evangelii, quod dicebant Judæi de Servatore:* Quomodo scit literas, cum non didicerit? *& in dictum illud Servatoris:* Nemo novit diem illam. Joan. 7. 15. Matth. 24. 36.

1. AGE rursum ab Evangelicis fluentis ordiamur: age, ex limpido & puro alveo una vobiscum hauriamus, prophetæ obtemperantes dicenti: *Haurite aquas cum lætitia de fontibus salutaris illius.* Multi sunt fontes, sed unum salutare: fons est unus omnium bonorum Dominus noster Jesus Christus, qui omnem stillat scientiam, omnem sapientiam. Miror certe Judæos stupefactos esse, quod sciat literas, cum non didicerit: illud enim nobis modo lectum fuit; nempe cum Servator divinam proferret doctrinam, miratos esse Judæos. *Quomodo hic*, inquiunt, *scit literas, cum non didicerit?* Literas quærunt a fonte Verbi, imo a Deo Verbo: literas requirunt a Christo, a quo lex manavit, qui prophetiam protulit; ex quo oritur omnis scientia, verbum, lex, voluntas, consideratio: *Omnis* quippe *sapientia a Domino.* Literas quærunt a Verbo, a quo omnes Prophetæ hauserunt, omnes Theologi in vasis animæ suæ doctrinam susceperunt. Hoc verbum excepit Moyses: ex hoc fonte hauserunt Prophetæ, ex hoc fonte omnes Apostoli acceperunt: id testificatur Joannes dicens: *De plenitudine ejus nos omnes accepimus.* Literas a Deo requiris; an ac si literæ verbum fecerint; an ac si verbum sive ratio literarum artem invenerit? Num literæ verbum fecerunt? Verbum seu ratio literarum naturam invenit. Ac quemadmodum non artes materiam genuerunt, sed materia artibus occasionem dedit; sic non literæ verbum fecerunt; sed verbum seu ratio literarum scientiam invenit. Non priores sunt literæ, & posterius verbum; sed prius est verbum, & ab illo literæ præceduntur. Omnia a Deo facta sunt, & post sequuta sunt ea quæ a scientia parantur. Non oculus illa quæ videntur effecit; sed oculus visibilium naturam dijudicavit. Non artes manus dederunt, sed manus artes; non cursus pedes effecit; sed pedes cursus naturam docuerunt. Sic non literæ verbum docuere, sed verbum literarum scientiam invenit. Cur ergo exquiris secunda a priorum fonte? *Literas scit, cum non didicerit.* Non miraris quod mortuos suscitet, & obstupescis quod sciat literas cum non didicerit, quæ res ex natura fieri potest? Nam qui primi literas invenerunt, non ab aliis didicere: & literarum inventores, erant homines: mortuos autem suscitare, id certe hominum naturam superat. Magna negligis, & minima curiose inquiris? Fons igitur omnis scientiæ & cognitionis est Christus: nihil ipsi est occultum. Omnium quippe inventor est; inventorem dico, non quod alius fecerit, & hic excogitarit; sed quod ipse & sapientiæ auctor sit, & inventor eorum quæ in sapientia speculamur. Nihil eum fugit præteritorum, præsentium & futurorum: nam fons est omnium.

Isai. 12. 3. — B — Eccli. 1. 1. — C — 1. Joan. 16. — D — Joan. 7. 15. — E

2. Si ergo, inquit hæreticus, (zizania enim se in frumentum ingerunt,) si ergo fons sapientiæ & scientiæ est, quomodo de die illa, nempe consummationis, in qua resurrectio mortuorum, & adventus Servatoris, dicit: *Nemo novit*, ne- Matth. 24. 36.

Collata & emendata ad fidem mss. Regii 2027.

a Reg. ὑπανέγνωσται.

b Reg. προήνεγκε.

c Reg. παρὰ τῆς πηγῆς τοῦ λόγου.

d Reg. ἐποιήσαντο. Savil. ἐπενόησαν male.

que Angeli, neque Filius, nisi Pater. Quomodo igitur fons sapientiæ est, si futurum ignorat? Ego sane vellem te non cum improba arte sermonem vertere, neque verborum circuitiones revolvere; sed dogmatum sinceritatem afferre. Cur dicis, Si fons & thesaurus sapientiæ est, quomodo ignorat? Scio profundam esse sententiam: verum compendio studebimus. Oportet enim non vim sermonis, sed auditorum captum
Col. 2. 2. perpendere. Ait enim Apostolus: *Ducimur in agnitionem mysteriorum Dei Patris & Christi, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.* Si omnia in ipso, nihil ipsi occultum est. Quid ergo dicis, inquies, ad responsionem Servatoris, *Nemo novit, neque Filius, nisi Pater?* Interrogetur hæreticus: Quis major, dies, an Pater? An qui novit Patrem, non novit diem? *Nemo novit Patrem, nisi Filius.* Patrem ergo novit, fontem cognitionis novit, & diem non novit? At, inquies, fieri potest ut Pater cognoscatur, & quæ in Patre sunt non cognoscantur. Si quid sit in Patre occultum Filio, aliquid est in Filio ignotum Patri. Unde hoc? Ipse Domi-
Joan. 10. 15. nus omnium illud definivit: *Sicut cognoscit me Pater, & ego cognosco Patrem.* Cum autem de hominibus loquitur ait: *Cognosco meas, & cognoscunt me meæ.* Neque enim est inæqualitas cognitionis. Ubi inæqualis est natura, ibi inæqualis est cognitio. Potest homo Deum cognoscere, sed non ea quæ in Deo sunt. Omnes Pa-
Joan. 17. 3. trem cognoscimus; sed non sicut Filius. *Ut cognoscant te solum verum Deum.* Omnes cognoscimus; sed non ut ille. Alio enim modo fructus radicem notam facit, alio fructus radicis dat notitiam, alio radix fructum notum reddit, alio qui fructum demetunt, cognitionis sunt consortes. Hic autem claram nec confusam cognitionis dat paritatem: *Sicut cognoscit me Pater, cognosco Patrem.* Si quid sit in Filio occultum Patri, est aliquid in Patre occultum Filio. Deinde non te pudet illius vocis, o hæretice, qua Filium cognitione privas? Alia vero ratione Spiritum sanctum quem negas, Filio majorem secundum cognitionem tuam efficis. Di-
1. Cor. 2. 10. cit enim Paulus de Spiritu sancto: *Spiritus sanctus omnia scrutatur, etiam profunda Dei.* Spiritus sanctus novit profunda, & Filius ignorat diem? Si novit, inquit, cur dixit, Non novi? Ex ratiocinii consequentia & ex testimonio Scripturarum demonstratum est ipsum esse fontem cognitionis & sapientiæ. Cur autem ea quæ habet se habere negat, & cognitionem, cujus ipse fons est, hanc se non habere dicit? Dixit enim, Nemo novit diem. Oportet autem, fratres, Servatoris scopum scrutari, & explorare, quid dicat, de quo, quibus, & quando. Neque enim oportet simpliciter verba examinare, voculas explorare; sed vim sententiæ rimari. Neque enim omnia quæ Servator loquitur, sunt suæ dignitati congruentia, sed infirmitati nostræ accommodata. Alio modo fidelibus, alio infidelibus loquitur. Scio me hanc interpretationem jam vobis dedisse, sed nihil impedit quominus hic eam iterum persequamur, & veram esse ex rebus sumtam demonstrationem ostendamus. Ad Judæos sermonem habebat: ad Judæos qui tantum distabant a Deitatis sublimitate, quantum
Esai. 55. 9. distat a cælo terra, ut dicebat Deus: *Quantum distat cælum a terra, tantum distant viæ meæ a viis vestris, & consilia mea a consiliis vestris.* Infidelibus ergo loquebatur: & quia illum putabant esse Deo adversarium, divinæ cognitioni repugnantem, & legi Moysis contrarium; ideo ubique dignitatem suam occultans, ad Patris dignitatem omnia refert; ut ostenderet Judæos non sibi contradicere, sed contra Patrem pugnare. Judæorum ergo præjudicatis opinioni-

A οἱ ἄγγελοι, οὔτε ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατήρ; πῶς τοίνυν πηγὴ σοφίας, εἰ ἀγνοεῖ τὸ μέλλον; ἐγὼ δέ σε ἠβουλόμην μὴ κακοτέχνως στρέφειν τὸν λόγον, μηδὲ περιστροφὰς λόγων εἰλεῖσθαι, ἀλλὰ τὴν εὐθύτητα τῶν δογμάτων φέρεσθαι. διὰ τί λέγεις, εἰ πηγὴ τῆς σοφίας καὶ θησαυρός ἐστι, πῶς ἀγνοεῖ; οἶδα ὅτι βαθὺ τὸ ῥῆμα, πλὴν εἰς τὰ σύντομα ἥξομεν. δεῖ γὰρ καταστοχάζεσθαι οὐ τῆς δυνάμεως τοῦ λόγου, ἀλλὰ τῆς δυνάμεως τῶν ἀκουόντων. φησὶ γὰρ ὁ ἀπόστολος περὶ τοῦ Χριστοῦ· ὁδηγούμεθα εἰς ἐπίγνωσιν μυστηρίων θεοῦ πατρὸς καὶ Χριστοῦ, ἐν ᾧ πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι. εἰ πάντα ἐν αὐτῷ, οὐδὲν αὐτὸν λανθάνει. τί οὖν, φησι, πρὸς τὴν ἀπόφασιν τοῦ σωτῆρος, ὅτι οὐδεὶς οἶδεν,
B οὔτε ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατήρ; ἐρωτάσθω ὁ αἱρετικὸς, τίς μείζων, ἡ ἡμέρα, ἢ ὁ πατήρ; ὁ γινώσκων τὸν πατέρα, οὐ γινώσκει τὴν ἡμέραν; οὐδεὶς οἶδε τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱός. τὸν πατέρα οὖν εὗρε, τὴν πηγὴν τῆς γνώσεως οἶδε, καὶ τὴν ἡμέραν οὐκ οἶδεν; ἀλλ' ἐνδέχεται, φησιν, εἰδέναι μὲν τὸν πατέρα, ἀγνοεῖν δὲ τὰ ἐν τῷ πατρί. εἰ ἔστι τι ἐν πατρὶ λανθάνον τὸν υἱὸν, ἔστι τι ἐν τῷ υἱῷ λανθάνον τὸν πατέρα. πόθεν τοῦτο; αὐτὸς ὅρον δέδωκεν ὁ πάντων δεσπότης, καθὼς γινώσκει με ὁ πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν πατέρα. περὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων ὅταν διαλέγηται, λέγει, γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν. οὐ γὰρ ἀνισότης γνώσεως. ὅπου ἄνισος φύσις, [a] ἄνισος καὶ ἡ γνῶσις. γινώσκειν ἄνθρωπος δύναται θεὸν, οὐ μὴν τὰ ἐν τῷ θεῷ· γινώσκομεν πάντες πατέρα, ἀλλ' οὐχ ὡς ὁ υἱός· ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν. πάντες
C γινώσκομεν, ἀλλ' οὐχ ὡς ἐκεῖνος. ἄλλως γὰρ ὁ καρπὸς γνωρίζει τὴν ῥίζαν, ἄλλως ἡ ῥίζα τὸν καρπὸν ἑρμηνεύει, ἄλλως οἱ τὸν καρπὸν τρυγῶντες τῆς γνώσεως μεταλαμβάνουσιν. ἐνταῦθα δὲ τρανὴ καὶ ἀσύγχυτον δέδωκε τῆς γνώσεως τὴν ἰσότητα· καθὼς γινώσκει με ὁ πατὴρ, γινώσκω τὸν πατέρα. εἰ ἔστι τι ἐν τῷ υἱῷ λανθάνον τὸν πατέρα, ἔστιν ἐν τῷ πατρὶ λανθάνον τὸν υἱόν. εἶτα οὐδὲ ἐκείνην σὺ τὴν φωνὴν [b] αἰδῇ, αἱρετικὲ, δι' ἣν ἀποστερεῖς τὸν υἱὸν τῆς γνώσεως; ἑτέρῳ λόγῳ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὅπερ ἀρνῇ, μεῖζον τοῦ υἱοῦ κατὰ τὴν σὴν γνῶσιν ἐργάζῃ. λέγει γὰρ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὁ Παῦλος· τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ. τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οἶδε τὰ βάθη, ὁ δὲ υἱὸς ἀγνοεῖ τὴν ἡμέραν; εἰ τοίνυν, φησὶν, οἶδε, διὰ τί εἶπεν, οὐκ οἶδα; ἀπὸ μὲν τῆς τῶν λογισμῶν ἀκολουθίας, καὶ τῆς τῶν γραφῶν μαρτυρίας ἀποδέδεικται, ὅτι πηγὴ τῆς γνώσεως καὶ σοφίας ἐστί.
D τίνος δὲ ἕνεκεν, ἃ ἔχει, ἀρνεῖται, καὶ τὴν γνῶσιν, ἣν αὐτὸς πηγάζει, ταύτην λέγει αὐτὸς μὴ ἔχειν; εἶπε γὰρ ὅτι οὐδεὶς οἶδε τὴν ἡμέραν. δεῖ δὲ, ἀδελφοὶ, τὸν σκοπὸν τοῦ σωτῆρος ἐρευνᾶν καὶ ἐρωτᾶν, τί λέγει, καὶ περὶ τίνος, καὶ πρὸς τίνας, καὶ πότε. οὐ γάρ ἐστιν ἁπλῶς βασανίζειν ῥήματα, καὶ ἐξετάζειν λεξείδια, ἀλλὰ ταύτης τῆς ἐννοίας καταστοχάζεσθαι τῆς δυνάμεως. οὐ πάντα γὰρ, ὅσα ὁ σωτὴρ διαλέγεται, πρέποντα τῇ οἰκείᾳ ἀξίᾳ διαλέγεται, ἀλλὰ τὰ ἁρμόζοντα τῇ ἡμετέρᾳ ἀσθενείᾳ. ἄλλως διαλέγεται πιστοῖς, ἄλλως διαλέγεται ἀπίστοις. οἶδα ταύτην τὴν ἔννοιαν προειρηκὼς ἐν ὑμῖν· ἀλλ' οὐδὲν κωλύει ὁδεῦσαι διὰ τῆς αὐτῆς ἐννοίας,
E καὶ δεῖξαι ἀληθεύουσαν τὴν ἀπόδειξιν τῶν πραγμάτων. πρὸς Ἰουδαίους ἦν ὁ λόγος, Ἰουδαίους τοὺς τοσοῦτον ἀπέχοντας τοῦ ὕψους τῆς θεότητος, ὅσον ἀποχωρίζεται γῆ οὐρανοῦ, ὡς ἔλεγεν ὁ θεός· καθ' ὅσον ἀπέχει ὁ οὐρανὸς ἀπὸ τῆς γῆς, ἀπέχουσιν αἱ ὁδοί μου ἀπὸ τῶν ὁδῶν ὑμῶν, καὶ αἱ βουλαί μου τῶν βουλῶν ὑμῶν. διελέγετο τοίνυν ἀπίστοις· καὶ ἐπειδὴ ἐνόμιζον αὐτὸν ἀντίθεόν τινα, ἀντιπολιτευόμενον τῇ θείᾳ γνώσει, καὶ ἐναντίον τῷ νόμῳ Μωϋσέως, πανταχοῦ τὸ ἴδιον ἀξίωμα κρύπτων, ἐπὶ τὴν τοῦ πατρὸς ἀξίαν ἀναφέρει τὸ πᾶν, ἵνα δείξῃ Ἰουδαίους οὐκ αὐτῷ ἀντιλέγοντας, ἀλλὰ τῷ πατρὶ μαχομένους. ἀλλὰ πρὸς μὲν Ἰουδαίους πολλάκις ἁρμόζει τὴν

a Sic Reg. In Savil. vero, ἄπιστος γὰρ ἡ γνῶσις, quæ lectio seriem turbat.

b Savil. φωνὴν ἤδει pessime. Reg. φωνὴν αἰδῇ recte. Hæc vox totam clausulam, quæ non poterat intelligi, restituit.

οἰκείαις

οἰκείαις αὐτῶν περιαιρέσεσι τὰς λέξεις περιφέρων, οὐχ ὅτι τοῖς ἡμετέροις ἤθεσι συμμεταβάλλεται ὁ θεῖος λόγος, ἀλλ' ὅτι ὡς ἰατρὸς ἁρμόζοντα φάρμακα τοῖς τραύμασιν ἐπάγει, * ἐν Ἰουδαίοις ἐξεταζόμενος τοῖς ἀπηρνημένοις αὐτοῦ οὐ μόνον τὴν θεότητα, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀνθρωπότητα. ἐννόησον γὰρ ὅσον ἀπεῖχον τοῦ φαντασθῆναι υἱὸν θεοῦ, ὅτι οὐδὲ ἄνθρωπον καθεστηκότα τὸν κύριον ὑπελάμβανον. ἔλεγον γὰρ, δαιμόνιον ἔχει, καὶ δαιμονιῶντα ὑπελάμβανον τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ. ἐπεὶ τοίνυν ἑώρα Ἰουδαίους ἀντιλέγοντας, καὶ τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ὡς ἀνθρώποις πολυπραγμονοῦντας τὰ μέλλοντα· φίλον γὰρ ἀεὶ τοῖς ἀνθρώποις, τοῖς μέλλουσιν ἐπιβαλεῖν, καὶ τὰ μέλλοντα προειδέναι· ἀμέλει γοῦν καὶ ἐν τῇ κοινῇ ἀναστροφῇ, ἐάν τις, ἃ μανθάνουσι πάντες μετὰ μίαν ἡμέραν, προλαβὼν μάθῃ πρὸ μιᾶς ἡμέρας, χαίρει ὡς μέγα τι εὑρηκὼς, καὶ ὥσπερ ὁ πάντων τὴν γνῶσιν λαβών. φίλον οὖν τοῖς ἀνθρώποις τὰ μέλλοντα διερευνᾶν· εἶδε τοίνυν τοῦτον τὸν πόθον ἐν τοῖς ἀποστόλοις ἀκμάζοντα ὁ σωτὴρ, καὶ ζέοντα τὸν ἔρωτα περὶ τὴν γνῶσιν τῶν μελλόντων, καὶ ἃ ἔχει, ἀρνεῖται, ἵνα κολάσῃ τὴν ἄκαιρον ἐπιθυμίαν. πότε ἀποκαθιστᾷς τὴν βασιλείαν τοῦ Ἰσραήλ; εἶτα ἐπιστομίζων τὴν ἀνθρωπίνην προπέτειαν τὴν βουλομένην ἐπιβαλεῖν τοῖς μέλλουσι, καὶ τὰ τοῦ θεοῦ περιεργάζεσθαι, λέγει· οὐκ ἔστιν ὑμῶν γνῶναι χρόνους ἢ καιρούς· ὑπερβαίνει τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν τὸ μέτρον τῆς γνώσεως. μὴ πολυπραγμόνει τὰ μέλλοντα πρὸ τῶν πραγμάτων, ἀλλ' ἐκδέχου μόνον, καὶ πίστευε τοῖς μέλλουσι· παρασκεύασον σεαυτὸν πρὸς τὴν τοῦ μέλλοντος δικαστοῦ παρουσίαν. ἐκεῖ φρόντισον, οὐχ ἵνα μάθῃς πότε ἡ ἡμέρα, ἀλλ' ἵνα μάθῃς ποταπή σοι ἀπαντήσει ἡμέρα. διὰ τοῦτο ὁ προφήτης τοὺς πολυπραγμονοῦντας περὶ ταύτης τῆς ἡμέρας καὶ λέγοντας, πότε ἔρχεται ἡ κρίσις, πότε ἡ ἀνάστασις, μεμφόμενος καὶ ἐπιστομίζων ἔλεγεν· οὐαὶ οἱ ζητοῦντες τὴν ἡμέραν κυρίου, ἵνα τί αὕτη ὑμῖν ἡ ἡμέρα τοῦ κυρίου; ἀντὶ τοῦ, διὰ τί σπουδάζετε ἰδεῖν τὴν ἡμέραν κυρίου; ἡ ἡμέρα κυρίου πικρὰ καὶ σκληρὰ τέτακται, δυνατὴ ἡμέρα, ὀργῆς ἡ ἡμέρα ἐκείνη, θλίψεως καὶ ἀνάγκης. τὸν φόβον παρέστησεν, ἵνα κολάσῃ τὴν προπέτειαν. ἐπεὶ οὖν ἐπόθουν εἰδέναι τὰ μέλλοντα τὴν ἀνθρωπίνην τάξιν ὑπερβαίνοντα, ὁ σωτὴρ ἔλεγεν· οὐκ ἔστιν ὑμῶν γνῶναι χρόνους ἢ καιρούς. ἀλλ' ἵνα μὴ νομισθῇ κατὰ φθόνον κωλύειν τὴν γνῶσιν, συμπεριλαμβάνει ἑαυτὸν τοῖς ἀγνοοῦσιν, ἵνα παραμυθήσηται τῶν ἀνθρώπων τὴν ἄγνοιαν. οὐκ οἴδασι, φησιν, οὔτε οἱ ἄγγελοι. τί φαντάζεσθε ὑπὲρ ἀγγέλους; οὐδὲ ὁ υἱὸς οἶδε. διὰ τί ὑπὲρ ἐμὲ φαντάζῃ; ὅταν δὲ ἀκούσῃς υἱὸν, μέρισον τῇ διανοίᾳ τὸ πρᾶγμα. υἱὸς γὰρ λέγεται κατὰ [a] κοινοῦ καὶ ἡ θεότης καὶ ἡ ἀνθρωπότης. καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι υἱὸν καλεῖ ἡ γραφὴ, καὶ τὴν σάρκα τοῦ σωτῆρος, καὶ τὴν οἰκονομίαν, λέγει ἀλλαχοῦ· καὶ τὸ αἷμα Ἰησοῦ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ καθαρίσει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας. τὸ αἷμα, οὐ θεότης, ἀλλὰ ἀνθρωπότης· οὕτω καὶ τὴν ἀνθρωπότητα υἱὸν ὀνομάζει. καὶ ὅταν εἴπωμεν, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἔπαθεν, ὁμολογοῦμεν τί τὸ παθητὸν, τί τὸ ἀπαθές. ὅταν εἴπωμεν, ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ὁ μονογενὴς ἐσταυρώθη, μερίζωμεν τὸ ἀπαθὲς, καὶ χωρίζωμεν τὸ παθητόν. καὶ γὰρ ἐφ' ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων πολιτεύεται ῥήματα ἃ κατὰ πάσης μὲν τῆς ἀνθρωπίνης ὑποστάσεως εὑρίσκεται, μερίζεται δὲ τῇ ἐπινοίᾳ τοῦ λογισμοῦ. ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ὁ δεῖνα τέθνηκε, νοοῦμεν τί τὸ τεθνηκὸς, σῶμα, καὶ τί τὸ ἀθάνατον, ἡ ψυχή· καὶ οὐκ ἐπειδὴ κατὰ παντὸς τοῦ ὀνόματος ἡ τοῦ θανάτου προσηγορία φέρεται, τὸ πᾶν τοῦ ἀνθρώπου λέγομεν ἀπολέσθαι· οὐ γὰρ πάντως ἀνάγκη λέγειν, τὸ σῶμα τοῦδε ἀπέθανε· καὶ τὸ μὲν ὄνομα κοινὴν δέχεται τοῦ θανάτου τὴν προσηγορίαν, ὁ δὲ λογισμὸς τέμνει [b] τὴν προσηγορίαν, τί τὸ ἀποθανὸν, τί δὲ τὸ μὴ τεθνηκός· ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ σωτὴρ κοινὴν ἀποφαίνεται φωνὴν τοῦ θανάτου κατὰ τῶν ἁγίων λέγων· παραδώσουσιν ὑμᾶς εἰς συνέδρια, καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας καὶ βασι-

A bus verba plerumque adaptat: non quod divinum Verbum secundum mores nostros mutetur; sed quia ut medicus remedia vulneribus congruentia apponit; apud Judæos enim versabatur, qui non modo ejus deitatem, sed etiam humanitatem negabant. Perpende enim quantum aberat ut putarent esse Filium Dei, qui ne hominem quidem esse Dominum suspicabantur. Dicebant enim, *Dæmonium habet*, & dæmoniacum esse arbitrabantur Filium Dei. Quia igitur videbat Judæos contradicentes, discipulosque suos, utpote homines, futura curiose inquirentes: solent quippe semper homines futura appetere & eorum præscientiam perquirere; certe in communi rerum vicissitudine, si quis ea quæ omnes postridie sciturі sunt, uno prius die didicerit, gaudet ac si magnum quid repererit, B & ut si quis omnium notitiam assequeretur. Amant itaque homines futura perquirere. Videbat itaque Servator Apostolos futura prænoscendi desiderio teneri; & quæ habet se habere negat, ut importunum desiderium castiget. *Quando restitues regnum Israël?* Deinde hominum futura nosse & quæ Dei sunt inquirere appetentium petulantiam refrenans dicit: *Non est vestrum nosse tempora vel momenta:* hujus cognitionis modus humanam excedit naturam. Ne curiose inquiras futura ante rerum eventum; sed exspecta solum, & futuris crede: præpara teipsum ad futurum judicis adventum. Id cura, non quando veniet dies, sed qualis ventura sit dies. Idcirco propheta illos qui de die illa curiose inquirunt & dicunt, quando C veniet judicium, quando resurrectio? reprehendit & refrenat his verbis: *Væ iis qui quærunt diem Domini. Ut quid illa vobis dies Domini?* ac si diceret: Quare optatis videre diem Domini? *Dies Domini acerba & dura constituta est: potens est illa dies, calamitatis & necessitatis.* Metum incussit, ut petulantiam illam castigaret. Quia igitur optabant videre futura, quæ hominum captum superabant, dicebat Servator: *Non est vestrum nosse tempora vel momenta.* Sed ne videretur ex invidia ab hac cognitione arcere, se cum ignorantibus annumerat, ut homines de tali ignorantia consolaretur: nec Angeli cognoscunt, ait. Quid vero de Angelis cogitatis? ne Filius quidem novit. Quid circa me imaginaris? Cum Filium audis, rem mente distingue. Filius enim in communi dicitur de di- D vinitate & de humanitate. Ut vero discas Filium in Scriptura vocari Servatorem incarnatum, dicit alibi: *Et sanguis Jesu Filii ejus emundabit nos ab omni peccato.* Sanguis non divinitatem, sed humanitatem spectat; sic & ipsam humanam naturam Filium nominat. Et cum dicimus, Filius Dei passus est, quid passibile, quid impassibile sit confitemur. Cum dicimus, Filius Dei unigenitus crucifixus est, distinguamus inter impassibile & passibile. Nam apud nos homines hæc verba in usu sunt, quæ in tota humana persona reperiuntur, sed mente & ratiocinio distinguuntur. Si dicamus, ille talis mortuus est, intelligimus quid mortuum sit, nempe corpus; & quid sit immortale, nempe animam: E neque quia mortis nomen toti homini applicari videtur, totum hominem periisse dicimus. Neque enim necesse est dicere, Corpus hujusce mortuum est: commune nomen mortis vocem admittit, cogitatio autem nomen distinguit, quid nempe mortuum, quid non mortuum sit. Quandoquidem Servator de Sanctis loquens, communem illam mortem exprimit dicens: *Tradent vos in conciliis, & ad*

Act. 1. 6.
Amos 5. 18.
Sophon. 1. 14.
1. Joan. 1. 7.
Matth. 10. 17.

* ἐν Ἰουδαίοις ἐξεταζόμενος, *apud Judæos versabatur.* Sic in Athanasii Apologia contra Arianos p. 157. Sardicenses Patres dicunt Arsenium, ἐν τοῖς ζῶσιν ἐξετάζεσθαι, inter vivos versari vel numerari, quod repetitur etiam inferius p. 160.

a Savil. κατὰ κοινοῦ, Reg. κατὰ κοινοῦ. Savil. legendum putat, κατὰ κοινόν.
b Reg. τῇ προσηγορίᾳ.

duces & reges ducemini propter me, & occident A
vos. Hæc in communi protulit; ſed id propria
Matth. 10. 28. ſua doctrina diſtinguit: *Nolite timere*, inquit, *ab iis qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere.* Hoc & alibi facit Servator. Sicut enim hic licet omnium cognitionem habeat, dicit, Nemo novit diem, neque Filius; ac ſi diceret, neque ego ſecundum viſibilem formam; neque enim id ignorat Filius, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi: non ignorat is qui cognoſcit Patrem ut a Patre cognoſcitur. Habes ergo ſolutionem, quod nempe Filii nomen accipiatur & ſecundum dignitatem deitatis, & ſecundum formam incarnationis. Ignorat igitur ſecundum formam humanæ naturæ, qui ſecundum vim deitatis omnia novit.

Joan. 5. 31. 3. Ipſe de ſe dixit: *Si ego teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimonium meum non eſt verum;* B
Joan. 8. 14. ejuſdem hæc eſt doctrina: *Et ſi ego teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimonium meum verum eſt.* Si verum, quomodo non verum? Si non verum, quomodo verum? Verba pugnant, ſed ſententia concors eſt. Aſcendit Jeſus in templum, & docebat: aſcendit in templum templi Conditor, cultûs dominus. Loquebatur in templo, ut im-
Malach. 3. 1. pleretur prophetia hæc: *Et ſtatim veniet in templum ſuum Dominus, quem vos quæritis, & Angelus teſtamenti, quem vos vultis.* Et Dominum vocat & Angelum. O divina myſteria! o divinum & propheticum arcanum! Statim veniet in templum ſuum Dei templum: dicit ejus eſſe templum, ne putetur alterum eſſe Patris dominium, alterum Filii regnum. Templum Patris, quod Deo dicavit Salomon, Servatoris templum vocat Propheta: *Statim veniet ad templum ſuum Dominus.* Cum ergo templum Patris ſit, templum Filii eſt; cum templum Filii ſit, templum Patris eſt. Ideo & ipſe Servator, cum, flagello ex funiculis parato, Judæos ejicit, ait: C
Joan. 2. 16. *Auferte iſta hinc, & nolite facere domum Patris*
Luc. 19. 46. *mei, domum negotiationis*; idemque rurſus: *Auferte iſta hinc: nam domus mea, domus orationis vocabitur.* Domus Patris mei, & domus mea.
Joan. 1. 11. Et alibi dicit Evangeliſta: *In propria venit, & ſui eum non receperunt.* De Judæis loquitur; Judæi namque illi erant, quia ille per legem ipſos illuminavit, & per prophetas deduxit: erantque apud Judæos *propria* Servatoris. Nam cum Mater circumeundo quæreret ipſum, & diceret, D
Luc. 2. 48. *Fili, quid feciſti nobis?* circuimus quærentes te; reſpondit ille: *Neſciebatis, quia in iis quæ Patris mei ſunt oportet me eſſe?* Aſcendit ergo in templum, & docebat, implebaturque alia prophetia, *Ego qui loquor, adſum.* Docebat, non ita ut doctrina contumeliam inferret dignitati; ſed ex benignitate doctor erat. Cum audieris ipſum docuiſſe, ne putes fuiſſe ex cæterorum numero doctorum. Quod ſi te illud, *docebat*,
Pſ. 118. 12. offendit, ſi audieris dicentem: *Benedictus es, Domine, doce me juſtificationes tuas*; ignoras dignitatem, & non miraris doctrinam. *Aſcendit Jeſus in templum.* Nuſquam reperis deſcendentem. Aſcendit a Jericho Jeroſolymam, aſcendit in montem. Ubi namque Deus, ibi & aſcenſus.
Pſ. 83. 6. *Beatus vir cui eſt auxilium abs te, Domine, aſcenſiones tuæ in corde ejus.* Ubi virtus, ibi aſcenſus; E
Pſ. 29. 4. ubi nequitia, ibi deſcenſus. *Erue me a deſcen-*
Joan. 7. 15. *dentibus in lacum. Mirabantur Judæi, quomodo hic ſciret literas, cum non didiciſſet.* Illud, *hic*, vox eſt ſuperbiæ & contemtus, nequitiæ modus. *Quomodo hic?* Tu contumelioſe dicis, o Judæe, *Quomodo hic?* ego vero in gloriam ejus accipio. Illud enim *hic*, poteſt & contumelioſe, & ad gloriam dici. Tu dicis ad contumeliam, *Quomodo*
Exod. 15. 2. *hic ſcit*; ego cum Moyſe dico: *Hic Deus meus, & glorificabo eum.* Judæorum incredulitatem re-

A λεῖς ἀχθήσεσθε ἕνεκεν ἐμοῦ, καὶ ἀποκτενοῦσιν ὑμᾶς. καὶ ἀπεφήνατο κοινῇ, διέτεμε δὲ αὐτὸς τῇ ἰδίᾳ διδασκαλίᾳ. μὴ φοβηθῆτε γάρ, φησιν, ἀπὸ τῶν ἀποκτενόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι. τοῦτο καὶ ἐν ἑτέρῳ ποιεῖ ὁ σωτήρ. ὥσπερ γὰρ ἐνταῦθα [a] τὴν γνῶσιν ἔχων τῶν ἁπάντων λέγει· οὐδεὶς οἶδε τὴν ἡμέραν, οὐδὲ ὁ υἱός, ἀντὶ τοῦ, οὐδὲ ἐγὼ τὸ φαινόμενον σχῆμα. οὐ γὰρ ὁ υἱὸς ἀγνοεῖ, ἐν ᾧ πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι. οὐκ ἀγνοεῖ ὁ γινώσκων τὸν πατέρα καθὼς γινώσκεται ὑπὸ τοῦ πατρός. ἔχεις τοίνυν τὴν λύσιν, ὅτι τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ λαμβάνεται καὶ εἰς τὸ τῆς θεότητος ἀξίωμα, καὶ εἰς τὸ τῆς οἰκονομίας σχῆμα. ἀγνοεῖ τοίνυν κατὰ τὸ σχῆμα τῆς ἀνθρωπότητος, ὁ γινώσκων τὰ πάντα κατὰ τὴν δύναμιν τῆς θεότητος.

B Τοῦ αὐτοῦ ἐστι φωνή, ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής· τοῦ αὐτοῦ ἐστι διδασκαλία, κἂν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου ἀληθής ἐστιν. εἰ ἀληθής, πῶς οὐκ ἀληθής; εἰ οὐκ ἀληθής, πῶς ἀληθής; μάχεται τὰ ῥήματα, ἀλλὰ συμφωνεῖ τὰ νοήματα. ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ ἱερόν, καὶ ἐδίδασκεν· ἀνέβη εἰς τὸ ἱερὸν ὁ τοῦ ἱεροῦ δημιουργός, ὁ τῆς λατρείας δεσπότης· ἐλάλει ἐν τῷ ἱερῷ, ἵνα πληρωθῇ ἡ προφητεία τοῦ λέγοντος, καὶ ἐξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ἑαυτοῦ ναὸν ὁ κύριος, ὃν ὑμεῖς ζητεῖτε, καὶ ὁ ἄγγελος τῆς διαθήκης, ὃν ὑμεῖς θέλετε· καὶ κύριον αὐτὸν καλεῖ καὶ ἄγγελον. ὢ τῶν θείων μυστηρίων, ὢ τῆς ἐνδόξου καὶ προφητικῆς μυσταγωγίας. ἐξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ἑαυτοῦ ναόν· θεοῦ ναός, καὶ λέγει αὐτοῦ εἶναι τὸν ναόν, ὡς μὴ C νομίσαι ἑτέρου εἶναι τοῦ πατρὸς τὴν δεσποτείαν, καὶ ἑτέρου εἶναι τοῦ υἱοῦ τὴν βασιλείαν. τὸν ναὸν τοῦ πατρός, ὃν ἀνέθηκε Σολομὼν τῷ θεῷ, τοῦτον τὸν ναὸν τοῦ σωτῆρος καλεῖ ὁ προφήτης. ἐξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ἑαυτοῦ ναὸν ὁ κύριος. ὅταν τοίνυν ναὸς τοῦ πατρὸς ᾖ, ναὸς τοῦ υἱοῦ ἐστιν· ὅταν ναὸς ᾖ τοῦ υἱοῦ, ναός ἐστι τοῦ πατρός. διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ σωτήρ, ὅτε ἀπελαύνει τοὺς Ἰουδαίους τινὶ φραγελλίῳ, ὃ κατεσκεύασεν ἀπὸ σχοινίων, λέγει· ἐκβάλετε ταῦτα ἐντεῦθεν, καὶ μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου, οἶκον ἐμπορίου. ὁ αὐτὸς πάλιν, ἐκβάλετε ταῦτα ἐντεῦθεν· ὁ γὰρ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται· ὁ οἶκος τοῦ πατρός μου, καὶ ὁ οἶκός μου. καὶ ἀλλαχοῦ ὁ μὲν εὐαγγελιστὴς λέγει· εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐκ ἐδέξαντο. περὶ Ἰουδαίων λέγει· Ἰουδαῖοι γὰρ ἦσαν, ἐπειδὴ αὐτὸς αὐτοὺς διὰ νόμου ἐφώτισε, D καὶ διὰ προφητῶν ὡδήγησε· καὶ ἦν παρὰ Ἰουδαίοις [b] ἴδια τοῦ σωτῆρος. ὅτε γὰρ ἐζήτει αὐτὸν ἡ μήτηρ περιϊοῦσα, καὶ ἔφησε, τέκνον, τί ἐποίησας ἡμῖν; περιερχόμεθα ζητοῦντές σε, ἀπεκρίνετο, οὐκ οἴδατε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου δεῖ με εἶναι; ἀνέβη οὖν εἰς τὸ ἱερόν, καὶ ἐδίδασκε, καὶ ἐπληροῦτο ἑτέρα προφητεία· αὐτὸς ὁ λαλῶν, πάρειμι. ἐδίδασκεν οὐχ ὑβριζούσης τῆς διδασκαλίας τὴν ἀξίαν, διδάσκαλος δὲ διὰ τὴν φιλανθρωπίαν. μή, ὅταν ἀκούσῃς ὅτι ἐδίδασκε, νομίσῃς αὐτὸν ἕνα τῶν διδασκάλων τῶν λοιπῶν εἶναι. εἰ δὲ τό, ἐδίδασκε, σε σκανδαλίζει, ἐὰν ἀκούσῃς λέγοντος, εὐλογητὸς εἶ, κύριε, δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου, ἀγνοεῖς τὴν ἀξίαν, καὶ οὐ θαυμάζεις τὴν διδασκαλίαν. ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ ἱερόν. οὐδαμοῦ εὑρίσκεις καταβαίνοντα. ἀνέβαινεν ἀπὸ Ἱεριχὼ εἰς Ἱεροσόλυμα, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος. ὅπου γὰρ θεός, ἐκεῖ καὶ ἀνάβασις. μακάριος ἀνήρ, οὗ ἐστιν ἀντίληψις αὐτῷ παρὰ σοῦ, κύριε, αἱ ἀναβάσεις σου ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. ὅπου ἀρετή, ἀνάβασις· ὅπου κακία, κατάβασις. ῥῦσαί με ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον. ἐθαύμαζον οἱ Ἰουδαῖοι, πῶς οὗτος οἶδε γράμματα μὴ μεμαθηκώς. καὶ τό, οὗτος, ὑπερηφανίας ῥῆμα, ἐξουθενήσεως ἐπάγγελμα, σχῆμα κακίας. πῶς οὗτος; σὺ μὲν λέγεις ὑβρίζων, ὦ Ἰουδαῖε, πῶς οὗτος; ἐγὼ δὲ λαμβάνω δοξάζων. ἔστι γὰρ εἰπεῖν μεθ' ὕβρεως, τὸ οὗτος, καὶ ἔστιν εἰπεῖν μετὰ δόξης, τὸ οὗτος. λέγεις ὑβρίζων, πῶς οὗτος οἶδεν· ἐγὼ δὲ λέγω μετὰ Μωϋσέως, οὗτός μου θεός, καὶ δοξάσω αὐτόν. ἐλέγχει Ἰουδαίων

a Ita Reg. optime. In Savil. hæc turbata erant.

b Savil. male, ἰδίᾳ τοῦ πατρός.

A τὴν ἀπιστίαν, στηλιτεύει τοῦ λαοῦ τὴν ἀπείθειαν, δείκνυσιν ἑαυτὸν πηγὴν σοφίας, καὶ πηγὴν πάσης γνώσεως, καὶ λέγει, ἡ ἐμὴ διδαχὴ οὐκ ἔστιν ἐμὴ, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με πατρὸς, πανταχοῦ δεικνὺς, ὅτι ὡμολογημένῳ θεῷ μάχονται οἱ τὸν ἀμφιβαλλόμενον μὴ δεξάμενοι. ἐπειδὴ πεπίστευτο παρ' αὐτοῖς ὁ θεὸς, ἀμφεβάλλετο δὲ παρ' αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς. ἑαυτοῦ κρύπτει τὴν ἀξίαν, καὶ προφέρει τοῦ πατρὸς τὴν αὐθεντίαν, δεικνὺς ὅτι ὁ Χριστῷ μαχόμενος, θεῷ μάχεται. ἀλλὰ νομίζεις εἰρωνείαν τὸ πρᾶγμα, καὶ κατασκευὴν ῥημάτων, καὶ οὐκ ἀπόδειξιν πραγμάτων. ἐξ αὐτῶν δέχου τῶν πραγμάτων τὸν ἔλεγχον. κατὰ τὸν λόγον τὸν σὸν, ὦ Ἰουδαῖε, τὸν ἐξουθενοῦντα Χριστὸν, καὶ ἐκφαυλίζοντα τὰ τοῦ σωτῆρος πράγματα, οὗτος οὔτε κατὰ θεόν ἐστιν, οὔτε νόμῳ στοιχεῖ, ἀλλὰ μάχεται τῇ εὐσεβείᾳ κατὰ τὸν λόγον τῶν ἀσεβούντων. σὺ δὲ καὶ ὑπερ-

B μαχεῖς τοῦ νόμου, καὶ ὑπεραγωνίζῃ τοῦ θείου λόγου, καὶ ἐκδικεῖς θεὸν κατὰ τὸν σὸν σκοπὸν, καὶ νομίζεις εὐσεβεῖν, ἀποκρουόμενος μὲν τοῦ Χριστοῦ τὴν δόξαν, φυλάττων δὲ τοῦ νόμου τὴν βασιλείαν. ἴδωμεν οὖν ἐκ τῶν πραγμάτων, πῶς ψηφίζεται θεὸς τῇ σῇ γνώμῃ, καὶ τῇ ἡμετέρᾳ γνώμῃ. κατὰ τὸν σὸν λόγον ὑπερασπίζεις θεοῦ, καὶ μάχῃ ἀντιθέῳ τινὶ, καὶ μὴ στοιχοῦντι τῷ νόμῳ, ἀλλὰ διαλύοντι τὰ τοῦ θεοῦ δόγματα. ἴδωμεν πῶς προσέχει ὁ θεὸς τοῖς ἀντιποιουμένοις [a] τοῦ νόμου, καὶ τοῖς ἀκολουθοῦσι τῷ ἀντιβαίνοντι τῷ νόμῳ. ἀπὸ τῶν πραγμάτων τῶν κοινῶν λέγω. ἐάν τις πόλις ὑποδέξηται τύραννον, κινδυνεύει, κἂν μὴ κοινωνήσῃ τῇ γνώμῃ· καὶ ἐπειδὴ ὅλως ἐδέξατο τὸν τύραννον, συναπολαύει τῶν κινδύνων. ἐὰν δέ τις πόλις ἀποκλείσῃ τύραννον, θαυμάτων ἀξιοῦται, καὶ καρποὺς δέχεται παρὰ βασιλέως, ὅτι ἐν καιρῷ κινδύνου

C ἔστησε τρόπαια, τὴν γνώμην ἀσφαλῆ, καὶ οὐ παρεδέξατο παρὰ τὸν βασιλέα ἕτερον τύραννον. τοῦτο ἐποίησας, Ἰουδαῖε, κατὰ τὸν σὸν λόγον, ἐλθόντα τὸν τύραννον κατὰ τὴν σὴν ἀσέβειαν· ἀντιπολιτευόμενον τῷ νόμῳ Μωϋσέως οὐκ ἐδέξω, ἀλλ' ἀπεπέμψω, φυλάττων τῷ θεῷ τὴν βασιλείαν ἄτρεπτον. ἡ ἐκκλησία τοῦ σωτῆρος ἀνέῳξε πύλας, κατὰ μὲν σὲ, τυράννῳ, κατὰ ταύτην δὲ, βασιλεῖ τῆς δόξης. ἴδωμεν πῶς ὁ ἀληθινὸς ἐψηφίσατο τοῖς μὴ δεξαμένοις τὸν βασιλέα. μία πόλις αὐτὸν οὐκ ἐδέξατο, καὶ εἰς ἔδαφος ἔστρωται, τὰ Ἱεροσόλυμα· μία πόλις αὕτη τῷ βασιλεῖ τῆς δόξης ἀπέκλεισε θύρας, καὶ μὴ δεξαμένη τύραννον ἔστρωται· αἱ ἐκκλησίαι τοῦ θεοῦ πανταχοῦ δεξάμεναι τὸ σωτήριον ἀνθοῦσι καὶ ἀκμάζουσι, καὶ εἰς τὴν ὑπερκόσμιον τιμὴν ἀνάγονται. καὶ πάλιν ἀπὸ τοῦ ἐναντίου στόχαζε· ἕως ζῇ τύραννος, ἐν εὐ-

D δοκιμήσει οἱ φίλοι οἱ τὸ πιστὸν τῆς γνώμης ἐν καιρῷ ἐνδειξάμενοι, οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ἐν κινδύνῳ· ἐπειδὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ τύραννος, οἱ φίλοι ἐν κινδύνῳ, καὶ οἱ ἐχθροὶ ἐν παῤῥησίᾳ. ἴδωμεν τοίνυν μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος τελευτὴν, μετὰ τὴν βάσιν τὴν ἐκ τοῦ αἰῶνος τούτου πρὸς τὸν πατέρα, μετὰ τὸν παρὰ σοὶ νομιζόμενον θάνατον, μετὰ τὴν παρ' ἐμοὶ πιστευομένην ἀνάστασιν, ἴδωμεν τί μετὰ τὸ τέλος· εἰ μὲν εὐδοκιμοῦσιν οἱ ἐχθροὶ τοῦ βασιλέως, ἢ οἱ ἐχθροὶ τούτου τοῦ τυράννου, τύραννος ἀληθῶς. εἰ δὲ οἱ μὲν ἐχθροὶ ἐν αἰσχύνῃ καὶ ἐξορισμῷ, οἱ δὲ φίλοι ἐν παῤῥησίᾳ καὶ δόξῃ, εἰ τοῖς λόγοις οὐ πείθῃ, τὰ πράγματα δυσωπήθητι, πῶς ὕψωσεν ὁ θεὸς τὴν Χριστοῦ βασιλείαν, πῶς καθεῖλε τοὺς παραιτησαμένους αὐτοῦ τὴν βασιλείαν. ἠδύνατο αὐτοὺς ἀνελεῖν ὁ θεὸς, ἀρνησαμένους τὸν υἱόν· ἠδύνατο ἀποκτεῖναι τοὺς ἐχθροὺς τοῦ βασιλέως,

E τοὺς νομίσαντας τύραννον τὸν βασιλέα τῆς δόξης· ἀλλ' οὐκ ἀνεῖλεν αὐτοὺς, ἀλλ' ἐσκόρπισεν. εἰ ἀνεῖλεν, ἐγίνετο αὐτοῖς ἀπολογία. εἰ συνεχώρησεν ἡμῖν μένειν ἐπὶ τῆς γῆς, ἐκ τῶν πραγμάτων ἐδυσωπούμεθα ἄν· εἰ εἴδομεν τὴν γῆν πιστεύσασαν, ἐπεστράφημεν ἂν καὶ ἡμεῖς μετὰ πάσης τῆς οἰκουμένης, ἠδύναντο λέγειν οἱ ἐχθροί· ἐθεασάμεθα αὐτὸν μετὰ δώδεκα, καὶ ὡς εὐτελοῦς αὐτοῦ κατεφρονήσαμεν. εἰ εἴδομεν αὐτὸν ὑπὸ βασιλέων προσκυνούμενον, ἀναντιῤῥήτως τῷ ζυγῷ τῆς εὐσεβείας προσεπίπτομεν. διὰ τί προλαβὼν ἀνεῖλες ἡμῶν τὴν μετάνοιαν, καὶ προέλαβες τῇ τιμωρίᾳ τὴν διόρθωσιν; διὰ τοῦτο, ἵνα μή τις εἴπῃ, ἐσταυρω-

a Savil. τοῦ λόγου, male.

A darguit, populi pervicaciam traducit: sese ostendit fontem sapientiæ, fontem omnis scientiæ, & dicit: *Doctrina mea non est mea, sed ejus qui misit me Patris:* ubique ostendens, cum eo, quem in confesso erat esse Deum, pugnare eos, qui eum de quo dubitabant, non recipiebant: nam Deo ipsi credebant, de Jesu vero dubitabant. Suam occultat dignitatem, & Patris profert auctoritatem, ostendens eum qui cum Christo pugnat, cum Deo pugnare. At existimas rem esse ironiam & verborum apparatum, non demonstrationem? Ex rebus ipsis confutaberis. Ex iis quæ dicis, o Judæe, qui Christum contemnis & despicis ea quæ ad Servatorem pertinent, hic neque secundum Deum est, neque secundum legem incedit, sed ut dicunt impii, Joan. 7. 16.

B contra pietatem pugnat; tu vero & pro lege pugnas, & divinum verbum defendis, & secundum scopum tuum Deum vindicas, & te pie agere putas dum Christi gloriam oppugnas, & legis regnum custodis; ex rebus ergo ipsis videamus quid Deus statuat inter tuam & nostram sententiam. Dicis te Deum defendere, & Dei adversarium quemdam oppugnare, qui non secundum legem incedit, sed Dei dogmata solvit. Videamus quomodo Deus prospiciat iis qui legem defendunt, & iis qui legis transgressorem sequuntur: a vulgaribus rebus sermonem instituo. Si qua urbs tyrannum recipiat, ea periclitatur, etiamsi non cum illo consentiat; sed quia recepit eum, in periculis versatur: si qua vero urbs tyranno portas claudat, ea laudatur,

C & a rege mercedem accipit, quia periculoso tempore tropæa erexit, firmam sententiam: non tyranno, sed regi adhæsit. Hoc fecisti, Judæe, ut tu dicis; venientem tyrannum, ut impie jactitas, qui legi Moysis adversabatur, non recepisti; sed repulisti, Deoque regnum integrum reservasti. Ecclesia Servatoris ipsi portas aperuit, qui ut dicis, tyrannus erat, sed ut illa profitetur, rex gloriæ est. Videamus quid ille verus statuit circa eos qui regem non receperunt. Urbs una illum non recepit, & solo æquata fuit, nempe Jerosolyma: hæc una civitas Regi gloriæ portas occlusit, & quæ tyrannum non recepit, solo æquata fuit. Ecclesiæ Dei ubique terrarum, quæ Salvatorem recepere, florent, & honore plusquam humano decorantur. Ex adverso rursus rem considera: donec vivit

D tyrannus, florent amici ejus, qui fideles ipsi eo tempore fuerunt, inimici vero ejus in periculo versantur; mortuo autem tyranno, amici in periculis, inimici in libertate degunt. Videamus ergo quid evenerit post Servatoris mortem, post ejus ascensum ex hoc sæculo ad Patrem, post illam quam tu mortem existimas, & ego resurrectionem credo: si florent regis inimici, magis quam hujusce tyranni adversarii, vere tyrannus erat: si vero hujus inimici in infamia & in exsilio versantur; amici vero in libertate & gloria: si verbis non fidem habes, res ipsas reverearis: quomodo nempe Deus Christi regnum exaltaverit, illud repudiantes prostraverit. Poterat illos Deus delere qui Filium negarent; poterat regis inimicos occidere, qui re-

E gem gloriæ putabant esse tyrannum; verum non occidit eos, sed dissipavit. Si occidisset, potuissent illi sese purgare. Si nos sivisset in terra manere, ex rebus ipsis in pudorem acti fuissemus: si vidissemus orbem credentem, cum toto orbe conversi fuissemus. Potuissent inimici dicere: Vidimus eum cum duodecim illis, & ut vilem despeximus: si vidissemus eum a regibus adoratum, proculdubio sub jugum pietatis nos demisissemus. Cur præoccupans pœnitentiam nobis ademisti? cur supplicio emendationem antevertisti? Idcirco, ne quis diceret, Crucifixum

novimus, adoratum non vidimus; non occidit, sed dispergit eos. Hoc enim jam olim David
Ps. 58. 12. illorum propheta Deo suadebat dicens: *Ne occidas eos: nequando obliviscantur legis tuæ. Disperge illos in virtute tua.* Vide illos ante Christi januas, vendentes sudaria & semicinctia. Ad januas illos constituit, ut fierent adorantium testes. Vide illos stantes ad ostia Ecclesiæ, ut Josephi fratres.

Judæi ante portas Ecclesiæ sudaria & semicinctia vendebant.

Cogita quod sicut Josephi fratres, videntes fratris sui dignitatem, non audebant adire ut fratrem, sed dignitatem formidabant; sic nunc vide illos trementes Ecclesiæ dignitatem, quam a Deo, quam a Domino & Servatore omnium accepit. Vide illos viles & dejectos, crucifixum videntes in gloria. Cogita passionem, cogita gloriam. Horæ crucis tres sunt, a sexta ad nonam; gloriæ tempus sunt sæcula sæculorum, nec consumuntur. Vide quomodo contumelia sicut umbra præterierit: vide quomodo floreat gloriæ veritas; a sexta ad nonam contumelia, a sæculo usque in sæcula gloria, & laus Christi non consumitur, non desinit ejus glorificatio. Universi voces effundunt, Prophetæ, Evangelistæ, Pastores, Episcopi, Doctores, & a pelago Deitatis non absorbentur. Ac quemadmodum mare fluvios excipiens, non a fluviis occultatur, sed defluxus aquarum operit; sic omnes quotquot de gloria Christi loquuntur, a gloria teguntur, & gloriam non tegunt. Tremenda est inimicorum Dei audacia, sed splendidus est honor ejus, qui propter œconomiam contumeliis est affectus, & propter divinam dignitatem gloria afficitur. Cogita quod sicut contumeliæ tres horæ fuere, sic sæcula sæculorum Dei gloriam non implent. Cogita crucis locum. Num spithames unius circuitum habuit ligni locus? num pedis mensuram habuit crucis fixio? Cogita contumeliæ mensuram, & postea climata orbis terrarum. Quia repleta est universa terra cognitione Domini, ut aqua multa operiat mare. Circum crucem stabant Judæi passionem irridentes, imo passione ipsa illos irridente: videbant crucifixum, & gloriosum ignorabant. Ideo dicebat Zacharias propheta: *Tunc*
Zach. 12. 10. 11. *veniet Dominus Deus: & erit planctus magnus in Jerusalem. Videbunt enim in quem transfixerunt*, scilicet quem clavis confixerunt. Non dixit, Videbunt quem transfixerunt; sed, *in quem transfixerunt*. Quid est, *in quem?* Crux erat in quam transfixerunt. Ante adventum autem Servatoris, regium insigne, quod vulgari usu dicitur signum, præcurrit adventum Christi, & ab Angelis celebratur. Apparebit crux in terra, obtegens solem, obscurans lunam, ut dicebat Servator: *Tunc apparebit signum Filii Dei in cælo.* Et ut impleretur verbum Zachariæ, dictum ipsum assumens Servator in veritatem deduxit: *Et tunc videbunt in quem transfixerunt.* Videbitur signum Filii Dei in cælo, & plangent tribus. *Tribus domus David seorsum, & mulieres eorum seorsum; Tribus domus Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum.* Cur nomen Tribus non adduxit, sed nomen regni? Cur plangit Tribus David, quæ non vocabatur tribus David, sed tribus Juda? Quia ejus qui ex Davide secundum carnem erat, quidam secundum carnem cognati, dignitatem Deitatis ignoraverunt. Attingit ergo primum calamitas eos, qui cum genere affines essent, vita segregati & divisi erant. Tribus
2. Reg. 5. 14. domus Nathan. Quis Nathan? Fuit Propheta, fuit & alius filius David. Alius enim erat Nathan propheta, qui Davidem arguit de peccato; alius Nathan filius ejus. Lege historias filiorum Davidis, inveniesque unum ex filis ejus Nathan
Luc. 3. 31. dictum. Lucas certe Evangelista, missa Mariæ

A μὲν οἴδαμεν· προσκυνούμενον δὲ οὐκ ἐθεασάμεθα, οὐκ ἀναιρεῖ αὐτοὺς, ἀλλὰ σκορπίζει. τοῦτο γὰρ προλαβὼν καὶ ὁ προφήτης αὐτῶν ἔπεισε Δαυίδ· μὴ ἀποκτείνῃς αὐτοὺς, μήποτε ἐπιλάθωνται τοῦ νόμου σου· διασκόρπισον αὐτοὺς ἐν τῇ δυνάμει σου. βλέπε αὐτοὺς πρὸ τῶν θυρῶν τοῦ Χριστοῦ πωλοῦντας σουδάρια καὶ σημικίνθια· πρὸς τὰς θύρας αὐτοὺς ἔστησεν, ἵνα μάρτυρες γένωνται τῶν προσκυνούντων. βλέπε αὐτοὺς παρεστῶτας τοῖς πυλῶσι τῆς ἐκκλησίας, ὡς τοὺς ἀδελφοὺς τοῦ Ἰωσήφ. ἐννόησον ὅτι ὥσπερ οἱ ἀδελφοὶ τοῦ Ἰωσὴφ, βλέποντες τοῦ ἀδελφοῦ τὴν ἀξίαν, οὐκ ἐτόλμων προσελθεῖν ὡς ἰδίῳ, ἀλλ᾽ ἐφοβοῦντο διὰ τὴν ἀξίαν· βλέπε αὐτοὺς τρέμοντας τὴν ἀξίαν τῆς ἐκκλησίας, ἣν παρὰ τοῦ θεοῦ ἐδέξατο, ἣν παρὰ τοῦ δεσπότου καὶ σωτῆρος τῶν ἁπάντων ἐδέξατο· βλέπε αὐτοὺς ταπεινοὺς καὶ κατεπληχότας,
B ὁρῶντας τὸν ἐσταυρωμένον ἐν δόξῃ. ἐννόησον τὸ πάθος, καὶ ἐννόησον τὴν δόξαν. αἱ ὧραι τοῦ σταυροῦ τρεῖς, ἀπὸ ἕκτης ἕως ἐννάτης· ὁ καιρὸς τῆς δόξης, αἰῶνες αἰώνων, καὶ οὐκ ἀναλίσκονται. βλέπε πῶς παρῆλθεν ὡς σκιὰ τὰ τῆς ὕβρεως· βλέπε πῶς ἤνθησεν ἡ ἀλήθεια τῆς δόξης· ἀπὸ ἕκτης ἕως ἐννάτης ἡ ὕβρις, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος ἕως αἰώνων ἡ εὐδοξία, καὶ οὐκ ἀναλίσκεται ἡ Χριστοῦ εὐφημία, οὐ δαπανᾶται αὐτοῦ ἡ δοξολογία. πάντες ἐκκενοῦσιν ἑαυτῶν τὰς φωνὰς, προφῆται καὶ εὐαγγελισταὶ καὶ ποιμένες, ἐπίσκοποι καὶ διδάσκαλοι, καὶ ὑπὸ τοῦ πελάγους τῆς θεότητος οὐκ ἀναλίσκονται. καὶ ὥσπερ ἡ θάλασσα ποταμοὺς δεχομένη, οὐ καλύπτεται τοῖς ποταμοῖς, ἀλλὰ καλύπτει τὰ ῥεύματα· οὕτω πάντες οἱ λαλοῦντες περὶ τοῦ Χριστοῦ τῆς δόξης, ὑπὸ τῆς δόξης σκέπονται, καὶ τὴν δόξαν οὐ σκέπουσι. φοβερὰ ἡ τόλμα τῶν θεομά-
C χων, ἀλλ᾽ ἔνδοξος ἡ τιμὴ τοῦ ὑβρισμένου μὲν διὰ τὴν οἰκονομίαν, δοξαζομένου δὲ διὰ τὴν ἔνθεον ἀξίαν. ἐννόησον ὅτι ὥσπερ τρεῖς ὧραι ἦσαν τῆς ὕβρεως, αἰῶνες δὲ αἰώνων οὐ πληροῦσι τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν. ἐννόησον καὶ τοῦ σταυροῦ τὸν τόπον. ἆρα μιᾶς σπιθαμῆς εἶχε περίμετρον ὁ τόπος τοῦ ξύλου; εἶχε ποδὸς μέτρον ἡ πῆξις τοῦ σταυροῦ. ἐννόησον τὸ μέτρον τῆς ὕβρεως, καὶ ἐννόησον τὰ κλίματα τῆς ὑπ᾽ οὐρανόν, ὅτι ἐπλήσθη ἡ σύμπασα τοῦ γνῶναι τὸν κύριον, ὡς ὕδωρ πολὺ κατακαλύψαι θαλάσσης. περιεστήκεισαν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ σταυρῷ γελῶντες τὸ πάθος, μᾶλλον δὲ γελώμενοι ὑπὸ τοῦ πάθους· ἔβλεπον τὸν ἐσταυρωμένον, καὶ ἠγνόουν τὸν δοξαζόμενον. διὰ τοῦτο ἔλεγεν ὁ προφήτης Ζαχαρίας, ὅτι τότε ἥξει κύριος ὁ θεὸς, καὶ ἔσται κοπετὸς μέγας ἐν Ἱερουσαλήμ. ὄψονται γὰρ εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, ἀντὶ τοῦ, ὃν τοῖς ἥλοις προσήλωσαν.
D καὶ οὐκ εἶπεν, ὄψονται ὃν ἐξεκέντησαν, ἀλλ᾽, εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. τί ἐστι τὸ, εἰς ὅν; σταυρὸς ἦν, εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. πρὸ δὲ τῆς παρουσίας τοῦ σωτῆρος, ὥσπερ βασιλικὸν σημεῖον, τὸ λεγόμενον σίγνον κατὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν, προτρέχει τῆς Χριστοῦ παρουσίας, ὑπὸ τῶν ἀγγέλων δοξαζόμενον. φανήσεται ὁ σταυρὸς ἐπὶ τῆς γῆς, σκέπων ἥλιον, ἀμβλύνων σελήνην, ὡς ἔλεγεν ὁ σωτήρ· τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ. καὶ ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥῆμα Ζαχαρίου, αὐτὴν τὴν λέξιν λαβὼν ὁ σωτὴρ, μετήγαγεν εἰς ἀλήθειαν· καὶ τότε ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν· ὀφθήσεται δὲ τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ κόψονται φυλαί· Φυλὴ οἴκου Δαυὶδ καθ᾽ ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτοῦ καθ᾽ ἑαυτὰς, φυλὴ οἴκου Νάθαν καθ᾽ ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ᾽ ἑαυτάς. διὰ τί οὖν οὐκ ὄνομα φυ-
E λῆς παρήγαγεν, ἀλλ᾽ ὄνομα βασιλείας; διὰ τί πενθεῖ ἡ φυλὴ Δαυίδ; φυλὴ γὰρ Δαυὶδ οὐκ ἐλέγετο, [a] ἀλλὰ φυλὴ Ἰούδα. ἐπειδὴ τὸν ἐκ Δαυὶδ κατὰ σάρκα οἱ μὲν παραπλησιάζοντες τῇ φύσει τῆς σαρκὸς, ἠγνόησαν τὸ ἀξίωμα τῆς θεότητος· ἅπτεται τούτων πρῶτον ἡ συμφορὰ τῶν παραπλησιαζόντων τῇ φύσει, καὶ ἀπεσχοινισμένων τῷ βίῳ. φυλὴ οἴκου Νάθαν. τίς ὁ Νάθαν; ἐγένετο προφήτης, ἐγένετο καὶ υἱὸς Δαυίδ. ἄλλος γὰρ Νάθαν ὁ προφήτης, ὁ ἐλέγξας αὐτὸν περὶ ἁμαρτίας, καὶ ἄλλος Νάθαν ὁ ἐξ αὐτοῦ. ἀνάγνωθι τὰς ἱστορίας τῶν τέκνων Δαυίδ, καὶ εὑρήσεις ἕνα τῶν τέκνων αὐτοῦ Νάθαν λεγόμενον. Λουκᾶς δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς, τὴν διαδοχὴν τὴν εἰς

[a] Ita Reg. ἀλλὰ φυλὴ Ἰούδα deest in Savil.

Μαρίαν

Μαρίαν παραπέμπων, καὶ τὸν Ἰωσὴφ διὰ τοῦ Νάθαν κατάγει. ἰδοὺ ὅτι βαθὺς ὁ λόγος, καὶ περιεσκεμμένης διανοίας χρῄζων. ἀνάγνωθι τὰ εὐαγγέλια, ὡς ἔλεγεν ὁ σωτήρ· ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς. οὐκ εἶπεν, ἀναγνῶτε, ἀλλ', ἐρευνᾶτε. οὐ γὰρ ἡ ψιλὴ ἀνάγνωσις παριστᾷ τὴν γνῶσιν, ἀλλ' ἡ ἀκριβὴς κατανόησις παρίστησι τὸ ζητούμενον.

Ὀφθήσεται τοίνυν τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ. ὀφθήσεται τοῦ ξύλου φέρον τὴν εἰκόνα, ἀλλὰ φωτὸς ἐκλάμπον ἀκτῖνα. ὅταν δὲ ὀφθῇ ὁ σταυρὸς, καλυφθήσεται ὁ ἥλιος, οὐκ ἀφανιζόμενος, ἀλλὰ τῇ ὑπερβολῇ τῆς δόξης σκεπόμενος· καλυφθήσεται καὶ ἡ σελήνη, κρυβήσονται καὶ οἱ ἀστέρες, μᾶλλον δὲ πεσοῦνται, ὡς γέγραπται· ὁ ἥλιος, φησὶ, σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· καὶ δειχθήσεται τότε τὸ φοβερὸν ἐκεῖνο καὶ ἔνδοξον σημεῖον, Ἰουδαίων ὁρώντων, τῶν βλασφημούντων, περιεστοιχισμένων τῶν δοξαζόντων. τότε ἀποκριθήσεται τῶν δικαίων ἕκαστος πρὸς τοὺς ἀδίκους· τότε ἐρεῖ ἡμῖν Ἡσαΐας· ἰδοὺ ὁ θεὸς ἡμῶν, εἰς ὃν ἠλπίσαμεν, ἠγαλλιώμεθα· τότε φανεὶς ὁ σταυρὸς ἐλέγξει τὴν τόλμαν, καὶ βεβαιώσει τὴν ἐκκλησίαν· τότε ἀποκριθήσονται οἱ ἀντιλέγοντες, καὶ δοξασθήσονται οἱ ὑπακούσαντες· τότε πᾶσα ἡ κτίσις προσκυνήσει τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ τάγμα τῶν ἀπιστησάντων, καὶ τὸ τάγμα τῶν πιστευσάντων· ἀλλὰ τὸ μὲν μετὰ παῤῥησίας, τὸ δὲ μετ' αἰσχύνης. ὥσπερ γὰρ ἐν ταῖς βασιλικαῖς εἰκόσι διαγράφεται ἡ δόξα τῶν δορυφορούντων τὸν βασιλέα, καὶ τῶν βαρβάρων τὰ γένη, τῶν ὑποτεταγμένων τῷ βασιλεῖ, [a] καὶ ὑποπίπτει μὲν καὶ ὁ βάρβαρος κάτωθεν· ὑποπίπτει δὲ καὶ ὁ ὁμόφυλος· ἀλλ' ὅμως μετὰ παῤῥησίας ἕστηκε, δοξάζων τὸν ἑαυτοῦ βασιλέα· ὁ δὲ ἀνάγκαις πεπεδημένος ὑπὸ τοὺς πόδας, προσκυνῶν μὲν τὸν βασιλέα, μισθὸν δὲ τῆς προσκυνήσεως οὐκ ἔχων· οὐ γὰρ γνώμη αὐτὸν ἤγαγεν, ἀλλ' ἡ ἀνάγκη αὐτὸν ἐπέδησεν· καὶ ἔστιν ἡ μὲν ἄνω τάξις προσκυνούντων, ἡ δὲ κάτω τάξις πιπτόντων. ἄλλο γάρ ἐστι προσκυνῆσαι, καὶ ἄλλο πεσεῖν· οὕτως ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ μεγάλου βασιλέως, ἐν εἰκόνι τῆς δόξης φανήσεται τὸ τάγμα τῶν πιστευόντων ἐν παῤῥησίᾳ μετὰ τῆς ἀγγελικῆς τάξεως ὑμνοῦντες καὶ δοξάζοντες· φανήσεται δὲ καὶ τὸ τάγμα τῶν ἀπιστησάντων ἐστρωμένον ὑπὸ τοὺς πόδας τοῦ μεγάλου βασιλέως· καὶ οἱ μὲν ἔσονται λελυμένοι τῇ παῤῥησίᾳ, οἱ δὲ πεπεδημένοι τῇ ἀνάγκῃ. ἐπειδὴ γὰρ προεδέθησαν τῷ πόθῳ οἱ πιστοὶ, οὐ χρεία δεσμῶν· δεσμὸς γὰρ αὐτοῖς ὁ πόθος· οὓς δὲ μὴ ἔδησεν ὁ πόθος, δεσμεῖ πολλάκις ἡ ἀνάγκη· καὶ προσάγονται μετὰ παῤῥησίας οἱ πιστοὶ τῷ βασιλεῖ τῆς δόξης, οἱ μὲν πιστοὶ μετὰ παῤῥησίας, οἱ δὲ ἄδοξοι καὶ ἀντιλέγοντες τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας, προσελεύσονται δεδεμένοι χειροπέδαις σιδηραῖς· καὶ οἱ μὲν ἔσονται ἐν τῷ τάγματι τῶν προσκυνούντων ἐν ὕψει, οἱ δὲ ἐν τάγματι τῶν πιπτόντων ἐν βάθει. ὥσπερ γὰρ ἐν ταῖς εἰκόσιν ἀνωτέρα μέν ἐστιν ἡ ζώνη ἡ τοὺς προσκυνοῦντας ἔχουσα, κατωτέρα δὲ ἡ τοὺς βαρβάρους φέρουσα, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς Χριστοῦ βασιλείας, ὑψηλότερον μὲν δεῖ φαίνεσθαι τὸ τάγμα τῶν πιστευόντων, χαμαιπετὲς δὲ καὶ γήϊνον τῶν ὑποπιπτόντων. διὰ τοῦτο ὁ ψαλμὸς, ἀφορίζων τοὺς προσκυνοῦντας τῶν ὑποπιπτόντων, λέγει· μνησθήσονται, καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν, ὅτι τοῦ κυρίου ἡ βασιλεία, καὶ αὐτὸς δεσπόζει τῶν ἐθνῶν. ὅτε ἐπὶ [b] τῶν προσκυνούντων τὴν τάξιν ἔδειξεν, ὅτε ἐπὶ τῶν ὑποπιπτόντων ἐπήγαγεν, ἐνώπιον αὐτοῦ προσπεσοῦνται πάντες οἱ καταβαίνοντες εἰς γῆν. πῶς δέ ἐστι τὸ τάγμα τῶν πιστῶν ἀνώτερον; ὅτι οὐκ ἐπὶ γῆς οἱ πιστοὶ στήσονται, ἀλλ' ἐν τῷ ἀέρι συμπάρεδροι καὶ συνδορυφόροι τοῦ μεγίστου βήματος. οὐ γὰρ ὁ θρόνος τοῦ θεοῦ ἐπὶ γῆς πήγνυται, ἀλλ' ἡ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ὥστε πάντας μὲν εἶναι τοὺς δικαζομένους κάτω, ἄνω δὲ τὸν δικάζοντα, καὶ τοὺς μετὰ τοῦ δικαστοῦ φίλους. διὰ τοῦτο ὁ ἀπόστολος βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι οὐκ ἐπὶ γῆς στήσονται οἱ πιστοὶ, ἀλλ' ἐν τῷ ἀέρι ἐπαρθήσονται, λέγει· ἡμεῖς δὲ ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου εἰς ἀέρα, καὶ οὕτω πάντοτε σὺν κυρίῳ ἐσόμεθα.

[a] Hic magnus hiatus est in Savil.

genealogia, Josephum ex Nathane ortum dicit. Hic altus est sermo, & pervigili mente est opus. Lege Evangelia, ubi dicit Servator, *Scrutamini Scripturas*. Non dixit, Legite; sed, *Scrutamini*: non enim sola lectio notitiam affert, sed accuratum examen quæsitam rem patefacit. Joan. 5. 39.

4. Videbitur ergo signum Filii Dei in cælo. Videbitur ligni ferens imaginem, sed lucis radiis fulgens. Cum autem crux apparebit, sol obtegetur, non sublatus, sed gloriæ magnitudine obtectus; occultabitur luna, abscondentur stellæ, imo cadent, ut scriptum est. *Sol*, inquit, *obscurabitur, & luna non dabit lucem suam, stellæ cadent de cælo*, & tunc ostendetur illud tremendum gloriosumque signum, Judæis illis videntibus, qui blasphemabant, circumsistentibus & gloriam referentibus aliis. Tunc justi singuli respondebunt iniquis: tunc dicet nobis Esaïas, *Ecce Deus noster, in quem speravimus, exsultavimus*: tunc crux apparens illorum audaciam arguet, & Ecclesiam confirmabit: tunc contradicentes secernentur, & obsequentibus gloria referetur: tunc omnis creatura adorabit Filium Dei, tam ordo incredulorum, quam ordo credentium; sed hic cum fiducia, ille cum pudore. Sicut enim in Imperatoriis imaginibus depingitur tam gloriosum satellitum agmen, quam genus barbarorum, qui Imperatori subacti sunt. Et procumbit infra barbarus, procumbit etiam civis; sed cum fiducia stat regem suum adorans: ille vero necessitate compeditus sub pedibus jacet, & Imperatorem adorat, sed sine ulla adorationis mercede, quia non sponte id facit, sed necessitate cogitur: ac supernus quidem ordo adorantium, infernus vero cadentium est: nam aliud est adorare, aliud cadere; sic in adventu magni illius Imperatoris, in imagine gloriæ apparebit ordo credentium, qui fiducia instructi cum angelico ordine hymnos canet & gloriam Deo referet: apparebit quoque ordo incredulorum, substratus sub pedibus magni Imperatoris: & illi quidem fiducia soluti, hi vero necessitate vincti erunt. Quia enim fideles jam antea amore vincti erant, non opus est vinculis; nam vinculum est illis amor. Illos vero quos non vinxit amor, vincit plerumque necessitas. Ac fideles quidem sistuntur regi gloriæ fiducia repleti, illi vero inglorii, qui contradixerunt verbo veritatis, accedent vincti compedibus ferreis. Et illi quidem erunt in ordine adorantium in alto; hi vero in ordine cadentium in profundum. Sicut enim in imaginibus superior est circulus adorantium, inferior vero circulus barbarorum; sic & in regno Christi superior apparebit ordo credentium, inferior vero & humi repens ordo cadentium. Ideo Psalmus adorantes a cadentibus distinguens ait: *Reminiscentur & convertentur ad Dominum universi fines terræ: & adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ gentium. Quoniam Domini est regnum, & ipse dominabitur gentium*, quando adorantium ordinem ostendit; quando de cadentibus adjecit, *In conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram.* Quomodo autem superior est ordo fidelium? Quia non in terra fideles, sed in aëre stabunt, maximum illud tribunal quasi satellites circumsistentes. Thronus quippe Dei non in terra figitur; sed terra est scabellum pedum ejus; ita ut omnes de quibus judicium statuitur infra sint, superne vero judex sedeat cum amicis suis. Ideo Apostolus ut ostendat fideles non in terra, sed in aëre sublimes futuros esse, ait: *Nos autem rapiemur in nubibus in occursum Domini in aëra, & sic semper cum Domino erimus.*

Matth. 24. 29. — Isai. 25. 9. — Ps. 21. 28. — 1. Thess. 4. 16.

[b] Sic Reg. in Savil. hæc mutila deerant.

5. Hæc mihi in memoriam revocavit occasio audaciæ Dei hostium, qui dicere ausi erant,
Joan. 10. 20. *Dæmonium habet.* Dicamus cum Davide, *Quam*
Ps. 30. 20. *magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine!* Qualia dicentem servum toleras, qualia loquentem linguam sustines, qualia audentes contra te inimicos non plectis? non solo nutu consumis, non solo jussu perdis, non potes comminari? non
Nahum 1. 4. est apud te ille prophetæ sermo, *Comminans mari, & exsiccans illud?* tot pugnis, tot blasphemiis Deum impetunt. Sed respondet Salvator:
Joan. 12. 47. *Non veni ut judicem mundum, sed ut salvum faciam mundum.* Idcirco David vocans illum, non ad judicium, ut in secundo adventu, sed ad
Ps. 79. 2. salutem parandam, dicebat: *Qui sedes super cherubim appare. Excita potentiam tuam & veni, ut salvos facias nos*; non ut judices. Primus adventus salutis, secundus judicii est. Si velis, nosti illum Servatorem; si non obtemperes, nosti illum judicem. Te prius Regis amicum facito. A vulgaribus rebus edoceamur. Non nosti quosdam exsultantes & lætantes, quando vident aliquos ex amicis ad dignitates provehi? Annon singuli gaudetis, cum videtis aliquem vobis familiarem ad principatum evehi? annon speratis vos fructum amicitiæ accepturos esse? Verum homines persæpe fallunt, & amicitias commutant, & post adeptum principatum non ultra amici sunt; Christus vero non occultat veritatem. Esto illi amicus, & eris ei semper amicus. Sæpe namque, fratres, dignitas hominem inflavit, ejus animum mutavit, affectum transtulit: alius pro alio esse videtur. Nam de Saüle dicit
1. Reg. 10. 1. 6. Deus, videns illum ex dignitate mutari: *Unxi te dominum, & requirent, & dabunt tibi principatum, & ab illis accipies: & cum hæc signa super te venerint, mutaberis in alium virum.* Mutabit enim te potentia & dignitas: non quod omnes mutet; fidelem enim non mutat, sed improbum superat & manifestum reddit. Quapropter fideli dicit: Si princeps sis constitutus, esto tu quasi unus ex subditis. Itaque si hic amicitia sæpe fallit; sæpe etiam vera manet; Christi vero amicitia cadere nequit. Cum vides illum in gloria, non negat te, qui illum in terra adoras. Sed ac si te hodie in amicitiam recepis-
Matth. 25. 34. set, te advocat, & amicitiam tibi exhibet: *Venite, benedicti Patris mei.* Hic sæpe si gratiam alicui præbeas, is adeptus principatum illam non fatetur; sed, etiamsi gratiam reddat, primum beneficium occultat; non vult videri benefico inferior; sed amicitiæ quidem tuæ vicem reddit, beneficium autem occultat. Servator autem amicitiam profitetur & beneficium
Ibid. non occultat: *Esurivi enim, & dedistis mihi manducare, &c.* Amicitiâ itaque splendet Salvator, splendet & beneficio: non negat pristinam amicitiam, affectum tuum confitetur, amorem prædicat, propositum coronat. Illum ergo beneficum habeamus, non judicem. Judex quidem est, & judex veritatis; sed tu præveni eum, & amicum redde, non judicem, placa illum. Non vides externos principes, quomodo circumcurrant, & quomodo familiares suos alloquantur? Verum hic de modis agitur, illic de intercessione. Prius alloquere Martyres, dic Apostolis: Obsecro vos, præparate mihi judicem: sit mihi propitius in tempore judicii, cum examinabuntur opera mea, suadete illi: ipsum placare potestis: Scio ipsum vobis exorabilem esse: Ego fiduciam non habeo, vos regem alloquimini. Sed respondebunt tibi Apostoli & Martyres: Non nosti Deum nostrum, qui gratis misericordiam impertit, sed a nobis vult accipere? Da pauperibus, & ille pro ipsis tibi gratiam profitebitur; largire in manus pauperum, & quasi in manus fidelis deponens, retributionem acci-

a Ita Reg. Hæc & sequentia manca & turbata in Savilii edito sunt.

A Ταῦτά μοι εἰς μνήμην ἤγαγεν ἡ ἀφορμὴ τῆς τόλμης τῶν θεομάχων, τῶν τολμησάντων εἰπεῖν, δαιμόνιον ἔχει. εἴπωμεν μετὰ τοῦ Δαυὶδ, ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου, κύριε· οἷα λαλοῦντα [a] τὸν δοῦλον φέρεις, οἷα φθεγγομένην τὴν γλῶτταν βαστάζεις, οἷα τολμήσαντας κατὰ σοῦ τοὺς θεομάχους οὐ κολάζεις; οὐκ ἀναλίσκεις ῥοπῇ τοῦ νεύματος, οὐκ ἀναλίσκεις ἐν κελεύσματι, οὐκ ἠδύνω ἀπειλῆσαι. οὐκ ἦν περὶ σοῦ ὁ λόγος τοῦ προφήτου, ἀπειλῶν θαλάσσῃ, καὶ ξηραίνων αὐτήν; τοσαῦτα θεομαχοῦσι, τοσαῦτα βλασφημοῦσιν· ἀλλ' ἀποκρίνεται ὁ σωτὴρ, οὐκ ἦλθον ἵνα κρίνω τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσω τὸν κόσμον. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Δαυὶδ καλῶν αὐτὸν, οὐκ εἰς τὸ κρῖναι κατὰ τὴν δευτέραν παρουσίαν, ἀλλ' εἰς τὸ σῶσαι, ἔλεγεν·
B ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβὶμ ἐμφάνηθι, ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς, οὐκ εἰς τὸ κρῖναι. ἡ πρώτη παρουσία, σωτηρίας, ἡ δευτέρα, κρίσεως. ἐὰν θέλῃς, ἔγνως αὐτὸν σωτῆρα· ἐὰν ἀπειθῇς, ἔγνως αὐτὸν κριτήν. προλαβὼν κατασκεύασον σαυτὸν φίλον τοῦ βασιλέως. ἀπὸ τῶν κοινῶν πραγμάτων διδαχθῶμεν. οὐκ οἶδας τινας σκιρτῶντας καὶ ἀγαλλιῶντας, ὅτε ἐν ἀξιώματι καὶ προαγωγῇ γίνωνταί τινες τῶν φίλων; οὐχ ἕκαστος χαίρετε, ἐὰν ἴδῃ τόν ποτε γνώριμον αὐτοῦ εἰς ἀρχὴν προελθόντα, καὶ ἐλπίζει λοιπὸν καρποὺς τῆς φιλίας κομίζεσθαι; ἀλλ' οἱ μὲν ἄνθρωποι πολλάκις ψεύδονται, καὶ τὰς φιλίας ἐναλλάσσουσι, καὶ μετὰ τὴν ἀρχὴν οὐκέτι φίλοι· ὁ δὲ Χριστὸς οὐ κρύπτει τὴν ἀλήθειαν. γενοῦ αὐτοῦ φίλος, καὶ ἔσῃ ἀεὶ αὐτοῦ φίλος. πολλάκις γὰρ, ἀδελφοὶ, τὸ ἀξίωμα
C ἐφύσησε τὸν ἄνθρωπον, μετέβαλεν αὐτοῦ τὴν γνώμην, μετέθηκεν αὐτοῦ τὴν διάθεσιν· ἄλλος ἀντ' ἄλλου φαίνεται. καὶ γὰρ περὶ τοῦ Σαοὺλ ὁ θεὸς εἰδὼς ὅτι τὸ ἀξίωμα αὐτὸν μεταβάλλει, λέγει· ἔχρισά σε κύριον, καὶ ἀπαιτήσουσι, καὶ δώσουσί σοι ἀρχὴν, καὶ λήψῃ ἐξ αὐτῶν· καὶ ὅταν ἔλθῃ ταῦτα ἐπὶ σὲ τὰ σημεῖα, στραφήσῃ εἰς ἄνδρα ἄλλον. μεταβαλεῖ γάρ σε ἡ ἐξουσία καὶ ἡ ἀξία, οὐχ ὅτι πάντας μεταβάλλει· τὸν πιστὸν γὰρ οὐ μεταλλάττει, τὸν δὲ σαθρὸν ἐλέγχει. διὰ τοῦτο τῷ πιστῷ λέγει· ἐὰν καταστῇς ἄρχων, γενοῦ καὶ σὺ ὡς εἷς ἐξ αὐτῶν. εἰ τοίνυν ἐνταῦθα φιλία πολλάκις ἐψεύσατο, πολλάκις ἀληθεύει, ἡ δὲ τοῦ Χριστοῦ φιλία ἄπτωτος. οὐχ, ὅταν ἴδῃς αὐτὸν ἐν δόξῃ, οὐκ ἀρνεῖταί σε τὸν ἐπὶ τῆς γῆς προσκυνήσαντα αὐτόν· ἀλλ' ὡς σήμερον δεξάμενός σε τῆς φιλίας, προσκαλεῖται, καὶ τότε γνωρίσει τὴν φιλίαν· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου. ἐνταῦθα πολλάκις κἂν χάριν ποιή-
D σῃς τινὰ, μετὰ τὴν ἀρχὴν οὐχ ὁμολογεῖ· ἀλλὰ, κἂν ἀντιδῷ τὴν χάριν, τὴν εὐεργεσίαν τὴν προτέραν κρύπτει. οὐ θέλει γὰρ φανῆναι κατώτερος τοῦ εὐεργέτου, ἀλλὰ τὴν μὲν φιλίαν σου ἀμείβεται, τὴν δὲ εὐεργεσίαν κρύπτει. ὁ δὲ σωτὴρ καὶ τὴν φιλίαν ὁμολογεῖ, καὶ τὴν εὐεργεσίαν οὐ κρύπτει. ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν, καὶ τὰ ἑξῆς. ὁ τοίνυν σωτὴρ λάμπει τῇ φιλίᾳ, λάμπει τῇ εὐεργεσίᾳ, οὐκ ἀρνεῖται τὴν προτέραν σου φιλίαν, ὁμολογεῖ σου τὴν διάθεσιν, κηρύττει σου τὸν πόθον, στεφανοῖ σου τὴν πρόθεσιν. ἔχωμεν τοίνυν αὐτὸν εὐεργέτην, καὶ μὴ κριτήν. κριτὴς μέν ἐστι, καὶ κριτὴς ἀληθείας. ἀλλὰ σὺ προλαβὼν αὐτὸν κατάστησον φίλον, καὶ μὴ δικαστὴν, καὶ δυσώπησον αὐτόν. οὐκ εἶδες τοὺς ἔξωθεν ἄρχοντας, πῶς περιτρέχουσι, καὶ πῶς τοῖς οἰκείοις αὐτῶν διαλέγονται; ἀλλ' ἐνταῦθα περὶ
E [b] χημάτων, ἐκεῖ δὲ περὶ πρεσβείας. προλαβὼν διαλέχθητι τοῖς μάρτυσιν, ὁμίλησον τοῖς ἀποστόλοις· δέομαι ὑμῶν, προετοιμάσατέ μου τὸν κριτήν· γένοιτό μοι ἵλεως ἐν τῷ καιρῷ τῆς κρίσεως, ὅτε ἐξετασθῇ μου τὰ πράγματα, πείσατε αὐτόν· ἱκανοί ἐστε δυσωπῆσαι. οἶδα ὅτι ὑμᾶς αἰδεῖται, ἐγὼ παῤῥησίαν οὐκ ἔχω, ὑμεῖς διαλέχθητε τῷ βασιλεῖ. ἀλλ' ἀποκρινοῦνταί σοι οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ μάρτυρες· οὐκ οἶδας τὸν θεὸν ἡμῶν, δωρεὰν μὲν ἐλεοῦντα, ἀλλὰ καὶ παρ' ἡμῶν θέλει λαβεῖν; δὸς πτωχοῖς, καὶ αὐτὸς ἀντὶ ἐκείνων ὁμολογεῖ σου τὴν χάριν· δὸς εἰς χεῖρας πενήτων, καὶ ὡς εἰς χεῖρας πιστοῦ παραθέμενος, τὴν ἀνταπόδοσιν λή-

b χημάτων sic Reg. & Savil, qui putat legendum χρημάτων. Lectio est incerta.

A ψῆ. δὸς Χριστῷ οὐ δι' ἀπληστίαν λαμβάνοντι, ἀλλὰ διὰ φιλανθρωπίαν τοῖς πένησι χορηγοῦντι. εἶτα λαμβάνει ὁ θεὸς χρήματα, οὐκ εἰς ἑαυτὸν, ἀλλὰ διὰ πενήτων εἰς ἑαυτὸν, οὐ πωλῶν τὸ δίκαιον, ἀλλὰ τῇ μετανοίᾳ διορθούμενος τὰ πταίσματα ἡμῶν. οὐ γὰρ λαμβάνει χρήματα, ἵνα σοι πωλήσῃ τὸ δίκαιον, καὶ ἄλλον ἀδίκως κατακρίνῃ, ἀλλ' ἵνα σε τὸν κατάκριτον ἐλευθερώσῃ διὰ τῆς δόσεως, ὡς ἔλεγεν ὁ Δανιήλ· τὰς ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι, καὶ τὰς ἀνομίας σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων. προσένεγκε χρήματα ἀντὶ ψυχῆς. λύτρον γὰρ ἀνδρὸς ὁ ἴδιος πλοῦτος. ταῦτα λέγω πρὸς τὴν τοῦ μεγάλου κριτοῦ καὶ δεσπότου ἀξίαν, ὃν δέχεται ἡ ὑπ' οὐρανὸν πᾶσα, οὗ νῦν καταξιοῦται ἡ ἐκκλησία, ἐστέρηται δὲ μόνη ἡ συναγωγή· ἐσκόρπισται γάρ. ἀργὸν τὸ ὄνομα· ἄλλη κατατομή· κατατέμνεται γὰρ τῇ ἀπιστίᾳ. κατατομὴν καλεῖ τὴν συναγωγὴν, ὡς καὶ ὁ Παῦλος λέγει, B βλέπετε τὴν κατατομήν. ἡμεῖς μὲν γάρ ἐσμεν ἡ περιτομή. διὰ τοῦτο οἱ δαιμονῶντα καλέσαντες τὸν σωτῆρα διατέμνονται τῆς δόξης, οἱ βασιλέα ὁμολογήσαντες ἐπληρώθησαν τῆς δόξης. καὶ ἓν εἰρηκὼς ἀρχαίας ἱστορίας θεώρημα καταπαύσω τὸν λόγον. Γεδεών ποτέ τις ἀνὴρ δίκαιος, μεμαρτυρημένος ὑπὸ τῶν γραφῶν, ὃν καὶ Παῦλος ἐν τῷ τάγματι τῶν δικαίων παρήγαγε, φήσας περὶ Γεδεὼν, καὶ Σαμψὼν, καὶ Ἰεφθάε· οὗτος δικαιοσύνῃ πάσῃ διαπρέψας, καὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον ταῖς ἀρεταῖς κοσμήσας, ἐν καιρῷ πολέμου καὶ στενοχωρίας στάχυας λαβὼν ἀπό τινος τόπου ἐν ληνῷ ἐρράβδιζεν, ἵνα ἑαυτῷ παρασκευάσῃ παραμυθίαν τῆς ἀνάγκης. ἄγγελος δὲ αὐτῷ παραστὰς φησίν· ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου, ὁ κύριος μετὰ σοῦ. οὐκ ἀμβλύνει γὰρ δικαιοσύνην λιμὸς, ἀλλὰ λαμπροτέραν δείκνυσι τὴν ἀρετὴν ταῖς θλίψεσι βασανιζομένην. ὁ κύριος C μετὰ σοῦ, εἰρήνη σοι. καὶ λέγει Γεδεών· καὶ εἰ κύριος ἐν ἡμῖν, πόθεν ἡμᾶς εὗρε τὰ κακὰ ταῦτα; οὐκ ἀντιλέγων τῷ θεῷ, ἀλλ' ὡς ἀνάξιον ἡγούμενος ἑαυτὸν τοῦ θεοῦ, οὕτω λέγων, εἰ ἦμεν, φησιν, ἄξιοι τοῦ θεοῦ, ταῦτα ἡμᾶς οὐ κατελάμβανε. πολλάκις οἱ ἄπιστοι οἱ τῷ μὲν λόγῳ πιστεύοντες, ταῖς δὲ γνώμαις μαχόμενοι, λέγουσι, ποῦ ὁ θεὸς τῶν χριστιανῶν; διὰ τί μὴ ἐπήκουσε τῶν μοναζόντων; πόθεν οἱ πόλεμοι; πόθεν αἱ συγχύσεις; οὐχ οὕτως εἶπεν, ἀλλ', εἰ κύριος ἦν ἐν ἡμῖν, πόθεν ἡμᾶς εὗρε τὰ κακὰ ταῦτα; οὐκοῦν οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν· οὐ γάρ ἐσμεν αὐτοῦ ἄξιοι. λέγει, ὁ κύριος μετὰ σοῦ· ἐν τῇ χειρί σου δέδωκε ὁ θεὸς τὴν νίκην· ἔπελθε εἰς πόλεμον. λέγει ὁ Γεδεὼν, ἐν τούτῳ γνώσομαι ὅτι ὁ κύριος μετ' ἐμοῦ, ἐὰν δῷ μοι σημεῖον ἀληθινόν. ἰδοὺ, φησι, τίθημι [a] τὸν πόκον τοῦ ἐρίου, καὶ ἐὰν βρέξῃ D ὁ θεὸς ἐπὶ τὸν πόκον τοῦτον, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν μὴ βρέξῃ, οἶδα ὅτι ὁ θεὸς μετ' ἐμοῦ. βλέπε σημεῖον, καὶ αἴτημα ξένου δώρου· ἔθηκε τὸν πόκον. ὁ θεὸς διὰ τῆς νυκτὸς κανόνι θείῳ καὶ λόγῳ μὴ παραλαμβανομένῳ, φέρει τὸν ὄμβρον κατὰ μόνου τοῦ πόκου, καὶ πᾶσα ἡ γῆ ξηρὰ ἦν. καὶ λαβὼν, φησιν, ὁ Γεδεὼν ἕωθεν ὑπὸ τὸν ὄρθρον τὸν πόκον ἀπεπίασεν, καὶ εὑρέθη λεκάνη μεστὴ ὕδατος. εἶτα ὁ Γεδεὼν πάλιν· ἐν τούτῳ γνώσομαι ὅτι κύριος μετ' ἐμοῦ, ἐὰν ποιήσῃ τὸ σημεῖον, ὃ θέλω. τίθημι τὸν πόκον τοῦτον, καὶ ἐὰν βρέξῃ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, ἐπὶ δὲ τὸν πόκον τοῦτον οὐ βρέξῃ, τότε γνώσομαι ὅτι κύριος μετ' ἐμοῦ ἐστιν. οὐκ ἤρκει σοι τὸ πρῶτον σημεῖον, ἀλλ' αἰτεῖς δεύτερον; οὐκ ἀνέγνως ὅτι οὐκ ἐκπειράσεις κύριον τὸν θεόν σου; οὐ δύο ᾔτησα, φησι, σημεῖα, ἓν ᾔτη- E σα. τὰ δύο ἕν ἐστι σημεῖον. διὰ τοῦτο εἶπεν· ἐὰν δῷ μοι κύριος σημεῖον ἀληθινὸν, ἀντὶ τῆς μελλούσης ἀληθείας θεώρημα. εἶτα ἔθηκε τὸν πόκον δεύτερον, καὶ κατῆλθεν ὁ ὄμβρος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ ἔμεινεν ὁ πόκος ξηρός. μετὰ ταύτην τὴν πεῖραν καταθαρσεῖ τοῦ πολέμου, καὶ κατηγωνίζετο τοὺς ὑπεναντίους. δεῖ γὰρ συντεμεῖν τὸ αἴνιγμα τῆς βροχῆς. οὗτος ὁ πόκος τοῦ σωτῆρος ἐμήνυσε τὴν παρουσίαν τὴν πρώτην καὶ τὴν δευτέραν· ὅτι ἡ μὲν πρώτη τὰ Ἱεροσόλυμα μόνα κατέλαβεν, ἡ δὲ γῆ πᾶσα οὐκ ἐδέξατο. ὥσπερ

a Reg. τὸν πόκον τῆς ἐρέας.

pies. Da Christo qui non ob cupiditatem habendi accipit, sed ob humanitatem pauperibus largitur. Deinde accipit Deus pecunias, non in seipsum, sed per pauperes in seipsum; non justitiam vendens, sed pœnitentiâ lapsus nostros emendans. Non pecunias accipit, ut tibi justitiam vendat, & alium injuste condemnet; sed ut te damnationi obnoxium per donum liberet, ut dicebat Daniël: *Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas miserationibus pauperum.* [Dan. 4. 24.] Offer pecunias pro anima; redemtio namque viri sunt propriæ divitiæ. Hæc dico pro dignitate magni judicis & Domini, quem suscipit totus orbis, quo nunc dignatur Ecclesia, quo privatur sola synagoga: dissipata namque est. Inane nomen est: alia quippe concisio est: conciditur enim ob incredulitatem. Concisionem vocat synagogam Paulus dicens, *Videte concisionem.* [Philip. 3. 2.] Nos quippe sumus circumcisio. Ideo qui Servatorem dæmoniacum vocarunt, exscinduntur a gloria; qui regem confessi sunt, gloria sunt repleti. Unoque allato veteris historiæ spectaculo, finem dicendi faciam. Gedeon quidam olim vir justus, Scripturarum testimonio celebratus, [Jud. 6. 11.] quem Paulus in justorum ordine recensuit, loquens de Gedeone, Samsone & Jephte. [Heb. 11. 32.] Hic omni justitia conspicuus, qui vitam suam virtutibus decoravit, belli & angustiæ tempore, spicas alicunde acceptas in torculari trituravit, ut in necessitate, alimenti solatium sibi pararet. Angelus autem adstans dixit: *Confortare & esto robustus, Dominus tecum est.* Neque enim fames justitiam hebetat; sed virtutem exercitatam splendidiorem reddit. Dominus tecum, pax tibi. Respondet Gedeon: Si Dominus in nobis est, unde nos hæc mala invaserunt? Non Deo contradicens, sed Deo se indignum putans, ita loquitur. Si Deo, inquit, digni essemus, non nos hæc invasissent. Sæpe increduli, qui se quidem credere profitentur, sed animo repugnant, dicunt: Ubi est Deus Christianorum? Cur non audit Monachos? Undenam bella? unde perturbationes? Hic non ita loquutus est; sed, Si Dominus esset in nobis, unde nos hæc mala invasissent? Non est igitur in nobis: non enim sumus illo digni. Reponit (Angelus,) Dominus tecum; in manum tuam Deus victoriam deposuit: exi ad bellum. Respondet Gedeon: In hoc cognoscam quod Dominus sit mecum, si det mihi signum verum. Ecce, inquit, pono vellus lanæ, & si pluerit Deus super hoc vellus, & super totam terram non pluerit, novi quod Deus sit mecum. Vide signum, & petitionem inauditi doni: posuit vellus. Deus noctu, divino jussu, & ratione quæ comprehendi nequit, immittit imbrem in solum vellus, & tota terra erat arida. Et accipiens, inquit, Gedeon, mane diluculo vellus expressit, & inventa est concha aquâ plena. Rursusque Gedeon: In hoc cognoscam quod Dominus mecum sit, si fecerit signum quod volo. Hoc vellus pono: & si in totam terram pluvia venerit, in hoc vellus non venerit, tunc cognoscam quod Dominus mecum sit. Non sufficit tibi primum signum, sed petis secundum? Non legisti illud, *Non tentabis Dominum Deum tuum?* [Deut. 6. 16.] Non duo petii signa, inquit ille, unum petii: duo illa unum signum sunt. Ideo dixit, Si dederit mihi Dominus signum verum, pro futuræ veritatis probatione. Deinde secundo posuit vellus: & decidit imber per totam terram, mansitque siccum vellus. Post hoc experimentum, bellum audacter aggreditur, & inimicos debellat. Pluviæ ænigma paucis explicandum est. Hoc vellus primum & secundum Domini adventum significat: quoniam primus solam Jerosolymam comprehendit, ipsum vero universa terra non accepit.

Sicut enim vellus universæ terræ comparatum nihil erat; sic nihil erat Jerosolyma cum omnibus gentibus comparata, resque miserabilis. Ideo dicebat: *Non veni nisi ad oves quæ perierunt domus Israël*, ad unam solum gentem. Cum vero postea gratia Domini progressa est, quando synagoga & populus ille negaturus, & universa terra acceptura erat, præcessit figura in secundo; nam sicut olim vellere solum pluvia imbuto, terra erat arida, & sub hæc irrigatâ terrâ, vellus siccum remansit; sic ille olim populus primus irrigatus piam religionem in gentes omnes non infudit: cum autem gentes omnes beneficium acceperunt, Israël siccus remansit. Verum ne humanis ratiociniis & complicatis cogitationibus hæc speculatio procedere videatur: huic speculationi propheticum addere testimonium operæ precium fuerit. De Servatore prophetice dicit David: *Deus judicium tuum regi da, & justitiam tuam filio regis. Judicabit populum tuum in justitia, & pauperes tuos in judicio*; & paulum progressus dicit: *Ante solem permanet nomen ejus, & ante lunam generationis generationum.* Deinde adventum ejus significans dicit, *Descendet sicut pluvia in vellus, & sicut stillicidium stillans super terram*; & statim: *Et dominabitur a mari usque ad mare, & a fluminibus usque ad terminos orbis terrarum.* Utinam igitur nos cum universa terra irrigati, fructus afferamus, precibus & intercessione patris & doctoris nostri, qui potest & nostrum sermonem & vestrum desiderium obsignare in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria & imperium nunc & semper & in sæcula sæculorum, amen.

Matth. 10. 4.

Ps. 71. 1.

A γὰρ ὁ πόκος πρὸς ὅλην τὴν γῆν οὐδὲν, οὕτω πρὸς πάντα τὰ ἔθνη, καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα οὐδὲν καὶ οἰκτρόν. διὰ τοῦτο ἔλεγεν, οὐκ ἦλθον, εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραὴλ, εἰς μόνον τὸ ἔθνος. ἐπεὶ δὲ μετῆλθε μετὰ ταῦτα ἡ χάρις τοῦ κυρίου, καὶ ἡ μὲν συναγωγὴ ἀρνεῖσθαι ἤμελλε καὶ ὁ λαὸς ἐκεῖνος, ἡ δὲ γῆ πᾶσα δέχεσθαι, προλαβὼν ὁ τύπος ἐν τῷ δευτέρῳ, ὅτι ὥσπερ ποτὲ τοῦ πόκου μόνου βραχέντος ἡ γῆ ἦν ξηρὰ, μετὰ δὲ ταῦτα τῆς γῆς βραχείσης ὁ πόκος ἔμεινε ξηρός· οὕτω ποτὲ τὸ ἔθνος τὸ πρῶτον ἀρδευόμενον, οὐ μετέδωκε τῆς εὐσεβείας πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν· ὅτε δὲ τὰ ἔθνη πάντα ἐδέξαντο τὴν εὐεργεσίαν, ὁ Ἰσραὴλ ἔμεινε ξηρός. ἀλλ' ἵνα μὴ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις καὶ ἐπινοίᾳ πλεκομένη νομισθῇ ἡ θεωρία, ἀναγκαῖον τῇ θεωρίᾳ ταύτῃ προφητικὴν παραστῆσαι τὴν μαρτυρίαν. περὶ τοῦ σωτῆρος προ-
B φητεύων ὁ Δαυὶδ καὶ λέγων· ὁ θεὸς, τὸ κρίμα σου τῷ βασιλεῖ δὸς, καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως· κρινεῖ τὸν λαόν σου ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τοὺς πτωχούς σου ἐν κρίσει· καὶ μικρὸν ὑποβάς φησι· πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ πρὸ τῆς σελήνης γενεὰς γενεῶν. εἶτα τὴν παρουσίαν σημαίνων φησί· καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὡς ἡ σταγὼν ἡ στάζουσα ἐπὶ τὴν γῆν· καὶ εὐθέως, καὶ κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης. γένοιτο τοίνυν ἡμᾶς μετὰ πάσης τῆς γῆς ἀρδευομένους, καρποὺς ἀναφέρειν, εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις τοῦ πατρὸς ἡμῶν διδασκάλου, ὃς δύναται καὶ τὸν ἡμέτερον ἐπισφραγίσαι λόγον, [a] καὶ τὸν ὑμέτερον πόθον, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

a Savil. καὶ τὸν ὑμέτερον ἐκπληρῶσαι, ἐν Χριστῷ, &c.

MONITUM

IN SERMONEM SEQUENTEM.

HANC Orationem, *inquit Savilius*, ex fide Codicis mss. in Bibliotheca Collegii novi Oxoniensis damus, neque aliud præterea suppetebat exemplar; quo fit ut plura supersint emendanda. Et dogmata & doctrinam agnosco hic Chrysostomica; sed in stylo magna est disparitas. Itaque inter ἀμφιβαλλόμενα relinquo. Oratio, inquit Halesius meus, perelegans certe, & quæ disparitatem styli, ingenii & doctrinæ paritate compenset. *Male certe perelegantem dicit Orationem, quæ, præcipue a medio ad finem, est tota contorta & salebris plena. Loquacitate vero & repetitionibus ad nauseam usque occurrentibus redundat. A stylo Chrysostomi prorsus abhorret; ita ut nec inter* ἀμφιβαλλόμενα *accenseri mereatur, ut existimabit haud dubie quisquis Chrysostomi Orationes vel primoribus labris attigerit: ac vel ex ipso ordiendi modo alium deprehendet oratorem. Cæterum non indoctus est scriptor iste, & licet innumeris repetitionibus nauseam pariat, recte probat ex his Apostoli verbis:* Non est volentis neque currentis, sed miserentis est Dei, *non sequi hominem qui peccat, culpa liberum esse; sed ex voluntatis suæ proposito, sibi perniciem & interitum parere, quod ex aliis Scripturæ dictis & exemplis confirmat; ac syllogistico more plerumque procedit.*

Εἰς τὴν Χαναναίαν, καὶ εἰς τὸν Φαραὼ, καὶ ὅτι οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ.

In Chananæam & in Pharaonem, & quod non volentis neque currentis, sed miserentis sit Dei. [Matth. 15. Rom. 9. 16.]

Εἰ καὶ ἐθόλωσεν ἡμᾶς ἡ κατὰ τὴν ἑσπέραν ταραχὴ, ἀλλ' ηὔφρανεν ἡ πάντων σπουδή. οὐ γὰρ ἔβλεπον εἰς τὴν τῶν θορύβων ἀνωμαλίαν, ἀλλ' εἰς τὴν τῶν ἀκουόντων προθυμίαν· καὶ τὸν θόρυβον θεασάμενος ἀγοραῖόν τινα ὄντα καὶ δημώδη, τὴν δὲ προθυμίαν ἔνθεον καὶ ἐνάρετον· ὥς εἰπεῖν, ὅτι αἱ μὲν χεῖρες, χεῖρες Ἠσαῦ, ἡ δὲ φωνὴ, φωνὴ Ἰακώβ. δημώδης μὲν γὰρ ἦν ὁ θόρυβος, ἔνθεος δὲ ὁ ζῆλος. οὐ δεῖ δὲ ὅλως διαφέρεσθαι πρὸς τὴν κραυγὴν τῶν σπουδαζόντων, ἀλλ' ἀποβλέπειν εἰς τὸν ζῆλον τῶν ἀκουόντων. καὶ γὰρ ἡ Χαναναία κατέκραζε τοῦ σωτῆρος, ἀλλ' οὐκ ἔβλεπεν [a] αὐτῆς εἰς τὸ τεθορυβημένον τῆς κραυγῆς, ἀλλ' εἰς τὸ ἐσπουδασμένον τῆς διανοίας. ἐβόα οὖν, ὡς ἀρτίως ἀκηκόατε, ἀκολουθοῦσα τοῖς ἴχνεσι τοῖς δεσποτικοῖς, υἱὲ Δαυὶδ, ἐλέησόν με. ὢ τῆς τῶν ἐθνῶν πίστεως, ὢ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀγνωμοσύνης. ἡ Χαναναία, ἡ τοῦ γένους τοῦ Ἰσραηλιτικοῦ ἀπεσχοινισμένη, ἡ μήτε νόμῳ συντραφεῖσα, μήτε προφήταις συζήσασα, κηρύττει τὴν ἀλήθειαν λέγουσα· υἱὲ Δαυὶδ, ἐλέησόν με· οἱ δὲ τῷ νόμῳ συντραφέντες, καὶ προφητῶν ἀκούσαντες, τὴν ἀλήθειαν ἀρνησάμενοι, τὸ ψεῦδος πρεσβεύουσι λέγοντες· οὐκ οἴδαμεν αὐτόν· Σαμαρείτης ἐστὶ, καὶ δαιμόνιον ἔχει. ὢ τῆς πίστεως τῶν ἐθνῶν, ὢ τῆς ἀγνωμοσύνης τῶν Ἰσραηλιτῶν. ὅρα τὸν θεὸν καὶ δεσπότην τῶν ἁπάντων, πῶς τιμᾷ τὸ γένος. οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις. καλεῖ κύνας τὰ ἔθνη, καὶ υἱοὺς τοὺς Ἰσραηλίτας· ἀντιστρέφεται δὲ ὑπὸ τοῦ λαοῦ ἡ τιμή· καὶ οἱ μὲν τιμώμενοι ἀτιμάζουσιν, οἱ δὲ ἀτιμαζόμενοι προσκυνοῦσιν· υἱοὶ καλούμενοι τὴν εὐεργεσίαν οὐ δέχονται, ἡ δὲ Χαναναία κύων ὀνομαζομένη, τοῦ εὐεργέτου οὐκ ἀφίσταται. διὰ τοῦτο γὰρ ὁ σωτὴρ καὶ κύνα ἐκάλεσε τὴν γυναῖκα, οὐχ ἵνα ὑβρίσῃ, ἀλλ' ἵνα τὴν πρόθεσιν γυμνώσῃ, ὅτι τὰ ἔθνη καὶ ὑβριζόμενα οὐκ ἀφίστανται τοῦ εὐεργέτου, ὁ δὲ Ἰσραὴλ καὶ εὐεργετούμενος ἠρνήσατο τὸν σωτῆρα. υἱὲ Δαυὶδ, ἐλέησόν με. καὶ ὁ πάντων ἐπακούων σιγᾷ, οὐκ ἀποπεμπόμενος τὴν δέησιν, ἀλλὰ λαμπροτέραν ἐκφαίνων τὴν πίστιν. Χαναναία τὸ γένος, καὶ Ἀβραμῖτις τῇ πίστει. υἱὲ Δαυὶδ, ἐλέησόν με. καὶ ὁ πρὸ τῆς κραυγῆς τοῦ στόματος ὑπακούων ταῖς ἱκεσίαις τῶν ψυχῶν, σιωπᾷ καὶ ἀνέχεται, καὶ ἐνομίσθη τοῖς ἀποστόλοις ἀπηνής τις εἶναι, ἀποπεμπόμενος τὴν τοσαύτην ἱκεσίαν. καὶ πρὸς αὐτὸν οἱ μαθηταὶ, ἀπόλυσον αὐτὴν, ὅτι κράζει ὄπισθεν ἡμῶν. ἆρ' οὖν σὺ, Πέτρε, ἢ σὺ, Ἀνδρέα, ἢ Φίλιππε, τοῦ σωτῆρος ἐστε φιλανθρωπότεροι; καὶ ὑμᾶς ἔκαμψεν ἡ παράκλησις, αὐτὸν δὲ οὐκ ἐδυσώπησεν ἡ ἱκεσία; ἄρα ὑμεῖς τοῖς φαινομένοις κρίνετε, ἐγὼ δὲ ταῖς ἐννοίαις δικάζω· ὑπερτίθεμαι καὶ ἀναβάλλομαι τὴν χάριν, ἵνα γυμνώσω τὴν λαμπρὰν πίστιν. οὐκ ἀπεστάλην, εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ. εἶτα ποιμὴν εἶ τῶν Ἰσραηλιτῶν, οὐχὶ πάσης τῆς γῆς δεσπότης, καὶ ποιμὴν, καὶ διοικητὴς καὶ προνοητής; οὐκ εἶπεν, οὐκ εἰμὶ ποιμὴν τῶν ἄλλων, ἀλλ', οὐχ ἀπεστάλην εἰς τοῦτο, οὐκ ἀληθῶς τοῦτο λέγων, ἀλλὰ τῷ σχήματι τὴν πίστιν γυμνῶν. εἰ γὰρ μὴ ἀπεστάλης ἀλλαχοῦ, ἀλλ' εἰς τὰ πρόβατα τοῦ οἴκου Ἰσραὴλ, πῶς τοὺς ἀποστόλους πέμπεις εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης λέγων· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες; εἰ μὴ ἀπεστάλης εἰς τὰ ἄλλα πρόβατα, ἀλλ' εἰς ἐκεῖνα τὰ τοῦ Ἰσραὴλ, πῶς ἔλεγες ἀποστόλοις, ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης, κἀκεῖνα δεῖ με συναγαγεῖν, ἵνα γένηται μία ποίμνη, καὶ εἷς ποιμήν. ὥστε οὐ πρὸς αὐτὴν λαλεῖ τέως τὴν τῶν πραγμάτων ἀκρίβειαν, ἀλλὰ πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς δοκιμασίαν. οὐκ ἀπεστάλην. ἀρνεῖται τὸ πρᾶγμα, καὶ οὐ φεύγει ἡ γυνὴ παρακαλοῦσα· ἀπο-

1. Etiamsi nos vespertinus ille tumultus perturbavit, at exhilaravit universorum studium: non enim turbarum confusionem, sed auditorum fervorem respiciebam: spectatorque eram forensis & popularis tumultus, simulque divini atque probi studii, ita ut dicerem: *Manus quidem sunt manus Esaü, vox autem vox est Jacobi.* [Gen. 27. 22.] Popularis erat tumultus, sed divinum studium. Oportet autem non distrahi ex clamore tumultuantium, sed respicere studium auditorum. Nam Chananæa post Servatorem clamabat: verum ille non ad clamorem attendit, sed ad animi affectum. Clamabat ergo, ut modo audistis, Dominica sequens vestigia: *Fili David, miserere mei.* [Matth. 15. 22.] O Gentium fidem! o Judæorum ingratum animum! ab Israëlitico genere aliena, nec in lege educata, nec in prophetis versata, veritatem prædicat dicens: *Fili David, miserere mei*; qui vero in lege educati fuerant, qui Prophetas audierant, mendacium tuentur dicentes, Non novimus eum; Samaritanus est, & dæmonium habet. O fidem Gentium! o Israëlitarum ingratum animum! Vide Deum & Servatorem omnium; quantum genus illud honoret: *Non est bonum accipere panem filiorum, & projicere canibus.* [Matth. 15. 26.] Gentes vocat canes, & Israëlitas filios. Transmutatur honor a populo; & qui honorantur, ipsum dehonestant, qui despiciuntur, adorant; qui filii vocantur, beneficium non recipiunt; Chananæa vero canis appellata, a benefico non recedit. Ideo namque Servator canem vocavit mulierem, non ut contumelia afficeret; sed ut ejus affectum patefaceret, ostenderetque gentes probro affectas a benefico non absistere, Israëlem vero beneficio affectum, Servatorem negare. *Fili David, miserere mei.* Et qui omnes exaudit, tacet, non ut precantem respuat, sed ut ejus fidem splendidiorem reddat: Chananæa genere, Abrahamatica fide. *Fili David, miserere mei.* Et qui vel ante oris clamorem animi supplicationes exaudit, tacet & differt. Visus est Apostolis inhumanus esse, quod supplicationem tantam respueret. Dicuntque ei discipuli: *Dimitte illam, quia clamat post nos.* [Matth. 15. 23.] Num tu Petre, num tu Andrea, vel Philippe, Servatore humaniores estis? Num vos flexit precatio, & Servatorem non affecit supplicatio? Certe vos secundum rei faciem judicatis, ego secundum animi affectum sententiam fero; gratiam differo, ut splendidam fidem expromam. *Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israël.* [Matth. 15. 24.] Num pastor es Israëlitarum? annon totius orbis Dominus, pastor, administrator & provisor? Non dixit, Non sum pastor aliorum; sed, non sum ad hoc missus; non secundum rei veritatem loquens, sed simulans ut fidem patefaciat. Si non alio missus es, sed tantum ad oves domus Israël, cur Apostolos ad fines orbis mittis dicens: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes?* [Matth. 28. 19.] Si non ad alias, quam Israëlis, oves missus es, cur dicebas Apostolis, *Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili, & illas oportet me congregare, ut fiat unum ovile, & unus pastor?* [Joan. 10. 16.] Quare non accurate & secundum exactam rei veritatem loquitur, sed ad animæ probationem, *Non sum missus.* Rem negat, & mulier deprecans non fugit: ejus sup-

[a] αὐτῆς, Savilius suspicatur legendum αὐτὸς, sed αὐτῆς ferri potest.

plicationem depellit, & adorationem non respuit. Vere Ecclesiæ imago est Chananæa, quæ periculis probatur, & Dominum non negat, quæ sexcentas sustinet procellas, & ad fidei portum oculis tendit, quæ mille fluctibus ab hæreticis exagitatur, & ob fidei firmitatem non nutat. Confer fidem ecclesiasticam cum ingrato Judæorum animo. Judæi manna comedentes murmurant, Ecclesia jejunans Domino gratias agit: illi honore affecti ingrati sunt; Christiani in persequutionibus gratias agunt. Quem deligis servum si dominus sis? Ex duobus servis quem accipis? Eumne qui post beneficia ingratus est, an eum qui castigatus gratiam habet? Ecclesiæ igitur imago est Chananæa, quæ depulsa Dominum non negat. Adorat illum dicens, *Domine, adjuva me*; cum prius dixisset, *Fili David, miserere mei*, putans se minorem, quam par erat, emisisse deprecationem, priorem revocat vocem, & secunda probi animi significatione, priorem tegit. Non enim ultra vocat illum filium David, sed Dominum dicens: *Domine, adjuva me.* Neque tamen ille respondet; sed audita voce concitant illum Apostoli dicentes, *Clamat post nos.* Deus tamen differt, fidem illam spectans, & dicit ei: *Non est bonum accipere panem filiorum, & projicere canibus.* Filios vocat Israëlitas, non tam honorans, quam arguens ingratum illorum animum. Nam qui hodie filios vocat Israëlitas, filius est ejus qui dicit: *Filios genui & exaltavi, ipsi autem spreverunt me.* Chananæa canis vocatur, & cum gratia fert contumeliam. Cæterum puto & credo, Christum in hac contumelia benevolentiæ imaginem posuisse, nempe canem, animalis hujusce benevolentiam exprimens. Canis millia passus, ab heri sui ædibus non abscedit. Canis cum herum gradientem videt, tacet; cum domesticos servos videt, quiescit. Cum extraneos videt, exagitatur, latrat, non quiescit, nullum alienum respicit. Judæi vero quomodo sexcentas contra Deum emitti blasphemias vident, nec moventur? Vide Christianum audientem hæreticam blasphemiam aut alium errorem, statimque turbatum, latrantem, contra adversarios clamantem. Non fert Christianus alienam videre faciem; sed veluti canis ad ostium Domini latrat. Etiam philosophi a fide alieni, canum nomen sumsere, ob benevolum canis animum, nec puduit nominis, quod naturæ benevolentiam spectarent. Quod vero Deus latrantem pro pietate acceptum habeat, ac silentem nec latrantem pro veritate reprehendat, de Israëlitis loquens ipse testatur: *Omnes canes muti, qui non possunt latrare.* Canis vocatur anima Domino benevola, & pro illo latrans, neque illud probro datur. Canis furens, hoc solum habet furoris signum, quod domino dentes opponat. Canis quippe dum sapit nunquam contra herum insanit. Nihil aliud Judæorum furorem arguit, quam quod contra Servatorem latraverint, quia Deum, quem Dominum agnoscere par erat, ut alienum rejecerunt. Quamobrem accusat illos dicens: *Circumdederunt me canes multi.* Et qui canes? *Synagoga malignantium obsedit me.* Non respuit ergo Chananæa contumeliam, sed cum gratiarum actione recipit. *Non est bonum accipere panem filiorum, & projicere canibus.* Illa vero ex contumelia benignitatem sibi parans dicit: *Etiam, Domine, nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum.* Ne mei miserearis ut filiæ, sed miserere ut catellæ. Contumeliam admitto, Domine. Nam abs te prolata contumelia, est omni honore præstantior, omni gloria superior. Ut ergo tandem ostenderet Servator, se non convitiando vocasse illam canem, cum ejus gratum animum exhibuit, respondet: *O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis.* Nescio quomodo laudem fidem illam quam Servator magnam vocavit.

Matth. 15. 26.

Matth. 15. 24.

Isai. 1. 2.

Isai. 56. 10.

Ps. 21. 17.

Matth. 15. 27.

Matth. 15. 28.

A σείεται αὐτῆς τὴν ἱκεσίαν, καὶ οὐκ ἀποσείεται αὐτῆς τὴν προσκύνησιν. ἀληθῶς τῆς ἐκκλησίας εἰκὼν ἡ Χαναναία, ἡ ἐν κινδύνοις ἐξεταζομένη, καὶ τὸν δεσπότην οὐκ ἀρνουμένη, ἡ μυρίους χειμῶνας ὑπομένουσα, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἔχουσα πρὸς τὸν λιμένα τῆς πίστεως, ἡ μυρίοις κύμασι τῶν αἱρετικῶν περικλονουμένη, καὶ ἀπὸ τῆς ἑδραίας πίστεως μὴ σαλευομένη. ἀντεξέτασον πίστιν ἐκκλησιαστικὴν, καὶ ἀγνωμοσύνην Ἰουδαϊκήν. Ἰουδαῖοι μάννα ἐσθίοντες γογγύζουσιν, ἡ ἐκκλησία νηστεύουσα εὐχαριστεῖ τῷ δεσπότῃ· ἐκεῖνοι τιμώμενοι ἀγνωμονοῦσιν, οἱ τοῦ Χριστοῦ διωκόμενοι εὐχαριστοῦσι. τίνα ἀποδέχῃ οἰκέτην, ἐὰν ᾖς δεσπότης; δύο οἰκετῶν τίνα ἀποδέχῃ; τὸν μετὰ τὰς εὐεργεσίας ἀγνωμονοῦντα, ἢ τὸν ἐν τῇ παιδείᾳ εὐγνωμονοῦντα; εἰκὼν τοίνυν τῆς ἐκκλησίας ταύτης B ἡ Χαναναία, ἡ ἀποπεμπομένη, καὶ τὸν δεσπότην οὐκ ἀρνουμένη. προσκυνεῖ αὐτῷ λέγουσα· κύριε, βοήθει μοι. ἐπειδὴ πρότερον εἶπεν, υἱὲ Δαυὶδ, ἐλέησόν με, νομίσασα ὅτι ἐλάττονα προσήγαγε τὴν παράκλησιν τῆς ἀξίας, ἀνακαλεῖται τὴν προτέραν φωνὴν, καὶ δευτέρᾳ εὐγνωμοσύνῃ τὴν προτέραν καλύπτει. οὐκέτι γὰρ αὐτὸν καλεῖ, υἱὲ Δαυὶδ, ἀλλὰ κύριον λέγουσα, κύριε, βοήθει μοι. καὶ οὐδὲ οὕτως ἀποκρίνεται, ἀλλ' ὀχλοῦσιν οἱ ἀπόστολοι πρὸς τὴν φωνὴν λέγοντες, κράζει ὄπισθεν ἡμῶν. ὑπερτίθεται θεὸς, πρὸς τὴν πίστιν ἀποβλέπων, καί φησι πρὸς αὐτὴν, οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις· τέκνα λέγων τοὺς Ἰσραηλίτας, οὐ τοσοῦτον αὐτοὺς τιμῶν, ὅσον ἐλέγχων ἐπὶ τῇ ἀγνωμοσύνῃ. ὁ γὰρ καλῶν σήμερον τέκνα τοὺς Ἰσραηλίτας, υἱός ἐστι τοῦ λέγοντος, υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, C αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν. καλεῖται κύων ἡ Χαναναία, καὶ φέρει τὴν ὕβριν μετὰ χάριτος. πλὴν οἶμαι καὶ πιστεύω, ὅτι ἐν τῇ ὕβρει ταύτῃ ἐνέθηκε τῆς εὐνοίας τὴν εἰκόνα, κύνα, δεικνὺς τὸ εὐνοϊκὸν τοῦ ζώου. κύων μυρία πάσχων, τῆς δεσποτικῆς οἰκίας οὐκ ἀφίσταται· κύων ὅτε εἴδῃ τὰ δεσποτικὰ βήματα, σιωπᾷ· ὅταν δὲ δούλους δεσποτικοὺς, ἡσυχάζει· ὅταν δὲ εἴδῃ ἀλλοτρίους, ταράττεται, ὑλακτεῖ, οὐχ ἡσυχάζει· πρὸς οὐδένα τῶν ἄλλων βλέπων. Ἰουδαῖοι πῶς ὁρῶσι κατὰ τοῦ θεοῦ μυρίας βλασφημίας, καὶ οὐ ταράττονται; βλέπε χριστιανὸν ἀκούοντα βλασφημίας αἱρετικῆς ἢ ἑτέρας πλάνης, καὶ εὐθέως θορυβούμενον, ὑλακτοῦντα, βοῶντα κατὰ τῶν ἐναντίων. οὐ φέρει χριστιανὸς ἰδεῖν ἀλλοτρίαν ὄψιν, ἀλλ' ὡς κύων περὶ τὸν δεσποτικὸν πυλῶνα ὑλακτεῖ. καὶ οἱ ἔξω τῆς πίστεως φιλόσοφοι τὴν τῶν κυνῶν προσηγορίαν ἠσπάσαντο, D διὰ τὸ εὐνοϊκὸν τοῦ ζώου, καὶ οὐκ ᾐδέσθησαν τὸ ὄνομα, ἀλλ' ἀπέβλεψαν εἰς τὴν εὔνοιαν τῆς φύσεως. ὅτι δὲ ἀποδέχεται ὁ θεὸς τὸν ὑλακτοῦντα ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας, καὶ μέμφεται τῷ σιωπῶντι καὶ μὴ ὑλακτοῦντι ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, λέγει περὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν, πάντες κύνες ἐνεοὶ, οὐ δυνάμενοι ὑλακτεῖν. κύων καλεῖται ψυχὴ εὐνοοῦσα τῷ δεσπότῃ, καὶ ὑπὲρ τοῦ δεσπότου ὑλακτοῦσα, οὐχ ὑβριζομένη. κύων ὅταν μανῇ, τοῦτο μόνον ἔχει σημεῖον τῆς μανίας, ὅταν κατὰ τοῦ δεσπότου τοὺς ὀδόντας ἐπάρῃ. οὐδέποτε γὰρ σωφρονῶν κύων κατὰ τοῦ δεσπότου μαίνεται. οὐδὲν ἕτερον ἐλέγχει τὴν Ἰουδαίων μανίαν, ἢ τὸ κατὰ τοῦ σωτῆρος ὑλακτεῖν· ὅτι θεὸν, ὃν ἐχρῆν γνωρίσαι ὡς δεσπότην, τοῦτον ἀπεσείσαντο ὡς ἀλλότριον. ὅθεν κατηγορεῖ αὐτῶν λέγων· περιεκύκλωσάν με κύνες πολλοί. καὶ τίνες οἱ κύνες; συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον E με. οὐκ ἀποπέμπεται τοίνυν ἡ Χαναναία τὴν ὕβριν, ἀλλὰ δέχεται μετ' εὐχαριστίας. οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις. ἡ δὲ ἀπὸ τῆς ὕβρεως τὴν φιλανθρωπίαν κατασκευάζουσα λέγει· ναὶ, κύριε· καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν. μὴ οἰκτειρήσῃς με ὡς τέκνον, ἀλλ' ἐλέησόν με ὡς κύνα. δέχομαι τὴν ὕβριν σου, δέσποτα. πάσης γὰρ τιμῆς ἐστι κρείττων ἡ παρὰ σοῦ ὕβρις, πάσης δόξης ἀνωτέρα. ἵνα τοίνυν ὁ σωτὴρ ἐπὶ τέλει δείξῃ, ὅτι οὐχ ὑβρίζων ἐκάλεσε κύνα, ὅτε αὐτῆς ἐγύμνωσε τὴν εὐχαριστίαν, τότε λέγει· ὦ γύναι, μεγάλη σου ἡ πίστις· γενηθήτω σοι, ὡς θέλεις. ἐγὼ οὐκ οἶδα πῶς ἐπαινέσω τὴν πίστιν, ἣν ὁ σωτὴρ

μεγάλην ἐκάλεσε. ποίαν γὰρ αὐτῆς δύναμαι ἐπινοῆσαι κρείττονα εὐφημίαν τῆς ἀπὸ τοῦ σωτῆρος ἀποδοθείσης; ἐάσωμεν τὴν φωνὴν ἀκέραιον, μὴ ὑβρίσωμεν αὐτὴν ταῖς ἡμετέραις εὐφημίαις, μὴ ποιήσωμεν τὸ μέγα μικρόν. ἀνθρωπίνη γὰρ εὐφημία μειοῖ τὰ πράγματα, θεοῦ δὲ φωνὴ μαρτυρεῖ τοῖς πράγμασιν. ὧν ὁ ἔπαινος, φησὶν, οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ θεοῦ. διὰ τί δὲ ὅλως οἱ δαιμονιῶντες τὸν σωτῆρα ἐκάλουν εἰς βοήθειαν, υἱὲ Δαυὶδ, ἐλέησόν με; μὴ γὰρ ἡ τοῦ Δαυὶδ συγγένεια τὴν κατὰ τῶν δαιμόνων ἐξουσίαν ἔχει; πόθεν ὅλως τῷ προφητεύοντι τὸ βοᾷν, λέγοντι, υἱὲ Δαυὶδ, ἐλέησόν με; καὶ τὴν Χαναναίαν προσάγουσαν τὴν θυγατέρα δαιμονιζομένην εἰπεῖν, υἱὲ Δαυὶδ, ἐλέησόν με; παρεδόθη τὰ τῆς ἱστορίας, ὅτι Δαυὶδ τῇ ἀκολουθίᾳ τὴν ἁγίαν ἀνακρουόμενος λύραν ἀπήλαυνε τοῦ Σαοὺλ τὸν δαίμονα. ἐπεὶ οὖν καὶ Δαυὶδ ἤλαυνε τοὺς δαίμονας διὰ μουσικῆς ἐνεργείας, μουσικῆς οὐκ ἀνθρωπίνης, ἀλλὰ θείας, καὶ ἀπὸ ἁγίου πνεύματος ἀνακρουόμενος, ἀπὸ τῆς συγγενείας εὐφημίαν λαβόντες λέγουσιν, υἱὲ Δαυὶδ, ἐλέησόν με. πλὴν οὐ δεῖ στοιχεῖν ταύτῃ τῇ φωνῇ, ἀλλ' ἐπ' ἐκείνην μὲν ὁδηγεῖσθαι, ἀνάγεσθαι δὲ ἐπὶ τὴν ἀξίαν. ἰάθη ἡ παῖς αὐτῆς ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης. θεοῦ γὰρ φωνὴ προσελθοῦσα τὴν παῖδα ἰάσατο, ἐξορίζει δαίμονας, ἐλαύνει ἡ τοῦ σωτῆρος φωνὴ πᾶσαν ἐναντίαν κατάστασιν.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς τὴν εὐαγγελικὴν χάριν, οὐχ ὅσον εἰπεῖν ἐχρῆν, ἀλλ' ὅσον εἰπεῖν ἰσχύομεν. ἐπεὶ δὲ ὅσον ὀφείλομεν οὐκ ἀρκοῦμεν, ἐπὶ τὴν ἐπαγγελίαν ἔλθωμεν, ἵνα μὴ ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ἀναβαλλόμενοι τῶν ἐπιποθούντων τῇ ἀκροάσει ἀμβλύνωμεν τὸν πόθον. καιρὸς οὖν κἀμοὶ ἅψασθαι τῆς ὑποσχέσεως, καὶ ὑμῖν παραδοῦναι τὸ ὀφειλόμενον τῆς ἀκροάσεως. περὶ τοῦ Φαραὼ ἐκινεῖτο λόγος, πῶς ἐσκλήρυνεν ὁ θεὸς τὴν καρδίαν Φαραὼ, καὶ περὶ τῆς φωνῆς τῆς λεγούσης ἐκείνης, ὃν θέλει ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει σκληρύνει. ἐρεῖς οὖν μοι, τί ἔτι μέμφεται, φησί; τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε; δεῖ δὲ τοὺς ἁπτομένους τῶν θείων νοημάτων, καὶ τοὺς ἀκούοντας, μὴ εὐθέως ἐπ' αὐτὴν ἐξηγεῖσθαι τὴν ἑρμηνείαν, ἵνα μὴ δόξῃ βεβιασμένη εἶναι ἡ ἔννοια, ἀλλ' ἄνωθεν τὴν ὑπόθεσιν τῆς εὐαγγελικῆς χάριτος ἐκλαβόντα, οὕτως ἀπὸ τῆς ἀκολουθίας φανερὰν καὶ ἀσύγχυτον παραδοῦναί με τὴν θεωρίαν. ἵνα τοίνυν συντέμω, ταύτην ποιήσομαι τοῦ λόγου τὴν ἀρχήν. ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῇ ὁ λόγος. Ῥωμαίοις δὲ γράφει ὁ Παῦλος, πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἕτερα παραινῶν, ἐξαιρέτως δὲ πρᾶγμα διορθούμενος πολλὴν ἔχον ταραχὴν, καὶ πολλὴν ἔχον τὴν ἀκαταστασίαν. καὶ ὅπως ἄκουε. ἐν τῇ Ῥώμῃ πολλοί τινες ἐγένοντο ἀπὸ Ἰουδαίων εἰς τὸν σωτῆρα πεπιστευκότες, πολλοὶ δὲ καὶ ἐξ ἐθνῶν ἐπίστευσαν. ἦν δὲ μάχη καὶ θόρυβος μεταξὺ τῶν μερῶν, οὐχ ὑπὸ ζήλου εὐσεβείας, ἀλλ' ὑπὸ πρωτείων φιλονεικίας. ἐβούλοντο γὰρ οἱ ἀπὸ ἐθνῶν αὐτοὶ δοκεῖν πρωτεύειν, ἐβούλοντο καὶ οἱ ἀπὸ Ἰουδαίων αὐτοὶ εἶναι πρῶτοι. καὶ προσέφερον οἱ ἀπὸ τῶν Ἰουδαίων τὴν πατρικὴν εὐγένειαν, καὶ ἔλεγον τοῖς ἀπὸ ἐθνῶν, ὅτι ἡμεῖς ὑμῶν τιμιώτεροι· ἀρχαιοτέρα γὰρ ἡμῶν ἡ εὐσέβεια· καὶ ἡμῶν οἱ πατριάρχαι, ἡμέτερος ὁ Ἀβραὰμ, ἡμέτερος ὁ Ἰσαὰκ, ἡμέτερος ὁ Ἰακὼβ, οἱ πατριάρχαι πάντες, καὶ οἱ προφῆται· καὶ ἡμεῖς μὲν ἀρχαίαν ἔχομεν τὴν εὐγένειαν, ὑμεῖς δὲ πρόσφατον ἐλάβετε τὴν εὐεργεσίαν. οἱ ἐξ Ἑλλήνων ἔλεγον οὐχ οἷόν τε πρωτεύειν τοὺς ἀρνησαμένους τὸν Χριστὸν, οὐχ οἷόν τε ἐν πρώτῃ μερίδι τετάχθαι τοὺς τὸν σταυρὸν πήξαντας, καὶ τοὺς θεομαχήσαντας. ἀπεβλήθητε γὰρ ὑμεῖς, καὶ ἐκλήθησαν πάντα τὰ ἔθνη. καὶ ἡμεῖς μέν ἐσμεν οἱ τὴν εὐεργεσίαν ἁρπάσαντες, ὑμεῖς δὲ οἱ τὴν εὐεργεσίαν ὑβρίσαντες. ὁ ἀπόστολος θεασάμενος ταραχὴν πολλὴν, καὶ θόρυβον ἀκμάζοντα πολὺν ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ ἐννοήσας ὅτι κακὸν τὸ ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει πλεονάζον, δύναται γὰρ ἐκχυθῆναι εἰς πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν, ἀναστέλλει, ὥσπερ ἀπό τινος ῥίζης, τὴν φιλονεικίαν, ἵνα μὴ ἐκεῖθεν εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξέλθῃ ἡ φιλονεικία· καὶ μέσον ἑαυτὸν παρενθεὶς, ποιεῖ πρᾶγμα οὐ δικάζοντος, ἀλλ' εἰρηνεύοντος, εἰδὼς ὅτι ἡ φιλονεικία εὐσέβειαν οὐχ ἵστησιν, εὐσέβεια δὲ πᾶσαν διαλύει φιλονεικίαν. καὶ

A Quam enim excogitare possim laudem majorem ea quam Servator protulit? Sinamus vocem intactam, ne nostris laudibus eam dehonestemus, ne faciamus exiguum id quod magnum est: humana laus res minuit: Dei vox rebus testimonium perhibet. *Quorum laus*, inquit, *non ex hominibus*, *sed ex Deo*. Cur autem dæmoniaci Servatorem in auxilium vocabant: *Fili David*, *miserere mei*? Num Davidis cognatio contra dæmonas potestatem habet? Unde prophetanti clamor ille, *Fili David*, *miserere mei*? unde venit ut Chananæa pro filia dæmoniaca clamans dicat, *Fili David*, *miserere mei*? In historia traditur Davidem lyram pulsantem dæmonem a Saüle abegisse. Quia igitur David ex vi musica dæmonas pellebat: musica, inquam, non humana, B sed divina, & ex Spiritu sancto pulsans; a cognatione laudem mutuantes dicunt: *Fili David*, *miserere mei*. Verum non est in illa voce insistendum, sed ab illa ad digniorem oportet deduci: *Sanata est filia ejus ab illa hora*. Dei quippe vox prolata puellam sanavit: vox Servatoris dæmonas ejicit, quidquid est adversarium depellit.

Rom. 2. 29.

Matth. 15. 28.

2. Verum hæc in Evangelii gratiam, non quantum par fuit, sed pro virili nostra diximus. Licet vero quantum debemus non possimus, ad promissa exsequenda veniamus, ne procrastinantes auditorum desiderium hebetius reddamus. Tempus ergo est ut promissa reddere aggrediar, vobisque audientibus debitum persolvam. De C Pharaone agere orsi sumus, quomodo nempe Deus cor ejus obduraverit, necnon de dicto illo: *Cujus vult miseretur*, *& quem vult indurat*. *Dices itaque mihi: Quid adhuc queritur? voluntati enim ejus quis resistit?* Oportet autem & eos qui divinas sententias explicare aggrediuntur, & eos qui audiunt, non statim ad interpretationem venire, ne videantur sententiæ vim inferre; sed altius Evangelicæ gratiæ argumentum repetere, & sic ex consequentia claram nec confusam tradere rei speculationem. Ut igitur paucis exordiar. In epistola ad Romanos hoc dictum habetur. Romanis vero scribens Paulus, cum multa alia monita habet, tum præcipue rem emendare studet, quæ multam perturbationem ac dissensionem pareret; quomodo autem aurem præbe. Romæ multi D erant Judæi, multi quoque Gentiles, qui in Servatorem crediderant: pugnaque inter illos erat & tumultus, non ex pietatis studio, sed ex primatus contentione. Volebant qui ex gentibus accesserant primas partes tenere; idipsum Judæi sibi vindicabant. Hi obtendebant paternam nobilitatem, dicebantque Gentilibus: Præstantiores vobis sumus: nam antiquior apud nos est pia religio. Patriarchæ nostri sunt Abraham, Isaac & Jacob; Patriarchæ scilicet omnes & Prophetæ. Nos priscam habemus nobilitatem, vos recens beneficium accepistis. Gentiles qui crediderant contra dicebant: Non possunt primas tenere qui Christum abnegarunt, nec primas occupare partes qui crucem fixerunt & E contra Deum pugnavere. Vos rejecti fuistis, & omnes gentes vocatæ sunt. Nos beneficium rapuimus, vos beneficum contumelia affecistis. Tum Apostolus multam videns perturbationem, tumultumque magnum Romæ excitatum: cogitansque, ingens malum in magna urbe exortum, posse per totum orbem effundi, contentionem, quasi ex radice reprimit, ne hinc dissensio per universam terram grassaretur: seseque medium interponens, se non ut judicem, sed ut pacificatorem gerit, gnarus contentionem non piam religionem constituere; sed piam religionem omnem solvere contentionem. Ac quemadmo-

Rom. 9. 18.

dum qui pugnam & tumultum sedare volunt, non alteram partem increpant, ne alteram magis irritent; sed utramque reprimunt, ut ex tali correptione faciliorem consilii sui exitum pariant: sic divinus Apostolus sese medium inter pugnantes constituens, & Judæorum & Gentilium rumorem comprimit. Primoque impudentiorem perstringit partem, nempe Judæorum. Omnes enim erant canes impudentes, qui non poterant latrare. Impudens certe genus est; non ex genere dico, sed ex moribus. Non ignobilitas est impudens, sed mores sunt ignobiles. Hanc itaque partem carpit, imo priorem illam aggre-
Isai. 48. 4. ditur ut impudentem, cui dicit Esaïas: *Collum tuum ferreum, frons tua ænea*; tam impudentem
Jer. 3. 3. esse sciebat. Et Jeremias propheta dicens: *Frons meretricis fuit tibi Israël, quia impudens fuisti adversus omnes.* Hanc itaque impudentem partem priorem aggreditur divinus Apostolus, nempe Judaïcam. Et quia antiquitatem proferebant majorum suorum Abraham, Isaac & Jacob, ostendit illis non oportere de genere gloriari, sed de moribus. Quare hunc orsus sermonem
Rom. 9. 6. dicit: *Non omnes qui ex Israël, sunt Israël.* Quia genus profers, nec mores exhibes, *Non omnes qui ex Israël, sunt Israël.* Hæc ad Judæos, sed quia sunt semen Abrahæ, non tamen omnes sunt filii; scriptum est enim: *In Isaac vocabitur tibi semen.* Si genus pietatem facit, nihil vetabat quominus Ismaël anteponeretur Isaaco. Filius enim erat Abrahæ, & ortu prior. Non omnes itaque qui ex Israël, sunt Israël: neque quia sunt semen Abrahæ, omnes filii Abrahæ sunt.
Rom. 9. 7. Sed *in Isaac vocabitur tibi semen.* Interpreta-
Rom. 9. 8. tionem vero sic addit Paulus: *Non filii carnis æstimantur in fidem, sed filii promissionis:* hi filii Dei sunt. Sed quia dicto obsistunt Judæi, & aliam addunt impudentiam contra divinam prædicationem, dicuntque Ismaëlem reprobatum fuisse, quod ex ancilla ortus esset; Israëlem vero præpositum fuisse, quod ex libera ortus & nobilis esset, demum Ismaëlis imaginem inducit &
Rom. 9. 10. ait: *Non solum Isaac, sed & Rebecca ex uno patre nostro concubitum habens. Cum enim nondum nati essent, aut aliquid boni egissent aut mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret; non ex operibus, sed ex vocante, dictum est ei: Major serviet minori.* Quia ignobilitatem generis profers ad contentionem, ostendo tibi ex una radice duos divisos emitti ramos; ostendo tibi eum qui non crediderat admitti, eum vero qui crediderat minime. Non enim lædit natura eum, quem non lædit propositum, ut discas dictum esse, *Major serviet minori, ut scriptum est; Jacob dilexi, Esaü autem odio habui.* Hæc ex divina voce profert Paulus. Dicit quippe Deus per
Malach. 1. 2. prophetam, *Nonne frater erat Esaü Jacobi? Jacob dilexi, Esaü autem odio habui.* Quia genus affers, inquit, quid profuit Esaü genus? Quia patrum nobilitas honori habetur, quid amplius retulit Esaü ex patris nobilitate? Annon erat Abrahæ nepos? annon Isaaci filius? annon ex eadem matre? annon ex eadem libera? Num profuit illi genus quando mores ipsum ejece-
Rom. 9. 14. runt? Statim subjungit: *Quid ergo dicemus? Numquid iniquitas apud Deum?* Absit; historiam hucusque deduxit. Deinceps vero contra insurgentem contradictionem se comparat. Quia enim multi, dum alia quæstio examinatur, quæ interseruntur ad calumniam detorquent, non respexit tantum Apostolus ad contentionem tunc litigantium; sed etiam ad lites quæ postea movendæ erant, aut a Manichæis, aut ab hæreticis, vel a Gentilibus, qui contra hoc dictum pugnaturi erant, & tela parare præoccupat, ut tibi deposita essent arma ad bellum instruendum. Deus enim non solum præsentia respicit, sed multo magis futura prævidet: ideo verbum Dei

ὥσπερ οἱ βουλόμενοι καταστέλλειν μάχην καὶ θόρυβον, οὐχ ἑνὶ μέρει ἐπιτιμῶσιν, ἵνα μὴ τὸ ἕτερον πλέον ἐξάψωσιν· ἀλλὰ καὶ τούτῳ ἐπιτιμῶσι, κἀκείνῳ, ἵνα διὰ τῆς ἐπιτιμίας εὐπαράδεκτον ἔξωσι τὴν συμβουλίαν ἀπεργαζόμενοι· οὕτως ὁ θεῖος ἀπόστολος, μέσον ἑαυτὸν παρενθεὶς τῶν μαχομένων, καταστέλλει καὶ τὸν Ἰουδαϊκὸν θρύλλον, καὶ τὸν ἐξ ἐθνῶν. καθάπερ δὲ πρῶτον τῶν ἀναιδεστέρων μέρους, λέγω δὴ τῶν Ἰουδαίων. πάντες γὰρ κύνες ἀναιδεῖς, οὐ δυνάμενοι ὑλακτεῖν. ἀναιδὲς τὸ γένος, οὐ διὰ τὸ γένος λέγω, ἀλλὰ διὰ τὸ ἦθος. οὐ γὰρ τὸ ἀγενὲς ἐστὶν ἀναιδὲς, ἀλλ' ὁ τρόπος ἀγενής. διαβάλλει τοίνυν τὸ μέρος τοῦτο, μᾶλλον δὲ καθάπερ τούτου πρώτου, τοῦ μέρους τοῦ ἀναιδοῦς, πρὸς ὃν ἔλεγεν Ἡσαΐας· ὁ τράχηλός σου σιδηροῦς, καὶ τὸ μέτωπόν σου χαλκοῦν· οὕτως ἀναίσχυντον ᾔδει. καὶ ὁ προφήτης Ἱερεμίας λέγων· ὄψις πόρνης ἐγένετό σοι Ἰσραήλ· ἀπηναισχύντησας πρὸς πάντας. καθάπερ δὲ τοίνυν ὁ θεῖος ἀπόστολος πρῶτον τοῦ ἀναιδοῦς μέρους, λέγω δὴ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ μέρους. καὶ ἐπειδὴ προέφερον τὴν ἀρχαιότητα τῶν πατέρων Ἀβραὰμ, Ἰσαὰκ, Ἰακὼβ, δείκνυσιν αὐτοῖς ὅτι οὐ δεῖ σεμνύνεσθαι γένει, ἀλλὰ τρόπῳ. ὅθεν ἀρχόμενος τούτου τοῦ λόγου, ἔλεγεν· οὐ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραήλ. ἐπειδὴ γένος προφέρεις, τὸν τρόπον οὐ δεικνύων, οὐ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραήλ. ταῦτα πρὸς τοὺς Ἰουδαίους. ἀλλ' οὐδὲ ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραὰμ, πάντες τέκνα. γέγραπται γὰρ, ὅτι ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα. εἰ τὸ γένος ποιεῖ τὴν εὐσέβειαν, οὐδὲν ἐκώλυε τὸν Ἰσμαὴλ προτιμᾶσθαι τοῦ Ἰσαάκ· υἱὸς γὰρ ἦν τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ υἱὸς πρεσβύτερος. οὐ πάντες οὖν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραὴλ, οὐδὲ ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραὰμ, πάντες τέκνα Ἀβραάμ· ἀλλ' ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα. καὶ ἐπάγει τὴν ἑρμηνείαν Παῦλος, τουτέστιν, ὅτι οὐ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς λογίζεται εἰς πίστιν, ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας, ταῦτα τέκνα τοῦ θεοῦ. ἀλλ' ἐπειδὴ ἐνδέχεται Ἰουδαῖον ἀντικροῦσαι πρὸς τὸ ῥῆμα, καὶ εἰσαγαγεῖν ἑτέραν ἀναισχυντίαν κατὰ τοῦ θείου κηρύγματος, καὶ εἰπεῖν, ὅτι Ἰσμαὴλ ἀπεδοκιμάσθη διὰ τὸ ἐκ παιδίσκης εἶναι· Ἰσαὰκ δὲ προετιμήθη διὰ τὸ ἐξ ἐλευθέρας φέρειν τὴν εὐγένειαν· ἀντεισάγει δὲ ὕστερον ὁ Ἰσμαὴλ εἰκόνα, καί φησιν· οὐ μόνον ὁ Ἰσαὰκ, ἀλλὰ καὶ Ῥεβέκκα ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα τοῦ πατρὸς ἡμῶν. μήπω γὰρ γεννηθέντων αὐτῶν, ἢ πραξάντων τι ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἵνα ἡ κατ' ἐκλογὴν πρόθεσις τοῦ θεοῦ μένῃ, οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ' ἐκ τοῦ καλοῦντος, ἐρρήθη αὐτῇ, ὅτι ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι. ἐπειδὴ ἐκεῖ τὴν ἀγένειαν τῆς σαρκὸς προσφέρεις εἰς φιλονεικίαν, δείκνυμί σοι ἐκ μιᾶς ῥίζης δύο κλάδους ἀποσχισθέντας, [a] δείκνυμί σοι τὸν ἀπιστούμενον δεχθέντα, τὸν δὲ πιστευόμενον ἄδεκτον. οὐ γὰρ ὑβρίζει φύσις, ὃν μὴ ὑβρίζει πρόθεσις, ἵνα μάθῃς ὅτι ἐρρήθη, ὅτι ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι, καθὼς γέγραπται, τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ἠσαῦ ἐμίσησα. ταῦτα ἐκ θείας φωνῆς προφέρει Παῦλος, ὁ γὰρ θεός φησι διὰ τοῦ προφήτου, οὐχ ἀδελφὸς ἦν Ἠσαῦ τῷ Ἰακώβ; τὸν γὰρ Ἰακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ἠσαῦ ἐμίσησα. ἐπειδὴ φύσιν προφέρεις, φησὶ, τί ὤνησε τὸν Ἠσαῦ ἡ φύσις; ἐπειδὴ ἡ τῶν πατέρων εὐγένεια σεμνύνει, τί πλέον ἀπηνέγκατο ἀπὸ τῆς εὐγενείας τοῦ πατρὸς ὁ Ἠσαῦ; οὐκ ἔκγονος ἦν τοῦ Ἀβραάμ; οὐχὶ υἱὸς ἦν τοῦ Ἰσαάκ; οὐκ ἐκ τῆς αὐτῆς μητρός; οὐκ ἐκ τῆς αὐτῆς ἐλευθερίας; μὴ ὤνησεν αὐτὸν τὸ γένος, ἐπειδὴ ἐξέβαλεν αὐτὸν τὸ ἦθος; εὐθέως ἐπάγει· τί οὖν ἐροῦμεν; μὴ ἀδικία παρὰ τῷ θεῷ; μὴ γένοιτο. τῆς μὲν ἱστορίας ἥψατο μέχρι τούτου· λοιπὸν δὲ πρὸς τὴν ἀνακύπτουσαν ἀντιλογίαν ὁπλίζεται. ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ, ἑτέρας θεωρίας ἐξεταζομένης, τὰ παρεντιθέμενα λαμβάνουσιν εἰς διαβολὴν, οὐκ ἀπέβλεψε μόνον ὁ ἀπόστολος εἰς τὴν φιλονεικίαν τῶν τότε μαχομένων, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν ἔριν τῶν μετὰ ταῦτα ἀνακυπτόντων, ἢ διὰ Μανιχαίους, ἢ διὰ αἱρετικοὺς, ἢ δι' Ἕλληνας μέλλοντας ὁπλίζεσθαι κατὰ τῆς λέξεως ταύτης καὶ προλαβὼν κατασκευάζεται τὰ βέλη, ἵνα σοι ἀπόθηται σκεύη εἰς τὴν ἀκμὴν τοῦ πολέμου. οὐ γὰρ βλέπει ὁ θεὸς μόνον τὰ παρόντα, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον προβλέπει τὰ μέλλοντα. διὰ τοῦτο ὁ

[a] Lectio suspecta.

λόγος

λόγος τοῦ Θεοῦ καλεῖται βέλος καὶ μάχαιρα. φησὶν ὁ Ἡσαΐας, ἔθηκέ με ὡς μάχαιραν ὀξεῖαν, καὶ τῇ χειρὶ ἔκρυψεν· ἔθηκέ με ὡς βέλος ἐκλεκτὸν, ἐν τῇ φαρέτρᾳ αὐτοῦ ἐσκέπασέ με. διὰ τί μάχαιραν καὶ βέλος; ἡ μάχαιρα πρὸς τοὺς πλησίον ἑστῶτας ὁπλίζεται, τὸ δὲ βέλος καὶ πρὸς τοὺς μακρὰν ἑστῶτας πέμπεται. ἐπεὶ οὖν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος καὶ τὰς τότε φιλονεικίας καθῄρει, καὶ τὰς μελλούσας ἀνακύπτειν ἐρεσχελίας ἀνέκοπτε, καλεῖται μάχαιρα τοῖς πλησίον ἀγωνιζομένη, καὶ βέλος κατὰ τῶν ἐναντίων καὶ μακρὰν ἑστώτων πεμπόμενον. ἀλλ᾽ ἵνα μὴ ἐκκόψωμεν τὴν ἀκολουθίαν τῆς ὑποθέσεως, πρῶτον εἴπωμεν ἐκεῖνα, καὶ ἐλευσόμεθα ἐπὶ ταῦτα. ὅτε κατέστελλεν Ἰουδαίους μὴ μέγα φρονεῖν ἐπὶ τῷ γένει, ἅπτεται εὐθὺς καὶ τῶν ἀπὸ Ἑλλήνων ἐλθόντων, καὶ λέγει αὐτοῖς· μὴ κατακαυχῶ τῆς ῥίζης. σὺ γὰρ ἀγριέλαιος ὢν ἐξεκόπης ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἀγριελαίας, καὶ ἐνεκεντρίσθης εἰς καλλιέλαιον. ὁ γὰρ τὴν ἐπιστολὴν μετ᾽ ἀκριβείας ἀναγινώσκων, εὑρήσει πολλὴν τὴν λύσιν· ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τὰ σύντομα χωρήσωμεν. καλεῖ τὸ Ἰσραηλιτικὸν γένος καλλιέλαιον, τοὺς δὲ τῶν ἐθνῶν, ἐκκοπέντας ἐκ τῆς ἀγριελαίου, καὶ ἐγκεντρισθέντας εἰς καλλιέλαιον ἀναστέλλει. καλεῖ τὸ γένος τοῦ Ἀβραὰμ καλλιέλαιον, καὶ τοὺς ἀπὸ ἐθνῶν ἐλθόντας καὶ τῆς γλυκύτητος γευσαμένους τοῦ Ἀβραὰμ καὶ τῶν προφητῶν, ἀναστέλλει μὴ ὑψηλὰ φρονεῖν. μὴ γὰρ ὁ Ἰσραὴλ, φησὶν, ἐν σοὶ ἐνεκεντρίσθη; μὴ σὺ ἐδέξω τὸν Ἰσραήλ; οὐκ αὐτός σε ἐδέξατο; οἱ δὲ ἀπόστολοι μὴ ἐκ σοῦ; ἐκ τῶν Ἰουδαίων ὁ σωτὴρ, μὴ ἀπὸ ἐθνῶν; ἀπὸ τῶν Ἰουδαίων. διὰ τί οὖν ἀγνοεῖς τὴν ῥίζαν τῶν ἀγαθῶν, καὶ σεμνύνῃ; οὐκ οἶδας, ὅτι ἀγριέλαιος ὢν ἐνεκεντρίσθης εἰς καλλιέλαιον; ἀλλ᾽ ἐρεῖς μοι πάντως· ἀναλαμβάνεις πάλιν τὴν μάχην τοῦ ἀνθισταμένου, ὅτι οὗτοι τῇ ἀπιστίᾳ ἐξεκλάσθησαν, ἐγὼ δὲ τῇ πίστει ἐνεκεντρίσθην. καλῶς. μὴ ὑψηλὰ φρόνει, ἀλλὰ φοβοῦ. εἰ γὰρ ὁ Θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο, μήπως οὐδέ σου φείσηται. βλέπε ἀποστολικὴν φωνὴν, βλέπε ἀποστολικὴν νευρὰν, βλέπε πῶς ἐκκόπτει πρόῤῥιζον τὴν φιλονεικίαν, κἀκείνους ἐπιστομίζων, καὶ τούτους δυσωπῶν. μὴ ἐπαίρου. εἰ δὲ κατακαυχᾶσαι, οὐ σὺ τὴν ῥίζαν βαστάζεις, ἀλλ᾽ ἡ ῥίζα σέ. ἐπειδὴ οἱ ἐξ ἐθνῶν κατεκαυχῶντο τοῦ Ἰσραὴλ, ὡς ἐκείνων μὲν διὰ τὴν εἰς Χριστὸν θεομαχίαν ἐκκοπέντων, αὐτῶν δὲ διὰ τὴν γνῶσιν ἀνακληθέντων, λέγει πρὸς αὐτοὺς τοσοῦτον θρασυνομένους, οὐ σὺ τὴν ῥίζαν βαστάζεις, ἀλλ᾽ ἡ ῥίζα σέ. ἀλλ᾽ ἐρεῖς, ἐξεκλάσθησαν, ἵνα ἐγὼ ἐγκεντρισθῶ. εὐγνωμονούσῃ συντίθεμαί σου τῇ φωνῇ, δέχομαί σου τὴν εὐγνώμονα ἀπόκρισιν. καλῶς. ἀλλὰ μὴ ὑψηλὰ φρόνει, ἀλλὰ φοβοῦ. εἰ γὰρ ὁ Θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο, μήπως οὐδέ σου φείσηται. τὸν ἐκ φύσεως ἔχοντα τὴν εὐγένειαν δι᾽ ἀπιστίαν ἐξέβαλε, σὲ ἀλαζονευόμενον ἐκβαλεῖ διὰ τὴν αὐτὴν ἀγνωμοσύνην. καὶ ὅρα πῶς τὴν φιλονεικίαν ἐκβάλλει διὰ τοῦ φόβου. ἴδε οὖν χρηστότητα καὶ ἀποτομίαν Θεοῦ· ἐπὶ μὲν τοὺς πεσόντας, ἀποτομίαν, ἐπὶ δέ σε, χρηστότητα, ἐὰν ἐμμείνῃς τῇ χρηστότητι· ἐπεὶ καὶ σὺ ἐκκοπήσῃ. βλέπε πῶς τῷ φόβῳ τὴν φιλονεικίαν ἐκκόπτει, καὶ καθίστησιν αὐτὸν τὸν πιστὸν οὐκ εἰς τὸ φιλονεικεῖν, ἀλλ᾽ εἰς τὸ ἀγωνιᾶν. τί περιεργάζῃ ἀλλότριον γένος; ὑπὲρ τῆς σῆς ζωῆς ἀγώνισαι, σπούδασον πῶς ἀρέσῃς τῷ εὐεργέτῃ, μὴ ψεύσῃ τὴν εὐγένειαν διὰ τῶν τρόπων. εἶτα λέγει αὐτοῖς τοῖς ἀπὸ ἐθνῶν. καὶ γὰρ τοῦτο προέφερον οἱ ἐξ ἐθνῶν· Παῦλος ἡμῖν ἀπεστάλη, οὐχ ὑμῖν τοῖς Ἰουδαίοις, ἀλλὰ κήρυξ τοῖς ἔθνεσι. πρὸς ταύτην τὴν φωνὴν πάλιν Παῦλος ἁρμόζει φάρμακον σωτήριον εὐσεβείας, καὶ λέγει· μὴ ἐπ᾽ ἐμοὶ σεμνύνεσθε; ναί· ὑμῶν διδάσκαλος, καὶ οὐχὶ Ἰουδαίων. ἀλλὰ μάθε τὸ ἀκριβές. οὐ θέλω γὰρ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὅτι ἐφ᾽ ὅσον εἰμὶ ἐθνῶν ἀπόστολος, τὴν διακονίαν μου δοξάζω. τί ἐστι, δοξάζω; συνιστῶ μου τὴν διακονίαν, συνιστῶν τὰ ἔθνη. διὰ τί συνιστῶν; εἴπως παραζηλώσω μου τὴν σάρκα, καὶ σώσω τινὰς ἐξ αὐτῶν. ὑμᾶς θαυμάζω, ἵνα ἐκείνοις εἰς ζῆλον ἐνέγκω. καὶ τοιούτοις χρησάμενος ῥήμασιν ὁ Παῦλος, καταστέλλει κατακαιομένην τὴν φιλονεικίαν, καὶ εἰσάγει λάμπουσαν τὴν ἀλήθειαν· ἐκκόπτει τὰ τῆς φιλονεικίας, καὶ εἰσάγει τὰ τῆς ὁμονοίας. εἰς δὲ τὸ προκείμενον ἔλθωμεν.

A vocatur telum & gladius. Dicit Esaïas: *Posuit me ut gladium acutum, & manu abscondit: posuit me sicut sagittam electam, in pharetra sua abscondit me.* Isai. 49. 2. Cur gladium & sagittam? Gladium cominus stantes impetit, sagitta ad eminus positos emittitur. Cum igitur verbum Dei & illas tum exortas contentiones tollat & eas quæ insurrecturæ erant litigationes exscindat, vocatur gladius cujus ope cominus pugnatur, & sagitta adversus hostes eminus stantes emissa. Verum ne argumenti seriem interrumpamus, illa primum dicamus, ut ad hæc veniamus. Postquam Judæos repressit ne de genere altum saperent, statim aggreditur eos qui ex Gentilibus accesserant, aitque illis: *Noli gloriari adversus radicem. Tu cum oleaster esses, exsectus es ex eo qui natura oleaster* Rom. 11. 15.
B *erat, & insertus es in bonam olivam.* Qui enim epistolam diligenter legit, veram solutionem reperit: nos autem brevitati studeamus. Israëliticum genus vocat bonam olivam, Gentiles autem exsectos ex oleastro, & insertos in bonam olivam reprimit. Genus Abrahæ vocat bonam olivam, & eos qui ex Gentilibus venerunt, & ex dulcedine Abrahæ & Prophetarum degustarunt, reprimit, ne altum sapiant. Num Israël, inquit, in te insertus est? An tu Israëlem recepisti? Nonne ipse te recepit? Apostoli an ex te prodierunt? An Christus ex Judæis, an ex Gentilibus? Ex Judæis certe. Cur ergo bonorum radicem ignoras & gloriaris? An nescis te, cum oleaster esses, insertum fuisse in bonam olivam? At dices mihi: Pugnam suscipis pro adversario; hi per
C incredulitatem exsecti sunt, ego per fidem insertus sum. Recte. *Noli altum sapere, sed time: ne Deus qui naturalibus ramis non pepercit, nec tibi forte parcat.* Rom. 11. 20. Vide apostolicam vocem: vide apostolicum nervum: vide quomodo contentionem radicitus exscindat, & illos refrenans, & hos pudore afficiens. Ne extollaris. *Quod si gloriaris: non tu radicem portas, sed radix te.* Rom. 11. 18. Quia Gentiles adversum Judæos extollebantur, quod illi ut Christi inimici exsecti essent, dum isti per cognitionem ejus vocati fuerant, illis ita ferocientibus dicit, *Non tu radicem portas, sed radix te. Sed dices: Fracti sunt rami, ut ego inserar.* Benigne assentior tibi, probam tuam responsionem accipio. Bene. Sed *noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pe-*
D *percit, ne forte nec tibi parcat.* Eum qui ex natura nobilis erat propter incredulitatem ejecit; & te superbientem propter hanc improbitatem ejiciet. Et vide quomodo ex timore contentionem eliminet. *Vide ergo bonitatem & severitatem Dei*; Rom. 11. 22. severitatem in eos qui lapsi sunt, bonitatem in te, si manseris in bonitate: nam tu quoque exscindêris. Vide quomodo timore contentionem exscindat, & fidelem disponat non ut litiget; sed ut concertet. Cur alienum genus curiose perquiris? Pro vita tua decerta: cura quomodo benefactori placeas, ne nobilitatem tuam moribus ementiaris. Deinde eos qui ex Gentilibus erant alloquitur. Nam hoc illi jactitabant: Paulus nobis missus est, non vobis Judæis, sed præco gentibus. Huic voci Paulus pietatis
E pharmacum salutare admovet, & ait: Num de me gloriamini? Etiam, doctor sum vester, non Judæorum. Sed disce rem accurate: *Nolo enim vos ignorare, fratres, quod quamdiu sum gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo.* Rom. 11. 13. Quid est *honorificabo?* Confirmabo ministerium meum, confirmando gentes. Cur confirmat? *Si quomodo ad æmulandum provocem carnem meam, & salvos faciam aliquos ex illis.* Rom. 11. 14. Vos laudo, ut illos ad zelum accendam. His utens verbis Paulus ardentem illorum contentionem reprimit, & splendidam veritatem inducit, exscindit contentionem, & consensum adducit. Sed ad propositum revertamur.

Rom. 9. 14. 3. *Quid dicemus? Num iniquitas est apud Deum? Absit. Moysi enim dicit: Miserebor cujus miserebor, & misericordiam præstabo ei cujus miserebor.* Hanc vocem Paulus non ex persona sua profert: nam est antitheseos consequentia. Antithesin ergo Paulus efformat ex persona litigantium. *Quid dicemus? Num iniquitas est apud Deum? Absit:* cum dicit, *Miserebor cujus miserebor, & misericordiam præstabo ei cujus miserebor;* antithesis illa non totam consequentiam accepit. Illud autem, *absit*, parenthesis est. Antequam enim contentionem solveret, statim compressit blasphemiam: ne quis dum sententiam examinaret, intercipiens, Deum condemnaret; ut sapiens medicus illud, *absit*, inserit; ut dum blasphemiam abjicit, veritatem statuat, contra quam blasphematur. Adversarius dicit: De Jacobo ait:

Rom. 9. 13. 15. *Jacob dilexi, Esaü autem odio habui; & Moysi dixit, Miserebor cujus miserebor, & misericordiam præstabo ei cujus miserebor.* Si enim quem vult miseretur, & quem vult obdurat, *quid adhuc quæritur?* Nam si illud ipse operatur, & hoc efficit; cur a me rationem repetit eorum quæ ipse facit? Hæc est tota vis objectionis. Etenim Moysi dicit: *Miserebor cujus miserebor, & misericordiam præstabo ei cujus miserebor.* Ergo quasi alio contradicente, & syllogismum obtendente, addidit: *Jacob dilexi, Esaü autem odio habui:* aliud quoque adjecit: cujus vult miseretur, quem vult indurat. Cui adversarius, quasi alium syllogismum objiciens:

Rom. 9. 16. Ergo *non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* Si ergo cujus vult miseretur, quem vult indurat; si quem vult diligit, & quem vult odio habet, cur me accusas? Frustra ergo pietatem sector, frustra ad veritatem curro: non enim currentis, neque volentis, sed miserentis est Dei. Hæc omnia ex persona adversarii. Neque refugit deinceps Apostolus ipsi fortiter contradicere, nolens ejus objectionem confirmare; sed omnem volens Gentilium suspicionem tollere. Ergo cujus vult miseretur, quem vult indurat. *Dicet igitur mihi, Quid ergo reprehendit; nam voluntati ejus quis resistit?* Tandem responsionem sic

Rom. 9. 20. orditur Paulus: *O homo, tu quis es, qui respondeas Deo?* Hæc non est objectionis solutio, sed primum indignatio adversus eos qui audent cum Deo quæstiones movere. Nam contradicentem reprimere, id non erat solvere quæstionem, sed dubitationem augere. Si me justa dicentem increpes, tacebo, & auctoritatem feram. Cur ergo accusas, & non persuades? Verum primo refrenat audaciam humanæ petulantiæ, quæ audeat a Deo factorum rationem studiose repetere. *O homo, tu quis es, qui respondeas Deo?* Et vulgari utens exemplo; oportet enim a vulgari usu sententias confirmare; ac si quis videns herum, qui servum suum verberaret, accedens diceret, Cur verberas? Ille vero, herilem obtendens auctoritatem, diceret, Quid hoc ad te? annon in servum meum potestatem habeo? annon meus est? annon meæ subjicitur potestati? Hæc sunt potestatem ostendentis, non consequentiam probantis. Et contradicenti quidem statim indignatus dicit, Quid hoc ad te? Postquam autem iram indignationemque sedaverit, in mansuetudinem versus, incusanti sese purgat. Ut ne me condemnes, o homo, quod sine causa verberem, disce quid facere ausus sit. Idipsum Apostolus facit. Cum ab eo rationes repeterentur a contradicentibus hoc pacto: si cujus vult miseretur, quem vult indurat, cur reprehendit? Voluntati enim ejus quis resistit? quia vidit vocem esse perfunctorie usurpatam, ait: *O homo, tu quis es, qui respondeas Deo?* An lutum legem dat figulo? an opificium de opifice curiose inquirit? an servus rationem ab hero repetit? Annon ex vulgari rerum usu edoceris? nam servus

A Τί ἐροῦμεν; μὴ ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ; μὴ γένοιτο. τῷ γὰρ Μωϋσῇ λέγει, ἐλεήσω ὃν ἂν θέλω, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω. τὴν φωνὴν ταύτην Παῦλος οὐκ ἐξ οἰκείου [illegible] οσώπου ποιεῖται· ἀκολουθία γάρ ἐστι τῆς ἀντιθέσεως. σωματοποιεῖ τοίνυν ἀντίθεσιν Παῦλος ἐκ προσώπου τῶν μαχομένων. τί ἐροῦμεν; μὴ ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ, μὴ γένοιτο, λέγοντι, ἐλεήσω ὃν ἂν θέλω, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω· ἡ ἀντίθεσις οὐ πᾶσαν ἀκολουθίαν ἔλαβε· τὸ δὲ, μὴ γένοιτο, παρένθεσίς ἐστι. πρὶν γὰρ λῦσαι τὴν φιλονεικίαν, εὐθέως ἀνέστειλε τὴν βλασφημίαν. ἵνα μή τις ἐν ὅσῳ ἐξετάσῃ τὸ νόημα, προλαβὼν καταψηφίσηται τοῦ Θεοῦ, παρεντίθησιν ὡς σοφὸς ἰατρὸς μέσον, τὸ, μὴ γένοιτο· ἵνα τῇ ἀπαγορεύσει τοῦ δυσφήμου, στήσῃ βλασφημουμένην τὴν ἀλήθειαν. ὁ ἀνθιστάμενος τοῦτό φησι, περὶ τοῦ Ἰακὼβ εἶπε· τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ἠσαῦ ἐμίσησα. B καὶ πρὸς Μωϋσῆν εἶπεν, ἐλεήσω ὃν ἂν θέλω, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω. εἰ ὃν θέλει ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει σκληρύνει, τί ἔτι μέμφεται; εἰ γὰρ αὐτὸς τοῦτο ἐργάζεται, καὶ αὐτὸς τοῦτο κατασκευάζει, διὰ τί παρ' ἐμοῦ λόγον ἀπαιτεῖ, ὧν αὐτὸς ἐργάζεται; ταύτην ἔχει τὴν δύναμιν πᾶσα ἡ ἀντιλογία. τῷ γὰρ Μωϋσῇ λέγει· ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω. ἄρα οὖν ὡς ἑτέρου τοῦ ἀνθισταμένου, ὡς ἀπὸ συλλογισμοῦ συνάγοντα ἐπήγαγε, τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ἠσαῦ ἐμίσησα· ἐπήγαγε δὲ καὶ ἄλλην φωνὴν, ὃν θέλει ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει σκληρύνει. ὡς οὖν συναγαγὼν τὸν [a] συλλογιζόμενον ταῦτα λέγει ὁ ἀντιτιθέμενος· ἄρα οὖν οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ. εἰ οὖν ὃν θέλει ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει σκληρύνει· εἰ ὃν θέλει ἀγαπᾷ, ὃν δὲ θέλει μισεῖ, ἐμοὶ τί ἐγκαλεῖς; εἰκῆ λοιπὸν φέρω τὴν εὐσέβειαν, C εἰκῆ τρέχω πρὸς τὴν ἀλήθειαν. οὐ γὰρ τοῦ τρέχοντος, οὐδὲ τοῦ θέλοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ. ταῦτα πάντα ἐκ προσώπου τοῦ ἀντιλέγοντος. καὶ οὐκ ὀκνεῖ λοιπὸν ὁ ἀπόστολος ἰσχυρῶς αὐτῷ ἀντιστῆναι, οὐ κυρῶσαι βουλόμενος τὴν ἀντιλογίαν, ἀλλὰ λῦσαι πᾶσαν τῶν ἐθνῶν τὴν ὑπόνοιαν. ἄρα οὖν ὃν θέλει ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει σκληρύνει. ἐρεῖς οὖν μοι, τί ἔτι μέμφεται; τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκεν; ἀρχὴν λοιπὸν τῆς ἀπαντήσεως ποιεῖται ὁ Παῦλος λέγων· μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; ἐνταῦθα οὐκ ἔστι λύσις τῆς ἀντιλογίας, ἀλλὰ πρῶτον ἀγανάκτησις κατὰ τῶν τολμώντων συζητεῖν τῷ Θεῷ. τὸ γὰρ ἐπιστομίσαι τὸν ἀντιλέγοντα, οὐκ ἦν λύοντος τὸ ζήτημα, ἀλλ' αὔξοντος τὴν ἀπορίαν. εἰ ἐπετίμησάς μοι τὰ δίκαια λέγοντι, σιωπῶ, καὶ φέρω τὴν αὐθεντίαν. διὰ τί οὖν ἐγκαλεῖς, καὶ οὐ πείθῃς; ἀλλὰ πρῶτον ἐπιστομίζει τὸ θράσος τῆς ἀνθρωπίνης D προπετείας, καὶ τῆς τολμώσης καὶ ὅλως σπουδαζούσης λόγον παρὰ Θεοῦ λαμβάνειν τῶν γινομένων. μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; καὶ λαμβάνων ὑπόδειγμα κοινόν· δεῖ γὰρ καὶ ἀπὸ τῆς κοινῆς συνηθείας ἱστᾶν τὰ νοήματα· ὡς εἴ τις ἐθεάσατο δεσπότην τινὰ τὸν ἑαυτοῦ οἰκέτην τύπτοντα, παρελθὼν εἰς μέσον ἔλεγε, διὰ τί τύπτεις; ὁ δὲ τὴν δεσποτικὴν αὐθεντίαν προτείνας ἔλεγε, καὶ τί πρὸς σέ; οὐκ ἐξουσίαν ἔχω τοῦ ἐμοῦ οἰκέτου; οὐκ ἔστιν ἐμός; οὐ τῇ ἐμῇ ἐξουσίᾳ ὑπόκειται; ταῦτα μηνύοντός ἐστι τὴν αὐθεντίαν, οὐ δεικνύοντος τὴν ἀκολουθίαν. καὶ πρὸς μὲν τὸν ἀνθιστάμενον εὐθέως ὁ ἀγανακτῶν λέγει, τί πρὸς σέ; ὅταν μέντοι πέψῃ τὸν θυμὸν, καὶ καταστείλῃ τὴν ἑαυτοῦ ἀγανάκτησιν, εἰς ἡμερότητα ἐλθὼν, λοιπὸν ἀπολογεῖται πρὸς τὸν E ἐγκαλοῦντα· ἵνα δέ μου μὴ καταγνῷς, ἄνθρωπε, ὅτι ἀκαίρως ἐτύπτησα, μάθε τὰ τετολμημένα. τοῦτο καὶ ὁ ἀπόστολος ποιεῖ. ἀπαιτούμενος γὰρ λόγον παρὰ τῶν ἀντιλεγόντων, ἐπεὶ ὃν θέλει ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει σκληρύνει, τί οὖν ἔτι μέμφεται; τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκεν; ἐπειδὴ εἶδεν ἀφοσιωμένην τὴν φωνὴν, λέγει, μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; ὁ πηλὸς νομοθετεῖ τῷ πλάστῃ; τὸ ποίημα περιεργάζεται τὸν ποιήσαντα; ὁ δοῦλος ἀπαιτεῖ λόγον παρὰ τοῦ δεσπότου; οὐδ' ἐκ τῶν κοινῶν πραγμάτων διδάσκῃ; ὅτι καὶ περὶ ἐλευθερίας ἀγωνιζόμε-

a Forte melius τὸν συλλογισμόν.

νος οἰκέτης, ἐπειδὰν εἰς δουλείαν ἕλκηται, οὐ τολμᾷ οἰκεῖον στῆσαι πρόσωπον· ἀλλ' ἕτερον λαμβάνει τὸν συναγωνιζόμενον, ἵνα μὴ ἐξ ἐναντίας πρόσωπον δούλου ἀντιστῇ τῇ δεσποτικῇ ὄψει· καὶ σὺ ἄνθρωπος ὢν θνητὸς, πρὸς τὸν ἀθάνατον ὄψιν σεαυτὸν ἐξετάζεις; τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; ὁ πρόσκαιρος πολυπραγμονεῖς τὸν αἰώνιον. ὁ θνητὸς τὸν ἀθάνατον; ὁ εἰς τάφον λυόμενος τὸν ἐν οὐρανῷ κατοικοῦντα; ὁ ἀπὸ γῆς τρεφόμενος, καὶ εἰς γῆν ἀποστρέφων, τὸν διαιωνίζοντα ἐν πᾶσι τοῖς χρόνοις λόγον ἀπαιτεῖς; μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ. οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ ποιῆσαι τὸ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, τὸ δὲ εἰς ἀτιμίαν; ναὶ, φησὶ, καλῶς ἐπιστομίζεις· τὸ δὲ ζητούμενον οὐ λύεις. ἐξ ὧν γὰρ ἐπιστομίζεις, πλεονάζεις τὸ ἔγκλημα. εἶπε γὰρ, οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς ποιῆσαι τὸ μὲν σκεῦος εἰς τιμὴν, τὸ δὲ εἰς ἀτιμίαν; οὐκοῦν αὐτός ἐστι καὶ ὁ τοὺς ἀτίμους ποιῶν· καὶ τί ἔτι μέμφῃ μοι; τῆς γὰρ φωνῆς σου ταύτης οὐκ ἀνέχομαι. ἐξ ὧν γὰρ οὐ λύεις τὸ ἔγκλημα, πλεονάζεις τὴν ἀπορίαν. διὰ τοῦτο ὁ ἀπόστολος, ὅτε ἐπετίμησεν ὡς προπετευσαμένοις, τότε διορθοῦται ὡς σφαλλομένους, καὶ λέγει μὲν ἀγανακτῶν, μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ ποιῆσαι σκεύη, τὰ μὲν εἰς τιμὴν, τὰ δὲ εἰς ἀτιμίαν; ὡς δὲ συνεῖδεν, ὅτι ἐξ ὧν ἐπιστομίζει, μᾶλλον πλεονάζει τὴν ἀντιλογίαν, εὐθέως ἐπάγει, εἰ δὲ θέλων ὁ Θεὸς ἐνδείξασθαι τὴν ὀργὴν, καὶ γνωρίσαι τὸ δυνατὸν αὐτοῦ, ἤνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ. κατὰ μέρος ἐξεταζέσθω τὰ ῥήματα. οὐ γάρ ἐστιν ἀπὸ ψιλῶν φωνῶν ἐκλαμβάνειν τὴν ἀλήθειαν. ἔδειξε μὲν καὶ ἐπαίδευσεν, ὅτι οὐ δεῖ παρὰ τοῦ Θεοῦ λόγον ἀπαιτεῖν, καὶ κατεχρήσατο Παῦλος τῇ φωνῇ τῇ τοῦ Θεοῦ διὰ Ἡσαΐου λαλούσῃ. λέγει γὰρ ὁ Θεὸς πρὸς τὸν παλαιὸν λαὸν, μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι, τί με ἐποίησας; μὴ ἀποκρίνεται ὁ πηλὸς τῷ κεραμεῖ, τί ποιεῖς; μὴ ἀποκρίνεται τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι, τί με ἐποίησας; ὑμεῖς δὲ περὶ τῶν ἔργων μου ἐντέλλεσθέ μοι καὶ περὶ τῶν υἱῶν μου. τὴν φωνὴν τοῦ Ἡσαΐου τὴν ἐπιστομίζουσαν Παῦλος ἐκλαμβάνων, διορθοῦται τὰς ἐσφαλμένας γνώμας. λοιπὸν τὰ μὲν τῆς ἐπιτιμήσεως ἐδείχθη, τὰ δὲ τῆς λύσεως ἀκολουθείτω· ἵνα μάθῃς, ἀδελφὲ, ὅτι Παῦλος οὐ πρὸς τὴν ἀκρίβειαν τῶν ζητουμένων προήγαγε τὸ, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ, ἀλλὰ δι' ἀγανάκτησιν. ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἐπιγράφει τῷ πλάσει τὰ πάντα, καὶ λέγει, οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ ποιῆσαι σκεύη, τὰ μὲν εἰς τιμὴν, τὰ δὲ εἰς ἀτιμίαν; ἐνταῦθα πρὸς ἔνστασιν λαλεῖ, οὐ πρὸς τὴν ἀκρίβειαν τοῦ δόγματος. ἀλλαχοῦ δὲ βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι σκεῦος τιμῆς, καὶ σκεῦος ἀτιμίας οὐκ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ κατασκευάζεται, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τῶν ἐργαζομένων προαιρέσεως, ἢ πρὸς τὰ φαῦλα ῥεπούσης, ἢ πρὸς τὴν ἀρετὴν βλεπούσης, λέγει τῷ Τιμοθέῳ· ταῦτα γράφω πρὸς σὲ, ἵνα ἴδῃς πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι. ἐν μεγάλῃ δὲ οἰκίᾳ οὐκ ἔστι μόνον σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, ἀλλὰ καὶ ξύλινα καὶ ὀστράκινα. ταῦτα ὁ αὐτὸς Παῦλος. οὐ γὰρ παράγω ἀλλαχόθεν μαρτυρίαν, ἵνα μὴ εἴπῃς, οὐχ εὑρὼν ἐν τῷ ἀποστόλου λύσιν, εἰς ἑτέραν μετεπήδησε γραφήν. ὁ αὐτὸς Παῦλος ὁ τούτοις ἀγανακτήσας ὅτε ἐκτὸς ἀγανακτήσεως φθέγγεται, πρὸς ἀκρίβειαν διαλέγεται. λέγει οὖν ὁ Παῦλος, ἐν μεγάλῃ δὲ οἰκίᾳ οὐκ ἔστι μόνον σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, ἀλλὰ καὶ ξύλινα καὶ ὀστράκινα· καὶ τὰ μὲν εἰς τιμὴν, τὰ δὲ εἰς ἀτιμίαν. καὶ τί ἐπάγει; ἐὰν οὖν τις ἑαυτὸν ἐκκαθάρῃ, ἔσται σκεῦος εἰς τιμὴν ἡγιασμένον. ὁ ἐνταῦθα τῷ πλάσει ἐπιγράψας τὸ σκεῦος τῆς τιμῆς, καὶ τὸ σκεῦος τῆς ἀτιμίας, ἐν ἑτέρῳ τόπῳ τῇ προαιρέσει τὸ πᾶν ἀποδέδωκεν. ἐάν τις ἑαυτὸν ἐκκαθάρῃ, ἔσται σκεῦος εἰς τιμὴν ἡγιασμένον καὶ εὔχρηστον τῷ δεσπότῃ εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένον. ὅρα ὅτι ἑτέρως μὲν ἐπιτιμῶν φθέγγεται, ἑτέρως δὲ διδάσκων συντίθεται· καὶ κατὰ τὴν προλαβοῦσαν εἰκόνα τοῦ δεσπότου, τοῦ τὸν ἑαυτοῦ οἰκέτην τύπτοντος, πρὸς τὸν ἀλλότριον εὐθέως ἀπηνῶς ἐφθέγξατο, πρὸς δὲ τὴν ἀλήθειαν ταύτην παρέλκων· οὕτω

A qui pro libertate decertat, postquam in servitutem redactus est, non audet ipse obsistere; sed alium assumit qui se defendat, ne personam servi heri sui conspectui opponat. Et tu mortalis homo, in immortalis illius conspectum quasi par te sistis? Quis es qui respondeas Deo? Temporaneus æternum curiose perquiris? mortalis immortalem? Qui in sepulcro corrumperis eum qui in cælo habitat? qui a terra alimentum accipis & in terram reverteris, ab eo qui omni tempore vivit rationem exposcis? *O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? Annon habet potestatem figulus ex eodem luto, aliud vas in honorem, aliud in contumeliam facere?* Etiam, inquiet, bene refrenas, sed quæstionem non solvis. Dum refrenas enim, accusationem auges. Dixit enim:
B Annon potest figulus facere vas illud in honorem, aliud vero in contumeliam? Igitur ille ignominiosos facit: cur ergo me reprehendis? Hanc vocem non sustineo, dum enim accusationem non solvis, auges dubitationem. Idcirco Apostolus cum ut petulantes repressit, tunc ut errantes emendat, atque indignatus quidem dicit: *O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? Annon potest figulus ex eodem luto facere vasa, alia in honorem, alia in contumeliam?* Ut autem animadvertit se dum reprimit, quæstionem magis augere, statim subjungit: *Quod si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia.* Rom. 9. 22. Singillatim examinentur verba: non potest ex simplicibus vocibus veritas percipi. Ostendit quidem & docuit non oportere a Deo rationem exigere: ususque
C est Paulus voce Dei per Esaïam loquentis: dicit enim Deus veteri populo: *Num dicet lutum figulo, Cur me fecisti?* Isai. 45. 9. Num dicet lutum figulo, Quid facis? Num dicit opificium opifici, Cur me fecisti? Vos circa opera mea & filios mandata mihi datis. Vocem Esaïæ refrenantem Paulus usurpans, erroneas sententias emendat; jam emendatio præcessit, solutio sequatur. Ut discas, dilecte, Paulum non ad accuratam quæsitorum solutionem protulisse illud, *Tu quis es, qui respondeas Deo?* sed ex indignatione; hic enim opifici omnia adscribit, & dicit: *Non habet potestatem figulus ex eodem luto facere vasa, alia in honorem, alia in contumeliam?* Hic ad rei in-
D stitutum loquitur, non ad accuratum dogma. Alibi vero ut ostendat vas in honorem, & vas in contumeliam non a Deo effici, sed ab operantium proposito, quod vel ad mala declinat, vel ad virtutem respicit, Timotheo dicit: *Hæc ad te scribo, ut scias quomodo oporteat in domo Dei conversari.* 1. Tim. 3. 15. *In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia.* 2. Tim. 2. 20. Hæc ipse Paulus: Non enim aliunde testimonium proferam, ne dicas, Cum non inveniat in Apostolo solutionem, ad aliam Scripturam transilivit. Ipse Paulus qui illis indignatus est, quando sine indignatione loquitur, accurate verba facit. Dicit ergo Paulus: *In magna domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed*
E *& lignea & fictilia, & alia in honorem, alia in contumeliam.* Et quid adjicit? *Si quis ergo emendaverit se, erit vas in honorem sanctificatum.* 2. Tim. 2. 21. 22. Qui illic figulo vas in honorem & vas in contumeliam adscripsit, alio in loco voluntati totum attribuit: *Si quis emendaverit se, erit vas in honorem sanctificatum & utile Domino, ad omne opus bonum paratum.* Animadverte illum alio modo loqui cum increpat, alio cum docet: & secundum præmissum domini exemplum fieri, qui servum suum verberat, ad alienum statim acerbe loquutus est, sed ut ad hanc veritatem traheret; sic

& hoc loco ostendit vas in honorem & vas in
contumeliam non a Deo effici; sed Deum com-
munem naturam condere, voluntatem vero ip-
sam discindere. Ut vero accuratius discas nos
non ex natura factos esse vasa honoris & vasa
contumeliæ, id Scriptura docet: Si factum esset
vas ignominiæ, cur Scriptura me doceret esse
bonum? Quod enim factus sum secundum natu-
ram, mutari non potest. Cur docet hunc esse
bonum, qui natura sua malus est? Cur au-
1. Cor. 10. 12. tem bonum statuit dicens, *Qui stat, videat ne
cadat?* Si natura bonus, cur confirmas eum qui
firmus est? Hinc continenter ad illud: *Non est
volentis, neque currentis.* Si nihil in me volente
situm est, cur prædicas? Si nihil penes curren-
tem est, cur defatigaris? Si nihil in volente,
Isai. 1. 19 cur Deus dixit: *Si volueritis, & audieritis me,
bona terræ comedetis?* Si nihil est in volente,
Matth. 23. 37. cur Servator dicebat: *Quoties volui congregare
filios tuos, & noluistis?* Non est volentis, neque
currentis. Si nihil est in currente, cur Galatis
Gal. 5. 7. dicebat: *Currebatis bene, quis vos impedivit?* Si
non est volentis, neque currentis, cur Paulus
1. Cor. 9. 26. ait: *Sic curro, non quasi in incertum? eorum
quæ retro sunt obliviscor, & ad anteriora ten-
do, scopum persequor.* Quid laboras, aut quid
Philip. 3. 12. curris? Tu dixisti, *Non est volentis, neque cur-
rentis.* Sed Scriptura dubitationem solvit. Non
est volentis Isaaci; volebat enim benedicere pri-
mogenito; neque currentis Esaü in campum; sed
Dei qui miserebatur Jacobi. Non volentis Esaü,
neque currentis Isaaci; sed Dei qui miserebatur
Jacobi. Verum sic solutum est illud, non est
volentis. Sed cur tandem miserentis est Dei?
Manet enim adhuc quæstio, Cujus vult misere-
tur, quem vult indurat. Attende studiose, fra-
ter, Deus prænoscit omnia. Prænoscit autem,
non quasi futura formans, sed futura prævidens.
Alia quippe sunt ea, quæ secundum œcono-
miam propriam prædeterminat, & alia quæ ex
actibus nostris prænoscit. Aliud est prædetermi-
nare, & aliud prænoscere. Si prænoscam futu-
rum malum, non prævisio mea malum illud ef-
ficit; exempli causa; si sæpe videro juvenem a
patre relictum heredem & opulentum: ipsum-
que conspexero disciplinæ impatientem, in deli-
ciis viventem, spectaculorum amantem, equo-
rum decursionibus deditum; statim prævidens
dico: Hic brevi facultates suas dissipabit: hic
paternam hereditatem pessumdabit; non quia
prævidens id affirmavi, sed ex moribus ejus
conjecturam duxi. Eventus vero causa est, non
prædictio prævidentis, sed institutum vitæ male
versantis. Sæpe itaque, frater, in rebus aliis ita
loquimur: videmus quempiam in via lubrica
sine baculo incedentem, & statim dicimus; hic
cadet; ignorat locorum naturam, ruet in arduis.
Num quia id prædicis, lapsus causa es?

4. Non quod mea prævisio divinæ sit similis
ita loquor; sed ex iis quæ tua sunt, ea quæ su-
per te sunt te doceo. Animum diligenter adhi-
be. Id namque adversarii objiciunt, ut discas,
inquiunt, Deum esse qui justos facit & impro-
Jer. 1. 5. bos. Ipse Jeremiæ dixit: *Antequam te formarem in
utero novi te, & antequam exires de vulva sanctifi-
Ps. 57. 4. cavi te.* Ipse dicit: *Alienati sunt peccatores a vulva,
priusquam egrederentur erraverunt ab utero, loquuti
sunt falsa.* Viden' a vulva hunc justum, illum
improbum prædictum fuisse? viden' id ex na-
Matth. 22. 29. tura fuisse? Bene Servator Judæis dicebat: *Er-
ratis nescientes Scripturas, neque virtutem Dei.*
Recte lege, & ne perverse loquaris. *Antequam
te formarem in utero novi te, & antequam exires
de vulva sanctificavi te.* Non primo sanctificavi
te; sed primo novi te, & tunc sanctificavi te.
Hic præscientiam ostendit, & post præscientiam
tunc determinat. Et antequam te formarem no-
vi te, & antequam exires de vulva sanctificavi

A καὶ ἐνταῦθα ἔδειξεν, ὅτι σκεῦος τιμῆς καὶ σκεῦος ἀτιμίας
θεὸς οὐ ποιεῖ, ἀλλὰ κοινὴν ποιεῖται τὴν φύσιν, ἡ δὲ προαί-
ρεσις σχίζει τὴν δημιουργίαν. καὶ ἵνα μάθῃς ἀκριβῶς ὅτι οὐκ
ἐκ φύσεως ἐπλάσθημεν σκεύη τιμῆς, καὶ σκεύη ἀτιμίας, ἡ
γραφὴ παιδεύει. εἰ οὕτως ἐπλάσθη σκεῦος ἀτιμίας, διὰ τί
με ἡ γραφὴ διδάσκει εἶναι καλόν; ὃ γὰρ ἐπλάσθην κατὰ φύ-
σιν, μετατεθῆναι οὐ δύναμαι. διὰ τί παιδεύει εἶναι ἀγα-
θὸν, τὸν κατὰ φύσιν ὄντα κακόν; διὰ τί δὲ ἀσφαλίζεται τὸν ἀγα-
θὸν λέγων· ὁ ἑστὼς, βλεπέτω μὴ πέσῃ. εἰ ἐκ φύσεως κα-
λὸς, τί ἀσφαλίζῃ τὸν ἀσφαλῆ; εἶτα καὶ τὸ ἀκόλουθον πρὸς
τό· οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος. εἰ μηδέν ἐστιν ἐπ'
ἐμοὶ τῷ θέλοντι, διὰ τί κηρύττεις; εἰ μηδὲν ἐπὶ τῷ τρέ-
χοντι, διὰ τί κάμνεις; εἰ μηδὲν ἐπὶ τῷ θέλοντι, διὰ τί
ὁ θεὸς ἔλεγεν, ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγα-
B θὰ τῆς γῆς φάγεσθε; εἰ μηδὲν ἐπὶ τῷ θέλοντι, διὰ τί ὁ
σωτὴρ ἔλεγε, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυνάξαι τὰ τέκνα σου,
καὶ οὐκ ἠθελήσατε; οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος. εἰ μη-
δέν ἐστιν ἐπὶ τῷ τρέχοντι, διὰ τί ἔλεγε Γαλάταις, ἐτρέ-
χετε καλῶς, τίς ὑμᾶς ἐνέκοψεν; εἰ μὴ τοῦ θέλοντός ἐστι,
μηδὲ τοῦ τρέχοντος, διὰ τί Παῦλος λέγει, οὕτω τρέχω, ὡς
οὐκ ἀδήλως, τῶν ὄπισθεν ἐπιλανθάνομαι, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν
ἐπεκτεινόμενος, κατὰ σκοπὸν διώκω; τί κάμνεις, ἢ τί τρέ-
χεις; σὺ εἶπας, οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος. ἀλλ' ἡ
γραφὴ λύει τὴν ἀμφιβολίαν. οὐ τοῦ θέλοντος τοῦ Ἰσαάκ· ἤθελε
γὰρ εὐλογῆσαι τὸν πρωτότοκον· οὐδὲ τοῦ τρέχοντος τοῦ Ἠσαῦ
εἰς τὸ πεδίον, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος θεοῦ τὸν Ἰακώβ. οὐ τοῦ θέ-
λοντος τοῦ Ἠσαῦ, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος τοῦ Ἰσαὰκ, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦν-
τος θεοῦ τὸν Ἰακώβ. ἀλλ' ἐλύθη μὲν τὸ, οὐ τοῦ θέλοντος, οὕτω·
διὰ τί δὲ ὅλως τοῦ ἐλεοῦντος θεοῦ; μένει γὰρ ἀκμὴν τὸ ζήτη-
μα, ὃν θέλει ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει σκληρύνει. πρόσεχε ἀκρι-
C βῶς, ἀδελφέ. ὁ θεὸς προγινώσκει μὲν πάντα, προγινώσκει
δὲ, οὐχ ὡς αὐτὸς τυπῶν τὰ μέλλοντα, ἀλλὰ προειδὼς τὰ
Abelem justum fore, præsciebat Enochum transferendum esse: præsciebat justorum chorum fore, præsciebat Noë universalem perniciem enataturum esse, præsciebat fore ut Abraham radix fidei floreret, Patriarchæ splenderent, Prophetæ clarerent, Apostoli conspicui essent, & ex ipsa massa ejus qui transgressurus erat, illa celeberrima & pulcherrima Servatoris œconomia oriretur. Præsciebat Apostolorum cursum, Martyrum instituta, Confessorum certamina, Monachorum agmina, flores Ecclesiarum, Sacerdotum chorum, præsciebat omnes qui in veritate ante altare adfuturi erant. Quid ergo? An oportebat ob præscientiam transgressoris a creatione absistere; an vero ob præscientiam tot bonorum opificium producere? *Nam peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me, & per illud occidit.* Peccatum, id est diabolus: occasione accepta: qua? Quia dixit Deus: *Ex omni ligno, quod est in paradiso comedes: de ligno autem scientiæ boni & mali non comedes. In quacumque enim die comederis, morte morieris.* Diabolus occasione accepta per mandatum calumniam parat, aitque illi: *Scit enim Deus quod quacumque die comedetis, eritis sicut dii*, & id vobis prohibuit. Deum calumniatur ob invidiam, & in Deum invehitur ut invidum. Eo quod vobis inviderret Deus, ne essetis Deo æquales, vetuit ne comederetis ex ligno, unde æqualitas illa vobis accedet. Occasione igitur accepta peccatum per mandatum seduxit. Recte dixit illud, Seduxit: non enim vera promisit, sed seduxit, & per illud occidit: nam seductio mortem peperit: non enim opificium mortale erat. Multi certe putarunt Deum mortale opificium creavisse; sed mortale non erat. Etiamsi enim ex terra erat, at immortale creatum fuerat. Nam si non immortale creatum fuisset, sed mortale; cur quod ex natura habebat, per sententiam accepit? Si mortale erat illud opificium, cur Deus ipsi in transgressionis pœnam mortem indicit? *In quacumque die comederis, morte morieris.* Ergo antequam comederet, immortale erat opificium. Quod si antequam comederet mortale erat, fallax & ridicula fuisset interminatio, non veritas. Comminatus enim fuisset me futurum id quod jam eram. Nemo enim cuiquam interminatur somnum, quem ex natura habet; nemo cibum quem ex natura capit. Sed interminatur Deus mortem, quam opificium non ex creatione subibat, propter peccatum subiit. Nam si Adam præceptum divinum & legem servare perseverasset, mors locum non habuisset. Id testificatur sapiens illud oraculum: *Deus mortem non fecit, nec delectatur in perditione viventium: invidia autem diaboli mors intravit in mundum.* Quamobrem, ut vere loquamur, præter naturam nobis accidit quod mortales simus; resurrectio autem quod ex natura inerat nobis restituit. Ideo resurrectio dicitur, quia corruptum opificium & per peccatum lapsum, per justitiam erigitur. Si perseverasset Adam in mandato, vivus mansisset. Et quis sponsor est, ut ne videatur id ex conjectura dictum esse? Ut ergo, fratres, non conjecturis divina tractemus, sed rerum consequentia usi claram rerum veritatem assequamur, opificii immortalitatem testificantur ea quæ sequuntur. Si natura mortale erat opificium, si morti addictum est non per peccatum, sed per naturam ipsam, quomodo naturam vicerunt Elias & Enoch? quomodo Elias assumtus est, nec mortem gustavit? quomodo Enoch translatus est, mortem non expertus? Vide pignora priscæ creationis. Itaque poterat homo perpetuo vivere, si divinam servasset legem. Idcirco Deus assumtas nostri generis primitias transtulit in immortalitatem. Et vide sapientem œconomiam: assumit Enochum ante multas generationes; rapit Eliam post multas

Rom. 7. 11.

Gen. 2. 17.

Gen. 3. 5.

Sap. 1. 13.

generationes, idque utiliter. Quia enim in duabus gentibus pia religio versatura erat; in populo præputium habenti, & in populo circumcisionem profitenti; non solum Eliam assumit, ne Judæus glorietur hisce primitiis honoratus; sed priorem assumit Enochum, qui non secundum legem vixerat, sed ecclesiasticum ornatum servarat. Omnia enim quæ ante legem fuere, figura erant Ecclesiæ. Interroga justos usque ad Abraham & usque ad legem, quinam ipsi essent. In tribus nominibus omnia versantur: in Gentilitate incredula: in Judaïsmo, qui secundum legem incedebat; & in Christianismo, qui secundum evangelicam gratiam ducebatur. Interrogentur adversarii de Adamo, Abele, Enocho, Seth & Noë, & quotquot usque ad Abraham probe vixerunt, quinam essent. An Gentiles? Verum id fides non permittit. Gentiles non erant; non enim in incredulitate vixerunt, dæmonibus non servierunt, sculptilibus non subjecti fuerunt, dæmonum errori obstiterunt. Non possunt ergo Gentiles vocari. Sed quid erant? an Judæi? sed non acceperunt legem, non custodierunt sabbata, ciborum discrimina non observarunt, circumcisionem non habuere. Si ergo prisci illi, nec Gentiles, nec Judæi fuere, inveniatur aliud nomen quod possit illis competere. Si neque Judæi, neque Gentiles fuere, qui ante legem vixerunt, quod detur illis nomen? quodnam relinquitur, nisi Christiani, non quidem nomine, sed virtute. Ideo omnes Ecclesiæ typi præfulserunt. Incircumcisus erat Enoch, ut & Ecclesia: non servivit legi, ut nec Christi populus: non novit ciborum differentias, ut Ecclesia quæ in divina lege versatur. Antiquissima omnium est Ecclesia quæ in typo piæ religionis incedebat: & fides Abrahæ imago erat, non Judæorum, sed Ecclesiæ. Ideo Apostolus sermonem de fide explorat, & ut ostendat Abrahamum esse Ecclesiæ, non Judæorum imaginem ait, *Fratres, scriptum est: Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad justitiam. Quando ergo reputatum est, in circumcisione an in præputio?* Hæc Paulus, qui ex Judæis erat, qui legem noverat, & legalia explicabat. *Non in circumcisione, sed in præputio. Et signum accepit circumcisionem, signaculum justitiæ in præputio.* Vide complicatam sententiarum speculationem. Vide quomodo Apostolus segreget ab Abrahamo Israëlem non habentem fidei proprietatem; conjungat autem ipsi gentes, ut habentes caracterem piæ religionis. *Et signum accepit circumcisionem, signaculum justitiæ, ut sit pater omnium credentium per præputium.* Viden' quomodo figura Ecclesiæ in Abrahamo esset? Servator autem ut ostendat evangelicum statum ad priscum illam institutionem reduci, cum dicerent Judæi, *Moyses scripsit, Si quis voluerit repudiare uxorem suam, det illi libellum repudii;* Servator contra missis legalibus, non quasi solvat illa, sed ut veram doctrinam declaret, dicit: *Moyses ad duritiam cordis vestri loquutus est. Ab initio autem non fuit sic.* Vide quomodo ad prisca nos reducat.

Rom. 4. 3. & 10.

Matth. 19. 7.

Matth. 19. 8.

3. Dictum repeto; sed rogo per silentium mihi faveatis, ne tumultus oppositus sententiam dissolvat. Volens Servator ostendere, evangelicam doctrinam ad priscum reducere statum, cum dicerent discipuli, imo potius Pharisæi: *Cur Moyses præcepit, Si quis dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudii?* Servator non legem reprehendit, sed illam defendit. *Moyses hæc dixit ob duritiam cordis vestri: ab initio autem non fuit sic;* vide quomodo ad prisca nos remittat; *sed qui fecit hominem, masculum & feminam fecit eos: quæ ergo Deus conjunxit, homo non separet.* Atque in multis deprehendo Servatorem ad priscum & bonum statum Eccle-

A μετὰ πολλὰς γενεάς, καὶ τοῦτο χρησίμως. ἐπειδὴ γὰρ ἐν δύο ἔθνεσιν ἔμελλεν ἡ εὐσέβεια πολιτεύεσθαι, ἐν τῷ λαῷ τῷ τὴν ἀκροβυστίαν ἔχοντι, καὶ ἐν τῷ λαῷ τῷ τὴν περιτομὴν ἐπαγγελλομένῳ, οὐ λαμβάνει τὸν Ἠλίαν μόνον, ἵνα μὴ ὁ Ἰουδαῖος καυχήσηται τῇ ἀπαρχῇ σεμνυνόμενος· ἀλλὰ πρῶτον λαμβάνει τὸν Ἐνὼχ, οὐ κατὰ τὸν νόμον πολιτευσάμενον, ἀλλ' ἐκκλησιαστικὴν εὐκοσμίαν φυλάξαντα. πάντα γὰρ τὰ πρὸ νόμου τύπος ἦν τῆς ἐκκλησίας. ἐρώτησον τοὺς μέχρι Ἀβραὰμ καὶ τοῦ νόμου δικαίους, τίνες ἦσαν; ἐν τρισὶν ὀνόμασι στρέφεται τὰ πάντα, ἐν Ἑλληνισμῷ τῷ τῆς ἀπιστίας μέρει, ἐν Ἰουδαϊσμῷ τῷ κατὰ νόμον πολιτευσαμένῳ, ἐν χριστιανισμῷ τῷ κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν χάριν ὁδηγουμένῳ. ἐρωτάσθωσαν οἱ δι' ἐναντίας περὶ τοῦ Ἀδὰμ καὶ Ἄβελ καὶ Ἐνὼχ καὶ Σὴθ καὶ B Νῶε, καὶ ὅσοι δὲ ἐκείνου διέπρεψαν μέχρις Ἀβραὰμ, τίνες ἦσαν; Ἕλληνες; ἀλλ' οὐ συγχωρεῖ ἡ πίστις. Ἕλληνες οὐκ ἦσαν. οὐ γὰρ ἀπιστίᾳ συνέζησαν, δαίμοσιν οὐκ ἐδούλευσαν, ξοάνοις οὐχ ὑπετάγησαν, τῇ πλάνῃ τῶν δαιμόνων ἀντέστησαν. οὐ δύνανται τοίνυν Ἕλληνες ὀνομάζεσθαι. ἀλλὰ τί ἦσαν; Ἰουδαῖοι; ἀλλ' οὐκ ἐδέξαντο τὸν νόμον, οὐκ ἐφύλαξαν σάββατα, οὐ παρετήρησαν βρωμάτων διαφοράς, οὐκ εἶχον περιτομήν. εἰ τοίνυν οἱ ἀρχαῖοι μήτε Ἕλληνες, μήτε Ἰουδαῖοι ἦσαν, εὑρέθη ἕτερον ὄνομα τὸ δυνάμενον αὐτοῖς ἁρμόσαι. εἴγε μήτε Ἰουδαῖοι, μήτε Ἕλληνες οἱ πρὸ νόμου πολιτευσάμενοι, τίνα διδόασιν αὐτοῖς προσηγορίαν; τί τὸ ὑπολειπόμενον; ἢ δῆλον ὅτι χριστιανοὶ, οὐ τῇ προσηγορίᾳ, ἀλλὰ τῇ δυνάμει. διὰ τοῦτο πάντες οἱ τύποι τῆς ἐκκλησίας προέ- C λαμπον. ἀπερίτμητος ὁ Ἐνὼχ, ὥσπερ καὶ ἡ ἐκκλησία· οὐ δουλεύει νόμῳ, ὥσπερ καὶ ὁ λαὸς τοῦ Χριστοῦ· οὐκ οἶδε διαφορὰς βρωμάτων, ὥσπερ ἡ ἐκκλησία ἡ τῷ θείῳ συμπολιτευομένη λόγῳ. ἀρχαιοτέρα πάντων ἡ ἐκκλησία ἡ τῷ τύπῳ τῆς εὐσεβείας στοιχουμένη, καὶ ἡ πίστις τοῦ Ἀβραὰμ εἰκὼν ἦν οὐκ Ἰουδαίων, ἀλλὰ τῆς ἐκκλησίας. διὰ τοῦτο ὁ ἀπόστολος βασανίζει τὸν λόγον τὸν περὶ τῆς πίστεως, καὶ βουλόμενος δεῖξαι τὸν Ἀβραὰμ εἰκόνα τῆς ἐκκλησίας, καὶ οὐχὶ τῶν Ἰουδαίων, λέγει· ἀδελφοὶ, γέγραπται, ὅτι Ἀβραὰμ ἐπίστευσε τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. πότε οὖν αὐτῷ ἐλογίσθη; ἐν περιτομῇ ὄντι, ἢ ἐν ἀκροβυστίᾳ; ταῦτα Παῦλος, ὁ ἐξ Ἰουδαίων, ὁ τὸν νόμον εἰδὼς, καὶ τὰ κατὰ νόμον διασαφῶν. οὐκ ἐν περιτομῇ, ἀλλ' ἐν ἀκροβυστίᾳ· καὶ σημεῖον ἔλαβε τὴν περιτομὴν, σφραγίδα δικαιοσύνης τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ. βλέπε D πολυπλόκων νοημάτων θεωρίαν, βλέπε πῶς ἀπόστολος ἐξοικίζει μὲν τὸν Ἰσραὴλ τοῦ Ἀβραὰμ μὴ ἔχοντα τῆς πίστεως τὴν οἰκειότητα· εἰσοικίζει δὲ τὰ ἔθνη, ὡς ἔχοντα τὸν χαρακτῆρα τῆς εὐσεβείας. καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομὴν, σφραγίδα δικαιοσύνης, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν πατέρα τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας. ὁρᾷς πῶς ὁ τύπος τῆς ἐκκλησίας ἐν τῷ Ἀβραὰμ ἐπολιτεύετο; καὶ ὁ σωτὴρ δὲ βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι ἡ εὐαγγελικὴ κατάστασις πρὸς τὴν ἀρχαίαν ἄγεται κατάστασιν, λεγόντων Ἰουδαίων, Μωϋσῆς ἔγραψεν, ἐάν τις θέλῃ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, δότω αὐτῇ βιβλίον ἀποστασίου, ὁ σωτὴρ πάλιν, τὰ ἐν τῷ νόμῳ παρεντιθέμενος, οὐχ ὡς ἐκλύων, ἀλλὰ τὴν ἀληθῆ διδασκαλίαν ἐμφαίνων λέγει, Μωϋσῆς διὰ τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν εἶπεν· ἀπ' ἀρχῆς δὲ E οὐχ οὕτως ἐγένετο. βλέπε πῶς εἰς τὸ ἀρχαῖον ἡμᾶς ἀποκαθίστησιν.

Ἐπαναλαμβάνω τὸ ῥῆμα· ἀλλὰ παρακαλῶ συναγωνίσασθαι ἡμῖν διὰ τῆς σιωπῆς, ἵνα μὴ θόρυβος ἡμῖν ἀντιπνεύσας διαλύσῃ τὸ νόημα. ὁ σωτὴρ μὲν βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι ἡ εὐαγγελικὴ διδασκαλία πρὸς τὴν ἀρχαίαν ἄγει κατάστασιν, λεγόντων τῶν μαθητῶν, μᾶλλον δὲ τῶν Φαρισαίων, τί ὅτι Μωϋσῆς προσέταξεν, ἐάν τις ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, δότω αὐτῇ βιβλίον ἀποστασίου; ὁ σωτὴρ οὐ κατηγορεῖ τοῦ νόμου, ἀλλ' ἀπολογεῖται ὑπὲρ τοῦ νόμου· Μωϋσῆς ταῦτα εἶπε διὰ τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν, ἀπ' ἀρχῆς δὲ οὐχ οὕτως ἐγένετο· βλέπε πῶς εἰς τὸ ἀρχαῖον ἡμᾶς ἀποκαθίστησιν· ἀλλ' ὁ ποιήσας τὸν ἄνθρωπον, ἄρρεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. ἃ οὖν ὁ θεὸς ἔζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. καὶ διὰ πολλῶν εὑρίσκω τὸν σωτῆρα πρὸς τὴν ἀρχαίαν κατάστασιν

στασιν τὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐκοσμίαν ἀνάγοντα. ἐπολιτεύσατο τοίνυν ὁ τύπος τῆς ἐκκλησίας πρὸ τῆς περιτομῆς. καὶ πρόσεχε ἀκριβῶς. ἐπειδὴ ἀπ' ἀρχῆς ὁ τύπος τῆς ἐκκλησίας ἐπολιτεύετο, καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ὁ κανὼν τῆς ἐκκλησίας, μέσος δὲ ὁ νόμος παρεισῆλθεν, ὁ ἀπόστολος βουλόμενος δεῖξαι τῇ ἀκολουθίᾳ τρέχουσαν διὰ τοῦ χρόνου τὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐκοσμίαν, νόμος διέκυψε, λέγει· νόμος δὲ παρεισῆλθεν. οὐκ εἶπε, νόμος εἰσῆλθεν, ἀλλὰ, παρεισῆλθεν. ἄλλος γὰρ ὁ εἰσελθὼν νόμος, καὶ ἄλλος ὁ παρεισελθών. εἰσῆλθεν ἀπ' ἀρχῆς νόμος ὁ εὐαγγελικὸς, οὐχ ἡμέρας παρατηρούμενος, οὐδὲ βρωμάτων διαφορὰς ἐπιστάμενος, οὐ περιτομὴν δεχόμενος. οὗτος ἀπ' ἀρχῆς ἀπὸ τῶν ἀρχαίων ἐπολιτεύσατο ὁ νόμος, καὶ εἰς τοὺς τελευταίους κατήντησε· μέσος δὲ ὁ νόμος εἰσῆλθε, μᾶλλον δὲ παρεισῆλθε. καὶ τοῦ ἀποστόλου ἐστὶν ἀκοῦσαι λέγοντος σαφῶς, ὥσπερ εἰρήκαμεν, νόμος δὲ παρεισῆλθε. καὶ θέλεις μαθεῖν πῶς παρεισῆλθεν; ἱστορίας ἄκουε. ὥσπερ Ἰακὼβ ἐδούλευσε τῷ Λάβαν διὰ τὴν Ῥαχὴλ, καὶ περὶ αὐτὸν τὸν γάμον ἡ μὲν οὐκ εἰσῆλθε· καὶ ὁ μὲν σκοπὸς ἦν τῷ πατριάρχῃ τὴν Ῥαχὴλ λαβεῖν, ἡ δὲ ἀπάτη τοῦ πενθεροῦ ἄλλην ἀντ' ἄλλης εἰσήγαγε, καὶ εὑρέθη παρεισαγομένη ἡ μὴ ζητουμένη· οὕτω σκοπὸς ἦν τῷ θεῷ ἀεὶ τὴν ἐκκλησίαν στῆσαι· παρεισήγαγε δὲ τὴν συναγωγὴν, οὐ κατὰ βίαν καὶ ἀπάτην αὐτὴν δεχόμενος, ἀλλὰ τῷ τύπῳ τῆς παλαιᾶς ἱστορίας τὰ πράγματα συναρμόζων. καὶ ὥσπερ ὁ Ἰακὼβ σὺν τῇ Λείᾳ τὸν σκοπὸν εἶχε πρὸς τὴν Ῥαχὴλ, ἔφερε δὲ τὴν ἀπὸ τῆς ἀπάτης βίαν· οὕτω καὶ ὁ θεὸς καθ' ὃν χρόνον εἶχε τὴν συναγωγὴν, τὴν μὲν ἐμίσει, τὴν δὲ ἐπόθει. καὶ τίς ἡμῖν ὁ μαρτυρῶν λόγος; τίς ἐγγυᾶται τῆς ἱστορίας τὴν θεωρίαν; πολλάκις τῇ συναγωγῇ συζῶν ὁ θεὸς τῇ κατὰ νόμον, ἔλεγε· τὰς ἑορτὰς ὑμῶν καὶ τὰς νεομηνίας ὑμῶν ἐμίσησεν ἡ ψυχή μου. καὶ ὥσπερ ὁ Ἰακὼβ τὸ πρόσωπον τῆς Ῥαχὴλ ἠγάπα, τὸ δὲ ἀσθενὲς τῶν ὀφθαλμῶν τῆς Λείας ἀπεστρέφετο· ἦν γάρ, φησιν, ἡ Λεία ἀσθενὴς τοῖς ὀφθαλμοῖς, οὕτως ὁ θεὸς ἀπεστρέφετο τὴν συναγωγὴν, οὐ τῷ σώματι οὖσαν σαθρὰν, ἀλλὰ τὴν ψυχὴν τυφλωθεῖσαν. διὰ τοῦτο ἔλεγεν ὁ προφήτης, καὶ τίς τυφλὸς, ἀλλ' ἢ οἱ παῖδές μου; καὶ τίς κωφὸς, ἀλλ' ἢ οἱ κυριεύοντες αὐτῶν; καὶ ἐτυφλώθησαν οἱ δοῦλοι τοῦ θεοῦ. καὶ ὥσπερ ἐκεῖ διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν ὀφθαλμῶν, οὕτως ἐνταῦθα διὰ τὴν τύφλωσιν τῆς ψυχῆς ἀπεστρέφετο τὴν συναγωγήν. διὰ τοῦτο τὴν τύφλωσιν αὐτῶν ὁ σωτὴρ αἰνιττόμενος ἔλεγεν· ἄφετε αὐτοὺς, ὁδηγοί εἰσι τυφλῶν. τυφλὸς δὲ τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον ἐμπεσοῦνται. ὅτι δὲ πάντα τὸν χρόνον, καθ' ὃν ἡ συναγωγὴ συνεπολιτεύετο τῷ νόμῳ, ὁ θεὸς ἐβούλετο ἐκεῖνον τὸν λαὸν διὰ τὴν ἀγνωμοσύνην ἐκβαλεῖν, μαρτυρεῖ που προφήτης λέγων· ἀφ' ἧς ἡμέρας ἀνήγαγον πατέρας ὑμῶν ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ ἕως τῆς σήμερον, πρὸ ὀφθαλμῶν μου ἦν ἐκβαλεῖν τὴν πόλιν ταύτην. ὅτι δὲ πάλιν ἐν ὅσῳ χρόνῳ ἡ συναγωγὴ συνῆν τῷ νόμῳ, ὁ θεὸς τὸν σκοπὸν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν εἶχε, λέγει τῷ Μωϋσῇ· ἔασόν με, καὶ ἐξαλείψω αὐτοὺς, καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα καὶ πολὺ μᾶλλον. [a] εἰ τοῦτο ἔχεις ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐκκλησίαν εἰκόνα τῆς παλαιᾶς ἱστορίας, πῶς παρεισῆλθεν ὁ νόμος; ὡς ἡ Λεία τῇ Ῥαχήλ. ὅτι δὲ, ἀδελφοὶ, οὐ θεωρία οὐδὲ ἀλληγορία βεβιασμένη, ἀλλ' ἀληθῶς εἰκὼν ἦν αὕτη τοῦ Ἰακὼβ, καὶ ὅτι ὁ Ἰακὼβ τοῦ θεοῦ τύπον ἐπλήρου, τοῦ ποτὲ μὲν τὴν συναγωγὴν, νῦν δὲ τὴν ἐκκλησίαν ἔχοντος, αὐτὸς βοᾷ διὰ τοῦ προφήτου· ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην. καὶ ἐδούλευσεν Ἰακὼβ ἐν γυναικὶ, καὶ ἐν γυναικὶ ἐφυλάξατό με. διὰ τί οὖν ἐφύλαξεν; ἢ πῶς ἐφύλαξεν; εὑρήσεις, ἀδελφὲ, κατὰ ἄλλην πάλιν θεωρίαν τὸν Ἰακὼβ ἑτέρως λαμβάνοντα τὴν γυναῖκα, ἑτέρως δὲ τὸν Ἰσαὰκ τὸν πατέρα τοῦ Ἰακώβ. Ἰσαὰκ λαμβάνων τὴν γυναῖκα, οὐκ αὐτὸς ἦλθεν εἰς τὴν μέσην τῶν ποταμῶν, καὶ ἔλαβεν, ἀλλ' ἀπέστειλε τὸν δοῦλον αὐτοῦ, καὶ ἐμνηστεύσατο· ὁ δὲ Ἰακὼβ οὐ διὰ δούλου μνηστεύεται, ἀλλὰ δι' ἑαυτοῦ. ἦν γὰρ καὶ τοῦτο τύπος τῆς παλαιᾶς καὶ τῆς νέας. τὴν γὰρ παλαιὰν συναγωγὴν μνηστευσάμενος ὁ θεὸς, διὰ τοῦ οἰκέτου Μωϋσέως λαμβάνει. Ἰσαὰκ λαμβάνων

[a] εἰ τοῦτο ἔχεις ἐν ἑαυτῷ, locus suspectus.

A siam reducere. Figura igitur Ecclesiæ viguit ante circumcisionem. Attendite diligenter. Quia ab initio figura Ecclesiæ viguit, ac postmodum rursus ipsa Ecclesiæ regula statuta est, lex vero media interposita fuit, ut ostendat Apostolus ecclesiasticum bonum statum in serie temporum sequi & currere, legem vero interpositam esse, ait: *Lex autem subintravit.* Non dixit, lex intravit, sed subintravit. Alia enim lex est quæ intrat, alia quæ subintrat. Intravit ab initio lex evangelica, non dies observans, non ciborum differentiam agnoscens, non circumcisionem accipiens. Hæc lex ab initio a priscis illis servabatur, & ad postremos pervenit. Intermedia vero lex intravit, imo potius subintravit. Apostolumque audire est clare dicentem, ut B nos diximus, *Lex subintravit.* Vis discere quo subintravit? historiam audi. Ut Jacob propter Rachelem Labano servivit: at tempore nuptiarum illa non intravit: scopus tamen patriarchæ erat Rachelem ducere, sed fraus soceri aliam pro alia induxit, & inducta deprehensa fuit illa quæ non quærebatur; ita Dei scopus erat semper ut Ecclesiam statueret: subinduxit vero synagogam, non per vim & fraudem illam assumens; sed ad figuram veteris historiæ res coaptans. Ac quemadmodum Jacob accepta Lia, in scopo semper Rachelem habuit, sed vim fraude illatam tulit; sic & Deus quo tempore synagogam habuit, hanc oderat, illam diligebat. Et quis nobis hoc testificatur? Quis historiæ sic considerataæ sponsor est? Sæpe Deus cum synagoga legem servante versans dicebat: *Festa vestra &* C *neomenias vestras odit anima mea.* Ac quemadmodum Jacob Rachelis faciem amabat, & lippitudinem oculorum Liæ aversabatur. *Erat* enim, inquit, *Lia infirma oculis*; sic Deus aversabatur synagogam, non corpore corruptam, sed anima cæcam. Ideo dicebat propheta: *Et quis cæcus, nisi filii mei? Et quis surdus, nisi qui dominantur eis?* & cæci facti sunt servi Dei. Ac sicut illic ob oculorum infirmitatem; ita hîc ob cæcitatem animæ synagogam oderat. Idcirco cæcitatem illorum Servator subindicans dicebat: *Dimittite illos, duces sunt cæcorum: cæcus si cæcum ducat, ambo in foveam cadent.* Quod vero toto tempore, quo synagoga secundum legem vixit, Deus voluerit populum illum ob ingratum animum repudiare, testificatur propheta D dicens: *Ex qua die reduxi patres vestros de terra Ægypti, & usque hodie, præ oculis habebam ut ejiciam civitatem hanc.* Quod vero rursum toto tempore quo synagoga in lege versabatur, Deus Ecclesiam in scopo habuerit, ideo dicit Moysi: *Sine me, & delebo illos, & faciam te in gentem magnam, & multo majorem.* Si in te fixum habes, Ecclesiam esse imaginem veteris historiæ, quomodo subintravit lex? Ut Lia in locum Rachelis. Quod vero, fratres, hæc non mera speculatio sit, nec allegoria violenter inducta; sed vera Jacobi imago: & quod Jacob Dei figuram impleverit, qui aliquando synagogam, nunc Ecclesiam habuerit, ipse Deus per prophetam clamat: *Ego visiones multiplicavi, & in manibus prophetæ assimilatus sum. Et servivit Jacob in* E *muliere, & in muliere servavit me.* Cur servavit, & quomodo servavit? Invenies, frater, secundum aliam speculationem, alio modo Jacobum uxorem duxisse, alio Isaacum patrem Jacobi. Isaac cum uxorem duxit, non ipse venit in Mesopotamiam ut acciperet; sed misit servum suum, & desponsavit; Jacob vero non per servum contrahit, sed per seipsum. Erat enim hæc etiam figura veteris & novæ legis. Nam cum veterem synagogam desponsat Deus, per servum Moysem id agit. Isaac uxorem ducens per servum

Rom. 5. 20.
Isai. 1. 14.
Gen. 29. 17.
Isai. 42. 19.
Matth. 15. 14.
Exod. 32. 10.
Osee 12. 10.

desponsat, & ejus ministerio nuptias contrahit.
Jacob vero non mittit servum, etsi servos haberet; sed ipse venit in Mesopotamiam. Solus venit, qui multos servos habuit. Solus venit, qui multa subjugalia habebat. Nam Deus benedixit domum Domini Abraham, in pecoribus, argento, auro, servis, equis, aliisque. Qui tot opes habebat Jacob, cum sola virga venit, aitque:
Gen. 32. 10. *Cum virga mea transivi Jordanem hunc*; ac si diceret, cum sola virga solus egressus sum, qui multorum dominus eram. Egressus est Jacob solus, venit in Bethel, & recubuit vespere, lapidemque capiti supposuit: non domum, non diversorium reperit. Imago quippe erat dicen-
Matth. 8. 20. tis, *Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet*. Deinde, fratres, dormiens vidit cælum apertum. Quemadmodum enim Christus non habebat ubi caput reclinaret in terra; sed cælum ipsi & cælestia aperta erant; sic dormit Jacob, domum non habens, & cælum videns apertum, scalamque a terra usque in cælum firmatam. Alia vero ratione figura erat eorum qui persequutionem patiuntur. Quia enim ab Esaü fugiens venit in Mesopotamiam; ut ostenderet Deus omni persequutionem patienti cælum apertum esse, videt cælum apertum, & scalam firmatam a terra usque ad cælum, & Angelos Dei
Gen. 28. 13. ascendentes & descendentes per scalam. *Et Dominus*, inquit, *firmabatur in illa*. Non dixit simpliciter, sedebat; sed, firmabatur in scala. Quæ scala? Imago crucis: per illam enim in cælum ascenditur. Et alii per illam in cælum ascendebant, alii per illam descendebant. Judæi per crucem de cælo delapsi sunt, & Gentes per crucem in cælum adducuntur.

4. Verum quia ubique vitanda est allegoria violenter inducta, & quæ dicuntur Scripturarum testimoniis sunt obsignanda; ut ostenderet Servator in Evangeliis, Angelos illos qui ascendebant & descendebant, evangelicæ gratiæ figu-
Joan. 1. 48. ram implevisse, dicit Nathanaël: *Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credidisti; majora his videbis. Amen dico vobis, jam videbitis cælum apertum, & Angelos Dei ascendentes & descendentes supra Filium hominis*. Venit in Mesopotamiam, & ut visionem habuit, dixit: *Non est hoc aliud, nisi domus Dei*. Atqui non vidisti domorum structuram, sed scalam. Verum quia sciebat scalam esse figuram Ecclesiæ, dicit: Hæc est domus Dei, hæc est Ecclesia. Et undenam domus Dei Ecclesia est? Id dicit Paulus hæc Ti-
1. Tim. 3. 15. motheo scribens: *Spero me ad te venire cito. Si autem tardavero, ut scias quomodo oporteat in domo Dei conversari, quæ est Ecclesia Dei vivi*. Deinde implens in omnibus imaginem Christi inopis, divitiarum osoris, mundanum omnem
Gen. 28. 20. fastum abjicientis, dicit: *Si fuerit Dominus Deus mecum, & dederit mihi panem ad manducandum, & vestimentum quo operiar*. Vide quomodo philosophi anima ea quæ satis sint non excedat: *Si fuerit Dominus meus mecum, & duxerit me in via, & dederit mihi panem ad manducandum, & vestimentum quo operiar*. Ante Evangelium apostolica loquitur: *Si dederit mihi panem ad manducandum, & vestimentum quo operiar*. Paulus per Jacobum loquitur:
1. Tim. 6. 8. *Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti erimus*. *Erit mihi locus hic, domus Dei*. Sic enim interpretantur Bethel. Nam *Beth* est domus, *Hel* vero Dei. Abiit in Mesopotamiam: ac primo illi puteus occurrit. Venit ad puteum qui tectus erat, & invenit ibi pastores. In omnibus imago Christi. Primus adventus Christi est ad
Joan. 4. 14. baptismum, ad puteum, puteum aquæ salientis in vitam æternam. Invenit puteum tectum: nam gratia ante adventum ejus abscondita erat. Dicit Jacob pastoribus: Quid statis adhuc? multum diei superest, potum date pecoribus, & abducite illa. Respondent illi, Nisi ve-

A γυναῖκα διʼ οἰκέτου μνηστεύεται, καὶ διʼ οἰκέτου μνηστευσάμενος λαμβάνει. ὁ δὲ Ἰακὼβ οὐκ ἀποστέλλει οἰκέτην, καίτοι ἔχων οἰκέτας, ἀλλʼ αὐτὸς ἦλθεν εἰς τὴν μέσην τῶν ποταμῶν. ἦλθεν αὐτὸς μόνος ὁ πολλοὺς οἰκέτας ἔχων· μόνος ἦλθεν ὁ πολλὰ ὑποζύγια ἔχων. ὁ γὰρ θεὸς εὐλόγησε τὸν οἶκον τοῦ δεσπότου Ἀβραὰμ ἐν κτήνεσι καὶ ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ καὶ δούλοις, καὶ ἵπποις, καὶ τοῖς ἄλλοις. καὶ τοσαῦτα κτήματα ἔχων ἔρχεται τὴν ῥάβδον ἔχων μόνην, καὶ λέγει ὁ Ἰακώβ· τῇ ῥάβδῳ μου διῆλθον τὸν Ἰορδάνην τοῦτον, ἀντὶ τοῦ, ῥάβδον μόνην ἔχων ἐξῆλθον μόνος, ὁ πολλῶν δεσπότης. ἐξῆλθεν Ἰακὼβ μόνος, ἦλθεν εἰς Βεθὴλ, καὶ ἐκοιμήθη τὴν ἑσπέραν, καὶ ὑπέθηκε λίθον τῇ κεφαλῇ· οὐκ οἶκον εὗρεν, οὐ κατάλυμα. B εἰκὼν γὰρ ἦν τοῦ λέγοντος, ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ. εἶτα, ἀδελφοὶ, καθεύδων βλέπει τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον. ὥσπερ γὰρ τῷ Χριστῷ οὐκ ἦν κλῖναι τὴν κεφαλὴν ἐπὶ τῆς γῆς, οὐρανὸς δὲ αὐτῷ καὶ τὰ ἐπουράνια ἀνέῳκτο· οὕτω καθεύδει Ἰακὼβ, οἶκον οὐκ ἔχων, καὶ τὸν οὐρανὸν βλέπων ἀνεῳγμένον, καὶ κλίμακα ἀπὸ γῆς ἕως οὐρανοῦ ἐστηριγμένην. ἦν δὲ καὶ ἄλλῳ λόγῳ τύπος τῶν διωκομένων. ἐπειδὴ γὰρ τὸν Ἠσαῦ φεύγων ἦλθεν εἰς τὴν μέσην τῶν ποταμῶν, βουλόμενος δεῖξαι ὁ θεὸς, ὅτι παντὶ τῷ ἐπὶ γῆς διωκομένῳ οὐρανὸς ἀνέῳκται, βλέπει τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον, καὶ κλίμακα ἐστηριγμένην ἀπὸ γῆς ἕως τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοὺς ἀγγέλους τοῦ θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας διὰ τῆς κλίμακος. καὶ ὁ κύριος, φησιν, ἐπεστήρικτο. οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, ἐκάθητο, ἀλλʼ, ἐπεστήρικτο τῇ κλίμακι. τίς δὲ ἡ C κλίμαξ; εἰκὼν τοῦ σταυροῦ. διʼ αὐτοῦ γάρ ἐστιν ἀνελθεῖν εἰς τὸν οὐρανόν. καὶ οἱ μὲν διʼ αὐτοῦ ἀνῆλθον εἰς τὸν οὐρανὸν, οἱ δὲ διʼ αὐτοῦ κατῆλθον. Ἰουδαῖοι ἐξέπεσον τῶν οὐρανῶν διὰ σταυροῦ, καὶ ἔθνη εἰς οὐρανὸν ἀνάγονται διὰ τοῦ σταυροῦ.

Ἀλλʼ ἐπειδὴ δεῖ πανταχοῦ φεύγειν τὴν βίαν τῆς ἀλληγορίας, καὶ μαρτυρίαις ἐγγράφοις σφραγίζειν τὰ λεγόμενα, ἵνα δείξῃ ὁ σωτὴρ διὰ τῶν εὐαγγελίων, ὅτι οἱ ἄγγελοι ἐκεῖνοι οἱ ἀναβαίνοντες καὶ καταβαίνοντες εἰκόνα τῆς εὐαγγελικῆς ἐπλήρουν χάριτος, λέγει τῷ Ναθαναήλ· ἐπειδὴ εἶπόν σοι, εἶδόν σε ὑπὸ τὴν συκῆν, ἐπίστευσας· μείζονα τούτων ὄψει. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀπάρτι ὄψεσθε τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον, καὶ τοὺς ἀγγέλους τοῦ θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. ἦλθεν ἐπὶ τὴν μέσην τῶν ποταμῶν καὶ ὡς εἶδε τὸ ὅραμα, λέγει· οὐκ ἔστι τοῦτο, ἀλλʼ ἢ οἶκος θεοῦ. καὶ μὴν οὐκ εἶδες οἴκων οἰκοδομὴν, ἀλλὰ κλίμακα. ἀλλʼ D ἐπειδὴ ᾔδει ὅτι ἡ κλίμαξ τύπος ἐστὶ τῆς ἐκκλησίας, λέγει, τοῦτο οἶκος θεοῦ, τοῦτο ἐκκλησία ἐστί. καὶ πόθεν τοῦτο, ὅτι οἶκος θεοῦ ἐκκλησία ἐστί; λέγει Παῦλος Τιμοθέῳ ταῦτα γράφων· ἐλπίζω ἐλθεῖν πρὸς σὲ τάχιον. ἐὰν δὲ βραδύνω, ἵνα εἰδῇς πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ θεοῦ ἀναστρέφεσθαι, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία θεοῦ ζῶντος. εἶτα πληρῶν διὰ πάντων τὴν εἰκόνα τοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀκτήμονος, τοῦ μισοπλούτου, τοῦ μηδὲν δεχομένου φάντασμα κοσμικὸν, λέγει· ἐὰν ᾖ κύριος ὁ θεὸς μετʼ ἐμοῦ, καὶ δώσῃ μοι ἄρτον φαγεῖν καὶ ἱμάτιον περιβαλέσθαι. βλέπε πῶς ἡ φιλόσοφος ψυχὴ τὴν αὐτάρκειαν οὐκ ἐκβαίνει. ἐὰν ᾖ κύριος ὁ θεὸς μετʼ ἐμοῦ, καὶ ὁδηγήσῃ με ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ δώῃ μοι ἄρτον φαγεῖν καὶ ἱμάτιον περιβαλέσθαι. πρὸ τῶν E εὐαγγελικῶν τὰ ἀποστολικὰ φθέγγεται, καὶ ἐὰν δῷ μοι ἄρτον φαγεῖν καὶ ἱμάτιον περιβαλέσθαι. Παῦλος διὰ τοῦ Ἰακὼβ φθέγγεται· ἔχοντες γὰρ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα. ἔσται μοι ὁ τόπος οὗτος, οἶκος θεοῦ. τοῦτο γὰρ καὶ ἑρμηνεύεται τὸ Βεθήλ. Βὲθ γάρ ἐστιν οἶκος· τὸ δὲ Ἠλ θεοῦ. ἀπῆλθεν εἰς τὴν μέσην τῶν ποταμῶν, καὶ πρῶτον αὐτῷ συναντᾷ φρέαρ. ἦλθεν ἐπὶ τὸ φρέαρ, καὶ τοῦτο ἐσκέπαστο, καὶ εὗρεν ἐκεῖ ποιμένας. εἰκὼν κατὰ πάντα Χριστοῦ. πρώτη παρουσία Χριστοῦ ἐπὶ τὸ βάπτισμα, ἐπὶ τὸ φρέαρ, φρέαρ τὸ ἁλλόμενον εἰς ζωὴν αἰώνιον. εὑρίσκει τὸ φρέαρ ἐσκεπασμένον, ἐπειδὴ καὶ ἡ χάρις πρὸ τῆς παρουσίας ἐκεκάλυπτο. λέγει Ἰακὼβ τοῖς ποιμέσι, τί ἑστήκατε ἔτι; πολλὴ ὥρα ἐστί· ποτίσαντες τὰ πρόβατα ἀπαγάγετε. οἱ δὲ πρὸς αὐτὸν, ἐὰν

μὴ πάντες ἔλθωσιν οἱ ποιμένες, οὐ δυνάμεθα ἀποκυλίσαι τὸν λίθον. Καὶ τί εὐθέως ὁ Ἰακώβ; ὃ διὰ πολλῶν καὶ διὰ πάντων ἐχρῆν γίνεσθαι τῶν ποιμένων, μόνος ποιεῖ. λαβὼν γὰρ ἀποκυλίει τὸν λίθον. πῶς οὖν ἠδύνατο τοῦτο μόνος ποιῆσαι, ὃ πολλοὶ μόλις ἐποίουν; ἀλλ᾽ ἐπειδὴ εἰκὼν ἦν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ γραφὴ τὴν δύναμιν ἔδειξε τοῦ δεσπότου, ὅτι ὃ μὴ ἠδυνήθησαν πολλοὶ κατορθῶσαι, ἡ εὐαγγελικὴ χάρις κατώρθωσεν. ἐκεῖ εὑρίσκει τὴν Ῥαχὴλ ἐρχομένην· πανταχοῦ γὰρ οἱ δίκαιοι οἱ ἀρχαῖοι τῷ πλείστῳ μέρει ἀπὸ φρεάτων ἐδέξαντο τὰς μνηστὰς ἑαυτῶν. Μωϋσῆς ἀπὸ φρέατος ἔσχε τὴν γυναῖκα τὴν θυγατέρα τοῦ Ἰοθώρ, Ἰακὼβ ἀπὸ φρέατος, ὁ δοῦλος τοῦ Ἀβραὰμ ἀπὸ φρέατος ἐδέξατο τὴν Ῥεβέκκαν. πανταχοῦ τὰ μνῆστρα τῶν ἀρχαίων ἀπὸ φρέατος· ἐπειδὴ καὶ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑτέρωθεν μνηστεύεται τὴν ἐκκλησίαν, ἢ ἀπὸ τῶν ὑδάτων. καὶ ἵνα συντέμω, εἰσῆλθεν, ᾔτησε τὴν Ῥαχήλ, παρεισῆλθεν ἡ Λεία. τοῦ προκειμένου δὴ ἔχεσθαι καὶ εἰς τὸ προκείμενον ἐπανελθεῖν ἀναγκαῖον. νόμος οὖν παρεισῆλθεν, οὐκ εἰσῆλθεν· ἐπειδὴ οὐδὲ ἡ Λεία εἰσῆλθεν, ἀλλὰ παρεισῆλθεν. εἰσελθεῖν γάρ ἐστι τὸ γυμνῇ τῇ παῤῥησίᾳ χρήσασθαι· παρεισελθεῖν δὲ τὸ μετ᾽ ἄλλου πλαγιάσαντα συνεισελθεῖν. παρεισῆλθεν οὖν καὶ ἡ ἁμαρτία, παρεισῆλθε διὰ τοῦ νόμου διάβολος. ἡ γὰρ ἁμαρτία ἀφορμὴν λαβοῦσα διὰ τῆς ἐντολῆς, ἐξηπάτησέ με, καὶ δι᾽ αὐτῆς ἀπέκτεινεν. ἵνα μὴ οὖν τις νομίσῃ τὴν ἐντολὴν εἶναι τὴν θανατοποιόν, λέγει· ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή. τὸ οὖν ἀγαθὸν ἐν ἐμοὶ γέγονε θάνατος; μὴ γένοιτο· ἀλλ᾽ ἵνα ἡ ἁμαρτία φανῇ διὰ τοῦ ἀγαθοῦ μοι κατεργαζομένη θάνατον. πανταχοῦ ἁμαρτωλὸν λέγει τὴν ἁμαρτίαν, τουτέστι, τὸν διάβολον· ἵνα, φησί, φανῇ καθ᾽ ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ὁ διάβολος, διὰ τῆς ἐντολῆς ἐργαζόμενος θάνατον. οἴδαμεν ὅτι ὁ νόμος πνευματικός ἐστιν, ἐγὼ δὲ σαρκικός εἰμι. σύ, Παῦλε, σαρκικός, ὁ ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος κυβερνώμενος, ὁ λαλοῦντα ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν Χριστόν; εἰ σὺ σαρκικός, διὰ τί τοὺς μαθητὰς τοὺς σοὺς ἠπάτησας λέγων· ὑμεῖς οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκί, ἀλλ᾽ ἐν πνεύματι; οἱ μαθηταί σου οὐκ εἰσὶν ἐν σαρκί, καὶ σὺ σαρκικὸς εἶ; ἐγὼ δὲ σαρκικός εἰμι. ἐγώ. τίς; ὁ πρὸ τοῦ νόμου καὶ ἐν τῷ νόμῳ πολιτευσάμενος, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν. οὐκ εἶπε, πραθεὶς ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἀλλά, πεπραμένος τῇ ἁμαρτίᾳ. οὐ γὰρ ἕτερός τις τῶν ἀνθρώπων πέπρακεν, ἀλλ᾽ ἑαυτὸν ἐπώλησεν. ὥσπερ γὰρ ἐν ἡμῖν τοῖς ἀνθρώποις εἰσί τινες οἱ κατὰ ἀνάγκην πιπρασκόμενοι, εἰσὶ δὲ ἄλλοι ἐλευθερίας μετέχοντες, δι᾽ ἐπιγαμίας δὲ παιδισκῶν ἢ ἑτέρας τινὸς ἀνάγκης εἰς δουλείαν αὐτοὺς ἐκδιδόασιν· οὕτω καὶ ὁ ἄνθρωπος, ἐλεύθερος ὢν τὴν φύσιν, καὶ ἐλευθέρας φύσεως λαχών, ἑκὼν ἑαυτὸν ἐπώλησε. θέλεις ἰδεῖν ἑαυτὸν πωλοῦντα ἄνθρωπον; βλέπε τί φησιν ὁ Ἠλίας πρὸς τὸν Ἀχαάβ, ὡς ἀπέστειλεν αὐτὸν ὁ θεὸς ἐλέγξαι αὐτὸν διὰ τὸν ἀμπελῶνα, ὃν ἀφείλετο τοῦ Ναβουθέ. λέγει αὐτῷ Ἀχαάβ, εὕρηκάς με ὁ ἐχθρός μου; λέγει αὐτῷ Ἠλίας· εὕρηκά σε, διότι ἐπράθης ποιῆσαι τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου. ἡ γὰρ πρᾶσις ἡμῶν διὰ τῶν ἔργων τῆς πονηρίας. ἐγὼ δὲ σαρκικός εἰμι, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν. ὁ γὰρ τῇ κακῇ συνηθείᾳ προειλημμένος, οὐδέ, ἂν θέλῃ, ἑαυτὸν εὐκόλως ἐκβάλλει τῆς δουλείας. δευτέρα γὰρ φύσις ἡ συνήθεια· καὶ ἡ φύσις κατὰ τῶν ἀνθρώπων. διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν· οὐ γὰρ ὃ βούλομαι, τοῦτο ποιῶ, ὡς ἅπαξ πεπραμένος, οὐδὲ ὃ θέλω, τοῦτο πράσσω. ταῦτα πρέποντα οἰκέτῃ τὰ ῥήματα. ὥσπερ γάρ τις οὐχ, ἃ θέλει, πράττει, ἀλλὰ κελεύεται· οὕτως ὁ ἄνθρωπος οὐκ εἶχεν ἐξουσίαν ποιεῖν ἃ ἐβούλετο, ἀλλὰ ἐκελεύετο ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας. λοιπὸν γὰρ ἐβασίλευσεν ἡ ἁμαρτία· βασιλεῖ δὲ ἀντιλέγειν οὐκ ἦν. πέπρατο τοίνυν ὁ ἄνθρωπος, οὐχ ὁ Παῦλος, ἀλλ᾽ εἰκὼν τοῦ ἀνθρώπου, τὸ πλάσμα τὸ τῆς ἐλευθερίας. καὶ ἵνα συντέμω, ὅτε εἶπε, πολλὰ τῆς ἠναγκασμένης δουλείας τεκμήρια ἐπήγαγε· ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; βλέπεις πῶς εἰσήγαγε τὸν ἄνθρωπον, ὡς ἐν δουλείᾳ πικρᾷ καὶ τυραννίδι ἐξεταζόμενον, καὶ ἀποδύσασθαι ἐπιποθοῦντα τὴν δουλείαν, καὶ ἐπιζητοῦντα τὴν

A nerint omnes pastores, non possumus revolvere lapidem. Ecquid tum Jacob, quod a multis & ab omnibus faciendum erat, solus fecit? nam arreptum lapidem revolvit. Quomodo potuit solus facere quod multi vix faciebant? Sed quia imago Christi erat, virtutem quoque Domini Scriptura declaravit, nempe quod multi facere non potuerant, evangelica gratia perfecit. Illic occurrit venienti Racheli. Nam plerique prisci justi a puteis sponsalia accipiebant. Moyses a puteo accepit uxorem filiam Jothoris, Jacob a puteo; servus Abrahami a puteo accepit Rebeccam. Ubique sponsalia veterum a puteo. Quoniam Christus non aliunde desponsat Ecclesiam, quam ab aquis. Et ut paucis dicam, intravit, petivit Rachelem, subintravit Lia. Instituto namque hærere & ad institutum reverti opere precium fuerit.

B Lex ergo subintravit, non intravit, quandoquidem neque Lia intravit, sed subintravit. Intrare namque est palam & fidenter ingredi; subintrare, cum alio furtim se immittere. Subintravit ergo etiam peccatum, subintravit per legem diabolus. *Nam peccatum, occasione accepta per mandatum, seduxit me, & per illud occidit.* Rom. 7. 11. 12. Ne quis ergo putet mandatum inferre mortem, addit: *Itaque lex quidem sancta, & mandatum justum & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed ut peccatum appareat, per bonum operatum est mihi mortem.* Ubique peccatorem vocat peccatum, id est, diabolum. Ut, inquit, diabolus supra modum peccator appareat, dum per mandatum operatur mortem. *Scimus quia lex spiritualis est, ego autem carnalis sum.* Tu, Paule, carnalis, qui a Spi-

C ritu sancto gubernaris, qui loquentem in te habes Christum? Si tu carnalis, cur discipulos tuos decepisti dicens: *Vos non estis in carne, sed in spiritu?* Rom. 8. 9. Discipuli tui non sunt in carne, & tu carnalis es? *Ego autem carnalis sum.* Ego; quis? Qui ante legem & in lege conversatus sum, venditus sub peccato. Non dixit, Venditus a peccato; sed venditus peccato. Non enim alius homo vendidit; sed se ipse vendidit. Quemadmodum enim apud nos homines sunt aliqui qui per vim venduntur, alii autem liberi, qui vel ut ancillas ducant uxores, vel ob aliam quamdam necessitatem servituti se dedunt; sic & homo natura liber, & liberam naturam nactus, sponte seipsum vendidit. Vis videre hominem seipsum vendentem, perpende quid dicat

D Achabo Elias, cum misit illum Deus, ut ipsum redargueret circa vineam, quam abstulerat a Nabuthe. Dicit ei Achab: *Invenisti me inimicus meus? Dixit illi Elias: Inveni te, quia venditus es ut faceres malum coram Domino.* 3. Reg. 21. 20. Venditio enim nostra fit per opera nequitiæ. *Ego autem carnalis sum, venditus sub peccato.* Qui enim mala consuetudine captus est, neque si voluerit, sese facile ex servitute expedit. Nam consuetudo est secunda natura: ipsaque natura contra homines pugnat. Ideo intulit: Non enim quod volo facio, ut semel venditus, neque quod volo operor. Hæc verba servum decent. Sicut

E enim ille non quæ vult facit, sed quæ jubetur; sic homo non habebat potestatem faciendi ea quæ vellet, sed a peccato jubebatur. Jam enim regnabat peccatum. Regi vero contradici non poterat. Venditus ergo erat homo non Paulus, sed imago hominis, figmentum libertatis. Ut paucis absolvam, cum servitutis per vim inductæ multa indicia dedisset, subjunxit: *Miser ego homo, quis me liberabit a corpore mortis hujus?* Rom. 7. 24. Viden' quomodo induxit hominem, quasi acerba servitute & tyrannide exagitatum, qui servitutem excutere optaret, libertatem quæreret,

& beneficium postularet? *Miser ego homo, quis me liberabit?* Quis veniet? *Gratias ago Deo per Dominum nostrum Jesum Christum.* Ut ostendat tibi, quod venditum peccato dicat eum qui aliquando sub lege erat, liberos autem a venditione eos qui per evangelicam gratiam redemti fuerant, dicit, *Miser ego homo, quis me liberabit? Gratias ago Deo per Dominum nostrum Jesum Christum.*
Rom. 8. 2. *Liberavit me a lege peccati. Lex enim Spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me.* Viden' quomodo hominem & liberatum & servientem induxit? Neque de se tantum loquitur, sed de omni humana natura simul. *Lex enim Spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me a lege*
Rom. 8. 3. *peccati & mortis.* Et quomodo liberatus es? *Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem.* Quia lex præcipiebat bonum: caro autem non obediebat, utpote peccato vendita; quæ non potuit lex efficere propter infirmitatem carnis, effecit per virtutem carnis Christi. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur, propter infirmitatem carnis; non enim per seipsam
Rom. 8. 3. 4. lex infirmabatur, sed per carnem; *Deus mittens Filium suum in similitudinem carnis peccati, condemnavit peccatum in carne, ut justificatio legis impleretur in nobis, non secundum carnem ambulantibus, sed secundum Spiritum.* Dei igitur gratiæ tribuitur quæstionum solutio; quia Paulus hæc non de se loquitur, neque suam calumniatur libertatem, non seipsum sub peccatum ponit, neque se spiritualem & carnalem inducit. Sed verbo exhibuit ceu in imagine, hominem ut ante legem erat, ut in lege, ut post gratiam. Deinde in notitiam induxit, quis esset homo ante legem, quis in lege, quis post libertatem in Christo acquisitam? *Deus Filium suum misit in similitudinem carnis peccati.*

5. Hic solvitur alia quæstio: Dicunt enim [a] non Apollinaristæ tantum, sed etiam Ariani & Eunomiani, Servatorem carnem tantum assumsisse, non animam. Et alii quidem argutius dixerunt assumsisse animam sine mente; alii carnem tantum. Demonstratum autem a nobis fuit in priori concione solere Scripturam hominem ita commemorare, ut hominem vocet illius partem. Aliquando enim ex carne totum hominem
Ps. 64. 3. vocat: *Ad te omnis caro veniet*; id est, omnis
Act. 7. 14. homo; aliquando ex anima, ut cum dicit: *In septuaginta quinque animabus descendit Jacob in*
Ps. 150. 6. *Ægyptum*; aliquando a spiritu: sic, *Omnis spiritus laudet Dominum.* Ostende igitur ubinam carnem vocet Scriptura eam quæ inanimata est: nam cum obiit homo, non jam caro dicitur, sed corpus mortuum. Nemo unquam mortuum carnem vocavit, sed corpus mortuum. Quamdiu enim vivificam vim habet & vivit, caro vocatur; mortua autem, caro non appellatur, sed corpus dicitur. Corpus autem est, inanimatum omne, lapis corpus est, itemque lignum, & spiritus anima carens, corpus dicitur. Dic vero mihi, cur non acceperit animam? Venit, inquis, ipse per semetipsum ut salutem pariat, neque anima nostra opus habuit. Cur ergo carnem assumsit? Quia non poterat ut Deus apparere carnem assumsit, ut nobiscum versaretur. Ergo caro non habebat animam? Quomodo igitur esurivit & sitivit, quomodo fatigata est? Nam si abjecta anima Deum inducis, & famem & sitim illi tribuis. Alioquin, fratres, nisi esset & Deus Verbum & animatus homo vas humanitatis ipsi unitum, sed sola esset divinitas in carne, de qua anima Servator dixisset: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum?* Si sola deitas erat, non autem anima, quis commen-
Luc. 23. 46. dans, quid commendatum fuit? *Pater, in manus*

A ἐλευθερίαν, καὶ ἐπικαλούμενον τὴν εὐεργεσίαν; Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται; τίς ἔρχεται; εὐχαριστῶ τῷ θεῷ διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἵνα δείξῃ σοι, ὅτι πρᾶσιν τῆς ἁμαρτίας λέγει τόν ποτε ὑπὸ τὸν νόμον, ἐλευθερίαν δὲ τῶν πεπραμένων τοὺς διὰ τῆς εὐαγγελικῆς χάριτος ἐξαγορασθέντας, λέγει, Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται; εὐχαριστῶ τῷ θεῷ διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας. ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἠλευθέρωσέ με. ὁρᾷς πῶς τὸν ἄνθρωπον τὸν ἐλευθερούμενον καὶ τὸν δουλεύοντα εἰσήγαγε; καὶ οὐ περὶ ἑαυτοῦ μόνου φθέγγεται, ἀλλὰ περὶ πάσης ὁμοῦ τῆς ἀνθρωπότητος. ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁ-
B μαρτίας καὶ τοῦ θανάτου. καὶ πῶς ἠλευθερώθης; τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκός· ἐπειδὴ ὁ μὲν νόμος ἐκέλευε τὸ ἀγαθόν, ἡ δὲ σὰρξ οὐχ ὑπήκουεν, ὡς πεπραμένη τῇ ἁμαρτίᾳ· ἃ μὴ ἠδυνήθη ὁ νόμος κατορθῶσαι διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκός, κατώρθωσε διὰ τῆς δυνάμεως τῆς σαρκὸς τοῦ Χριστοῦ. τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκός· οὐ γὰρ δι' ἑαυτοῦ ἠσθένει ὁ νόμος, ἀλλὰ διὰ τῆς σαρκός· ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί, ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν, τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. ἀποδέδοται τοίνυν θεοῦ χάριτι τῶν ζητουμένων ἡ λύσις, ὅτι οὐ περὶ ἑαυτοῦ ταῦτα Παῦλος φθέγγεται, οὐδὲ τὴν ἑαυτοῦ συκοφαντεῖ ἐλευθερίαν, οὐχ ἑαυτὸν ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν τίθησιν, οὐδὲ πνευ-
C ματικὸν καὶ σαρκικὸν ἑαυτὸν εἰσηγεῖται· ἀλλ' ἔστησεν, ὥσπερ ἐν εἰκόνι, τῷ λόγῳ τὸν πρὸ τοῦ νόμου ἄνθρωπον, τὸν ἐν τῷ νόμῳ, τὸν μετὰ τὴν χάριν· εἶτα ἐποίησεν εἰσελθεῖν εἰς ἐπίγνωσιν, τίς ἦν ὁ ἄνθρωπος ὁ πρὸ τοῦ νόμου; τίς ἐν τῷ νόμῳ; τίς μετὰ τὴν ἐν Χριστῷ ἐλευθερίαν; ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας.

Ἐνταῦθα λύεται καὶ τὸ ἕτερον ζήτημα. λέγουσι γὰρ [a] οὐκ Ἀπολινάριοι μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἀρειανοὶ καὶ Εὐνομιανοί, ὅτι σάρκα μόνον ἀνέλαβεν ὁ σωτήρ, οὐχὶ δὲ καὶ ψυχήν. καὶ οἱ μὲν ἐφιλοτιμήσαντο, καὶ εἶπον ψυχὴν ἄνευ νοῦ, οἱ δὲ σάρκα μόνην τὸν σωτῆρα εἰληφέναι. ἀποδέδεικται δὲ ἡμῖν διὰ τῶν προειρημένων τῇ προτεραίᾳ, ὅτι ἡ γραφὴ εἴωθε τοῦ ἀνθρώπου μνημονεύειν, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ μέρους καλεῖν. ποτὲ γὰρ ὑπὸ τῆς σαρκὸς τὸν πάντα ἄνθρωπον ὀνομάζει· πρὸς σὲ πᾶ-
D σα σὰρξ ἥξει, ἀντὶ τοῦ, πᾶς ἄνθρωπος, ποτὲ δὲ ἀπὸ ψυχῆς, ὡς ὅταν λέγῃ, ἐν ἑβδομήκοντα πέντε ψυχαῖς κατῆλθεν Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον· ποτὲ δὲ ἀπὸ τῆς πνοῆς, ὡς τό, πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν κύριον. δεῖξον τοίνυν ποῦ τὴν σάρκα ἄψυχον ἡ γραφὴ λέγει· ἐὰν δὲ ὅλως τελευτήσῃ, οὐκέτι σὰρξ λέγεται, ἀλλὰ σῶμα νεκρόν. οὐδείς ποτε νεκρὸν ἐκάλεσε σάρκα, ἀλλὰ σῶμα νεκρόν. ἕως γὰρ ἔχει τὴν ζωτικὴν δύναμιν καὶ ζῇ, σὰρξ ὀνομάζεται· νεκρωθεῖσα δέ, σὰρξ μὲν οὐ καλεῖται, σῶμα δὲ προσαγορεύεται. σῶμα γὰρ πᾶν ἄψυχον· καὶ λίθος σῶμα, καὶ ξύλον σῶμα, καὶ πνεῦμα ὃ μὴ ἔχῃ ψυχὴν σῶμα λέγεται. εἰπὲ δέ μοι διὰ τί μὴ ἀνέλαβε τὴν ψυχήν; ἦλθε γάρ, φησιν, αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ σῶσαι, οὐ χρείαν δὲ εἶχε τῆς ἡμετέρας ψυχῆς. διὰ τί
E οὖν τὴν σάρκα ἀνέλαβεν; ἐπειδὴ οὐκ ἠδύνατο φανῆναι ὡς θεός, ἀνέλαβε τὴν σάρκα, ἵνα δι' αὐτῆς πολιτεύσηται. οὐκοῦν οὐκ εἶχε ψυχὴν ἡ σάρξ; πῶς οὖν ἐπείνασε; πῶς ἐδίψησε, πῶς ἐκοπίασεν; εἰ γὰρ τὴν ψυχὴν ἐκβαλὼν τὸν θεὸν εἰσάγεις, καὶ τὴν πεῖναν καὶ τὴν δίψαν ἐπ' ἐκεῖνον φέρεις. ἄλλως τε, ἀδελφοί, εἰ μὴ ἦν καὶ θεὸς λόγος καὶ ἔμψυχος ἄνθρωπος τὸ σκεῦος τῆς ἀνθρωπότητος τὸ ἑνωθὲν αὐτῷ, ἀλλὰ μόνη ἦν ἡ θεότης ἐν σαρκί, περὶ ποίας ὁ σωτὴρ ἔλεγε ψυχῆς, πάτερ, εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου; εἰ θεότης ἦν μόνη, ψυχὴ δὲ οὐκ ἦν, τίς ὁ παραθέμενος; καὶ τί τὸ παρατεθέν; πάτερ, εἰς χεῖράς σου παρατίθημι

[a] Apollinaristæ quidem dicebant Verbum assumsisse carnem tantum humanam, non autem animam. Quod vero Ariani & Eunomiani idipsum dixerint, non memini me legere. Sed fortassis inter multos Arianos & Eunomianos, quidam erant qui illam etiam hæresim amplecterentur, quos carpit hic Anonymus.

τὸ

τὸ πνεῦμά μου, τουτέστι, τὴν ψυχήν. εἰ μόνην εἰσηγῇ τὴν θεότητα ἐν τῇ σαρκὶ, ψυχὴν δὲ ἐκβάλλεις, τίς ὁ παραθέμενος, καὶ τί τὸ παρατεθέν; ἀλλ' ὁ σκοπὸς τῶν αἱρετικῶν δῆλος. διὰ τοῦτο γὰρ ψυχὴν λέγουσι μὴ ἀνειληφέναι τὸν κύριον, ἵνα πάντα τὰ ταπεινὰ τῶν ῥημάτων εἰς τὴν θεότητα ἑλκύσωσιν· ἵν' ὅταν ἀναγνῶσιν, ἐγὼ ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ, ὅτι ὁ πατήρ μου ἐντολὴν μοι δέδωκε, τί εἴπω, ἢ τί λαλήσω; μηκέτι τῇ ἀνθρωπότητι, ἀλλὰ τῇ θεότητι ἐπιγράψωσιν. εἶδες εἰς ὅσον βυθὸν ἀσεβείας ἐξολισθαίνουσι; ποῖόν ἐστι τὸ πνεῦμα, ὃ λέγει, εἰς χεῖράς σου παρατίθημι, κἂν βιάσωνται, οὐχ εὑρίσκουσι. λύεται γὰρ δι' ἑτέρων, ὅτι τὸ πνεῦμα τὴν ψυχὴν ἐκάλεσεν. ἄκουε Στεφάνου λέγοντος ἐν τῷ μαρτυρίῳ, κύριε Ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου. ὅτι τὸ πνεῦμα ἡ ψυχή ἐστι, Στέφανος μαρτυρεῖ. τίς οὖν ὁ παρατιθέμενος τὸ πνεῦμα; καὶ τί ᾧ παρετέθη τὸ πνεῦμα; περὶ ποίας δὲ διαλέγεται οὐσίας; εἰς ἣν οἱ ἀπόστολοι τὴν προφητείαν ἕλκουσιν; ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου, περὶ θεοῦ ἦν ὁ λόγος; θεὸς οὐ καταλιμπάνεται εἰς ᾅδου. κατεῖχε γὰρ ᾅδης θεόν; κατεῖχε τὴν ζωοποιὸν δύναμιν ἡ διαφθορά; οὐκ ἤκουσας Παύλου λέγοντος, καθότι οὐκ ἦν δυνατὸν τὴν ζωὴν ὑπὸ τῆς φθορᾶς κατέχεσθαι; τὴν ζωὴν τὸ σῶμα λέγει. εἰ δὲ τὸ σῶμα ζωὴ, κατείχετο ἡ ζωὴ θανάτῳ; οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου. ὅλην πεσοῦσαν τὴν ἀνθρωπότητα ὅλην ἤγειρεν· ὅλον πεσόντα τὸν ἄνθρωπον ὅλον ἀνεκαίνισεν. ἀλλ' ἐὰν εἴπῃς, φησὶ, τέλειον ἄνθρωπον ἀνεκαίνισε, ποίαν διαφορὰν αὐτῷ δίδως παρὰ τοὺς ἀποστόλους; καὶ γὰρ ἐν ἐκείνοις ἐγένετο ὁ θεός. ἀλλ' ἕτερόν ἐστιν ἐνοικῆσαι, καὶ ἄλλο ἀναλαβεῖν καὶ ἑνωθῆναι. περὶ ἡμῶν εἴρηται, ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω. τὴν ψυχῆς λέγει τὴν ἁπλότητα, τὴν ἀρετὴν τῆς ψυχῆς ὑποτίθεται, ᾗ ἐπαναπαύεται θεὸς καὶ ἐμπεριπατεῖ. ἐπεὶ δὲ τὸ Χριστοῦ αὐτὸ τὸ σῶμα ἐκ κοιλίας ἑνωθὲν ναὸς ἐγένετο, οὐ κατὰ προκοπὴν πολιτείας ἐδέξατο θεὸν ἐνοικοῦντα, ἀλλ' ἅμα ναὸς κατεσκευάσθη, ἅμα θεὸς ἐνῴκησε. ναὸς οὖν ἦν τοῦ ἑνωθέντος Χριστοῦ τὸ σῶμα. διὰ τοῦτό φησι, λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. ὢ τῆς ἀτοπίας τῶν πάντα τολμώντων ἀδεῶς. ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρὸς αἱρετικοὺς τοὺς λέγοντας ψυχὴν καὶ σῶμα καὶ πνεῦμα, καὶ βιαζομένους τὸ ἀποστολικὸν ῥῆμα τὸ λέγον· ὁ θεὸς φυλάξει ὑμῶν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ πνεῦμα. ἐκεῖνο ἀναγκαῖον εἰπεῖν· πνεῦμα νομίζουσι τὸν νοῦν. εἰ τοίνυν τὸ πνεῦμα ὁ νοῦς ἐστι, διὰ τί ὁ ἀπόστολος λέγει, ψαλῶ καὶ τῷ πνεύματί μου, ψαλῶ καὶ τῷ νοΐ; εἰ γὰρ τὸ αὐτὸ πνεῦμα καὶ νοῦς, διὰ τί μερίζει Παῦλος λέγων, ψαλῶ τῷ πνεύματι, ψαλῶ καὶ τῷ νοΐ; εἰ τὸ πνεῦμα νοῦς, διὰ τί νοῦν παρὰ τὸ πνεῦμα ἕτερον λέγει; ἀλλ' ἐπειδή, φησιν, οὐ κατεδέξω οὕτως, ἑρμήνευσον ὡς φρονεῖς. τί ἐστιν ὃ λέγει Παῦλος, ὁ δὲ θεὸς φυλάξει ὑμῶν τὴν ψυχὴν καὶ τὸ πνεῦμα; πνεῦμα ἔθος τῇ γραφῇ καλεῖν τὸ χάρισμα τοῦ ἁγίου πνεύματος. παρακαλῶ, συναγωνίσασθέ μοι τῷ καμάτῳ. οὐ γὰρ μικρὸν πρᾶγμα αἱρετικὴν ἄκανθαν ἐκκόψαι. πνεῦμα ἔθος τῇ γραφῇ καλεῖν τὸ χάρισμα τοῦ ἁγίου πνεύματος· οἷον ἐάν τις λάβῃ πνεῦμα σοφίας, ἢ πνεῦμα γνώσεως. αὐτὸ τὸ δῶρον τοῦ πνεύματος καλεῖται πνεῦμα. λέγει Παῦλος, ἐπεὶ ζηλωταί πνευμάτων ἐστὲ, ἀντὶ τῶν χαρισμάτων πνευματικῶν· οὐ γὰρ πολλὰ πνεύματα. ἐπεὶ ζηλωταί ἐστε πνευμάτων, ἔτι καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν ὑμῖν δείκνυμι. δείκνυμί, φησιν, ὑμῖν τίνα ὀφείλετε τῶν χαρισμάτων ζητεῖν. καλεῖται τοίνυν πνεῦμα ἡ τοῦ πνεύματος χάρις, οὐκ αὐτὴ ἡ οὐσία τοῦ πνεύματος, ἀλλ' ἡ ἐνέργεια τοῦ πνεύματος. ταῦτα δὲ πάντα ἐνεργεῖ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα. ἐνέργεια πνεύματος τὸ πνεῦμα, τουτέστι, τὸ χάρισμα, οὐκ αὐτὴ ἡ οὐσία τοῦ πνεύματος. καλῇ σὺ πνευματικὸς, καὶ καλεῖται τὸ πα-

A *tuas commendo spiritum meum*, id est animam. Si solam inducis deitatem in carnem, & animam abjicis, quis commendans, quid commendatum erit? Verum manifestus est hæreticorum scopus. Ideo namque dicunt Dominum non assumsisse animam, ut omnia humilia verba in deitatem pertrahant, ut cum legerint, *Ego a meipso non loquor, quia Pater meus mandatum mihi dedit. Quid dicam, aut quid loquar?* non humanitati, sed deitati hæc adscribant. Viden' in quantum impietatis profundum veniant? Quinam sit spiritus qui dicit, *In manus tuas commendo*, quantumcumque quærant, non inveniunt. Ex aliis enim locis res solvitur & probatur, Scripturam spiritum animam vocavisse. Audi Stephanum dicentem, cum martyrium obiret: *Domine Jesu, accipe spiritum meum*: quod spiritus sit anima Stephanus testificatur. Quis ergo est qui commendat spiritum, & cui commendatur spiritus? De qua loquitur substantia? De illa ad quam Apostoli prophetiam pertrahunt: *Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Non derelinques animam meam in inferno.* Num de Deo sermo erat? Deus non derelinquitur in inferno. Num infernus Deum detinuit? Num vivificam virtutem corruptio detinuit? Non audisti Paulum dicentem, non potuisse vitam a corruptione detineri? Vitam dicit corpus. Si corpus est vita, detenta est a morte vita. *Non derelinques animam meam in inferno.* Totam collapsam humanitatem suscitavit, totum collapsum hominem renovavit. Sed si dixeris, inquiunt, quod ipse perfectum hominem renovaverit, quam differentiam ponis inter illum & Apostolos? Nam in ipsis quoque fuit Deus. Verum aliud est inhabitare, aliud assumere & uniri. De nobis dictum est, *Inhabitabo in illis, & inambulabo.* Animæ simplicitatem dicit: animæ virtutem supponit, in qua requiescit Deus & inambulat. Quia vero ipsum Christi corpus ex utero unitum templum ejus effectum est, non per profectum in virtute Deum accepit inhabitantem; sed simul templum paratum est, simul Deus in illo habitavit. Templum ergo Christi uniti erat corpus. Ideo ait: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* O absurditatem eorum qui omnia sine metu audent! Verum hæc ad hæreticos, qui animam & corpus & spiritum memorant, & vim inferunt apostolico verbo dicenti: *Deus custodiet corpus vestrum, & animam, & spiritum.* Illud porro necesse est dicere: Spiritum putant esse mentem. Si ergo spiritus mens est, cur Apostolus dicit: *Psallam spiritu meo, psallam & mente?* Si spiritus mens est, cur distinguit Paulus dicens, *Psallam spiritu, psallam & mente?* Si spiritus est mens, cur spiritum alium dicit a mente? Sed quia, inquiunt, hoc non admittis, explica quid sentias. Quid est illud quod dicit Paulus, *Deus custodiet animam vestram & spiritum.* Spiritum solet vocare Scriptura gratiam sancti Spiritus. *Rogo, mecum certate & laborate.* Non enim modica res est, hæreticam spinam excindere. Mos est Scripturæ spiritum vocare gratiam Spiritus, exempli causa, si quis accipiat Spiritum sapientiæ & Spiritum scientiæ; ipsum spiritus donum vocatur Spiritus. Dicit Paulus: *Quoniam æmulatores estis spirituum*, id est, charismatum spiritualium. Neque enim multi sunt Spiritus. *Quoniam æmulatores estis spirituum. Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.* Ostendo, inquit, vobis quæ charismata quærere oporteat. Spiritus ergo vocatur Spiritus gratia: non vero ipsa Spiritus substantia, sed operatio Spiritus. *Hæc autem omnia operatur unus & idem Spiritus.* Spiritûs operatio est Spiritus, id est, gratia, non autem ipsa Spiritûs substantia. Tu vocaris spiritualis, & gratia quæ apud te est

Marginal references: Joan. 12. 49. — Act. 7. 59. — Ps. 15. 10. — Levit. 26. 12. — Joan. 2. 19. — 1. Cor. 14. 15. — 1. Cor. 14. 12. — 1. Cor. 12. 11.

Spiritus vocatur. Dicit ergo Apostolus: *Deus custodiet corpus vestrum, & animam & gratiam quam accepistis a Spiritu*: rursus Spiritum vocat gratiam. Gratia vero per studium augetur, & per negligentiam perit. Dicit Apostolus: *Spiritum non exstinguite.* Non potest autem substantia Spiritus exstingui, neque mens naturalis. Sed quia gratiam studio augemus, negligentiâ exstinguimus, dicit: *Gratiam, quam accepistis, non exstinguite.* Spiritum ergo vocat Spiritus operationem, quam utinam omnes assequamur in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria & imperium nunc & semper & in sæcula sæculorum, amen.

5.19.

A ἐστὶ χάρισμα πνεῦμα. λέγει οὖν ὁ ἀπόστολος, ὁ Θεὸς φυλάξει ὑμῶν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ χάρισμα, ὃ ἐλάβετε ἀπὸ τοῦ πνεύματος. πάλιν τὸ πνεῦμα χάρισμα λέγει. τὸ δὲ χάρισμα διὰ σπουδῆς αὔξεται, καὶ δι' ἀμελείας ἀπόλλυται. ὁ ἀπόστολος λέγει, τὸ πνεῦμα μὴ σβέννυτε· οὔτε δὲ τὴν οὐσίαν τοῦ πνεύματος σβέσαι δυνατὸν, οὔτε τὸν νοῦν τὸν κατὰ φύσιν ὄντα· ἀλλ' ἐπειδὴ τὴν χάριν ἐν μὲν τῇ σπουδῇ αὔξομεν, ἐν δὲ τῇ ῥᾳθυμίᾳ σβεννύομεν, λέγει, τὸ χάρισμα, ὃ ἐλάβετε, μὴ σβέννυτε. πνεῦμα τοίνυν καλεῖ τοῦ πνεύματος τὴν ἐνέργειαν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

MONITUM

IN SEQUENS OPUSCULUM.

PRINCIPIUM Indictionis, *inquit Savilius*, sive anni novi a mense Septembri jam inde a temporibus Constantini sumebant Græci, idque eo fortasse magis, quia ab eodem fere tempore initium ceperat annus Ægyptiorum, seu potius Alexandrinus, qui nomina habet communia cum anno Ægyptio, & intercalarem diem cum anno Romano, ut ex Theonis commentariis in προχείρους κανόνας Ptolemæi constat. Orationes plenæ mendis & plane spuriæ. *Hæc certe prior est nugacissimi Græculi & infacundi, indigna quæ legatur. In solo titulo indictio memoratur, nam in Oratiuncula de indictione nihil.*

In Principium Indictionis.

B

Εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς ἰνδίκτου.

1. MIRABILES sunt orthodoxorum celebritates, lætæ Martyrum memoriæ, nulli pudori obnoxia piorum convivia. Non celebramus tempus rerum multa vicissitudine se moventium: non celebramus annum qui mundi vitam consumat: non colimus agonem qui nos ad corruptionem trahat; non adoramus creaturam: omnes quippe res creatæ conservæ sunt: non colimus materiam, quæ ex nihilo facta est. Hæc quippe sicut ortus initium habent, ita corruptionis fini subjicientur. Non colimus cælum: nam sicut fumus firmatum fuit: non colimus firmamentum, quod crystalli more fixum est: non colimus lucem, quæ verbo facta est: non lunam, quæ figura quadam ornatur: non terram, quæ ex aqua extracta fuit: non ignem, materiale quippe est elementum: non aquam, fluxam naturam: non tempus, quod non stat, sed abscedit: non colimus diem, quæ ordinationi servit. Omnia quippe tempore senescunt, & post omnia tempus ipsum senescit. Deus autem unus senio superior est: idque demonstrat dies consummationis. Gentiles certe & Judæi iniquitate fratres sunt, diaboli manubiæ, peccati proles, erroris alumni, impietatis cæcitas, nautæ duces ad gehennam, serpentes impietatis, filii maledictionis. Hi festa impie celebrent, quia improbe sentiunt. Hi errorem honorent, illi legem conculcent, & utrique res nefarias discant; nam mutuo consentiunt. Judæi a Gentilibus idololatriam, Gentiles a Judæis prophetarum cædes didicerunt. Nam Judæi in lege omnem Gentilium errorem exhibuere. Verum indignaris, o Judæe, dum hæc audis? cogita actiones tuas, & reprehensiones ne ægre

ΘΑΥΜΑΣΤΑΙ τῶν ὀρθοδόξων αἱ πανηγύρεις, φαιδραὶ τῶν μαρτύρων αἱ μνῆμαι, ἀνεπαίσχυντοι τῶν εὐσεβῶν αἱ εὐωχίαι. οὐχ ἑορτάζομεν χρόνον τῶν ἀστάτως κινουμένων· οὐ σεβόμεθα ἐνιαυτὸν τὸν τῆς ἀνθρώπων ζωῆς δαπάνην· οὐ προσκυνοῦμεν ἀγῶνα τὸν εἰς φθορὰν ἡμᾶς ἕλκοντα· οὐ λατρεύομεν τῇ κτίσει· σύνδουλα γὰρ τὰ γεγονότα· οὐ θεραπεύομεν τὴν ὕλην· ἐξ οὐκ ὄντων γὰρ ὑπέστη. ὡς γὰρ ἀρχὴν γενέσεως ἔχει ταῦτα, καὶ φθορᾶς ὑπόκειται τέλει. οὐ σεβόμεθα οὐρανὸν, ὡς καπνὸς γὰρ ἐστερεώθη· οὐ σεβόμεθα στερέωμα· ἐκρυσταλλώθη· οὐ σεβόμεθα τὸ φῶς· λόγῳ γὰρ ἐδημιουργήθη· οὐ σεβόμεθα τὴν σελήνην· σχή-C ματι γὰρ ἐκοσμήθη· οὐ σεβόμεθα τὴν γῆν· ἐξ ὕδατος γὰρ ἀνειλκύσθη· οὐ σεβόμεθα τὸ πῦρ· ὑλικὸν γὰρ τὸ στοιχεῖον· οὐ προσκυνοῦμεν τὸ ὕδωρ· ῥευστὴ γὰρ ἡ φύσις· οὐ λατρεύομεν τῷ χρόνῳ· οὐκ ἕστηκε γὰρ, ἀλλ' ἀφίσταται· οὐ σεβόμεθα τὴν ἡμέραν· διατάξει γὰρ δουλεύει. πάντα χρόνῳ γηρᾷ, καὶ χρόνος μετὰ πάντα γηρᾷ· Θεὸς δὲ μόνος παλαιότητος ἀνώτερος· καὶ δείκνυσιν ἡ τῆς συντελείας ἡμέρα. Ἕλληνες μὲν οὖν καὶ Ἰουδαῖοι, ἀδελφοὶ ἀνομίας, τοῦ διαβόλου τὰ λάφυρα, τῆς ἁμαρτίας τὰ ἔγγονα, τῆς πλάνης τὰ θρέμματα, τῆς δυσσεβείας ἡ πώρωσις, τῆς γεέννης οἱ ναυτολόγοι, οἱ ὄφεις τῆς ἀσεβείας, οἱ υἱοὶ τῆς κατάρας. οὗτοι ἑορταζέτωσαν δυσσεβῶς, ἐπειδὴ φρονοῦσιν ἀνοσίως. οἱ μὲν τὴν D πλάνην τιμάτωσαν, οἱ δὲ τὸν νόμον πατείτωσαν, καὶ ἑκάτεροι εἰς τὰ πονηρὰ μαθητευέτωσαν. συνήλλαξαν γάρ. Ἰουδαῖοι παρ' Ἑλλήνων ἔμαθον τὴν εἰδωλολατρείαν, καὶ Ἕλληνες παρὰ Ἰουδαίων τὸ προφητοκτονεῖν. οἱ Ἰουδαῖοι γὰρ ἐν τῷ νόμῳ πᾶσαν Ἑλληνικὴν ἐπεδείξαντο πλάνην. ἀλλὰ γὰρ ἀγανακτεῖς, ὦ Ἰουδαῖε, ταῦτα ἀκούων; ἐννόησον γὰρ πράξεις, καὶ μὴ χαλέπαινε πρὸς τὰς

μέμψεις. ποῦ γὰρ οὐκ εἰδωλολάτρησας, εἰπέ μοι; ἐν τῇ ἐρήμῳ μόσχον ἐχάλκευσας· τροπαιοφορούμενος τοῦ Βεελφεγὼρ ἐτελέσθης· ἐν τῇ Μωαβίτιδι τοῦ Θαμάτζ προσεκύνησας· ἐν τῇ Παλαιστίνῃ τοῦ Δαγὼν ἐθυσίασας· ἐν Φοινίκῃ τῇ Ἀστάρτῃ ἐλάτρευσας, ἐν αἰχμαλωσίᾳ τοῦ Χαμὼς προσεκύνησας. ἔλειψε τόπος, οὐκ ἔλειψε μύσος· διὰ τοῦτο καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ὁ δεσπότης. ἄκουε γὰρ τοῦ προφήτου λέγοντος, μεμίσηκα, ἀπῶσμαι τὰς ἑορτὰς ὑμῶν, καὶ οὐ μὴ εὐφρανθῶ ἐν ταῖς πανηγύρεσιν ὑμῶν. πᾶσα γὰρ ἑορτὴ Ἰουδαίων φόνους ἐπήγαγε. νηστεύων τὸν Ναβουθὲ ἐλίθασας· ἑορτάζων τὸν Ἡσαΐαν ἔπρισας· πανηγυρίζων τὸν Ἱερεμίαν εἰς λάκκον κατέρριψας. εἰς κρίσεις καὶ μάχας ἀνοσίως ἐνήστευσας· κραιπαλῶν τὴν κιβωτὸν ἐπὶ τοῦ Ἠλὶ παρέδωκας, τὸν Ἰωάννην ἀπεκεφάλισας. εἰ τοιαῦτα ἑορτάζεις, τὸ θρηνεῖν σοι συμφέρει. ἡμεῖς δὲ ἑορτάζομεν θεῖα καὶ παράδοξα πράγματα, τῶν μαρτύρων τοὺς ἄθλους, τῶν ταφέντων τὰς νίκας, τῶν μὴ ὁρωμένων τὰ δίκτυα, τῶν διαλυθέντων τὴν ἰατρείαν· ἐν πρώτοις τὰ Χριστοῦ καὶ θεοῦ μου τὰ θαύματα, ἃ διὰ τὴν ἐμὴν σωτηρίαν ἄνθρωπος γεγονὼς ἐξετέλεσεν· εἶθ' οὕτω τῶν δούλων αὐτοῦ τὰ πάθη· τοῦ Στεφάνου τὸν λιθοκόλλητον στέφανον, τοῦ ἐνδόξου Λαυρεντίου τὰ κατὰ θανάτου τρόπαια, τῆς Ἄννης τὴν ἀναυάγητον παρθενίαν. ὢ τριὰς τριάδος κήρυξ, ὢ λείψανα τῶν ὀδυνωμένων τὰ φάρμακα, ὢ κόνις πηγὴ ἰαμάτων, ὢ οἶκος οὐρανοῦ τὸ κάλλος μιμούμενος. ἀλλὰ καὶ τὸ ἄψυχον στοιχεῖον ἡ θάλασσα ἀλαλήτως βοᾷ πρὸς ὑμᾶς· ἐλέγξας τοὺς συνδούλους, κηρύξω κἀγὼ τὸν δεσπότην. οὐ βαρεῖ με τὸ ἴχνος τοῦ πλάστου, ἁγιάζουσί με οἱ πόδες Χριστοῦ. Μωϋσῆς ἔσχισεν, ἀλλ' οὗτος ἡγίασε· τὸν Ἰωνᾶν ἐρρόφησα, τοῦτον δὲ φρίττω· τὸν Νῶε ἐκλυδώνισα, ἀλλ' οὐ τολμῶ προσβλέψαι τῷ χερσὶ τὸν ἄνθρωπον πλάσαντι. ποσὶ τὴν θάλασσαν ἡγίασε, τὸν οὐρανὸν τῷ θρόνῳ ἐδόξασε, τὴν γῆν τῇ φάτνῃ ἐλάμπρυνε, τὸν ᾅδην διὰ τοῦ τάφου ἐφώτισεν. οὐκ εἰμὶ ἀγνώμων καὶ ἄψυχος· ἐπιγινώσκω ὡς στοιχεῖον τὸν ποιήσαντα· οὐ λέγω μετὰ τῶν Ἰουδαίων, οὗτος ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστι παρὰ θεοῦ· ἀλλὰ κράζω εὐσεβοῦσα, οὗτος μου θεός, καὶ δοξάσω αὐτόν. δείξω τὰ τῆς ἐμῆς φύσεως, ἐλέγξω τῶν μιαιφόνων τὰς γνώμας, δημοσιεύσω τοῦ περιπατήσαντός με τὸ κράτος. οὗτοι σύνδουλοι, ἐκεῖνος δεσπότης, οὗ φόβῳ τούτους ταράττω. ὁ μὲν δεσπότης ἐν τῇ θαλάττῃ ἀβρόχως ἐβάδιζεν, οἱ δὲ πλέοντες ἐθορυβοῦντο· ὁ δὲ φόβος τοὺς κινδυνεύοντας βοᾶν παρεσκεύασεν, ὁ δὲ φιλάνθρωπος τὸ θαρρεῖν παρεκελεύετο λέγων, θαρσεῖτε, ἐγώ εἰμι· μὴ φοβεῖσθε· θαρσεῖτε, τὴν τῆς πίστεως ἔχοντες ἄγκυραν. εἰδωλολατρείας γὰρ σπιλὰς οὐκ ἐβύθισεν ὑμᾶς· θαρσεῖτε, Ἰουδαϊκὴ ὑμᾶς λαῖλαψ οὐ κατεπόντισε· θαρσεῖτε, αἱρετικὴ ὑμᾶς τρικυμία οὐ κλυδωνίζει. ἐγώ εἰμι, ὁ συνάναρχος τοῦ πατρὸς λόγος, τῆς ἀκτίστης ἀρχῆς ὁ κλάδος, τῆς κοσμικῆς ἁμαρτίας ὁ ἀμνός, τοῦ τῶν πόλεων ναυαγίου ὁ κυβερνήτης, τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ὁ θησαυρός, τῶν μαρτυρικῶν ἀγώνων ὁ βραβευτής. ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε. ὅπου γὰρ ὁ θεὸς πάρεστιν, ἀπελήλατο κίνδυνος χάριτι θεοῦ· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A feras. Ubinam, quæso, idola non coluisti? In deserto vitulum conflasti: post tropæum Beelphegori initiatus es: in Moabitide Thamatzum adorasti: in Palæstina Dagoni sacrificia obtulisti: in Phœnicia Astartem coluisti: in captivitate Chamozum adorasti. Defecit locus, sed non defecit detestandus cultus. Ideo festa vestra odit Dominus. Audi enim prophetam dicentem: *Odi, reject festa vestra, & non delector in festivitatibus vestris.* Isai. 1. 14. Omne quippe festum Judæorum cædes inducit. Dum jejunares Nabuthem lapidasti; dum festa celebrares Esaïam serra secuisti; dum celebritatem ageres Jeremiam in lacum conjecisti. Ad judicia & pugnas improbe jejunasti: in crapula versans arcam B Heli tempore prodidisti, & Joannem capite truncasti. Si tali modo festa celebras, par est te lugere. Nos res divinas & mirabiles celebramus, Martyrum certamina, sepultorum victorias, eorum qui non amplius videntur retia, dissolutorum medicinam. In primis Christi & Dei miracula, quæ propter salutem meam homo factus edidit: deinde vero servorum ejus ærumnas; Stephani lapidibus ornatam coronam, gloriosi Laurentii tropæa contra mortem erecta, Annæ virginitatem nullum passam naufragium. O Trinitatem Trinitatis preconem! o reliquias dolentium medicinam! o cinerem fontem medicamentorum! o domum cæli pulcritudinem imitantem. Sed & ipsum inanimatum C elementum mare sine loquela clamat ad vos. Postquam conservos redargui, ego quoque prædicabo Dominum. Non me premunt opificis vestigia, me pedes Christi sanctificant: Moyses me discidit, hic vero sanctificavit; Jonam absorbui, hunc perhorresco: illum Noë fluctibus exagitavi; sed ne respicere quidem audeo eum qui manu sua hominem formavit. Pedibus mare sanctificavit, cælum throno suo gloria affecit, terram præsepio decoravit, infernum per sepulturam suam illuminavit. Non sum ingratum etiamsi inanimatum sim; ut elementum agnosco conditorem. Non dico cum Judæis, *Hic homo non est a Deo*; Joan. 9. 18. sed pie clamo, *Hic Deus meus, & glorificabo eum.* Exod. 15. 2. Ostendam naturæ meæ proprietates, redarguam homicidarum D animos, ejus qui supra me ambulavit imperium publicabo. Hi conservi, ille Dominus, cujus metu hos perturbo. Dominus supra mare non madefactus ambulabat, illi vero navigantes turbabantur: timor periclitantes ad clamandum impulit, benignus autem ille fidere jussit dicens, *Confidite, ego sum: ne timeatis.* Marc. 6. 50. Confidite fidei ancoram habentes: non enim vos idololatriæ scopulus absorbuit; confidite, non vos Judaïcus turbo absorbuit; confidite, non vos hæretica procella demergit. Ego Patris Verbum, sine principio ut Pater, increati principii ramus, mundani peccati agnus, urbium naufragii gubernator, orthodoxæ fidei thesaurus, martyrii certaminum remunerator. *Ego sum, nolite timere.* Ubi enim Deus adest, E periculum depulsum est per gratiam Dei. Ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorum, amen.

ADMONITIO

AD SERMONEM IN VENERANDAM CRUCEM.

PUTAT Savilius hunc Sermonem alicujus recentioris esse fetum qui post secundum Concilium Nicænum scripserit. Idque prorsus suadent ea quæ in concionis fine de restituto sanctarum Imaginum cultu leguntur. At hæc extrema pars Homiliæ cum præcedentibus non cohæret, ita ut videatur ad aliam concionem pertinere, ut ibidem monemus. Oratio vero tota præcedens, oratoris est qui elegantiæ studere videtur, & epithetorum ubertate nimia seriem totam obruit; ita ut eloquentiam vere ferream dixeris. Cæterum ea quæ de frugalitate, deque jejunii utilitate dicit, non inepta sunt. Hujus ætate Scriptoris quinque jejunii dies circa festum sanctæ Crucis servabantur.

In venerandam Crucem.

1. ADEST hodie Crucis solennitas, chorus Angelorum exsultet: Crucis spectaculum accedit, mortalium populus adoret: divinum Crucis imperium exaltatur, fugiant dæmonum catervæ. Sed, o divina Crux, Angelorum ineffabile spectaculum, mortalium gloria, sceptrum regium! te quippe tamquam animatam alloquar, quæ gaudium & victoriam salutis nostræ gestas; per te clausæ paradisi portæ rursus aperiuntur; per te imperium mortis fractum est; per te infernus spoliatus est; per te mortui vita dignantur; per te latro in paradiso choreas agit & exsultat; per te copulantur cælestia terrenis; per te accedit veritatis cognitio; per te sacrum baptisma regenerationis datum est; per te remissio peccatorum hominibus concessa; per te donum Spiritus sancti obsignatum est; per te Ecclesiæ signatæ domus Dei vocantur; per te corpore & sanguine Christi fruimur; per te Filii Dei & hæredes regni cælorum effici dignamur; per te celebritates & festa exhilarantur & fulgent: ecqua possit lingua recensere quot & quanta Christus Deus humano generi per te largitus sit? Quia vero hæc, o plebs sancta & celebritatis amans, nobis cognita sunt, candido corde & puro ore venerandum & vivificum lignum amplectamur, in quo confixus est Christus Deus noster, & manus divinæ clavis transfixæ sunt, in quo lancea latus perforarunt homicidæ, & acetum felle mixtum ipsi propinarunt. Prætereuntes autem mo-
Matth. 27. 42. vebant capita sua ridentes ac dicentes: *Vah, alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere. Si Filius Dei est, descendat nunc de Cruce, & credimus ei.* Hæc Hebræorum cœtus, ingratus & cæcus, qui divina prodigia beneficio acceperat. Nos autem vivificas Christi passiones
Rom. 8. 17. adoremus, Crucis supplicium, sepulturam, triduanam resurrectionem a mortuis; ut una resuscitemus & glorificemur, si quidem compatimur, ut præsignificavit vas electionis divinus Paulus. Ad hæc nos hodie convocat sanctissima Crux, quam celebramus, & hos incorruptibiles semperque vivificos cibos omnibus pariter offert, domibus, foris, noctibus, diebus, urbibus, solitudinibus. Eam ergo quæ tot nobis bona largitur læti suscipiamus, secundum Do-

a Hic videtur una vox desiderari.

A

Εἰς τὸν τίμιον σταυρόν.

ΣΤΑΥΡΟΥ πρόκειται σήμερον ἑορτὴ, χορὸς ἀγγέλων σκιρτάτω· σταυροῦ θέατρον ἔρχεται, δῆμος βροτῶν προσκυνείτω· σταυροῦ τὸ θεῖον ὑψοῦται κράτος, πλῆθος δαιμόνων φυγαδευέσθω. ἀλλ' ὦ θεῖε σταυρὲ, τὸ τῶν ἀγγέλων ἄρρητον θέαμα, τὸ τῶν βροτῶν καύχημα, τὸ σκῆπτρον τὸ βασιλικόν· ὡς γὰρ ἐμψύχῳ σοι διαλέξομαι, χαρμόσυνά τε καὶ νικητήρια τῆς ἡμῶν γε φέροντι σωτηρίας· διὰ σοῦ πύλαι παραδείσου κλεισθεῖσαι πάλιν ἀνοίγονται, διὰ σοῦ τέθραυσται τὸ κράτος τοῦ θανάτου, διὰ σοῦ ᾅδης ἐσκύ-
B λευται, διὰ σοῦ οἱ νεκρωθέντες ζωῆς κατηξίωνται, διὰ σοῦ ὁ λῃστὴς ἐν παραδείσῳ χορεύει καὶ ἀγάλλεται, διὰ σοῦ σύνηπται τὰ οὐράνια τοῖς ἐπιγείοις· διὰ σοῦ ἐπίγνωσις ἀληθείας, διὰ σοῦ βάπτισμα ἀναγεννήσεως δεδώρηται, διὰ σοῦ ἄφεσις ἁμαρτιῶν κεχάρισται τοῖς ἀνθρώποις, διὰ σοῦ ἐσφράγισται ἡ δωρεὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος; διὰ σοῦ ἐκκλησίαι σημειούμεναι, οἶκοι θεοῦ χρηματίζουσι· διὰ σοῦ σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ ἀπολαύομεν, διὰ σοῦ υἱοὶ θεοῦ καὶ κληρονόμοι βασιλείας οὐρανῶν γενέσθαι καταξιούμεθα, διὰ σοῦ πανηγύρεις καὶ ἑορταὶ καταφαιδρύνονται καὶ καταλάμπονται. καὶ ποία ἂν γλῶσσα διεξηγηθεῖν ἰσχύσειεν, ὅσα καὶ οἷα διὰ σοῦ Χριστὸς ὁ θεὸς ἐδωρήσατο τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων; ἐπεὶ δὲ ταῦτα, πλῆθος ἡγιασμένον καὶ φιλέορτον, διὰ τοῦ λόγου ἐπέγνω-
C μεν, λευκαῖς καρδίαις καὶ καθαροῖς στόμασι περιπτυξώμεθα τὸ σεβάσμιον καὶ ζωοποιὸν ξύλον, ἐν ᾧ προσεπάγη Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ παλάμαι θεῖαι ἥλοις συνεπάρησαν, ἐν ᾧ τὴν λόγχην διὰ τῆς πλευρᾶς διήλασαν οἱ κυριοκτόνοι, καὶ τὴν γεῦσιν τοῦ ὄξους χολῇ μεμιγμένην προσεπότισαν· παριόντες δὲ καὶ παραπορευόμενοι, ἐκίνουν τὰς κεφαλὰς, χλευάζοντες καὶ λέγοντες· οὐαὶ, ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι. εἰ υἱός ἐστι τοῦ θεοῦ, καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ πιστεύομεν αὐτῷ. ταῦτα ἡ τῶν Ἑβραίων ὁμήγυρις ἡ ἀγνώμων καὶ πεπωρωμένη, ἡ τῶν θείων τεράτων ἀπολαύσασα τῆς εὐεργεσίας· ἡμεῖς δὲ πιστῶς προσκυνήσωμεν τὰ ζωοποιὰ τοῦ Χριστοῦ πάθη, τὴν σταύρωσιν, τὴν ταφὴν, τὴν
D ἐκ τῶν νεκρῶν τριήμερον ἔγερσιν· ἵνα καὶ συναναστῶμεν, καὶ συνδοξασθῶμεν, εἴπερ συμπάσχομεν, καθὼς τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς Παῦλος ὁ θεῖος προηγόρευσεν. ἐν τούτοις καὶ πρὸς τούτοις συγκαλεῖται γοῦν σήμερον ἡμᾶς ὁ ἑορταζόμενος πανάγιος σταυρὸς, καὶ ταῦτα τὰ ἄφθαρτα καὶ ἀείζωα ἐδέσματα πᾶσιν ὁμοίως ἐπιτρέπει, τοῖς οἴκοις, ταῖς ἀγοραῖς, ταῖς νυξὶ, ταῖς ἡμέραις, ταῖς πόλεσι, ταῖς ἐρήμοις. τὸν τοίνυν διὰ τοσούτων ἡμῖν τὸ παρ' ἑαυτῆς καλὸν χαριζομένην a φαιδρῶς a

ὑποδεξώμεθα.

A ὑποδεξώμεθα κατὰ τὸν κυρίου λόγον, μὴ σκυθρωπάζοντες ὡς ὑποκριταί· ἀλλὰ τὸ ἱλαρὸν τῆς ψυχῆς ἀνεπιτηδεύτως διαδεικνύντες. καὶ οὐ τοσούτου μοι δεῖν ἀγῶνος ἡγεῖσθε τὴν περὶ νηστείας παράκλησιν, ὅσον τὸ μὴ σήμερον τοῖς κακοῖς τῆς μέθης περιπεσεῖν. τὴν μὲν γὰρ νηστείαν, καὶ διὰ τὴν συνήθειαν, καὶ διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους αἰδῶ οἱ πολλοὶ καταδέχονται· φοβοῦμαι τὴν μέθην, ἣν ὥσπερ τινὰ κλῆρον πατρῷον οἱ φίλοινοι ἰδιάζουσιν. ὡς γὰρ οἱ πρὸς τὰς μακρὰς ἀποδημίας ἀπαίροντες, οὕτω τινὲς τῶν ἀνοήτων σήμερον πρὸς τὰς πέντε τῶν νηστειῶν ἡμέρας οἰνίζονται. τίς οὕτως ἀνόητος, ὥστε πρὶν ἄρξασθαι πίνειν, τὰ τῶν μεθυόντων παραφρονεῖν; οὐκ οἶδας ὅτι γαστὴρ παρακαταθήκην οὐ διασώζει; γαστὴρ ἀλλάκτης ἐστὶν ἀπιστότατος, ταμεῖον ἀφύλακτον πολλῶν ἐναποτιθέντων, τὴν μὲν βλάβην παρακατέχουσα, τὰ μέντοι παρατεθέντα οὐ διασώζουσα. B ὅρα μὴ καὶ σοὶ αὔριον ἀπὸ μέθης ἐλθόντι τὰ νῦν ἀναγνωσθέντα λεχθῇ· οὐ ταύτην τὴν νηστείαν ἐξελεξάμην, λέγει κύριος. τί μιγνύεις τὰ ἄμικτα; τίς μετοχὴ νηστείας πρὸς μέθην; τίς κοινωνία τῆς οἰνοφλυγίας πρὸς τὴν ἐγκράτειαν; τίς συγκατάθεσις ναῷ θεοῦ μετὰ εἰδώλων; ναὸς μὲν γὰρ θεοῦ εἰσιν, οἷς τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ ἐνοικεῖ· ναὸς δὲ εἰδώλων, οἱ διὰ τῆς μέθης τὸν συρφετὸν, τῆς ἀκολασίας κόρον ὑποδεχόμενοι. ἡ σήμερον ἡμέρα προπύλαιόν ἐστι τῶν νηστειῶν· οὐδήπου δὲ ὁ ἐν τοῖς προθύροις βεβηλωθεὶς ἄξιός ἐστιν εἰσελθεῖν εἰς τὰ ἅγια. οὐδεὶς οἰκέτης ἐξευμενίσασθαι θέλων τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην, τῷ ἐχθρῷ αὐτοῦ προστάτῃ καὶ διαλλακτῇ κέχρηται. μέθη ἔχθρα ἐστὶν εἰς θεόν· νηστεία δὲ ἀρχὴ μετανοίας. εἰ οὖν βούλει διὰ τῆς ἐξομολογήσεως ἐπανελθεῖν πρὸς τὸν θεὸν, φεῦγε τὴν μέθην, μή σοι χαλεπωτέραν κατασκευάσῃ τὴν ἀλλοτρίωσιν. C οὐ μέντοι ἐξαρκεῖ καθ' ἑαυτὴν ἡ ἀποχὴ τῶν βρωμάτων πρὸς τὴν ἐπαινετὴν νηστείαν, ἀλλὰ νηστεύσωμεν νηστείαν δεκτὴν, εὐάρεστον τῷ θεῷ. ἀληθὴς νηστεία ἡ τῶν κακῶν ἀλλοτρίωσις, ἐγκράτεια γλώσσης, θυμοῦ ἀποχὴ, ἐπιθυμιῶν χωρισμὸς, καταλαλιᾶς, ψεύδους καὶ ἐπιορκίας. ἡ τούτων ἔνδεια, νηστεία ἐστὶν ἀληθής. ἐν τούτοις μὲν οὖν ἡ νηστεία καλόν. κατατρυφήσωμεν δὲ τοῦ κυρίου ἐν τῇ μελέτῃ τῶν λογίων τοῦ πνεύματος, καὶ ἐν τῇ ἀναλήψει τῶν σωτηρίων νομίμων, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς διορθωτικοῖς τῶν ψυχῶν ἡμῶν δόγμασιν. ἀπὸ μέντοι τῆς ἐν τῷ κρυπτῷ νηστείας φυλαξώμεθα, περὶ ἧς ὁ προφήτης ἐπεύχεται λέγων· οὐ λιμοκτονήσει κύριος ψυχὴν δικαίου· καὶ τὸ, οὐκ εἶδον δίκαιον ἐγκαταλελειμμένον, οὐδὲ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ζητοῦν ἄρτους. D οὐ γὰρ ἂν περὶ αἰσθητῶν ἄρτων εἶπεν, ὁ εἰδὼς τοὺς παῖδας τοῦ πατριάρχου Ἰακὼβ ἄρτων ἕνεκεν καταβάντας εἰς Αἴγυπτον, ἀλλὰ περὶ τῆς πνευματικῆς λέγει τροφῆς, καθ' ἣν ὁ ἔσω ἄνθρωπος τελειοῦται· μὴ ἔλθῃ καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἡ τοῖς Ἰουδαίοις ἀπειληθεῖσα νηστεία. ἰδοὺ γὰρ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει κύριος, καὶ ἐπάξω ἐπὶ τὴν γῆν ταύτην λιμὸν, οὐ λιμὸν ἄρτου, οὐ δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον κυρίου· ὃν διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν ὁ δίκαιος κριτὴς, ἐπειδὴ ἑώρα αὐτῶν τὸν μὲν νοῦν ἐν τῇ ἀτροφίᾳ τῶν τῆς ἀληθείας διδαγμάτων λιμαγχονούμενον, ὑπερπιαινόμενον δὲ αὐτῶν καὶ κατασαρκούμενον τὸν ἔξω ἄνθρωπον. πάσας τοίνυν τὰς ἐφεξῆς ἡμέρας ἑστιάσει ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἑωθιναῖς τε καὶ ἑσπεριναῖς εὐφροσύναις. μηδεὶς ἑκουσίως ἀπολειπέσθω τῆς πνευματικῆς εὐωχίας, πάντες μετάσχωμεν τῶν νηφαλίου τῶν πεμμάτων [a] ἐπιτηδεύων. E ἡσυχασάτω ποτὲ καὶ ὁ οἶκος ἀπὸ τῶν μυρίων θορύβων, καὶ τοῦ καπνοῦ καὶ τῆς κνίσης, καὶ τῶν ἄνω καὶ κάτω διατρεχόντων, καὶ οἱονεὶ ἀπαραιτήτῳ δεσποίνῃ τῇ γαστρὶ λειτουργούντων. πάντως ποτὲ καὶ οἱ φορολόγοι τοῖς ὑποχειρίοις ἐλευθεριάσαι μικρὸν ἐπιτρέπουσι. δότω τινὰ ἐκεχειρίαν καὶ ἡ γαστὴρ τῷ στόματι, δότω· σπεισάσθω πενθημέρους σπονδὰς ἡμῖν ἡ ἀεὶ ἀπαιτοῦσα καὶ οὐδέποτε λήγουσα, ἡ λαμβάνουσα σήμερον, καὶ αὔριον ἐπιλανθανομένη. ὅταν ἐμπλησθῇ, περὶ ἐγκρατείας φιλοσοφεῖ· ὅταν διαπνευσθῇ, ἐπιλανθάνεται τῶν δογμάτων. νηστεία δανείου φύσιν οὐκ οἶδεν, οὐκ ὄζει τόκων τράπεζα τοῦ νηστεύοντος, οὐκ ἄγχουσιν ὀρφανὸν νηστευτοῦ παιδοτόκοι πατρῷοι,

[a] Hic in serie vitium est: quasi divinando vertimus, ut etiam infra.

mini verbum; non tristes sicut hypocritæ; sed hilaritatem animi sine fuco exhibentes. Non mihi tantum laborandum putatis ut jejunium vobis suadeam, quantum ut vos hodie a vitio ebrietatis avertam. Jejunium enim & ex consuetudine, & ex mutuo pudore multi servant. Timeo autem ebrietatem, quam ceu sortem quamdam paternam vini amatores sibi propriam ducunt. Quemadmodum enim ii qui ad longam peregrinationem se comparant; ita quidam insani hodie ad quinque jejunii dies vinum potant. Quis ita amens est, ut antequam bibere incipiat, ebriorum instar insaniat? An ignoras quod venter depositum non servet? Venter in mutuo est infidelissimus, penus non tuta cum multa deposita accipit: damnum retinens, deposita non servans. Cave ne tibi crastina die ab ebrietate reverso, ea quæ nunc lecta sunt dicantur: *Non hoc jejunium elegi, dicit Dominus.* Cur misces ea quæ non miscenda sunt? Quod consortium jejunii cum ebrietate? Quæ communicatio temulentiæ cum temperantia? Quis consensus templi Dei cum idolis? Templum quippe Dei sunt, in quibus Spiritus Dei habitat. Templum autem idolorum sunt, qui ob ebrietatis sordes intemperantiæ satietatem admittunt. Hodierna dies vestibulum est jejuniorum. Qui in vestibulo profanatus est, non est dignus qui in sancta intret. Nullus servus qui herum suum placare velit, inimico ejus patrono aut conciliatore utitur. Ebrietas inimicitia est in Deum: jejunium vero, initium pœnitentiæ. Si vis ergo per confessionem ad Deum revertere, fuge ebrietatem, ne tibi graviorem paret alienationem. Nec sufficit sola per se ciborum abstinentia, ad laudatum jejunium; sed jejunemus jejunio acceptabili, Deo placenti. Verum jejunium est abstinentia a vitiis, temperantia linguæ, abstinentia ab ira, separatio a cupiditatibus, a maledictis, a mendacio, a perjurio. Abstinentia a rebus hujusmodi verum est jejunium. In his jejunium est bonum. Domino cum deliciis fruamur in meditatione eloquiorum Spiritus, & in assumtione legalium salutarium, atque in omnibus quæ animam nostram dirigunt dogmatibus. A jejunio clam peracto fugiamus: quod deprecans propheta dicit: *Non fame occidet Dominus animam justi*; &, *Non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panem.* Neque enim de sensili pane loquitur, qui sciebat filios Jacobi patriarchæ panis quærendi causa in Ægyptum descendisse, sed de spirituali cibo verba facit, quo perficitur interior homo. Ne nobis jejunium illud eveniat, quod Judæis comminatur Deus: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & inducam famem super terram: non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbi Domini.* Quam ideo induxit justus judex, quia videbat eorum mentem in veritatis dogmatibus penuria premi, dum exterior homo pinguis secundum carnem esset. Spiritus ergo sanctus vos insequenti tempore matutinis & vespertinis cibis laute reficiet. Nemo a spirituali convivio sponte absit: omnes participes simus jejunii, quo a coctis cibis abstinetur. Quiescat tandem domus a mille tumultibus, a fumo & nidore, ab iis qui circumquaque discurrunt, & ventri quasi inevitabili domino serviunt. Exactores certe subditis suis aliquid libertatis interdum indulgent. Det venter quasdam ferias ori: det, & quinque dierum inducias nobiscum paciscatur, qui semper appetit, & nunquam cessat: qui hodie accipit, & cras accepti obliviscitur. Cum plenus est, de temperantia philosophatur; cum vacuus, doctrinæ obliviscitur. Jejunium fœnoris naturam non novit, usuram non olet mensa jejunantis. Pupillum non opprimunt jejunantis filii, nec sicut

Matth. 6. 16. — Isai. 58. 5. — 2. Cor. 6. 16. — Prov. 10. 3. — Ps. 36. 25. — Amos 8. 11.

A serpentes illum circumplicant. Alioquin autem lætitiæ occasio est jejunium. Ut enim sitis suavem parat potum, & prævia fames dulcem parat mensam, sic jejunium ciborum usum lætum reddit. In medium namque se interponens, & continuam voluptatem frangens, desiderabilem tibi ciborum usum reddit quasi peregrinum.

2. Quamobrem si volueris desiderabilem tibi mensam parare, hanc ex jejunio mutationem accipe. Tu quod deliciis ciborum nimis hæreas, ignoras te tibi delicias hebetiores reddere, & voluptatis amore voluptatem exstinguere. Nihil enim ita optabile est, ut ne ex voluptatis nimia frequentia, ea tandem despiciatur. B Quorum autem possessio infrequens est, eorum usus optatur. Sic Creator ex vicissitudine vitæ permanentem nobis donorum gratiam providit. Non vides solem decursa nocte lætiorem esse, & vigilias post somnum dulciores, necnon valetudinem optabiliorem post contrariorum experimentum. Mensa itaque gratior post jejunium, tam divitibus & laute conviventibus, quam pauperibus & frugalibus. Exemplum divitis illius pertimesce. Illum deliciæ hujus vitæ in ignem conjecerunt. Non de injustitia, sed de mensæ luxu accusatus in camino ignis torrebatur. Ut ergo ignem illum exstinguamus, aqua est opus. Neque solum ad futuram vitam utile est jejunium, sed etiam ipsi C carni utilissimum est : nam pinguedo nimia mutationi & infirmitati obnoxia est, dum natura aggravatur, nec tantum pondus ferre valet. Cave igitur, ne qui aquam nunc respuis, stillam deinceps concupiscas, ut dives ille. Nemo ex aqua in crapulam deflexit; nullius caput aqua gravatum ægrotavit; nemo aquam potans alienis opus habuit pedibus. Nullius pedes, nullius manus, aqua irrigante, vel colligati vel debilitati sunt. Nam comessatores necessario in ciborum decoctione laborant. Hoc violentos corporibus morbos parit. Jejuni color honestus est, non rubore nimio, sed pallore temperato ornatus. Oculus ejus mitis, incessus gravis, vultus modestus, incomposito risu non dehonestatus, sermo compositus, cor purum. Recordare sanctorum qui a sæculo fuere, quibus dignus non erat D mundus, qui circuibant in melotis & in pellibus caprinis, angustiati, afflicti. Illorum æmulare vitam, si sortem illam requiris. Quid Lazarum effecit in sinu Abrahæ quiescere? annon jejunium? Joannis vero vita tota jejunium erat: qui non lectum habuit, non mensam, non terram arabilem, non bovem subjugalem, non frumentum, non pastorem, non aliud quidpiam ad vitæ usum. Ideo inter natos mulierum non fuit major Joanne Baptista. Paulum vero jejunium, quod inter alias ærumnas numerabat, ad tertium cælum deduxit. Et quod ad supra dicta caput additur, Dominus noster carnem, quam pro nobis assumserat jejunio firmans, in illa diaboli impetus excepit, ut nos doceret, quo- E modo per jejunium ungi & exerceri opus esset, ad tentationum certamina subeunda : atque adversario per cibi penuriam aggrediendi velut occasionem dedit. Nam ob deitatis sublimitatem inaccessus ipsi erat, nisi ob penuriam ad humanam naturam deflexisset. Ad cælum etiam reversurus cibum attigit, ut naturam suscitati corporis credibilem redderet. Tu vero te impinguare & carnem obesam reddere non cessas, mentemque penuria salutarium & vivificorum dogmatum extenuas, nihilque curas. An ignoras, sicut in acie pugnæ socius adversarium opprimit; sic eum qui carni sociatur, spiritum opprimere, & eum qui mutans aciem spiritui jungitur, carnem subjugare? Hæc enim sibi mutuo adversantur. Quare si volueris mentem fortiorem reddere, carnem per jejunium doma.

ὥσπερ ὄφεις περιπλεκόμενοι. καὶ ἄλλως δὲ, ἀφορμὴ εἰς εὐφροσύνην ἐστὶ τὸ νηστεύειν. ὡς γὰρ ἡ δίψα ἡδὺν τὸν πότον εὐτρεπίζει, καὶ λιμὸς προηγησάμενος ἡδεῖαν παρασκευάζει τὴν τράπεζαν, οὕτω καὶ τὴν τῶν βρωμάτων ἀπόλαυσιν ἡ νηστεία φαιδρύνει. μέσην γὰρ ἑαυτὴν παρενθεῖσα καὶ τὸ συνεχὲς τῆς τρυφῆς διακόψασα, ποθεινήν σοι τὴν μετάληψιν ποιήσει φανῆναι, ὥσπερ ἀπόδημον.

Ὥστε εἰ βούλει σεαυτῷ ἐπιθυμητὴν κατασκευάσαι τὴν τράπεζαν, δέξαι τὴν ἐκ τῆς νηστείας μεταβολήν. σὺ ὑπὸ τοῦ σφόδρα τῆς τρυφῆς περιέχεσθαι λέληθας σεαυτῷ ἀμαυρῶν τὴν τρυφὴν, καὶ ὑπὸ φιληδονίας τὴν ἡδονὴν ἀφανίζων. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐπιθυμητὸν, ὡς μὴ τῇ συνεχείᾳ τῆς ἀπολαύσεως εὐκαταφρόνητον γίνεσθαι· ὧν δὲ σπανία ἡ κτῆσις, περισπούδαστος ἡ ἀπόλαυσις. οὕτω καὶ ὁ κτίσας ἡμᾶς, διὰ τῆς κατὰ τὸν βίον ἐναλλαγῆς παραμένουσαν ἡμῖν τὴν χάριν τῶν δεδομένων ἐμηχανήσατο. οὐχ ὁρᾷς ὅτι καὶ ἥλιος φαιδρότερος μετὰ τὴν νύκτα, καὶ ἐγρήγορσις ἡδίων μετὰ τὸν ὕπνον, καὶ ὑγίεια ποθεινοτέρα μετὰ τὴν πεῖραν τῶν ἐναντίων· καὶ τράπεζα τοίνυν χαριεστέρα μετὰ τὴν νηστείαν, ὁμοίως μὲν πλουσίοις καὶ εὐτραπέζοις, ὁμοίως δὲ τοῖς λιτοῖς καὶ αὐτοσχεδίοις τὴν δίαιταν. φοβήθητι τὸ ὑπόδειγμα τοῦ πλουσίου. ἐκεῖνον παρέδωκε τῷ πυρὶ ἡ διὰ βίου τρυφή. οὐ γὰρ ἀδικίαν, ἀλλὰ τὸ ἁβροδίαιτον ἐγκληθεὶς, ἀπετηγανίζετο ἐν τῇ φλογὶ τῆς καμίνου. ἵνα τοίνυν σβέσωμεν ἐκεῖνο τὸ πῦρ, ὕδατος χρεία. καὶ οὐ πρὸς τὰ μέλλοντα μόνον ὠφέλιμος ἡ νηστεία, ἀλλὰ καὶ αὐτῇ τῇ σαρκὶ λυσιτελεστέρα. αἱ γὰρ εἰς ἄκρον εὐεξίαι ὑποστροφὰς ἔχουσι καὶ μεταπτώσεις, ὀκλαζούσης τῆς φύσεως, καὶ ἀναφέρειν τὸ βάρος τῆς εὐεξίας ἀδυνατούσης. ὅρα οὖν, μὴ νῦν διαπτύων τὸ ὕδωρ, ὕστερον ῥανίδος ἐπιθυμήσῃ, ὥσπερ ὁ πλούσιος. οὐδεὶς ἐκραιπάλησεν ἀπὸ ὕδατος· οὐδενὸς κεφαλὴ ὠδυνήθη ποτὲ ὕδατι βαρυνθεῖσα· οὐδεὶς ἀλλοτρίων ποδῶν ἐδεήθη ὑδροποσίᾳ συζῶν· οὐδενὸς ἐδέθησαν πόδες, οὐδενὸς χεῖρες ἀπηχρειώθησαν ὕδατι καταρδόμεναι. τὸ γὰρ περὶ τὴν πέψιν πλημμελὲς τοῖς τρυφῶσιν ἀναγκαίως ἀκολουθεῖ. τοῦτο τὰ σφοδρὰ νοσήματα τοῖς σώμασιν ἐνεργάζεται. τοῦ νηστεύοντος σεμνὸν τὸ χρῶμα, οὐκ εἰς ἐρύθημα ἀναιδὲς ἐξανθοῦν, ἀλλ᾽ ὠχρότητι σώφρονι κεκοσμημένον· ὀφθαλμὸς πρᾶος, κατεσταλμένον βάδισμα, πρόσωπον σύννουν, ἀκολάστῳ γέλωτι μὴ καθυβριζόμενον, συμμετρία λόγων, καθαρότης καρδίας. μνήσθητι τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος ἁγίων, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος, οἳ περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι· ἐκείνων μίμησαι τὴν ἀναστροφὴν, εἴπερ ζητεῖς αὐτῶν τὴν μερίδα. τί τὸν Λάζαρον ἐπανέπαυσε τοῖς κόλποις τοῦ Ἀβραάμ; οὐχ ἡ νηστεία; Ἰωάννου δὲ ὁ βίος ἅπας μία νηστεία ἦν· ὃς οὐ κλίνην εἶχεν, οὐ τράπεζαν, οὐ γῆν ἀρόσιμον, οὐκ ἀροτῆρα βοῦν, οὐ σῖτον, οὐ σιτοποιὸν, οὐκ ἄλλο τι τῶν κατὰ τὸν βίον. διὰ τοῦτο μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν οὐκ ἔστιν Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ. Παῦλον δὲ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ἡ νηστεία, ἣν ἐν τοῖς ὑπὲρ τῆς θλίψεως καυχήμασιν ἀπηριθμήσατο, εἰς τὸν τρίτον ἀνήγαγεν οὐρανόν. κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις, ὁ κύριος ἡμῶν νηστείᾳ τὴν σάρκα, ἣν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνέλαβεν, ὀχυρώσας, οὕτως ἐν αὐτῇ τοῦ διαβόλου τὰς προσβολὰς ὑπεδέξατο, ἡμᾶς τε παιδεύων νηστείαις ἀλείφειν καὶ παιδοτριβεῖν ἑαυτοὺς πρὸς τοὺς ἐν τοῖς πειρασμοῖς ἀγῶνας, καὶ τῷ ἀντιπάλῳ διὰ τῆς ἐνδείας οἱονεὶ λαβὴν ἐνδιδούς. ἀπρόσιτος γὰρ ἦν αὐτῷ διὰ τὸ ὕψος τῆς θεότητος, εἰ μὴ διὰ τῆς ἐνδείας ὑπέβη πρὸς τὸ ἀνθρώπινον. ἐπανιὼν μέντοι εἰς οὐρανοὺς τροφῆς ἥψατο, τὴν φύσιν τοῦ σώματος τοῦ ἀναστάντος πιστούμενος. σὺ δὲ ὑπερπιαίνων μὲν σαυτὸν, καὶ κατασαρκῶν οὐκ ἀνίεις, ἐκτήκων δὲ τὸν νοῦν ἐν ἀτροφίᾳ τῶν σωτηρίων καὶ ζωοποιῶν διδαγμάτων, οὐδένα λόγον ποιεῖς. ἢ ἀγνοεῖς, ὅτι ὥσπερ ἐπὶ παρατάξεως ἡ τοῦ ἑτέρου συμμαχία ἧτταν ποιεῖ τοῦ ἑτέρου· οὕτως ὁ τῇ σαρκὶ προστιθέμενος, τὸ πνεῦμα καταγωνίζεται, καὶ ὁ πρὸς τὸ πνεῦμα μεταταξάμενος, καταδουλοῦται τὴν σάρκα. ταῦτα γὰρ ἀλλήλοις ἀντίκειται· ὥστε εἰ βούλει ἰσχυρὸν ποιῆσαι τὸν νοῦν, δάμασον τὴν σάρκα διὰ νηστείας.

τοῦτο γάρ ἐστιν ὅ φησιν ὁ ἀπόστολος, ὅτι ὅσον ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται, τοσοῦτον ὁ ἔσωθεν ἡμῶν ἀνακαινοῦται· καὶ ὅταν ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι. οὐ καταφρονήσεις τῶν φθαρτῶν βρωμάτων; οὐκ ἐπιθυμίαν λήψῃ τῆς ἐν τῇ βασιλείᾳ τραπέζης, ἣν πάντως ἡ ἐνθάδε νηστεία προευτρεπίσει; ἢ ἀγνοεῖς τῇ ἀμετρίᾳ τοῦ κόρου παχὺν σεαυτῷ τὸν βασανιστὴν κατασκευάζων σκώληκα; τίς γὰρ ἐν τροφῇ δαψιλεῖ καὶ τρυφῇ διηνεκεῖ ὑπεδέξατό τινα κοινωνίαν χαρίσματος πνευματικοῦ; Μωϋσῆς δευτέραν λαμβάνων νομοθεσίαν, δευτέρας νηστείας ἐδεήθη· Νινευῖται, εἰ μὴ καὶ τὰ ἄλογα συνενήστευσαν, οὐκ ἂν διέφυγον τὴν ἀπειλὴν τῆς καταστροφῆς. τίνων ἔπεσε τὰ κῶλα ἐν τῇ ἐρήμῳ; οὐ τῶν κρεοφαγίαν ἐπιθυμούντων; ἐκεῖνοι ἕως μὲν ἠρκοῦντο τῷ μάννα, καὶ τῷ ἐκ πέτρας ὕδατι, Αἰγυπτίους ἐνίκων, διὰ θαλάσσης ὥδευον, οὐκ ἦν ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν ὁ ἀσθενῶν. ἐπειδὴ δὲ ἐμνήσθησαν τῶν κρεῶν, τῶν λεβήτων, καὶ ὑπέστρεψαν εἰς Αἴγυπτον ταῖς ἐπιθυμίαις, οὐκ εἶδον τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. οὐ φοβῇ τὸ ὑπόδειγμα; οὐ φρίττεις τὴν ἀδηφαγίαν, μή που σε τῶν ἐλπιζομένων ἀγαθῶν ἀποκλείσῃ; ἀλλ' οὐκ ἂν ὁ σοφὸς Δανιὴλ τὰς ὀπτασίας εἶδεν, εἰ μὴ ἡ νηστεία διαυγεστέραν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ἐποίησεν. ἐκ γὰρ τῆς παχείας τροφῆς οἱονεὶ αἰθαλώδεις ἀναθυμιάσεις ἀναπεμπόμεναι νεφέλης δίκην πυκνῆς τὰς ἀπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐγγινομένας ἐλλάμψεις ἐπὶ τὸν νοῦν διακόπτουσιν. εἰ δὲ καὶ ἀγγέλων ἐστί τις τροφὴ, ἄρτος ἐστὶν, ὥς φησιν ὁ προφήτης, ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος, οὐ κρέα, οὐκ οἶνος, οὐχ ὅσα τοῖς δούλοις τῆς γαστρὸς διεσπούδασται. νηστεία ὅπλον ἐστὶ πρὸς τὴν κατὰ δαιμόνων στρατηγίαν. τοῦτο γὰρ τὸ γένος οὐκ ἐξέρχεται, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ. καὶ τὰ μὲν ἐκ τῆς νηστείας ἀγαθὰ τοσαῦτα. ὁ δὲ κόρος, ὕβρεως ἀρχή. εὐθὺς γὰρ συνεισέπεισι τῇ τρυφῇ καὶ τῇ μέθῃ καὶ ταῖς παντοδαπαῖς καρυκείαις πᾶν εἶδος ἀκολασίας βοσκηματώδους. ἔνθεν ἵπποι θηλυμανεῖς οἱ ἄνθρωποι, διὰ τὸν ἐκ τῆς τρυφῆς ἐγγινόμενον οἶστρον τῇ ψυχῇ παρὰ τῶν μεθυόντων· αἱ τῆς φύσεως ἐναλλαγαὶ, ἐν ἄρρενι μὲν τὸ θηλὺ, ἐν δὲ τῷ θήλει τὸ ἄρρεν ἐπιζητούντων. νηστεία δὲ καὶ γαμικῶν ἔργων μέτρον γνωρίζει, καὶ τῶν ἐκ νόμου συγκεχωρημένων τὴν ἀμετρίαν κολάζουσα. [a] σὺ τοῦ εὑρεῖν ἄνθρωπον μετά τινος ἑτέρου ὀφείλοντα δικάσασθαι ἐπὶ τοῦ βασιλέως, καὶ τὸ μὴ καθόλου εὑρεῖν. πολλοὺς γὰρ ἀπώλεσε τῶν ἀδικεῖν αἱρουμένων. διὰ ταῦτα ὁ φιλάγαθος θεὸς οὐ παρεῖδε τὰ δάκρυα καὶ τοὺς στεναγμοὺς τῶν αὐτοῦ ἱερέων καὶ ὁσίων ὑπὲρ αὐτοῦ παρακαλούντων αὐτὸν, ὁ εἰπὼν διὰ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου, κρίνατε ὀρφανῷ, καὶ δικαιώσατε χήραν, καὶ δεῦτε, καὶ διαλεχθῶμεν. ἀλλὰ καὶ τούτων τῶν εὐχῶν εἰσακούσας, κἀκείνου τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον παρανομήματα συνεχώρησε, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τὸν οἰκεῖον κόσμον, καὶ τὴν εὐπρέπειαν τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων ἀπένειμε, καὶ ἡμῖν τοῖς εἰλικρινῶς προσκυνοῦσι καὶ κατασπαζομένοις αὐτὰς, καὶ τὰ θεῖα παραγγέλματα αὐτοῦ φυλάττουσιν εἰρήνην σταθερὰν καὶ συγχώρησιν τῶν πεπλημμελημένων καθ' ἑκάστην δωρεῖται· ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ προσκύνησις, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A Id enim dicit Apostolus: *Quantum is qui foris est homo corrumpitur, tantum is qui intus est homo renovatur*; &, *Cum infirmor, tunc potens sum.* (2. Cor. 4. 16.) Annon corruptos cibos despicies? Annon regiæ mensæ desiderium assumes? Quam utique hic susceptum jejunium nobis præparabit? An ignoras te immoderata satietate gravem tibi parare tortorem vermem? Quis enim ex lauto cibo & deliciis perpetuis quamdam spiritualis charismatis communicationem percepit? Moyses cum secundam legem accepit, secundo jejunio opus habuit. Ninivitæ nisi etiam bruta animalia ad jejunandum secum compulissent, minas excidii non effugissent. Quorum membra in deserto exciderunt? Annon eorum qui carnium esum desiderabant? Illi quamdiu manna B contenti fuere, & aqua de petra fluente, Ægyptios vincebant, per mare transibant, non erat in tribubus eorum infirmus. Quia vero recordati sunt carnium & ollarum, atque in Ægyptum redire concupierunt, non viderunt terram promissionis. Non times exemplum? Non formidas ne ingluvies te a speratis bonis excludat? Sed sapiens Daniel non visiones vidisset, nisi jejunium ejus animam ad id præparasset. Nam ex crassiore cibo fumos, vapores densæ nubis instar emissi illustrationes a Spiritu sancto in mentem immissas impediunt. Quod si Angelorum quoque sit cibus quispiam, panis est, ut ait propheta, *Panem Angelorum manducavit homo*, (Ps. 77. 25.) non carnes sunt, non vinum, non quæ ventris servi curant: jejunium telum est contra dæmonum aciem: *Hoc enim genus non exit nisi in oratione & jejunio.* (Matth. 17. 20.) Et hæc quidem sunt jejunii C bona. Satietas vero est contumeliæ principium. Statim quippe cum delicatis cibis, cum vino, aliisque gulæ oblectamentis, accedit omne genus brutæ lubricitatis. Inde equi ad feminas furentes fiunt homines, ob œstrum a cibis & ebrietate in animam immissum. Hinc naturæ commutationes, queîs in masculino femineus, in femineo masculinus sexus quæritur. Jejunium vero connubialium operum modum novit, & immodicum usum rerum, quas lex permittit, resecat. Tu hominem quæris qui coram rege cum alio disceptaturus sit, nec invenire potes. Multos enim perdidit qui alios injuste lædere vellent. Ideo benignus Deus non despexit lacrymas & gemitus Sacerdotum & Sanctorum suorum, qui pro ea re ipsum D precabantur, qui dixit per prophetam Esaïam: *Judicate pupillo, defendite viduam, & venite, & disceptemus.* (Isai. 1. 17) Sed eorum exauditis precibus, & illius scelera, quæ hominem superabant condonavit, & Ecclesiæ suum ornatum, & sanctarum venerandarumque imaginum decorem restituit, nobisque qui illas sincere colimus & amplectimur, illiusque divina præcepta servamus, firmam pacem, & remissionem peccatorum quotidie concedit. Quia ipsi gloria & imperium, honor & adoratio in sæcula sæculorum, amen.

a Hæc vitiata sunt, & ex alia, ut videtur, concione excerpta. Non enim quadrant ad præcedentia.

MONITUM
IN SEQUENTEM SERMONEM.

PER quam minimi precii opusculum typis dare ne cogitassemus quidem, nisi Savilius prior edidisset, qui tamen ut multa alia ejusdem farinæ, primis solis allatis singulorum verbis, prætermiserat, hoc etiam in tenebris relinquere debuit, ut existimabit haud dubie quisquis mente & κριτηρίῳ valebit.

In Exaltationem venerandæ Crucis.

OMNIS mutatio a pejoribus ad meliora magnam lætitiam & gaudium affert generi humano. Solet enim humana natura semper ad meliora adipiscenda ferri. Sic læta navigantibus est a tempestate ad serenum & tranquillum cælum mutatio, lætus viatoribus a defatigatione ad quietem transitus; suavis mœrentibus, a tristitia in gaudium conversio; suavior ægris sanitatis ac valetudinis reditus: dulcis bellantibus pacis & amicitiæ conciliatio & confirmatio; dulcior autem a tenebris & nocte ad diem accessus. Omnisque actus, ut ita dicam, suavior est, cum utilitate conjunctus. Sic itaque videmus fructum nobis a Deo concessum, ex mutatione lætitiam parere. Frumentum quippe dulce est; sed cum labore injectum in terram, multiplicatum dulcius apparet, ubi cum gaudio uberius ad alimentum adhibetur. Unum quippe granum est, quod in incertum jacitur. Sic & vitis suaviorem nobis præbet recreationem ex fructus mutatione, dum ex ligno potum affert: palmites quippe & folia acerrima vi sunt prædita, ita ut ne degustari quidem possint; uva autem quæ ex eodem ligno cum palmitibus & foliis prodit, tantam affert palato suavitatem, ut acerba & tristia sedet, atque ex potu lætitiam pariat. Ita oleæ planta semper viridia exhibet folia, arbor hæc semper nova conspicitur, fructus vero prodit suo tempore, non more cæterarum arborum; sed peculiari modo; flos namque primum, ut pulvis tenuissimus est, in medio autem quasi milium habetur; & botrui similis, innumerabilia profert grana; dum crescit autem, non ita frequentem exhibet multitudinem, & usque in finem acerbus gustui, excerptus ne degustari quidem potest; ita pinguedinem servat suam, ac mutata demum amaritudine, tantam gustui suavitatem affert, ut omnium deliciarum condimentum sit, & cibos omnes ad vitam hominum attemperet. Sic omnes arbores omniaque semina, ex fructuum mutatione, lætitiam omnibus pariunt. Quoniam igitur mutatio illa ex acerbis in meliora tantæ suavitatis causa est; age ad preciosiora transeuntes, videamus quot quantorumque donorum nobis causa fuerit Crux Christi, quæ virtute sua tantam in meliora mutationem nobis

A

Εἰς τὴν ὕψωσιν τοῦ τιμίου σταυροῦ.

ΠΑΣΑ μὲν ἡ ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττονα μεταβολὴ μεγίστην χαρὰν καὶ εὐφροσύνην τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων κατεργάζεται. πέφυκε γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις τῶν κρειττόνων ὀρεγομένη ἀεὶ σπεύδειν ἐπὶ τὴν τῶν βελτιόνων κατάληψιν. οὕτω γοῦν ἡδεῖα τοῖς πλέουσιν ἡ ἐκ χειμῶνος εἰς εὐδίαν καὶ γαλήνην μετάβασις· ἡδεῖα δὲ καὶ τοῖς ὁδοιπόροις ἡ ἐκ καμάτου ἐπ' ἀνάπαυσιν ἡσυχία· ἡδεῖα δὲ καὶ τοῖς λυπουμένοις ἡ ἐκ κατηφείας εἰς εὐφροσύνην μετάθεσις· ἡδυτέρα δὲ καὶ τοῖς νοσοῦσιν ἡ ἐξ ἀσθενείας εἰς ὑγείαν καὶ εὐεξίαν ἀνάληψις· ἡδεῖα δὲ καὶ τοῖς πολεμίοις ἡ ἀπὸ
B ἔχθρας εἰς φιλίαν καὶ εἰρήνην βεβαίωσις· ἡδυτέρα δὲ καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ σκότους καὶ τῆς νυκτὸς εἰς τὴν ἡμέραν μετάπτωσις. καὶ πᾶσα πρᾶξις, ὡς ἔστιν εἰπεῖν, ἡδυτέραν ἔχει τὴν ἐργασίαν, ὅταν ὄφελος μετὰ τοῖς ποθοῦσιν αὐτὴν ἀπεργάζηται. οὕτω γοῦν ὁρῶμεν καὶ τὴν ὑπὸ θεοῦ δεδομένην ἡμῖν ἀπόλαυσιν, τῇ μεταβολῇ τὴν εὐφροσύνην ἡμῖν παρεχομένην. σῖτος μὲν γάρ ἐστιν οὕτως ἡδύς· εἰς δὲ τὴν γῆν μετὰ κόπου καταβαλλόμενος καὶ πολυπλασιαζόμενος, ἡδύτερος ἀναδείκνυται μετὰ πάσης χαρᾶς εἰς πλῆθος τροφῆς λαμβανόμενος. εἷς μὲν γάρ ἐστι τῷ σπόρῳ κόκκος εἰς ἀδηλίαν ῥιπτόμενος. οὕτω καὶ φύσις ἀμπέλου ἡδυτέραν ἡμῖν παρέχει τὴν ἀνάπαυσιν, τῇ μεταβολῇ τοῦ καρποῦ τὸ πότον ἀπὸ τοῦ ξύλου προφερομένη. ἕλικες μὲν γὰρ καὶ φύλλα δριμυτάτην
C καὶ στυπτικωτάτην ἔχουσι τὴν ἐνέργειαν, ὡς μηδὲ στόματι δυνατὸν πρὸς γεῦσιν ἐφάψασθαι· σταφυλὴ δὲ σὺν ἕλιξι καὶ φύλλοις ἐν ἑνὶ ξύλῳ συμφυομένη, τοιαύτην γλυκεῖαν ἔχει τὴν αἴσθησιν, ὡς γλυκαίνειν τὸ πικρὸν καὶ λυπηρὸν τὴν ἕξιν, τὸν ἴδιον καρπὸν εἰς εὐφροσύνην τῇ πόσει παρεχομένη. οὕτω καὶ τῆς ἐλαίας τὸ πρέμνον ἀειθαλὲς μὲν ἔχει τὸ φύλλον, ἀεὶ δὲ νεάζον τὸ δένδρον. φέρεται δὲ κατὰ καιρὸν ὁ καρπὸς, οὐχ ὁμοίως τοῖς πᾶσιν ἀπὸ τοῦ ξύλου φαινόμενος, ἀλλ' ἰδίαν τινὰ φύσιν ἐν ἑαυτῷ ἐπιδεικνύμενος. ἄνθος μὲν γὰρ πρῶτον, ὡς χοῦν λεπτότατον, ἐστι προβαλλόμενος· ἐν μέσῳ δὲ τούτου αὐτός ἐστιν ὡς κέγχρος ἀναφυόμενος. καὶ βότρυϊ μὲν παρεοικὼς πλῆθος ἀναρίθμητον ἐπιδείκνυται, εἰς αὔ-
D ξησιν δὲ προϊὼν, τοῦ πλήθους μὲν ὡς ἀνωφελοῦς ἀπαλλάττεται, καὶ πικρὸς μέν ἐστιν ἕως τέλους ἀπογευόμενος, ἄγευστος δὲ διὰ χρόνον λαμβανόμενος· φύλαξ δὲ διὰ τούτου τῆς ἑαυτοῦ πιότητος γινόμενος, ἤδη τῆς πικρότητος τῇ μεταβολῇ τοσαύτην ἡδεῖαν παρέχει τὴν γεῦσιν, ὡς πάσης μὲν τρυφῆς ἄρτυμα παρεισφέρεσθαι, πάσης δὲ ἑστιάσεως κέρασμα πρὸς τὴν ζωὴν τῶν ἀνθρώπων γίνεσθαι. καὶ οὕτω πᾶσα φύσις φυτῶν τε καὶ σπερμάτων τῇ μεταβολῇ τῶν καρπῶν τὴν εὐφροσύνην τοῖς πᾶσι παρέχουσιν. ἐπεὶ τοίνυν τὸ χαλεπώτερον ἐπὶ τῇ τῶν βελτιόνων μεταβολῇ τοσαύτην χαρίζεται τὴν ἀπόλαυσιν, φέρε δὴ, μεταβάντες ἐπὶ τὰ τούτων τιμιώτερα, θεασώμεθα πόσων ἡμῖν ἀγαθῶν πρόξενος γέγονεν ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ, διὰ τῆς αὐτοῦ ἐνεργείας τοσαύτην μεταβολὴν ἀγαθῶν

ἀγαθῶν κατεργασάμενος. εἰ γὰρ καὶ λυπηρὸς καὶ στυγνὸς ὁ τοῦ κυρίου σταυρὸς ἀκουόμενος, ἀλλὰ χαρᾶς πλήρης καὶ φαιδρότητος ἔμπλεος, οὐ πάθους, ἀλλ' ἀπαθείας αἴτιος γενόμενος. εἰ δὲ καὶ σκάνδαλόν ἐστιν Ἰουδαίοις ὀνομαζόμενος, μωρία δὲ καὶ τοῖς ἔθνεσι κηρυττόμενος, ἀλλ' ἡμῖν τοῖς πιστεύουσι σωτηρία μνημονευόμενος. εἰ γὰρ καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ σταυροῦ ἀναγινωσκομένου, καὶ πάθους διὰ σταυροῦ μνημονευομένου, λαὸς ὁ σταυρῷ πιστεύων ἀγανακτεῖ, ἐλεεινὴν φωνὴν καὶ γογγυσμὸν ἀφιέμενος, οὐ διὰ τὸν σταυρὸν, ἀλλὰ διὰ τοὺς σταυρώσαντας καὶ ἀπιστήσαντας. σταυρὸς γὰρ σωτηρία τῆς ἐκκλησίας, σταυρὸς τὸ καύχημα τῶν εἰς αὐτὸν ἠλπικότων, σταυρὸς ὁ ἀπαλλάξας ἡμᾶς τῶν προλαβόντων κακῶν, καὶ ἀπαρχὴ τῶν ἐπιγινομένων ἡμῖν ἀγαθῶν, σταυρὸς ἡ πρὸς θεὸν ἐχθρῶν καταλλαγὴ, καὶ ἐπὶ Χριστὸν ἁμαρτωλῶν ἐπιστροφή. διὰ σταυροῦ γὰρ τῆς ἔχθρας ἐρρύσθημεν, καὶ διὰ σταυροῦ τῷ θεῷ εἰς φιλίαν συνήφθημεν· διὰ σταυροῦ τῆς τοῦ διαβόλου τυραννίδος ἠλευθερώθημεν, καὶ διὰ σταυροῦ τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἀπωλείας ἀπηλλάγημεν. διὰ τοῦτο ὁ λαὸς πρότερον μὲν περὶ σταυροῦ ἀκούων, ἐγόγγυζεν, αὖθις δὲ περὶ ἀναστάσεως ἀκούων, τὸν γογγυσμὸν εἰς χαρὰν μετέβαλε, καθαρᾷ τῇ φωνῇ τὴν δόξαν προσφερόμενος· σταυρὸς τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν εἰς ἀγγελικὴν μετέβαλε τάξιν, πάσης φθαρτῆς πράξεως ἀλλοτρίαν ἀποδείξας, καὶ τῆς ἀφθάρτου ζωῆς ἐνδιαιτᾶσθαι καταξιώσας. οὐκ ἔτι γὰρ ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ θεοὺς προσηγόρευσε λέγων· ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες. οὐκ ἔτι δούλους, ἀλλὰ φίλους καὶ ἀδελφοὺς ὠνόμασεν, ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου λέγων· ὁρᾷς πόσην μεταβολὴν ὁ σταυρὸς κατειργάσατο; ἵνα δὲ μάθῃς ἀκριβέστερον τὴν δύναμιν τοῦ σταυροῦ, κατανόησον τί πρὸ σταυροῦ, καὶ τί μετὰ σταυρὸν, καὶ εὑρήσεις τοῦ σταυροῦ τὴν ἐνέργειαν. πρὸ σταυροῦ υἱὸς οὐκ ἦν γινωσκόμενος, σήμερον σταυροῦ κηρυττομένου υἱὸς ὀνομάζεται, καὶ πατὴρ δι' υἱοῦ γνωρίζεται· πρὸ σταυροῦ διάβολος προσεκυνεῖτο, νῦν σταυροῦ κηρυττομένου διάβολος πέπτωκε, καὶ δαίμονες φυγαδεύονται· πρὸ σταυροῦ πορνείαις καὶ ἀσελγείαις ἐσχολάζομεν, νῦν δὲ σταυροῦ κηρυττομένου οὐ μόνον πορνείας ἀπέστημεν, ἀλλὰ καὶ γάμων καταπεφρονήσαμεν, παρθενίαν δὲ, ἣν οὐκ ᾔδειμεν, δεξάμενοι, ὡς ἰδίαν φυλάττομεν. οὐκ ἦν σταυρὸς κηρυττόμενος, καὶ διάβολος τοὺς Ἰουδαίους κατὰ τοῦ Χριστοῦ συνήγαγε. σήμερον σταυρὸς κηρύττεται, καὶ οἱ ἀπόστολοι Ἰουδαίους διὰ τῆς πίστεως προσάγουσιν. οὐκ ἦν σταυρὸς κηρυττόμενος, καὶ ὑπὸ θανάτου κατειχόμεθα· νῦν σταυρὸς κηρύττεται, καὶ ὡς μὴ ὄντος θανάτου καταπεφρονήσαμεν, τὴν δὲ αἰώνιον ζωὴν ἐποθήσαμεν. οὐκ ἦν σταυρὸς κηρυττόμενος, καὶ παραδείσου ἀλλότριοι ἦμεν· σταυροῦ δὲ φανέντος παραχρῆμα λῃστὴς παραδείσου ἠξιώθη. ὢ μεγάλης δυνάμεως σταυροῦ, ὅσην μεταβολὴν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων κατειργάσατο. ἀπὸ τοσούτου σκότους εἰς φῶς ἀπέραντον μετέστησεν, ἀπὸ θανάτου εἰς ζωὴν αἰώνιον ἀνεκαλέσατο, ἀπὸ φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν ἀνεκαίνισεν. οὐκ ἔτι γὰρ ὀφθαλμοὶ καρδίας ἀπὸ ἀγνοίας ὑπὸ τοῦ σκότους καλύπτονται, ἀλλὰ διὰ σταυροῦ τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως καταυγάζονται· οὐκ ἔτι ὦτα κωφῶν ὑπὸ ἀπιστίας κέκλεισται. οἱ κωφοὶ γὰρ ἤκουσαν λόγον κυρίου, καὶ οἱ τυφλοὶ ἀνέβλεψαν τοῦ ἰδεῖν τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ. ταῦτα τοῦ σταυροῦ τὰ κατορθώματα, ταῦτα ἡμῖν διὰ σταυροῦ τὰ δωρήματα. τί γὰρ καλὸν ἡμῖν οὐκ ἀπὸ σταυροῦ δεδώρηται; τί δὲ ἀγαθὸν, οὐ διὰ σταυροῦ, ἡμῖν κατώρθωται; διὰ σταυροῦ εὐσεβεῖν ἐδιδάχθημεν, καὶ τῆς θείας φύσεως τὴν δύναμιν ἐπέγνωμεν· διὰ σταυροῦ δικαιοσύνην θεοῦ παιδευόμεθα, καὶ σωφροσύνης ἀρετὴν μεταδιώκομεν· διὰ σταυροῦ ἀλλήλους γνωρίζομεν, καὶ οἱ μακρὰν ὄντες Χριστῷ συνήφθημεν, καὶ τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἠξιώθημεν· διὰ σταυροῦ ἀγάπης τὴν δύναμιν ἔγνωμεν, καὶ ὑπὲρ ἀλλήλων ἀποθανεῖν οὐ παραιτούμεθα· διὰ σταυροῦ πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ καταπεφρονήκαμεν, καὶ ὡς οὐδὲν αὐτὰ εἶναι ἡγησάμεθα τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ὀρεγόμενοι, καὶ τῶν ἀοράτων ὡς ὁρωμένων ἀντιποιούμενοι. σταυρὸς κηρύττεται, καὶ πίστις ἡ εἰς θεὸν ὁμολογεῖται, καὶ ἀλήθεια εἰς ἅπασαν τὴν οἰκουμένην πολιτεύεται· σταυρὸς κηρύττεται, καὶ μάρτυρες ἀνα-

A peperit. Nam etsi Crux auditu tristis & ingrata sit, at lætitiam & jucunditatem affert, neque mœroris, sed gaudii causa est. Etsi namque nomen ejus Judæis scandalum sit, & Gentibus stultitia, sed nobis credentibus salus esse memoratur: quamquam dum Crux in Ecclesia legitur, & passio per Crucem memoratur, populus qui Cruci credit indignatur, miserabilem vocem nec sine murmuratione emittens, non contra Crucem, sed contra crucifigentes & incredulos. Crux enim salus est Ecclesiæ, Crux gloriatio eorum, qui in ipsam crediderunt. Crux nos liberat a præcedentibus malis, hæ sunt primitiæ bonorum, Crux inimicorum reconciliatio cum Deo, & peccatorum conversio ad Christum. Per crucem enim ab inimicitia liberati, per crucem amicitia cum Deo juncti
B sumus. Per crucem a diaboli tyrannide liberamur, per crucem a morte & pernicie eruimur. Ideo populus, ubi primum crucem audivit, obmurmuravit, sed audita resurrectione murmur in gaudium mutavit, pura voce gloriam celebrans. Crux humanam naturam in Angelicum ordinem mutavit: illamque ab omni corrupto opere liberam ostendens, incorruptæ vitæ participem efficere dignata est. Non enim jam homines, sed deos appellat dicens: *Ego dixi dii estis, & filii Altissimi omnes.* Non ultra servos, sed amicos & fratres vocavit. *Narrabo nomen tuum fratribus meis*, inquiens. Viden' quantam mutationem crux effecerit? Ut vero clarius crucis virtutem ediscas, cogita quid ante crucem, quid post crucem fuerit, & crucis vim intelliges. Ante crucem Filius non notus erat, hodie dum crux prædicatur, Filius ille voca-
C tur, & Pater per Filium cognoscitur. Ante crucem diabolus adorabatur, nunc post crucis prædicationem diabolus cecidit, & dæmones fugantur. Ante crucem fornicationi & lasciviæ operam dabamus, nunc cum crux prædicatur, non modo a fornicatione abstinemus, sed etiam nuptias despicimus, virginitatem vero, quam non noveramus, amplectentes, quasi nobis propriam servamus. Cum crux nondum prædicaretur, diabolus Judæos contra Christum collegit; hodie crux prædicatur, & Apostoli Judæos per fidem reducunt. Cum crux nondum prædicaretur, a morte detinebamur: nunc crux prædicatur, & mortem quasi non esset despicimus, æternamque vitam desideramus. Cum
D crux nondum prædicaretur, a paradiso alieni eramus: apparente cruce statim latro paradiso dignatus est. O magnam vim crucis! quantam mutationem in genus humanum invexit! a tantis tenebris in lucem immensam transtulit, a morte in vitam sempiternam revocavit, a corruptione in incorruptionem transtulit. Non ultra enim cordis oculi ignorantiæ tenebris offuscantur, sed per crucem luce cognitionis illustrantur. Non ultra surdorum aures incredulitate clauduntur. Surdi namque audierunt verbum Domini, & cæci visum receperunt, ut viderent gloriam Dei. Hæc sunt crucis opera, hæc nobis per crucem collata sunt dona. Quid enim boni non a cruce nobis datum est? quid boni non a cruce nobis perfectum est?
E Per crucem pie agere didicimus, & divinæ naturæ potentiam agnovimus; per crucem justitiam Dei docemur, & temperantiæ virtutem sequimur; per crucem nos mutuo novimus, & qui procul sumus Christo conjungimur, atque gratiæ sancti Spiritus dignamur. Per crucem vim caritatis novimus, & pro aliis mori non recusamus. Per crucem quæ in mundo sunt omnia contemnimus & pro nihilo habemus, dum ad futura bona tendimus, & invisibilia quasi visibilia adipiscimur. Crux prædicatur, & fides in Deum in confesso habetur, ac veritas in toto orbe admittitur. Crux prædicatur, & Martyres exhi-

Ps. 81. 6.
Ps. 21. 31.

bentur, ac confessio Christi roboratur. Crux prædicatur, & resurrectio ostenditur, ac vita manifestatur, regnumque cælorum creditur: qui increduli erant cruci credunt, & ii qui contra vitam crucem excogitarunt, salutem consequuntur. Crux hæc omnia nobis conciliavit, ac per crucem cantum didicimus. Quid ergo cruce preciosius, quid animabus nostris utilius? Ne ergo erubescamus crucem nominare; sed cum omni fiducia illam confiteamur, per quam ad salutem vocati sumus, & ad æternam vitam transmittimur. Viden' quantæ œconomiæ crux mundo causa fuerit? Mutavit ejus iniqua opera, impiaque dogmata. Non ultra diabolicis legibus utimur, non in mortiferis decretis versamur. Deus enim apud nos venit, & passionum œstrum excidit, proprias leges tulit, & utilia nobisque congruentia docuit. Dogmata continentiæ dedit, & voluptatem amputavit. Sanctitatis decreta posuit, & legem castitatis concinnavit, atque iniquam fornicationem profligavit. Temperantiæ regulam posuit, & voluptatum imperium subvertit. Divino decreto concupiscentiarum organa evulsit, & omne peccatum per voluptatem inductum imminuit. Quia enim initium fornicationis est excogitatio idolorum: inventio autem illorum est corruptio vitæ, ideo iniquitatis radicem succidit, ut omnes impietatis fluxus reprimeret. Et removit quidem exsecrandos idololatriæ cultus, nefariaque studia delevit. Bacchicæ iniquitatis dissensiones inutiles reddidit, ac figmenta ornamentaque impietatis obscuravit: fallaciæ injustitiam succidit, perniciei rivos obstruxit, animas quæ spinas impietatis evellebant emundavit: illæque semina piæ religionis quasi granum frumenti tulerunt, ut exhiberent animas fructum justitiæ ferentes. Cataractas aperuit spiritualis annonæ, & rationabilia horrea divinis cælestis sapientiæ fructibus replevit; credentes spiritus sanctitate cumulavit, & singuli facti sunt divinæ sanctitatis receptaculum, divinique decoris flumen. Horum omnium possessionem crux subministravit, tantisque bonis per crucem fruimur. Horum omnium notitiam per crucem accepimus, hæc omnia per ipsam didicimus. Ut autem discas crucis potentiam & efficaciam, consideres velim ea quæ crux operata est, & invenies divinæ potestatis gesta per illam consummata. Crux contra vitam figitur, & vita mundo per crucem datur: Crux ad mortem excogitatur, & mors per illam mortua exhibetur: Crux contra veritatem erigitur, & per crucem mundus vita repletur. Crux extensa fuit contra Dominum, & Dominus per eam expansis manibus omnia complexus est. Christus in cruce pendet, & diabolus occiditur: Christus in cruce extenditur, & signum salutis mundo datur: Christus in cruce clavis affigitur, & omnis anima a vinculis redimitur: Christus cruci affigitur, & omnis creatura a servitutis corruptione liberatur: Christus in cruce quiescit, & prodigium novum mundo ostenditur: nam lux solis obtenebratur: quod incredulis symbolum est, fore ut in die judicii tenebræ ipsis reserventur; credentibus vero lux diei ex tenebris emergat. Hoc autem clamat
ΠΑΝΤΕΣ μὲν οἱ μαρτύρων ἀγῶνες ἐπίδοξοι, καὶ θαυμάζεται πανταχοῦ τῶν δικαίων ἡ ἄθλησις· ἀλλ' ὅπου τὸ περίβλεπτον ἄγεται Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος στάδιον, ἐκεῖ καὶ ἡ ἄφωνος γλῶττα πρὸς εὐφημίαν διεγείρεται. τίνα γὰρ οὐ καλεῖ πρὸς ἔπαινον ὁ μακάριος Στέφανος; ὁ καὶ μόνῃ τῇ προσηγορίᾳ τὴν οἰκείαν σημαίνων ἀξίωσιν, καὶ αὐτῷ τῷ ὀνόματι τὴν τιμὴν ἤδη προκεκτημένος τῆς νίκης. ἐν τούτῳ γὰρ καὶ τὴν πάλην, καὶ τὴν νίκην, καὶ τὴν τιμὴν κηρύττει τὸ τοῦ μάρτυρος ὄνομα. Στέφανος, ὁ καὶ τῶν ἀγώνων πρῶτος, καὶ τῶν ἐπαίνων πρῶτος, καὶ τῶν ἐπαίνων ἐξαίρετος, ὁ τοῖς ἴχνεσι τοῦ δεσπό- E του ἑπόμενος, καὶ ἀρχὴ τῶν ἀθλούντων γενόμενος. τοῦτον γὰρ πρῶτον ὁ σωτὴρ εἰς σωτηρίαν ἐγεώργησε μάρτυρα· τοῦτον ὁ τοῦ Χριστοῦ θάνατος εὐθέως καταφρονῆσαι καὶ αὐτοῦ τοῦ θανάτου ἔπεισε· τοῦτον ἐκχέαι καὶ τὸ ἴδιον αἷμα ἡ τοῦ δεσπότου πλευρὰ προεξένησεν. ἃ γὰρ ἔγνω τὸν δεσπότην ὑπὲρ δούλων παθόντα, ταῦτα παθεῖν ἠνέσχετο ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ δεσπότου, οὐκ ἀναμείνας καιρόν, οὐ προλαβόντας ἰδών, οὐ θεασάμενος ἄθλησιν. ἐπειδὴ γὰρ τὸν ἑαυτοῦ

D *In S. Stephanum primum Martyrem.*

OMNES quidem Martyrum agones gloriosi sunt, & ubique celebrantur justorum certamina; sed ubi conspicuum illud Stephani primi Martyris stadium in medium agitur, ibi vel muta lingua ad laudes excitatur. Quem enim ad laudes prædicandas non evocet beatus ille Stephanus, cujus solum nomen *corona* dignitatem significat, ac qui vel ipso nomine victoriæ honorem prius adeptus erat? Itaque vel ipsum nomen, pugnam, victoriam honoremque Martyris prædicat. Stephanus in certamine prior, in laudibus prior, in laudibus præcellit, qui Domini vestigia sequutus est, & certantium primus fuit. Hunc enim priorem Servator, agricola salutaris, Martyrem paravit. Hunc mors Christi statim vel ad mortem ipsam despiciendam induxit: huic Domini latus id conciliavit, ut proprium sanguinem effunderet. Nam quæ sciebat Dominum pro servis esse passum, ea ille pro Domino passus est: nullum exspectavit tempus, nullum præeuntem vidit, nullum certamen conspexerat. Quia enim institu-

tum suum esse ostendit, ut Dominum sequeretur, & cum ipso certaret, & simili obire modo constituit, ut discipulus magistri ordinem servans. Et vide mihi beatum illum operibus & verbis magistrum imitantem. Servatorem gloria affecit vis signorum: in hoc quoque laudatur
Act. 6. 8. Martyris gratia. Nam, inquit, *Stephanus plenus gratia & virtute, faciebat prodigia & signa in populo.* Dominus docens admirationi habetur, Martyr concionans laudatur. Orsus enim a visione Abrahæ, & cum ordine cætera præcurrens; & personas & res insigniores commemorat, inducitque prophetiam de Christo, ac Judæos exhibet semper Deum ad iram concitantes. Sed quemadmodum Christus Pharisæos semper contradicentes habuit, sic & Martyr ex
Act. 6. 9. Synagoga coactos adversarios: *Surrexerunt* enim, inquit, *quidam de Synagoga quæ appellatur Libertinorum & Cyrenensium & Alexandrinorum, & eorum qui erant ex Cilicia & Asia, disputantes cum Stephano, & non poterant resistere sapientiæ & spiritui, quo loquebatur.* Accusabatur circa templum Dominus: hac quoque de re ca-
Act. 6. 13. lumniis impetitur Martyr. Nam aiunt: *Hic homo non cessat loqui verba contra hunc sanctum locum & contra legem.* Extra urbem crucifigitur
Act. 7. 57. Dominus, extra urbem Martyr lapidatur. *Ejicientes* enim *eum extra civitatem lapidabant.* Judæi Christum crucifigunt, Judæi Stephanum lapidant. Veniam concedit Dominus crucifixus:
Luc. 23 34. *Pater*, inquit, *dimitte illis hoc peccatum; non enim sciunt quid faciunt.* Similiter pro illis ro-
Act. 7. 59. gat Martyr. *Positis* enim, inquit, *genibus, oravit dicens: Domine Jesu Christe, ne statuas illis hoc peccatum.* Neque verbis neque operibus Dominum sequi Martyr cessavit, sed & injuriarum tolerantiam & patientiæ virtutem exhibuit: qua-
Act. 7. 55. propter hac divina visione dignatur. *Respiciens* enim, inquit, *in cælum, vidit gloriam Dei, & Jesum stantem a dextris Patris.* Magnum est hoc certaminum stadium. Nam athleta in terra pugnat, & agonotheta de cælis respicit. Hic decertat & hic pugnat, ille desuper pugnanti stans auxiliatur. Non enim sedentem, sed stantem videt Servatorem. O quanta dignationis gratia! Stat Dominus pugnante Martyre. Agonothetæ forma & situs, agonum magnitudinem significat. Tunc enim agonothetæ e solio surgunt, cum ardentius decertatur: tunc athletarum virtus dignoscitur, cum debitus honor redditur. Hic vero a Servatore exhibitus honor est, ita ut præ Angelis Martyr honoretur. *Respiciens*, inquit, *in cælum, vidit gloriam Dei, & Jesum stantem a dextris Dei.* Vidit invisibilem non modo locum & gloriam, sed etiam ipsum desideratum: ubi non audet Angelorum exercitus intueri, ibi oculis Martyr perspicit: ubi Cherubini illas puras facies obtegunt, & Seraphini non audent illam immensam celsitudinem obtueri. In hac ergo re Angelis superior visus est, Potestatibus excelsior, Thronis & Dominationibus superior. Illum enim attraxit vox Domini,
Joan. 12. 26. quæ prius dixerat: *Ubi sum ego, illic & minister meus erit.* Primus ergo fuit Servatoris diaconus, ut primus in certamine Martyr. Quodque hac in re singulare est; non igne, non ferro, non bestiis, non aliis cruciatibus justus hic martyrium subiit; sed solo lapidum jactu. Oportebat lapidibus tantum ornari Stephanum, seu coronam, & ex lapidum accessione veritatis gratiam accipere. Nam velut in aureum corpus injecti sunt lapides, maxime vero in caput, quod undique sanguine circumfluebat. Hoc er-

A πολιτείαν ἐπομένην ἔδειξε, πανταχοῦ τῷ δεσπότῃ συναγωνίζεσθαι καὶ τὴν τελευτὴν ὁμοίαν [a] ἐργάσασθαι, φυλάττων, ὡς μαθητὴς, διδασκάλου τάξιν. καὶ βλέπε μοι τὸν μακάριον ἐν ἔργοις τε καὶ λόγοις αὐτὸν τὸν δεσπότην μιμούμενον. ἐδόξασε τὸν σωτῆρα τῶν σημείων ἡ δύναμις· μακαρίζεται καὶ ἐν τούτῳ ἡ χάρις τοῦ μάρτυρος. Στέφανος γάρ, φησι, πλήρης χάριτος καὶ δυνάμεως, ἐποίει τέρατα καὶ σημεῖα ἐν τῷ λαῷ. θαυμάζεται διδάσκων ὁ κύριος, ἐπαινεῖται δημηγορῶν ὁ μάρτυς. ἀρξάμενος γὰρ ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν Ἀβραὰμ ὀπτασίας, καὶ διελθὼν καθεξῆς ἀκολούθως, ἐπιμέμνηται μὲν τῶν καιριωτέρων προσώπων τε καὶ πραγμάτων, εἰσάγει δὲ τὴν εἰς Χριστὸν προφητείαν, καὶ δείκνυσιν ἀεὶ τοὺς Ἰουδαίους τὸν θεὸν παροργίζοντας. ἀλλ᾽ ὥσ-
B περ ἔσχεν ὁ Χριστὸς Φαρισαίους ἀντιλέγοντας, οὕτω καὶ ὁ μάρτυς τοὺς ἐκ τῆς συναγωγῆς αὐτῷ ἀντιπίπτοντας. ἀνέστησαν γάρ τινές, φησι, τῶν ἀπὸ τῆς συναγωγῆς τῆς λεγομένης Λιβερτίνων καὶ Κυρηναίων καὶ Ἀλεξανδρέων, καὶ τῶν ἀπὸ Κιλικίας καὶ Ἀσίας, συζητοῦντες τῷ Στεφάνῳ· καὶ οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ πνεύματι ᾧ ἐλάλει· κατηγορεῖται περὶ τὸν ναὸν ὁ δεσπότης· συκοφαντεῖται καὶ ὁ μάρτυς ἐν τούτῳ. ὁ γὰρ ἄνθρωπος οὗτος, φησιν, οὐ παύεται λαλῶν ῥήματα κατὰ τοῦ τόπου τοῦ ἁγίου τούτου, καὶ τοῦ νόμου. ἔξω τῆς πόλεως ὁ δεσπότης σταυροῦται. ἔξω τῆς πόλεως καὶ ὁ μάρτυς λιθάζεται. ἐκβάλλοντες γὰρ αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως ἐλιθοβόλουν. Ἰουδαῖοι σταυροῦσι τὸν Χριστὸν, Ἰουδαῖοι λιθάζουσι καὶ τὸν Στέφανον. ἀπονέμει συγ-
C γνώμην ὁ δεσπότης σταυρούμενος· πάτερ γάρ, φησιν, ἄφες αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι. παρακαλεῖ ὅμοια περὶ αὐτῶν καὶ ὁ μάρτυς· θεὶς γάρ, φησι, τὰ γόνατα προσηύξατο λέγων· κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. οὐδὲ ἐν λόγοις, οὐδὲ ἐν ἔργοις, ἀκολουθῶν ὁ μάρτυς τῷ δεσπότῃ παρέλειψεν, ἀλλ᾽ ἔδειξε τὸ τῆς ψυχῆς ἀνεξίκακον, καὶ τὸ τῆς ὑπομονῆς ἀνδρεῖον· ὅθεν καὶ ταύτης τῆς θείας ὀπτασίας ἀξιοῦται. ἀτενίσας γάρ, φησιν, εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶδε δόξαν θεοῦ, καὶ Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρός. μέγα τῶν ἀγώνων τοῦτο τὸ στάδιον. ὁ γὰρ ἀθλητὴς κάτω παλαίει, καὶ ὁ ἀγωνοθέτης ἐξ οὐρανῶν κατοπτεύει· οὗτος ἀγωνίζεται πυκτεύων ἐνταῦθα, κἀκεῖνος ἄνωθεν συναγωνίζεται στήκων. οὐ γὰρ καθεζόμενον, ἀλλ᾽ ἑστῶτα θεωρεῖ τὸν σωτῆρα. ὢ πόση τῆς
D ἀξίας ἡ χάρις· ἕστηκεν ὁ δεσπότης ἀθλοῦντος τοῦ μάρτυρος. εἶδος γὰρ ἀγωνοθέτου καὶ τὸ σχῆμα σημαίνει τῶν ἀγώνων τὸ μέγεθος. τότε γὰρ οἱ ἀγωνοθέται τῶν θρόνων ἀνίστανται, ὅτε τὸ θερμὸν τῶν ἀγώνων ἀνάπτεται· τότε τὸ στερρὸν τῶν ἀθλούντων ἐλέγχεται, ὅτε τὸ χρέος τῆς τιμῆς ἀποδίδοται. ἡ δὲ τιμὴ τοῦ σωτῆρος αὕτη, ὡς καὶ τῶν ἀγγέλων προτιμηθῆναι τὸν μάρτυρα. ἀτενίσας γάρ, φησιν, εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶδε δόξαν θεοῦ, καὶ Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ· εἶδε τὸν ἀόρατον οὐ μόνον τόπον καὶ δόξαν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν ποθούμενον, ὅπου φοβεῖται καὶ τῶν ἀγγέλων στρατιὰ παρακύψαι, ἐκεῖ ὁ μάρτυς ἀτενίζει τὸ βλέμμα, ὅπου τὰ χερουβὶμ καλύπτει τὰ πρόσωπα ἐκεῖνα καθαρὰ, ἀναβλέψαι τὰ Σεραφὶμ τοῖς ὀφθαλμοῖς οὐ τολμᾷ εἰς τὸ ἀπέ-
E ραντον ὕψος. ὤφθη οὖν κατὰ τοῦτο τῶν ἀγγέλων ἀνώτερος, τῶν ἐξουσιῶν ὑψηλότερος, τῶν θρόνων καὶ τῶν κυριοτήτων ἐπέκεινα. εἵλκε γὰρ αὐτὸν ἡ τοῦ δεσπότου φωνὴ, προεπαγγειλαμένη καὶ λέγουσα, ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται. πρῶτος οὗτος τοῦ σωτῆρος διάκονος, ὡς καὶ πρῶτος τῆς ἀθλήσεως μάρτυς. καὶ τῶν πραγμάτων τὸ ξένον, ὅτι οὐ πυρὶ, οὐ σιδήρῳ, οὐ θηρίοις, οὐκ ἑτέροις δεινοῖς τὸ τοῦ δικαίου τούτου πληροῦται μαρτύριον, ἀλλὰ μόνῃ τῇ τῶν λίθων βολῇ. ἔδει λίθοις κοσμηθῆναι μόνοις τὸν Στέφανον, καὶ δέξασθαι τῆς ἀληθείας τὴν χάριν ἐκ τῆς τῶν λίθων προσθήκης. ὡς γὰρ ἐν χρυσῷ τῷ σώματι ἡ τῶν λίθων ἐνετέθη βολὴ, καὶ μάλιστα ἐν τῇ πανταχόθεν περιρρεομένῃ τῷ αἵματι τῇ κεφαλῇ. ὁρῶντες οὖν πολλοὶ

[a] Hic deest aliquid. Savilius addendum putat, ἐβούλετο vel ἠθέλησε. Verum nullo addito verbo, si φυλάττει pro φυλάττων legatur, totum quadrabit.

γεγόνασι

γεγόνασι μάρτυρες. περιπόθητος γὰρ τοῖς ἀθλοῦσιν ὁ Στέφανος, τήν τε τιμὴν προξενῶν, καὶ ἐκδιδάσκων τὴν ἄθλησιν. ὁδηγεῖ γὰρ τοῖς ἰδίοις παλαίσμασι, καὶ προτρέπεται τῷ ἰδίῳ ὀνόματι. διὸ καὶ ἐκ τῶν πραγμάτων τῶν αὐτοῦ πρὸ τοῦ Παύλου βοᾷ, μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. ἠκολούθησα γάρ, φησι, καὶ λόγῳ, καὶ βίῳ, καὶ τελευτῇ τῷ τῶν ἁπάντων δεσπότῃ. δεῦτε, μιμήσασθε καὶ ὑμεῖς ἕκαστα τούτων σὺν ἐμοὶ κατορθοῦντες. δυνατὸν γὰρ καὶ συμφέρον τοῖς θέλουσι. καὶ μάρτυς ἐγώ, ὁ καὶ πρῶτος μετὰ τὸν δεσπότην ἀθλήσας, καὶ πρῶτος ἐν οὐρανῷ τὰ κρυπτὰ θεωρήσας. εἶδον γὰρ ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς τὸν Ἰησοῦν ἑστῶτα· κἀκεῖνο περιεσκόπουν γινόμενον, εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A go videntes multi, Martyres effecti sunt. Desiderabilis ergo certantibus Stephanus, seu corona, quæ & honorem affert & certandi modum docet: nam in propriis certaminibus dux est, & nomine suo adhortatur. Quare vel ex ipsis rebus ante Paulum clamat: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* 1. Cor. 11. 1. Et verbo, inquit, & vita & morte omnium Dominum sequutus sum. Venite vos, hæc singula mecum imitamini, præclare mecum agentes. Res fieri potest, & est volentibus utilis. Testis ego sum, qui primus post Dominum decertavi, & primus in cælo occulta vidi. Vidi enim ad dexteram Patris Jesum stantem: illudque reipsa conspexi: *Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum:* Ps. 109. 1. ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorum, amen.

MONITUM

IN HOMILIAM SEQUENTEM.

PUERILIS eloquentiæ specimen exhibet hic quisquis sit Orator, atque in brevissimo opusculo, mirum quantum verba inutiliter multiplicat.

Εἰς τὴν μέσην ἑβδομάδα τῶν νηστειῶν.

ΕΥΛΟΓΗΤΟΣ ὁ θεὸς ὁ χαρισάμενος τοῖς ἀγωνισταῖς τῆς νηστείας καὶ τὸ μέσον ἆθλον τῆς ἐγκρατείας θεάσασθαι. ἰδοὺ γὰρ ἐπὶ ταῖς θύραις ἑστήκαμεν τῶν μέσων τῆς νηστείας σκαμμάτων· ἰδοὺ τὸ μέσον τοῦ ἀγῶνος ἡμῖν πρόκειται. δεῦρο γοῦν θαρροῦντες τῷ ἀγωνοθέτῃ Χριστῷ, κατατολμήσωμεν καὶ τῶν δευτέρων τῆς νηστείας παλαισμάτων. ἐμεσάσαμεν χάριτι κυρίου ἤδη τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναγούσης κλίμακος· ἀναλώσωμεν καὶ τῶν ἁμαρτημάτων μὴ τὸ ἥμισυ μόνον, ἀλλὰ τὸ ὅλον. πλησίον γεγόναμεν λοιπὸν τῶν ἐπάθλων· ἐπιμείνωμεν τοίνυν τοῖς σκάμμασι. λάμπουσι γὰρ ἤδη τῶν τῆς ἐγκρατείας σκαμμάτων τὰ χαρίσματα, στίλβουσι τῶν ἀθλητικῶν ἱδρώτων οἱ στέφανοι, οὐρανόθεν πρόκειται τῶν ἀγώνων τὰ βραβεῖα, ἃ βραβεύει ὁ ἀγωνοθέτης Χριστὸς τῇ νίκῃ τῶν σκαμματιζόντων. οὐρανόθεν ἡμᾶς νευροῖ πρὸς τὴν τῆς νηστείας εὐτονίαν, καὶ οὐρανόθεν ἐπαγγέλλεται διδόναι χαρίσματα τοῖς ἀθληταῖς τῆς νηστείας. μὴ τοίνυν ὀλιγωρήσωμεν πρὸς τοὺς ἀγῶνας, ἵνα καταλάβωμεν τὴν τῆς νηστείας στεφανίτην πόλιν. οὐρανὸν γὰρ περιπολοῦσιν οἱ τῆς νηστείας τρόφιμοι, οὐρανὸς ἀγκαλίζεται τοὺς μιμητὰς τῶν ἀγγέλων, ἐπειδὴ οὐράνιον τῶν νηστευόντων τὸ πολίτευμα. νηστεία γὰρ τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανοὺς μεθίστησιν, εἰς τὴν τῶν ἀγγέλων ἀνάγει τάξιν, εὔκολον τὴν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανοὺς πορείαν καθίστησι, καὶ παρ' αὐτὸν τὸν ἐπουράνιον βασιλέα παρίστησι, τῶν ἀθανάτων ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν χορηγοῦσα. ξένον γάρ, ἀδελφοί, τοῦ παρ' ἡμῖν ἀγῶνος τὸ θαῦμα. παῖδες γὰρ μετὰ ἀνδρῶν ἀλείφονται, γυναῖκες ἀνδράσιν ἁμιλλῶνται, ἡ ἀσθενὴς τῶν θηλειῶν πρὸς τὸν ἀγῶνα ἀνδρίζεται φύσις· ἐλεύθερον τοῖς ἐθέλουσι τὸ σκάμμα τῆς νηστείας. Χριστὸς γὰρ ἄφθονος ἀγωνοθέτης κάθηται. σπεύσωμεν καὶ πρὸς τὸν μέσον ἀγῶνα τῆς νηστείας. μηδεὶς καταισχύνῃ τὸν πνευματικὸν τοῦτον ἀγῶνα· μηδεὶς λειποτακτήσῃ τῶν πνευματικῶν ἀγώνων τούτων. λέλειπται γὰρ ὁ ἐχθρὸς τοῦ θράσους, ἀφῄρηται τὸ πλέον τῆς μάχης, νενίκηται τῇ τοῦ θεοῦ κρίσει, δεδούλωται ἡττηθείς, ἐλήλαται διὰ νηστείας, ἐπ' ἐδάφους ὑπὸ

B In mediam Hebdomadam jejuniorum.

BENEDICTUS Deus, qui nobis pugnantibus hanc gratiam dedit, ut videremus dimidium jejunii & certaminis ad temperantiam instituti. Ecce enim ad januas stamus medii jejuniorum agonis: ecce adest dimidium jejuniorum. Age ergo, agonothetæ Christo fidentes, secunda jejunii certamina aggrediamur. Jam per Domini gratiam ad dimidium scalæ ad cælos ducentis pervenimus. Absumamus etiam peccata, non dimidia solum, sed omnia. Jam propius accessimus ad præmia: maneamus ergo in stadio. Jam fulgent certaminis ad temperantiam C suscepti mercedes, splendent athleticorum sudorum coronæ, cælitus prostant agonum præmia, quæ agonotheta Christus daturus est certantibus, si victores sint. Ille nos de cælo roborat ad perseverandum in jejunio, & de cælo promittit se jejunii athletis charismata daturum. Ne itaque segnes simus ad certamina, ut perveniamus ad illam pro jejunio coronatorum civitatem. Cælum namque circumeunt jejunii alumni: Angelorum imitatores cælum suscipit; jejunantium enim vita cælestis est. Jejunium namque homines a terra in cælum transfert, in Angelorumque ordinem adducit, facilem a terra in cælum transitum reddit, & ante cælestem regem sistit, immortaliumque bonorum usumfructum suppe- D ditat. Stupendum enim est, fratres, certaminis nostri miraculum. Pueri enim cum viris unguntur ad pugnam, mulieres cum viris concertant; infirma feminea natura, in pugna viriliter agit. Liberum est volentibus jejunii stadium. Christus enim copiosus præmiorum largitor sedet. Festinemus ad medium jejunii certamen: nemo hoc spirituale certamen deturpet: nemo ordinem deserat in spiritualibus hisce certaminibus. Inimicus enim ferociam demisit, magna pars certaminis sublata est, ex Dei judicio devictus est inimicus, in servitutem redactus est, depulsus est per jejunium, a ridentibus puerulis

humi dejectus est: epitaphioque turpi in opprobrium ab ipsis donatus. Nemo igitur titubet, dilecti, in medium jejuniorum progressus; nemo segniter agat in mediis certaminibus: nostra enim generositas, illius excidium est. Si quis ignave pugnet, illi vires addit: si quis remisse decertet, illum roborat. Strenue itaque stemus in certamine, ut inimicus gravius cadat. Ciborum desiderium fugiamus, paulum perseveremus, ut immortalem gratiam accipiamus. Comedit Adam, & morte damnatus est. Jejunavit Elias, & illi cæli claves concreditæ sunt. Bibit Noë, & mente mutatus est: temperanter egit Enoch, & ab Angelis translatus est. Satiatus est Pharao, & in mari cum curribus demersus est: jejunavit Moyses, & mare trajecit, novosque muros ex fluida aquarum natura construxit, & per novam terram populum deducens, sicco pede per mare transmisit. Illicitum cibum Eva comedit, & omnes ex illa oriundi morti traduntur: qui autem ex Maria natus est Dominus a cibo etiam legitimo abstinuit, & omnes a mortis damnatione liberavit. Paradisi lignum gustus & alimentum
Gen. 2. 17. mortis erat: *In quacumque die*, dicit Deus, *comederitis ex eo, morte moriemini*; fuga mortis erat crucis lignum; inde namque scaturivit immortalis vita. A cruce in paradisum latro pertransivit, mortemque cum vita commutavit. Fructus invidiæ fuit comestio illa de ligno in paradiso posito, & invidiam sustulit fructûs crucis communicatio. Si jejunasset Adam, non morte damnatus fuisset, non ab omni labore vacua voluptate ejectus, non corruptioni subjectus fuisset: ait quippe divina Scriptura, *Deus hominem creavit ad incorruptionem; invidia*
Sap. 2. 23. *autem diaboli mors intravit in mundum.* Sed ve-
Eph. 2. 14 *nit Christus pax nostra, & medium parietem maceriæ solvens, inimicitiam in carne sua, re-*
Col. 2. 14. *scriptum peccati cruci affixit, abrogans chirographum mortis contra nos scriptum.* Clamat
Gal. 3. 13. vero Paulus: *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.* Pro viribus ergo benefactori vicem reddamus, dilecti; exiguis obolis colamus eum qui dives est in misericordia. Dominus noster pro nobis crucifixus est: nos vero pauperem alamus, qui ad ejus imaginem creatus est. Ille in morte versatus est, ut nos a morte liberaret; nos propter ipsum exiguis obolis ab exitiosa fame congeneres nostros eruamus. Ipse namque, ipse est, qui per pauperes id quod erogatur accipit. Ne prætercurras, o homo, cum manum extendit pauper, respiciens ad Dominum quem per ipsum excipis; sed sit tibi manus pauperis, thuribulum in foro positum. Loco enim ignis, carbones famis habet se consumentes. Incensi itaque loco injiciamus obolos duos, & bono odore cælum repleamus; ut de cælis audiamus Christum clamantem: *In quantum fe-*
Matth. 25. 40. *cistis uni ex his minimis, mihi fecistis.* Ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorum.

A νηπίων γελώμενος ἔῤῥιπται, ἐπιτάφιον αἰσχύνης ἐπ᾽ αὐτῶν δεχόμενος ὄνειδος. μηδεὶς τοίνυν ὀκλάσῃ, ἀγαπητοὶ, περὶ τὸ μέσον τῆς νηστείας γενόμενος· μηδεὶς ὀλιγωρήσῃ τῶν μέσων σκαμμάτων. ἡ γὰρ ἡμετέρα γενναιότης, ἐκείνου κατάπτωσις. εἴ τις ἀθλεῖ νωθρῶς, ἐκεῖνον ῥώννυσιν· εἴ τις ὑμῶν ἀσθενῶς ἀγωνίζεται, ἐκεῖνον νευροῖ. στῶμεν τοιγαροῦν πρὸς τὸν ἀγῶνα γενναίως, ἵνα ὁ ἀντίπαλος πέσῃ μειζόνως. βρωμάτων φύγωμεν πόθον· καρτερήσωμεν πρὸς ὀλίγον, ἵνα ἀθάνατον λάβωμεν χάριν. ἔφαγε γὰρ Ἀδὰμ, καὶ θανάτῳ κατεδικάσθη· ἐνήστευσεν Ἠλίας, καὶ τὰς τοῦ οὐρανοῦ τὰς κλεῖς ἐπιστεύθη· ἔπιε Νῶε, καὶ τὸν νοῦν μετεβλήθη· ἤσκησεν Ἐνὼχ, καὶ ὑπ᾽ ἀγγέλων μετετέθη· ἐχορτάσθη Φαραὼ, καὶ ἐν θαλάσσῃ σὺν ἅρμασι κατεποντίσθη· ἐνήστευσε Μωϋσῆς, καὶ θάλατταν κατεπέβη, B καινότερον τειχῶν ἐκ τῆς ὑγρᾶς τῶν ὑδάτων οὐσίας γενόμενος οἰκοδόμος, καὶ ξένην γῆν τὸν λαὸν ὁδοιπορεῖν παρασκευάσας, κεκονιαμένῳ ποδὶ τὴν θάλασσαν παρήγαγε. μετέλαβεν Εὔα παρανόμου βρώσεως, καὶ πάντες ἐξ ἐκείνης θανάτῳ παραδίδονται· ἀπέσχετο ὁ ἐκ Μαρίας τεχθεὶς δεσπότης ἐννόμου βρώσεως, καὶ πάντας τῆς καταδίκης τοῦ θανάτου ἠλευθέρωσε. γεῦσις θανάτου τὸ ἐν παραδείσῳ δένδρον. ᾗ γὰρ ἂν ἡμέρᾳ γὰρ, φησὶν ὁ Θεὸς, φάγησθε ἀπ᾽ αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε· φυγὴ θανάτου, σταυροῦ τὸ δένδρον· ἐκεῖθεν γὰρ ἐπήγαζεν ἡ ζωὴ ἡ ἀθάνατος. ἀπὸ σταυροῦ πρὸς παράδεισον ὁ λῃστὴς μεταβέβηκεν, ἀντὶ θανάτου ζωὴν ἀνταλλαξάμενος. καρπὸς τοῦ φθόνου τοῦ ἐν παραδείσῳ φυτοῦ ἡ βρῶσις· καὶ ἀναίρεσις τοῦ C φθόνου ἡ ἐκ τοῦ καρποῦ τοῦ σταυροῦ μετάληψις. εἰ ἐνήστευσεν ὁ Ἀδὰμ, οὐκ ἂν θανάτῳ κατεδικάσθη· οὐκ ἂν τῆς ἀκαμάτου τρυφῆς ἐξόριστος γέγονεν· οὐκ ἂν τῇ φθορᾷ ὑπεβλήθη. φησὶ γὰρ ἡ θεία γραφὴ, ὅτι ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἔκτισεν ἐπ᾽ ἀφθαρσίᾳ· φθόνῳ δὲ διαβόλου θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν. ἀλλ᾽ ἦλθε Χριστὸς, ἡ εἰρήνη ἡμῶν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, προσήλωσε τὸ γραμματεῖον τῆς ἁμαρτίας τῷ σταυρῷ, ἀκυρώσας τὸ καθ᾽ ἡμῶν χειρόγραφον τοῦ θανάτου. καὶ βοᾷ Παῦλος· Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. ἀμειψώμεθα τοίνυν κατὰ δύναμιν τὸν εὐεργέτην, ἀγαπητοί· μικροῖς ὀβολοῖς θεραπεύσωμεν τὸν πλούσιον ἐν ἐλέει. ὁ δεσπότης ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐσταυρώθη· ἡμεῖς δὲ D θρέψωμεν τὸν κατ᾽ εἰκόνα αὐτοῦ κτισθέντα πένητα· ἐκεῖνος θανάτῳ προσωμίλησεν, ἵνα ἡμᾶς θανάτου ἐλευθερώσῃ· ἡμεῖς δι᾽ αὐτὸν μικροῖς ὀβολοῖς τοῦ θανατικοῦ λιμοῦ τοὺς ὁμογενεῖς ἐξαρπάσωμεν. αὐτὸς γὰρ, αὐτός ἐστιν, ὁ διὰ τῶν πενήτων δεχόμενος τὸ παρεχόμενον. μὴ τοίνυν παραδράμῃς, ἄνθρωπε, ἐκτείνοντος τὴν χεῖρα τοῦ πένητος, ἀφορῶν εἰς τὸν δι᾽ ἐκείνου δεχόμενον δεσπότην· ἀλλὰ γενέσθω σοι ἡ χεὶρ τοῦ πένητος θυμιατήριον ἐν ἀγορᾷ προκείμενον. ἔχει γὰρ ἀντὶ πυρὸς, τοῦ λιμοῦ τοὺς ἄνθρακας κατατήκοντας· ἐπιβάλλωμεν οὖν ἀντὶ θυμιάματος ὀβολοὺς δύο, καὶ τῆς εὐωδίας πληρώσωμεν τὸν οὐρανόν· ἵνα ἐξ οὐρανῶν ἀκούσωμεν, ἐφ᾽ ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν μικρῶν, ἐμοὶ ἐποιήσατε, βοῶντος τοῦ Χριστοῦ· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.
E

ADMONITIO
IN ORATIONEM SEQUENTEM.

GRÆCULI cujuspiam est hic Sermo, qui Joannis Chrysostomi nomen ipsi præposuit ut merces suas venditaret. Tam inficetum opusculum edere ne cogitassemus quidem, nisi Savilius prior edidisset.

Εἰς τὰ βαΐα.

A Ἐκ θαυμάτων ἐπὶ θαύματα τοῦ κυρίου βαδίσωμεν, ἀδελφοί, καὶ φθάσωμεν, ὡς ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν. καθάπερ γὰρ ἐν ἁλύσει χρυσῇ κρικίοις ἀλληλενδέτοις συμβεβλημένη ἓν τοῦ ἑνὸς κατέχεται, καὶ τῶν συμβεβλημένων ἕκαστον συνάπτεται θάτερον θατέρῳ καὶ παραπέμπεται· οὕτω καὶ τὰ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων θαύματα ἐξ ἀλλήλων εἰς ἄλληλα ποδηγοῦσι τὴν φιλέορτον τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν, καὶ εὐφραίνουσιν οὐ τῇ ἀπολλυμένῃ βρώσει, ἀλλὰ τῇ μενούσῃ εἰς ζωὴν αἰώνιον. φέρε οὖν σήμερον καὶ ἡμεῖς, ἀγαπητοί, ἐν ἑτοιμασίᾳ καρδίας καὶ ὠσὶν εὐηκόοις ἀκούσωμεν, τί λαλήσει ἡμῖν κύριος ὁ θεὸς ἔν τε προφήταις καὶ εὐαγγελίοις περὶ τῆς θειοτάτης B ταύτης ἑορτῆς. λαλήσει δὲ πάντως εἰρήνην ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τοὺς ὁσίους αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐπιστρέφοντας καρδίαν ἐπ' αὐτόν. σήμερον προφητικαὶ σάλπιγγες τὴν οἰκουμένην ἀνεπτέρωσαν, καὶ τὰς ἁπανταχῆ τοῦ κυρίου ἐκκλησίας ἐφαίδρυναν καὶ κατέστεψαν, καὶ ἐκ τοῦ σκάμματος τῶν ἁγίων νηστειῶν καὶ τῆς κατὰ τῶν παθῶν παλαίστρας παραλαβοῦσαι τοὺς πιστούς, τὸν ἐπινίκιον ὕμνον καὶ τὸ καινὸν θέαμα τῆς εἰρήνης ᾄδειν τῷ νικοποιῷ Χριστῷ ἐδίδαξαν. δεῦτε οὖν ἅπαντες, ἀγαλλιασώμεθα τῷ κυρίῳ· δεῦτε πάντα τὰ ἔθνη, κροτήσωμεν χεῖρας, καὶ ἀλαλάξωμεν τῷ θεῷ τῷ σωτῆρι ἡμῶν ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως. μηδεὶς ἄμοιρος ἔστω τῆς χαρᾶς, μηδεὶς ὑστερείτω τῆς κλήσεως, ὅτι ἐγενήθη τὸ σπέρμα τῶν ἀπειθούντων εἰς ἀπώλειαν· μηδεὶς ἀγνωμονείτω τὴν ὑπάντησιν τοῦ βασιλέως, ἵνα μὴ ἔξωθεν τοῦ νυμφῶνος ἀποκλεισθῇ. μηδεὶς σκυθρωπὸς ἢ κατηφὴς πρὸς τὴν ὑποδοχὴν εὑρεθῇ ἐν ἡμῖν, C ἵνα μὴ τοῖς πονηροῖς πολίταις συγκατακριθῇ. πολίτας δέ φημι, τοὺς μὴ θέλοντας δέξασθαι τὸν κύριον βασιλέα ἐφ' ἑαυτούς. πάντες φαιδρῶς συνδράμωμεν, πάντες προθύμως ὑποδεξώμεθα, καὶ ὑπερκοσμίως ἑορτάσωμεν. ἀντὶ ἱματίων τὰς καρδίας ἡμῶν ἐκχέωμεν ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ εὐχαριστίαις ἀνατείνωμεν αὐτῷ, καὶ τὸ, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, ἀκαταπαύστως βοήσωμεν. οἱ γὰρ εὐλογοῦντες αὐτὸν, ηὐλόγηνται· καὶ οἱ καταρώμενοι αὐτὸν, κατήρανται. πάλιν ἐρῶ, καὶ προτρεπόμενος ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν οὐ παύσομαι· δεῦτε, ἀγαπητοί, εὐλογήσωμεν τὸν εὐλογημένον, ἵνα εὐλογηθῶμεν ὑπ' αὐτοῦ. πᾶσαν ἡλικίαν καὶ ἀξίαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνεκάλεσεν ὁ λόγος πρὸς τὴν τοῦ κυρίου αἴνεσιν, βασιλεῖς τῆς γῆς καὶ πάντας τοὺς λαοὺς, ἄρχοντας καὶ πάντας D κριτὰς γῆς, νεανίσκους καὶ παρθένους. καὶ τὸ καινοπρεπὲς τοῦ θαύματος, ὅτι τῇ νέᾳ καὶ ἀπειροκάκῳ τῶν νηπίων παίδων καὶ θηλαζόντων ἡλικίᾳ τὰ πρεσβεῖα συνεχώρησε τοῦ ἐξάρξαι τῷ κυρίῳ ἐν ἐξομολογήσει τὸ θεοδίδακτον ᾆσμα, καθάπερ πάλαι Μωϋσῆς τῷ ἐξ Αἰγύπτου λαῷ τὸ, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. σήμερον χαρᾷ χαίρει ὁ μακάριος Δαυΐδ, συλημένος τὴν κιθάραν ὑπὸ

In Ramos Palmarum.

1. EX miraculis in miracula Domini gradiamur, fratres, & eamus quasi de virtute in virtutem. Sicut enim in catena aurea annulis alio alii insertis constante, unus alii copulatur, & singuli inseruntur alter in alterum successive; sic sanctorum Evangeliorum miracula mutuo & successive copulata, Ecclesiam Dei celebritatis amantem deducunt & lætificant, non cibo qui perit, sed cibo manenti in vitam æternam. Age ergo, & nos, dilecti, in præparatione cordis & attentis auribus audiamus quid loquatur nobis Dominus Deus in Prophetis & Evangeliis de hac divinissima festivitate. *Loque-* Ps. 84. 9.
B *tur sane pacem super populum suum, & super sanctos suos, & in eos qui cor suum convertunt ad ipsum.* Hodie propheticæ tubæ orbem excitarunt, & Ecclesias Domini ubique lætas reddiderunt & coronarunt, atque dum ex stadio sacrorum jejuniorum, exque illa palæstra adversus vitia fideles excipiunt, triumphale canticum novumque pacis spectaculum victori Christo canere docuerunt. Venite ergo omnes, exsultemus Domino. Venite omnes gentes, plaudamus manibus, jubilemus Deo Servatori nostro in voce exsultationis. Nemo sit gaudio vacuus, nemo vocatione privetur: quia semen inobsequentium in perniciem ivit. Nemo ingratus sit circa regis occursum, ne thalamo excludatur; nemo apud nos sit tristis vel mœstus in illo excipiendo, ne cum improbis civibus damnetur. Cives autem C illos dico, qui nolunt Dominum regem in se recipere. Omnes læti una curramus, omnes alacriter excipiamus, & ornatissime festum celebremus. Pro vestimentis corda nostra expandamus ante illum; in psalmis & hymnis & gra- Matth. 21. 9. tiarum actionibus ad ipsum contendamus; & illud, *Benedictus qui venit in nomine Domini*, Luc. 19. 38. indesinenter clamemus. Nam qui benedicunt ipsi, benedicti sunt, & qui maledicunt, maledicti; rursum dico, nec finem faciam adhortandi ad bonum: benedictum benedicamus, ut ab illo benedicamur. Omnis ætas & dignitas ad Domini laudes invitatur; *reges terræ, & omnes po-* Ps. 148. 11. *puli, principes & omnes judices terræ; juvenes &* D *virgines.* Et quod est in hoc miraculo novum, teneræ & nequitiæ experti infantium & lactentium ætati primas dedit, ut incipiant Domino in confessione, illud a Deo datum canticum canere, ut olim Moyses populo egresso ex Ægypto, *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Hodie admodum gaudet beatus David, quod infantes citharam ipsi subripuerint; cum quibus

spiritu choreas & convivia agens, ut olim ante arcam Dei, cum illis placide modulatur & balbutit, illud proferens, *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Cui dicemus: Tu nobis Propheta dicito, Quis est hic qui venit in nomine Domini? Non mea, inquiet, est doctrina: nam id hodie infantibus deputatum est ab eo qui ex ore infantium & lactentium perfecit laudem,
Luc. 1. 17. ut destruat inimicum & ultorem; ut per hoc miraculum convertantur corda patrum in filios, & incredulorum ad prudentiam justorum. Dicite, o pueri, unde vobis hodie hoc pulcrum & gratiosum certamen & canticum? Quis vos doctor instituit? quis vos congregavit? ubi sunt tabulæ? qui pædagogi? nos & convivii & modulationis consortes efficite; & ea discetis quæ Moyses & reliqui Prophetæ concupiscebant. Quia igitur invitati sumus, & infantes nobiscum dexteras junxerunt; huc accedite, carissimi, & nos cum studio hanc divinam choream adeamus, & cum Apostolis illum comitemur in via, qui ascendit super cælum cæli ad orientem, & qui, ut ipse voluit, subjugali vehitur in terra. Cum infantibus ramos tollamus, & ramis plaudamus, ut & nos Spiritus sanctus inspiret, & cum debito ordine divinum illud emittamus canticum: *Benedictus qui venit in*
Gen. 49. 11. *nomine Domini: hosanna in excelsis.* Hodie patriarcha Jacob in spiritu festum celebrat, videns prophetiam suam ad opus deductam, & eum qui ligat ad vitem pullum suum pullo vectum: ac cum fidelibus in spiritu adorat. Hodie pullus præparatur, id est, irrationabiles Gentiles, olim exemplar irrationabile; ut ostendatur obedientia novi populi ex Gentibus conversi; infantesque significant horum in Dei cognitione infantiam. Hodie rex gloriæ in terra prophetice glorificatur, & cælestis convivii consortes terrigenas exhibet, ut ostendat se esse utriusque, & cæli & terræ Dominum, utpote qui in utroque cum Patre & Spiritu sancto concordissime celebretur. Ideo superni illi salutem in terra partam significantes psallebant:
Isai. 6. 3. *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus sabaoth: plena est omnis terra gloria ejus;* qui vero in terra erant cum cælesti lætitia simul festum agentes, clamabant, *Hosanna in excelsis, hosanna Filio*
Ezech. 3. 12. *David.* Et alii glorificabant, *Benedicta gloria Domini de loco suo;* alii vero theologice dicebant, *Benedictus qui venit in nomine Domini.*

2. Dum hæc ita fierent, & Discipuli choreas agerent circa omnes quas viderant virtutes, & dicerent, *Benedictus qui venit in nomine Domini*, in excelsis gloria, & in terra pax; civitas commovebatur dicens: *Quis est hic?* ut ex cæcitate invidiam contra Domini gloriam concitaret. Civitatem cum audis, veterem illam Synagogæ inconditam turbam intellige. Ingrati illi interrogant, *Quis est hic?* ac si nondum vidissent benefactorem divinis miraculis celebrem: non enim comprehendebant tenebræ lucem in adyto fulgentem. Quamobrem directe ad illos jam olim exclamaverat Esaïas dicens:
Isai. 42. 18. *Audite surdi, & cæci visum recipite. Et quis cæcus, nisi filii mei? & qui surdi, nisi qui dominantur eorum? & occæcati sunt servi Dei. Vidistis sæpe, & non observastis: apertis auribus non audistis.* Videtis, fratres, verborum accurationem? Quomodo perspicax ille divinus Spiritus per sanctos suos sicut præsentia futura prædicat? Videbant enim ingrati, & per signa miraculorum patratorem Deum quasi manibus tangebant, & in incredulitate manserunt. Viderant cæcum natum, visum recepisse & Dominum prædicavisse: viderant paralyticum, qui in hac infirmitate vitam contriverat, solo jussu a morbo sanatum. Viderant Lazarum a morte effugisse: audierant deambulationem supra mare, vinum datum sine vitis cultu, panes sine

A νηπίων, οἷς καὶ συγχορεύων τῷ πνεύματι καὶ συνευωχούμενος, καθάπερ τὸ πρὶν πρὸ προσώπου τῆς κιβωτοῦ τοῦ θεοῦ, συμμουσουργεῖ καὶ συμψελλίζει ἡδέως, τό, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. πρὸς ὃν ἐροῦμεν· λέγε ἡμῖν, ὦ προφῆτα, τίς ἐστιν οὗτος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου; οὐκ ἐμόν, φησι, τὸ διδασκαλεῖον σήμερον. νηπίοις γὰρ ἀφιέρωται παρὰ τοῦ καταρτίσαντος ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων αἶνον τοῦ καταλῦσαι ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητήν· ὅπως καὶ διὰ τοῦ θαύματος τούτου ἐπιστραφῶσι καρδίαι πατέρων ἐπὶ τέκνα, καὶ ἀπειθῶν ἐν φρονήσει δικαίων. λέγετε, ὦ παῖδες, πόθεν ὑμῖν ἡ καλὴ αὕτη καὶ ἐπίχαρις ἅμιλλα καὶ ᾠδή; τίς ὁ διδάξας; τίς ὁ σοφίσας; τίς ὁ συναθροίσας; ποῦ αἱ δέλτοι; τίνες οἱ παιδαγωγοί; συγκοινωνήσατε ἡμῖν, φησι, τῆς εὐωχίας καὶ μελῳδίας, καὶ
B μαθήσεσθε τὰ Μωϋσῇ καὶ τοῖς λοιποῖς προφήταις ἐν ἐπιθυμίαις. ἐπεὶ οὖν προετράπημεν, καὶ δεξιὰς ἡμῖν ἔδωκαν οἱ παῖδες κοινωνίας, δεῦρο, ἀγαπητοί, καὶ ἡμεῖς ζηλώσωμεν τὴν θεοπρεπῆ χορείαν, καὶ μετὰ τῶν ἀποστόλων ὁδοιποιήσωμεν τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ κατὰ ἀνατολάς, καὶ ἐφ᾽ ὑποζύγιον, ὡς εὐδόκησεν, ἐποχουμένῳ ἐπὶ τῆς γῆς. μετὰ νηπίων τὰ κλάδη αἴρωμεν, καὶ τοῖς κλάδοις κροτήσωμεν, ὅπως ἐπιπνεύσῃ καὶ ἡμῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τὴν θεοδίδακτον ἀναπέμψωμεν εὐτάκτως ᾠδήν, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου· ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις. σήμερον ὁ πατριάρχης ἐν πνεύματι ἑορτάζει Ἰακώβ, ὁρῶν τὴν προφητείαν αὐτοῦ εἰς ἔργον ἀχθεῖσαν, καὶ τὸν δεσμεύοντα πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ, ἐπιβεβηκότα ἐπὶ πῶλον νέον· καὶ μετὰ τῶν πιστῶν προσκυνεῖ τῷ
C πνεύματι. σήμερον πῶλος ἑτοιμάζεται τὸ τῶν ἀλογίστων ἐθνῶν τὸ πρὶν ἄλογον ἐξεμπλάριον εἰς ἔνδειξιν ὑποταγῆς τοῦ ἐξ ἐθνῶν νέου λαοῦ· καὶ νήπια καταμηνύουσι τὴν τούτων πρὸς θεογνωσίαν νηπιότητα. σήμερον ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης ἐπὶ γῆς προφητικῶς δοξάζεται, καὶ κοινωνοὺς τῆς ἐπουρανίου εὐωχίας τοὺς γηγενεῖς ἀναδείκνυσιν· ἵνα δείξῃ ὅτι αὐτός ἐστι κύριος ἀμφοτέρων, ὡς ἑκατέρωθεν συμφώνως σὺν πατρὶ καὶ πνεύματι ἀνυμνούμενος. διὰ τοῦτο οἱ μὲν ἄνω τὴν ἐπὶ τῆς γῆς σωτηρίαν καταμηνύοντες ἔψαλλον, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, κύριος σαβαώθ, πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ· οἱ δὲ κάτω τῇ ἐπουρανίῳ εὐφροσύνῃ συμπανηγυρίζοντες ἐκραύγαζον, ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαυίδ. καὶ οἱ μὲν ἐδοξολόγουν, εὐλογημένη ἡ δόξα κυρίου ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ· οἱ δὲ ἐθεολόγουν, εὐλογημένος
D ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου.

Τούτων δὲ οὕτω τελουμένων, καὶ τῶν μαθητῶν χορευόντων περὶ πασῶν ὧν εἶδον δυνάμεων, καὶ λεγόντων, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου· ἐν ὑψίστοις δόξα, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἡ πόλις ἐσείετο λέγουσα· τίς ἐστιν οὗτος; πεπωρωμένον φθόνον κατὰ τῆς τοῦ δεσπότου δόξης κινοῦσα. πόλιν δὲ ἀκούων, τὴν παλαιὰν τῆς συναγωγῆς ἄτακτον πληθὺν ἐπιγίνωσκε. διερωτῶσιν οἱ ἀγνώμονες, τίς ἐστιν οὗτος; ὡς μήπω ἑωρακότες τὸν εὐεργέτην καὶ περιβόητον τοῖς θεοπρεπέσι θαύμασιν. οὐ γὰρ κατέλαβεν ἡ σκιὰ τὸ ἐν αὐτῇ ἐπιλάμψαν ἄδυτον φῶς. ὅθεν εὐθυβόλως προανακέκραγε πρὸς αὐτοὺς Ἡσαΐας λέγων· οἱ κωφοὶ ἀκούσατε, καὶ οἱ τυφλοὶ ἀναβλέψατε ἰδεῖν. καὶ τίς τυφλός, ἀλλ᾽ ἢ οἱ παῖδές
E μου; καὶ κωφοί, ἀλλ᾽ ἢ οἱ κυριεύοντες αὐτῶν; καὶ ἐτυφλώθησαν οἱ δοῦλοι τοῦ θεοῦ. εἴδετε πολλάκις, καὶ οὐκ ἐφυλάξασθε· ἠνεῳγμένα τὰ ὦτα, καὶ οὐκ ἠκούσατε. ὁρᾶτε, ἀγαπητοί, ἀκρίβειαν λόγων; ὅπως τὸ προθεωρητικὸν θεῖον πνεῦμα διὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ, ὡς παρόντα, τὰ μέλλοντα προεκήρυττεν; εἶδον γὰρ οἱ ἀχάριστοι, καὶ ἐψηλάφησαν διὰ τῶν θαυμάτων τὸν θαυματουργὸν θεόν, καὶ τῇ ἀπιστίᾳ ἐνέμειναν· εἶδον τὸν τυφλὸν ἐκ γενετῆς τὸν φωταγωγήσαντα κύριον κηρύττοντα· εἶδον σύγχρονον καὶ σύζυγον τῇ ἀσθενείᾳ παράλυτον προστάγματι διαζευχθέντα τῆς κακουχίας· ἐθεάσαντο Λάζαρον φυγάδα θανάτου γεγονότα· ἤκουσαν τὸν ἐν θαλάσσῃ περίπατον, τὴν ἀγεώργητον οἰνοδοσίαν, τὴν ἄμοχθον

ἀρτοτροφίαν

A ἀρτοζοφίαν, τὴν τῶν δαιμόνων ἀπελασίαν, τὴν τῶν καμνόντων εὐεργεσίαν. αἱ πλατεῖαι αὐτῶν τὰς δυνάμεις ἐκήρυττον, αἱ ὁδοὶ αὐτῶν τὰς ἰάσεις τοῖς ὁδοιπόροις κατήγγελλον· πᾶσα ἡ Ἰουδαία ἐπληρώθη τῶν εὐεργεσιῶν, καὶ νῦν πυνθάνονται, τίς ἐστιν οὗτος; ὢ τῆς ἀνοίας τῶν ψευδωνύμων διδασκάλων, ὢ τῶν ἀπειθῶν πατέρων, ὢ τῶν ἀφρόνων πρεσβυτέρων, ὢ σπέρμα Χαναὰν τοῦ ἀναιδοῦς, καὶ οὐκ Ἰούδα τοῦ εὐλαβοῦς. τὰ τέκνα ἐπέγνωσαν τὸν κτίστην, καὶ οἱ ἀπειθεῖς πατέρες ἔλεγον, τίς ἐστιν οὗτος; ἡ νέα ἡλικία τὸν Θεὸν ἀνύμνησε, καὶ οἱ πεπαλαιωμένοι ἡμερῶν κακῶν ἐπυνθάνοντο, τίς ἐστιν οὗτος; οἱ θηλάζοντες θεολογοῦσι, καὶ οἱ πρεσβύτεροι βλασφημοῦσι, παῖδες εὐσεβῶς ἱερουργοῦσιν αἶνον, καὶ ἀνίεροι ἱερεῖς δυσσεβῶς ἀγανακτοῦσιν; οἱ ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαίων, ἐπιστρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν ἐπὶ
B τὰ τέκνα ὑμῶν· μάθετε Θεοῦ μυστήρια. αὐτὸ τὸ τελούμενον μαρτυρεῖ, ὅτι Θεός ἐστιν ὁ οὕτως ἀνυμνούμενος ὑπὸ ἀδιδάκτων γλωσσῶν. ἐρευνᾶτε τὰς γραφὰς, καθὼς ἠκούσατε παρὰ τοῦ δεσπότου, ὅτι αὗταί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀγνοεῖτε τὸ θαῦμα. ἀκούσατε οἱ ἀχάριστοι, τί εὐαγγελίζεται ὑμῖν ὁ προφήτης Ζαχαρίας. φησὶ γὰρ, χαῖρε σφόδρα θύγατερ Σιών. ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι δίκαιος καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ πῶλον ὄνου. διὰ τί τὴν χαρὰν ἀποσείεσθε; διὰ τί ἡλίου λάμποντος τὸ σκότος ἀγαπᾶτε; διὰ τί πρὸς τὴν ἀπολέμητον εἰρήνην μελετᾶτε πόλεμον; εἰ τοίνυν υἱοὶ Σιών ἐστε, συγχορεύσατε τοῖς τέκνοις ὑμῶν· χαρᾶς ἀφορμὴ ἔστω ὑμῖν ἡ τῶν τέκνων θεοσέβεια. μάθετε παρ' αὐτῶν, τίς ὁ διδάξας, τίς ὁ συναθροίσας, πόθεν τὰ διδάγματα, τίς ἡ καινὴ θεολογία, καὶ
C παλαιὰ προφητεία. εἰ δὲ ἀνθρώπων μὲν οὐδεὶς οὐδὲν τούτων ἐδίδαξεν, αὐτόματον δὲ τὸν αἶνον ἀναμέλπουσι, γνῶτε Θεοῦ εἶναι τὸ ἔργον, ὡς ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται· ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον. διπλασιάσατε οὖν τὴν χαρὰν, ὅτι τοιούτων γεγόνατε πατέρες, οἵτινες καὶ τὰ τοῖς πρεσβυτέροις ἀγνοηθέντα θεοδιδάκτως ἀνευφήμησαν. ἐπιστρέψατε οὖν τὰς καρδίας ὑμῶν ἐπὶ τὰ τέκνα ὑμῶν, καὶ μὴ μύσητε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν πρὸς τὴν ἀλήθειαν. εἰ δὲ αὐτοί ἐστε, καὶ ἀκούοντες οὐκ ἀκούετε, καὶ βλέποντες οὐ βλέπετε, καὶ μάτην διαφέρεσθε πρὸς τὰ νήπια, αὐτοὶ ὑμῶν κριταὶ ἔσονται κατὰ τὸν τοῦ σωτῆρος λόγον. καλῶς γοῦν καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων προανεφώνησε περὶ ὑμῶν ὁ προφήτης Ἡσαΐας λέγων· οὐ νῦν αἰσχυνθήσεται Ἰακὼβ, οὐδὲ νῦν τὸ πρόσωπον μεταβαλεῖ; ἀλλ' ὅταν ἴδωσι τὰ
D τέκνα αὐτῶν τὰ ἔργα μου, δι' ἐμὲ ἁγιάσουσι τὸν ἅγιον τοῦ Ἰακὼβ, καὶ τὸν Θεὸν τοῦ Ἰσραὴλ φοβηθήσονται· καὶ γνώσονται οἱ τῷ πνεύματι πλανώμενοι σύνεσιν, οἱ δὲ γογγύζοντες μαθήσονται ὑπακούειν, καὶ αἱ γλῶσσαι αἱ ψελλίζουσαι μαθήσονται λαλεῖν εἰρήνην. ὁρᾷς, ὦ ἀνόητε Ἰουδαῖε, πῶς ἐκ προοιμίων τοῦ λόγου αἰσχύνην ὑμῖν προκαταγγέλλει ὁ προφήτης διὰ τὴν ἀπείθειαν ὑμῶν; μάθετε κἂν παρ' αὐτοῦ, πῶς θεοδίδακτον κηρύσσει τὴν τῶν τέκνων ὑμῶν ὑμνῳδίαν, ὡς καὶ ὁ μακάριος Δαυὶδ προανεφώνησε λέγων· ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον. ἢ τοίνυν τὴν ὁσιότητα τῶν παίδων οἰκειώσασθε, ὡς χρεὼν, ἢ μετὰ τῆς εὐσεβείας καὶ τοὺς παῖδας ἡμῖν χαρίσασθε. ἡμεῖς τούτοις
E συγχορεύσωμεν καὶ συνεορτάσωμεν, καὶ τῇ καινῇ γλώσσῃ τὸ θεοδίδακτον ᾆσμα συμψάλλωμεν. ποτὲ μὲν γὰρ Συμεὼν ὁ πρεσβύτης ὑπήντησε τῷ σωτῆρι, καὶ ταῖς ἀγκάλαις ὑπεδέξατο τὸν τῶν αἰώνων δεσπότην ὡς βρέφος, καὶ κύριον καὶ Θεὸν ἐκήρυξε· νῦν δὲ ἀντὶ πρεσβυτέρων ἀγνωμόνων οἱ παῖδες τῷ σωτῆρι ὑπήντησαν ὡς Συμεὼν, καὶ τὰ κλάδη ἀντὶ ἀγκαλῶν ὑπέστρωσαν, καὶ κύριον καὶ Θεὸν ηὐλόγησαν τὸν ἐπὶ πώλου, ὡς ἐπὶ Χερουβὶμ καθεζόμενον, ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαυὶδ, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. μεθ' ὧν βοήσωμεν καὶ ἡμεῖς, εὐλογημένος ὁ ἐκ Θεοῦ Θεὸς, ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης, ὁ πτωχεύσας ἐν τοῖς ἰδίοις αὐτοῦ ἀπτωχεύτως δι' ἡμᾶς, ἵνα ἡμᾶς πλουτίσῃ τῇ αὐτοῦ ἀγαθότητι· εὐλογημένος ὁ ἐλθὼν ἐν ταπεινώσει, καὶ πάλιν ἐρχόμενος ἐν δόξῃ· πρῶτον ἐπὶ πώλου πραῢς καὶ

A labore suppeditatos, dæmonas pulsos, ægros sanatos; ipsorum plateæ virtutes ejus prædicabant, viæ curationes viatoribus nunciabant; tota Judæa beneficiis repleta erat, & nunc interrogant, *Quis est hic?* O insaniam eorum qui Matt. 21. 11.
falso doctores appellantur! o pervicaces patres! o stulti seniores! o semen Chanaanis impudentis, non autem Judæ pii! Pueri Creatorem agnoverunt, & pervicaces patres dicebant, *Quis est hic?* Juvenilis ætas Deum celebravit, & inveterati dierum malorum interrogabant, *Quis est hic?* Lactentes theologice loquuntur, & seniores blasphemant? Pueri pie laudibus sacra peragunt, & exsecrandi sacerdotes impie indignantur? O increduli in prudentia justorum: convertite corda vestra ad filios vestros: discite
B Dei mysteria. Idipsum quod perficitur testificatur Deum esse illum, qui a non edoctis linguis ita celebratur. *Scrutamini Scripturas*, ut Joan. 5. 39.
audistis a Domino, quia ipsæ sunt quæ testificantur de illo, nec ignoratis miraculum. Audite ingrati, quid annunciet vobis Zacharias propheta; ait enim: *Gaude multum, filia Sion:* Zach. 9. 9.
Ecce Rex tuus venit tibi justus & insidens super pullum asinæ. Cur gaudium excutitis? cur fulgente sole, tenebras diligitis? cur contra inexpugnabilem pacem bellum meditamini? Si itaque filii Sion estis, cum filiis vestris choreas agite: gaudii occasio sit vobis filiorum pietas. Ab illo discite, quis docuit, quis collegit, a quo doctrina prodeat, quæ sit nova theologia,
C & vetus prophetia. Quod si nullus homo eorum quidpiam docuit, sed ex se & sponte sua laudem modulantur, agnoscite Dei opus esse, ut in lege scriptum est: *Ex ore infantium &* Psal. 8. 3.
lactentium perfecisti laudem. Duplicate ergo gaudium, quia talium estis patres filiorum, qui a Deo docti ea celebrarunt, quæ a senioribus ignorabantur. Convertite ergo corda vestra ad filios vestros, & ne claudatis oculos vestros ad veritatem. Quod si vos estis qui audientes non Matth. 13. 17.
auditis, & videntes non videtis, & frustra disputatis cum infantibus, ipsi judices vestri erunt, secundum Servatoris dictum. E re igitur & hoc cum aliis de vobis prædixit Esaïas propheta dicens: *Non nunc pudore afficietur Jacob, neque* Isai. 29. 22.
nunc vultum mutabit; sed cum viderent filii ipsorum opera mea, per me sanctificabunt sanctum
D *Jacob, & Deum Israël timebunt. Et cognoscent ii qui spiritu errant intelligentiam, & qui murmurant, discent obedire, & linguæ balbutientes discent loqui pacem.* Vides, insane Judæe, quomodo a sermonis exordio pudorem vobis annunciet propheta, ob incredulitatem vestram? Saltem ab ipso discite, quomodo filiorum vestrorum canticum a Deo traditum prædicet; sicut beatus David prænunciavit dicens: *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.* Aut igitur filiorum vestrorum sanctitatem, ut par est, assumite, aut pie nobis filios vestros concedite. Nos cum ipsis choreas agamus, & festum celebremus, atque novâ linguâ a Deo traditum canticum una psallamus. Etenim ali-
E quando Symeon senex Servatori occurrit, & sæculorum Dominum quasi infantem in ulnas suscepit, ac Dominum & Deum prædicavit; nunc autem ingratorum senum loco pueri Servatori occurrerunt ut Symeon, & ramos pro ulnis substraverunt, ac Dominum & Deum benedixerunt, qui super pullum quasi super cherubim insidebat: *Hosanna Filio David: Benedictus qui venit in nomine Domini.* Quibuscum & nos clamemus, Benedictus Deus de Deo, Rex gloriæ, qui propter nos apud suos mendicus fuit sine mendicitate, ut nos sua bonitate divites redderet. Benedictus qui venit in humilitate, & rursus veniet in gloria. Primo super pullum mansuetus, & ab infantibus

benedictus, ut impleretur quod scriptum est :
Ps. 67. 25. *Visi sunt gressus tui Deus, gressus Dei mei regis, qui est in sancto* ; secundo terribilis supra nubes, & ab Angelis & Potestatibus stipatus. O mellitam puerorum linguam ! o sinceram disciplinam Deo placentium ! David prophetans sub litera sensum adumbravit. Pueri aperto thesauro, lingua sua divitias attulerunt, & gratia pleno sermone omnes clare ad fruendum illo convocarunt. Hauriamus itaque & nos cum ipsis divitias quæ abripi nequeunt, pleno sinu, plenis penuariis munera deponamus. Clamemus perpetuo, *Benedictus qui venit in nomine Domini* : Deus verus, omnipotens ex omnipotente, Filius in nomine Patris, Rex verus ex vero Rege, qui cum illo æternum & ante sæcula regnum habet, ut & ille qui genuit eum. Nam commune regnum habet : neque extrinsecus acceptum honorem Verbum Filio tradit ; non incœpit, neque accessit, neque imminutus est honor, absit : sed naturalis est & vere proprius. Unum namque regnum est Patris & Filii & Spiritus sancti, sicut una substantia & una dominatio. Quamobrem una adoratione colamus unam trium hypostasium divinitatem, sine principio, increatam, interminatam, sine successione. Neque enim Pater unquam cessabit esse Pater, neque Filius esse Filius & Rex, neque Spiritus sanctus cessabit esse id quod est hypostasi. Nihil enim in Trinitate minuetur ; non finis erit æternitatis, aut communionis, aut regni. Neque enim Filius Dei, quia propter nos factus est homo, & adversarium nostrum tyrannum devicit, atque in carne tantam de inimico ejus reportavit victoriam ; ideo Rex vocatus est ; sed quia Deus est semper & Dominus ; ideo & Rex est, ut & genitor ejus : nunc vero Rex est, cum id prius habuisset, & in perpetuum. Ne blasphemes contra Christi regnum, o hæretice, ut ne genitorem etiam inhonores. Si fidelis es, fideliter accede ad Christum verum Deum nostrum, & non quasi velamentum nequitiæ habens libertatem. Si servus es, cum tremore Domino subditus esto : nam disceptator non bene affectus, sed palam inimicus est. Scriptum est enim :
Joan. 5. 23. *Qui non honorat Filium, non honorat Patrem, qui misit eum.*

3. Nos autem, dilecti, eo revertamur unde digressi sumus, clamantes, *Benedictus qui venit in nomine Domini*, pastor ille bonus ut poneret animam suam pro ovibus suis ; sicut ii qui lupos ovina carne vescentes venantur, ipsos ove oblata capiunt ; sic spiritualibus animarum interfectoribus lupis, sese ut hominem offerens princeps pastorum, venabulum objiceret, iis qui jam olim Adamum venabantur. *Benedictus qui venit in nomine Domini*, Deus contra diabolum : non aperte per invisibilem potestatem, sed per infirmitatem carnis, ut alligaret eum qui contra nos fortis erat. *Benedictus qui venit in nomine Domini*, Rex contra tyrannum, non per omnipotentem potestatem & sapientiam, sed per crucis, ut putabatur, stultitiam, ut prudentis in nequitia serpentis spolia diriperet. *Benedictus qui venit in nomine Domini*, verax contra mendacem, Servator contra perniciosum, princeps pacis contra pugnacem, hominum amator contra hominum osorem. *Benedictus qui venit in nomine Domini*, penes cujus arbitrium est servare errantem hominem, errorem solvere, eos qui in tenebris erant luce perfundere, idolorum fallaciam delere, salutarem Dei cognitionem introducere, mundum sanctificare, exsecrandum & inanem cultum eliminare. *Benedictus qui venit in nomine Domini*, unus pro multis, ut eruat genus humanum de manu fortiorum illo, egenum & pauperem a diripientibus eum. *Benedictus qui venit in nomine Domini*, ut infundat vinum & oleum in eum qui incidit in latrones, &

A ὑπὸ νηπίων ἀνευφημούμενος, ὅπως πληρωθῇ τὸ γεγραμμένον, ἐθεωρήθησαν αἱ πορεῖαί σου, ὁ θεὸς, αἱ πορεῖαι τοῦ θεοῦ μου τοῦ βασιλέως τοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ· δεύτερον, φοβερὸς ἐπὶ τῶν νεφελῶν, καὶ ὑπὸ ἀγγέλων καὶ δυνάμεων δορυφορούμενος. ὢ τῆς μελιρρύτου τῶν παίδων γλώττης· ὢ τῆς ἀκαπηλεύτου διδασκαλίας τῶν θεαρέστων. Δαβὶδ προφητεύσας ὑπὸ τὸ γράμμα ἐκάλυψε τὸ νόημα· οἱ παῖδες τὸν θησαυρὸν ἀνοίξαντες, ἐπὶ γλώττης τὸν πλοῦτον ἐξήνεγκαν, καὶ λόγῳ κεχαριτωμένῳ πάντας διαπρυσίως ἐπὶ τὴν ἀπόλαυσιν συνεκάλεσαν. ἀντλήσωμεν τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς σὺν αὐτοῖς τὸν ἀναφαίρετον πλοῦτον, ἀπλήστοις κόλποις καὶ ταμείοις ἐναποθέμενοι τὰ χαρίσματα. βοήσωμεν ἀπέραντα, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, θεὸς ἀληθινὸς, παντοκράτωρ ἐκ παντοκράτορος, υἱὸς ἐν ὀνόματι πατρὸς, βασιλεὺς ἀληθινὸς, ἐξ ἀληθινοῦ βασιλέως, συναΐδιον καὶ
B προαιώνιον τὴν βασιλείαν ἔχων, ὡς ὁ γεννήσας αὐτόν. κοινὴ γὰρ ἡ βασιλεία, καὶ οὐκ ἔξωθεν τῆς αὐτῆς τιμὴν τῷ υἱῷ ὁ λόγος προσκληροῖ, οὔτε ἀρξαμένην ἢ προσγινομένην ἢ μειουμένην, ἄπαγε, ἀλλὰ φυσικὴν καὶ ἰδιοκτητὸν ἀληθῶς. μία γὰρ ἡ βασιλεία πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, ὥσπερ καὶ μία οὐσία καὶ μία κυριότης. ὅθεν καὶ μιᾷ προσκυνήσει λατρεύωμεν μίαν τρισυπόστατον θεότητα, ἄναρχον, ἄκτιστον, ἀπέραντον, καὶ ἀδιάδοχον. οὔτε γὰρ ὁ πατὴρ παυθήσεταί ποτε τοῦ εἶναι πατὴρ, οὔτε ὁ υἱὸς τοῦ εἶναι υἱὸς καὶ βασιλεύς· οὕτως οὐδὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ εἶναι τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ τῇ ὑποστάσει. οὐδὲν γὰρ τῆς τριάδος ἐλαττωθήσεται, ἢ παυθήσεταί ποτε ἢ τῆς ἀϊδιότητος, ἢ τῆς κοινότητος καὶ βασιλείας. οὐ γὰρ, ὅτι ἄνθρωπος γέγονε δι' ἡμᾶς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ τὸν καθ' ἡμῶν τύραννον ἐνίκησεν, ἐν σαρκὶ ταύτην πραγματευσάμενος κατὰ τοῦ δυσμενοῦς αὐτῆς ἐχθροῦ
C νίκην, διὰ τοῦτο βασιλεὺς ἐχρημάτισεν, ἀλλ' ὅτι κύριος καὶ θεὸς ἀεὶ, διὰ τοῦτο βασιλεὺς, ὡς ὁ γεννήσας αὐτὸν, νυνὶ δὲ, καὶ μετὰ τῆς προσλήψεως, καὶ εἰς τὸ διηνεκές. μὴ βλασφήμει τὴν τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν, αἱρετικὲ, ἵνα μὴ τὸν γεννήσαντα ἀτιμάσῃς. εἰ πιστὸς εἶ, πιστῶς πρόσελθε Χριστῷ τῷ ἀληθινῷ θεῷ ἡμῶν, καὶ μὴ ὡς ἐπικάλυμμα ἔχων τῆς κακίας τὴν ἐλευθερίαν. εἰ δοῦλος εἶ, ἐν τρόμῳ τῷ δεσπότῃ ὑποτάγηθι. ὁ γὰρ λογομάχος οὐκ εὐγνώμων, ἀλλὰ πρόδηλος δυσμενής. γέγραπται γάρ· ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱὸν, οὐ τιμᾷ τὸν πατέρα τὸν πέμψαντα αὐτόν.

Ἡμεῖς δὲ, ἀγαπητοὶ, ὅθεν ἐξήλθομεν, ἐπανέλθωμεν, τῷ λόγῳ βοῶντες, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι
D κυρίου, ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς καὶ ἀγαθὸς, θεῖναι ἑκουσίως τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν προβάτων αὐτοῦ· ἵνα ὥσπερ τοὺς πρόβατα σιτουμένους λύκους προβάτῳ ἁλίσκουσιν οἱ λυκοθῆρες, οὕτω τοῖς νοητοῖς καὶ ψυχοφθόροις λύκοις ἑαυτὸν ὡς ἄνθρωπον προθεὶς ὁ ἀρχιποιμὴν θήραμα ποιήσῃ τοὺς θηρεύσαντας τῷ πάλαι θηρευθέντι ὑπ' αὐτῶν Ἀδάμ. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, θεὸς κατὰ τοῦ διαβόλου, οὐ φανερῶς διὰ τῆς ἀπροσβλέπτου δυνάμεως, ἀλλὰ διὰ τῆς ἀσθενείας τῆς σαρκὸς, δῆσαι τὸν καθ' ἡμῶν ἰσχυρόν. εὐλογημένος, ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, ὁ βασιλεὺς κατὰ τοῦ τυράννου, οὐ διὰ τῆς παντοκρατορικῆς δυνάμεως καὶ σοφίας, ἀλλὰ διὰ τῆς νομισθείσης τοῦ σταυροῦ μωρίας, τοῦ ἐν κακίᾳ φρονίμου ὄφεως τὰ σκῦλα διαρπάσαι. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, ὁ ἀληθινὸς
E κατὰ τοῦ ψεύστου, ὁ σωτὴρ κατὰ τοῦ λυμεῶνος, ὁ εἰρηνάρχης κατὰ τοῦ πολεμήτορος, ὁ φιλάνθρωπος κατὰ τοῦ μισανθρώπου. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου· κύριος σῶσαι τὸν πλανηθέντα ἄνθρωπον, καταλῦσαι τὴν πλάνην, φωταγωγῆσαι τοὺς ἐν σκότει, καταργῆσαι εἰδώλων ἀπάτην, ἀντεισάξαι θεογνωσίαν σωτήριον, ἁγιάσαι κόσμον, ἀπελάσαι τὸ μύσος καὶ ἄγος τῆς τῶν ματαίων θεραπείας. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, εἷς ὑπὲρ πολλῶν ῥύσασθαι πτωχὸν γένος ἀνθρώπων ἐκ χειρὸς στερεωτέρων αὐτοῦ, καὶ πτωχὸν καὶ πένητα ἀπὸ τῶν διαρπαζόντων αὐτόν. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, ἐπιχέαι οἶνον καὶ ἔλαιον ἐπὶ τὸν ἐμπεσόντα εἰς τοὺς λῃστὰς, καὶ παρεωρα-

A μένον. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, σῶσαι ἡμᾶς δι' ἑαυτοῦ, ὥς φησιν ὁ προφήτης· οὐ πρέσβυς, οὐδὲ ἄγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ κύριος ἔσωσεν αὐτούς. διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς εὐλογοῦμεν σε, κύριε, τὸν σὺν πατρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι πρὸ αἰώνων καὶ εἰς αἰῶνας αἰώνων εὐλογημένον· πρὸ μὲν τῶν αἰώνων καὶ μέχρι τοῦ δεῦρο ἀσωμάτως· τανῦν δὲ, καὶ εἰς αἰῶνας, μετὰ τῆς θείας καὶ ἀμεταβόλου καὶ ἀμερίστου σου σαρκώσεως. ἴδωμεν καὶ τὰ ἑξῆς. τί λέγει ὁ θειότατος εὐαγγελιστής; εἰσελθόντος γάρ, φησι, τοῦ κυρίου εἰς τὸ ἱερὸν, προσῆλθον αὐτῷ τυφλοὶ καὶ χωλοὶ, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς. ἰδόντες δὲ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι τὰ θαύματα ἃ ἐποίησε, καὶ τοὺς παῖδας κράζοντας καὶ λέγοντας, ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαυὶδ, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, οὐκ ἤνεγκαν τὴν τούτου τιμήν. ὅθεν προσελ- B θόντες αὐτῷ εἶπον· οὐκ ἀκούεις τί οὗτοι λέγουσιν; οὐ βαρύνῃ δοξαζόμενος, ὡς θεός; οὐκ ἄχθῃ ἀκούων παρὰ τῶν ἀκάκων τὰ τῷ θεῷ καὶ μόνῳ πρέποντα; οὐ πάλαι δεδήλωκεν ὁ θεὸς διὰ τοῦ προφήτου, τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ δώσω; καὶ πῶς σὺ ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν θεόν; ἀλλὰ τί πρὸς ταῦτα ὁ μακρόθυμος, ὁ πολὺς ἐν ἐλέει, καὶ βραδὺς εἰς ὀργήν; ἀνέχεται τῶν μεμηνότων, ἀναστέλλει ἀπολογίᾳ τὴν φλεγμονήν, ἀνθυπομνήσκει γραφὰς, προφέρει μαρτυρίας τῶν τελουμένων, καὶ οὐκ ἀπαναίνεται πρὸς τὴν πεῦσιν. διὸ καί φησιν· οὐδέποτε καὶ ὑμεῖς ἠκούσατέ μου διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος, τότε γνώσεσθε ὅτι αὐτὸς ἐγὼ ὁ λαλῶν πάρειμι; οὐδ' αὖ πάλιν, ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν σου, τοῦ καταλῦσαι ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητήν; οἵ τινές εἰσιν ὑμεῖς, οἱ νό- C μῳ προσέχοντες, καὶ προφήτας ἀναγινώσκοντες, κἀμὲ τὸν ἐν νόμῳ κηρυττόμενον ἀθετοῦντες. δοκεῖτε μὲν γὰρ ἐν προσχήματι εὐσεβείας διεκδικεῖν τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν, μὴ συνιέντες, ὅτιπερ ὁ ἐμὲ ἀθετῶν, καὶ τὸν πατέρα ἀθετεῖ. ἐγὼ γὰρ παρὰ τοῦ θεοῦ ἐξῆλθον, καὶ ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον· καὶ ἡ ἐμὴ δόξα, καὶ τοῦ πατρός μου ἐστὶ δόξα. ἐλεγχθέντες δὲ οὕτως οἱ ἀνόητοι ὑπὸ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ, ἐπαύσαντο μὲν τῆς ἀντιλογίας, φιμωθέντες τῇ ἀληθείᾳ· ἕτερον δὲ ἐπισπασάμενοι ἀνοίας λογισμὸν, συμβούλιον κατ' αὐτοῦ ἐποιοῦντο. ἡμεῖς δὲ ψάλλωμεν, μέγας ὁ κύριος ἡμῶν, καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ, καὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀριθμός. ταῦτα γὰρ πάντα γέγονεν, ἵνα ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου ἀμνὸς καὶ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἑκουσίως ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ τὸ σωτήριον πάθος ἔλθῃ, καὶ ἐπὶ τὸ πραιτώριον γνωρισθῇ, καὶ οἱ ἐξουθενοῦντες D τὸν ἐξωνούμενον τῷ ζωοποιῷ αὐτοῦ αἵματι τὸν κόσμον συμφωνήσωσι τριάκοντα ἀργυρίοις, καὶ τὸ πάσχα τυθῇ ὑπὲρ ἡμῶν Χριστὸς, ὅπως οἱ τῷ τιμίῳ αὐτοῦ αἵματι ῥαντιζόμενοι καὶ τὰ χείλη ὡς φλιὰς σφραγιζόμενοι, ἐκφύγωσι τοῦ ὀλοθρεύοντος τὰ βέλη· καὶ οὕτως ὁ παθὼν σαρκὶ Χριστὸς, καὶ ἀναστὰς τριήμερος, τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι ὁμοτίμως καὶ ὁμοδόξως παρὰ πάσης κτίσεως προσκυνηθῇ· ὅτι αὐτῷ κάμψει πᾶν γόνυ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, δόξαν αὐτῷ ἀναπέμποντες εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A qui despectus fuit. *Benedictus qui venit in nomine Domini*, ut servet nos per seipsum; sicut ait Propheta, *Non legatus, non angelus, sed ipse Dominus salvavit eos.* Ideo & nos benedicimus te, Domine, qui cum Patre & Spiritu sancto ante sæcula & in sæcula sæculorum benedictus es, ante sæcula & usque ad hoc tempus incorporeus; nunc autem & in sæcula cum divina, immutabili & indivisibili incarnatione tua. Reliqua videamus. Quid dicit divinus Evangelista? *Cum intrasset Dominus in templum, accesserunt ad eum cæci & claudi, & curavit eos. Videntes autem Principes Sacerdotum & Pharisæi miracula quæ faciebat, & pueros clamantes & dicentes, Hosanna Filio David, Benedictus qui venit in nomine Domini*, ejus honorem non tulerunt. Matth. 21. 14.

B Quare accedentes ad eum dicebant, *Non audis quid hi dicant?* Non ægre fers quod gloria afficiaris ut Deus? non indigne fers cum audis ab his innocentibus ea, quæ solum Deum decent? Annon Deus jam olim per prophetam declaravit, *Gloriam meam alteri non dabo?* &, *Quomodo tu homo cum sis, facis teipsum Deum?* Isai. 42. 8. Joan. 10. 33. Sed quid ad hæc longanimis ille, multus in misericordia, & tardus ad iram? Furentes tolerat, iram sedat excusando se, Scripturas vicissim opponit, testimonia profert opportuna, neque desinit interrogare, ideoque ait: Nunquam & vos audistis me per Prophetam dicentem: Tunc cognoscetis quia ego præsens loquor? nec rursum, *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum & ultorem?* Tales estis vos,

C qui legem attenditis, & Prophetas legitis, & me in lege prædicatum despicitis. Videmini namque pietatis obtentu Dei gloriam vindicare; non intelligentes eum qui me despicit, Patrem etiam despicere. Ego enim a Deo exivi, & veni in mundum: & gloria mea, est gloria Patris mei. Sic confutati a Servatore nostro Deo insani illi, contradicere quidem cessarunt, a veritate refrenati; sed insanum alium inducentes cogitatum, consilium inierunt adversus eum. Nos vero psallamus: *Magnus Dominus noster, & magna virtus ejus, & sapientiæ illius non est numerus.* Ps. 146. 5. Hæc quippe omnia facta sunt, ut qui tollit peccatum mundi Agnus & Filius Dei voluntarie pro nobis ad salutarem passionem

D veniret, & in prætorio agnosceretur, & ut qui despiciebant eum, qui vivifico sanguine suo mundum redemit, consentirent circa triginta argenteos, & pascha pro nobis immolaretur Christus: ut qui pretioso ejus sanguine aspersi sunt, quorum labia instar liminum sunt obsignata, perniciosi illius tela effugiant; & sic qui carne passus est Christus & triduanus resurrexit, cum Patre & Spiritu sancto pari cum honore & gloria ab omni creatura honoretur; quia ipsi flectetur omne genu cælestium, terrestrium & infernorum, gloriam ipsi referentium in sæcula sæculorum, amen.

ADMONITIO

IN SEQUENTES DE BEATA V. MARIA ORATIONES.

EJUSDEM farinæ sunt sequentes de B. V. Maria Sermones, qui jure in tenebris latuissent, nisi illos Savilius publicasset. Fortassis vero ex eodem fonte eodemque auctore prodeunt.

In S. Virginem & Deiparam Mariam. A

OMNES quidem memorabiles celebritates admirandæ sunt, & stellarum splendori comparabiles. Nam sicut stellæ positione sua in cælo fixæ sunt, & ex posito inter singulas intervallo spectabiliores, totumque terræ orbem illustrant; atque eadem stella apud Indos videtur, & Scythis non occultatur; in Continente splendet & mare illuminat, & navigantes gubernat: harumque stellarum nomina ob multitudinem ignoramus, sed eas tamen ob splendoris pulcritudinem admiramur; sic sunt etiam Sanctorum singuli; etsi enim ipsorum reliquiæ inclusæ sint in sepulcris, earum tamen virtus non orbis terræ limitibus circumscribitur. Et hoc verum esse ex rebus ipsis discere potes. Palæstina Abrahæ reliquias habet, & tugurium ejus cum paradiso contendit: nam Deus qui illic contra Adamum sententiam tulit, hic a Patriarcha hospitio receptus est. Josephi ossa unum complectitur sepulcrum, & ejus contra Ægyptiam certamen orbis termini cum stupore mirantur. Moysis ne sepulcrum quidem reperitur, & ille post mortem prædicat eum qui virga mare Rubrum discidit. Isaïas ubi sepultus sit ignoramus; & omnis Ecclesia per prophetiam ejus
Isai. 7. 14. clamat: *Ecce Virgo in utero habebit, & pariet Filium.* Daniel in Babylone sepultus est, & ille
Dan. 7. 13. per totam terram clamat: *Ecce in nubibus cæli, quasi Filius hominis venit.* Ananias & socii pueri in Babylone mortui sunt: ac per illos totus or-
Ezech. 3. 12. bis quotidie clamat: *Benedicite omnia opera Domini Domino.* Ezechiel apud Persas tumulatus est, & cum Cherubinis exclamat: *Benedicta gloria Domini de loco suo.* Ita nihil profuit diabolo, quod in paradiso Adamum morti tradiderit: Deus enim per mortem justis januam aperuit ad fiduciam. Sed omnes quidem Sanctorum memoriæ mirabiles sunt; verum nihil ita gloriosum, ut hæc solennitas. Abel ob sacrificium memoratur, Enoch quod Deo placuerit celebratur, Melchisedec ut imago Dei prædicatur, Abraham propter fidem laudatur, Isaac quod figura sit extollitur, Jacob ob luctam beatus prædicatur, Joseph ob castitatem honoratur, Job patientiæ laudem habet, Moyses ut legislator benedicitur, Jesus filius Nave ut belli dux celebratur, Samson ex colloquio cum Deo beatus dicitur, Helias zeli testimonium habet, Isaïas theologus esse scribitur, Daniel ut prudens prædicatur, Ezechiel ut arcanorum spectator admirationi habetur, David ut pater mysterii secundum carnem celebratur, Salomon ut sapiens suspicitur. Sed nihil exæquandum Deiparæ Mariæ. Nam quem illi omnes in ænigmate viderunt, ipsa in utero incarnatum gestavit, ac nihil impedivit ineffabilem œconomiam Verbi Dei. Tumor ne? at materialis est passio: at tumore & passione vacuum est Verbum. Tantæ demissionis magnitudo? sed divinitas non circumscribitur. Piaculum? sed eam efformans non fœdavit, & in illa incarnatus, & ex illa genitus, non pollutus est; imo gloriam Regi affert benignitas. Partus? sed non minuit partus eum, qui sine principio est. Partui juncta incarnatio? sed mutationem divina natura non passa est: matrem habet secundum carnem, sed non amisit quod esset sine matre secundum divinitatem. Præsepe? sed Patris sinum non nudavit. Spelunca? sed Trinitas nunquam thronum reliquit. Nihil ergo in hominum vita simile Virgini Mariæ. Mente itaque, o homo, totam creaturam percurrito, & vide num quid aut æquale sit Deiparæ Virgini, aut majus illa: terram circumi,

Εἰς τὴν ἁγίαν παρθένον καὶ θεοτόκον Μαρίαν.

ΠΑΣΑΙ μὲν αἱ μαρτυρικαὶ πανηγύρεις θαυμασαὶ, αἳ μιμοῦνται τὴν λαμπρότητα τῶν ἀστέρων τὴν μνήμην. καθάπερ γὰρ οἱ ἀστέρες ἐν οὐρανῷ τῇ θέσει πεπήγασι, καὶ τῇ διαστάσει ἀλλήλων πλείονα γνωρίζονται, καὶ πάντα τὸν τῆς γῆς καταλάμπουσι κύκλον, καὶ ὁ αὐτὸς παρὰ Ἰνδοῖς ὁρᾶται, παρὰ Σκύθαις οὐ κρύπτεται, ἐν ἠπείρῳ ἀστράπτει, καὶ θάλασσαν φωτίζει, καὶ κυβερνᾷ τοὺς πλέοντας, ὧν καὶ διὰ τὸ πλῆθος τὰ ὀνόματα ἀγνοοῦμεν, ἀλλὰ διὰ τὸ κάλλος τὴν λαμπρότητα θαυμάζομεν· οὕτω καὶ τῶν ἁγίων ἕκαστος. εἰ γὰρ καὶ τάφοις τὰ λείψανα περικέκλεισαι, ἀλλὰ τὴν δύναμιν αὐτῶν ἡ ὑπ' οὐρανὸν οὐ περιέγραψε. καὶ ὅτι ἀληθὲς B τὸ εἰρημένον, ἔξεστί σοι μαθεῖν ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτῶν. ἡ Παλαιστίνη τὸ λείψανον τοῦ Ἀβραὰμ ἔχει, καὶ ἡ καλύβη αὐτοῦ τῷ παραδείσῳ ἐρίζει. ὁ γὰρ ἐκεῖ κατὰ τοῦ Ἀδὰμ ἀποφηνάμενος θεὸς, ἐνταῦθα ὑπὸ τοῦ πατριάρχου ἐξενοδοχήθη. τοῦ Ἰωσὴφ τὰ ὀστᾶ εἷς περιπτύσσεται τάφος, καὶ τὸν κατὰ τῆς Αἰγυπτίας πόλεμον τὰ τῆς οἰκουμένης ἐκπλήττεται πέρατα. Μωϋσέως οὐδὲ τὸ μνῆμα εὑρίσκεται, καὶ μετὰ θάνατον κηρύττει τὸν διὰ ῥάβδου σχίσαντα τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν. Ἠσαΐας δὲ ποῦ τέθαπται, οὐκ ἴσμεν· καὶ πᾶσα ἡ ἐκκλησία διὰ τῆς προφητείας αὐτοῦ κέκραγεν, ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν. Δανιὴλ ἐν Βαβυλῶνι ἐτάφη, καὶ διὰ πάσης τῆς γῆς κέκραγεν, ἰδοὺ ἐπὶ τῶν νεφελῶν C τοῦ οὐρανοῦ, ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος. οἱ περὶ Ἀνανίαν παῖδες καὶ αὐτοὶ ἐν Βαβυλῶνι ἐκοιμήθησαν, καὶ δι' αὐτῶν πᾶσα ἡ οἰκουμένη βοᾷ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα κυρίου τὸν κύριον. Ἰεζεκιὴλ παρὰ Πέρσαις ἐχώσθη· καὶ μετὰ τῶν χερουβὶμ κέκραγεν, εὐλογημένη ἡ δόξα κυρίου ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ. οὕτως οὐδὲν ὠφέλησεν ὁ διάβολος ἐν παραδείσῳ τὸν Ἀδὰμ θανατώσας. ἀνέῳξε γὰρ ὁ θεὸς τοῖς δικαίοις διὰ θανάτου παῤῥησίας θύραν. ἀλλὰ πᾶσαι μὲν τῶν ἁγίων αἱ μνῆμαι θαυμασαί· οὐδὲν δὲ τοσοῦτον εἰς δόξαν, οἵα ἡ παροῦσα πανήγυρις. ὁ Ἄβελ διὰ θυσίαν ὀνομάζεται· ὁ Ἐνὼχ δι' εὐαρέστησιν μνημονεύεται· ὁ Μελχισεδὲκ ὡς εἰκὼν θεοῦ κηρύσσεται· ὁ Ἀβραὰμ διὰ πίστιν ἐγκωμιάζεται· ὁ Ἰσαὰκ διὰ τύπον ἐπαινεῖται· ὁ Ἰακὼβ διὰ πάλην μακαρίζεται· ὁ Ἰωσὴφ διὰ σωφροσύνην τιμᾶται· D ὁ Ἰὼβ δι' ὑπομονὴν μακαρίζεται· Μωϋσῆς ὡς νομοθέτης εὐφημεῖται· Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυὴ ὡς στρατηγὸς μνημονεύεται· Σαμψὼν ὡς συνόμιλος θεοῦ μακαρίζεται· Ἠλίας ὡς ζηλωτὴς μαρτυρεῖται· Ἠσαΐας ὡς θεολόγος ἀναγράφεται· Δανιὴλ ὡς συνετὸς κηρύσσεται· Ἰεζεκιὴλ ὡς θεατὴς τῶν ἀποῤῥήτων θαυμάζεται· Δαυὶδ ὡς πατὴρ τοῦ κατὰ σάρκα μυστηρίου λαλεῖται· Σολομὼν ὡς σοφὸς θαυμάζεται· ἀλλ' οὐδὲν τοιοῦτον, οἷον ἡ θεοτόκος Μαρία. ὃν γὰρ ἐκεῖνοι πάντες ἐν αἰνίγμασιν εἶδον, αὕτη ἐν γαστρὶ σαρκωθέντα ἐβάστασε· καὶ οὐδὲν ἐνεπόδισε τὴν ἄῤῥητον οἰκονομίαν τοῦ θεοῦ λόγου. ὄγκος; ἀλλ' ὑλικὸν πάθος· ἀλλ' ὄγκου καὶ πάθους ὁ λόγος ἀλλότριος· ἐλαττώματος τοσούτου μέγεθος; ἀλλ' ἡ θεότης οὐ περιγράφεται. μύσος; ἀλλ' ἣν ἀναπλάττων οὐκ E ἐμόλυνεν, ἐν αὐτῇ σαρκωθεὶς, καὶ ἐξ αὐτῆς οὐκ ἐμιάνθη· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον δόξαν φέρει τῷ βασιλεῖ τὸ φιλάνθρωπον. τόκος; ἀλλ' οὐκ ἠλάττωσε τόκος τὸν ἄναρχον. τόκῳ ἡ ἐνανθρώπησις; ἀλλὰ μεταβολὴν ἡ θεία φύσις οὐχ ὑπέμεινεν. ἔχει κατὰ σάρκα μητέρα, ἀλλ' οὐκ ἀπώλεσε τὸ εἶναι κατὰ θεότητα ἀμήτωρ. φάτνη; ἀλλὰ τὸν τοῦ πατρὸς οὐκ ἐγύμνωσε κόλπον. σπήλαιον; ἀλλ' οὐδέποτε τῷ θρόνῳ ἡ τριὰς ἐνέλειψεν. οὐδὲν τοίνυν ἐν βίῳ, οἷον ἡ θεοτόκος Μαρία. περίελθε, ὦ ἄνθρωπε, πᾶσαν τὴν κτίσιν τῷ λογισμῷ, καὶ βλέπε εἰ ἔστιν ἴσον, ἢ μεῖζον τῆς ἁγίας καὶ θεοτόκου παρθένου. περινόησον τὴν γῆν

γῆν· περίβλεψαι τὴν θάλασσαν· πολυπραγμόνησον τὸν ἀέρα· τοὺς οὐρανοὺς τῇ διανοίᾳ ἐρεύνησον· τὰς ἀοράτους πάσας δυνάμεις ἐνθυμήθητι, καὶ βλέπε, εἰ ἔστιν ἄλλο τοιοῦτον θαῦμα ἐν πάσῃ τῇ κτίσει. οὐρανοὶ μὲν γὰρ δόξαν διηγοῦνται θεοῦ, ἄγγελοι λειτουργοῦσι μετὰ φόβου, ἀρχάγγελοι προσκυνοῦσι μετὰ τρόμου, τὰ χερουβὶμ μὴ φέροντα φρίττει, τὰ Σεραφὶμ οὐ πλησιάζουσι περιϊπτάμενα· κεκράγασι δὲ τρόμῳ, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος σαβαώθ· πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ. ἡ λίμνη τὸν ἦχον οὐκ ἤνεγκεν· αἱ νεφέλαι τῆς ἀναλήψεως τρόμῳ γεγόνασιν ὄχημα· ὁ ἥλιος τὴν ὕβριν μὴ φέρων ἔφριξεν· ὁ ᾅδης τοὺς νεκροὺς ἐν φόβῳ ἐξήμεσε. πυλωροὶ ἰδόντες σε ἔπτηξαν, τὸ ὄρος τὴν ἐπίβασιν δεξάμενον ἐκαπνίσθη, ἡ βάτος μὴ ἐνέγκασα τὴν ὀπτασίαν ἐφλέγετο, ὁ Ἰορδάνης φρίξας ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω, ἡ θάλασσα φοβηθεῖσα τὴν ῥάβδον ἐσχίσθη διὰ τὸν δεσποτικὸν τύπον ἡμερωθεῖσα, ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν διὰ τὴν εἰκόνα παρὰ φύσιν ἤνθησε, τὸ πῦρ ἐν Βαβυλῶνι τριάδος ἀριθμὸν ᾐδέσθη. ἀρίθμησον τοίνυν τὰ παράδοξα, καὶ θαύμασον τῆς παρθένου τὴν νίκην· διότι ὃν πᾶσα ἡ κτίσις φόβῳ καὶ τρόμῳ ὕμνησεν, αὕτη μόνη ἀνερμηνεύτως ἐθαλάμευσε. μακάριαι δι᾽ αὐτὴν πᾶσαι αἱ γυναῖκες. οὐκ ἔτι τὸ θῆλυ ἐν κατάρᾳ. ἔχει γὰρ τὸ γένος, ἀφ᾽ οὗ καὶ ἀγγέλους νικήσει εἰς δόξαν. τεθεράπευται ἡ Εὔα, σεσίγηται ἡ Αἰγυπτία, τέθαπται ἡ Δαλιδά, λεληθάργηται ἡ Ἰεζάβελ, ἀμνημονεῖται καὶ Ἡρωδιάς· καὶ νῦν θαυμάζεται τῶν γυναικῶν ὁ κατάλογος. εὐφημεῖται Σάῤῥα ὡς λαῶν ἄρουρα, τιμᾶται Ῥεβέκκα ὡς εὐλογιῶν πανοῦργος πρόξενος, θαυμάζεται καὶ ἡ Λεία, ὡς μήτηρ τοῦ κατὰ σάρκα προγόνου· ἐπαινεῖται Δεβόῤῥα ὡς ὑπὲρ φύσιν στρατηγήσασα· μακαρίζεται καὶ ἡ Ἐλισάβετ, ὡς σκίρτημα τοῦ προδρόμου διατεθεῖσα τῆς χάριτος· προσκυνεῖται καὶ ἡ Μαρία, ὅτι γέγονε μήτηρ, καὶ δούλη, καὶ νεφέλη, καὶ θάλαμος, καὶ κιβωτὸς τοῦ δεσπότου. μήτηρ· ἔτεκε γὰρ τὸν βουληθέντα τεχθῆναι. δούλη· ὁμολογῶ γὰρ φύσιν, καὶ κηρύττω τὴν χάριν. νεφέλη· ἐκ πνεύματος γὰρ ἁγίου συνέλαβεν, ὃν ἀπαθῶς ἔτεκε. θάλαμος· ὡς ἐν νυμφῶνι γὰρ ὁ θεὸς λόγος ἐν αὐτῇ κατεσκήνωσε. κιβωτός· οὐ τὸν νόμον βαστάσασα, ἀλλὰ τὸν νομοθέτην κυοφορήσασα. διόπερ εἴπωμεν πρὸς αὐτήν, εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν, ἡ μόνη τῆς Εὔας θεραπεύσασα τὴν λύπην, ἡ μόνη τῆς στεναζούσης ἀπομάξασα δάκρυα, ἡ μόνη τὸ κοσμικὸν βαστάσασα λύτρον, ἡ μόνη τὸν θησαυρὸν τοῦ μαργαρίτου πιστευθεῖσα, ἡ μόνη ἄνευ ἡδονῆς ὀγκωθεῖσα, καὶ ἄνευ πάθους τεκοῦσα, ἡ μόνη τὸν Ἐμμανουήλ, ὡς ἠθέλησεν αὐτός, γεννήσασα. εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπός, οὐχ ὁ σπόρος· τὸ ἄνθος, οὐ τὸ πάθος· τὸ ἀπαύγασμα, οὐ τὸ κτίσμα· ὁ σύνθρονος, οὐχ ὁ δοῦλος· ὁ ἥλιος, οὐχ ἡ ψάμμος· ὁ προσκυνούμενος, οὐ τὸ κτίσμα· τὸ λύτρον, οὐχ ὑπόχρεως. εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. ἀντὶ πάντων εἰς εὐφημίαν ἀρκεῖ σοι ὁ προφήτης βοῶν· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει. εἶπε τὸ θαῦμα, καὶ τὸν τρόπον ἐσίγησε. καὶ τέξεται υἱόν. ἐκήρυξε τὴν ὠδῖνα, καὶ τὴν σχέσιν οὐκ ἐνόθευσε. καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. εἶπε τὸ μυστήριον, καὶ τὴν κλῆσιν ἐβρόντησεν. ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, μεθ᾽ ἡμῶν ὁ θεός. τὸν τεχθέντα θεὸν ἐκήρυξε, καὶ Ἰουδαίων ἐφίμωσε στόματα. μεθ᾽ ἡμῶν ὁ θεός, καὶ ἐσβέσθη ἡ πλάνη. μεθ᾽ ἡμῶν ὁ θεός, καὶ περιτομὴ κατηργήθη. μεθ᾽ ἡμῶν ὁ θεός, καὶ οἱ δαίμονες ἐφυγαδεύοντο. μεθ᾽ ἡμῶν ὁ θεός, καὶ ὁ διάβολος καταργεῖται. μεθ᾽ ἡμῶν ὁ θεός, καὶ ἡ κολυμβήθρα τίκτουσα οὐ κάμνει. μεθ᾽ ἡμῶν ὁ θεός, καὶ βασιλεῖς εὐσεβοῦσι. μεθ᾽ ἡμῶν ὁ θεός, καὶ ἐκκλησίαι στενοχωροῦνται. μεθ᾽ ἡμῶν ὁ θεός, καὶ ὁ θάνατος γέγονεν ὕπνος. μεθ᾽ ἡμῶν ὁ θεός, καὶ οἱ νεκροὶ τὴν ἐλευθερίαν σκιρτῶντες βοῶσιν· οὐκ ἄγγελος, οὐ πρέσβυς, ἀλλ᾽ αὐτὸς ὁ θεὸς ἦλθε, καὶ ἔσωσεν ἡμᾶς· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας.

mare perlustra, aërem scrutare, cælos mente perpende, invisibiles potestates cogita & vide num in tota natura sit aliud tale spectaculum. Nam cæli enarrant gloriam Dei, Angeli cum timore ministrant, Archangeli adorant cum tremore, Cherubini non ferentes exhorrescunt, Seraphini non accedunt, sed circumvolantes cum tremore clamant: *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus sabaoth: plenum est cælum & terra laudis ejus.* *Isai. 6. 3.* Lacus sonum non tulit: nubes assumtioni cum tremore vehentes ministrarunt: sol contumeliam non ferens inhorruit: infernus mortuos cum timore evomuit: ostiarii te videntes exhorruere: mons ascensum excipiens fumigavit: rubus visionem non ferens exarsit: Jordanis præ horrore conversus est retrorsum. Mare virgam metuens dissectum est per dominicam figuram mansuefactum: virga Aaronis propter imaginem præter naturam floruit, ignis in Babylone trinitatis numerum reveritus est. Stupenda illa enumera, & Virginis victoriam mirare: quia quem omnis creatura cum timore & tremore hymnis celebravit, eum illa sola modo inexplicabili in thalamo recepit. Beatæ propter illam omnes mulieres: non ultra femineum genus in maledictione est. Sexum habuit, quo Angelos gloria superabit. Curata fuit Eva, silentio missa est Ægyptia, sepulta fuit Dalila, oblivioni data est Jezabel, deleta est memoria Herodiadis: & nunc mulierum catalogus in admiratione habetur. Laudatur Sara ut arvum populorum ferax, honoratur Rebecca ut callida benedictionum procuratrix: admirationi habetur Lia, ut mater progenitoris secundum carnem: celebratur Debora, ut quæ supra naturam exercitus dux fuerit: beata prædicatur Elisabet, ut quæ prodromi gratiæ exsultationem disposuerit: adoratur & Maria, quia fuit mater & ancilla, & nubes, & thalamus, & arca Domini. Mater; peperit enim eum qui nasci voluit: ancilla; naturam quippe confiteor, & prædico gratiam: nubes; nam ex Spiritu sancto concepit eum, quem sine passione peperit: thalamus; in illa enim quasi in nuptiali thalamo Deus Verbum habitavit: arca; non legem portans, sed legislatorem utero gestans. Quamobrem dicamus illi, *Benedicta tu in mulieribus.* *Luc. 1. 28.* Tu in mulieribus sola es, quæ Evæ mœrorem curasti: quæ sola plangentis lacrymas abstersisti, quæ sola redemtionis mundi precium tulisti, cui soli margaritæ thesaurus concreditus est, quæ sola sine voluptate prægnans fuisti, & sine dolore peperisti, quæ sola Emmanuëlem ut ipse volebat genuisti. *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus*; non semen; flos, non passio; splendor, non creatura; cum Patre throni consors, non servus; sol, non arena; qui adoratur, non creatus; redemtionis precium, non debitor. *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.* Pro omnibus ad tuas canendas laudes satis tibi est propheta clamans: *Ecce Virgo in utero habebit.* *Isai. 7. 14.* Dixit miraculum, & modum tacuit, *& pariet filium*; partum prædicavit, & modum non spurium reddidit. *Et vocabunt nomen ejus Emmanuel.* Dixit mysterium, & appellationem quasi tonitru emisit. *Quod est interpretatum, Nobiscum Deus.* Deum natum prædicavit, & Judæorum ora frenavit. *Nobiscum Deus*, exstinctus est error; nobiscum Deus, & circumcisio cessavit; nobiscum Deus, & dæmones fugati sunt; nobiscum Deus, & diabolus prostratus est; nobiscum Deus, & piscina parere non cessat; nobiscum Deus, & reges pietatem colunt; nobiscum Deus, & Ecclesiæ angustæ evadunt; nobiscum Deus, & mors facta est somnus; nobiscum Deus, & mortui de libertate exsultantes clamant: *Non angelus, non legatus, sed ipse Deus venit, & salvavit nos:* Ipsi gloria in sæcula.

Contra hæreticos & in sanctam Deiparam.

1. RURSUS Spiritui sancto fidens, ignorantiæ catenas avulsurus in doctrinæ solium ascendo, nec meam reveritus inopiam. Cum enim pauperum amantes sitis, caritate moti mei miserebimini. Pauper cum sim, divites adeo, nec arrogantiæ morbo laboro; sed religiosi animi vestri desiderium impleo. Nam & vos sermones mei, & me mores vestri delectant. Nec paupertatem, nec in dicendo inopiam meam sentio, cum hoc pulcrum & desiderabile theatrum conspicio. Scio quippe vos non dictorum judices, nec agonum spectatores huc convenire; sed ut quasi patres cum filio corroboremini. Ego namque linguâ loquor, vos autem corde petitis a Deo, ut detur nobis sermo in apertione oris: nam cum filiorum amantes sitis, labores nostros, vestras putatis esse coronas. Ideo non segnis sum ad loquendum: segnitiem quippe meam solvit vestri desiderium; inscitiam meam in virtutis doctrinam vertit pia precatio. Verum hæc in exordio dicta sunto. Ego vero hodie accingente lumbos veritate, indutus lorica justitiæ, & calceatus pedes in præparatione Evangelii pacis, contra hæreticos certamen aggredior; pugnam autem ineo, non verba verbis addens, neque rethorica gravitate propositorum vincula dissolvens; sed ex accurata vocis divinæ lectione levia hæreticorum problemata quasi telam araneæ dissipans; est autem hæc apostolica lectio: *O altitudo divitiarum & sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus!* Quid dicis, o Paule? Divitiæ Dei in profundo jacent, & in alto noscuntur? Etiam, inquit, & in profundo & in alto; in profundo propter humanitatem; in alto propter divinitatem. Ita enim per prophetam œconomiam revelans dicit ad Achaz: *Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum, vel in altum*; in profundum propter œconomiam sive incarnationem; in altum propter theologiam. Profundum enim signum est nasci ex Virgine; alta autem prædicatio est Deum ex Deo nasci. Tu igitur, o homo, neque altum comprehendis curiose scrutando, neque profundum quantolibet conatu reperis: venerandæ namque sunt Christi generationes: altera quippe est secundum naturam, altera præter naturam. Nam præter naturam in novissimis temporibus ex Virgine natus est; secundum naturam autem ante sæcula ex Patre natus est, ut novit genitor. Superna autem generatio verissima est. Vere namque ex Deo Deus natus est, vere ex Virgine homo Deus cum hominibus natus est. Superne unus ex uno unigenitus; in terra unus ex una unigenitus. Ac quemadmodum in superna generatione impium esset matrem suspicari, sic & cum Virgine blasphemum esset suspicari patrem. Pater sine fluxu genuit, Virgo incorrupta peperit. Neque enim Deus fluxum gignendo passus est, nam ut Deum decebat genuit; neque Virgo pariendo corruptioni obnoxia fuit: spiritualiter enim peperit. O novum miraculum! o venerandum & ineffabile mysterium! Dicere ausim, nec dicendo aberrabo: etiam sursum virginem naturam genuisse; pura namque & incorrupta est deitatis substantia; & in terra Virginem incorruptam peperisse incorruptum: nam *non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.* Cum natura ordine procedit, tunc quæ secundum naturam sunt quære, o homo; cum Deus quid imperat, tunc natura suum negat ordinem, illaque facit, quæ Dei lex optat: exempli causa, jussit Deus

Eph. 6. 9.

Rom. 11. 33.

Isai. 7. 11.

Act. 2. 27.

A

Κατὰ αἱρετικῶν, καὶ εἰς τὴν ἁγίαν θεοτόκον.

ΠΑΛΙΝ τῇ παῤῥησίᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος διασπῶν τὰς σειρὰς τῆς ἀμαθίας τὸν διδασκαλικὸν καταλαμβάνω θρόνον, οὐκ αἰδουμένος μου τὴν πτωχείαν· φιλόπτωχοι γὰρ ὄντες οἰκτείρετέ με διὰ τὴν τῆς ἀγάπης φιλοτιμίαν. πένης γὰρ ὢν πλουσίοις ἐπεκτείνομαι, οὐκ ἀλαζονείας ὑποθέμενος νόσον, ἀλλὰ τῆς φιλοθέου ὑμῶν ψυχῆς ἀποπληρῶν τὸν ἔρωτα. τέρπεσθε γάρ μου τοῖς λόγοις, ἐπειδὴ κἀγὼ εὐφραίνομαι ὑμῶν τοῖς τρόποις. οὐκ οἶδά μου τὴν πτωχείαν, καὶ μογιλάλον φωνὴν, τὸ καλὸν τοῦτο καὶ ἐπέραστον θεωρῶν θέατρον. οἶδα γὰρ, ὡς οὐ κριταί μου τῶν λόγων, ἢ θεαταὶ τῶν ἀγώνων συνέρχεσθε, ἀλλ' ἵνα τῷ παιδὶ ὡς πατέρες

B συνεπισχύσητε. ἐγὼ γὰρ τῇ γλώττῃ λαλῶ, ὑμεῖς δὲ τῇ καρδίᾳ φθέγγεσθε πρὸς τὸν θεὸν τοῦτο, δοθῆναι ἡμῖν λόγον ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος. φιλόπαιδες γὰρ ὄντες καὶ φιλότεκνοι τοὺς ἡμετέρους πόνους οἰκείους λογίζεσθε στεφάνους. διὸ οὐκ ὀκνῶ πρὸς τὸ λέγειν. λύει γάρ μου τὸν ὄκνον ὁ περὶ ὑμᾶς πόθος, μεταβάλλει μου τὴν ἀμάθειαν εἰς ἐνάρετον διδασκαλίαν ἡ εὐαγὴς προσευχή. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν προοιμίῳ εἰρήσθω. ἐγὼ δὲ σήμερον περιζωσάμενος τὴν ὀσφὺν τῆς ἀληθείας, καὶ ἐνδυσάμενος τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, καὶ ὑποδησάμενος τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, ἄρχομαι κατὰ τῶν αἱρετικῶν ἀναδεξάμενος ἀγῶνα. ἐφάπτομαι τῶν ἀγώνων, οὐ λόγοις λόγους συνάπτων, οὐδὲ ῥητορικῇ δεινότητι τὰς σειρὰς τῶν προτάσεων διαλύων, ἀλλὰ τῇ τελείως ἐπαναγνωσθείσῃ φωνῇ τὰ εὐμήχανα τῶν αἱρετικῶν προβλήματα, ὡς ἱστὸν ἀράχνης, διασπῶν. ἔστι δὲ τὸ

C ἀποστολικὸν ἀνάγνωσμα τοῦτο, ὦ βάθος πλούτου, καὶ σοφίας, καὶ γνώσεως θεοῦ· ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ; τί λέγεις, ὦ Παῦλε; ὁ πλοῦτος τοῦ θεοῦ ἐν βάθει κεῖται, καὶ ἐν ὕψει γνωρίζεται; ναί, φησι· καὶ ἐν βάθει, καὶ ἐν ὕψει· ἐν βάθει μὲν διὰ τὴν ἀνθρωπότητα, ἐν ὕψει δὲ διὰ τὴν θεότητα. οὕτω γὰρ διὰ τοῦ προφήτου ἀποκαλύπτων τὴν οἰκονομίαν ἔλεγε πρὸς Ἄχαζ· αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον παρὰ κυρίου τοῦ θεοῦ σου εἰς βάθος, ἢ εἰς ὕψος· εἰς βάθος μὲν, διὰ τὴν οἰκονομίαν, εἰς ὕψος δὲ, διὰ τὴν θεολογίαν. βαθὺ μὲν γὰρ σημεῖον τὸ ἐκ παρθένου τεχθῆναι, ὑψηλὸν δὲ κήρυγμα καὶ τὸ ἐκ θεοῦ θεὸν γεννηθῆναι. οὔτε οὖν τὸ ὕψος, ἄνθρωπε, περιεργαζόμενος καταλαμβάνεις, οὔτε τὸ βάθος πολυπραγμονῶν εὑρίσκεις. σεπταὶ γάρ εἰσιν αἱ τοῦ Χριστοῦ γεννήσεις. ἡ μὲν γὰρ

D ἐστι κατὰ φύσιν, ἡ δὲ παρὰ φύσιν. παρὰ φύσιν γὰρ ἐν ὑστέροις καιροῖς ἐκ τῆς παρθένου ἐτέχθη, κατὰ φύσιν δὲ πρὸ αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς ἐτέχθη, ὡς ὁ γεννήσας οἶδε. καὶ ἡ ἄνω γέννησις ἀψευδής. ἀληθῶς γὰρ ἐκ θεοῦ θεὸς ἐγεννήθη, ἀληθῶς ἐκ τῆς παρθένου ἄνθρωπος ὁ θεὸς μετὰ ἀνθρώπων ἐτέχθη· ἄνω μόνος ἐκ μόνου μονογενὴς, καὶ κάτω μόνος ἐκ μόνης μονογενής. καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἄνω γεννήσεως ἀσεβές ἐστιν ὑπονοῆσαι μητέρα, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς παρθένου βλάσφημόν ἐστιν ὑπονοῆσαι πατέρα. ὁ πατὴρ ἀῤῥεύστως ἐγέννησεν, ἡ παρθένος ἀφθόρως ἔτεκεν. οὔτε γὰρ θεὸς ῥεῦσιν ὑπέμεινε γεννήσας· θεοπρεπῶς γὰρ ἐγέννησεν· οὔτε ἡ παρθένος φθορὰν ὑπέστη τεκοῦσα· πνευματικῶς γὰρ ἔτεκεν. ὢ καινοῦ θαύματος, ὢ

E σεπτοῦ καὶ ἀλαλήτου μυστηρίου. τολμῶ γὰρ εἰπεῖν, ὅπερ λέγων, οὐ σφάλλομαι· ὅτι καὶ ἄνω παρθένος ἐγέννησε φύσις· καθαρὰ γάρ ἐστι καὶ ἄφθορος ἡ τῆς θεότητος οὐσία· καὶ κάτω παρθένος ἔτεκεν ἄφθορος ἄφθορον. οὐ δώσεις γὰρ τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. ὅταν ἡ φύσις τάξει βαίνῃ, τότε τὰ κατὰ φύσιν ζήτει, ἄνθρωπε· ὅταν δὲ θεός τι προστάσσῃ, τότε ἡ φύσις τὴν ἑαυτῆς ἀρνεῖται τάξιν, καὶ ἐκεῖνα πράττει, ἅπερ ὁ τοῦ θεοῦ βούλεται νόμος. οἷόν τι λέγω· ἐκέλευσεν ὁ θεὸς τῇ

πέτρα ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐκβλύσαι ὕδωρ, καὶ ἔβλυσεν οὐχ ὃ εἶχεν ἐν κόλποις, ἀλλ᾽ ὃ ἐναπέθετο τὸ πρόσταγμα. ὥσπερ οὖν ἡ πέτρα νεύματι τοῦ θεοῦ πηγὴ γέγονε, καὶ τῇ φορᾷ τῶν ὑδάτων χειμάῤῥους ἔτεκεν, οὐ φλεβὸς ὑποκειμένης, οὐ παρὰ ποταμοῦ δανεισαμένη, ἀλλ᾽ ἡ ξηρὰ καὶ ἄφλεβος καὶ ἄνυγρος ἄφνω γέγονε ποταμῶν μήτηρ, ἀφθόνως προχέουσα ὅπερ οὐκ εἶχεν ὕδωρ· οὕτω καὶ ἡ ἀπειρόγαμος παρθένος τῇ ἐπισκιάσει τοῦ ἁγίου πνεύματος τὸν κύριον ἡμῶν ἔτεκε κατὰ σάρκα, οὐ τάξει φύσεως κινηθεῖσα, ἀλλὰ τῇ δυνάμει τοῦ ὑψίστου ἐπὶ τὸ τεκεῖν ἐλθοῦσα. οὐ γὰρ δανεισαμένη παρὰ τὸν νόμον τῆς φύσεως ἔτεκεν, ἀλλὰ δυναμωθεῖσα τῷ ἁγίῳ πνεύματι οὕτως ἔτεκεν, ὥσπερ ἡ τοῦ θεοῦ χάρις ἠθέλησε. πνεῦμα γάρ, φησιν, ἅγιον ἀπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται υἱὸς θεοῦ. εἰ δὲ θέλεις γνῶναι πῶς ἡ φύσις ἀρνεῖται τὴν ἑαυτῆς τάξιν, ἵνα παρὰ φύσιν ὑπηρετήσῃ τῇ τοῦ θεοῦ βουλῇ, ἐρώτησον τὴν ῥάβδον τοῦ Ἀαρών· εἰπὲ, ἡ ῥάβδος ἡ ξηρὰ, πῶς φύλλα καὶ καρπὸν ἐν ἀκαριαίᾳ ῥοπῇ παρὰ φύσιν ἐβλάστησας; οὐ τῇ γῇ Μωϋσῆς σε προσέθετο, οὐκ ὄμβροις ἤρδευσεν, οὐ χρόνος τὰς ῥίζας ἔθρεψεν, οὐ θέρος εἶδες ἢ ἔαρ, οὐ χειμῶνος ἀπήλαυσας, ἢ μετοπώρου. πῶς οὖν φύλλα, καὶ ἄνθη, καὶ καρπὸν ἔδωκας; καὶ ἡ ῥάβδος, οὐ τροπαῖς, φησιν, ἀέρων ἢ μεταβολαῖς καιρῶν ἐδούλευσα, ἀλλὰ τῷ θείῳ ὑπηρετησαμένη λόγῳ τὴν φύσιν ἐπάτησα, καὶ παρὰ φύσιν καρπὸν ἔδωκα· ἵνα καὶ κατὰ φύσιν καὶ παρὰ φύσιν τῷ τοῦ ἀριστοτέχνου ὑπηρετήσωμεν θελήματι. ὥσπερ οὖν ἡ ῥάβδος παρὰ φύσιν καρπὸν ἔδωκεν, ἄνθρωπε, ἵνα πιστεύσῃ ἡ Ἰουδαία· οὕτω καὶ ἡ ζῶσα ῥάβδος, ἡ βασιλικὴ παρθένος, ἄνευ γαμικῶν νόμων ἔτεκεν, ἵνα σωθῇ ἡ οἰκουμένη.

Εἰ δὲ λέγεις, τί ὅμοιον ῥάβδος βλαστάνουσα πρὸς παρθένον τίκτουσαν; μάνθανε ὡς πάνυ τὴν ὁμοιότητα σώζει. ἡ γὰρ ῥάβδος τύπος ἦν τῆς παρθένου· ἐκείνη εἰκὼν, αὕτη ἡ ἀλήθεια· καὶ τὸ προλαβὸν ὑπόδειγμα, τοῦτο ἀπόδειξις. ὥσπερ γὰρ ἐκείνη ἡ ῥάβδος καρπὸν ἔδωκε παρὰ φύσιν, οὕτω καὶ ὧδε παρὰ φύσιν ἡ παρθένος τὸ ἄνθος τῆς εὐσεβείας ἐβλάστησεν. ἐξελεύσεται γάρ, φησι, ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐξ αὐτῆς ἀναβήσεται. μὴ μάτην οὖν ὁ Παῦλος τὸν πλοῦτον τοῦ θεοῦ θαυμάζει, τουτέστι, τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ Χριστοῦ. φεῦ τῆς ἀπιστίας τῶν αἱρετικῶν, φεῦ τούτων τῆς λύσσης καὶ θεομάχου γλώσσης. Παῦλος, ὁ τῶν οὐρανῶν πολίτης, ὁ τοῦ παραδείσου θεατὴς, ὁ τοῦ Χριστοῦ διάπυρος ἐραστὴς, ὁ τῶν ἀλαλήτων μυστηρίων ἀκροατὴς, καὶ τὴν οἰκονομίαν ζητήσας ἔφριξε καὶ ἰλιγγίασε· καὶ ὑμεῖς τὴν θεότητα διερμηνεύοντες οὐ φρίττετε; Παῦλος τὰ κρίματα τοῦ θεοῦ ἀνεξερεύνητα λέγει· καὶ σὺ τὴν φύσιν τοῦ πατρὸς ὡς εὐθήρατον ἐρευνᾷς; καιρὸς δέ σε καλέσαι, σκυθρωπάσαντα ἐπαναστρέψαι κατὰ τῶν ὑπὸ σοῦ ἀφράστως εἰρημένων. πῶς ἔτεκεν ἡ παρθένος οὐκ οἶδας, καὶ πῶς ἐγέννησεν ὁ θεὸς εἰδέναι βούλει; τὴν ἐν τῇ Ἡρώδου κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Χριστοῦ ἀγνοεῖς πῶς γέγονε, καὶ τὴν ἐκ πατρὸς ἀνάρχως καὶ ἀνερμηνεύτως καὶ σεπτῶς καὶ ἀλαλήτως πρὸ πάσης ἐννοίας, καὶ καιρῶν, καὶ αἰώνων ἀμεσιτεύτως γεγενημένην ἑρμηνεύειν τολμᾷς, καὶ δοκιμάζειν ἐπιχειρεῖς; εἰ τὸ σταυρωθὲν σῶμα τοῦ Χριστοῦ Θωμᾶς ψηλαφήσας ἀναπαίδευτος οὐκ ἔμεινε, καίγε ἀπόστολος ὤν· ποίας εἰσὶ τιμωρίας ἄξιοι οἱ μὴ χειρὶ τὸ σῶμα ψηλαφῶντες τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ τῇ γλώττῃ τὴν ἀΐδιον τῆς θεότητος αὐτοῦ διερευνῶντες φύσιν; Θωμᾶς γὰρ καὶ ὃ εἶδε σῶμα, ἐψηλάφησεν· οὗτοι δὲ ἣν μὴ εἶδον θεότητα, ὡς ἑωρακότες ἐξηρεύνησαν. εἰπὲ δὲ, ὦ δεινὲ καὶ εὐμήχανε ῥήτωρ Εὐνόμιε, ὁ τριχῶς τὴν τῆς θεότητος διακρίνων φύσιν, ὁ μικροῦ πάλιν βραχύτερον ἀναπλάττων θεοὺς, διὰ τί κτίσμα, καὶ οὐ γέννημα τὸν Χριστὸν λέγεις; ἵνα μὴ, φησι, ῥεύσεως ἔννοιαν τῇ ἀκτίστῳ τοῦ θεοῦ προσάψω φύσει. τὸν γὰρ γεννῶντα ἀνάγκη ὑπομεῖναι ῥεῦσιν. οὐκοῦν καὶ κτίζοντα ἀκόλουθον ὑπομεῖναι πόνον. ὁ γὰρ κτίζων, ἀκόπως οὐ κτίζει; εἰ τοίνυν τῆς ῥεύσεως ἔννοιαν φυγὼν, τὸν πατέρα πατέρα εἰπεῖν παραι-

A petram in deserto aquas effundere, & effudit, non quod in sinu habebat, sed quod jussio indidit. Sicut ergo petra nutu Dei fons effecta est, & aquarum torrentes peperit, non ex subjecta vena, non ex flumine mutuata; sed arida, sine vena & humore, statim fluviorum mater effecta est, quam non habebat aquam large effundens; sic nuptiarum expers virgo, obumbrante Spiritu sancto Dominum nostrum secundum carnem peperit, non naturæ ordine mota, sed Altissimi virtute ad partum progressa. Non enim aliunde mutuata præter naturæ legem peperit; sed Spiritu sancto roborata, sic peperit ut Dei gratia voluit. Nam ait: *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque quod nascetur Sanctum, vocabitur Filius Dei.* Luc. I. 35.
B Si vis cognoscere quomodo natura suum neget ordinem, ut præter naturam Dei voluntati ministret, interroga virgam Aaronis: Dic, Virga arida, quomodo folia & fructum in momento præter naturam protulisti? Non te Moyses in terra prius posuit, non imbribus irrigavit, non radices tempus fovit & aluit: non æstatem, non ver vidisti, non hiemem vel autumnum. Quomodo igitur folia, flores & fructum tulisti? Non conversionibus aëris, inquit virga, non mutationibus tempestatum servivi; sed divino ministrans verbo naturam calcavi, & præter naturam fructum dedi, ut & secundum naturam & præter naturam optimi artificis voluntati serviamus. Sicut ergo virga præter naturam fructum dedit, o homo, ut Judæa crederet,
C sic & virga vivens, regia Virgo, sine legalibus nuptiis peperit, ut salus pareretur orbi.

2. Si dicas, Quæ similitudo inter virgam germinantem & Virginem parientem? Disce multum interesse similitudinis. Virga namque figura erat Virginis; illa imago, hæc veritas; illud prius indicium erat, hæc demonstratio. Ut enim virga illa fructum præter naturam dedit; sic & hic virgo florem naturæ præter naturam germinavit. Nam ait: *Egredietur virga de radice Jessa, & flos ex ea ascendet.* Isai. II. 1. Non frustra igitur Paulus divitias Dei miratur, id est, carnalem Christi œconomiam. O hæreticorum incredulitatem! o rabiem & linguam Deo inimicam! Paulus cælorum civis, paradisi spectator, Christi fervens amator, ineffabilium mysteriorum auditor, ubi œconomiam exploravit, inhorruit
D & caligine perfusus est; & vos divinitatem explicantes non exhorrescitis? Paulus judicia Dei investigabilia dicit, & tu Patris naturam ut apprehensu facilem scrutaris? Tempus est te evocandi, ut mœstus te convertas contra illa ineffabilia quæ tu dixisti, Quomodo Virgo genuerit non nosti, & vis nosse quomodo Deus genuerit? Eam quæ sub Herode fuit Christi secundum carnem generationem, quomodo nempe facta sit, ignoras, & illam ex Patre sine principio, inexplicabilem, venerandam & ineffabilem, ante omnem intellectum, ante tempora & sæcula, sine medio factam, interpretari audes, & explorare tentas? Si Thomas Christi corpus crucifixum tangens non sine reprehensione mansit,
E etsi Apostolus esset, quo sunt supplicio digni, qui non manu Christi corpus tangunt, sed lingua æternam divinitatis ejus naturam scrutantur? Thomas quippe quod norat corpus tangebat; illi quam non norant divinitatem, ac si viderent, scrutati sunt. Dic, quæso, gravis & perite rhetor Eunomi, qui tripliciter divinitatis naturam dijudicas, qui parum abest quin deos iterum confingas, cur creatum, non genitum Christum dicis? Ne, inquit, fluxus rationem increatæ Dei naturæ tribuam. Generantem quippe necesse est fluxum subire. Ergo etiam creantem necesse est subire laborem. Nam qui creat, non sine labore creat? Si ergo ut fluxus rationem devites, Patrem dicere recusas, ne Creatorem

dicas, ut ne laborum & sudorum suspicionem injicias. Sed non eamdem, inquit, quam de hominibus habemus sententiam, de Deo debemus habere. Homines quippe cum creant, cum labore & sudore creant: Deus vero creans, sine labore creat: natura quippe incompositus est. Quia igitur, o sophista, & erudite, Deus creans, sine labore creat: non potest vero sine fluxu gignere; sed quando creat ut Deus sine labore creat; quando autem gignit, ut homo fluxum patitur; & creans sine passione creat, gignens vero in passionem incidit humanam: exhorresco, timeo, tremo, blasphemam, impudentem, & effrenem hæreticorum linguam; dum cogito illos credere quidem Virginem sine corruptione peperisse, sed num Deus sine fluxu genuerit dubitare. Incorrupta Virginis vulva post partum integra mansit, o homo, & Patris natura gignens, fluxum non effugit? Sed Virgo post partum Virgo mansit, nec ex partu virginitatem perdidit; Pater vero postquam genuit, idem manere non potuit, ita ut ejus substantia sine fluxu & mutatione manserit? Et ubi corporis moles, membrorum harmonia, ossium compago, nervorum ordo, venarum plenitudo, articulorum vincula sunt, infans ut ipse novit exiit, in virginea vulva sese ineffabili modo efformans; ubi vero non corpus, non membrum, non articuli, non nervi, non ossa, non venæ sunt, sed intacta, incorporea, invisibilis natura, fluxum inducis, & imminutionem cogitas? Exiit ex vulva, & integra vulva mansit. Nam qui sine semine in Virgine animatum sibi templum fecit, ipse intemeratam vulvam servavit ut Deus. Opera quippe Dei non naturæ rerum serviunt; sed Dei verbi jussum sequuntur. Aliquando enim Deus secundum naturam creat, ut naturæ ordinem cognoscas; aliquando autem præter naturam creat, ut discas operantis potentiam. Neque enim omnia secundum naturam fiunt, ne natura Deus esse dicatur: neque omnia præter naturam, ne putentur naturæ confusionem esse ea quæ præter naturam fiunt. Efformat Deus secundum naturam, & creat etiam præter naturam, ut discas naturam ancillæ more, & secundum naturam moveri, & præter naturam currere, Dei jussum implentem.

3. Dic vero tu, qui quæstionem moves, Quomodo Christus ex intemerata vulva prodiens, virginitatis signaculum non delevit, quomodo ex virgineo Adamo virgo Eva prodiit? Nam Deipara Maria quæ virum non noverat, virum peperit, primus homo Adam, qui mulierem non noverat, mulierem germinavit. At virginem gignere, licet res stupenda sit, aliquid tamen rationis habet, in quantum venter, vulva, & naturalis infantibus via jam efformata est; sed in Adamo stupenda omnia sunt: quis enim vidit ex costa natum hominem? Quandonam costa fructum tulit? Somnum immisit Deus Adamo, ne de sublata costa doleret, verum ejus vincula consopivit. Vincula quippe sunt naturæ, nervi.
Dan. 10. 8. Cujus rei testis est Daniel dicens: *Et vidi visionem & cecidi: & vincula lumborum meorum soluta sunt.* Costam ergo lege naturæ firmatam, nervorum vinculis connexam, carnibus contextam, venis conjunctam, quomodo abstulit? quomodo avulsit? quomodo sublata costa Adam incolumis mansit? Quomodo? qui solvit ipse novit, qui solvit ipse colligavit. Etenim si alius ligasset, alius solvisset, hinc quæstio oriretur. Sed si is qui concinnaverat ipse solvit, si is qui costam ex terra formaverat, costam abstulit, ipse solus novit quomodo solverit, qui solus novit quomodo membrorum harmoniam composuerit. Ut ergo post sublatam costam incolumis mansit Adam, sic post infantis exitum incorrupta mansit virgo. Neque enim post sublatam costam harmonia membrorum Adami læsa est,

A τεῖς, μήτε δημιουργὸν αὐτὸν εἴπῃς, ἵνα μὴ πόνων καὶ ἱδρώτων ὑπόνοιαν ἐπιῤῥίψῃς. ἀλλ' οὐχ οἵαν, φησὶ, δόξαν περὶ ἀνθρώπων ἔχομεν, τοιαύτην καὶ περὶ θεοῦ ἐκλαμβάνειν ὀφείλομεν. ἄνθρωποι γὰρ κτίζοντες, πόνῳ καὶ ἱδρῶτι κτίζουσι· θεὸς δὲ κτίζων, ἀπόνως κτίζει. ἀσύνθετος γάρ ἐστι τὴν φύσιν. ἐπεὶ οὖν, ὦ σοφὲ καὶ ἐπιστήμων, ὁ κτίζων θεὸς, κτίζει ἀπόνως, ἀῤῥεύστως γεννᾷν οὐ δύναται, ἀλλ' ὅτε μὲν κτίζει, ἀπόνως ὁ θεὸς κτίζει, ὅτε δὲ γεννᾷ, ὡς ἄνθρωπος ὑπομένει ῥεῦσιν; καὶ δημιουργῶν μὲν ἀπαθὴς μένει, γεννῶν δὲ ἀνθρωπίνῳ περιπίπτει πάθει; φρίττω, καὶ δεδιῶ, καὶ τρέμω τὴν βλάσφημον, τὴν ἀθύρωτον, τὴν ἀχαλίνωτον τῶν αἱρετικῶν γλῶτταν, ἐννοῶν, ὅτι ἀφθάρτως ἡ παρθένος ἔτεκε, πιστεύουσι, καὶ ὅτι θεὸς ἀῤῥεύστως ἐγέννησεν, ἀμφιβάλλουσιν. ἡ ἄφθορος τῆς παρθένου μήτρα καὶ μετὰ τὸ τεκεῖν ἄλυτος ἔμει-
B νεν, ἄνθρωπε, καὶ ἡ τοῦ πατρὸς φύσις ἐν τῷ γεννᾷν τὴν ῥεῦσιν οὐ διέφυγεν; ἀλλ' ἡ παρθένος καὶ μετὰ τὸ τεκεῖν παρθένος ἔμεινεν, ἐκ τοῦ τεκεῖν μὴ ζημιωθεῖσα τὴν παρθενίαν· καὶ ὁ πατὴρ μετὰ τὸ γεννῆσαι ὁ αὐτὸς μεῖναι οὐκ ἠδύνατο, ἀῤῥεύστου καὶ ἀναλλοιώτου τῆς οὐσίας μενούσης; καὶ ὅπου μὲν ὄγκος σώματος, μελῶν ἁρμονία, ὀστέων σύνθεσις, νεύρων τάξις, φλεβῶν πλήθη, ἄρθρων δεσμοὶ, τὸ βρέφος ἐξῆλθεν ὡς οἶδε, καὶ ἐν τῇ παρθενικῇ ἀποῤῥήτως ἑαυτὸν ὑφάνας γαστρί· ὅπου δὲ οὐ σῶμα, οὐ μέλος, οὐκ ἄρθρα, οὐ νεῦρα, οὐκ ὀστέα, οὐ φλέβες, ἀλλ' ἀναφὴς καὶ ἀσώματος καὶ ἀόρατος φύσις, ῥεῦσιν εἰσάγεις καὶ μείωσιν νοεῖς; καὶ προῆλθεν ἐκ μήτρας, καὶ ἄλυτος ἔμεινεν ἡ μήτρα. ὁ γὰρ ἄνευ σπέρματος ἐν τῇ παρθένῳ ἐμψυχώσας ἑαυτῷ ναὸν, αὐτὸς καὶ ἄλυτον διετήρησε τὴν μήτραν, ὡς θεός. τὰ γὰρ ἔργα τοῦ
C θεοῦ οὐ τῇ φύσει τῶν πραγμάτων δουλεύει, ἀλλὰ τῇ κελεύσει τοῦ θεοῦ λόγου ἐξακολουθεῖ. ποτὲ μὲν γὰρ ὁ θεὸς κατὰ φύσιν κτίζει, ἵνα γνῷς τῆς φύσεως τὴν εὐταξίαν· ποτὲ δὲ παρὰ φύσιν δημιουργεῖ, ἵνα μάθῃς τοῦ ἐνεργοῦντος τὴν δύναμιν. οὔτε γὰρ πάντα κατὰ φύσιν γίνεται, ἵνα μὴ θεολογηθῇ ἡ φύσις, οὔτε πάντα παρὰ φύσιν, ἵνα μὴ ἀταξία τῆς φύσεως νομισθῇ τὰ παρὰ φύσιν πραττόμενα. πλάττει δὲ θεὸς κατὰ φύσιν, δημιουργεῖ καὶ παρὰ φύσιν, ἵνα μάθῃς ὡς ἡ φύσις θεραπαινίδος τάξιν ἐπέχουσα κατὰ φύσιν κινεῖται, καὶ παρὰ φύσιν τρέχει, πρόσταγμα πληροῦσα θεοῦ.

Εἰπὲ δὲ, ὁ ζητῶν, πῶς ὁ Χριστὸς ἐκ τῆς ἀλύτου μήτρας
D προελθὼν οὐκ ἠφάνισε τὴν σφραγῖδα τῆς παρθενίας, πῶς ἐκ τοῦ παρθενικοῦ Ἀδὰμ ἡ παρθένος Εὔα προῆλθε. ἡ θεοτόκος γὰρ Μαρία μὴ γνοῦσα ἄνδρα, ἄνδρα ἔτεκεν, ὁ πρωτόπλαστος Ἀδὰμ μὴ γνοὺς γυναῖκα, γυναῖκα ἐβλάστησεν. ἀλλὰ τὸ μὲν παρθένον γεννῆσαι, εἰ καὶ παράδοξον, ἀλλ' ὅμως ἔχεται λόγου, καθ' ὃ γαστὴρ καὶ μήτρα καὶ φυσικὴ τοῖς τικτομένοις προτετύπωται ὁδός· ἐπὶ δὲ τοῦ Ἀδὰμ πάντα ξένα. τίς γὰρ εἶδεν ἀπὸ πλευρᾶς τικτόμενον ἄνθρωπον; πότε δὲ πλευρὰ συνήνεγκε καρποφορίαν; ὕπνον ἐπέβαλε τῷ Ἀδὰμ ὁ θεὸς, ἵνα μὴ λυπηθῇ διὰ τὴν ἀφαίρεσιν τῆς πλευρᾶς, ἀλλ' ὅμως ὕπνωσεν αὐτοῦ τὰ δεσμά. δεσμὰ γάρ εἰσι τῆς φύσεως τὰ νεῦρα. καὶ μάρτυς Δανιὴλ λέγων, καὶ εἶδον τὴν ὀπτασίαν, καὶ ἔπεσα· καὶ οἱ σύνδεσμοί μου τῆς ὀσφύος διελύθησαν. πλευρὰν οὖν νόμῳ φύσεως ἠσφαλισμέ-
E νην, δεσμοῖς νεύρων συμπεπλεγμένην, σαρξὶν ὑφασμένην, φλεψὶν ἡνωμένην πῶς ἐξεῖλε; πῶς ἀπέσπασε; πῶς καὶ ἡ πλευρὰ ἐξῆλθε, καὶ ὁ Ἀδὰμ σῶος ἔμεινε; πῶς; ὁ λύσας εἶδεν· ὁ λύσας καὶ ἔδησεν. εἰ μὲν γὰρ ἄλλος ὁ δήσας, καὶ ἄλλος ὁ λύσας, ζήτημα ἦν· εἰ δὲ ὁ ἁρμόσας ἔλυσε, καὶ ὁ πλευρὰν ἐκ γῆς πλάσας, τὴν πλευρὰν ἀφείλατο, ἐκεῖνος μόνος οἶδε πῶς ἔλυσεν, ὁ καὶ μόνος ἐπιστάμενος πῶς τὴν τῶν μελῶν ἁρμονίαν συνέθηκεν. ὥσπερ οὖν καὶ μετὰ τὴν ἀφαίρεσιν τῆς πλευρᾶς σῶος ἔμεινεν ὁ Ἀδὰμ, οὕτω καὶ μετὰ τὴν πρόοδον τοῦ βρέφους ἄφθορος ἔμεινεν ἡ παρθένος. οὔτε γὰρ ἡ τοῦ Ἀδὰμ ἐβλάβη ἁρμονία, ληφθείσης τῆς πλευρᾶς, οὔτε

τῆς

τῆς παρθενίας ὑβρίσθη ἡ σφραγὶς, προελθόντος τοῦ βρέφους. καθάπερ γὰρ ἐφ' ἡμῶν ἐάν τις ἀλλότριον δεσμὸν λῦσαι θελήσῃ, ἀφανίζει αὐτὸν, καὶ συγκόπτει δι' ἀπειρίαν, ὁ δὲ δήσας ἀκόπως λύει· οἶδε γὰρ ὧν ἔδησε τὴν ἁρμονίαν· οὕτω καὶ ὁ θεὸς ὁ ἁρμόσας, ὁ συσφίγξας, ὁ κομβώσας τὸ σῶμα, καὶ τοὺς συνδέσμους τῶν νεύρων ᾔδει, καὶ πῶς συνῆψε πλευρὰν πρὸς πλευρὰν, καὶ ἄρθρον, καὶ μέλος· καὶ ἐξ ὧν παρέδησεν, ἐπιστημόνως καὶ πανσόφως ἐπῆρε πλευρὰν, καὶ οὐκ ἐμείωσε τὸν Ἀδάμ. ἔπλασεν αὐτὸν ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ ἐν τῇ παρθένῳ, καὶ οὔτε τὴν παρθενίαν πλάττων διέλυσεν, οὔτε διὰ τῆς μήτρας προελθὼν τὴν μήτραν διέφθειρεν. εἰπὲ οὖν, ὦ σοφὲ καὶ ἐπιστήμων, τί εὐκοπώτερόν ἐστι, παρθένον τεκεῖν, καὶ μετὰ τὸ τεκεῖν παρθένον πάλιν μεῖναι· ἢ ῥάβδον εἰς ζῶον ψυχωθῆναι, καὶ ἀπὸ ζώου πάλιν ῥάβδον γενέσθαι; πῶς ἡ ῥάβδος Μωϋσέως εἰς δράκοντα μετεβλήθη; πῶς τὸ ἄψυχον ψυχὴν ἔλαβε; πῶς τὸ ἀκίνητον ἐπὶ γῆς εἷρπε; πῶς δὲ πάλιν ἀπὸ δράκοντος ῥάβδος γέγονε, τὴν οἰκείαν ἐπιγνοὺς φύσιν; ποτὲ μὲν γὰρ ἀπὸ ῥάβδου δράκων, ποτὲ δὲ ἀπὸ δράκοντος ῥάβδος ἐγένετο. ὥσπερ οὖν ἡ Μωϋσέως ῥάβδος, ἄνθρωπε, κατὰ φύσιν μὲν ἦν ῥάβδος, κατ' οἰκονομίαν δὲ δράκων· οὕτω καὶ ἡ Μαρία κατὰ φύσιν μὲν ἦν παρθένος, κατ' οἰκονομίαν δὲ μήτηρ ἐγένετο, ἵνα πιστεύσωσι τῶν Χαλδαίων οἱ μάγοι, καθάπερ, ἵνα φοβηθῇ Αἴγυπτος, ἡ ῥάβδος δράκων ἐγένετο. τοιγαροῦν ἵνα σωθῇ ἡ οἰκουμένη, οὐκ ἤθελες σὺ τὴν παρθένον φανῆναι; εἶτα δὲ σεισμῶν γινομένων διαιροῦνται τείχη καὶ συνάπτονται· Χριστοῦ δὲ τικτομένου οὐκ ἠνοίγετο μήτρα, καὶ πάλιν ὑφαίνετο; καὶ ἐν σεισμοῖς μὲν οὕτω διαιροῦνται τείχη, ὡς καὶ θάνατον ἀπειλεῖν· οὕτω δὲ ἑνοῦνται ὡς μηδὲ σχῆμα ἢ ἴχνος φαίνεσθαι τῆς διαιρέσεως· ἐπὶ δὲ τῆς ἀφθάρτου ἐκείνης γεννήσεως οὐκ ἤθελες λυθῆναι μὲν τὴν μήτραν πρὸς τιμὴν τοῦ τικτομένου, συναχθῆναι δὲ καὶ ἑνωθῆναι καὶ τὸ τῆς παρθενίας ὑπολαβεῖν σχῆμα δυνάμει τοῦ ἐνεργοῦντος; καὶ μή μοι λέγε, πόθεν ὑπέστη σὰρξ καὶ αἷμα, σπέρματος μὴ ὑποκειμένου; ἔστι γὰρ ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς μαθεῖν τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς· καὶ κάλει μοι εἰς εἰκόνας τῶν λεγομένων τοὺς τῶν ζωγράφων παῖδας, οἳ πολλάκις καὶ φυτὰ καὶ δένδρα καὶ λειμῶνας καὶ ποταμοὺς ζωγραφοῦσιν, καὶ ἐπειδὰν δὴ τὴν φύσιν συνεργοῦσαν οὐκ ἔχουσι, τέχνῃ βιάζονται τῇ κράσει τῶν χρωμάτων τὰς τῶν πραγμάτων παριστᾶν εἰκόνας. ποιοῦσι γὰρ ποταμὸν, παρὰ ποταμῶν μὴ δανειζόμενοι ῥεῖθρον· ποιοῦσιν ἄνθρωπον μηδὲν παρὰ τῆς ἀνθρωπίνης ἐρανιζόμενοι φύσεως. ὥσπερ οὖν οἱ ζωγράφοι διὰ τῶν χρωμάτων καὶ ἄνθρωπον καὶ πηγὴν καὶ ποταμὸν ζωγραφοῦσι, μηδὲν παρὰ πηγῆς ἢ ποταμοῦ ἢ ἀνθρώπου λαμβάνοντες· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τῇ παρθένῳ, οὐ χρώμασιν, ἀλλὰ βουλῇ, ἔμψυχον κατεσκεύασεν ἄνθρωπον, παρὰ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως μὴ ἐρανισάμενος σπέρμα εἰς σύστασιν τοῦ πλαττομένου. ὁ θεὸς χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, οὐ χερσὶν ἀνθρωπίναις· ἀσύνθετος γὰρ τῆς θεότητος ἡ φύσις· τὸν Ἀδὰμ ἐμόρφωσεν ὡς ἠθέλησε· τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ χοῦν ἔλαβεν, οὐ φυσικῷ νόμῳ καταβληθῆναι σπέρμα συνεχώρησεν, ἀλλὰ μόνον ἐπέλαμψε, καὶ ὀστέα ἔπηξε, καὶ νεῦρα ἔτεινε, καὶ ῥῖνα καὶ ὦτα, ὀφθαλμούς τε καὶ γλῶτταν, χεῖρας καὶ πόδας, ψυχὴν, καὶ νοῦν, καὶ λογισμὸν, καὶ λόγον συνεστήσατο, κἂν μὴ βούλωνται οἱ αἱρετικῶν παῖδες. ὥσπερ γὰρ οἱ ἐν κατόπτρῳ ἐγκύπτοντες, εἰκόνα ἀντεγειρομένην αὐτῶν ὁρῶσι τῇ ὄψει ἐκ τῆς ἀμόρφου ὕλης, εἰκόνα γελῶσαν πολλάκις, καὶ κλαίουσαν, κινουμένην τε καὶ πολυτρόπως μετερχομένην, καὶ τῆς ζώσης μορφῆς τὰ σχήματα μιμουμένην· οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν καθαρῷ κατόπτρῳ, τῷ ἀσπίλῳ σώματι τῆς παρθένου ἔλαμψε, τέλειον ἐδημιούργησεν ἄνθρωπον οὐ νόμῳ φύσεως, οὐ χρόνῳ, οὐκ ἀνθρωπίνῳ σπέρματι, ἀλλ' ὄψει μόνον, νοερᾷ τε καὶ ἁγίᾳ δυνάμει πρὸς ὠδῖνας τὴν παρθένον ἐκίνησεν, ἀπορρήτως ἐν αὐτῇ τὸ βρέφος ὑφάνας, ὡς ἱμάτιον, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων. ταῦτα μὲν οὕτως· ἡμεῖς δὲ ὑπὲρ τῶν εἰρημένων δόξαν τῷ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντι θεῷ ἀναπέμψωμεν, ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ τῷ πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A neque exeunte infante virginitatis signaculum temeratum est. Quemadmodum enim apud nos si quis alienum vinculum solvere velit, ipsum destruit & abscindit ob imperitiam; qui vero ligavit, sine labore solvit: harmoniam quippe ligaminis novit; sic Deus qui corpus concinnavit, constrinxit & perfecit, & nervorum vincula noverat, & quomodo costam cum costa copulasset, & articulum & membrum, & ex iis quæ colligaverat scite & sapienter costam abstulit, nec Adamum imminuit. Seipsum efformavit unigenitus Dei Filius in Virgine, neque efformando virginitatem solvit, neque per vulvam exiens vulvam corrupit. Dic ergo, o sophista & erudite, Quid facilius est, Virginem parere, & post partum Virginem manere, aut virgam ad vitam vocari, & ex animali
B rursum virgam fieri? Quomodo virga Moysis in draconem mutata fuit? quomodo inanimatum animam accepit? quomodo res immobilis in terra repsit? quomodo rursum ex serpente virga facta est, quæ suam agnovit naturam? Modo namque ex virga draco, modo ex dracone virga effecta est. Ut ergo virga Moysis, o homo, secundum naturam virga, secundum œconomiam draco fuit; sic & Maria, secundum naturam virgo, secundum œconomiam mater facta est, ut Chaldæorum Magi crederent, quemadmodum ut timeret Ægyptus, virga in draconem mutata est. An tu nolis Virginem apparere ad mundi salutem? Utique in terræ motibus, muri scinduntur & conjunguntur, & Christo nascente non aperietur vulva & rursus claudetur? In terræ motibus ita scinduntur
C muri, ut mortis periculum inferant; & ita denuo junguntur, ut ne vestigium quidem scissionis maneat: & in partu illo incorrupto nolles vulvam illam solvi in honorem infantis, & denuo jungi & copulari, ac virginitatis formam recipere per virtutem operantis? Nec mihi dicas, Unde substitit caro & sanguis non subjecto semine? Nam ex iis quæ apud nos fiunt possumus id quod supra nos est ediscere. Et evoca mihi ad exemplum pictores, qui sæpe plantas, arbores, prata, fluvios depingunt: & cum naturam sibi opitulantem non habent, arte conantur per colorum mixtiones, rerum imagines offerre. Fluvium enim repræsentant, nihil a fluminum alveo mutuati: hominem faciunt, natura humana nihil sibi commodante. Quemadmodum ergo pictores colorum ope hominem, fontem, fluvium depingunt, cum nihil a
D fonte, fluvio vel homine acceperint; sic & Spiritus sanctus in Virgine, non coloribus, sed voluntate, animatum efformavit hominem, nullumque mutuatus est ab humana natura semen, ad illius constitutionem. Deus accepto pulvere de terra, non humanis manibus; incomposita quippe est deitatis natura, Adamum ut voluit efformavit. Spiritus vero sanctus, non pulverem accepit, non humana lege semen injici concessit; sed solum illuxit: ossa compegit, nervos tetendit, nares, aures, oculos, linguam, manus, pedes, animam, mentem, cogitationem, rationem constituit; etsi id hæretici minime velint. Ut enim ii qui in speculo respiciunt, imaginem sui oppositam oculis vident, ex informi materia paratam, imaginem sæ-
E pe ridentem, flentem, commotam, varios subeuntem modos, ac viventis formæ habitus imitantem; sic & Spiritus sanctus in puro speculo, immaculato nempe Virginis corpore illuxit, perfectumque creavit hominem, non lege naturæ, non tempore, non humano semine usus, sed solo aspectu, ac spirituali sanctaque virtute, Virginem ad partum movit, ineffabilique modo infantem in illa contexuit ut vestimentum, ad salutem hominum. Hæc quidem ita se habent. Nos autem pro illis quæ diximus gloriam Deo qui propter nos homo factus est referamus: quia ipsi gloria, necnon Patri & sancto Spiritui in sæcula sæculorum, amen.

MONITUM

IN HOMILIAM SEQUENTEM.

NON est quod lectori probemus, & argumentis demonstremus, hanc Homiliam, perinde atque præcedentes Sermones, supposititiam esse. Ipsa res per se clamat. Ubinam Chrysostomus ita balbutit, ut hic quisquis tandem sit Græculus? cujus opusculum non in publicum emisissemus, nisi Savilius jam inter ἀμφιβαλλόμενα *edidisset.*

In proditionem Servatoris, & in lotionem pedum.

1. VELLEM Crucis speculationes in finem deducere, non quasi sensa assequutus; sed ut ea pro virili fidelibus exponam. Non deest quippe sermo ad divina eloquia explicanda. Verum dicta commetiri oportet cum humana facultate, non quasi ipsa sufficiat ad comprehensionem: sed quasi Deo præbente; non quanta dare potest, sed quanta potest capere is qui accipit. Quemadmodum enim mater lactenti puerulo panem potest quidem præbere, sed infans illo uti nequit; ita nec Deo impossibile est præbere sapientiam majorem & supernaturalem; sed nos capere non valemus. Cum enim in mortali corpore habitemus, cognitionem mortali naturæ congruentem accipimus. Nihil ergo nobis Deus loquutus est secundum perfectionem sibi competentem, sed dicta ad mensuram infirmitatis nostræ temperavit. Ideo dicebat Servator: *Multa habeo dicere, sed non potestis portare modo*; & alibi dicit Servator Nicodemo: *Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixero vobis cælestia, credetis?* Dicamus ergo, Deo suppeditante, quantum humana facultas ferre potest. Diei vero spatium nobis præscinditur, volentibus ulterius speculari; præscinditur, inquam, ab Evangeliorum lectione. Verum illud alio tempore dicetur; jam de iis quæ in hac die gesta sunt verba faciamus. Hodie Christus hoc quinto sabbati sive hebdomadæ die, in vespera ante passionem, discipulorum pedes lavit, & Pascha in lege figuratum perfecit, salutareque passionis mysterium tradidit; ut jam vere dicamus, veritatis sermonem non nobis præscindi: nam illa enarratio ad crucem spectat, & sic regula servatur. Veniamus ergo ad seriem, illá præscindentes, ut gustum quemdam in animas vestras Christi amantes inferamus. Quomodo intelligendæ sint traditiones de sacris mysteriis nostris, brevi & clara demonstratione explicemus. Dicit Servator discipulis: *Scitis quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur, ut crucifigatur.* Sæpe Servator prædixit discipulis suis, simul ostendens se scientem non fugere, nec prænoscentem declinare; una vero sedans Apostolorum animos, ut parati & præscii perturbationem effugerent. Cum res præscitur, repentinus casus perturbationem non affert, quod & David prædixit: *Paratus sum, & non sum turbatus.* Hoc fit in tonitruis: præcedens fulgur mentem præparat ad tonitru excipiendum, ut exspectatio majorem solvat timorem. Sic &

Joan. 16. 12. · Joan. 3. 12. · Matth. 26. 2. · Ps. 118. 60.

A Εἰς τὴν προδοσίαν τοῦ σωτῆρος, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΕΒΟΥΛΟΜΗΝ εἰς τέλος διανύσαι τοῦ σταυροῦ τὰ θεωρήματα, οὐχ ὡς τῶν νοημάτων περιγενόμενος, ἀλλὰ τὰ δυνατὰ τοῖς πιστοῖς ἐκτιθέμενος. οὐκ ἀργεῖ γὰρ λόγος πρὸς ἐξήγησιν τῶν θείων λογίων, ἀλλ᾽ ἀνθρωπίνῃ δυνάμει μετρεῖται τὸ λεγόμενον, οὐχ ὡς αὐτῆς τῆς δυνάμεως ἀρκούσης καταλαβεῖν, ἀλλ᾽ ὡς τοῦ θεοῦ παρέχοντος· οὐχ ὅσα δύναται δοῦναι ὁ διδοὺς, ἀλλ᾽ ὅσα χωρεῖ ὁ λαμβάνων. ὥσπερ γὰρ μήτηρ τῷ βρέφει τῷ γαλακτοτροφουμένῳ, αὐτὴ μὲν δύναται παρασχεῖν τέλειον ἄρτον, ἐκεῖνο δὲ δέξασθαι οὐκ ἰσχύει· οὕτως οὔτε θεῷ ἀδύνατον παρασχεῖν τὴν μεί-
B ζονα σοφίαν καὶ ὑπερκόσμιον, ἀλλ᾽ ἡμεῖς δέξασθαι ἀδυνατοῦμεν. θνητὸν γὰρ οἰκοῦντες σῶμα, ἀνάλογον τῇ θνητῇ φύσει δεχόμεθα τὴν γνῶσιν. οὐδὲν οὖν ἐλάλησεν ὁ θεὸς πρὸς ἡμᾶς κατὰ τὴν ἁρμόζουσαν αὐτῷ τελειότητα, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν ἐμέτρησε τὸ λεγόμενον. διὰ τοῦτο ὁ σωτὴρ ἔλεγε· πολλὰ ἔχω λέγειν, ἀλλ᾽ οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι. καὶ ἀλλαχοῦ ἔλεγεν ὁ σωτὴρ τῷ Νικοδήμῳ· εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε, πῶς, ἂν εἴπω τὰ ἐπουράνια, πιστεύσητε; λέγωμεν τοίνυν ὅσον ἧκεν εἰς τὴν ἀνθρωπίνην δύναμιν ὑπὸ θεοῦ χορηγούμενοι. διακόπτεται δὲ ἡμῖν ἀπὸ τῆς ἡμέρας ὁ λόγος βουλομένοις ἐφεξῆς ἀγαγεῖν τὰ θεωρήματα· διεκόπτετο δὲ διὰ τὴν τοῦ εὐαγγελίου ἀνάγνωσιν. ἀλλ᾽ ἐκεῖνο ἐν τῷ ἰδίῳ καιρῷ λεχθήσεται· τῶν δὲ ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ γινομένων μνημονεύσωμεν. σήμερον ὁ Χριστὸς κατὰ
C ταύτην τὴν πέμπτην τοῦ σαββάτου ἐν τῇ ἑσπέρᾳ τῇ πρὸ τοῦ πάθους, καὶ τῶν μαθητῶν τοὺς πόδας ἔνιψε, καὶ ἐν τῷ νόμῳ τυπικὸν πάσχα ἐτέλεσε, καὶ τὴν σωτήριον τοῦ πάθους μυσταγωγίαν παρέδωκεν. ὥστε ἤδη φιλαλήθως εἰπεῖν, οὐδὲ αὐτὸς ὁ τῆς ἀληθείας διακόπτεται λόγος. περὶ τοῦ σταυροῦ γὰρ ἐκείνη ἡ διήγησις· καὶ οὕτω φυλάττεται κανών. ἔλθωμεν οὖν εἰς τὴν ἀκολουθίαν, τέμνοντες, [a] ἵνα γεύματά τινα παρασχόντες ταῖς φιλοχρίστοις ὑμῶν ψυχαῖς. πῶς δεῖ κατανοεῖν εἰς τὴν τῶν ἁγίων καὶ μυστικῶν ἡμῶν παραδόσεων θεωρίαν, σύντομον καὶ εὐκρινῆ δῶμεν τοῦ λόγου τὴν ἀπόδειξιν. λέγει ὁ σωτὴρ τοῖς μαθηταῖς· οἴδατε ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς τὸ σταυρωθῆναι. πολλάκις ὁ σωτὴρ προεῖπε τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς,
D ὁμοῦ δεικνὺς ὅτι καὶ εἰδὼς οὐ φεύγει, καὶ προγινώσκων οὐ παραιτεῖται· ὁμοῦ δὲ καὶ προομαλίζων τὰς ψυχὰς τῶν ἀποστόλων, ἵνα τῷ προπαρασκευάζεσθαι γνῶναι φύγωσι τὸν θόρυβον. πρᾶγμα μελετηθὲν οὐκ ἔχει τὴν ἀπὸ τοῦ αἰφνιδίου ταραχήν. ὅπερ καὶ ὁ Δαυὶδ προέλεγεν· ἡτοιμάσθην, καὶ οὐκ ἐταράχθην. τοῦτο καὶ ἐν ταῖς βρονταῖς γίνεται. προλαβοῦσα ἡ ἀστραπὴ, διδάσκει τὸν λογισμὸν, ὅτι δεῖ ἐκδέξασθαι τὴν βροντὴν, ἵνα τῇ προσδοκίᾳ λύσῃ τὸν μείζονα φόβον. οὕτω

[a] Hic quædam manca & vitiata esse videntur.

καὶ ὁ σωτὴρ, ἵνα μὴ ἀθρόον ὑπὸ τοῦ πάθους. ὡς τὸν σωτῆρα ὀνειδίσαι τοὺς ἀποστόλους, καὶ εἰπεῖν μετὰ τὴν ἀνάστασιν· οὗτοί εἰσιν οἱ λόγοι μου, οὓς ἐλάλησα ὑμῖν, ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν. ὠνείδιζεν αὐτοὺς ὅτι τὸν σκοπὸν οὐκ ἐπλήρωσαν, δι' ὧν ὁ σωτὴρ προεῖπε. προεῖπον, φησιν, ἵνα μὴ σκανδαλισθῆτε· καὶ ὁ θόρυβος ὑμῶν ἐκράτησεν. οἴδατε ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει παραδίδοσθαι εἰς τὸ σταυρωθῆναι. οὐδαμοῦ εὑρίσκεις τὸν σωτῆρα πάθους μνημονεύσαντα, καὶ μὴ τὸ ἀνθρώπινον πρόσωπον μὴ εἰσαγαγόντα, καὶ ὡς ἄλλον διαλεγόμενον περὶ ἄλλου. οὐκ εἶπε, παραδίδομαι, ἀλλ', ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει παραδίδοσθαι εἰς τὸ σταυρωθῆναι. οὐδαμῶς εὑρίσκεις τὸν σωτῆρα παραδιδόμενον, ἀλλ' ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται, καὶ πανταχοῦ ὡς ἄλλος περὶ ἄλλου λαλεῖ. ὅταν μέν τοι εἰς τὴν θεότητα, γυμνῶς λέγει, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· οὐ λέγει, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με, ἀλλ', ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. καὶ, ὁ ἑωρακώς με, ἑώρακε τὸν πατέρα. οἴδατε ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται· καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς τὸ σταυρωθῆναι. ὁ δὲ Ἰωάννης πῶς ἀσφαλῶς λέγει; ἵνα μή τις νομίσῃ τὸν ὁρώμενον καιρὸν τῆς ἀνάγκης, ὅρα πῶς ἀσφαλίζεται· εἰδὼς ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα, ἵνα μεταβῇ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου πρὸς τὸν πατέρα, ἀγαπήσας τοὺς ἰδίους, εἰς τέλος ἠγάπησεν, ἀντὶ τοῦ, ἀπηρτισμένην ἀγάπην ἔδειξε. καὶ τοῦ δείπνου γινομένου ἀναστὰς ἀποτίθεται τὰ ἱμάτια, καὶ διεζώσατο τὸ λέντιον, καὶ ἔβαλεν ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα, καὶ ἤρξατο νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν. αἰσχυνέσθωσαν αἱρετικοί. ἐὰν ἀκούσωσι τοῦ σωτῆρος λέγοντος, ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου, εὐθέως λέγουσιν· ὁρᾷς ὅτι ὡς δοῦλος ὑποτάσσεται καὶ ὑπακούει τῷ πατρί; ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ ἦν ἰδεῖν πρᾶγμα φοβερόν. τί ἀνέστη καὶ ἀπέθετο τὸ ἱμάτιον ὁ περιβαλλόμενος φῶς ὡς ἱμάτιον, καὶ διεζώσατο λέντιον; καὶ ἦν ἰδεῖν τότε τὴν Παύλου φωνὴν ἀληθεύουσαν, ὅτι ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, μορφὴν δούλου ἔλαβε. διεζώσατο λέντιον ὁ περιβάλλων τὸν οὐρανὸν ἐν νεφέλαις· καὶ ἔβαλλεν ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα ὁ ποταμοῖς καὶ πηγαῖς καὶ θαλάσσαις τὴν τῶν ὑδάτων φύσιν ἐκχέας. ἐννόησον μαθητὴν καθήμενον, καὶ τὸν δεσπότην ἐπικαμπτόμενον, καὶ πρὸς γόνυ βλέποντα, ᾧ κάμπτει γόνυ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων. ἡ ταπείνωσις τοῦ σωτῆρος πᾶσαν ἔσβεσεν ὑπερηφανίαν· ἐκείνη ἡ ἐπιείκεια πᾶσαν ἔσβεσεν ἀλαζονείαν.

Ὅταν ἴδω τὸν σωτῆρα νίπτοντα τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, a λέγω τὸ τοῦ [a] Ἠσαΐου περὶ τῆς ἡμετέρας ὑπερηφανίας· τί ὑπερηφανεύεται γῆ καὶ σποδός; ἐννόησον ἐπικύπτοντα τὸν δεσπότην πρὸς τοὺς πόδας τῶν οἰκετῶν καὶ νίπτοντα. πῶς ταῦτα λαληθῇ, ἢ πῶς σιωπηθῇ; λόγος οὐκ ἀρκεσθῇ, ἡ σιωπὴ ἀγνωμοσύνην ἡμῖν κατηγορεῖ. καὶ τί ποιήσομεν καὶ εἰπεῖν μὴ ἰσχύοντες; ἤρξατο νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν καὶ ἐκμάσσειν τῷ λεντίῳ. οὐδὲ ἓν ὑπηρεσίας εἶδος παρέλιπεν· οὐκ ἐπέτρεψε τὸ μὲν ὕδωρ ἐνθεῖναι παρ' ἄλλων, ἑαυτῷ δὲ νίψαι· οὐδὲ ἔνιψε μὲν αὐτὸς, ἄλλοι δὲ ἀπέμαξαν. καὶ φαίνεται ἐνταῦθα ξένον τι μυστήριον εἰσηγούμενος τοῖς μαθηταῖς. ἀγαπήσας, φησὶ, τοὺς ἰδίους μαθητὰς, εἰς τέλος ἠγάπησε, λέγει Ἰωάννης· καὶ τοῦ δείπνου γινομένου ἤδη τοῦ διαβόλου βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα Σίμωνος Ἰσκαριώτου, ἵνα παραδῷ αὐτὸν, ἀναστὰς ἀπέθετο τὰ ἱμάτια. οὐχ ἁπλῶς τοῦτο εἶπεν· ἀλλ' ἵνα δείξῃ ὅτι ἤδη μελετήσαντος τοῦ προδότου τὴν παραδοσίαν οὐκ ὤκνησεν ὁ σωτὴρ αὐτοῦ τοῦ προδότου τοὺς πόδας νίψαι· καὶ ᾔδει αὐτοῦ τὸν δόλον, καὶ ἔνιψε. τί οὖν; προσωποληψία παρὰ τῷ θεῷ; μὴ γένοιτο.
b [b] ἀεὶ μεταξὺ ἀδικούντων, καὶ ἀδικουμένων ἐστὶν ἡ προσωποληψία. ἐὰν μέν τοι ὁ ἀδικούμενος τιμήσῃ τὸν ἀδικοῦντα, οὐ προσωποληψία ἐστὶν, ἀλλὰ ταπεινοφροσύνη. ἐὰν δὲ ὁ ἀδικούμενος λάθρα μὲν ἐργάζηται τὸ κακὸν, σχήματι δὲ φιλανθρωπεύηται, ἐκείνη ἐστὶν ὑπόκρισις. οἷον ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πράγματος λάβε τὴν ἀπόδειξιν. ᾔδει Ἰούδας ὁ παραδι-

A Servator ne repente ex passione turbarentur, illam prædicit, ita ut etiam Apostolis exprobraret, diceretque post resurrectionem: *Hi sunt sermones mei, quos loquutus sum vobis, quia oportet Filium hominis multa pati.* Luc.24.44. Exprobrabat illis, quod scopum, quo hæc prædixerat illis non assequuti essent. *Prædixi*, inquit, *ut non scandalizemini, & turbatio vos occupavit.* Joan.16.1. *Scitis quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur, ut crucifigatur.* Nusquam reperies Servatorem memoravisse passionem, nisi humanam personam inducentem, & quasi de alio loquatur. Non dixit, tradar; sed, Filius hominis tradendus est, ut crucifigatur. Nusquam reperies Servatorem traditum; sed, Filius hominis tradetur, & ubique quasi de alio loquitur. Cum vero de divinitate clare loquitur, ait: *Ego & Pater unum* Joan.10.30.
B *sumus.* Non dicit, Ego & Pater qui misit me; sed, *Ego & Pater unum sumus*: &, *Qui vidit me, vidit & Patrem.* Joan.14.9. *Scitis quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur, ut crucifigatur.* Joannes vero quam certo loquitur? Ne quis putaret tempus illud præsens ex necessitate esse, vide cum quanta affirmatione loquatur: *Sciens quia venit hora, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos, in finem dilexit eos*; Joan.13.1. ac si diceret, perfectam exhibuit caritatem. *Et cœna facta surgens, deposuit vestimenta sua, & præcinxit se linteo, & immisit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes discipulorum.* Joan.13.2. Pudeat hæreticos. Si audiant Servatorem dicentem, *Facio voluntatem Patris mei*, statim dicunt: Viden' quomodo subditus sit & obediat Patri? In illa hora rem terribilem videre erat. Cur surrexit & deposuit vestimentum suum, qui amictus
C erat lumine sicut vestimento, & præcinxit se linteo? Tunc videre erat veram illam Pauli vocem: *Cum in forma Dei esset, formam servi accepit.* Philip.2.6. Præcinxit se linteo qui operit cælum nubibus: & immisit aquam in pelvim, qui fluminibus, fontibus, maribus aquarum naturam infudit. Cogita discipulum sedentem, & Dominum incurvatum & ad genua respicientem, cui flectitur genu cælestium, terrestrium & infernorum. Humilitas Servatoris omnem exstinxit superbiam: illa modestia omnem exstinxit arrogantiam.

2. Cum video Servatorem lavantem pedes discipulorum, Esaïæ circa superbiam nostram
D dictum profero: *Quid superbit terra & cinis?* Eccli.10.9. Cogita Dominum incurvantem se ad pedes servorum, & lavantem ipsos. Quomodo hæc dicantur, vel quomodo taceantur? Sermo non sufficit, silentium de ingrato animo accusat. Ecquid faciemus, cum enarrare non possimus: *Cœpit lavare ped s discipulorum, & linteo tergere.* Ne unam quidem ministerii speciem reliquit. Non permisit, ut aqua ab aliis immitteretur, & ipse lavaret: neque ipse lavit, & alii absterserunt. Videturque hic stupendum quoddam mysterium discipulis aperire. Cum dilexisset, inquit, discipulos suos, in finem dilexit eos, dicit Joannes: *Et cœna facta, cum jam diabolus immisisset in cor Judæ Simonis Iscariotæ, ut traderet eum; surgens deposuit vestimenta.* Non sine causa ita dixit;
E sed ut ostenderet, cum jam proditor proditionem meditatus esset, Servatorem tamen non dubitasse proditoris pedes lavare: noverat ipsius dolum, & tamen lavit. Quid ergo? an personarum acceptio est apud Deum? Absit. Non semper inter lædentes & læsos est personarum acceptio. Si læsus lædentem honoret, non personarum acceptio, sed humilitas est. Si vero læsus clam malum operetur, specie autem bene affectus sit, ea est simulatio. Ab ipsa re exemplum accipe. Scie-

a Hic Esaïam pro Syracide posuit, quod & aliis Scriptoribus, imo etiam Chrysostomo accidit.

b Hic deesse videtur negatio τὸν.

bat Judas qui tradebat Dominum, id impium
esse: nam cui insidiabatur, ei osculum offere-
bat. Servator vero læsus lædentem honorabat,
quod non injustitia erat, sed humilitatis exces-
sus, quam & Deus laudat & homines admiran-
2. Reg. 3. 27. tur. Vis exemplum videre? Intuere Joabum Da-
vidis ducem exercitus. Is Abnarum alium du-
cem, & amicitiæ verbis coluit, & clam gladio
per ilia confodit: fratrem vocabat, & ut inimi-
cum occidebat. Ideo malum est simulatio. Alias
autem cum is qui læsus est, lædentem benefi-
cio afficit, res laude digna est. Jacob timebat
fratrem suum Esaü, & rogabat Deum dicens:
Gen. 32. 11. *Erue me de manu fratris mei, ne veniens occidat
me.* Cum autem videt illum, honore afficit &
Gen. 33. 10. ait: *Vidi faciem tuam, ac si quis videret faciem
Dei.* Cum autem illum ut inimicum & homici-
dam cerneret, Deus cum sciret illum non insi-
diose ita loqui, sed ut insidias effugeret, ipsi
pepercit. Sic si quis amicitiæ verba proferat,
non ex dolo, sed ut dolum effugiat, Deus non
ideo indignatur: ipse namque ejus doctor est:
Prov. 15. 1. *Verbum submissum avertit iram.* Cum jam, in-
quit, diabolus immisisset in cor Judæ, ut Serva-
torem proderet, Servator benignitate volens ejus
ingratum animum vincere, & mansuetudine ar-
rogantiam solvere, ejus pedes lavit. Ego non tan-
tum miror Dominum sua præstantem; opus
enim ipsius mansuetudo erat; quantum illum
dolo plenum. Quo animo pedes obtulit? Quo-
modo vidit sanctas Domini manus circa pedes
suos versantes? quomodo non obtorpuit? quo-
modo non exhorruit? Attamen clemens illa na-
tura fert patienter. Videtur autem ipsum primo
lavisse. Quare? Nisi lavisset pedes proditoris,
sed postquam alios laverat, ipsum reliquisset;
hoc certe fuisset a Servatore alienum: atque hinc
Judas ansam arripuisset. Ipse me segregavit,
ipse me abalienavit. Omnium pedes lavit, me
autem damnavit. Quo animo poteram cum illo
esse? Vidit Deus cor confractum, & noluit jam
ex se confractum ipse confringere. Id vero in-
Matth. 12. 20. dicat illud: *Calamum conquassatum non confringes.*
Attamen discipulorum pedes lavit. Ultimo venit
ad Petrum. Dum autem alios lavaret Servator,
cogitabat Petrus dignitatem Domini, vilitatem-
que hominum; vilitatem hominum & gloriam
ejus qui ubique celebratur: & apud se decrevit
lotionem non admittere. Venit ad eum Serva-
Joan. 13. 6. tor, & ait ille: *Domine, tu mihi lavas pedes?*
tu, qui mortuos suscitas, qui leprosos mundas;
illud enim *Tu*, magnam vim habet; tu, cui ego
Matth. 16. 17. testificatus sum, *Tu es Christus Filius Dei vivi.*
Si ex ignorantia dixissem, id humanam fuisse
conjecturam contigisset: si vero tu ipse vocem
meam obsignasti dicens: *Pater meus cælestis re-
velavit tibi*, an dominicis manibus servi pedes
Joan. 13. 7. lavare sustinebis? *Non lavabis mihi pedes in æter-
num.* Quid ergo Servator? Vocem ejus confuta-
vit dicens: *Quod ego facio tu nescis modo, scies
autem postea*; ac si diceret: Scopum meum igno-
ras. Nec tamen ille repressus est; sed his audi-
tis dixit: *Non lavabis mihi pedes in æternum.*
Ostendit animam adamante duriorem. Protulit
vero Servator ignem suum, & adamantinam ani-
mam reddidit cera molliorem. Itaque, inquit,
tu ita rebellis & contentiose, solve institutum
tuum: *Si non lavero tibi pedes, non habebis par-
tem mecum.* Ille autem rebellis & contentiosus
dixit: *Domine, non tantum pedes, sed & manus
& caput.* Totâ summâ privabat, & cum usura
reddidit. Non est mos Christianorum esse per-
vicaces: non oportet Christianum sui amantem
esse; non decet esse ad insidias parandas calli-
dum, sed sine fuco virtutem adire: quem esse
oportet lætum lætitiæ tempore, mœstum vero
Rom. 12. 15. tempore mœstitiæ, ut dicit Paulus, Gaudere cum
gaudentibus, jejunare cum jejunantibus, flere
cum flentibus: hoc enim est quod dicit Paulus:

A δοὺς τὸν δεσπότην, ὅτι ἀσεβὲς ἦν αὐτοῦ. ᾧ γὰρ ἐπεβούλευε,
τούτῳ φίλημα προσέφερεν. ὁ δὲ σωτὴρ ἀδικούμενος ἐτί-
μα τὸν ἀδικοῦντα, ὅπερ οὐκ ἦν ἀδικία, ἀλλὰ ταπεινο-
φροσύνης ὑπερβολὴ, καὶ παρὰ θεῷ ἐπαινουμένη, καὶ παρὰ
ἀνθρώποις θαυμαζομένη. θέλεις ἰδεῖν σχῆμα; βλέπε τὸν
Ἰωὰβ τὸν ἀρχιστράτηγον τοῦ Δαυίδ. κατεῖχε τὸν Ἀβνὰρ ἄλλον
ἀρχιστράτηγον, καὶ φιλίας προσέφερε ῥήματα, καὶ λάθρα
ἐνέπηξε τὸ ξίφος τῇ λαγόνι· ἀδελφὸν ἐκάλει, καὶ ὡς
ἐχθρὸν ἀνῄρει. διὰ τοῦτο κακὸν ἡ ὑπόκρισις. ἀλλαχοῦ δὲ
ὅταν ὁ ἀδικούμενος εὐεργετήσῃ τὸν ἀδικοῦντα, ἐπαινετόν ἐστι
τὸ ἔργον. ὁ Ἰακὼβ ἐφοβεῖτο τὸν ἴδιον ἀδελφὸν τὸν Ἠσαῦ, καὶ
παρεκάλει τὸν θεὸν λέγων· ἐξελοῦ με ἐκ χειρὸς τοῦ ἀδελ-
φοῦ μου, μὴ ἐλθὼν ἀποκτείνῃ με. ὅτε μὲν τοι εἶδεν αὐτὸν,
B τιμᾷ καὶ λέγει· εἶδον τὸ πρόσωπόν σου, ὡς ἄν τις ἴδῃ πρόσω-
πον θεοῦ. ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὡς πολέμιον, ὡς φονέα, ἐπειδὴ
ᾔδει ὅτι οὐκ ἔλεγεν ἵνα ἐπιβουλεύσῃ, ἀλλ' ἵνα ἐπιβουλὴν
φύγῃ, συνέγνω ὁ θεός. οὕτω τις ἐὰν φιλίας προσενέγκῃ
ῥήματα, οὐχ ἵνα δολιεύσηται, ἀλλ' ἵνα τὸν δόλον ἐκφύγῃ,
οὐκ ἀγανακτεῖ ὁ θεός. αὐτοῦ γάρ ἐστι διδάσκαλος, λόγος
ὑποπίπτων ἀποστρέφει ὀργήν. ἤδη οὖν, φησι, τοῦ διαβόλου
βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα παραδοῦναι τὸν σωτῆρα, ὁ
σωτὴρ νικῆσαι θέλων τὴν ἀγνωμοσύνην τῇ φιλανθρωπίᾳ,
καὶ τῇ ἐπιεικείᾳ τὴν ἀλαζονείαν λῦσαι, ἔνιψεν αὐτοῦ τοὺς πό-
δας. ἐγὼ οὐ τοσοῦτον θαυμάζω τὸν δεσπότην τὰ ἴδια ποιοῦν-
τα· ἔργον γὰρ ἦν αὐτοῦ ἡ ἐπιείκεια· ὅσον ἐκεῖνον δόλου γέ-
μοντα. ποίᾳ καρδίᾳ προέτεινε τοὺς πόδας; πῶς ἔβλεπε
τὰς ἁγίας χεῖρας τοῦ δεσπότου περὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ στρεφο-
C μένας; πῶς οὐκ ἐνάρκησε; πῶς οὐκ ἔφριξεν; ἀλλ' ὅμως
ἡ ἀνεξίκακος φύσις μακροθυμεῖ. φαίνεται δὲ καὶ πρῶτον νί-
ψας αὐτόν. διὰ τί; εἰ μὴ ἔνιψε τοὺς πόδας τοῦ προδότου,
ἀλλὰ νίπτων τοὺς ἄλλους αὐτὸν κατέλιπε, κἀκεῖνο ἦν τοῦ
δεσπότου ἀλλότριον, καὶ ὁ Ἰούδας εὔλογον ἔλαβεν ἀφορ-
μήν· αὐτός με ἀφώρισεν, αὐτός με ἠλλοτρίωσε· πάντων
ἔνιψε τοὺς πόδας, ἐμὲ δὲ κατέγνω. ποίᾳ ψυχῇ ἐδυνάμην
εἶναι μετ' αὐτοῦ; εἶδεν ὁ θεὸς καρδίαν συντετριμμένην, καὶ
οὐκ ἠθέλησε τὸ ἀφ' ἑαυτοῦ συντριβόμενον αὐτὸς συντρί-
ψαι. καὶ τοῦτο ἦν τὸ, κάλαμον συντετριμμένον μὴ κατεά-
ξῃς. ὅμως ἔνιψε τῶν μαθητῶν τοὺς πόδας. ἦλθε τελευταῖον
ἐπὶ τὸν Πέτρον. ἐν ὅσῳ δὲ τοὺς ἄλλους ἔνιπτεν ὁ σωτὴρ, ἐν-
νοεῖ Πέτρος τὸ ἀξίωμα τοῦ δεσπότου, καὶ τὴν εὐτέλειαν τῶν
ἀνθρώπων, τὸ ταπεινὸν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὴν δόξαν τοῦ δε-
D δοξασμένου, καὶ ὥρισε παρ' ἑαυτῷ τὸ μὴ καταδέξασθαι.
ἦλθε πρὸς αὐτὸν ὁ σωτὴρ, καὶ λέγει ἐκεῖνος· κύριε, σύ μου
νίπτεις τοὺς πόδας; σὺ ὁ νεκροὺς ἐγείρων, ὁ λεπροὺς κα-
θαρίζων. τὸ γὰρ, σὺ, πολλὴν ἔχει δύναμιν· σὺ, ᾧ ἐγὼ ἐμαρ-
τύρησα, ὅτι σὺ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος. εἰ μὲν
ἀπὸ ἀγνοίας εἶπον, συνέβη ἂν ὑπόνοιαν ἀνθρωπίνην εἶναι·
εἰ δὲ σύ μου τὴν φωνὴν ἐσφράγισας λέγων, ὅτι ὁ πατήρ μου
ὁ ἐν οὐρανοῖς ἀπεκάλυψέ σοι, ἀνέχῃ οἰκέτου πόδας πλύ-
ναι χερσὶ δεσπότου; οὐ μὴ νίψεις τοὺς πόδας εἰς τὸν αἰῶνα. τί
οὖν ὁ σωτήρ; διεσκέδασε τὴν φωνὴν αὐτοῦ. ὃ ποιῶ, φησι, νῦν
σὺ οὐκ οἶδας, γνώσῃ δὲ μετὰ ταῦτα· ἀντὶ τοῦ, ἀγνοεῖς μου τὸν
σκοπὸν τοῦ ποιοῦντος. οὐκ ἀνείχετο, ἀλλὰ ταῦτα ἀκούσας
λέγει· οὐ μή μου νίψεις τοὺς πόδας εἰς τὸν αἰῶνα. ἔδειξε ψυ-
E χὴν ἀδάμαντος σκληροτέραν. προσήνεγκε δὲ ὁ σωτὴρ τὸ
ἑαυτοῦ πῦρ, καὶ ἐποίησε τὸν ἀδάμαντα ψυχὴν κηροῦ ἁπαλω-
τέραν. ὥστε, φησὶ, καὶ μονότονος καὶ φιλόνεικος λῦσόν σου τὴν
ἔνστασιν. εἰ μή σου νίψω τοὺς πόδας, οὐκ ἔχεις μέρος μετ'
ἐμοῦ. καὶ ὁ μονότονος καὶ ὁ φιλόνεικος λέγει· κύριε, μὴ μόνον
τοὺς πόδας, ἀλλὰ καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὴν κεφαλήν. τὸ κε-
φάλαιον ἀπεστέρει, καὶ μετὰ τόκου ἀπέδωκε. χριστιανῶν ἦθος
οὐκ ἔστιν εἶναι μονοτόνον· οὐ δεῖ χριστιανὸν ἔμφιλον ἦθος ἔχειν·
οὐ δεῖ αὐτὸν ποικίλον εἶναι εἰς ἐπιβουλὴν, ἀλλ' ἀπολύτρο-
πον εἰς ἀρετὴν, οἷον δεῖ εἶναι, φαιδρὸν μὲν ἐν καιρῷ φαι-
δρότητος, στυγνὸν δὲ ἐν καιρῷ λύπης, ὡς λέγει Παῦ-
λος, χαίρειν μετὰ χαιρόντων, νηστεύειν μετὰ νηστευόντων,
κλαίειν μετὰ κλαιόντων. τοῦτο γάρ ἐστιν ὃ λέγει Παῦλος·
εἶπε

εἴτε ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, πάντα εἰς δόξαν θεοῦ ποιεῖτε. οὐδὲν οὖν ὤνησεν ἡ Πέτρου μονοτονία. ἐλύθη γὰρ, ὡς καὶ ἄλλου. ὅτε ἦλθεν ὁ Χριστὸς βαπτισθῆναι ὑπὸ Ἰωάννου, λέγει αὐτῷ ὁ Βαπτιστής· κύριε, ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με; λέγει αὐτῷ ὁ σωτήρ· ἄφες ἄρτι. μὴ φιλονείκει, μὴ ἀνθίστασο, ὅτι θεία ἐστὶν ἡ γνώμη. μὴ πρὸ καιροῦ γυμνώσῃς τὸ ἀξίωμα· ἔασόν με πληρῶσαι τάξιν, καὶ δεῖξαι ἀληθῶς, ὅτι ἄνθρωπον ἔλαβον, ἵνα διὰ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ ἀληθινοῦ τὸν ἀληθινὸν θεὸν ἀναφάνω. μόνον εἶπεν, ἄφες ἄρτι, καὶ εὐθέως ἐπισημαίνεται ὁ εὐαγγελιστὴς, τότε ἀφῆκεν αὐτὸν βαπτισθῆναι. ἐφιλονείκησεν ὡς εὐσεβὴς, καὶ ὑπήκουσεν ὡς φιλόθεος. οὕτω καὶ Ἱερεμίας ἐφιλονείκησε τῷ θεῷ. ὁ ὢν δέσποτα, κύριε, σὺ οἶδας ὅτι νεώτερός εἰμι. καὶ εἶπε κύριος πρός με· μὴ λέγε, ὅτι νεώτερος ἐγώ εἰμι, ὅτι πρὸς οὓς ἂν ἐξαποστελῶ σε, πορεύσῃ. ἔλυσε τὴν μονοτονίαν ἡ εὐτονία. πάλιν ὁ Μωϋσῆς ἐμονοτόνησε λέγων· προχείρισαι ἄλλον· ἰσχνόφωνος γάρ εἰμι, καὶ βραδύγλωσσος· ἀλλ' οὐκ ἐνέδωκεν.

Ἀλλ' εἰς τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν. λέγει ὁ σωτήρ, ἐὰν μὴ νίψω σου τοὺς πόδας, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ. ἐν τούτῳ ὀφείλομεν εἰδέναι, ὅτι μέρος τῶν πιστῶν ὁ θεός ἐστι, καὶ μέρος τοῦ θεοῦ οἱ πιστοί. οἷον, ὅλος ὁ κόσμος τοῦ θεοῦ ἐστι, οἶδε δὲ τοὺς πιστοὺς ὁ θεός. ὅλος ὁ κόσμος, φησὶν, ἐκτίσθη ὑπ' ἐμοῦ, ἀλλ' οὐδέν μοι διαφέρει, ἢ τὸ τῶν πιστῶν μέρος. διὰ τοῦτο οἱ μὲν πιστοὶ ἐβόων, ὡς ὁ Δαυίδ· μερίς μου ὁ κύριος ἐν γῇ ζώντων· καὶ πάλιν, κύριος μερὶς τῆς κληρονομίας μου. ἡ δὲ Μαρία καθημένη πρὸς τοῖς ποσὶ τοῦ δεσπότου, ἤκουσε τῆς διδασκαλίας, καὶ λέγει ὁ σωτήρ· Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς. ὁρᾷς ὅτι τῶν πιστῶν ἡ μερὶς ὁ θεός ἐστι; λοιπὸν δεῖξαι ἀναγκαῖον, πῶς ἡ μερὶς τοῦ θεοῦ οἱ πιστοί. λέγει Μωϋσῆς, ὅτε διεμέριζεν ἔθνη ὁ ὕψιστος, διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων θεοῦ, καὶ ἐγενήθη μερὶς κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ· ἐπειδὴ ὅλος ὁ κόσμος ἦν αὐτοῦ, μόνος δὲ λαὸς αὐτοῦ ἤκουσεν Ἰακώβ. οὕτω καὶ ὁ προφήτης Ἀμὼς λέγει· καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἐκέλευσε κύριος τὴν δίκην ἐν πυρὶ, καὶ κατέφαγε τὴν ἄβυσσον τὴν πολλὴν, καὶ κατέφαγε τὴν μερίδα κυρίου, τὸν λαὸν λέγει· καὶ εἶπόν, φησι, κόπασον, κύριε, ἀπὸ τοῦ Ἰακὼβ, ὅτι ὀλιγοστός ἐστιν, ἀντὶ τοῦ, μὴ ἀναλώσῃς ἡμᾶς. ταῦτα μὲν εἴρηται, διὰ τὸ λέγειν τὸν σωτῆρα, ἐὰν μὴ νίψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ. μερὶς οὖν τῶν πιστῶν ὁ θεὸς, καὶ μερὶς τοῦ θεοῦ οἱ πιστοί. λέγει ὁ Πέτρος, κύριε, μὴ μόνον τοὺς πόδας μου νίψεις, ἀλλὰ καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὴν κεφαλήν. ἐνόμισεν ὁ Πέτρος ὅτι ἡ ἀπόνιψις ἐκείνη ἁμαρτιῶν ἦν ἄφεσις, καὶ ἤθελε δι' ὅλου τοῦ σώματος λαβεῖν ἄφεσιν. ἡ δὲ οὐχ ἁμαρτιῶν ἄφεσις ἦν, ἀλλ' εὐλαβείας ὑπόθεσις. εἶτα λέγει ὁ σωτὴρ, ὁ λελουμένος, οὐ χρείαν ἔχει, εἰ μὴ μόνον τοὺς πόδας νίψασθαι. ἤδη ὑμεῖς καθαροί ἐστε διὰ τὸν λόγον, ὃν λελάληκα ὑμῖν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ταύτην ἔχει τὴν ἔξιν. ὅτε δὲ ἀπένιψε τοὺς πόδας καὶ ἐξέμαξε, λαβὼν τὰ ἱμάτια ἀνέπεσεν. ἐτήρησε τὴν δούλου τὴν μορφὴν, καὶ τὸ λοιπὸν ἀνακλίνεται ὡς δεσπότης, καὶ λέγει μετ' αὐθεντίας, οὐκ οἴδατε τί πεποίηκα ὑμῖν; ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐνοήσατε; οὐχ ὑμεῖς λέγετε, ὁ κύριος καὶ ὁ διδάσκαλος; καὶ καλῶς λέγετε· εἰμὶ γάρ. ὧδε γυμνοῖ τὴν αὐθεντίαν. ἐξέβαλε τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, καὶ εἰσάγει τὴν τοῦ θεοῦ. οὐχ ὑμεῖς λέγετε, ὁ κύριος καὶ ὁ διδάσκαλος; εἰ οὖν ἐγὼ ὁ κύριος καὶ ὁ διδάσκαλος ἔνιψα ὑμῶν τοὺς πόδας, πόσῳ μᾶλλον ὀφείλετε ἀλλήλων νίπτειν τοὺς πόδας; ὑπόδειγμα γὰρ δέδωκα ὑμῖν. ὁρῶ ὅτι εὐλαβείας ἦν ὑπόθεσις, ἵν', ὡς ἐποίησα ὑμῖν, φησιν, οὕτω καὶ ὑμεῖς ἀλλήλοις ποιῆτε.

Τούτων οὕτω γενομένων προσέρχονται αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ λέγουσι· κύριε, ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάχα; βλέπε θεοῦ πρόγνωσιν. λέγει, ἀπέλθατε εἰς τὴν πόλιν, καὶ ἀπαντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος κεράμιον ὕδατος βαστάζων. ἀκολουθήσατε αὐτῷ ὅπου ἀπέρχεται, καὶ εἰς ἣν ἂν οἰκίαν εἰσέλθῃ, εἴπατε τῷ οἰκοδεσπότῃ· ὁ διδάσκαλος λέγει, ὁ καιρός μου ἐγγύς ἐστι· πρὸς σὲ ποιῶ τὸ πά-

A *Sive manducatis, sive bibitis, omnia ad gloriam* 1. Cor. 10. 31.
Dei facite. Nihil ergo profuit Petro pervicacia.
Soluta quippe fuit, ut in aliis. Quando Christus venit ut baptizaretur, dixit ei Baptista: *Domine, ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me?* Dicit illi Servator: *Sine modo.* Ne contendas, ne repugnes, quia divina est voluntas; ne ante tempus dignitatem reveles, sine me ordinem replere, & vere ostendere me hominem assumsisse; ut per hominem verum, Deum verum exhibeam. Solum dixit, *Sine modo*, & statim significat Evangelista, *tunc dimisit eum baptizari.* Contendit ut pius, & obedivit ut religiosus. Sic & Jeremias cum Deo contendit: *Qui es dominator, Domine, tu nosti quod puer sim. Et dixit Dominus ad me: Noli dicere: Puer*
B *sum, quia ad quos te mittam, ibis.* Solvit pervicaciam auctoritas. Rursum Moyses restitit dicens: *Constitue alium: nam gracilis voce & tardus lingua sum.* At non cessit ille.

[Marginal references: Marc. 3. 14. — Jer. 1. 16. — Exod 4. 13.]

3. Sed ad propositum revertamur. Dicit Servator, *Nisi lavero pedes tuos, non habebis partem mecum.* Hinc sciamus oportet partem fidelium esse Deum, & partem Dei esse fideles. Nimirum totus mundus Dei est, fideles autem novit Deus. Totus mundus, inquit, a me creatus est: at nihil ita curo, ut fidelium partem. Ideo fideles clamabant ut David: *Portio mea Dominus in terra viventium*; & rursum: *Dominus pars hereditatis meæ.* Maria vero sedens ad pedes Domini, doctrinam audivit, & ait Servator:
C *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Viden' fidelium partem esse Deum? Necesse demum est ostendere quomodo fideles pars Dei sint. Ait Moyses: *Quando dividebat Altissimus gentes, dispersit filios Adam: constituit terminos populorum juxta numerum Angelorum Dei: & facta est pars Domini populus ejus Jacob.* Quia mundus totus illius erat, solus autem populus ejus Jacob audivit. Sic & Amos propheta dicit: *Et vidi, & ecce jussit Dominus ultionem in igne, & devoravit abyssum multam, & devoravit partem Domini*, nempe populum. *Et dixi: Desine, Domine, a Jacob, quia parvus numero est*; id est, ne absumas nos. Hæc dicta sunt, quoniam Servator ait: *Nisi lavero te, non habebis partem mecum.* Portio ergo fidelium Deus est, & por-
D tio Dei fideles. Ait Petrus: Domine, non tantum pedes meos lavabis, sed & manus & caput. Putavit Petrus lotionem illam esse remissionem peccatorum, & toto corpore remissionem accipere optabat. Lotio autem non erat remissio peccatorum, sed pietatis argumentum. Deinde dicit Servator: *Qui lotus est, non opus habet nisi ut pedes lavet. Jam vos mundi estis propter sermonem quem loquutus sum vobis.* Sed hæc quidem hujusmodi fuere. Postquam autem laverat & absterserat, accepit vestimenta sua & recubuit. Servavit servi formam, & postea ut Dominus recubuit, & cum auctoritate dicit: *Nescitis quid fecerim vobis?* ac si diceret, non intellexistis. *Nonne vos dicitis, me Magistrum & Dominum? & bene dicitis, sum etenim.* Hic au-
E ctoritatem demonstrat. Ejecit formam servi, & inducit Dei formam. *Nonne vos me dicitis, Magistrum & Dominum? Si igitur ego Dominus & Magister lavi pedes vestros, quanto magis vos debetis alter alterius pedes lavare? Exemplum enim dedi vobis.* Video pietatis exemplum fuisse; *ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos invicem faciatis.*

[Marginal references: Joan. 13. 8. — Ps. 41. 7. — Luc. 10. 42. — Deut. 32. 9. — Amos 7. 4. — Joan. 13. 10.]

4. His ita gestis accesserunt ad eum discipuli ejus, & dixerunt: *Domine, ubi vis paremus tibi, ut manduces Pascha?* Vide Dei præscientiam. Ait, *Ite in civitatem, & occurret vobis homo lagenam aquæ portans: sequimini eum quocumque ierit: & in quamcumque domum introierit, dicite domino domus: Magister dicit, Tempus meum prope est: apud te facio Pascha cum discipulis*

[Marginal reference: Marc. 14. 13.]

meis. *Et ipse ostendet vobis cœnaculum stratum.* Duo observat; Apostolorum viam dirigit ut interrogent dominum domus; & ne putent ipsum ignorare locum, ait illis: *Ostendet vobis cœnaculum grande stratum.* Si locum prædicis, cur discipulis ais, Interrogate de loco? Priusquam interrogaremus, jam didicimus. Etiam, inquit, me decet prædicere ut Deum, & vos par est interrogare ut homines. Nusquam autem Christus mysterium tradit in humilibus locis; sed in montibus, aut in cœnaculo. Nihil enim in Christo infimum. Ideo cum Apostoli supervenientem acceperunt Spiritum sanctum, in cœnaculo congregati erant. *Tunc*, inquit, *misit duos ex discipulis suis ut pararent Pascha.* Quinam hi erant? Petrus & Joannes. Cur ex duodecim Petrum & Joannem misit? Petrus erat qui confessus fuerat,
Matth. 16. 17. *Quia tu es Christus Filius Dei vivi*: Joannes vero prædicaturus erat, *In principio erat Verbum,*
Joan. 1. 1. *& Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Mittit fundamentum fidei, & filium tonitrui; ut in fundamento pietatis mysterium figeret, & in filio tonitrui justitiæ præcepta fulgurarent. Rursus cur Petrum & Joannem mittit? ut ostenderet honorabilis conjugii & virginitatis donum expandi: & Paschæ consortes esse tam honorabiles conjugatos, quam virgines, si recte vivant. Misit virginitatem & honorabile conjugium, ut parent sibi Pascha: ut in monte Moysen & Eliam exhibuit, quorum alius ex honorabili conjugio, alius ex virginitate fulgebat; ut & honorabile conjugium & virginitas Christo adstarent.
Luc. 22. 15. Nam *desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum.* Non vi cogitur, non coacta est passio; sed voluntarius animus. Si Dominus ut beneficium præstaret dixit, *Desiderio desideravi*, quid dicemus nos? Voces quippe nostras excipis, Domine, nostra suscipis peccata, & beneficiis præfulges. Nos dicere debemus, Desideramus videre Pascha: & tu nos prævertis? An fons unquam appetit sitientes, an sitientes fontem? An mensa appetit esurientes, an esurientes mensam? Nos dicere par est illud Davi-
Ps. 41. 1. dis: *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus.* Sed quia propositum est Servatoris mysterium, ipsa gloriosa passio, ipsa passionis traditio, sermo tempori cedat oportet; ut & qui sitiunt fruantur, & fideles confirmentur, & qui illuminandi sunt, pignus accipiant, fidelesque custodiantur. Ne doni obtentu jejunii cursum solvas. Sicut qui longam emensus est viam, ut corpus curet quiescit. Sive in diversoriis, sive in aliis locis; viam non intercipit; sed quiescit quidem ut corpus curet, a scopo autem susceptæ viæ non abscedit. Sic & nobis bonorum suorum fructum dedit Servator: non ut deliciemur, sed ut carnem & animam fatiscentem curemus. Ne itaque mysteriorum obtentu alienum quidpiam inducas. Ne quia ejus particeps es, gratiam crapulæ sororem esse putes. Hæc observent, non fideles modo, sed etiam catechumeni. Ante largitionem doni dignitatem ostende. Quid opus est verbis? Conscientiam tuam examina. Qua fiducia accedit is qui jejunium violavit? Revera hodie accedit, & nemine incusante, conscientia te redarguet. Vidistin unquam aliquem qui accusatorem secum ferat? Habeto potius conscientiam tibi patrocinantem. Hodierna dies, id est, sancta hæc mystagogia, non jejunii cursum expetit, neque mystagogiam illam in sancto Paschate. Sed quia in hac est passionis traditio, in illa vero resurrectionis; consortes ejus simus & resurrectionis participes. Hodie consortes erimus passionis, tunc resurrectionis. Hodie hujus consortes, ne nos deliciis dedamus, sed lacrymis. Nam post resurrectionem mœstitia non est. Nunc Christus patitur, & tu deliciaris? Nescis mul-

A πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου· καὶ αὐτὸς ὑμῖν δείξει ἀνώγεον ἐστρωμένον. τὰ δύο τηρεῖ, καὶ τοὺς ἀποστόλους ἐφοδιάζει ἐρωτῆσαι τὸν οἰκοδεσπότην, καὶ ἵνα μὴ νοήσωσιν, ὅτι ἀγνοεῖ τὸν τόπον, λέγει αὐτοῖς, ὑμῖν δείξει ἀνώγεον μέγα ἐστρωμένον. εἰ προλέγεις τὸν τόπον, διὰ τί λέγεις τοῖς μαθηταῖς, ἐρωτήσατε περὶ τοῦ τόπου; πρὶν ἐρωτήσωμεν ἐμάθομεν· ναί φησι, καί μοι πρέπει προλέγειν ὡς θεῷ, καὶ ὑμῖν ἐρωτᾶν ὡς ἀνθρώποις. οὐδαμοῦ δὲ Χριστὸς παραδίδωσι τὸ μυστήριον ἐν ταπεινοῖς τόποις, ἀλλ' ἐν τῇ ὀρεινῇ, ἢ ἐν ὑπερώῳ. οὐδὲν γὰρ κατώγεον ἐπὶ Χριστοῦ. διὰ τοῦτο ὅτε καὶ τὴν ἐπιφοίτησιν ἐδέχοντο τοῦ ἁγίου πνεύματος οἱ ἀπόστολοι, ἐν ὑπερώῳ ἦσαν συνηγμένοι. τότε, φησὶν, ἀπέστειλε δύο τῶν μαθητῶν ἑτοιμάσαι τὸ πάσχα. τίνες δὲ ἦσαν οὗτοι; Πέτρος καὶ Ἰωάννης. διὰ τί δὲ παρὰ τοὺς δώδεκα Πέτρον καὶ Ἰωάννην ἀπέστειλε; Πέτρος
B ἦν ὁ ὁμολογήσας, ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος· Ἰωάννης δὲ ἔμελλε κηρύττειν τὸ, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. ἀποστέλλει τὸν θεμέλιον τῆς πίστεως, καὶ τὸν υἱὸν τῆς βροντῆς, ἵνα ἐν μὲν τῷ θεμελίῳ πήξῃ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ἐν δὲ τῷ υἱῷ τῆς βροντῆς ἀστράψῃ τὰ τῆς δικαιοσύνης ἐντάλματα. πάλιν διὰ τί Πέτρον καὶ Ἰωάννην ἀποστέλλει; ἵνα δειχθῇ ὅτι καὶ τῆς σεμνογαμίας καὶ τῆς παρθενίας ἁπλοῦται τὸ δῶρον, καὶ γίνονται κοινωνοὶ τοῦ πάσχα καὶ οἱ ἐν σεμνογαμίᾳ, καὶ οἱ ἐν παρθενίᾳ καλῶς ζῶντες. ἀποστέλλει παρθενίαν καὶ σεμνογαμίαν ἑτοιμάσαι αὐτῷ τὸ πάσχα· ὥσπερ ἐν τῷ ὄρει Μωϋσῆν καὶ Ἠλίαν παρέστησε, τὸν μὲν ἀπὸ σεμνογαμίας, τὸν δὲ ἀπὸ παρθενίας λάμποντα, ἵνα φανῇ σεμνογαμία καὶ παρθενία παρεστῶσαι τῷ Χριστῷ. ἐπιθυμίᾳ γὰρ ἐπεθύμησα μεθ' ὑμῶν τὸ πάσχα τοῦτο φαγεῖν. οὐκ
C ἀναγκαζόμενος βιάζεται, οὐκ ἀκούσιον τὸ πάθος, ἀλλ' ἑκούσιος ἡ γνώμη. εἰ ὁ δεσπότης εὐεργετῶν εἶπεν, ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα, τί εἴπωμεν ἡμεῖς; προλαμβάνεις γὰρ τὰς φωνὰς ἡμῶν, δέσποτα, ἡμέτερα προλαμβάνεις ἁμαρτήματα, καὶ προλάμπεις τῇ εὐεργεσίᾳ. ἡμεῖς ὀφείλομεν εἰπεῖν, ἐπιθυμοῦμεν ἰδεῖν τὸ πάσχα, καὶ σὺ προλαμβάνεις; πηγὴ ἐπιθυμεῖ ποτε τῶν διψώντων, ἢ οἱ διψῶντες τῆς πηγῆς; τράπεζα ἐπιθυμεῖ τῶν πεινώντων, ἢ οἱ πεινῶντες τῆς τραπέζης; ἡμῖν πρέπει λέγειν τὸ τοῦ Δαυὶδ, ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ, ὁ θεός. ἀλλ' ἐπειδὴ πρόκειται τοῦ σωτῆρος μυσταγωγία, αὐτὸ τὸ πάθος τὸ ἔνδοξον, αὐτὴ τοῦ πάθους ἡ παράδοσις, δεῖ τῷ λόγῳ παραχωρῆσαι τῷ καιρῷ· ἵνα καὶ
D διψῶντες ἀπολαύσωμεν, καὶ οἱ πιστοὶ στηριχθῶσι, καὶ οἱ μέλλοντες φωτίζεσθαι τὸν ἀρραβῶνα δέξωνται, καὶ φυλάξωνται οἱ πιστοί. μὴ προφάσει τοῦ δώρου λύσῃς τῆς νηστείας τὸν δρόμον. ὥσπερ ὁ τὴν ὁδὸν διανύων τὴν μακρὰν, καὶ διὰ τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν ἀναπαύσεται, εἴτε ἐν δοχείοις, εἴτε ἐν ἄλλοις τόποις, οὐ παύεται τῆς ὁδοῦ, ἀλλ' ἀναπαύεται μὲν ἐπὶ τὸ θάλψαι τὸ σῶμα, τοῦ δὲ σκοποῦ τῆς ὁδοιπορίας οὐκ ἀφίσταται· οὕτω καὶ ἡμῖν ἔδωκε τὴν ἀπόλαυσιν τῶν ἀγαθῶν αὐτοῦ ὁ σωτὴρ, οὐχ ἵνα τρυφήσωμεν, ἀλλ' ἵνα τὴν σάρκα, καὶ τὴν ψυχὴν κάμνουσαν θεραπεύσωμεν. μὴ τοίνυν προφάσει τῶν μυστηρίων εἰσαγάγῃς τὸ ἀλλότριον, μὴ, ἐπειδὴ μεταλαμβάνεις, νομίσῃς ἀδελφὴν τὴν χάριν εἶναι τῆς κραιπάλης. ταῦτα δὲ φυλαττέσθωσαν μὴ οἱ πιστοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ κατηχούμενοι. πρὸ τῆς δωρεᾶς δεῖξον τὸ ἀξίωμα τοῦ δώρου. τίς χρεία λόγου; τὴν συνείδησίν σου ἐξέτασον. ποίᾳ παρ-
E ρησίᾳ προσέρχεται ὁ κλέψας τὴν νηστείαν; ἀληθῶς προσέρχῃ αὔριον, καὶ μηδενός σου κατηγοροῦντος ἡ συνείδησίς σου κατηγορήσει. εἶδες οὖν τινά ποτε μεθ' ἑαυτοῦ κατήγορον φέροντα; μᾶλλον ἔχε συνήγορον τὴν συνείδησιν. ἡ σήμερον ἡμέρα, τουτέστιν, ἡ ἁγία αὕτη μυσταγωγία, οὐ θέλει τῆς νηστείας τὸν δρόμον, οὐδὲ τὴν ἐν τῷ ἁγίῳ πάσχα μυσταγωγίαν. ἀλλ' ἐπειδὴ ἔστι μὲν ἐν αὐτῇ τοῦ πάθους ἡ παράδοσις, ἐν ἐκείνῃ δὲ τῆς ἀναστάσεως ἡ ἀπόδειξις, γινώμεθα κοινωνοὶ, καὶ τῆς ἀναστάσεως μέτοχοι. σήμερον κοινωνήσωμεν τῷ πάθει, τότε τῇ ἀναστάσει· σήμερον κοινωνοῦντες μὴ εἰς σπατάλην ἐκδῶμεν ἑαυτοὺς, ἀλλ' εἰς δάκρυα. μετὰ γὰρ τὴν ἀνάστασιν, οὐκ ἔστι λύπη, ἀκμὴν ἐν πάθει ὁ δεσπότης, καὶ σὺ τρυ-

φᾶς; οὐκ οἶδας πῶς πολλοὶ πολλάκις καὶ τῶν μεγάλων μέμψιν ὑπέστησαν ἐπὶ βασιλικῷ πένθει τρυφήσαντες, καὶ τιμωρίαν ὑπέσχον; σὺ δὲ βλέπων τὸ δεσποτικὸν πάθος ἔτι ἐπὶ σταυροῦ λάμπον, οὐδέπω τῆς ἀναστάσεως φέρον τὸν λόγον, προλαβὼν τῆς ἀναστάσεως τὴν εὐφροσύνην, σπατάλῃ ἑαυτὸν ἐξέδωκας. Ταῦτα λέγω οὐχ ὅτι δεῖ πενθεῖν αὐτὸν τὸν σωτῆρα, ὡς ἄξια πένθους ὑποστάντα, ἀλλ' ὅτι χρὴ ἡμᾶς τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείκνυσθαι, ἵνα κοινωνήσαντες αὐτοῦ τῶν παθῶν, κοινωνοὶ γενώμεθα καὶ τῆς ἀναστάσεως· ὅτι αὐτῷ πρέπει τῷ κυρίῳ ἡ δόξα, ἡ τιμὴ, καὶ ἡ προσκύνησις, ἅμα τῷ πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A tos sæpe proceres objurgatos fuisse, quod in regio luctu deliciati essent, & supplicio affectos fuisse? Tu vero dum vides dominicam passionem adhuc in cruce fulgentem, necdum adveniente resurrectione, resurrectionis lætitiam præoccupans, te deliciis dedisti? Hæc dico, non quod ipsum Servatorem luctu prosequi oporteat, quasi luctu digna perpessus sit; sed quia nos par est gratum animum exhibere, ut consortes facti ejus passionis, consortes simus etiam resurrectionis: quia ipsum Dominum decet gloria, honor, adoratio, una cum Patre & sanctissimo vivificoque Spiritu, nunc & semper & in sæcula sæculorum, amen.

ADMONITIO

IN SEQUENTEM DE LATRONE SERMONEM.

HUNC Chrysostomi non esse statim quivis dicet vel mediocriter peritus, nec est ea in re diutius immorandum. Sed, quod observandum est, post hunc sequitur apud Savilium Sermo alius cui titulus, εἰς τὴν ζωοφόρον ταφὴν, &c. In vivificam sepulturam. *Initium vero,* εἴδετε χθὲς λῃστοῦ εὐγνωμοσύνην, καὶ Ἰουδαίων μανίαν. Vidistis heri Latronis probitatem, & Judæorum insaniam. *Quod exordium ita concinnatum est, ut suadeatur eumdem esse qui præcedentem de Latrone, & hanc de sepultura Christi concionem emisit. Idque dolo machinatus est Græculus quispiam. Verum ut certum est priorem Homiliam non esse Chrysostomi, ita vel ex stylo statim perspicuum est posteriorem sancti Doctoris esse. Est autem ejusdem Homilia 89. in Matthæum, quam repetitionis vitandæ causa prætermisimus. Epilogus vero moralis ex diversis Chrysostomi locis consarcinatus fuit.*

Εἰς τὸν λῃστὴν, καὶ εἰς τὴν προδοσίαν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ὦ Πόση δύναμις τῆς ἡμετέρας πίστεως; ὢ πόσον ἰσχύει δέησις φιλοχρίστου λαοῦ ὑπὲρ ἁμαρτωλοῦ ἱερέως πρεσβεύουσα; καὶ μὴ ξενίσῃ σε τὸ λεγόμενον. τοῦτο γὰρ παρὰ τοῦ θεσπεσίου Παύλου λέγειν πρὸς ὑμᾶς δεδίδαγμαι, διαρρήδην ἐν ταῖς οἰκείαις ἐπιστολαῖς τοῖς μαθηταῖς ἐπιστέλλοντος· προσεύχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα δοθῇ μοι λόγος ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου. εἰ δὲ Παῦλος, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, ὁ οὐράνιος ἄνθρωπος, ὁ τῆς χάριτος ῥήτωρ, δωρεὰν παρὰ τῶν οἰκείων μαθητῶν προσευχῶν ἐδέετο, πόσῳ μᾶλλον ἐγὼ, ὃν πάντες ἁμαρτωλὸν ἐγνώκατε. ἀλλ' ὅμως καὶ τελώνης ποτὲ τοῦ πονηροῦ σκοποῦ μεταθέμενος, ἐγένετο μαθητὴς τοῦ κυρίου· οἶδα δὲ καὶ πόρνην δάκρυα μετανοίας τοῖς δεσποτικοῖς ἴχνεσι προσενέγκασαν, καὶ τὸν πολυθρύλλητον τῆς πορνείας μολυσμὸν ἀποπλύνασαν· οἶδα καὶ τὸν λῃστὴν ἐκεῖνον τὸν φρόνιμον, τὸν καλῶς διὰ πίστεως τὰ μεγάλα συλήσαντα. τῆς γὰρ τοιαύτης αὐτοῦ λῃστείας τὸ κέρδος παράδεισος γέγονεν. αἰσθάνομαι κἀγὼ τῆς τοιαύτης ἀγκύρας ἐπιλαβόμενος. τοιοῦτον γὰρ ἔχομεν δεσπότην φιλάνθρωπον, ὅστις μόνον εἰλικρινῶς δεξάμενος παρ' ἡμῶν τὴν δέησιν, εὐθέως τὸν ἔλεον ἀντιδίδωσι. νόμον γὰρ ἔδωκεν. ἀλλὰ σκιὰν ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τῶν πραγμάτων τὴν ἀλήθειαν, φωτίσαι οὐκ ἴσχυσε. προφητικὸν δῆμον, ὡς πρέσβιν, ἀπέστειλεν· ἀλλὰ καὶ ὁ προφητικὸς δῆμος κρατηθεὶς ὑπὸ τοῦ θανάτου ἐβόησε λέγων· ἐγώ εἰμι γῆ καὶ σποδός. ἄγγελος ἀτρέπτως σαρκοῦσθαι οὐκ ἠδύνατο. οὐκ ἄγγελος, φησὶν, οὐ

B *In Latronem, & in proditionem Servatoris nostri Jesu Christi.*

1. O Quanta vis est nostræ fidei! o quantum valet precatio populi Christi amantis pro sacerdote peccatore supplicantis! Ne te hic ordiendi modus stupore percellat: illud enim divino Paulo doctore vobis dicere didici, qui hæc in epistolis suis clare dicit discipulis: *Precamini pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei.* Eph. 6. 19. Si vero Paulus, vas electionis, homo cælestis, gratiæ orator, precationibus discipulorum suorum opus habuit; quanto magis ego, quem omnes peccatorem esse nostis? Attamen vel publicanus, qui a malo instituto se removit, C discipulus Domini factus est. Scio quoque meretricem pœnitentiæ lacrymas Domini vestigiis offerentem, meretricias famosas sordes abluisse. Scio etiam prudentem illum latronem, res magnas per fidem rapuisse: nam furti hujusmodi lucrum paradisus fuit. Sentio & ego me eamdem ancoram arripuisse. Talem quippe habemus Dominum clementem, qui acceptam habens sinceram nostram precationem, statim misericordiam suam impertit. Nam legem dedit; sed cum lex illa umbram solum futurorum bonorum haberet, non autem ipsam rerum veritatem, illuminare non potuit: propheticam vero turbam quasi legatum misit. Verum propheticus ille populus, a morte detentus, clamavit dicens: *Ego sum terra & cinis.* Gen. 18. 27. Angelus immutabilis manendo incarnari non poterat. *Non Angelus*, inquit, *non*

legatus redemit eos, sed ipse Dominus. Vidit enim
orbem auxilio destitutum, & ad ipsum claman-
Ps. 143. 5. tem : *Inclina, Domine, cælos tuos, & descende.*
Nam si tu, inquit, ad nos non descenderis, nos
per alium ad te non possumus ascendere. Vidit
ergo, nec despexit deprecationem; sed inclina-
vit cælos, & descendit in terram, nec se vacuos
cælos reliquit. Conceptus est in virginea vulva,
toto orbe ampliore. Quem enim capere non po-
tuit patriarchale tugurium, virginea vulva com-
plexa est. Incarnatus est, ut ipse novit, non ut
interpretantur hæretici, qui dum ea quæ sibi
propria sunt ignorant, divina metiuntur. Natus
est ut sibi placuit. In lignum ascendit, qui li-
Isai. 63. 3. gnum paradisi sanavit, & clamat : *Torcular cal-
cavi solus, & nemo mecum erat*, non angelus,
non legatus, non archangelus, non propheta,
non rex, nemo justorum mecum erat : & unus
solus mecum erat, qui non mecum mortem
contrivit, sed mecum paradisum in hereditatem
accepit : mecum in ligno, non mecum in bello
Judit. 16. 3. contra mortem suscepto. Nam *Dominus*, inquit,
conterens bella, Dominus nomen illi. Unus latro
confessus est. O res stupendas & novas! Latro
cum Christo, & discipulus Judas cum diabolo.
Lux in tenebras, & tenebræ in lucem mutatæ
sunt. Agnus lupus, & lupus agnus factus est.
Latro manus habens clavis confixas, fideli voce
Luc. 23. 42. Dominum salutabat dicens : *Memento mei, Do-
mine, cum veneris in regnum tuum*; & discipulus
labiis osculum offerens, corde gladium paravit :
labiis læta dicebat, & corde dolum eructabat,
Matth. 26. dicens : *Ave Rabbi.* Deinde osculatur eum, &
49. conversus dicit Judæis nutu, non voce, ligatum
illum abducite. O inique Juda, quo duci jubes
Isai. 66. 1. eum qui dixit, *Cælum mihi thronus est, & terra
scabellum pedum meorum?*

2. Sed video caritatem vestram ardentiorem,
& corpus in angustiis, volebamque hic finem
dicendi facere; sed quia vestrum audiendi stu-
dium, ut pluribus persequar me hortatur, ad
sermonis seriem revertamur. *Ave*, inquit, *Rabbi.*
Clemens vero Dominus, patientia nequitiam
proditoris vincens, recte dixit : *Amice, ad quid
venisti?* Amplector te, Juda, non ut caritatem
indam, quam abjecisti; sed ut evacuem gratiam,
quam dedi tibi : vas enim indignum, unguen-
tum cæleste ferre nequit. Quid porro dicam de
Juda? Petrus qui clavem regni cælorum acce-
pit, regem gloriæ videns crucifixum, abjectis
clavibus aufugit : & latro qui hominum fores
aperiebat, ipse claves paradisi rapuit. Petrus
Matth. 26. qui dixit, *Si oportuerit me mori tecum, non te*
33. *negabo*; ter negavit; & latro qui non voce pro-
miserat, sed re cum ipsa resurrectione morieba-
tur, dicebat, *Domine, memento mei, cum veneris
in regnum tuum.* Latro principatus & potestates
non metuit; & Petrus puellæ minas non tulit.
Latro clamabat, *Domine*; & Petrus, *Non novi
hunc hominem*, quem paulo ante Filium Dei vo-
cabat. Petrus qui supra mare ambulavit, eum
qui pedibus humidam naturam calcabat, nega-
vit; & latro qui supra dorsa maris non ambu-
laverat, sed divitum fores adierat, clamabat,
Matth. 20. *Domine.* Filii Zebedæi dicebant, *Possumus bibere*
22. *calicem, quem bibiturus es*; hic jam calix ade-
rat, at illi calicis tempore fugerunt; latro au-
tem ex manu filiorum Zebedæi calicem salutaris
Ps. 115. 4. rapuit, dicens : *Calicem salutaris accipiam, &
nomen Domini invocabo.* Thomas, incomprehen-
sibilis mysterii curiosus indagator, condiscipulis
Joan. 11. 16. dicebat : *Eamus & nos, ut moriamur cum illo*; &
cum illum crucifixum vidit, aufugit. Crucifixum
videt, & fugit; suscitatum videt, & dubitat,
Joan. 20. dicens : *Nisi misero digitum meum in fixuram*
25. *clavorum, & manum meam in latus ejus, non credam.*
At benignus Deus, qui propter unam ovem pro-
fectus est, hanc unam ovem non negligit;

A πρέσβεις ἐλυτρώσατο αὐτούς, ἀλλ' αὐτὸς ὁ κύριος. εἶδε γὰρ
τὴν οἰκουμένην βοηθείας ἐστερημένην, καὶ βοῶσαν πρὸς αὐ-
τόν· κλῖνον, κύριε, τοὺς οὐρανούς σου, καὶ κατάβηθι. ἐὰν γὰρ
σύ, φησι, μὴ καταβῇς πρὸς ἡμᾶς, ἡμεῖς δι' ἄλλου τινὸς
πρὸς σὲ ἀνελθεῖν οὐ δυνάμεθα. εἶδεν οὖν, καὶ οὐ παρεῖδε τὴν
δέησιν, ἀλλ' ἔκλινεν οὐρανούς, καὶ κατῆλθεν ἐπὶ γῆς, μὴ
κενώσας τοὺς οὐρανούς· συνελήφθη ἐν μήτρᾳ παρθενικῇ
πλατυτέρᾳ πάσης κτίσεως. ὃν γὰρ οὐκ ἐχώρησε καλύβη πα-
τριαρχική, αὐτὸν ἐχώρησε μήτρα παρθενική. ἐσαρκώθη,
ὡς οἶδεν αὐτός, οὐχ ὡς ἑρμηνεύουσιν οἱ αἱρετικοί, οἱ τὰ οἰ-
κεῖα ἀγνοοῦντες, καὶ τὰ θεῖα μετροῦντες· ἐτέχθη, ὡς ηὐδό-
κησεν· ἐπέβη τῷ ξύλῳ τὸ ξύλον τοῦ παραδείσου ἰασάμενος,
καὶ βοᾷ· ληνὸν ἐπάτησα μόνος, καὶ οὐδεὶς ἦν μετ' ἐμοῦ, οὐκ
ἄγγελος, οὐ πρέσβεις, οὐκ ἀρχάγγελος, οὐ προφήτης, οὐ βα-
B σιλεύς, οὐδεὶς τῶν δικαίων μετ' ἐμοῦ· καὶ εἷς μόνος μετ' ἐμοῦ,
οὐ μετ' ἐμοῦ συνέτριψε τὸν θάνατον, ἀλλὰ μετ' ἐμοῦ ἐκλη-
ρονόμησε τὸν παράδεισον· μετ' ἐμοῦ ἐπὶ τοῦ ξύλου, οὐ μετ'
ἐμοῦ ἐν τῷ πολέμῳ τοῦ θανάτου. κύριος γάρ, φησι, συντρί-
βων πολέμους, κύριος ὄνομα αὐτῷ. εἷς λῃστὴς ὡμολόγησεν.
ὢ τῶν ξένων καὶ παραδόξων πραγμάτων· ὁ λῃστὴς μετὰ τοῦ Χρι-
στοῦ, καὶ ὁ μαθητὴς Ἰούδας μετὰ τοῦ διαβόλου· τὸ φῶς γέγονε
σκότος, καὶ τὸ σκότος εἰς φῶς μετεβάλλετο· ὁ ἀμνὸς λύ-
κος, καὶ ὁ λύκος ἀμνός. ὁ λῃστὴς τὰς χεῖρας τοῖς ἥλοις ἐμπε-
παρμένος, πιστῇ φωνῇ τὸν δεσπότην ἠσπάζετο λέγων, μνή-
σθητί μου, κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου· καὶ ὁ μα-
θητὴς φίλημα προσφέρων τοῖς χείλεσι, τῇ καρδίᾳ τὸ ξί-
φος ηὐτρέπισε, τοῖς χείλεσι χαρὰν ἐφθέγγετο, καὶ τῇ καρδίᾳ
δόλον ἠρεύξατο, χαῖρε λέγων, ῥαββί· εἶτα καὶ φιλεῖ αὐ-
τόν, καὶ στρεφόμενος ἔλεγε τοῖς Ἰουδαίοις, νεύματι, οὐ ῥήμα-
C τι· δήσαντες αὐτὸν ἀπενέγκατε. ὦ παράνομε Ἰούδα, ποῦ
προστάσσεις ἀπάγεσθαι τὸν λέγοντα, ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ
δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου;

Ἀλλ' ὁρῶ τὴν ἀγάπην ὑμῶν προθυμοτέραν, καὶ τὸ σῶ-
μα στενοχωρούμενον· καὶ ἐβουλόμην ἐνταῦθα καταπαῦσαι τὸν
λόγον. ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ ὑμέτερον φιλήκοον προτρέπεταί ἡ-
μᾶς μηκῦναι τὸν λόγον, πρὸς τὴν ἀκολουθίαν τοῦ λόγου ἐπα-
νέλθωμεν. χαῖρε, φησι, ῥαββί· ὁ δὲ φιλάνθρωπος δεσπό-
της, νικῶν τῇ ἀνεξικακίᾳ τοῦ προδότου τὴν πονηρίαν, καλῶς
εἶπεν, ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει; ἀσπάζομαί σε, Ἰούδα, οὐχ ἵνα
ἀγάπην δωρήσωμαι, ἣν ἀπέβαλες, ἀλλ' ἵνα κενώσω τὴν
χάριν, ἣν δέδωκά σοι. ἀνάξιον γὰρ ἀγγεῖον ἐπουράνιον μύ-
ρον βαστάζειν οὐ δύναται. τί δὲ λέγω περὶ Ἰούδα; Πέτρος
ὁ τὴν κλεῖδα τῆς βασιλείας δεξάμενος, βλέπων τὸν βασιλέα
D τῆς δόξης σταυρούμενον, ῥίψας τὰς κλεῖς ἔφυγε· καὶ ὁ λῃστὴς
ὁ τὰς θύρας ὑπανοίγων τῶν ἀνθρώπων, αὐτὸς τὰς κλεῖς
τοῦ παραδείσου ἥρπασε· Πέτρος ὁ λέγων, κἂν δέῃ με σὺν
σοὶ ἀποθανεῖν, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι, τρίτον ἀπηρνήσα-
το· καὶ ὁ λῃστὴς οὐ λόγοις ἐπαγγειλάμενος, ἀλλ' ἔργοις συνα-
ποθνήσκων τῇ ἀναστάσει ἔλεγε, κύριε, μνήσθητί μου ὅταν ἔλ-
θῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. ὁ λῃστὴς ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας οὐκ ἠ-
δέσθη· καὶ ὁ Πέτρος ἀπειλὴν κόρης οὐχ ὑπήνεγκεν· ὁ
λῃστὴς ἔκραξε, κύριε· καὶ ὁ Πέτρος, οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον
τοῦτον, ὃν πρὸ μικροῦ υἱὸν θεοῦ ἐκάλει. Πέτρος ὁ διὰ θα-
λάσσης περιπατήσας, τὸν πεζεύσαντα τὴν ὑγρὰν φύσιν ἠρνή-
σατο· καὶ ὁ λῃστὴς οὐκ ἐπὶ νῶτα θαλάσσης βαδίσας, ἀλλ'
ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων πύλας, ἔκραζε, κύριε· οἱ υἱοὶ Ζεβε-
δαίου, οἱ λέγοντες, δυνάμεθα πιεῖν τὸ ποτήριον, ὃ μέλ-
E λεις πίνειν· τοῦτο γὰρ ἦν· ἐν καιρῷ τοῦ ποτηρίου ἔφυγον· καὶ ὁ
λῃστὴς ἥρπασεν ἐκ χειρὸς τῶν Ζεβεδαίου τὸ τοῦ σωτηρίου πο-
τήριον λέγων· ποτήριον σωτηρίου λήψομαι, καὶ τὸ ὄνομα κυ-
ρίου ἐπικαλέσομαι. Θωμᾶς ὁ τοῦ ἀκαταλήπτου μυστηρίου πε-
ρίεργος ἐρευνητής, ἔφασκε τοῖς συμμαθηταῖς· ἄγωμεν καὶ
ἡμεῖς ἵνα ἀποθάνωμεν σὺν αὐτῷ, καὶ ἰδὼν αὐτὸν σταυρού-
μενον ἔφυγε. σταυρούμενον βλέπει, καὶ φεύγει, ἀνιστάμενον
βλέπει, καὶ διστάζει λέγων· ἐὰν μὴ βάλω τὸν δάκτυλόν μου
εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ τὴν χεῖρά μου εἰς τὴν πλευρὰν αὐτοῦ,
οὐ μὴ πιστεύσω. ἀλλ' ὁ φιλάνθρωπος θεός, ὁ δι' ἓν πρό-
βατον καταληλυθώς, τοῦ ἑνὸς προβάτου οὐ κατεφρόνησεν·
ἀλλ'

ἀλλ᾽ αἴρει αὐτὸ ἐπὶ τῶν ὤμων, καί φησι· φέρε τὴν χεῖρά σου ὧδε, καὶ βάλε εἰς τὴν πλευράν μου. λόγχης στρατιωτικῆς ἠνεσχόμην, καὶ δεξιᾶς ἀποστολικῆς οὐκ ἀνέξομαι; ἀλλ᾽ ὦ τῶν καλῶν λῃστά· πρὸς σὲ γάρ μοι ὁ λόγος· λῃστεύειν ἔμαθες, πιστεύειν οὐκ ἐδιδάχθης· οὐ γέγονας μαθητὴς, καὶ πῶς δημιουργὸν καλεῖς λέγων· κύριε, μνήσθητί μου, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου; καλῶς ἐλάλησας, εὐσεβῶς ἐπίστευσας. ἐπικινδύνως πολλάκις ἐσύλησας, πλουσίων πολλάκις ἤνοιξας θησαυροὺς, καὶ τοιοῦτον μαργαρίτην οὐχ εὗρες ὡς τὸν Χριστόν. ἀπόστολος οὐ γέγονας, οὐκ ἤκουσας τοῦ νομοθέτου λέγοντος, ὄψεσθε τὴν ζωὴν ὑμῶν κρεμαμένην· καὶ πῶς ἀπὸ ξύλου ἐτρύγησας τὴν ζωήν; οὐκ ἤκουσας Ἡσαΐου λέγοντος, τῷ μώλωπι τοῦ πάθους αὐτοῦ τὰ τῶν ἀνθρώπων πάθη τὴν ἴασιν δέχεται· καὶ πῶς πάθεσιν εὗρες ἴαμα; ναί, φησιν ὁ λῃστής· βλέπω τὴν κτίσιν πᾶσαν δονουμένην καὶ τρέμουσαν, καὶ τὸν ἐπὶ τοῦ ξύλου κρεμάμενον δεσπότην γνωρίζω τῆς κτίσεως. εἰ μὴ γὰρ ἦν οὗτος ποιητὴς τῶν ὅλων, ὁ ἥλιος οὐκ ἂν βλέπων αὐτὸν γυμνούμενον, αἰδούμενος τὰς οἰκείας ἀκτῖνας ἀπέκρυψε, καὶ τοὺς θεομάχους ἐσκότισεν. εἰ μὴ ἦν οὗτος ποιητὴς οὐρανοῦ καὶ γῆς, οὐκ ἂν βλέπων αὐτὸν ὁ οὐρανὸς σταυρούμενον, τὸ σκότος ὡς σάκκον περιεβάλλετο. εἰ μὴ ἦν οὗτος δεσπότης πάσης τῆς γῆς, οὐκ ἂν ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ δεξαμένη τὸ αἷμα, ἐκ τῶν θεμελίων ἐσαλεύθη. εἰ μὴ ἦν οὗτος ζωῆς καὶ θανάτου δεσπότης, οὐκ ἂν προσεγγίζων αὐτῷ ὁ θάνατος κατεβλήθη, καὶ τὰ τῶν ἁγίων μνήματα ἀνεῴχθησαν. εἰ μὴ ἦν οὗτος κύριος τοῦ ναοῦ, οὐκ ἂν βλέπων αὐτὸν ὁ ναὸς σταυρούμενον, τὸ οἰκεῖον καταπέτασμα περιέσχισεν. εἰ μὴ ἦν οὗτος ὁ μὴ βουλόμενος τὸν θάνατον τῶν ἁμαρτωλῶν, οὐκ ἂν ἐπρέσβευσεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτωλῶν λέγων· πάτερ, ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν. ὁ γὰρ τούτου θάνατος πάντα συνέστησε. κατέρχεται γὰρ εἰς τὸν ᾅδην, καὶ μετὰ πάντων ἀνέρχεται. διὰ τοῦτο κράζω λέγων· κύριε, μνήσθητί μου. οὐχ ὡς δοῦλον παρακαλῶ, μνήσθητί μου, ὅταν εὖ σοι γένηται, ἀλλὰ, μνήσθητί μου, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. καὶ τί πρὸς αὐτὸν ὁ δεσπότης; ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ᾽ ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. λεγέτωσαν οἱ ἀκριβεῖς λογοθέται τῆς ἀκαταλήπτου γεννήσεως, πῶς ἔλεγε τῷ λῃστῇ, σήμερον μετ᾽ ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. πρῶτον τοῦτο ἑρμηνευσάτωσαν, καὶ τότε τὸν ἄρρητον αὐτοῦ τόκον, ὃν προφητικῶς βοᾷ, τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται, ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ; ταύτην ἐπλάτυναν οἱ πατέρες τὴν πίστιν· οὕτως ἐδόξασαν τὸ ἀπερίληπτον, πιστεύοντες, καὶ μὴ πολυπραγμονοῦντες. σήμερον μετ᾽ ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ· εἶπε, καὶ γέγονεν. ἀλλ᾽, ὦ φιλάνθρωπε δέσποτα, πάντες οἱ δίκαιοι ἔξω τοῦ παραδείσου ἑστήκασι, καὶ λῃστὴν εἰς παράδεισον εἰσάγεις; ναί, λῃστὴν πρῶτον εἰσάγω εἰς τὸν παράδεισον, ἵνα πείσω τὸν κόσμον, ὅτι οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλ᾽ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. αὐτῷ τῷ Χριστῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A sed illam humeris imponit, & ait: *Infer manum tuam huc, & mitte in latus meum.* Lanceam militis sustinui, & dexteram apostolicam non feram? Sed, o bonorum latro & raptor! te enim alloquor, furari didicisti, credere non didicisti: non fuisti discipulus; & quomodo Creatorem vocas dicendo: *Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum?* Recte loquutus es, pie credidisti. Cum periculo sæpe furatus es, divitum plerumque thesauros aperuisti, & talem nunquam margaritam invenisti, qualis Christus erat. Apostolus non fuisti, non audisti legislatorem dicentem: *Videbitis vitam vestram pendentem*, & quomodo ex ligno vitam excerpsisti? Non audisti Esaïam dicentem, Livore passionis ejus, hominum vitia medelam accipiunt; & quomodo vitiis medelam invenisti? Etiam, inquit latro, orbem totum video concussum & trementem, & orbis Dominum in ligno pendentem agnosco. Nisi enim hic universorum Creator esset, sol illum videns nudum, ex reverentia non occultasset radios suos, nec Dei inimicos obtenebrasset. Nisi esset hic Conditor cæli & terræ, cælum, ubi ipsum vidit crucifixum, tenebras ut saccum non induisset. Nisi esset hic universæ terræ Dominus, non illa sanguinem ex latere ejus excipiens, a fundamentis commota fuisset. Nisi esset hic mortis & vitæ Dominus, mors ad illum accedens non prostrata fuisset, nec monumenta Sanctorum aperta fuissent. Nisi esset hic templi Dominus, templum ubi vidit illum crucifixum, non velum suum scidisset. Nisi hic esset is, qui non vult mortem peccatorum, non causam peccatorum precando egisset dicens: *Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.* Hujus quippe mors omnia constituit. Descendit enim ad inferos, & cum omnibus istinc ascendit. Idcirco exclamo: *Domine, memento mei.* Non quasi servum rogo, Memento mei, cum bene tibi fuerit; sed, *Memento mei, cum veneris in regnum tuum.* Et quid ad illum Dominus? *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.* Dicant illi tam accurati indagatores incomprehensibilis generationis, quomodo dixit latroni, *Hodie mecum eris in paradiso?* Hoc primum interpretentur, & tunc inenarrabilem ejus partum aggrediantur, quem prophetice quidam clamat, *Generationem ejus quis enarrabit? Quia tollitur de terra vita ejus.* Hanc fidem Patres dilataverunt, sic incomprehensibilem gloria affecerunt, credentes, non curiose scrutantes. *Hodie mecum eris in paradiso:* dictum, & factum fuit. Verum, o benigne Domine, omnes justi extra paradisum sunt, & latronem in paradisum inducis? Etiam: latronem primum in paradisum induco, ut mundo suadeam, me non venisse vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam. Ipsi Christo gloria in sæcula sæculorum, amen.

Deut. 28. 66.
Isai. 53. 5.
Luc. 23. 34.
Isai. 53. 8.

MONITUM

IN SEQUENTES DE PASCHATE SERMONES.

QUI primus occurrit Sermo brevissimus, fragmentum est; non Chrysostomo dignum; sed melioris tamen notæ, quam sequentes, qui a Scriptore non indocto quidem, sed admodum intricato profecti sunt.

Septem postea Sermones sequuntur ejusdem Scriptoris, qui tanta obscuritate præditus

est, quanta gaudet perspicuitate Chrysostomus. Stylus omnino perplexus atque ferreus. In scopo autem habet scriptor omnia quæ de agno Paschali a Judæis in Ægypto mactato in capite duodecimo Exodi feruntur, ad Christum mactatum pro salute mundi referre. Et quidem ea in re consentiunt Christiani omnes, agnum illum olim immolatum, Christi vere agni pro salute mundi immolati figuram fuisse; verum hic quisquis sit anonymus, vel minima quæque in Exodo recensita, ad Christum mactatum, vel ad Paschæ celebrationem refert, qualis apud Christianos persolvitur: & hæc ad φλυαρίαν *usque indagare nititur, sæpeque jam dicta repetit, nec sine fastidio legentis. Septimus autem Sermo totus circa diem celebrationis Paschatis, & circa Paschalem cyclum versatur. Hanc rem unice tractant sex primæ Orationes. De septima vero, quæ tota est in ordinando cyclo Paschali, quæque de die Paschatis singulis annis constituendo pluribus disputat, in fronte illius infra agemus.*

Sermo catecheticus in sanctum Pascha.

SI quis pius & religiosus, is fruatur hac sancta celebritate: si quis servus probus, intret lætus in gaudium domini sui; si quis jejunando laboravit, nunc accipiat denarium; si quis a prima hora operatus est, accipiat hodie id quod justum est. Si quis post tertiam venit, gratias agens festum celebret. Si quis post sextam horam accessit; ne dubitet: nihil enim perdet. Si quis tardavit usque ad nonam, accedat sine ulla dubitatione. Si quis undecima tantum hora venit, ne ob tarditatem metuat. Cum enim Dominus liberalis sit, ita postremum accipit, ut primum: sic in requiem admittit eum qui undecima, ut eum qui a prima hora operatus est; postremum miseratur, & primum curat; illi dat, huic largitur; & peractum opus honore, & propositum laude afficit. Igitur intrate omnes in gaudium Domini nostri: & primi & secundi mercedem recipite: divites & pauperes simul choreas agite; temperantes & segnes diem honore afficite; qui jejunastis, & qui non jejunastis, hodie lætamini. Mensa cibis referta est, iis omnes fruamini. Vitulus grandis est, nemo esuriens exeat. Fruimini omnes benignitatis divitiis. Nemo lugeat ob paupertatem: prostat enim regnum commune. Nemo lapsus suos defleat; nam ex sepulcro orta est venia. Nullus mortem timeat: liberavit quippe nos mors Servatoris; a morte captus mortem exstinxit; infernum castigavit, qui in infernum descendit; amarum reddidit eum, cum gustasset de carne ipsius: idque olim
Isai. 14. 9. clamans dixit Esaïas: *Infernus amarus factus est.* Cum tibi occurrit infra posito, amarus factus est: nam sublatus est: amarus factus & illusus est. Corpus accepit, & Deum apprehendit: accepit terram, & cælum invenit: accepit id quod videbat, & incidit in id quod non vide-
1. Cor. 15. 55. bat. *Ubi est mors stimulus tuus? ubi, inferne, victoria tua?* Christus surrexit, & tu dejiceris: Christus surrexit, & dæmones lapsi sunt: surrexit Christus, & gaudent Angeli: surrexit Christus, & nullus mortuus manet in sepulcro: Christus enim resurgens ex mortuis, primitiæ dormientium factus est: Ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorum, amen.

A Κατηχητικὸς εἰς τὸ ἅγιον πάσχα.

ΕΙ τις εὐσεβὴς καὶ φιλόθεος, ἀπολαυέτω τῆς καλῆς ταύτης πανηγύρεως· εἴ τις δοῦλος εὐγνώμων, εἰσελθέτω χαίρων εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου αὐτοῦ· εἴ τις ἔκαμε νηστεύων, ἀπολαβέτω νῦν τὸ δηνάριον· εἴ τις ἀπὸ πρώτης ὥρας εἰργάσατο, δεχέσθω σήμερον τὸ δίκαιον ὄφλημα· εἴ τις μετὰ τὴν τρίτην ἦλθεν, εὐχαριστῶν ἑορτάσῃ· εἴ τις μετὰ τὴν ἕκτην ἔφθασε, μηδὲν ἀμφιβαλλέτω· καὶ γὰρ οὐδὲν ζημιοῦται. εἴ τις ὑστέρησεν εἰς τὴν ἐννάτην, προσελθέτω μηδὲν ἐνδοιάζων· εἴ τις εἰς μόνην ἔφθασε τὴν ἑνδεκάτην,
B μὴ φοβηθῇ τὴν βραδυτῆτα. φιλότιμος γὰρ ὢν ὁ δεσπότης δέχεται τὸν ἔσχατον, καθάπερ καὶ τὸν πρῶτον· ἀναπαύει τὸν τῆς ἑνδεκάτης, ὡς τὸν ἐργασάμενον ἀπὸ τῆς πρώτης· καὶ τὸν ὕστερον ἐλεεῖ, καὶ τὸν πρῶτον θεραπεύει· κἀκείνῳ δίδωσι, καὶ τούτῳ χαρίζεται· καὶ τὴν πρᾶξιν τιμᾷ, καὶ τὴν πρόθεσιν ἐπαινεῖ. οὐκοῦν εἰσέλθητε πάντες εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου ἡμῶν, καὶ πρῶτοι καὶ δεύτεροι τὸν μισθὸν ἀπολάβετε, πλούσιοι καὶ πένητες μετ' ἀλλήλων χορεύσατε, ἐγκρατεῖς καὶ ῥᾴθυμοι τὴν ἡμέραν τιμήσατε, νηστεύσαντες καὶ μὴ νηστεύσαντες εὐφράνθητε σήμερον. ἡ τράπεζα γέμει, τρυφήσατε πάντες· ὁ μόσχος πολὺς, μηδεὶς ἐξέλθοι πεινῶν· πάντες ἀπολαύσατε τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος. μηδεὶς θρηνείτω πενίαν· ἐφάνη γὰρ ἡ κοινὴ βασιλεία· μηδεὶς ὀδυ-
C ρέσθω τὰ πταίσματα· συγγνώμη γὰρ ἐκ τοῦ τάφου ἀνέτειλε. μηδεὶς φοβείσθω τὸν θάνατον· ἠλευθέρωσε γὰρ ἡμᾶς ὁ τοῦ σωτῆρος θάνατος· ἔσβεσεν αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ κατεχόμενος· ἐκόλασε τὸν ᾅδην ὁ κατελθὼν εἰς τὸν ᾅδην· ἐπίκρανεν αὐτὸν γευσάμενον τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. καὶ τοῦτο προλαβὼν Ἡσαΐας ἐβόησεν· ὁ ᾅδης, φησὶν, ἐπικράνθη· συναντήσας σοι κάτω ἐπικράνθη. καὶ γὰρ καθῃρέθη. ἐπικράνθη· καὶ γὰρ ἐνεπαίχθη. ἔλαβε σῶμα, καὶ θεῷ περιέτυχεν· ἔλαβε γῆν, καὶ συνήντησεν οὐρανῷ· ἔλαβεν ὅπερ ἔβλεπε, καὶ πέπτωκεν ὅθεν οὐκ ἔβλεπε. ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; ποῦ σου, ᾅδη, τὸ νῖκος; ἀνέστη Χριστὸς, καὶ σὺ καταβέβλησαι· ἀνέ-
D στη Χριστὸς, καὶ πεπτώκασι δαίμονες· ἀνέστη Χριστὸς, καὶ χαίρουσιν ἄγγελοι· ἀνέστη Χριστὸς, καὶ νεκρὸς οὐδεὶς ἐπὶ μνήματος. Χριστὸς γὰρ ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων ἐγένετο· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Εἰς τὸ πάσχα. α.

ΠΑΣΧΑ μὲν γήϊνον ἑορτάζουσιν Ἰουδαῖοι, τὸ οὐράνιον ἀρνησάμενοι· πάσχα δὲ οὐράνιον ἑορτάζοντες ἡμεῖς, τὸ γήϊνον ὑπερβεβήκαμεν. καὶ τὸ μὲν παρ' ἐκείνοις ἐπιτελεσθὲν, σωτηρίας πρωτοτόκων τῶν ἐν Ἰουδαίοις σύμβολον ἦν, ὅτε τοῖς Αἰγυπτίοις πρωτοτόκοις οὐ συναπώλετο τὰ Ἰουδαίων, αἵματι τοῦ θύματος τοῦ πάσχα συμβολικῶς τηρηθέντα. τὸ δὲ παρ' ἡμῖν ἐπιτελούμενον πάσχα, τῆς ἁπάντων ἀνθρώπων σωτηρίας ἐστὶν αἴτιον, ἀρξάμενον ἀπὸ τοῦ πρωτοπλάστου, ὃς ἐν ἅπασίν ἐστι σωζόμενος καὶ ζωογονούμενος. τὰ δὲ μέρη τῶν τελείων καὶ τὰ πρόσκαιρα, τῶν αἰωνίων εἰκόνες καὶ τύποι, προεμελετᾶτο πρὸς τὴν νῦν ἀνατείλασαν ἀλήθειαν σκιαγραφούμενα. ἀληθείας δὲ παρούσης, ὁ τύπος ἄκαιρος· ὥσπερ βασιλέως ἐπιδημήσαντος, οὐδεὶς αὐτὸν ἐάσας τὸν ζῶντα βασιλέα, τὴν εἰκόνα προσκυνεῖν ἀξιοῖ. δήλη δὲ αὐτόθεν ἡ τοῦ τύπου παρὰ τὴν ἀλήθειαν ἐλάττωσις· ὅτι γε ὁ μὲν τύπος ὀλιγοχρόνιον ζωὴν ἑορτάζει, τὴν τῶν Ἰουδαίων πρωτοτόκων· ἡ δὲ ἀλήθεια, τὴν διηνεκῆ ζωὴν τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων. οὐ γὰρ μέγα τὸ θάνατον πρὸς βραχὺ διαφυγεῖν τὸν μικρὸν ὕστερον ἀποθανούμενον· μέγα δὲ τὸ καθόλου θάνατον ἀποφυγεῖν· ὅπερ ἡμῖν περιγίνεται, οἷς τὸ πάσχα ἐτύθη Χριστός. καὶ αὐτό γε τὸ τῆς ἑορτῆς ὄνομα πλείστην ἔχει τὴν ὑπεροχὴν, ἐπὶ τῆς ἀληθείας ἑρμηνευόμενον. ὑπέρβασις μὲν γάρ ἐστι καθ' ἑρμηνείαν τὸ πάσχα, ὅτε ὑπερέβη τοὺς Ἑβραίων οἴκους ὁ τὰ πρωτότοκα παίων ὀλοθρευτής. ὑπέρβασις δὲ τοῦ ὀλοθρευτοῦ παρ' ἡμῖν ἀληθὴς, ὅταν καθάπαξ ἡμᾶς ὑπερβαίνῃ πρὸς τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀνισταμένους ὑπὸ Χριστοῦ. οὕτω μὲν δὲ τὴν ὅλην ὑπόθεσιν τοῦ πάσχα θεωρεῖσθαι χρὴ πνευματικῶς, καὶ πιστεύεσθαι κατὰ τὰς ἀποστολικὰς ἐξηγήσεις. ποθεῖ δὲ ὁ πιστὸς καὶ τὴν ὅλην ὑποτύπωσιν κατανοῆσαι, πῶς ἔχει πρὸς τὴν ἀλήθειαν, καὶ ὡσπερεὶ θεωρῆσαι τὰ καθ' ἑαυτὸν πνευματικὰ διὰ τῶν τότε σωματικῶν· ἵν' αὐτῷ καὶ τὰ τοῦ νόμου πάντα οἰκείως ἔχῃ νοούμενα κατὰ Χριστὸν, καὶ διὰ τοῦ πνευματικοῦ τὸ σωματικὸν ἐμφανέστερον γίνηται, καὶ καθάπερ ζωγραφούμενον ἐν τοῖς ὁρατοῖς ἐκφανῇ τὸ ἀόρατον. ὅτε τοίνυν ἔμελλε τὴν δεκάτην ἐπάγειν πληγὴν Αἰγυπτίοις ὁ θεός· αὕτη δὲ ἦν ὁ τῶν πρωτοτόκων θάνατος· ἔλεγε πρὸς τὸν Μωϋσῆν· ὁ μὴν οὗτος ὑμῖν ἀρχὴ μηνῶν, πρῶτός ἐστιν ὑμῖν ἐν τοῖς μησὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ. καὶ διέταττεν ἐφεξῆς τὴν τοῦ πάσχα θυσίαν, καὶ τὴν τοῦ αἵματος χρῖσιν ἐπὶ τῶν θυρῶν· καὶ τῇ μὲν τούτου χρίσει σωτηρίαν τῶν πρωτοτόκων ἐπηγγέλλετο. τί δὲ τοῦτο ἐστιν εὐθὺς ἐπὶ τῆς ἀληθείας θεωρούμενον, τὸ ἀρχὴν ἐνιαυτοῦ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ὁρίζεσθαι, ἐν ᾧ τὸ πάσχα καὶ ἡ σωτηρία τῶν πρωτοτόκων; ὅτι καὶ ἡμῖν ἀρχὴ ζωῆς αἰωνίας, ἡ τοῦ ἀληθινοῦ πάσχα θυσία. αἰῶνος γὰρ ὁ ἐνιαυτὸς σύμβολον, διότι κύκλῳ περιϊὼν αὐτὸς εἰς ἑαυτὸν ἀεὶ στρέφεται, καὶ εἰς τέλος οὐδὲν ἀποπαύεται. καὶ πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνός ἐστι προσαχθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν θυσία Χριστὸς, καὶ τὸν πρότερον ἅπαντα βίον ἡμῶν ἄκαιρον ποιῶν, ἀρχὴν ἑτέρου διὰ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας δίδωσι, καθ' ὁμοιότητα τοῦ ἰδίου θανάτου καὶ τῆς ἀναστάσεως. ὥστε πᾶς ὁ γινώσκων τὸ τεθυμένον ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχα· ἀρχὴν ἑαυτοῦ ζωῆς ὑποτιθέσθω ταύτην, ἀφ' οὗ τέθυται Χριστὸς ὑπὲρ αὐτοῦ. τέθυται δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ τότε, ἡνίκα ἂν ἐπιγνῷ τὴν χάριν, καὶ συνῇ τὴν διὰ τῆς θυσίας ἐκείνης ζωήν. καὶ τοῦτο γινώσκων, τῆς νεαρᾶς ὀρεγέσθω ζωῆς λαμβάνειν τὴν ἀρχὴν, καὶ μηκέτι ἀνατρεχέτω πρὸς τὴν παλαιὰν, ἧς ἐπὶ τέλος ἔφθασεν. οἵτινες γὰρ ἀπεθάνομεν, φησι, τῇ ἁμαρτίᾳ, πῶς ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ; τὸ μὲν δὴ τῆς ἀρχῆς τοῦ ἐνιαυτοῦ σύμβολον τοιοῦτον. δεκάτῃ δὲ τοῦ μηνὸς κελεύει λαμβάνειν ἕκαστον πρόβατον κατ' οἰκίαν, καὶ

A

In Pascha I.

PASCHA terrenum celebrant Judæi, qui cæleste Pascha negarunt: nos vero qui cæleste Pascha celebramus, terrenum exsuperavimus. Et quod illi Pascha perficiunt, salutis primogenitorum, qui apud Judæos erant, symbolum fuit, quando cum Ægyptiorum primogenitis Judæorum primogenita non perierunt, quæ per sanguinem Paschalis victimæ symbolice servata sunt. Pascha vero a nobis celebratum, salutis universorum hominum causa est, incipiendo a primo homine, qui in omnibus servatur & vivificatur. Partes autem perfectorum, &
B temporanea illa, æternorum imagines & typi; prius excogitata fuerant, ut veritatem nunc orientem adumbrarent. Veritate autem præsente, typus tempori cedat oportet; ut adveniente rege, nullus rege vivente relicto, ejus imaginem adorare dignatur. Hinc vero palam est quantum typus cedat veritati, quod typus brevem celebret vitam Judaïcorum primogenitorum; veritas autem perpetuam hominum omnium vitam. Neque enim magnum est mortem ad breve tempus effugere eum, qui paulopost moriturus est, sed magnum utique est mortem omnino effugere; quod nobis contingit, quibus Pascha immolatus est Christus. Ipsum festi nomen magnam præfert excellentiam, si secundum rei veritatem
C explicetur. Pascha enim transitum significat, quod Hebræorum domos pertransierit exterminator ille, qui primogenita percutiebat. Transitus porro exterminatoris apud nos verus est, quia nos intactos pertransit, ad vitam æternam a Christo suscitatos. Sic totum Paschæ argumentum speculari spiritualiter oportet, & apostolicis enarrationibus credere. Fidelis porro desiderat totam figuræ rationem intelligere, quomodo nempe se habeat erga veritatem, atque, ut ita dicam, spiritualia sua per illa olim corporea speculari; ut legalia omnia ab se secundum Christum mente percipiantur, & per spiritualia clarius corporalia intelligantur, & invisibilia invisibilibus quasi depicta appareant. Igitur Deus decimam plagam Ægyptiis inflicturus; erat au-
D tem illa mors primogenitorum, Moysi dixit: *Mensis hic vobis erit initium mensium;* primus Exod. 12. 2.
est vobis in mensibus anni: ac deinceps præcepit sacrificium Paschatis, & sanguinis unctionem in januis. Atque ex hac unctione primogenitorum salutem pollicitus est. Quid sibi vult illud, si statim ad veritatis speculationem referatur, quod tempus illud anni initium definiatur, quo Pascha fiebat ac primogenitorum salus? Quia nobis etiam veri Paschatis sacrificium est initium vitæ æternæ. Annus quippe est sæculi symbolum, quia circulum decurrens in seipsum semper revolvitur, & in nullo quiescit fine. Atque pater futuri sæculi oblatus est Christus pro nobis in sacrificium, ac priorem vitam nostram quasi nullius temporis faciens, alterius vitæ prin-
E cipium dat nobis per lavacrum regenerationis, secundum similitudinem mortis & resurrectionis suæ. Itaque quisquis Pascha novit propter se immolatum, hoc sibi vitæ principium supponat, a quo immolatus pro ipso est Christus. Tunc autem pro ipso immolatur, quando gratiam agnoscit, & vitam per istud sacrificium partam intelligit. His porro cognitis, novæ vitæ initium accipere satagat; neque ad veterem vitam ultra recurrat, cujus finis advenit. Nam, *qui* Rom. 6. 2.
mortui sumus peccato, inquit, *quomodo adhuc vivemus in illo?* Principium ergo anni tale symbolum habet. Decima autem die mensis jubet singulas domos singulos agnos sumere, & tot esse

in domo qui comedant, ut totum comedant, & nihil ſuperſit: itemque ut agnus immoletur decima quarta die ad veſperam. Igitur quinque diebus ſimul eſt victima immolanda, cum iis qui per illam ſervandi ſunt. Finita autem quinta die hoſtia immolatur, mors pertranſit; qui vero ſervatur perpetua luce fruitur, noctu lucente luna, & ſole lunam excipiente: hoc enim ita fit in decima quarta & plena luna. Hæc vero quinque temporis ſpatia totum mundi tempus denotant in quinque partes diſtributum; ab Adam nempe uſque ad Noë; a Noë uſque ad Abraham; ab Abrahamo uſque ad Moyſen; a Moyſe uſque ad Chriſtum; quinta pars a Chriſti adventu. Quo tempore cuivis homini propoſita erat ſalus per beatum illud ſacrificium; ſed nondum perficiebatur. In quinto autem temporis ſpatio verum Paſcha immolabatur: & qui per illud ſalutem conſequebatur primogenitus homo, in perpetuam lucem exibat. Quod vero non in ipſa veſpera, ſed ad veſperam Paſcha immolaretur, ſignificabat non in ipſo fine præſentis ſæculi, ſed ad finem paſſurum eſſe Chriſtum. Tempus ita diviſum exhibuit parabola, quæ in partes quinque diem diſtribuit, & vocatos eſſe dicit ad vineam, id eſt, ad juſtitiæ operationem, alios circa primam horam, alios circa tertiam, alios circa ſextam, alios circa nonam, poſtremos circa undecimam. Erant enim hæ diverſæ vocationes, & diverſæ juſtificationes; alia tempore Adami, alia tempore Noë, alia tempore Abrahami, alia tempore Moyſis; poſtrema & perfectiſſima in adventu Chriſti, quando merces operum redditur primo iis qui poſtremi erant ſecundum Servatoris parabolam. Quia nos primi in baptiſmate regenerationem accipimus, quibus immolatus eſt Chriſtus, quo tempore reſurrexit, & Spiritum ſanctum nobis ad renovationem inſufflavit. Hæc itaque quarta decima eſt myſtice conſiderata, & tale eſt ſacrificii ſymbolum, & nox illa lucida atque dies quæ ſacrificium excipit. Quod autem victima tota in ſingulis ædibus comederetur, neque carnes foras efferrentur, id ſignificat unam tantum eſſe domum ſalutem in Chriſto habentem, nempe Eccleſiam per totum orbem diffuſam, quæ olim aliena a Deo erat; nunc autem ſola ad Deum proprie pertinet, quia ſuſcepit eos qui a Domino Jeſu miſſi erant; quemadmodum domus illius Rahab olim meretricis, quæ exploratores a Jeſu miſſos excepit. Jericho devaſtatâ, ſervata ſola fuit. Itaque etſi plures ſint Hebræorum domus, unius tantum vim habent, ut & diverſæ per urbes & vicos Eccleſiæ, quæ plures numero ſunt, una ſunt Eccleſia. Unus enim in illis Chriſtus ubique eſt, perfectus ipſe & indiviſus. Ideo perfecta erat in ſingulis ædibus victima, nec ad diverſas dividebatur. Dicit enim Paulus non omnes unum eſſe in Chriſto, quia unus Dominus eſt, & una fides. *Eph. 4. 5.* Unionem ergo illam victimæ indiviſibilem lex in Chriſto fore neceſſario præfigurabat, necnon Eccleſiæ unitatem. In Chriſto utique & in ſacrificio Chriſti ſalutem habemus; & omnia quæ ante adventum fuere ad adventum præparata fuiſſe novimus: & hoc unum ab initio ad ſalutem toti humano generi propoſitum fuiſſe, quaſi ante oculos, nempe Chriſtum pro omnibus immolari. Hanc porro ſalutem uni Eccleſiæ competere ſcimus, neminemque extra Eccleſiam & fidem catholicam poſſe vel Chriſti vel ſalutis eſſe conſortem. Hæc cum ſciamus, non in legalibus, ſed in Chriſto univerſi orbis ſalutem perfici novimus: neque ullam ſpem impiis hæreſibus relinquimus, ſed a ſpe prorſus illas excludimus, ut quæ nec minimam habeant cum Chriſto com-

A τοσούτους εἶναι ἐπὶ τῆς οἰκίας τοὺς ἐσθίοντας, ὡς ἐξαρκεῖν εἰς τὴν βρῶσιν, καὶ μηδὲν περισσεῦσαι· θύεσθαι δὲ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τὸ πρόβατον πρὸς ἑσπέραν. ἐντεῦθεν πέντε μὲν ἡμέρας σύνεστι τὸ θῦμα τοῖς μέλλουσι σώζεσθαι δι' αὐτοῦ· περαιουμένης δὲ τῆς πέμπτης τὸ μὲν ἱερεῖον θύεται, ὁ δὲ θάνατος ὑπερβαίνει, ὁ δὲ σωθεὶς ἀπολαύει διηνεκοῦς φωτός, διά τε νυκτὸς [a] ὅσης λαμπούσης σελήνης, καὶ τοῦ ἡλίου τὴν σελήνην διαδεχομένου· τοῦτο γὰρ ἐν πεντεκαιδεκάτῃ καὶ πανσελήνῳ γίνεται. τὰ δὲ πέντε διαστήματα ταῦτα, τὸν ἅπαντα δείκνυσι χρόνον τοῦ κόσμου διαιρούμενον εἰς πέντε, εἴς τε τὸν ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Νῶε, καὶ τὸν ἀπὸ Νῶε μέχρι Ἀβραάμ, καὶ τὸν ἐξ Ἀβραὰμ ἐπὶ Μωϋσῆν, καὶ τὸν ἀπὸ Μωϋσέως ἐπὶ τὴν Χριστοῦ παρουσίαν, καὶ πέμπτον αὐτῆς τῆς παρουσίας. ἐν ᾧ χρόνῳ παντὶ προὔκειτο μὲν B ἀνθρώπῳ ἡ διὰ τοῦ μακαρίου θύματος σωτηρία, οὔπω δὲ ἐτελεῖτο. ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ διαστήματι τοῦ χρόνου τὸ πάσχα τὸ ἀληθὲς ἐθύετο, καὶ ὁ δι' αὐτοῦ σωζόμενος πρωτόγονος ἄνθρωπος εἰς τὸ διηνεκὲς ἐξῄει φῶς. καὶ τό γε μὴ ἐπ' αὐτῆς τῆς ἑσπέρας, ἀλλὰ πρὸς ἑσπέραν τὸ πάσχα θύεσθαι, ἐδήλου τὸ μὴ ἐν αὐτῷ τῷ τέλει [b] τοῦ παρόντος αἰῶνος, ἀλλὰ πρὸς αὐτὸ τὸ τέλος πάσχειν τὸν Χριστόν. διῃρημένον δὲ οὕτω τὸν χρόνον ἔδειξεν ἡ παραβολὴ τεμὼν τὸ εἰς πέντε τὴν ἡμέραν, καὶ τοὺς κεκλημένους εἰς τὸν ἀμπελῶνα, τουτέστιν, εἰς τὴν τῆς δικαιοσύνης ἐργασίαν, φάσκοντος καλεῖσθαι τοὺς μὲν ὑπὸ πρώτην ὥραν, τοὺς δὲ ὑπὸ τρίτην, τοὺς δὲ ὑπὸ ἕκτην, τοὺς δὲ ὑπὸ ἐννάτην, τοὺς δὲ ὑπὸ ἑνδεκάτην. καὶ γὰρ ἦσαν διάφοροι κλήσεις αὗται, καὶ διάφορα δικαιώματα. ἕτερον μὲν τὸ ἐπὶ Ἀδάμ, ἕτερον δὲ τὸ C ἐπὶ Νῶε· ἄλλο τὸ ἐπὶ Ἀβραάμ, ἄλλο τὸ ἐπὶ Μωϋσέως. τελευταῖον δὲ καὶ τελεώτατον, τὸ ἐπὶ τῆς Χριστοῦ παρουσίας, ὅτε καὶ τῶν ἔργων ὁ μισθὸς ἀποδίδοται πρώτοις τοῖς τελευταίοις κατὰ τὴν σωτήριον παραβολήν· ἐπεὶ πρῶτοι τὴν ἀναγέννησιν ἡμεῖς ἐν βαπτίσματι κομιζόμεθα, οἷς ἐτύθη Χριστός, ἐφ' ᾧ ἀνέστη, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰς ἀνακαίνισιν ἡμῶν ἐνεφύσησεν. αὕτη μὲν οὖν ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη μυστικῶς νοουμένη, καὶ τοιοῦτον τὸ τοῦ θύματος σύμβολον, καὶ ἡ τὴν θυσίαν διαδεχομένη φωτεινὴ νὺξ καὶ ἡμέρα. τὸ δὲ ὅλον ἐφ' ἑκάστης οἰκίας ἐσθίεσθαι τὸ ἱερεῖον, καὶ μὴ ἐκφέρεσθαι τῶν κρεῶν ἔξω, δηλοῖ μίαν οἰκίαν μόνην ἔχουσαν τὴν ἐν Χριστῷ σωτηρίαν. αὕτη δὲ ἦν, ἡ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐκκλησία, ἡ πάλαι μὲν ἀλλοτρία θεοῦ, νῦν δὲ μόνη πρὸς θεὸν οἰκείως ἔχουσα διὰ τὸ δέξασθαι τοὺς ἀποσταλέντας παρὰ τοῦ D κυρίου Ἰησοῦ, ὥσπερ εἰ τῆς Ῥαὰβ ἡ τῆς πάλαι πόρνης οἰκία τοὺς κατασκόπους ὑποδεξαμένη τοὺς παρὰ Ἰησοῦ μόνη, καὶ ἐσώζετο τῆς Ἱεριχῶ πορθουμένης. ὥστε εἰ καὶ πλείους αἱ τῶν Ἑβραίων οἰκίαι, μιᾶς ἔχουσι δύναμιν, ὥσπερ αἱ κατὰ πόλεις καὶ χώρας ἐκκλησίαι, πολλαὶ τὸν ἀριθμὸν οὖσαι, μία ἐστὶν ἐκκλησία. εἷς γὰρ ἐν αὐταῖς ὁ Χριστὸς ἁπανταχοῦ, ὁ τέλειος καὶ ἀμέριστος. διόπερ τέλεον ἦν ἐφ' ἑκάστης οἰκίας τὸ ἱερεῖον, καὶ οὐκ εἰς διαφόρους ἐμερίζετο. φησὶ γοῦν ἡμᾶς καὶ ὁ Παῦλος ἕνα εἶναι πάντας ἐν Χριστῷ, διότι καὶ ὁ κύριος εἷς, καὶ ἡ πίστις μία. τὴν οὖν ἕνωσιν τοῦ ἱερείου τὴν ἀδιαίρετον ἀναγκαίως ὁ νόμος εἰς Χριστὸν προετύπου, ἐν ταύτῃ καὶ τὴν τῆς ἐκκλησίας ἕνωσιν προδιατυπῶν. ἐν Χριστῷ μὲν δὴ τὴν σωτηρίαν ἔχομεν καὶ ἐν τῇ θυσίᾳ τοῦ Χριστοῦ, καὶ πάντα τὰ πρὸ τῆς παρουσίας εἰς τὴν παρουσίαν E προευτρεπισθέντα γινώσκομεν, καὶ τοῦτο μόνον εἰς σωτηρίαν ἁπάσῃ τῇ ἀνθρωπότητι προκείμενον ἐξ ἀρχῆς, καθάπερ εἰ πρὸ ὀφθαλμῶν τὸν Χριστὸν ὑπὲρ πάντων τυθῆναι· μιᾷ δὲ προσήκειν ἐκκλησίᾳ τὴν σωτηρίαν ταύτην ἐπιστάμεθα, καὶ μηδένα τῆς καθολικῆς ἔξωθεν ἐκκλησίας καὶ πίστεως μετέχειν Χριστοῦ δυνάμενον, μηδὲ σώζεσθαι. καὶ ταῦτα εἰδότες, οὐδὲ ἐν τοῖς κατὰ νόμον, ἀλλ' ἐν Χριστῷ τὴν ἅπαντος τοῦ κόσμου σωτηρίαν ἴσμεν περαιουμένην, οὐδὲ ταῖς ἀθέοις αἱρέσεσιν ἀπονέμομέν τι πρὸς τὴν ἐλπίδα, ἀλλὰ παντελῶς ἔξω τῆς ἐλπίδος τίθεμεν αὐτάς· ἅτε δὴ μηδὲ τὴν βραχυτάτην ἐχούσας Χριστοῦ με-

a ὅσης, Savil. legendum putat ὅλης.

b Videtur legendum, τοῦ παρόντος χρόνου, ἀλλά. Paulo-post legendum videtur, ἡ παραβολὴ τεμοῦσα εἰς πέντε, niſi ſit mendum imperitiſſimi Scriptoris, apud quem legitur paulo-poſt φάσκοντος pro φάσκουσα.

οὐσίαν, ἀλλὰ κενῶς ἐπιφημιζούσας ἑαυταῖς τὸ σωτήριον ὄνομα πρὸς ἀπάτην καὶ βλάβην τῶν ὀνόματι μᾶλλον ἢ ἀληθείᾳ προσέχειν δυναμένων. μήτε οὖν τὰ παλαιά τις ἀπορρηγνύτω Χριστοῦ, μηδὲ ἄνευ Χριστοῦ σώζεσθαί τινα τῶν προτέρων ὑπονοείτω, μήτε τοὺς νῦν παραδιδάσκοντας καὶ τὴν ἀλήθειαν παραχαράττοντας καὶ μάταια παρασκευάζοντας ἐκκλησιῶν σχήματά τε τῆς ἀληθείας ἐκτὸς καὶ ἀλλότρια Χριστοῦ, τοὺς τοιούτους μήτε χριστιανοὺς ὀνομαζέτω τις, μήτε κοινωνίαν αἱρείσθω πρὸς αὐτούς. οὐ γὰρ ἔξεστιν· ἐπείπερ οὐκ ἐκκομίζεται τῆς ἱερᾶς οἰκίας τὸ θῦμα, οὐδὲ εἰς κοινωνίαν τοῖς ἔξω προφέρεται. εἰς δὲ τὴν τοῦ κυρίου δόξαν προτετυπωμένον ὁρῶμεν, τὸ τέλειον εἶναι καὶ ἄρσεν καὶ ἐνιαύσιον τὸ πρόβατον. τέλειον μὲν γὰρ, ὅτι μόνος Χριστὸς ἀνενδεὴς ἐν τῇ πάσῃ ἀρετῇ, καὶ κατὰ πάντα τρόπον ἄμωμος, καὶ ἐξ ἀρχῆς καὶ εἰς τέλος οὐδεμιᾶς ἐνδέων δικαιοσύνης, ὡς αὐτός φησιν· οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. διὸ καὶ πάντα τὰ θύματα προσήγετο τέλεια καὶ ἄμωμα, ὅτι καὶ πάντα εἰς τύπον ἐθύετο τοῦ Χριστοῦ. καὶ τοὺς ἱερεῖς ἀρτίους εἶναι καὶ τελείους τοῖς σώμασιν ἐκέλευεν ὁ θεὸς, ὅτι τοῦ ἀληθοῦς ἱερέως ἦσαν ἅπαντες τύπος. ἄρσεν δὲ τὸ πρόβατον, ὅτι ἡγεμονικὸν φύσει, τὴν ἡγεμονίαν ἔχον, ὥσπερ ὁ ἄρρην ἔχει σωματικὴν ἡγεμονίαν πρὸς τὸ θῆλυ. φύσει γὰρ καὶ ἀληθείᾳ Χριστὸς ἡγεμὼν καὶ βασιλεὺς, ἅτε ὢν ἐπουράνιος ἄνθρωπος, καὶ συνταχθεὶς μὲν ἡμῖν, ὡς ἀδελφὸς κατὰ τὴν φύσιν τὴν σαρκικὴν, ἐφεστὼς δὲ, ὡς δεσπότης κατὰ τὴν θεότητα τὴν πνευματικήν. διὸ καὶ νυμφίος αὐτὸς δὴ καὶ μόνος, ὡς νύμφης τῆς πάσης ἀνθρωπότητος, καὶ οὔτε Ἰωάννης νυμφίος ὁ προφητῶν μέγιστος, ὅς γε φησὶ περὶ Χριστοῦ καὶ ἑαυτοῦ· περὶ Χριστοῦ μὲν, ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος ἐστί· περὶ ἑαυτοῦ δὲ, ὁ φίλος δὲ τοῦ νυμφίου ὁ ἑστηκὼς καὶ ἀκούων τὴν φωνὴν αὐτοῦ, χαρᾷ χαίρει διὰ τὴν φωνὴν τοῦ νυμφίου. αὕτη οὖν ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ πεπλήρωται. οὐδὲ μὴν οἱ ἀπόστολοι νυμφίοι τῆς ἐκκλησίας· καίτοιγε τὴν πρὸς Χριστὸν ὁμοίωσιν κατὰ χάριν λαβόντες, καὶ υἱοὶ Χριστοῦ διὰ τὸ Χριστοῦ πνεῦμα γενόμενοι. ἀλλὰ τί φησιν ὁ μακάριος Παῦλος; ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ. ἡγεμὼν οὖν ἀληθῶς καὶ δεσπότης καὶ βασιλεὺς ὁ κύριος, οὐ μόνον ὅτι θεὸς ἦν ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν προϋπάρχουσαν θεότητα, ὅτι φύσει βασιλεὺς ἁπάσης τῆς κτίσεως· οὐ χάριτι τὸ βασιλεύειν λαβὼν, ἀλλ' ἔχων ἐν ἀληθείᾳ καὶ γεννήσει τῇ ἐκ πατρός. ἔτι δὲ καὶ ἐνιαύσιον τὸ πρόβατον· ὅπερ ἐδήλου τὸν κύριον νέον ἐπὶ γῆς ὄντα, καὶ παλαιότητος οὐδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχοντα. εἴ τις οὖν ἄνθρωπον ψιλὸν λέγει τὸν κύριον, καὶ τῆς ἡμετέρας φύσεως τίθησι τὸν Χριστὸν, τοῦτο τὸ πρόβατον οὐκ ἔστι τέλειον, οὐδὲ ἄμωμον. οὐδεὶς γὰρ ἀνθρώπων ἄμωμος. τοῦτο τὸ πρόβατον οὐκ ἔστιν ἄρσεν. οὐδεὶς γὰρ ἀνθρώπων ἡγεμονίαν ἔχει φυσικὴν καὶ ὁλόκληρον πρὸς τοὺς ὁμοφυεῖς ἀνθρώπους. καὶ ὃς ἐν κτίσει τὸν κύριον ἀριθμεῖ, καί φησι κεχαρισμένην ἔχειν, οὐκ ἀληθῆ τὴν θεότητα, οὐδ' οὗτος ἄρσεν ἔχει τὸ θυόμενον ὑπὲρ αὐτοῦ πρόβατον. οὐ γὰρ ἔγνω τὸν φύσει βασιλέα, ἀλλ' εἰς ἕτερον τὸν μὴ φύσει μηδὲ ἀληθείᾳ περιτρέπεται. ἀλλὰ καὶ εἴ τις τι ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης παλαιότητος εἰς Χριστὸν ἀνάγει, ἢ δεκτικὸν ἁμαρτίας λέγειν τολμᾷ, ἢ νόμου δουλείᾳ προσήκοντα, ἢ θανάτῳ κατ' ἀνάγκην ὑποκείμενον, οὗτος ἐνιαύσιον οὐκ ἔχει τὸ πρόβατον, οὐδὲ τῆς καινότητος ᾔσθετο τῆς ἐν Χριστῷ. ὑπολείπεται τοῦ προβάτου τὸ σύμβολον καὶ τοῦ ἐρίφου κατανοῆσαι. ἔστι τοίνυν τὸ μὲν πρόβατον, κατὰ τὸν Ἡσαΐαν, ἠπιότητος τῆς τοῦ Χριστοῦ σύμβολον. ὡς πρόβατον γὰρ ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος αὐτὸν ἄφωνος· ἔριφος δὲ κατὰ τὸν νόμον, ὑπὲρ ἁμαρτίας θῦμα. χίμαρον γάρ, φησιν, ἐξ αἰγῶν περὶ ἁμαρτίας. προσαχθεὶς οὖν ἤπιος, ὡς πρόβατον, ὑπὲρ ἁμαρτίας ὡς χίμαρος ὢν τέθυται, διὰ τῆς ἠπιότητος δοὺς ἑαυτὸν εἰς τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν· ἧς εὐξόμεθα τυχεῖν διὰ πίστεως καὶ ἀγάπης τοῦ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A munionem; sed frustra se de Servatoris nomine jactitent, ut illos decipiant & lædant, qui vel nomini vel speciei potius attendere possunt, quam veritati. Nemo igitur vetera a Christo disjungat; nemo quempiam veterum sine Christo salutem esse consequutum suspicetur: nemo illos qui nunc falsa docent, & veritatem vitiant, vanasque Ecclesiarum formas parant extra veritatem & alienas a Christo, Christianos vocet, vel communionem cum illis habeat; neque enim licet. Quoniam non effertur ex sacra domo victima, neque ad communionem extraneis profertur. Sed ad Domini gloriam præfiguratum videmus agnum esse debuisse perfectum, masculum anniculum: perfectum, quia Christus omni prorsus virtute instructus est, & omni modo im- B maculatus, atque a principio ad finem nulla expers est justitia, ut ipse ait: *Sic enim nos decet implere omnem justitiam.* Idcirco omnes victimæ offerebantur perfectæ & immaculatæ, quia omnes in figura Christi immolabantur. Sacerdotes quoque perfectos esse & corpore integros jussit Deus, quia omnes figura erant veri sacerdotis. Masculus erat agnus, quia hic sexus dux est: mas enim corporale habet imperium in feminam. Naturâ enim & veritate Christus dux est & rex; utpote qui sit cælestis homo, nobis conjunctus ut frater secundum carnalem naturam, imperans autem ut dominus secundum spiritualem divinitatem. Ideoque ipse sponsus est unus, quod sponsa sit tota humana natura. Neque Joannes prophetarum maximus sponsus est, ut ipse ait de Chri- C sto & de semetipso; de Christo quidem, *Qui habet sponsam, sponsus est*; de semetipso autem, *Amicus vero sponsi, qui stat & audit vocem ejus, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc igitur gaudium meum impletum est.* Neque Apostoli sponsi sunt Ecclesiæ; etiamsi similitudinem cum Christo secundum gratiam acceperint, & Christi filii propter Christi Spiritum effecti sint. Sed quid ait beatus Paulus? *Despondi enim vos uni viro, virginem castam exhibere Christo.* Dux ergo & dominator & rex est Dominus, non modo quia Deus erat in hominibus; sed etiam secundum præexsistentem divinitatem, quia naturâ rex est omnis creaturæ; non quod ex gratia regnum acceperit, sed quod illud in veritate habeat per generationem a Patre. Adhuc etiam anniculus erat agnus. D Quod significabat Dominum novum in terra esse, qui nihil antiquitatis in hominibus haberet. Si quis ergo simplicem hominem dicat Dominum, & sic naturæ nostræ ponat esse Christum; hic agnus non est perfectus neque immaculatus: nullus quippe homo est immaculatus; hic agnus non est masculus; nullus quippe homo imperium habet naturale & universum in congeneres sibi homines. Ac qui Dominum inter creaturas numerat, dicitque illum per gratiam deitatem habere, non veram, neque hic masculam habet victimam pro se immolatam. Non enim novit eum qui naturâ rex est; sed ad alium, qui nec natura nec vere rex sit, se convertit. Sed & si quis ex humana vetustate aliquid in Christum derivat, vel ipsum peccati capa- E cem dicere audet, vel legis servituti subjectum, aut morti ex necessitate subjectum; hic anniculum non habet agnum, neque novitatem illam sensit, quæ est in Christo. Restat ut & agni & hœdi symbolum intelligatur. Est igitur agnus, secundum Esaïam, mansuetudinis Christi symbolum: nam *sicut ovis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se mutus.* Hœdus vero secundum legem, est victima pro peccato: *Hœdum*, inquit, *ex capris pro peccato.* Oblatus ergo mansuetus ut ovis, quasi hœdus pro peccato immolatus est, ac per mansuetudinem suam sese obtulit ad salutem hominum, quam consequi precemur per fidem & dilectionem Jesu Christi qui passus est pro nobis, per quem & cum quo Patri gloria, unaque Spiritui sancto in sæcula sæculorum, amen.

Matth. 3. 15.
Joan. 3. 29.
2. Cor. 11. 2.
Isai. 53. 7.
Levit. 5. 6.

In sanctum Pascha II.

LEGALES figuræ rationabiles & veritati consentaneæ apparent, ut quod agnus sit immaculatus, quam Paschæ victimam lex adhibebat; quod sit masculus, quod anniculus, quod decima mensis captus, decima quarta ad vesperam immoletur, atque ut cum Pascha celebrabatur, id initium mensium reputaretur. Hæc quippe omnia in Christo & in Christi passione constant, & vera necessariaque sunt; secundum se autem seorsim sumta, nullam possunt habere rationem. Illi vero qui Christum ignorant nullo modo hæc defendere possint, neque docere cur illa præceperit Deus. Neque ullo explicari modo possit cur victima pro salute primogenitorum præcipiatur, cur unctio sanguinis in foribus; quam vim habeat ad salutem primogenitorum victimarum mactatio; cur necessaria sit sanguinis unctio ad signum domorum. Deus enim absque signis Hebræorum domos noverat; ut mirum sit illud: *Videbo sanguinem & protegam vos.* Qui autem hæc ad veritatem deduxerit, quam rationabilia sint agnoscet, ut in supra dictis aliis ostendimus. Cum enim immaculata victima pro nobis patitur, mors a primo homine inducta solvitur, & primogenitus homo, qui in nobis omnibus est, salutem obtinet, resurrectione Domini vivificatus. Juste namque vita, quæ solvit peccatum & mortem, signum salutare se participantibus efficitur. Et ad hoc respiciens Deus, servat eos qui illo per fidem uncti sunt, qui non alio modo possunt effugere Angelum justum vindicem, nisi per sanguinem benigni Domini pro nobis effusum. Viden' quantam vim habet figura cum veritate considerata? Itaque si quis Judæus dicere audeat: Cur Filius passus est ut mundus servaretur, ac si non alius esset servandi modus? dicatur ei: Cur Pascha immolatus est ad salutem primogenitorum Judæorum, ac si non alio modo servari possent? Et ille quid respondeat non habebit. Neque enim Deus sacrificio opus habuit, neque signo ut domos cognosceret. Nobis vero res ipsa patrocinatur, & sanctam fidem testimonio firmat, cum iniquitas nostra in Christi justitia solvitur, quæ alio modo non solveretur: tenebræ namque a luce dissipantur; & cum mors nostra per Christi vitam fugatur, ut a luce tenebræ. Sacra igitur erat illa quoque victima, quia veræ victimæ typus erat. Hæc autem sacra omnino est, utpote vera, quæ per ignorantiam impiorum hominum morti & neci tradita est; ex voluntate autem Dei in sacram hostiam accepta est; & ex illius placito Patri oblatio facta est. Tradidit enim, inquit, Pater Filium pro nobis; & obtulit semetipsum Patri Christus pro Ecclesia, oblationem & sacrificium in odorem suavitatis. Atque illis quidem qui Christum se occisuros sperabant, perniciosum fuit consilium, iis vero qui salutem per mortem Domini quærunt, salutaris est fides. Hos ultio & mors pertransit, quia non ad perniciem a morte detinentur, secundum id quod a Servatore dictum est: *Si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum.* Per sanguinem enim pro nobis fusum, Spiritum sanctum accipimus. Siquidem in unum convenerant sanguis & spiritus, ut per congenerem nobis sanguinem, non congenerem nobis Spiritum sanctum accipere possemus, ac per illum morti ingressum claudamus. Duplex autem est morti ingressus; & ideo duplex efficitur sanguinis sigillum: *In duobus*, inquit, *postibus & in limine.* Intrat enim per peccatum mors, ut ait Apostolus. Peccatum vero, aliud in nobis fit per pas-

Exod. 12. 13. — Joan. 8. 51. — Exod. 12. 7.

A

Εἰς τὸ ἅγιον πάσχα. β'.

ΤΟ τῶν νομικῶν τύπων εὔλογον ἐπὶ τῆς ἀληθείας φαίνεται· οἷον τὸ ἄμωμον εἶναι τὸ πρόβατον, ὥσπερ τὴν τοῦ πάσχα θυσίαν ὁ νόμος ἐχρήσατο· τὸ ἄρρεν εἶναι, τὸ ἐνιαύσιον εἶναι, τὸ δεκάτῃ τοῦ μηνὸς ληφθὲν τεσσαρεσκαιδεκάτῃ θύεσθαι πρὸς ἑσπέραν, τὸ ἀρχὴν λελογίσθαι μηνῶν, ἡνίκα τὸ πάσχα ἐτελεῖτο. πάντα γὰρ ταῦτα ἐν Χριστῷ καὶ τῷ Χριστοῦ πάθει συνίσταται καὶ ἀληθῆ καὶ ἀναγκαῖα, καὶ καθ' ἑαυτὰ λόγον ἔχειν οὐδένα δύναται. οὐδὲ ἂν εὕροιεν οἱ Χριστὸν ἀγνοοῦντες ἀπολογισμὸν ποιήσασθαι περὶ τούτων, καὶ διδάξαι διὰ τί ταῦτα προσέταξεν ὁ θεός· οὐδ' αὐτό
B γε ὅλως τινὰ αἰτίαν ἔχει τὸ θυσίαν ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῶν πρωτοτόκων ὁρίσαι, καὶ χρίσιν τοῦ αἵματος ἐπὶ τῆς εἰσόδοις ποιήσασθαι. τί δὲ ἰσχυρὸν εἰς τὴν τῶν πρωτοτόκων σωτηρίαν ἡ τῶν θυμάτων σφαγή; τί δὲ ἀναγκαῖον ἡ τοῦ αἵματος χρίσις εἰς σημεῖον ἐπὶ τῶν οἰκιῶν; θεός γέ τοι καὶ ἄνευ σημείων τὰς Ἑβραίων ἐγίνωσκεν οἰκίας. ὥστε θαυμαστὸν τὸ λέγειν, ὄψομαι τὸ αἷμα, καὶ σκεπάσω ὑμᾶς. ἀνάγων δὲ καὶ ταῦτα εἰς τὴν ἀλήθειαν, τὸ εὔλογον αὐτῶν ἐπιγνώσεται, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν προειρημένων ἐδείξαμεν. τοῦ γὰρ ἀμώμου θύματος ὑπὲρ ἡμῶν πάσχοντος, ὁ ἐκ τοῦ πρωτοπλάστου λύεται θάνατος, καὶ σώζεται ὁ πρωτόγονος ἄνθρωπος ἐν ἡμῖν πᾶσιν ὤν, ἀναστάσει τοῦ κυρίου ζωογονούμενος. δικαίως γὰρ λυτικὸν ἁμαρτίας καὶ θανάτου ζωὴ σημεῖον τοῖς μετόχοις αὐτοῦ
C σωτήριον γίνεται. καὶ πρὸς τοῦτο θεὸς ἀφορῶν, σώζει τοὺς κεχρισμένους αὐτῷ διὰ πίστεως, οὐκ ἄλλως δυναμένους ἐπιφυγεῖν τὸν δικαίως τιμωρὸν ἄγγελον, εἰ μὴ διὰ τοῦ φιλανθρώπως ἐκχυθέντος ὑπὲρ ἡμῶν αἵματος. ὁρᾷς ὅσην ἔχει τὴν δύναμιν ὁ τύπος ἐπὶ τῆς ἀληθείας θεωρηθείς; ὥστε εἴ τις Ἰουδαῖος λέγειν ἐπιχειροίη, τί δήποτε ὁ υἱὸς ἔπαθεν ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος, ὡς οὐκ ἂν καὶ ἄνευ τούτου σωθείς; λεγέσθω πρὸς αὐτόν· τί δήποτε τὸ πάσχα ἐθύετο πρὸς σωτηρίαν Ἰουδαίων πρωτοτόκων, ὡς οὐκ ἂν καὶ ἄνευ τούτου σωθέντων; κἀκεῖνος μὲν οὐχ ἕξει τί ἀποκρίνεται. οὐ γὰρ θυσίας προσδεῖται θεός, οὐδὲ σημείου πρὸς ἐπίγνωσιν οἰκιῶν· ἡμῖν δὲ συνηγορεῖ τὸ πρᾶγμα, καὶ τῇ ἁγίᾳ πίστει μαρτυρεῖ, τῆς ἡμετέρας ἀδικίας ἐν τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ Χριστοῦ λυομένης,
D ἄλλως δὲ οὐκ ἂν λυθείσης· σκότος γὰρ ὑπὸ φωτὸς ἀφανίζεται· καταργουμένου δὲ καὶ τοῦ ἡμετέρου θανάτου διὰ Χριστοῦ ζωῆς, ὥσπερ σκότους ὑπὸ φωτός. ἱερὸν μὲν οὖν κἀκεῖνο τὸ θῦμα, διότι τύπος ἦν τοῦ ἀληθοῦς· τοῦτο δὲ ἱερὸν ὄντως, ὡς ἀληθές, ἀγνοίᾳ μὲν τῇ τῶν ἀσεβούντων ἐκδιδόμενον θανάτῳ καὶ ἀναιρέσει, βουλῇ δὲ τοῦ θεοῦ πρὸς θυσίαν ἱερὰν λαμβανόμενον, καὶ τῇ ἑαυτοῦ βουλήσει προσφορὰ τῷ πατρὶ προσαγόμενον. παρέδωκε γάρ, φησιν, ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ προσήνεγκεν ἑαυτὸν τῷ πατρὶ Χριστὸς ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας προσφορὰν καὶ θυσίαν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. καὶ τοῖς μὲν ἀναίρεσιν Χριστοῦ προσδοκήσασιν ὀλέθριος ἡ βουλή, τοῖς δὲ σωτηρίαν διὰ τοῦ θανάτου τοῦ κυρίου ζητοῦσι σωτήριος ἡ πίστις. τούτους ἡ τιμωρία καὶ ὁ θάνατος ὑπερβαίνει, διότι μὴ
E πρὸς ἀπώλειαν θανάτῳ κατέχονται, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ σωτῆρος· ἐάν τις τὸν λόγον μου τηρήσῃ, θάνατον οὐ μὴ θεωρήσει εἰς τὸν αἰῶνα. διὰ γὰρ τοῦ αἵματος τοῦ χυθέντος ὑπὲρ ἡμῶν πνεῦμα τὸ ἅγιον λαμβάνομεν. ἐπείπερ εἰς ἓν ἦλθε τότε αἷμα καὶ τὸ πνεῦμα, ἵνα διὰ τοῦ ὁμογενοῦς ἡμῖν αἵματος τὸ μὴ ὁμογενὲς ἡμῖν πνεῦμα τὸ ἅγιον λαβεῖν δυνηθῶμεν, καὶ διὰ τούτου τὴν εἴσοδον ἀποκλείσωμεν τῷ θανάτῳ τὴν εἰς ἡμᾶς. διπλῆ δέ τις ἐστὶν ἡ εἴσοδος τῷ θανάτῳ, καὶ διὰ τοῦτο διπλῆ γίνεται τοῦ αἵματος ἡ σφραγίς. ἐπὶ τῶν δύο, φησί, σταθμῶν, καὶ ἐπὶ τῆς φλιᾶς. εἰσέρχεται μὲν γὰρ δι' ἁμαρτίας ὁ θάνατος, ὡς ὁ ἀπόστολός φησιν. ἁμαρτία δέ, ἡ μὲν

A κατὰ τὸ πάθος τὸ ἐν ἡμῖν· διττὸν δὲ τοῦτο, ἢ μαλακτικὸν τῆς ψυχῆς εἰς ἁπαλότητα, ἢ σκληροποιὸν εἰς τραχύτητα· ἢ δὲ κατὰ τὸν λογισμὸν, ὅτε μὴ ὑγιῆ μηδὲ ὀρθὰ λογίζοιτο. καὶ ἔστιν ὁ μὲν λογισμὸς, οἱονεὶ φλιὰ, τουτέστιν, ὑπέρθυρον, ἐπὶ τοῖς σταθμοῖς ἑκατέροις. ἡγεμονικὸς γὰρ καὶ ἀνώτερος τῇ φύσει· τὸ δὲ πάθος ἀνάλογον ἔχει τοῖς σταθμοῖς, ὑποκείμενον τῷ λογισμῷ, καθάπερ οἱ σταθμοὶ τοῖς ὑπερθύροις ὑπόκεινται. τίνα τὰ πρὸς ἁπαλότητα προσάγοντα πάθη; γαστριμαργία, καὶ οἰνοφλυγία, καὶ συνουσιῶν ἐπιθυμία. τίνα τὰ σκληρὰ τῆς ψυχῆς; ὀργαὶ καὶ αὐθάδειαι, ὧν ὁ Παῦλος τὴν ἀναίρεσιν ποιούμενος, ἔλεγε· μὴ κώμοις καὶ μέθαις, μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις, μὴ ἔριδι καὶ ζήλῳ· ἀλλ᾽ ἐνδύσασθε τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. ὅμοιον τοίνυν ἡ χρίσις τῇ ἐνδύσει, ὅτε τῷ Χριστοῦ πάθει μορφούμενοι, τὴν ἁγιότητα περιβαλλόμεθα τοῦ Χριστοῦ, B μήτε εἰς ἡδονὰς ἐκλυόμενοι, μήτε εἰς θυμοὺς ἐκτραχυνόμενοι. καλὸν δὲ καὶ τοῖς λογισμοῖς [a] εἰπεῖν χρίσμα καὶ ἐπένδυμα, σοφία ἡ μὴ σαρκικὴ, ἀλλὰ ἡ κατὰ Χριστὸν, ὥστε νεκροῦσθαι μὲν ἡμᾶς περὶ τὸν σαρκικὸν νοῦν οἷον ἀποθανόντας, κοσμεῖσθαι δὲ τῷ πνευματικῷ. οὕτω γὰρ οὔτε διὰ τῶν ἀλόγων παθῶν, οὔτε διὰ τῶν ἀφρόνων λογισμῶν [b] ἐπίκεισιν ἡμῖν ἡ ἁμαρτία, οὔτε καταδυναστεύει ἡμῖν ὁ θάνατος. τοιοῦτον μὲν δὴ τὸ τῆς χρίσεως μυστήριον. μετὰ δὲ τὴν χρίσιν ἐστὶν ἡ βρῶσις, εἰσοικίζουσα τὸ σῶμα τὸ θεῖον εἰς ἡμᾶς καὶ ἀναμιγνῦσα πρὸς ἕνωσιν. φάγονται, φησὶ, τὰ κρέα ταύτῃ τῇ νυκτὶ ὀπτὰ πυρί. νὺξ ὁ παρὼν οὗτος αἰών. ἡ νὺξ προέκοψε, Παῦλός φησι. διάπυρος ἡ τοῦ ἁγίου μετάληψις σώματος, τουτέστι, δι᾽ ἐμπύρου καὶ ζεούσης σπουδῆς. τῷ πνεύματι, φησὶ, ζέοντες· καὶ, πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν C γῆν, λέγει, καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνήφθη; ὥσπερ δὲ τὸ πῦρ ἐμφανιστικὸν τῆς ζεούσης σπουδῆς εἰς τὴν ἀπόλαυσιν τῶν κρεῶν παραλαμβανόμενον, οὕτως ἄζυμα τῆς ἁπλότητος, καὶ αἱ πικρίδες τῶν ἐπακολουθουσῶν θλίψεων. ἄζυμα γὰρ, φησὶν, ἐπὶ πικρίδων ἔδονται. ἁπλοῦς ὁ τρόπος καὶ ἀκακοποιὸς, τὸ παλαιὸν ἐκεῖνο καὶ πανοῦργον ἀποτιθέμενος, ὡσπερεὶ ζύμην· τὸ δὲ νέον καὶ ἀπανοῦργον ἀνειληφὼς, ἵνα ζυμώσῃ. τὸ πάσχα γὰρ ἡμῶν, φησὶν, ἐτύθη Χριστός· ὥστε ἑορτάζωμεν μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ, μηδὲ ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας, ἀλλ᾽ ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας. πικρὸν δὲ αἱ θλίψεις· ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς θλίψεσι, φησὶ, καυχώμεθα, εἰδότες ὅτι ἡ θλίψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμὴν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα· ἡ δὲ D ἐλπὶς οὐ καταισχύνει. διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν. ὥστε προσιέμεθα τὴν θλίψιν ἐν ἡδυσμάτων τρόπῳ, διὰ τὴν ἐλπίδα τὴν ἐξ αὐτῆς καὶ τὴν βασιλείαν. ἀπαγορεύει δὲ τὸ πρόσταγμα μὴ ἐσθίειν ἀπὸ τῶν κρεῶν ὠμόν. τοῦτο δὲ τοῖς μὲν σωματικῶς ἀκούουσιν οὐδένα λόγον ἂν ἔχοι, δι᾽ ὧν ἀπηγόρευσε θεὸς τὸ μὴ ἄν ποτε γινόμενον· οὐδεὶς γὰρ ἂν ὠμὸν φάγοι· παρά γε ἡμῖν καὶ μέγιστον παρέχεται λόγον, τὸ μὴ ἀργῶς προσιέναι τῇ τοῦ θείου σώματος μεταλήψει. ἀμετάληπτον γὰρ καθίσταται τοῖς ἀργῶς αὐτὸ μεταχειριζομένοις, καὶ μὴ δι᾽ ἔργων ἀγαθῶν τῆς πρὸς αὐτὸ συγκράσεως ἀντιποιουμένοις. ἡ πίστις, φησὶ, χωρὶς ἔργων νεκρά ἐστι. καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἀργῶς διακειμένοις ἐπιφέρονται θλίψεις πρὸς τὸ συμφέρον, ὡς ὁ Παῦλός φησιν· ἵνα μεταλαμβάνωσι τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ. ἀργίαν E δὲ ἐμποιεῖ περὶ τὰ πνευματικὰ ἔργα τὸ φιλήδονον τῆς σαρκός. διόπερ ἑτέρῳ συμβόλῳ τοῦτο δηλῶν ὁ νομοθέτης ἀπαγορεύει καὶ ἑψόμενον ὕδατι φαγεῖν. πρὸς ἡδονὴν γὰρ τῆς βρώσεως τὸ ἑψόμενον παρασκευάζεται. μεθ᾽ ἡδονῆς δὲ τὴν θείαν τροφὴν οὐκ ἔστιν ὑποδέξασθαι. οὐ γὰρ ἀναμίγνυται τρόπῳ σαρκικῷ δύναμις πνευματική. μὴ τοίνυν ἕψαι τὸ κρέας τὸ ἅγιον, φησὶν, ἀναμιγνύων ἡδύσμασιν αὐτὸ, ἀλλ᾽ ὀπτὰ πυρὶ μόνον ἐσθιέσθω, ὅπερ ἡ σπουδὴ σύντονος, ἀφιλήδονος. τὸ φιλήδονον, οὐ φιλόθεον, ὡς ὁ Παῦλός φησι· καὶ ὧν ὁ

sionem, quæ duplex est; alia nempe mollities animi in debilitatem, alia asperior in feritatem vergit; aliud per ratiocinium, cum non sana nec recta cogitat. Et est quidem ratiocinium, quasi limen, id est, superliminare, supra utrumque postem: nam quasi dux est, & natura superior. Passio autem referri potest ad postes, quæ ratiocinio subjicitur, sicut postes superliminaribus sunt subjecti. Quænam sunt illæ passiones quæ ad mollitiem deducunt? Gula, temulentia, & concupiscentia libidinosa. Quinam sunt asperi affectus animi? Ira, arrogantia, quas ut eliminaret Paulus dicebat: *Non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione. Sed induimini Dominum nostrum Jesum Christum.* Similis est ergo unctio indumento, quando Christi passioni conformati, sanctitate Christi amicimur, neque in voluptates dissoluti, neque in iras exasperati. Bona item est ratiociniis unctio & vestis, sapientia non carnalis, sed ea quæ secundum Christum est; ita ut circa carnalem animum mortificemur, ac si jam mortui simus, ornemur autem spirituali ornatu. Sic enim neque per brutos affectus, neque per insulsa ratiocinia peccatum nos invadet, neque nobis mors dominabitur. Hujusmodi sane est unctionis mysterium. Post unctionem adest comestio, quæ divinum corpus in nobis locat, & commiscet ad unionem. *Comedent*, inquit, *carnes hac nocte, coctas igni.* Nox præsens sæculum est. *Nox præcessit*, ait Paulus. Ignita est sacri corporis participatio; hoc est, per ignitum ac fervens studium. *Spiritu*, inquit, *ferventes*; &, *Ignem veni mittere in terram: & quid volo, si jam accensus est?* Ut autem ignis, si de comestione carnium intelligatur, fervens studium indicat; sic & azyma simplicitatem, & herbæ amaræ ærumnas subsequentes. Nam azyma, inquit, cum herbis amaris comedentur. Simplices sint mores, nec fucati, veteri more ac versutia fermenti instar deposita, novoque ac simplici accepto more, quo fermentatio fiat. Nam ait, *Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ; sed in azymis sinceritatis & veritatis.* Acerbæ sunt tribulationes; *sed & in tribulationibus*, inquit, *gloriamur, scientes quia tribulatio patientiam operatur, patientia vero probationem, probatio autem spem, spes vero non confundit. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum.* Itaque tribulationem admittimus quasi delicias, propter spem & regnum, quæ ex ea proveniunt. Vetat præceptum comedere crudas carnes. Hoc vero iis, qui corporaliter audiunt præter rationem esse videtur, cum illud prohibeat Deus, quod nunquam forte factum est: nemo enim crudam carnem comedit; apud nos autem id rationi maxime consonum est, ne scilicet perfunctorie accedamus ad participationem divini corporis: non participant enim qui perfunctorie illud tractant, nec per bona opera se ad talem communicationem concinnant. *Fides*, inquit, *sine operibus mortua est.* Ideoque segnibus ac negligentibus immittuntur tribulationes ad ipsorum utilitatem, ut ait Paulus, ut sanctitatis ejus participes sint. Segnitiem vero circa spiritualia opera, parit amor voluptatis carnalis. Quapropter alio symbolo id significans legislator prohibet in aqua coctum comedere. Nam ad comestionis voluptatem, sic coctum paratur. Cum voluptate autem divinam escam comedere non licet: non enim carnali modo miscetur virtus spiritualis. Ne igitur coquas sacram carnem, inquit, illam suavibus admiscens; sed igni cocta tantum comedatur, cum intento studio a voluptate alieno. Amor voluptatis est a Dei amore alienus, ut ait Paulus: &

Margin references: Rom. 13. 13. — Exod. 12. 8. — Rom. 13. 12. — Act. 18. 25. — Luc. 12. 49. — 1. Cor. 5. 7. — Rom. 5. 4. — Act. 14. 21. — Jacob. 2. 20. — Heb. 12. 10.

a εἰπεῖν. Savilius legendum putat ἐστι.

b ἐπίκεισι, forte ἔπεισι.

(A) postes, ut super duos populos. Non enim satis habet Servator, o Israël, quod ad te primum missus sit: *Non enim missus sum*, inquit, *ad vos, sed ad oves quæ perierunt domus Israël.* (Matth. 15. 24.) Ego vero ut catellus ad alienam mensam assidebam, cum nondum panem comedere possem, sed cadentes micas parasitus colligerem. Quia vero tu manna de cælo non cognovisti, in me panis per fidem translatus est, & canis loco filius effectus, carnes comedo. Occidit enim lux mundi in magno corpore Christi. *Accipite, comedite, hoc est corpus meum.* Carnes coctas igni. Igneum enim est rationabile corpus Christi. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo si jam accensus sit?* (Luc. 12. 49.) Non crudam carnem; ut Verbum sit operatione facile, utile, acceptabile. Non aqua assatum, ne (B) humidum, aqueum vel resolutum sit. Caput cum pedibus & intestinis: principium & medium, quasi invisibile consilium; pedes ut homo. Caput cum pedibus & intestinis; principium & medium & finis: omnia continet, constringit & conglutinat in seipso insolubilibus vinculis, vere factus mediator Dei & hominum. Caput cum pedibus & intestinis; altitudine, profunditate, latitudine, quæ sunt terræ radices. Caput cum pedibus & intestinis; lex, verbum ut & consilium: *Quam speciosi pedes evangelizantium bona!* (Isai. 52. 7.) *Os autem non comminuetis ex eo*; ut cognoscatur resurrectio cum corpore. Nam *mitte*, inquit, *digitos tuos in fixuras clavorum*, ut scias, *Quia spiritus carnem & ossa non habet.* (Joan. 20. 27.) (Luc. 24. 39.) Azyma cum herbis amaris comedite. Amara enim tibi, & amarorum operum sunt mysteria. *Terra vestra deserta, civitates vestræ succensæ igni, terram vestram* (C) *alieni coram vobis comedunt, & deserta est subversa a populis extraneis.* Comedite Pascha cum festinatione. Vigilem quippe & excitatum oportet illum esse, qui ad tantum illud corpus est accessurus. Lumbi vestri succincti sint. Cessent genitales & dissoluti carnis fluxus, & sordidæ voluptates. Calceamenta vestra in pedibus, ut recti gressus sint, & fulcra firma: nam veritatis sunt radices. Calceamenta vestra in pedibus vestris, quæ Moyses quidem solvit, Jesus vero ligavit. Nam, *Solve*, inquit, *calceamentum pedum tuorum*, ut legem pertransituram esse ostenderetur. (Exod. 3. 5.) *Cujus non sum dignus corrigiam calceamentorum solvere*, ut Verbum undique constrictum esse ostenderetur. (Marc. 1. 7.) Baculi vestri in manibus vestris: divinæ virtutis signa, rationabilis fortitudinis (D) fulcra. Virga per Moysem, virga per Aaronem, virga nucea, virga quæ profunda maris dividit, quæ fontium acerbitatem dulcem reddidit, virga supra quam septem Spiritus sancti Dei requieverunt. *Spiritus sapientiæ & intellectus, Spiritus consilii & fortitudinis, Spiritus timoris Dei implebit illum.* (Isai. 11. 2.) Hoc Pascha, Pascha Domini, clamavit Spiritus. Quia hoc Pascha, non typus, non historia est, non umbra, sed vere Pascha Domini. Sanguis autem in signum est, signum futuræ veritatis, veri Spiritus prima impressio, imitatio magnæ unctionis. *Et videbo sanguinem, & tegam vos.* Vere texisti, o Jesu, a multa pernicie, & manus extendisti paternas. Abscondisti nos intra alas tuas paternas. Sanguinem divinum in terra effudisti, in pactis tuis cruentis & benignitate plenis, & iras minasque a nobis repulisti, primam nobis superne reconcilia- (E) tionem reddidisti. Illi ergo azyma comedant septem diebus, septenariam in mundo meditantes periodum, & terrenam legalem in terra comedentes escam. Pascha vero nostrum immolatus est Christus, & novam massam sacræ illius mixtionis accepimus, toti meliore virtute fermentati & in massam redacti per ejus Spiritum. Ego namque ipsum regnum cælorum, mixto fermento fermentavi, referendo ad tres mensuras similæ. Ideo hinc Pascha dicitur. Alienigena non comedet: non enim projicio margaritas

ante porcos, non do Sanctum canibus. Qui vero peccatis olim serviebat, corde circumcidetur, & ab acerba servitute liberatus, sic cum nobilitate ad mysterium accedet. Et tunc cum libertate Pascha comedet. Christus enim nos liberavit de servitute & maledicto, factus pro nobis maledictum.

4. In una domo comedetur, & extra carnem non feretis. Una quippe est synagoga, una domus; hoc est una Ecclesia, in qua sacrum Christi corpus comeditur. Ideoque extra unam domum Ecclesiam carnes non ejicientur. Qui autem alibi comedit, ut impius & fur plectetur. Lex una erit libero & proselyto. Ubi Christus, ibi libertas omnibus, ibi æqualitas, una lex, unus honor. Omnes precioso redemti sunt sanguine. Ideo non ultra servus es, non ultra Judæus, sed liber: omnes enim in Christo liberi facti sumus. Audi enim, audi post figuras & œconomiam legalem, quæ & quanta sit œconomia post Christi adventum in terram. Quid est Christi adventus? Servitutis fuga, a veteri necessitate liberatio, adoptionis filiorum honor, remissionis peccatorum fons, immortalis vere in omnibus vita. Videns nos superne sub mortis tyrannide, a corruptionis vinculis solutos simul & ligatos; in via necessaria ubi regredi non poteramus currentes, venit & assumto primo figmento, cum paternis consiliis, non angelis, non archangelis ministerium pro nobis tradidit: sed ipsum Verbum totum pro nobis certamen suscepit, paternis obediens præceptis. Cum autem Spiritus divinus purus omnibus esset inaccessus, ne omnes incommunicabilibus Spiritus immissionibus afficeret, libens ipse seipsum colligens, tantus venit, quantus voluit, non imminutus in semetipso, neque a gloria absumtus, sed ex paternæ potestatis excellentia quod habuit non perdidit, & quod non habebat assumsit. Tantus venit, quantus capi poterat. Quoniam vero oportebat quodpiam esse divini Spiritus receptaculum; ut primi humanæ naturæ & substantiæ participes essent, iis expurgatis & annumeratis, ejecto illo quod superfluum & lutosum erat, eo autem, quod purum, lucidum, sincerum erat, illuminato, irradiato, & igne repleto, atque efformato, virgine reddito, imo, ut ita dicam, angelo, in imaginem humanam corporaliter efformatus est, spiritualem quidem habens orientem, corporalem vero accipiens formam. Ideo illum mystico admodum ritu Scriptura depin-
Zach. 6. 12. xit: *Ecce vir, inquiens, oriens nomen illi.* Oriens
quidem quasi in spiritu, vir autem quasi in
Luc. 1. 55. corpore. *Nam Spiritus Domini superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Altissimi.* Cum autem stupenda & divina sit ejus genera-
Isai. 53. 8. tio, jure Spiritus admirabatur dicens: *Generationem ejus quis enarrabit?* Cum autem quatuor sint præcipua divinitatis nomina, per quæ maxime divinus Spiritus creditur: Dominationis, Divinitatis, Filiationis & Regni æterni; vide, num has virtutes & illam gloriam acceperit. Et
Ps. 109. 1. primo vide illum Dominum: *Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis.* Viden' eum a
Ps. 88. 27. 28. Domino Dominum? vide etiam Filium dici: *Ipse me vocabit Patrem: Et ego ponam illum primoge-*
Ps. 2. 7. *nitum*; &, *Filius meus es tu: ego hodie genui te. Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam.* Viden' illum Filium, primogenitum, &
Isai. 45. 14. unigenitum? vide illum etiam Deum: *Viri excelsi super te transibunt, te precabuntur, te adorabunt, & sequentur compedibus vincti: Tu es enim Deus, quia Deus in te est.* Vidistin' illum Deum? vide ipsum etiam regem æternum: *Thro-*
Ps. 44. 7. *nus tuus, Deus, in sæculum sæculi, virga rectitudinis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem. Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Vidistin' illum regem?

A βάλλω τοὺς μαργαρίτας τοῖς χοίροις, οὐ δίδωμι τὸ ἅγιον τοῖς κυσίν. ὁ δὲ πάλαι δουλεύων ἐν ἁμαρτίαις, τὴν καρδίαν περιτμηθήσεται, καὶ τῆς πικρᾶς δουλείας ἀπαλλαγείς, οὕτω μετ' εὐγενείας τῷ μυστηρίῳ προσελεύσεται· καὶ τότε μετ' ἐλευθερίας τὸ πάσχα βρώσεται ἐλευθερίως. Χριστὸς γὰρ ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς δουλείας καὶ κατάρας, κατάρα γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν.

Εν οἰκίᾳ μιᾷ βρωθήσεται, καὶ ἔξω τῶν κρεῶν οὐκ ἐξοίσετε. μία γάρ ἐστιν ἡ συναγωγή, καὶ μία ἐστὶν ἡ οἰκία· τουτέστιν, ἡ μία ἐκκλησία, ἐν ᾗ τὸ ἱερὸν σῶμα τοῦ Χριστοῦ ἐσθίεται· καὶ διὰ τοῦτο ἔξω τῆς μιᾶς οἰκίας ἐκκλησίας τὰ κρέα οὐκ ἐκβληθήσεται. ὁ δὲ ἀλλαχοῦ ἐσθίων, ὡς ἀσεβὴς καὶ κλέπτης κολασθήσεται. νόμος εἷς ἔσται τῷ ἐλευθέρῳ καὶ προσηλύτῳ. ὅπου Χριστὸς ἐλευθερία πάντων, ἰσηγορία, ἰσονομία, ἰσοτιμία, B τιμίῳ πάντες ἠγοράσθησαν αἵματι. διὰ τοῦτο οὐκέτι εἶ δοῦλος, οὐκέτι Ἰουδαῖος, ἀλλ' ἐλεύθερος. πάντες γὰρ ἐν Χριστῷ γεγόναμεν ἐλεύθεροι. ἄκουε μὲν γὰρ δή· ἄκουε, μετὰ τοὺς τύπους καὶ τὴν νομικὴν οἰκονομίαν, τίς καὶ πόση ἡ μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐπιδημίαν ἐπὶ γῆν. τίς ἡ Χριστοῦ ἐπιδημία; δουλείας ἀποφυγή, παλαιᾶς ἀνάγκης ἀπαλλαγή, υἱοθεσίας τιμή, ἀφέσεως ἁμαρτημάτων πηγή, ἀθάνατος ἀληθῶς ἐν πᾶσι ζωή. ὁρῶν ἡμᾶς ἄνωθεν ὑπὸ τοῦ θανάτου τυραννουμένους, καὶ δεσμοῖς φθορᾶς λυομένους ὁμοῦ καὶ δεσμουμένους, ῥέοντας εἰς τὴν ἀναγκαίαν καὶ ἀνυπόστροφον ὁδόν, ἐλθὼν καὶ λαβὼν τοῦ πρώτου πλάσματος ἐν βουλαῖς πατρικαῖς, οὐκ ἀγγέλοις, οὐκ ἀρχαγγέλοις τὴν ὑπὲρ ἡμῶν λειτουργίαν ἐνεχείρισεν, ἀλλ' αὐτὸς ὁ λόγος ὅλον τὸν ἀγῶνα τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεδέξατο, πειθόμενος ταῖς πατρῴαις ἐντολαῖς. ἀπροσίτου δὲ ὄντος τοῖς ὅλοις C ἀκράτου θείου πνεύματος, ἵνα μὴ πάντας συμπαθῇ ταῖς ἀμιγέσι τοῦ πνεύματος ἐμβολαῖς, αὐτὸς ἑκὼν ἑαυτὸν συναθροίσας καὶ συναγαγών, τοσοῦτος ἦλθεν, ὅσος ἠθέλησεν, οὐ μειούμενος ἐν ἑαυτῷ, οὐδὲ ἐλαττούμενος, οὐδὲ τῇ δόξῃ δαπανώμενος, δυνάμεως δὲ πατρῴας ὑπερβολῇ ὃ μὲν εἶχεν οὐκ ἀπώλεσεν, ὃ δὲ οὐκ εἶχε, προσλαμβάνων. τοσοῦτος ἦλθεν, ὅσος ἤμελλε χωρεῖσθαι. ἐπεὶ δὲ ἔδει τι καὶ δοχεῖον γενέσθαι τοῦ θείου πνεύματος, ἵνα οἱ πρῶτοι τῆς ἀνθρωπίνης φύσεώς τε καὶ οὐσίας μετάσχωσι, διυλίσας καὶ συναριθμήσας τὸ μὲν ὅσον περισσὸν ἦν καὶ θολερὸν ἀποβράσας καὶ ἀποχωρήσας, τὸ δὲ ὅσον καθαρὸν καὶ διαυγὲς καὶ εἰλικρινὲς περιλάμψας καὶ περιαστράψας καὶ περιαυγάσας καὶ πυρώσας καὶ παστώσας, καὶ παρθενώσας, καί, ὡς εἰπεῖν, ἐξαγγελώσας, εἰς τὴν ἀνθρω- D πίνην εἰκόνα σωματικῶς ἐμορφοῦτο, πνευματικὴν μὲν ἔχων τὴν ἀνατολήν, σωματικὴν δὲ προσλαμβάνων τὴν μόρφωσιν. διὸ καὶ μυστικώτατα αὐτὸν ἡ γραφὴ ἐπεσημήνατο. ἰδοὺ γάρ, φησιν, ἀνήρ, ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ· ἀνατολὴ μὲν ὡς ἐν πνεύματι, ἀνὴρ δὲ ὡς ἐν σώματι. πνεῦμα γὰρ κυρίου ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται υἱὸς ὑψίστου. παραδόξου δὲ καὶ θείας οὔσης τῆς γενέσεως, εἰκότως καὶ τὸ πνεῦμα τεθαύμακε λέγων· τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; τεσσάρων δὲ ὄντων τῶν τῆς θεότητος ἡγεμονικῶν ὀνομάτων, δι' ὧν μάλιστα τὸ θεῖον πνεῦμα πιστεύεται, κυριότητος καὶ θεότητος, υἱότητος καὶ βασιλείας αἰωνίου, ὅρα, μὴ μόνον ταύτας τὰς ἀρετὰς καὶ δόξας λαβεῖν ἐτιμήθη. καὶ πρῶτόν γε ὅρα αὐτοῦ τὸν κύριον. εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου. ὁρᾷς αὐτοῦ τὰ παρὰ τοῦ κυρίου τὸν κύριον; ὅρα καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ. αὐ- E τός με ἐπικαλέσεται πατέρα, κἀγὼ θήσομαι αὐτὸν πρωτότοκον· καί, υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου. ὁρᾷς αὐτὸν υἱὸν καὶ πρωτότοκον καὶ μονογενῆ; ὅρα καὶ τὸν θεόν. ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ διαβήσονται, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται, καὶ ἐν σοὶ προσκυνήσουσι, καὶ ἀκολουθήσουσιν ἐν χειροπέδαις δεδεμένοι. σὺ γὰρ εἶ ὁ θεὸς ὅτι ἐν σοὶ ὁ θεός ἐστιν. εἶδες αὐτοῦ τὸν θεόν· ἴδε αὐτοῦ καὶ τὸν βασιλέα αἰώνιον. ὁ θρόνος σου, ὁ θεός, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν. διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεὸς ὁ θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. ἑώρακας αὐτοῦ τὸν βασιλέα;

ὅρα μετὰ τοῦ βασιλέως καὶ τὸν τῶν δυνάμεων κύριον. ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; κύριος τῶν δυνάμεων αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. ὁρᾷς αὐτὸν μετὰ τοῦ βασιλέως καὶ τὸν τῶν δυνάμεων κύριον; ἴδε ἐκ περιόντων αὐτὸν καὶ τὸν ἀρχιερέα αἰώνιον. ὤμοσε κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα. εἰ δὲ καὶ κύριος, καὶ θεός, καὶ υἱός, καὶ βασιλεύς, καὶ κύριος τῶν δυνάμεων, καὶ ἀρχιερεὺς αἰώνιος· ὅτε θέλει, καὶ ἄνθρωπός ἐστι. καὶ τίς γνώσεται αὐτόν; τὸ δὲ καὶ ἄνθρωπος δηλονότι καὶ προϋπαρχόντως ὅτι καὶ θεός. καὶ ἵνα μὴ κατὰ τὰς τῶν ἀνθρώπων δόξας αὐτόματον καὶ χωρὶς γενέσεως φάσμα ἢ πνεῦμα τῇ γῇ ἐπιδεδημηκέναι δόξῃ, ἄκουε αὐτὸν καὶ τὸ παιδίον γενόμενον. ἀκούσατε δὴ οἶκος Δαυίδ· μὴ μικρὸν ὑμῖν ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις; καὶ πῶς κυρίῳ παρέχετε ἀγῶνα; διὰ τοῦτο δίδωσι κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Εμμανουήλ. καὶ θελήσουσιν, εἰ ἐγένοντο πυρίκαυστοι. διότι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς σύμβουλος, θεὸς ἐξουσιαστής, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. θεὸς μὲν δὴ καὶ ἄνθρωπος οὗτος ὁ μέγας Ιησοῦς ἐπεδήμησεν ἡμῖν· ἀπιστείτω μηδείς· ἡγεμονικὸν ἐχωρήθη ὑπὸ ἀνθρωπίνου σώματος. καὶ γὰρ τὴν πρώτην τοῦ πατρὸς πνοὴν τὴν μυστικὴν ἐχώρησεν Αδὰμ ἐν τῇ γῇ καὶ πηλὸς ὤν. οὐ γὰρ βλάπτεται τὸ θεῖον πνεῦμα τῷ σώματι βουλῇ θεοῦ συνηφθαι. εἰ δὲ ὁ πρῶτος χοῦς τὸ ἱερὸν ἐχώρει πνεῦμα, ἐψυχωμένον σῶμα τὴν ἀθάνατον Χριστοῦ ἐχώρησε ζωήν. εἰ μὲν οὖν πνεῦμα μόνον ἐπεδήμησε τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ τῷ θανάτῳ δεδουλωμένον, περισσὴ ἂν ἦν οὕτως ἡ μεγάλη τοῦ σώματος ἐπιδημία, μήτε τῆς ἁμαρτίας, μήτε τοῦ θανάτου νενικημένου. ἔδει δὲ καὶ τὴν ἁμαρτίαν ἀναιρεθῆναι. καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ δόλος εὑρέθη ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. αὐτὸς οὖν τὸ πρῶτον ἐκεῖνο τὸ πτωχὸν καὶ νεκρὸν ἐνεδύσατο σῶμα. διὸ καὶ βοᾷ περὶ αὐτοῦ τὸ πνεῦμα, οὐκ ἔστιν εἶδος αὐτοῦ, οὐδὲ δόξα· καὶ εἴδομεν αὐτόν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος· ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. ἐν γὰρ ὁμοιώματι τῆς σαρκὸς ἁμαρτίας χωρὶς ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν, δείξας ὅτι οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. ἐθεράπευσεν οὖν καὶ πάντα ἡμῶν τὰ σώματα τῶν ἀρρωστημάτων, καὶ τὰ κατὰ μέρος τῶν νοσημάτων ἐξουσίᾳ δυνάμεως ἰάσατο, ἵνα πληρωθῇ, ἐγὼ κύριος ὁ θεὸς ἐκάλεσά σε ἐν δικαιοσύνῃ. κρατήσω τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς σου, καὶ ἐνισχύσω σε εἰς διαθήκην γένους μου εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν πεπεδημένους ἐν σκότει. ἐγὼ κύριος ὁ θεός, τοῦτό μοι ὄνομα· ἀκούσατε κωφοὶ λόγους βιβλίου, καὶ τοῖς καθημένοις ἐν σκότει φῶς ἀνέτειλε. τότε ἁλεῖται χωλός, ὡς ἔλαφος, καὶ τρανὴ δὲ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων. ἐπειδὰν δὲ κατὰ μέρος τὰ τῆς κακίας αἱρεθῇ, ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος εἰς νῖκος· ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον;

Τοῦτο ἦν τὸ πάσχα, ὃ ἐπεθύμησεν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Ιησοῦς παθεῖν. πάθει πάθους ἠλευθέρωσε, καὶ θανάτῳ θάνατον ἐνίκησε, καὶ διὰ τῆς βλεπομένης τροφῆς τὴν ἀθάνατον ζωὴν αὐτοῦ ἐχορήγησεν. αὕτη ἡ σωτήριος ἐπιθυμία τοῦ Ιησοῦ· οὗτος ὁ ἔρως ὁ πνευματικώτατος, δεῖξαι μὲν τοὺς τύπους ὡς τύπους, τὸ δὲ ἱερὸν σῶμα τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἀντιδοῦναι. λάβετε, φάγετε, τοῦτό ἐστι μου τὸ σῶμα· λάβετε, πίετε, τοῦτό ἐστι μου τὸ αἷμα ἐν καινῇ διαθήκῃ τὸ ὑπὲρ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. διὰ τοῦτο οὐκ ἐπιθυμεῖ τοσοῦτον φαγεῖν, ὅσον ἐπιθυμεῖ παθεῖν· ἵνα ἡμᾶς τοῦ διὰ βρώσεως πάθους ἐλευθερώσῃ· καὶ διὰ τοῦτο ξύλον ξύλῳ ἀντιρριζώσας, καὶ τὴν πάλαι πονηρὰν χεῖρα ἀσεβῶς προσηλώσας, ὅλην ἔδειξεν ἐν αὐτῷ ἀληθῶς τὴν ζωὴν κρεμαμένην. σὺ μέν, ὦ Ισραήλ, οὐκ ἠδυνήθης φαγεῖν· ἡμεῖς δὲ μετὰ γνώσεως ἀκαταλύτου πνευματικῶς ἐφά-

A vide illum etiam Dominum virtutum: *Attollite portas, principes, vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.* Ps. 23. 7.
Viden' illum & Regem esse & Dominum virtutum? ex reliquis jam vide illum esse summum Sacerdotem æternum: *Juravit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es Sacerdos in æternum.* Ps. 109. 5. Quod si & Dominus est, & Deus, & Filius, & Rex, & Dominus virtutum, & summus Sacerdos æternus, quia sic ipse vult, est etiam homo. Ecquis cognoscet eum? & homo scilicet est, & ante Deus erat. Ac ne secundum quasdam hominum opiniones, videatur casu quopiam specie tantum, vel spiritum quemdam in terram advenisse, audi ipsum infantem etiam fuisse. *Audite domus David,* Isai. 7. 13.
B *Numquid parum vobis est certamen præbere hominibus? & quomodo certamen præbetis Domino? Ideo dat vobis Dominus ipse signum. Ecce Virgo in utero accipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel. Et volent, si sint igne* Isai. 9. 6. *combusti. Quia parvulus natus est nobis, cujus principatus super humerum ejus. Et vocabitur nomen ejus magni consilii angelus, admirabilis, consiliarius, Deus potens, princeps pacis, pater futuri sæculi.* Deus certe & homo hic magnus Jesus ad nos advenit. Nemo non credat. Principatus sub humano corpore fuit. Nam primum Patris Spiritum mysticum cepit Adam in terra, etiamsi lutum esset. Neque enim læditur divinus Spiritus, quando ex voluntate Dei corpori conjungitur. Quod si primus pulvis sacrum Spiritum
C capiebat, animatum certe corpus immortalem Christi vitam suscepit. Si ergo spiritus tantum advenisset in te peccato & morti subjectum, supervacaneus tunc fuisset ille magnus corporis adventus, cum neque peccatum neque mors devicta fuisset. Oportebat autem etiam peccatum de medio tolli; ideoque ipse *peccatum non fecit, neque dolus inventus est in ore ejus.* Ipse ergo primum illud inops & mortale corpus induit. Quamobrem Spiritus de illo clamat: *Non est species ei,* Isai. 53. 2. *neque decor. Et vidimus eum, & non habebat speciem, neque pulcritudinem. Sed species ejus ingloria, deficiens præ filiis hominum. Nam in similitudine carnis peccati, sine peccato, condemnavit* Rom. 8. 3. *peccatum;* ostendens non opus habere sanos medico, sed eos qui male habent. Curavit igitur omnia nostrûm infirmantium corpora, & specia-
D tim morbos potentia virtutis suæ sanavit, ut impleretur illud: *Ego Dominus Deus vocavi te* Isai. 42. 6. *in justitia, apprehendam manum dexteram tuam, & roborabo te in testamentum generis mei, in lucem gentium, ad aperiendum oculos cæcorum, ad educendos ex vinculis compeditos in tenebris. Ego Dominus Deus, hoc mihi nomen est. Audite surdi verba libri, & sedentibus in tenebris lux orta est. Tunc saliet ut cervus claudus, & expedita erit lingua balborum.* Quia vero per partes malitia sublata est, postrema inimica destruetur mors in victoriam. *Ubi est mors stimulus tuus?*

5. Hoc erat Pascha, quo desideravit Jesus pati pro nobis: per passionem a passione liberavit, & morte mortem vicit: ac per visibilem
E escam immortalem vitam suam largitus est. Hoc est salutare Jesu desiderium, hic amor omnino spiritualis, ut ostendat figuras quasi figuras, & sacrum corpus det discipulis suis: *Accipite, comedite: hoc est corpus meum. Accipite, bibite:* Matth. 26. 26. *hic est sanguis meus in novo testamento, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Ideo non tantum comedere quantum pati desiderat, ut nos a passione per comestionem promerita liberet. Ideoque lignum contra lignum plantavit, & illam olim malam manum affigens, totam vitam vere in se pendentem ostendit. Tu quidem, o Israël, non potuisti manducare: nos vero cum cognitione insolubili spiritualiter mandu-

cavimus, & post cibum sumtum non morimur. Hoc mihi lignum est in salutem æternam; hoc nutrior, hoc convivor: sub hujus radicibus radices pono, ramos extendo: a spiritu autem ceu a vento cum voluptate excolor. Sub hujus umbra tabernaculum posui, & multum æstum devitans, rore plenum habeo diversorium. Cum hujus floribus floreo, ejus fructibus summe delector. Fructus vero ab initio mihi reservatos decerpo. Hoc mihi esurienti delicatus cibus est, sitienti fons, nudo tegumentum, cujus folia spiritus vitæ sunt. Non ultra mihi folia ficus. Hæc mihi Deum timenti tutela est, nutanti fulcrum, certanti bravium, victori tropæum. Hæc mihi arcta semita, angusta via: hæc scala Jacobi, angelorum ascensus & descensus, in cujus culmine stat Dominus. Hæc arbor a terra usque ad cælum assurgit, immortalis planta quæ firma erigitur in medio cæli & terræ, fulcrum universi, firmamentum orbis, complexio mundi, mortalem variam substantiam continens, invisibilibus spiritûs clavis confixa, ut rei divinæ congruens non ultra solvatur, summos cælos contingens, pedibus vero terram firmans, multumque intermedium aëris spiritum undique immensis manibus complectens. Totus erat ubique in omnibus, & per se solum contra aërias potestates nudus congressus est. Et ad breve quidem tempus clamat ut calix transeat, ut ostendat se vere hominem esse; memor autem qua de causa missus esset, ut impleret œconomiam ad quam missus erat, rursum clamat: *Non mea voluntas, sed tua fiat. Spiritus enim promtus est, caro autem infirma.* Utpote qui pro anima in certamine curreret ad victoriam, primo sacrum caput spinis coronatur, totam veterem terræ maledictionem de medio tollens, quod per peccatum ubique spinosum erat, per sacrum caput suum lenius reddens. Ubi autem acerbum & acutum fel draconis ebibit, universos nobis dulcedinis fontes per seipsum attemperavit. Cum enim mulieris opus solvere vellet, & eam quæ ex latere primum orta & mortifera erat, continere, sacrum suum latus aperiri voluit, ex quo sanguis sacer & aqua manavit, perfecta & sacra signa nuptiarum spiritualium & mysticarum, necnon adoptionis & regenerationis. *Ipse enim vos baptizabit in Spiritu sancto & igni.* Aqua ut in Spiritu, sanguis ut in igne. Tunc cum illo extenduntur duo latrones, duorum in se populorum signa ferentes: quorum unus mutatus, probus efficitur, & confessionem emittit, atque erga Dominum pie afficitur. Alter vero duræ cervicis cum sit, commovetur, & erga Dominum improbus est, neque pius: atque in præteritis peccatis perseverat. Certe duæ sunt animi cogitationes, quarum altera a peccatis convertitur & ad Dominum tendit, ideoque per pœnitentiam clementia & honore dignatur; altera vero inexcusabilis, quia immutabilis est, & usque in finem latro. Ut vero finem habuit mundanum illud certamen, & undique ille retulit victoriam, neque elatus ut Deus, neque victus ut homo, in finibus universorum mansit radicatum victoriæ tropæum, dum ipse in seipso de hoste cum pompa triumphat. Tunc de patientiæ perseverantia obstupuit universus orbis: tunc cæli commoti sunt, principatus cælestes turbati, throni item & leges dum vident summum magni exercitus ducem suspensum. Parum abfuit quin stellæ de cælo caderent, eum qui ante luciferum ortus erat extensum cernentes. Exstinctus aliquantum temporis est solis ignis, videns magnum mundi lumen obscuratum. Tunc petræ scissæ sunt, Israëlis ingratum animum exclamantes: Non novisti petram spiritualem, ex qua bibisti dum sequereris. Velum templi scissum est, cum Christo patiens, indicansque verum

A γόμεν, καὶ φαγόντες οὐκ ἀποθνήσκομεν. τοῦτό μοι φυτὸν εἰς σωτηρίαν αἰώνιον· τούτῳ τρέφομαι, τούτῳ συνεστιῶμαι· τούτου ταῖς μὲν ῥίζαις ὑπορριζοῦμαι, τοῖς δὲ κλάδοις συνεκτείνομαι, τῷ δὲ πνεύματι ὡς ὑπὸ ἀνέμου ἐντρυφῶν γεωργοῦμαι. τούτου τῇ σκιᾷ ὑπεσκήνωσα, καὶ τὸ πολὺ καύσωνα διαφυγὼν ἔνδροσον ἔχω * καταγώγιον. τούτου τοῖς μὲν ἄνθεσι συνανθῶ, τοῖς δὲ καρποῖς τελείως συνήδω, τοὺς δὲ ἐξ ἀρχῆς μοι τετηρημένους καρποὺς ἀκωλύτως τρυγῶ. τοῦτό μοι πεινῶντι τροφὴ, καὶ διψῶντι πηγὴ, καὶ σκέπη γεγυμνωμένῳ· οὗ καὶ τὰ φύλλα, πνεῦμα ζωῆς. οὐκέτι μοι φύλλα συκῆς· τοῦτό μοι θεὸν φοβουμένῳ φυλακτήριον, καὶ σαλευομένῳ στήριγμα, καὶ ἀγωνιζομένῳ βραβεῖον, καὶ τρόπαιον νενικηκότι. τοῦτό μοι ἀτραπὸς ἡ στενὴ, τοῦτο ἡ τεθλιμ-
B μένη ὁδὸς, τοῦτο κλῖμαξ Ιακὼβ, καὶ τῶν ἀγγέλων πορεία, ἐφ' ἧς ἄκρας ἀληθῶς ἐστήρικται ὁ κύριος. τοῦτο δένδρον οὐρανομήκες ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνέβαινεν, ἀθάνατον φυτὸν, στηρίξας ἑαυτὸν ἐν μέσῳ οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, ἕδρασμα τῶν ὅλων, στήριγμα τοῦ παντὸς, ἔρεισμα τῆς ὅλης οἰκουμένης, σύμπλεγμα κοσμικὸν, τῆς ποικίλης καὶ ἀνθρωπίνης οὐσίας συνεκτικὸν, ἀοράτοις γόμφοις τοῦ πνεύματος συνηλωμένον, ἵνα τῷ θείῳ συναρμοσθὲν μηκέτι λυθῇ, ἄκραις μὲν κορυφαῖς τῶν οὐρανῶν ἐπιψαῦον, τὴν γῆν δὲ στηρίζον ποσὶ, τὸ δὲ πολὺ καὶ μέσον πνεῦμα τοῦ ἀέρος πανταχόθεν χερσὶν ἀμετρήτοις περιλαβόν. ὅλος ἦν ἐν πᾶσι καὶ πανταχοῦ, γυμνώσας δὲ δι' ἑαυτοῦ, πρὸς ἀερίους ἀρχὰς γυμνὸς ἀντεπεδύσατο. καὶ πρὸς ὀλίγον μὲν βοᾷ παρελθεῖν τὸ ποτήριον,
C ἵνα δείξῃ ἀληθῶς ὅτι καὶ ἄνθρωπος ἦν, μεμνημένος δὲ δι' ὃ ἀπεστάλη, πληρῶσαι τὴν οἰκονομίαν βουλόμενος, εἰς ἣν ἀπεστάλη, βοᾷ πάλιν· μὴ τὸ θέλημά μου, ἀλλὰ τὸ θέλημά σου. τὸ μὲν γὰρ πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής. οἷα δὴ τὸν ὑπὲρ ψυχῆς τρέχων ἀγῶνα τὸν ἐπινίκιον, πρῶτον μὲν τὴν ἱερὰν κεφαλὴν ἀκάνθαις ἐστεφανώσατο, ὅλην τὴν παλαιὰν κατάραν τῆς γῆς ἀνελὼν, καὶ τὸ δι' ἁμαρτίαν ἀκανθῶδες πλεονάσαν τῇ θείᾳ κεφαλῇ πάλιν ἐξημερῶν· τὴν δὲ πικρὰν καὶ ὀξεῖαν τοῦ δράκοντος χολὴν ἐκπιὼν, ὅλας ἡμῖν τὰς ἀφ' ἑαυτοῦ γλυκείας ἀντεκέρασε πηγάς. τὸ γὰρ ἔργον τῆς θηλείας λῦσαι θελήσας, καὶ τὴν ἐκ πλευρᾶς πρότερον ῥεύσασαν ἐπισχεῖν θανατηφόρον ἤδη, τὴν ἱερὰν αὐτοῦ ἐν ἑαυτῷ ἐστόμωσε πλευρὰν, ἐξ ἧς τὸ ἱερὸν ἐρρευσεν αἷμα καὶ ὕδωρ, τὰ τέλεια τῶν πνευματικῶν γά-
D μων τῶν μυστικῶν καὶ υἱοθεσίας καὶ παλιγγενεσίας τὰ σημεῖα. αὐτὸς γὰρ ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί· τὸ μὲν ὕδωρ ὡς ἐν πνεύματι, τὸ δὲ αἷμα ὡς ἐν πυρί. τότε δὴ συνεκτείνονται αὐτῷ δύο λῃσταὶ, εἰς δὲ δύο λαοὺς φέροντες ἐν ἑαυτοῖς τὰ σημεῖα· ὧν ὁ μὲν εἷς ἐκ μεταβολῆς εὐγνωμονεῖ, καὶ μετὰ ὁμολογίας ἐξομολογεῖται, καὶ πρὸς τὸν δεσπότην εὐσεβεῖ· ὁ δὲ ἕτερος κινεῖται σκληροτράχηλος ὢν, καὶ ἀγνωμονεῖ πρὸς τὸν δεσπότην, καὶ οὐκ εὐσεβεῖ, καὶ τοῖς παλαιοῖς ἁμαρτήμασιν ἐμφιλοχωρεῖ. εἶτα καὶ οἱ δύο ψυχῆς εἰσι λογισμοὶ, ὧν ὁ μὲν ἕτερος ἐν τοῖς παλαιοῖς ἁμαρτήμασι μεταβάλλεται, καὶ πρὸς τὸν δεσπότην ἀποδύεται, διὸ καὶ τῆς ἐκ μετανοίας φιλανθρωπίας καὶ τιμῆς ἀξιοῦται· ὁ δὲ ἕτερος ἀναπολόγητος, ὅτι καὶ ἀμετάθετος, καὶ μέχρι τέλους ἐστὶ λῃστής. ὡς δὲ τέλος εἶχεν ὁ κοσμικὸς ἀ-
E γὼν, καὶ πανταχόθεν διήθλησε νικήσας, μήτε ὡς θεὸς ἐπαιρόμενος, μήτε ὡς ἄνθρωπος νενικημένος, ἔμενεν ἐν μεθορίων ὅλων ἐρριζωμένος τρόπαιον ἐπινίκιον, αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ κατὰ τοῦ ἐχθροῦ προπομπεύων καὶ θριαμβεύων. τότε τῆς ὑπομονῆς ἐπιμονῆς ἐθαμβήθη τὸ πᾶν, τότε οὐρανοὶ μὲν ἐσαλεύθησαν, ἀρχαὶ δὲ ἐκινήθησαν ὑπερκόσμιοι, θρόνοι καὶ νόμοι τὸν ἀρχιστράτηγον τῆς μεγάλης δυνάμεως ὁρῶντες κρεμάμενον· μικροῦ δ' ἂν ἐξέπεσον καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ, τὸν προεωσφόρον βλέποντες ἁπλούμενον· ἐσβέσθη δὲ παρ' ὀλίγον καὶ τὸ τοῦ ἡλίου πῦρ, τὸ μέγα βλέπον τοῦ κόσμου φῶς ἀμαυρούμενον. τότε ἐσχίσθησαν πέτραι τῆς γῆς, τοῦ Ισραὴλ ἀγνωμοσύνην καταβοῶσαι, ὅτι μὴ ἔγνως τὴν πέτραν τὴν πνευματικὴν, ἐκ ἧς ἀκολουθήσας ἔπινες· ἐρράγη δὲ τοῦ ναοῦ τὸ καταπέτασμα συμπάσχον καὶ μηνῦον

τὸν οὐράνιον ἀληθῶς ἀρχιερέα. μικροῦ δ' ἂν ὅλως ὁ κόσμος συνεχύθη, καὶ τῷ φόβῳ τοῦ πάθους συνελύθη, εἰ μὴ τὸ θεῖον πνεῦμα ἐνεφύσησεν ὁ μέγας Ἰησοῦς εἰπών, πάτερ παρακατατίθεμαι τὸ πνεῦμά μου εἰς τὰς χεῖράς σου. κλονουμένων γὰρ τῶν ὅλων καὶ δονουμένων σεισμῷ, τῷ φόβῳ πάντων σαλευομένων, πάλιν ἀναβαίνοντος τοῦ θείου πνεύματος τρόπον ψυχούμενον καὶ ζωοποιούμενον καὶ στηριζόμενον, πάλιν ἔστη τὸ πᾶν, ὡς τῆς θείας ἐκτάσεως τῆς ἐν πᾶσι καὶ πανταχοῦ ὡς τῆς διὰ πάντων ἁπλουμένης σταυρώσεως. [a] ὢ μόναι μόνον ἀληθῶς δι' ὅλων ὅλαι. ἐχέτωσάν σου τὸ πνεῦμα οἱ οὐρανοί, ὁ δὲ παράδεισος τὴν ψυχήν· σήμερον γάρ, φησιν, ἔσομαι μετὰ σοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ· τὸ δὲ αἷμα ἡ γῆ. μεμέρισται ὁ ἀμερής, ἵνα τὰ πάντα σωθῇ, ἵνα μηδὲ ὁ κάτω τόπος τῆς θείας ἐπιδημίας ἀμύητος ᾖ. εἶδος μὲν αὐτοῦ οὐκ εἴδομεν, φωνὴν δὲ αὐτοῦ ἠκούσαμεν. ἔλυσε μὲν οὖν καὶ παρὰ τὸν βίον τοὺς τοῦ θανάτου δεσμοὺς ἐξουσίᾳ χρώμενος βασιλικῇ, ὥστε Λάζαρε δεῦρο ἔξω, καὶ, ἡ παῖς ἐγείρου· ἵνα αὐτοῦ καὶ τὸ ἐν δυνάμει ἐπιτακτικὸν δηλωθῇ. διὸ δὴ καὶ ὅλον ἑαυτὸν φέρων ἔδωκε τῷ θανάτῳ, ἵνα τὸ ἀδηφάγον θηρίον, καὶ ὁ ἄπληστος δεσμὸς ὅλως ἐν ἑαυτῷ νεκρωθῇ. τῷ ἀναμαρτήτῳ σώματι ἐζήτει πανταχοῦ τὰς ἰδίας τροφάς, μήπου ἡδονή, μήπου ὀργή, μήπου παρακοή, μήπου ὅλως ἡ παλαιὰ ἁμαρτία ἡ πρώτη τοῦ θανάτου τροφή. κέντρον γάρ, φησι, τοῦ θανάτου ἡ ἁμαρτία. ὡς δὲ οὐδὲν εὕρισκεν ἐν αὐτῷ θανάτου θρεπτικόν, ὅλως ἐν ἑαυτῷ κλεισθεὶς καὶ ἀτροφίᾳ λυθείς, αὐτὸς ἑαυτῷ θάνατος ἐγίγνετο, ὡς δὲ καὶ πολλοὶ τῶν δικαίων εὐαγγελιζόμενοι καὶ προφητεύοντες καὶ τὸν ἐν ἀναστάσει πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν. ὁ δὲ καὶ τὸ τριήμερον ὑπὸ γῆν ὑπομονὴν ὑπέσχετο, ἵνα ὅλον καὶ πᾶν σώσῃ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, τὸ πρὸ νόμου, δι' ἑαυτοῦ· τάχα δὲ καὶ ἵνα ὁλόκληρον ἐξαναστήσῃ τὸ ζῶον, ψυχήν, καὶ πνεῦμα, καὶ σῶμα, διὰ τοῦτο καὶ τριημερεύει. ἀναστάντα δὲ αὐτὸν πρῶτον ὁρῶσιν αἱ γυναῖκες. ὡς γὰρ πρώτην τὴν ἁμαρτίαν τὴν ἐν κόσμῳ ἤγαγε γυνή, οὕτω καὶ πρώτη τῷ κόσμῳ ζωὴν ἐπαγγέλλει. διὸ καὶ ἀκούουσι τὴν ἱερὰν φωνὴν γυναῖκες, χαίρετε, ἵνα ἡ πρώτη λύπη διὰ τῆς χαρᾶς τῆς ἀναστάσεως· * καὶ τοῖς ἀπιστοῦσιν ἵνα αὐτοῦ ἡ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις πιστευθῇ μετὰ σώματος. ὡς δὲ ὅλην τὴν εἰκόνα ἐν ἑαυτῷ φέρων ἐνεδύσατο, καὶ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀναστολισάμενος μετατέθεικεν εἰς τὸν ἐπουράνιον ἄνθρωπον, τότε συνανέβαινεν αὐτῷ καὶ ἡ εἰκών, συγκεκραμένη εἰς τοὺς οὐρανούς. βλέπουσαι δὲ αἱ δυνάμεις τὸ μέγα μυστήριον, συναναβαίνοντα ἤδη ἄνθρωπον ἐν θεῷ, ἐγκελευόμεναι ἐβόων μετὰ χαρᾶς τῇ ἄνω στρατιᾷ, ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. αἱ δὲ ὁρῶσαι τὸ καινὸν θαῦμα, ἄνθρωπον συγκεκραμένον θεῷ, ἀντιβοῶσι καὶ λέγουσι· καὶ τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; αἱ δὲ πάλιν ἐρωτηθεῖσαι ἀνταπεκρίναντο, κύριος τῶν δυνάμεων, αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης, ἰσχυρὸς καὶ κραταιὸς καὶ δυνατὸς ἐν πολέμῳ. ὢ τῆς χορηγίας τῆς μυστικῆς· ὢ τῆς πνευματικῆς ἑορτῆς· ὢ πάσχα θεῖον ἀπ' οὐρανῶν ὁδεῦσαν μέχρι γῆς, καὶ ἀπὸ γῆς πάλιν ἀναβαῖνον εἰς οὐρανούς· ὢ καινὸν τῶν ὅλων ἑόρτασμα, κοσμικὸν πανηγύρισμα· ὢ τοῦ παντὸς χαρὰ καὶ τιμὴ καὶ τροφὴ καὶ τρυφή· δι' ἧς ὁ μὲν σκοτεινὸς θάνατος κατελύθη, ἡ δὲ ζωὴ τοῖς ὅλοις ἐφηπλώθη, καὶ ἀνεῴχθησαν πύλαι οὐρανῶν, καὶ θεὸς ἄνθρωπος ἐφάνη, καὶ ἄνθρωπος θεὸς ἀνέβη· δι' ὃν ἐρράγησαν ᾅδου πύλαι, καὶ κλεῖθρα ἐλύθησαν ἀδαμάντινα. καὶ ὁ μὲν κάτω δῆμος ἀνέστη τῶν νεκρῶν, εὐαγγελιζόμενος τοῖς ἄνω πληρώμασιν, ἀπὸ γῆς ἀπεδόθη χορός. ὢ πάσχα θεῖον, θεὸν ἐξ οὐρανῶν οὐ στεναγωγῆσαν, καὶ νῦν πνευματικῶς συνάψαν, δι' ὃν μέγας νυμφὼν τῶν γάμων ἐπληρώθη, καὶ πάντες φέρουσι τὰς στολὰς τὰς νυμφικάς, ἐκβάλλεται δὲ οὐδείς, ὡς οὐκ ἔχων τὴν στολὴν νυμφικήν. ὢ πάσχα, καινῆς λαμπαδουχίας τὸ φώτισμα, παρθενικῆς δᾳδουχίας ἀγλάϊσμα. διὸ οὐκ ἔτι σβέννυνται τῶν ψυχῶν αἱ λαμπάδες· ἐνθέως

[a] Hæc vitiata videntur.

A summum sacerdotem cælestem. Parum abfuit quin totus mundus confunderetur, ac passionis timore dissolveretur; nisi divinum Spiritum insufflasset magnus Jesus dicens: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.* Commotis enim universis & terræ motu nutantibus, metuque trementibus, ascendente divino Spiritu, vivificantis & confirmantis more, rursus stetit universus orbis; quasi scilicet illa divina extensio & crucis supplicium per omnia extensa fuissent. O sola in solis, & universa in universis! Spiritum tuum cæli habeant, animam paradisus; nam ait, Hodie tecum ero in paradiso; sanguinem vero, terra. Divisus est indivisibilis, ut omnia servarentur, ut ne infimus quidem locus divino adventu expers esset. Formam quidem ejus non vidimus, sed vocem ejus audivimus.

B Solvit itaque post vitam mortis vincula, potestate usus regia, ut cum dixit, *Lazare, veni foras*; &, *Puella, surge*; ut ejus potestatis imperium indicaretur. Ideoque se totum morti dedit, ut voracem feram, & inexplebile vinculum in se interficeretur. In corpore impeccabili ubique cibos quærebat sibi proprios; num ibi voluptas esset, num ira, num inobedientia, num tandem vetus peccatum, prima mortis esca. Stimulus enim peccati mors est. Cum autem nihil in eo mors reperiret quo aleretur, in seipsam conclusa, & cibi penuria soluta, ipsa sibi mors fuit. Ut vero multi ex justis erant nunciantes & prophetantes in resurrectione primogenitum ex mortuis. Ille vero per triduum sub terra mansit, ut totum humanum genus, & quod ante legem fue-

C rat per semetipsum servaret. Fortasse vero ut totum animal suscitaret, animam, spiritum & carnem, ideo per triduum moratur. Suscitatum illum primo vident mulieres. Ut enim primum peccatum mulier in mundo admisit, sic & mulier prima mundo vitam nunciat. Ideo sacram vocem audiunt mulieres, *Avete*, ut prior dolor per gaudium resurrectionis tolleretur; & ut ab incredulis ejus a mortuis resurrectio crederetur, cum corpore resurgit, & ut totam sibi imaginem induerat, & veterem hominem quem induerat, transformavit in cælestem hominem: tunc cum eo illa imago sic attemperata ascendit in cælum. Videntes autem Virtutes magnum illud mysterium, hominem una ascendentem cum Deo, jussæ cum gaudio supernis exercitibus clamaverunt: *Attollite portas, principes,* Ps. 23. 7.

D *vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ.* Illæ vero novum miraculum videntes, hominem cum Deo junctum, vicissim clamant & dicunt: *Quis est iste rex gloriæ?* Aliæ rursum interrogatæ respondent: *Dominus virtutum ipse est rex gloriæ*, fortis, robustus & potens in prælio. O mysticam largitatem! o spiritualem solennitatem! o Pascha divinum, a cælo descendens in terram, & rursum a terra ascendens in cælum! o novum universorum festum! o mundi celebritatem! o universi gaudium, honor, esca, deliciæ, quibus tenebrosa mors dissoluta est, vita autem in omnes extensa fuit, & apertæ sunt portæ cælorum, & Deus homo apparuit, & homo Deus ascendit, per

E quem confractæ sunt inferni portæ, & adamantina claustra soluta sunt; atque infernus quidem populus surrexit a mortuis, annuncians supernis plenitudinibus: ex terra redditus est chorus! o Pascha divinum, Deum de cælis non anguste agentem, nunc spiritualiter nobis conjungens, cujus opera magnus ille nuptiarum thalamus impletus est, omnesque sponsales stolas gestant, nullusque ejicitur quod non habeat stolam nuptialem! o Pascha, nova lampadum illuminatio, virginalis lucernarum decor! Ideo non ultra exstinguuntur animarum lucernæ; nam divino

& spirituali modo in omnibus gratiæ ignis præfertur, corpore, spiritu & oleo Christi subministrante. Te autem rogamus, Domine Deus, æterne spiritualiter rex Christe, manus tuas magnas super sacram tuam Ecclesiam extende, & super populum sanctum semper tuum, defendens, custodiens, conservans, pro illo bella gerens & decertans, inimicos illi subjiciens, atque illos vincens qui nobis invisibili virtute inimici sunt, ut & hostes nostros vicisti. Erige nunc tropæa pro nobis, & largire nobis ut possimus cum Moyse canere canticum victoriæ, quia tibi est gloria & imperium in sæcula sæculorum, amen.

A δὴ καὶ πνευματικῶς ἐν πᾶσι τῆς χάριτος δαδουχεῖται τὸ πῦρ, σώματι, καὶ πνεύματι, καὶ ἐλαίῳ Χριστοῦ χορηγούμενον. σὲ δὲ δὴ παρακαλοῦμεν, θεὲ δέσποτα, πνευματικῶς αἰώνιε βασιλεῦ Χριστὲ, ὑπέρεχε σου τὰς χεῖρας τὰς μεγάλας ἐπὶ τὴν ἱερὰν σου ἐκκλησίαν, καὶ ἐπὶ τὸν λαὸν ἀεί σου τὸν ἅγιον, προπολεμῶν, φυλάσσων, συντηρῶν, προστατευόμενος, προαγωνιζόμενος, ὑποτάσσων ὅλους τοὺς πολεμίους, νικῶν καὶ τοὺς ἀοράτῳ δυνάμει τοὺς ἐναντίους, ὡς καὶ τοὺς ἡμετέρους ἐνίκησας ἐχθρούς· ἀνάστησον καὶ νῦν αὐτὸς τὰ ὑπὲρ ἡμῶν τρόπαια, καὶ χάρισαι ἡμῖν ᾆσαι μετὰ Μωϋσέως τὴν ᾠδὴν τὴν ἐπινίκιον, ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

MONITUM

IN SEQUENTEM SERMONEM.

HUNC ejusdem esse Scriptoris styli, genus, perplexa series, omnia denique suadent. Agitur vero de concinnando ac definiendo Paschatis die, de quo magna tunc quæstio agitabatur. Quia enim non eodem die ejusdem mensis, ut in reliquis solennitatibus observatur, sacrum Pascha agebatur, sed aliquot tempora, diversas cyclorum rationes observare par erat, ut dies ille assignaretur; hasce notas is quisquis sit Scriptor affert, & missis hæreticorum Judæorumque hac de re placitis, has temporum notas ad celebrationem Paschatis ipse requirit: nam ut ex ejus dictis comperimus, etiam inter Catholicos ea de re tunc disceptabatur.

Observanda sunt, inquit ille, æquinoctium vernum, luna decima quarta, ac præterea triduum, nempe Parasceve, Sabbatum & Dominica. Pascha semper post æquinoctium celebrandum est. Si vero contingat decimam quartam lunam ante æquinoctium incidere, illa rejecta, ad sequentem decimam quartam lunam Pascha remittebatur, & tunc erat mensis embolismus, sive injectitius, donec adveniret illa decima quarta luna post æquinoctium. Si vero quarta decima luna cum Dominica concurreret, illa Dominica non celebrabatur ut festum Resurrectionis, sed sequens Dominica assumebatur, quia putabant quarta decima luna passum esse Christum, nec consentaneum esse Resurrectionem celebrare qua die Christus passus esset. Secundum hanc disciplinam ille diem Resurrectionis statuit incidere in secundam diem octavi mensis, qui est Aprilis, secundum numerandi modum Græcorum complurium, qui annum incipiunt a Septembri; in annum autem sequentem, diem decimum septimum septimi mensis seu Martii assignat; & in tertium annum sequentem, nonum diem ejusdem septimi mensis. Hæc vero quomodo quadrare possint longius esset recensere; mittimusque ad Petavii doctrinam temporum & ad Usserium Armacanum. Duo tamen hic notatu digna observare operæ precium fuerit.

Primo hunc Scriptorem, qui per totas sex Orationes præcedentes statuit in die parasceves seu passionis Christi immolationem agni mystici seu Christi celebrari eadem ipsa die qua agnus ille paschalis apud Judæos mactabatur, videri Pascha distinguere a die Dominica Resurrectionis; quemadmodum olim in Ecclesia Latina multi distinguebant, & Pascha a Resurrectionis die separabant. Sic Gregorius Turonensis, ubi ordinem a Perpetuo antecessore suo episcopo Turonensi referens, Resurrectionem Domini prius quam Pascha celebratam exhibet hoc pacto,

Sexto Calendas Aprilis Resurrectione Domini nostri Jesu Christi, ad Basilicam Domni Martini.

Pascha, in Ecclesia

Die Ascensionis in Basilica Domni Martini.

Ubi notat Ruinartius noster p. 531. Festum Paschatis a festo Resurrectionis distinguitur in vetustioribus Kalendariis: ubi Resurrectionis festum die 27. Martii

recolitur. Pascha autem, ut omnes norunt, pro varietate lunæ semper celebratum in Ecclesia fuit.

Secundo, ex his quæ in hoc Sermone observantur verisimile est, inter Græcos etiam orthodoxos varietatem aliquando accidisse circa celebrationem Paschatis; ita ut alii una, alii alia die Pascha peragerent, id quod etiam apud Latinos Catholicos contigisse comprobatur; sicut non raro observat Gregorius Turonensis. Sic libro V. p. 221. Eo anno, *inquit*, dubietas Paschæ fuit. In Galliis vero nos cum multis civitatibus quartodecimo Calendas Maïas sanctum Pascha celebravimus. Alii vero cum Hispanis duodecimo Calendas Aprilis solennitatem hanc tenuerunt. *Ubi notat Ruinartius*, Dubietas hæc orta ex eo quod Franci Victorii laterculum sequebantur, ut in Concilio Aurelian. IV. Can. I. an. 541. statutum fuerat; Hispani vero antiquum Latinorum Canonem. Adi Cointium ad annum 539. num. 15. *Aliquot postea annis idipsum accidit, eodem Gregorio teste lib. X. p. 516.*

Verisimile autem est in Oriente quoque illas varietates circa diei Paschatis celebrationem accidisse, quod hic Scriptor anonymus insinuat, dum ait, contrarias ea de re sententias in anno quo ipse concionem suam emisit exstitisse. Illam observandi Paschatis varietatem jam commemoravimus tomo 1. Operum Chrysostomi p. 586. ubi diem Paschatis anni 387. qui in tabulis paschalibus vulgatis assignatur 25. Aprilis, nullo modo posse in hunc diem convenire secundum Chrysostomi dicta, ex quibus liquet Pascha multis ante diebus Antiochiæ celebratum fuisse. Ibi vide sis.

A

Εἰς τὸ αὐτὸ πάσχα λόγος η'. καὶ τελευταῖος.

Χθὲς μὲν, ἀδελφοὶ, περὶ τῆς προθεσμίας τοῦ ἁγίου πάσχα τινὰ ἐλαλοῦμεν· καὶ ἐπειδὴ ἔδοξεν ἀμφιβολία τις γίνεσθαι, ἐσημάναμεν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι πρὸ πολλοῦ οὔτε τὴν ἀμφιβολίαν ἠγνοήσαμεν, οὔτε τὴν προθεσμίαν· καὶ περὶ τούτων ἀρκούντως ἐῤῥέθη, εἴγε ἐν μνήμῃ τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν εἴχετε· ἠπειγόμεθα δὲ εἰπεῖν σήμερον τὴν αἰτίαν τῆς παρολκῆς. καὶ ἐπείπερ ἡ τοιαύτη διήγησις ἀπαιτεῖ ὅλου τοῦ πρὸς τὸ πάσχα τόπου τὴν θεωρίαν, βουλόμεθα, ἐὰν καὶ ὁ κύριος βούληται, ἀναλαβεῖν τὴν ὑπόθεσιν, καὶ ὅση δύναμις, ἐξειπεῖν τοῦ μυστηρίου τὰ θεωρήματα. B καὶ ἐπείπερ πολλὴ καταδρομὴ τῶν ἐναντίων γίνεται ἀγνοούντων τῆς ἀληθείας τὴν φύσιν, καὶ αἱρετικοὶ ἀποσκιρτήσαντες φαίνονται, καὶ Ἰουδαῖοι ἐπαγγέλλονται πάσχα τελεῖν, χριστιανῶν δὲ μόνων τὸ μυστήριον τοῦτο ἐστὶ, καὶ ἡ τοῦ μυστηρίου τελετὴ παρ' ἡμῖν μετὰ ἀκριβείας συνίσταται, θέλω ἁπάντων τε ἐκείνων συντόμως μνησθῆναι, καὶ ἀπαμφιάσαι τὴν σύγχυσιν ἀπὸ τοῦ καθ' ἡμᾶς μυστηρίου, καὶ οὕτως ἑκάστου χρόνου εἰπεῖν τὴν διάνοιαν, καθὼς ἂν δῷ ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ. πολλάκις γὰρ ἐθεασάμεθα λεγόντων τινῶν, πῶς τὰ γενέθλια μὲν τοῦ σωτῆρος ἐν ὡρισμένῃ ἡμέρᾳ τελεῖται· γίνεται γὰρ, ὡς πάντες ἴσμεν, πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν ἰανουαρίων κατὰ Ῥωμαίους· θεοφάνια δὲ ὡσαύτως· καὶ αὐτὰ γὰρ ἐπιτελεῖται ἡμέρᾳ ὡρισμένῃ, τρισκαιδεκάτῃ C τετάρτου μηνὸς κατὰ Ἀσιανοὺς, καὶ μαρτύρων δὲ ὡσαύτως μνήμην ἐπιτελοῦντες πρὸς ἡμέραν ὡρισμένην ἁρμόζομεν τὴν ἀνάμνησιν, ἐπὶ δὲ τοῦ πάσχα οὐχ οὕτως ἐστὶν ὁ λόγος; ὅτι οὐ μιᾶς, οὐδὲ ἁπλῶς συμβαινούσης ἡμέρας ἐστὶ τὸ μυστήριον, ἀλλὰ πολλῶν προθεσμιῶν μετὰ διανοίας συναγαγεῖν εἰς τὸν τόπον παραλαμβάνομεν διὰ τὴν τῆς θεωρίας ἀνάπτυξιν. τηροῦμεν γὰρ καὶ πρῶτον μῆνα, τὸν πρῶτον μῆνα ἀληθῶς τοῦ πρώτου χρόνου, ὃς ἐξ ἐαρινῆς ἰσημερίας γνωρίζεται. ὁ γὰρ πρῶτον μῆνα τηρῶν ὀφείλει ἰδεῖν τὸν πρῶτον χρόνον, δι' ὃν καὶ πρῶτος μὴν ὀνομάζεται. πάλιν τε ὁ τὸν πρῶτον χρόνον παραλαμβάνων, τὴν ἀρχὴν ὀφείλει τοῦ πρώτου χρόνου ἰδεῖν, οὐκ ἄλλην τινὰ ἢ ἰσημερίαν ἐαρινὴν, ὡς προϊὼν ἐπιδείξω. ἐπειδὴ οὖν καὶ πρῶτον χρόνον τηροῦμεν, καὶ ἰση-

In ipsum Pascha Sermo VII. & ultimus.

1. HERI quidem, fratres, de præfinito tempore sancti Paschæ quædam dicebamus, & quia videbatur difficultas esse quædam, significavimus in nomine Domini nostri Jesu Christi, nos multo ante & tempus præfinitum, & difficultatem prævidisse: deque iis dictum est quantum satis erat, si tamen dictorum memoriam retinetis. Causam vero dilationis hodie dicere aggredimur. Et quia hujusmodi disquisitio veri Paschæ loci & temporis speculationem desiderat, volumus, Domino juvante, argumentum resumere, & pro virili nostra mysterii speculationes proferre. Et quia multus adest adversariorum incursus, qui rei veritatem ignorant, atque hæretici resiliunt, ac Judæi se Pascha celebrare profitentur; Christianorum vero tantum hoc mysterium est, & mysterii celebratio apud nos accurate constituta est; juvat illorum omnium compendio mentionem facere, atque omnem confusionem a mysterio nostro eliminare, & sic temporum singulorum rationem patefacere, ope scilicet unigeniti Filii Dei. Sæpe namque quosdam vidimus dicentes: Cur natales Servatoris definito die celebrantur; nempe, ut omnes scimus, octavo Kalendas Januarias secundum Romanos: Theophania vero similiter; ipsa quippe celebrantur definito die decimo tertio quarti mensis secundum Asiaticos: & Martyrum quoque memoriam definito die celebramus; Paschatis vero non eadem est ratio? Neque enim uno, neque simpliciter cadente die mysterium colitur, sed multa prius tempora mente colligimus, & speculando revolvimus. Observamus nempe primum mensem, ac primum mensem primi temporis, quod ex verno æquinoctio dignoscitur: illum enim qui primum mensem observat, oportet respicere primum tempus, ex quo primus mensis nominatur. Rursumque is qui primum tempus assumit, initium primi temporis inspiciat oportet, quod aliud non est quam æquinoctium vernum, ut postea demonstrabo. Quia ergo primum tempus obser-

Primum mensem primi temporis, id est, vernæ tempestatis.

vamus, & æquinoctium, insuperque lunæ decimam quartam, ac præterea triduum, nempe Parasceven, Sabbatum & Dominicam, atque impossibile est, uno ex his deficiente tempore, Pascha celebrari; ideo non possumus definitum diem ad mysterium Paschatis assignare; sed his omnibus collectis temporibus, salutaris passionis speculationem perficimus. Libet ergo priusquam agamus de æquinoctio, quod totum mysticum est, & de luna decima quarta, quæ & ipsa mysterio non vacat, ac de triduo, ad mysterii finem causam congruentem habente; primo de extraneorum Judæorum consuetudine agere, quam absurde sibi consarcinarunt; indeque mysterii ecclesiastici puritatem discernere. Nam hæretici, etsi falso statuant, tamen illis anteponendi. Neque enim Judæi diem unam definitam ad Paschæ celebrationem observant; sed & mensem solarem, ut putant, & lunam quartam decimam tenent. Cum ergo apud ipsos decima quarta luna contigerit, si nondum primus mensis advenerit, hanc quartam decimam differunt, ut primum solarem mensem occupent, & sic concursu facto primi temporis & quartæ decimæ lunæ, videantur ex placito suo facere. Vides ergo, frater, Judæos hoc agere, & hoc commune nobiscum habere, quod non unam diem quærant ad celebrationem; sed tempora multa. Quartadecimanorum autem hæresis est quæ cum Judæis Pascha celebrat, & idipsum facit. Novatiani videntur nostra aliquatenus imitari, qui tempori a Judæis definito serviunt: primum mensem & ipsi observant, & quartam decimam lunam pariter. Sed non hic gradum sistunt: nam postquam huc venerint, ad triduum accedunt; sed sine ulla auctoritate, neque secundum concentum ecclesiasticum, ut ostendetur. Est porro alia hæresis Montanistarum, quæ se Judæos non imitari contendit, attamen in periculum suum ab Ecclesia dissonat. Nam decimam quartam primi mensis observat; id est, mensis septimi secundum Asiaticos, non autem decimam quartam lunæ. Nec scio unde hoc vinculum acceperit. Nam unigenitus Dei Filius in Paschate Judæorum, luna quarta decima, mense primo; in hac, inquam, quarta decima, in Paschate Judæorum Christus passus est. Undenam igitur hæc exsecranda hæresis quartam decimam a solari mense ducit, non a lunari, nisi duce dæmone deceptore? Cæterum ipsa etsi ex ecclesiastico numero exciderit, attamen inde ad triduum venit: verum hæc facessat. Sed postquam docui omnem hæresim id curare, ut definitum tempus plus vel minus observet; demum Judæos confutare aggrediar, deinde Christiani cœtus causam explicabo. Stat in Ecclesia definitum tempus passionis, æquinoctium vernum, decima quarta luna, triduum, nempe Parasceve, Sabbatum, Dominica, his utimur ad diem statuendam; & sic proprie fit suo tempore: non aliam novitatem sequimur, sed ipsius Moysis traditionem, nempe decimam quartam post æquinoctium servamus. Testes habeo sapientes Hebræos: neque enim Judæorum hujus temporis amentia est attendenda, quippe qui omnia legis jura pessumdederint; sed sapientes Hebræos narrantes audire oportet, illorumque calculus necessario est usurpandus, & hi explodendi, utpote transgressores, & dicta nostra confirmanda, quæ talibus sunt fulta testimoniis. Judæi namque omnia bona eliminarunt: statim quippe Scripturas septuaginta duorum sapientium Interpretum reprobarunt. Hujusmodi enim Judæi illi erant, qui ad tale opus concinnandum incubuerunt; antiqui nempe, qui ante Servatoris ad-

A μερείαν, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ σελήνης τεσσαρεσκαιδεκάτην, καὶ σὺν τούτῳ τὸ τριήμερον, τουτέστι, παρασκευήν, σάββατον, κυριακήν, καὶ ἀδύνατόν ἐστιν ἑνὸς χρόνου τούτων λιπόντος ἐπιτελεσθῆναι τὸ πάσχα· διὰ τοῦτο μὲν οὐ δυνάμεθα μίαν ἡμέραν ὡρισμένην πρὸς τὸ μυστήριον τοῦ πάσχα παραλαμβάνειν, ἀλλ' ὅλας ταύτας τὰς προθεσμίας συναγαγόντες ἀπαρτίζομεν τοῦ σωτηρίου πάθους τὴν θεωρίαν. βούλομαι οὖν πρὶν εἰπεῖν τὴν θεωρίαν τῆς ἰσημερίας μυστικὴν οὖσαν, καὶ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης κατὰ σελήνην καὶ ταύτην τῷ μυστηρίῳ συμβαλλομένην, καὶ πάλιν τὴν τριῶν ἡμερῶν τὴν αἰτίαν ἁρμόζουσαν πρὸς τὸ τέλος τοῦ μυστηρίου, πρῶτον εἰπεῖν τὴν ἔξω τῶν Ἰουδαίων συνήθειαν καὶ ταύτην ἀλόγως ἐπισυρομένων· εἶθ' οὕτω διακρῖναι τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ μυστηρίου τὴν καθαρότητα. καὶ γὰρ καὶ αἱρετικοί, εἰ καὶ ἐσφαλμένως, ἀλλ' ὅμως
B ἐξέχονται. οὔτε γὰρ Ἰουδαῖοι μίαν ἡμέραν ἐμπρόθεσμον πρὸς τὴν τοῦ πάσχα τελεσιουργίαν τηροῦσιν, ἀλλὰ καὶ τὸν μῆνα, ὡς οἴονται, τὸν καθ' ἥλιον καὶ σελήνην τεσσαρεσκαιδεκάτην. αὐτίκα γοῦν εἰ συμβαίη τεσσαρεσκαιδεκάτην κατὰ σελήνην παρ' αὐτοῖς ἐμπεσεῖν, μήπω ἐνστάντος πρώτου μηνός, ὑπερτίθενται ταύτην τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην διὰ τὸ ἡλιακὸν πρῶτον μῆνα παραλαμβάνουσιν, ἵνα συνδρομῆς γενομένης τοῦ τε πρώτου χρόνου, καὶ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης κατὰ σελήνην, δόξωσιν ἀπαρτίζειν τὸ βούλημα. οὐκοῦν, ἀδελφέ, ὁρᾷς ὅτι καὶ Ἰουδαῖοι τοῦτο σπουδάζουσι, καὶ κοινὸν ἡμῖν τοῦτο ἐσχήκασι, τὸ μὴ μίαν ἡμέραν ζητεῖν πρὸς τὴν τελετήν, ἀλλὰ χρόνους πολλούς. τεσσαρεσκαιδεκάτη δὲ αἵρεσίς ἐστι σὺν Ἰουδαίοις ποιοῦντες τὸ πάσχα, καὶ αὐτοὶ τὸ αὐτὸ ἐκεῖνοι πεπόνθασι. Ναυατιανοὶ δοκοῦσιν ἄλλως πως τὰ καθ' ἡμᾶς ἠρέμα μιμεῖσθαι, δουλεύουσι μὲν καὶ αὐτοὶ τῇ
C προθεσμίᾳ τῶν Ἰουδαίων· καὶ πρῶτον μῆνα καὶ αὐτοὶ νομίζουσι, καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτην κατὰ σελήνην τὴν παρ' ἐκείνοις μεταδιώκοντες. ἀλλ' οὐχὶ ἕως τούτου γε ἵστανται· ἀλλ' ὅταν ἐν τούτοις γένωνται, καὶ ἐπὶ τὸ τριήμερον ἔρχονται, εἰ καὶ μάλιστα ἀκύρως, καὶ οὐ καθ' ἁρμονίαν ἐκκλησιαστικήν, ὡς δειχθήσεται. ἔστι τις ἄλλη αἵρεσις ἡ τῶν Μωντανιστῶν· ἥτις δῆθεν μὲν ἀποδύεται τὸ μετὰ Ἰουδαίων ποιεῖν, ἀφέστηκε δὲ σὺν τούτῳ καὶ τῆς ἐκκλησίας εἰς ἴδιον κίνδυνον. τεσσαρεσκαιδεκάτην γὰρ μηνὸς τοῦ πρώτου φυλάττει, τουτέστι, μηνὸς ἑβδόμου κατ' Ἀσιανούς, οὐ τεσσαρεσκαιδεκάτην δὲ σελήνης· οὐκ οἶδα πόθεν λαβοῦσα τοῦτον τὸν δεσμόν. ὁ μὲν γὰρ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ ἐν τῷ πάσχα τῶν Ἰουδαίων, τεσσαρεσκαιδεκάτην ἐχούσης τῆς σελήνης, ἐν μηνὶ τῷ πρώτῳ· ἐν ταύτῃ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, ἐν τῷ πάσχα τῶν Ἰουδαίων ὁ Χριστὸς ἔπαθε. πόθεν οὖν αὕτη ἡ δυσώνυμος αἵρεσις τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἀπὸ τοῦ ἡλιακοῦ μηνός, οὐκ ἀπὸ τοῦ σεληνιακοῦ εἴ-
D ληφεν; ἢ δῆλον ὅτι παρὰ τοῦ ἀπατήσαντος δαίμονος. πλὴν καὶ αὐτὴ εἰ [a] καὶ πέπτωκε τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ ἀριθμοῦ, ἀλλ' ὅμως ἔνθεν ἐπὶ τὸ τριήμερον ἥκει. καὶ ἐρρίφθω μὲν αὐτή. ἐπειδὴ δὲ ἐδίδαξα ὅτι πᾶσα αἵρεσις σπεύδει δῆθεν τῆς προθεσμίας συναγαγεῖν πλέον ἢ ἔλαττον, θέλω λοιπὸν ἐλέγξαι τοὺς Ἰουδαίους πρότερον, εἶθ' οὕτω τὰς αἰτίας τῆς τῶν Χριστιανῶν συναγωγῆς ἐξειπεῖν. ἕστηκεν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας αὕτη ἡ προθεσμία τοῦ πάθους, ἰσημερία ἐαρινή, τεσσαρεσκαιδεκάτη μὲν τοῦτο κατὰ σελήνην, τριήμερος δὲ, παρασκευή, σάββατον, κυριακή. τούτων περὶ τὸν τόπον χρήζομεν, καὶ οὕτω κυρίως γίνεται· οὐ κατὰ καινότητα ἄλλως, ἀλλὰ κατὰ παράδοσιν αὐτοῦ τοῦ Μωϋσέως, τῆς κατὰ σελήνην τεσσαρεσκαιδεκάτης μετ'
E ἰσημερίαν φυλαττομένης. ἔχω μάρτυρας σοφοὺς Ἑβραίους. οὐ γὰρ τῇ τῶν νῦν Ἰουδαίων ἀφροσύνῃ προσέχειν χρή. πάντα γὰρ τὰ τοῦ νόμου δίκαια ἐξηφάνισαν αὐτοί· ἀλλὰ τῶν σοφῶν Ἑβραίων ἱστορούντων ἀκούειν προσήκει, καὶ ἐκείνων ἀνάγκη τὴν ψῆφον ὁρίζειν· καὶ ἐκκηρύττειν μὲν τούτους ὡς παραβάτας, συνιστάνειν δὲ τὸν ἡμέτερον λόγον, κἀκεῖθεν ἱκανῶς μαρτυρούμενον. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ πάντα τὰ ἀγαθὰ ἐξεχωρίσαντο. αὐτίκα γοῦν καὶ τὰς γραφὰς δύο καὶ ἑβδομήκοντα σοφῶν μεταβαλλόντων ἠθέτησαν. τοσοῦτοι γὰρ Ἰουδαῖοι πρὸς τὴν τοιαύτην ἱστορίαν ἠσχόληντο, ἀρχαῖοι, πρὸ τῆς τοῦ σωτῆρος παρουσίας, ἀριστίνδην

a Putat Savilius legendum, καὶ ἐπέπλωκε.

ὑπὸ

ὑπὸ ἀρίστων ἐξειλεγμένοι πρὸς τὴν μεταβολὴν τῶν γραφῶν, ἔτι καὶ τότε ἐν Ἑβραϊκοῖς χαρακτῆρσιν οὐσῶν εὐδοκίμων. καὶ ἐδοκιμάσθη ἡ ἑρμηνεία, καὶ ἀραὶ ὑπὸ πάντων τῶν Ἑβραίων ἐτέθησαν, εἴ τις τὴν ἑρμηνείαν παρακινήσειε. καὶ ταύτας διὰ ταῦτα ἡμεῖς περιέπομεν, ἀκούοντες Μωϋσέως λέγοντος· ἐπὶ στόματος δύο καὶ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα· οὐκέτι δὲ δύο, ἀλλ' ἐπὶ ἑβδομήκοντα δύο μαρτύρων τὴν μεταβολὴν ἀσμενίσαντες. ἀλλ' εἰς ὅσον μὲν οἱ σοφοὶ περιῆσαν τῶν Ἰουδαίων, τὰ τῆς μεταβολῆς ἐκρατύνετο· γενομένης δὲ τῆς παρανομίας τῆς κατὰ τοῦ σωτῆρος, ἀπεσβέσθη παρὰ Ἰουδαίοις πάντα καλά. προφήτης ἐστὶν ὁ κηρύττων· ἰδοὺ δὴ κύριος Σαβαὼθ ἀφελεῖ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας ἰσχύοντα καὶ ἰσχύουσαν, ἰσχὺν ἄρτου καὶ ἰσχὺν ὕδατος, γίγαντα καὶ ἰσχύοντα, καὶ ἄνθρωπον πολεμιστὴν, καὶ δικαστὴν καὶ προφήτην, καὶ στοχαστὴν, καὶ πρεσβύτερον, καὶ σοφὸν ἀρχιτέκτονα, καὶ συνετὸν ἀκροατήν· καὶ ἐπιστήσω νεανίσκους ἄρχοντας αὐτῶν, καὶ ἐμπαῖκται κυριεύσουσιν αὐτῶν. τοῦτο τὸ προφητικὸν λόγιον κατέβαλε τὴν τῶν Ἰουδαίων πληθὺν, καὶ ἐρημία συνέσεως, ἐρημία προφήτου ὑποδεικνύντος τὰ σώζοντα· καὶ τὰς τῶν ἰδίων σοφῶν παραδόσεις ἠφάνισαν, καὶ τὰ τοῦ νόμου λοιπὸν ἐκινδύνευσε δίκαια. ὡς οὖν τὰς γραφὰς μετεκίνησαν, καὶ τὴν ἑρμηνείαν τῶν σοφῶν ἐκείνων ἠθέτησαν, ἑνός τινος προσηλύτου πεισθέντες μεταβολῇ ἐπ' ἀθετήσει τοσούτων ἀνδρῶν καὶ ἀρῶν, οὕτω καὶ τὴν προθεσμίαν τοῦ πάσχα διέφθειραν.

Ἔχομεν μάρτυρας σοφοὺς Ἑβραίους, οἷον Φίλωνα καὶ Ἰώσηππον, καὶ ἄλλους τινὰς, οἵτινες ἐν τοῖς οἰκείοις συγγράμμασι διαβεβαιοῦνται, ὅτι οὐ δύναται ἀκριβῶς ἄλλως τὸ πάσχα γενέσθαι, ἢ μετ' ἐαρινὴν ἰσημερίαν ἐνστᾶσαν. καὶ ὁρίζονται οὗτοι ἀνέκαθεν τὸν τοιοῦτον εἱρμὸν τετηρῆσθαι μετὰ τὴν κατὰ σελήνην τεσσαρεσκαιδεκάτης, ὡς πολλάκις ἐρρέθη. οὗτοι δὲ σαφῶς, ὡς πάντες Ἰουδαῖοι ἐπίστανται, μετὰ τὸ πάθος τοῦ σωτῆρος ἐγένοντο, πολλῷ τῷ μετέπειτα χρόνῳ βιώσαντες· ὥστε δῆλον εἶναι, ὅτι καὶ ὁ σωτὴρ ἐν τῷ πάσχα τῶν Ἰουδαίων ἔπαθε μετ' ἰσημερίαν. ἔχεις τοίνυν καὶ ἐκ τῆς μαρτυρίας τῶν σοφῶν Ἰουδαίους τοὺς νῦν ἀποβλήτους, ἐξ ἀρχῆς μετ' ἰσημερίαν τεσσαρεσκαιδεκάτης σελήνης τὸ πάσχα τοῦ προβάτου τελέσαντας. τοῦτό μοι ἱστάσθω τέως, ἵν' ἐκ τούτου δειχθῇ τὸ προκείμενον. λοιπὸν γὰρ Ἰουδαῖοι ποιοῦσι τὸ πάσχα πρὸ ἰσημερίας ἀδιαφόρως, ἐκτὸς εἰ μὴ ἐμβολίμου μηνὸς ἐνστάντος ἀκουσίως μετ' ἰσημερίαν παραταθῶσι. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστι σκοποῦ, ἀλλ' ἁπλῶς τοῦ συμβάντος. αὐτίκα γοῦν νῦν εἰς τὸ ἐνεστὼς πρὸ ἰσημερίας ποιοῦσι, καὶ κατηγοροῦνται ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων σοφῶν παραβάται τοῦ χρίσματος. ἔχομεν δὲ ἡμεῖς τοῦ μυστηρίου τὴν ἰσχὺν ἀσύλητον. ὁ μὲν γὰρ χρόνος, καθ' ὃν ἔπαθεν ὁ σωτὴρ, οὐκ ἠγνόηται. τὰ γὰρ ὑπομνήματα τὰ ἐπὶ Πιλάτου πραχθέντα καὶ τὴν προθεσμίαν περιέχει τοῦ πάσχα. ἱστορεῖται γοῦν, ὅτι τῇ πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν ἀπριλίων ἔπαθεν ὁ σωτήρ. αὕτη γοῦν ἡ προθεσμία μετ' ἰσημερίαν συνίσταται, καὶ τοῖς ἀκριβοῦσι κατείληπται. καὶ ἔχε τοῦτον τὸν κανόνα, ἵνα ἴδῃς ὅτι Χριστὸς ἐν ταύτῃ τῇ προθεσμίᾳ ἔπαθε, καὶ ἵνα εἰδὼς τηρῇς ἀεὶ μετ' ἰσημερίαν ποιεῖν τὸ πάσχα Χριστὸν μιμούμενος, καὶ φεύγῃς μὲν τὴν τῶν αἱρετικῶν παρανομίαν, ζητῇς δὲ τὰς αἰτίας τῶν χρόνων. πειράσομαι δὲ ἤδη ταύτην ἀπαριθμῆσαι κατὰ τόπον, ἵνα ἁρμονίαν δείξω τοῦ μυστηρίου πρὸς τὴν ἀρχαίαν κατάστασιν. ἔπαθεν ὁ Χριστὸς μετ' ἰσημερίαν, καὶ τῇ παρασκευῇ ἔπαθεν, ὡς ἴσμεν, καὶ αἱ γραφαὶ μεμηνύκασι, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ κατὰ σελήνην τῆς παρασκευῆς συντρεχούσης. ἐν γὰρ τῷ πάσχα τῶν Ἰουδαίων ἔπαθε· τὸ δὲ πάσχα τῶν Ἰουδαίων τότε πάντας τοὺς χρόνους πρὸς τὸ πάθος συνήγαγε, καὶ ἰσημερίαν προλαμβάνουσαν, καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτην ἐνεστῶσαν, καὶ παρασκευὴν καὶ σάββατον καὶ κυριακὴν [a] συναρμοζόμενος. διὰ τί ταῦτα γέγονε, καὶ τίνος ἕνεκεν, ἤδη ὀφείλω λέγειν, καὶ ἑκάστου τῶν προκειμένων τὴν θεωρίαν ἀποδοῦναι, οὐκ ἀπὸ γλώττης ἐμῆς σχεδιαζομένου τοῦ λόγου, ἀλλ' ἀπὸ πιστῶν πραγμά-

[a] Forte συναρμοζόμενα.

A ventum ab optimis electi sunt, ad interpretationem Scripturarum, quæ tunc Hebraïcis exaratæ characteribus optimo in statu erant. Sane approbata tunc fuit illa interpretatio, & maledictiones ab omnibus Hebræis prolatæ sunt in eum qui hanc interpretationem mutaret. Has ideo Scripturas observamus; audientes Moysem dicentem: *In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum.* (Deut. 19. 15.) Non autem duorum, sed septuaginta duorum testium versionem libenter accipimus. Sed quamdiu Sapientes Judæorum superstites fuerunt, versio illa vim habuit; at post iniquum contra Servatorem perpetratum scelus, bona omnia apud Judæos exstincta sunt. Propheta est ille qui prædicat: *Ecce Dominus Sabaoth auferet a Jerusalem & a Judæa robustum &* (Isai. 3. 1.) B *robustam, robur panis & robur aquæ, gigantem & fortem & virum bellatorem, & judicem & prophetam, conjectorem & senem & sapientem architectum, & prudentem auditorem. Et statuam juvenes principes eorum, & illusores dominabuntur eis.* Hoc propheticum oraculum dejecit Judæorum multitudinem, ac prudentiâ nullâ, propheta nullo exsistente, qui salutaria doceat, sapientum suorum traditiones eliminarunt, ac demum leges periclitantur. Ut ergo Scripturas mutarunt, & sapientum illorum interpretationem contempserunt, proselyti cujusdam interpretationi fidem habentes, in contemtum tot virorum & maledictionum suarum, sic definitum Paschæ tempus perverterunt.

(Proselytum illum Aquilam interpretem intellige.)

2. Testes habemus sapientes Hebræos, ut C Philonem, Josephum & alios quosdam, qui in scriptis suis asseverant, non posse aliter accurate Pascha celebrari, quam post æquinoctium vernum. Definiuntque iidem sæpe, hanc rei seriem servari post quartam decimam lunam, uti sæpe dictum est. Hi vero, ut Judæi omnes norunt, post Servatoris passionem fuerunt, multoque postea tempore vixerunt. Itaque palam est Servatorem in Paschate Judæorum passum esse post æquinoctium. Jam ergo Sapientum testimonio compertum habes, Judæos, nunc rejectos, ab initio post æquinoctium quarta decima luna Pascha agni celebrasse. Stet hoc interim firmum, ut hinc susceptum argumentum stabiliatur. Nunc tamen Judæi Pascha post æquinoctium indifferenter celebrant, nisi intercedat mensis embolismus, quo casu vel inviti post D æquinoctium illud differunt: id autem non secundum scopum, sed casu accidit. Nunc porro, hoc nempe tempore, ante æquinoctium id faciunt, & a sapientibus Judæis ut transgressores unctionis reprehenduntur. Nos porro vim mysterii inviolabilem habemus. Tempus enim quo passus est Servator non ignoratur. Nam commentaria sub Pilato edita definitum Paschæ tempus continent. Narratur enim octavo Kalendas Aprilis passum esse Servatorem. Hoc vero definitum tempus post æquinoctium est, ut periti norunt. Hanc regulam tene, ut videas Christum hoc definito tempore passum esse, & rei gnarus semper Pascha post æquinoctium celebres, Christum imitans, hæreticorum prævaricatio- E nem fugias, & temporum rationes quæras. Jam conabor hanc temporis rationem enumerare, ut ostendam mysterii consensum cum veteri norma. Passus est Christus post æquinoctium in Parasceve, ut novimus, & ut Scripturæ referunt; Parasceve tunc concurrente cum quarta decima luna. Nam in Judæorum Paschate passus est. Pascha vero Judæorum tunc omnia tempora quæ ad passionem pertinent complectebatur, æquinoctium quod jam præterierat, quartam decimam lunam currentem, Parasceven, Sabbatum, Dominicam. Cur hæc ita facta sint jam dicendum; & singula, quæ proposita sunt, fideliter explicanda, non ex meo arbitrio; sed

ex ipso rerum ordine. Quod enim æquinoctium, primum tempus præcesserit, id ex Dei creatione palam est. Primum namque mensem quærimus per primum tempus: primum vero tempus initium habeat oportet a prima die pariterque a prima nocte. Nullum enim aliud initium primo tempori competit, quam illud quod dictum est. Oportebat enim creationem fieri ante futurum tempus, & cum dies & nox jam adessent, illarum existentiam jam æqualiter definiri; deinde vero ex motu inæqualitatem exsurgere. Nam si motus inæqualitatem habuit, in creatione oportuit æqualitatem demonstrari. Id autem volo ex Scriptura explicare. *In principio*, inquit, *fecit Deus cælum & terram.* Hinc subdit, tenebræ erant, & lux nondum erat. *Et dixit Deus: Fiat lux; & facta est lux. Et divisit Deus inter lucem & tenebras, & vocavit Deus lucem diem, & tenebras vocavit noctem.* Habes primam diem & primam noctem. Quid enim? Quomodo divisit Deus inter lucem & inter tenebras, quas constituit esse noctem? Nam illud, *inter*, duos ponit terminos. Quia enim omnia quæ creavit Deus, in determinata creavit natura, ex consequenti primam diem & primam noctem in determinata & æquali circumscriptione produxit, & cum mensuram perfecisset, vidit illa optime se habere. Deinde, ut jam dixi, ex motu permisit inæqualitatem oriri. Si ergo primus status in æqualitate constitit, æquinoctium primi temporis principium fuit, ut demonstratum est. Deinde post æquinoctium, hic animum adhibe, quarta die fit sol & luna: æqualitatem æquinoctii faciunt luminaria. Sexta die format hominem, ac septima quiescit ab omnibus operibus. Sequenti, quæ est prima, universum jam perfectum suo ordine ferri sinit. Hæc observa & memoria retine, ut dicta explorare possis. Sic Deus hominem fecit, &, ut bonus est, talem & tantum fecit hominem. Ne enim pravitatem ejus, sed primum ejus statum respicias: nam ad imaginem suam fecit illum. Atque ut ostenderet ejus naturam cum stellis concertare, declarat ipsum nudum positum fuisse in paradiso, amictu non egentem. Nondum enim talem aspectum contumelia fœdaverat, ut tegumento opus haberet homo. Verum Scriptura testificatur Deum fecisse hominem, & posuisse illum in paradiso: atque illos nudos fuisse, nec erubuisse. Sed quemadmodum sol & luna nuditate sua splendent & ornantur; sic & hi permissi sunt suo decore splendere. Cum ergo tantum illi beneficium contulisset Deus, illumque in paradisi deliciis constituisset, muneraque sua illi abunde tribuisset, sensum ab eo, ut justum erat, requirebat, docuitque illum ut obedientia gratiam rependeret. Quia vero vidit fieri non posse, ut ille donum servaret, nisi ad Deum datorem confugeret ipsumque honoraret, legem illi præscripsit naturæ custodem, ut ex memoria & ope legislatoris, quasi bonis quibusdam pharmacis custodiretur: immortalitatemque ipsi, si legem servaret, promisit, mortem vero minatus est prævaricanti. Sed his ita gestis, illa acciderunt quæ nota sunt: invidia quippe diaboli suadente, ut legem transgrederetur homo, corruptibilis est effectus, ejiciturque extra paradisum: ac deinceps auctus prole, brutorum vitam duxit, atque impietatis & lasciviæ receptaculum factus est. Ideoque Prophetæ clamabant, de illius prisca
Ps. 48. 13. dignitate, & de postrema turpitudine: *Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus & similis factus est illis.* Hæc cum ita se haberent, & humana pereunte natura, volens unigenitus Dei Filius cum paterno placito hominem reducere, illumque ab impendente ultione eripere, tempus & modum auxilii excogitat; tempus, ut opportune ad medelam adsit; modum, qui ad purgandum &

A τῶν πιστοῦ δεικνυμένου τοῦ λόγου. ὅτι μὲν γὰρ ἡ ἰσημερία προέστηκε τοῦ ἀληθῶς πρώτου χρόνου, τοῦτο δῆλον ἐπὶ τῆς τοῦ θεοῦ δημιουργίας ἐστί. πρῶτον μὲν γὰρ μῆνα ζητοῦμεν διὰ τὸν πρῶτον χρόνον· ὁ δὲ πρῶτος χρόνος ἀρχὴν ὀφείλει ἔχειν τὴν πρώτην ἡμέραν καὶ νύκτα ἐν ἴσῳ διαταχθεῖσαν. οὐδὲ γὰρ ἄλλη ἥρμοσεν ἀρχὴ τῷ πρώτῳ χρόνῳ, ἢ ἰσότης τῶν εἰρημένων. ἔδει γὰρ δημιουργεῖσθαι μέλλοντος χρόνου, καὶ ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἄρτι παραγινομένων, τὰς ὑπάρξεις τούτων ὡρισμένας δειχθῆναι ἐν ἴσῳ· εἶθ' οὕτω τῇ κινήσει τὴν ἀνωμαλίαν ἐπιτραπῆναι. εἰ γὰρ ἡ κίνησις τὸ ἀνώμαλον ἔχεν, ἡ δημιουργία ὤφειλε τὴν ἰσότητα δεῖξαι. ὅμως δὲ βούλομαι τοῦτο ἐκ τῆς γραφῆς παραστῆσαι. ἐν ἀρχῇ, φησιν, ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. εἶτα ἐπάγει, ὅτι σκότος ἦν, καὶ φῶς οὐδέπω ἦν. καὶ εἶπεν ὁ θεός, γενηθήτω φῶς, καὶ
B ἐγένετο φῶς. καὶ διεχώρισεν ὁ θεὸς ἀνὰ μέσον τοῦ φωτὸς, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους· καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα. ἔχεις πρώτην ἡμέραν καὶ πρώτην νύκτα. τί γάρ; πῶς εἶπεν ὅτι καὶ διεχώρισεν ὁ θεὸς ἀνὰ μέσον τοῦ φωτὸς, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους, ὃ διέταξεν εἰς νύκτα; τὸ γὰρ ἀνὰ μέσον εἰς τὰ δύο ἄκρα ποιεῖ. ἐπειδὴ γὰρ πάντα, ὅσα ἐδημιούργει ὁ θεὸς, ἐν ὡρισμένῃ ἐδημιούργει φύσει, εἰκότως καὶ ἡμέραν καὶ νύκτα τὰς πρώτας ἐν ὡρισμένῃ καὶ ἴσως ἐχούσῃ παρῆγε περιγραφῇ, καὶ ἀπαρτίσας τὸ μέτρον, ἑώρα κάλλιστα ἔχειν· εἶθ' οὕτως, καθὰ ἤδη φθάσας εἶπον, τῇ κινήσει λοιπὸν ἀφῆκε τὴν ἀνωμαλίαν ἐργάζεσθαι. εἰ μέντοι πρώτη στάσις ἐν ἴσῳ, γέγονε τοίνυν ἡ ἰσημερία ἀρχὴ τοῦ χρόνου τοῦ πρώτου, ὡς ἀποδέδεικται. εἶτα μετὰ ἰσημερίαν, σκόπει ὃ λέγω, τετάρτῃ ἡμέρᾳ γίνεται ἥλιος καὶ σελήνη. ἰσότης ἰσημερίας εἰσὶν οἱ φωστῆρες. ἕκτῃ
C ἡμέρᾳ πλάττει τὸν ἄνθρωπον· καὶ ἔπειτα τῇ ἑβδόμῃ καταπαύει ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων. τῇ ἐπιούσῃ, ἥτις ἐστὶν καὶ πρώτη, οἷα τελειωθὲν λοιπὸν τὸ σύμπαν ἀφῆκεν ἐν τάξει φέρεσθαι. τήρει δὴ γὰρ τούτων τηρουμένων καὶ τῆς σῆς μνήμης παραστάσης εὐδοκιμῆσαι τὸν ἑρμηνεύοντα λόγον. ἐποίησεν οὕτω τὸν ἄνθρωπον ὁ θεὸς, καὶ ὡς θεὸς ἀγαθὸς τοσοῦτον καὶ τηλικοῦτον ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον. μὴ γὰρ ὅρα αὐτοῦ τὴν ἀβελτηρίαν, ἀλλὰ τὴν πρώτην φαντάζου κατάστασιν. καὶ γὰρ κατ' εἰκόνα αὐτὸν ἑαυτοῦ ἐποίησε. καὶ ἵνα δείξῃ αὐτοῦ τὴν φύσιν τοῖς ἄστροις ἁμιλλωμένην, ἐμφαίνει ὅτι καὶ γυμνὸν ἔθηκεν ἐν τῷ παραδείσῳ στολῆς οὐ χρήζοντα. οὐδέπω γὰρ ὕβρις συνεληλύθει τῇ ὄψει, ἵνα καὶ σκέπης δέηται ἄνθρωπος. ἀλλ' ἡ γραφὴ μαρτυρεῖ, ὅτι ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον, καὶ
D ἔθετο αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ, καὶ ὅτι γυμνοὶ ἦσαν, καὶ οὐκ ᾐσχύνοντο. ἀλλ' ὥσπερ ἥλιος καὶ σελήνη τῇ ἑαυτῶν γυμνώσει ἐγκαλλωπίζονται, οὕτω δὴ καὶ οὗτοι ἠφείθησαν τῇ φυσικῇ εὐπρεπείᾳ ἐνωραΐζεσθαι. τοσαύτην οὖν εὐεργεσίαν εἰς τοῦτον εἰσενεγκάμενος ὁ θεὸς, καὶ ἀβροδίαιτον αὐτὸν ἐν παραδείσῳ καταστησάμενος, τῶν τε χαρίτων πλουσίως αὐτῷ μεταδοὺς, καὶ τὴν αὐτοῦ αἴσθησιν κατὰ τὸ δίκαιον ἐπεζήτει, καὶ ὑπακοῇ τιμᾶσθαι τὴν χάριν ἐδίδαξε. καὶ ἐπειδὴ εἶδεν ὁ θεὸς, ὅτι ἀδύνατον αὐτῷ συμφυλαχθῆναι τὴν δωρεὰν, εἰ μὴ καταφυγῇ καὶ τιμῇ τῇ πρὸς τὸν δεδωκότα θεὸν, νόμον αὐτῷ φρουρὸν ὁρίζει τῆς φύσεως, ἵνα μνήμῃ καὶ βοηθείᾳ τοῦ νομοθέτου, οἷα ἀγαθοῖς τισὶ φαρμάκοις φυλάττηται· καὶ ἀθανασίαν μὲν αὐτῷ τηρουμένου τοῦ νόμου κατεπαγγέλλεται, θάνατον δὲ παραβάντος. ἀλλὰ τούτων οὕτως ἐχόντων γέ-
E γονε τὰ γενόμενα, καὶ φθόνῳ τοῦ διαβόλου πεισθεὶς παραβῆναι τὸν νόμον ὁ ἄνθρωπος, φθαρτὸς γίνεται, καὶ ἔξω τίθεται τοῦ παραδείσου· καὶ λοιπὸν εἰς πλῆθος δοὺς, βίον τε κτηνώδη ἔζη, καὶ ἀθεΐας τε καὶ ἀκολασίας δοχεῖον ἐγίνετο. καὶ διὰ τοῦτο προφῆται ἐβόων, καὶ περὶ τῆς προτέρας αὐτοῦ ἀξίας, καὶ μετὰ ταῦτα ἀναξιότητος· ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν, οὐ συνῆκε· παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. τούτων δὴ οὕτως ἐχόντων καὶ ἀπολλυμένης τῆς φύσεως, βουληθεὶς ὁ μονογενὴς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ σὺν πατρικῇ γνώμῃ ἐπαναγαγεῖν τὸν ἄνθρωπον, καὶ τῆς ἐπηρτημένης δίκης ἐξαρπάζειν αὐτὸν, καιρὸν τῆς βοηθείας καὶ τρόπον ἐπινοεῖ· καιρὸν μὲν ἵν' εὔκαιρος ἐπιστῇ πρὸς τὴν ἴασιν· τρόπον δὲ, ἵνα καταλλη-

λος αὐτὸς πρὸς τὴν ἐκκαθάρσεως ἀποκατάστασιν γίνηται· καὶ δὴ γενόμενος ἄνθρωπος, μετὰ τοῦ μεῖναι θεὸς, τὸ παγκόσμιον πάθος ὑπέμεινεν. εἶπον πολλάκις περὶ τούτου τοῦ θύματος. πολλὰ ἔλεγον πρῴην, ἐξ αὐτῶν τῶν Ἰουδαίων πρὸς Ἰουδαίους, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν Ἑλλήνων πρὸς Ἕλληνας τὰς ἀποδείξεις ποιούμενος, καὶ ἀποτρόπαιον τοῦτο τὸ σφάγιον καὶ καθαιρετικὸν καὶ δαιμόνων καὶ κινδύνων, καὶ ἐχθρῶν καὶ πάσης αἰσχρότητος τοῖς πράγμασιν ἐμφαίνων· ἵνα μὴ πάλιν τὸν πρὸς ἐκείνους ἄρτι ἀναλαβὼν λόγον, ἐμποδίσω ἐμαυτὸν πρὸς τὸν προκείμενον τοῦ λόγου εἱρμόν. ἐπειδὴ οὖν ἠβουλήθη ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ ἀνάστασιν τῷ ἐκπεπτωκότι ἀνθρώπῳ πορίσασθαι, καὶ ἀνανεώσασθαι τοῦτον, καὶ τῷ πάθει τῷ ἰδίῳ ἐπὶ τὸν πρῶτον ἀνακτίσαι τρόπον, βλέπε τί πράττει. ἐπειδὴ αὐτὸς ἦν τοῦ πρώτου δημιουργὸς, ἔμελλεν αὐτοῦ καὶ πεσόντος εἶναι θεραπευτὴς ἐπὶ διορθώσει ὅλης τῆς φύσεως· προστάττει μὲν τῷ πάθει ἑαυτὸν, ὅλον δὲ χρόνον παραλαμβάνει πρὸς ἀνανέωσιν, ὅνπερ καὶ πρὸς τὴν κτίσιν παρειλήφει· ἵνα καὶ τὸ τέλος τῇ ἀρχῇ σύμφωνον φανῇ, καὶ ὁ τρόπος τοῦ δημιουργοῦ ὁ αὐτός. ἠβουλήθη γὰρ, ἐπείπερ καὶ χρόνον καθαρώτατον ὑπεστήσατο ἐπὶ τῇ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου πλάσει, οὗτος δὲ ὁ πρῶτος χρόνος ἐμολύνθη διὰ τῆς παραβάσεως σὺν αὐτῷ τῷ παραβάντι φθαρεὶς, καὶ μεμολυμμένον λοιπὸν τὸν ἑξῆς αἰῶνα ἀπέδειξεν, αὐτὸν τὸν πρῶτον χρόνον ἐπὶ τῷ κατορθώματι τοῦ ἀνθρώπου παρείληφεν· ἵνα σὺν τούτῳ τῇ ἐκ τοῦ πάθους καθάρσει καὶ τὸν ἑξῆς αἰῶνα ἐκ κορυφῆς καθαρώτερον ἀποφήνειεν, ἵνα ἐν ταυτῷ τὰ πάντα δείξειε, καὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου ἀνανέωσιν, καὶ τὴν τοῦ αἰῶνος καθαρότητα, καὶ τὸν διορθωτὴν καὶ δημιουργὸν τῆς φύσεως ἐξ αὐτῶν τῶν χρονικῶν συμβόλων σαφῶς ἀποδείξειε.

Τίς οὖν ὁ πρῶτος χρόνος; τίς ἡ κορυφὴ χρόνου τοῦ πρώτου; ἰσημερία, ἀδελφὲ, ὡς ἐδείξαμεν, ἡμέρας καὶ νύκτας ἴσα τμήματα ἀπαιτοῦντες, καὶ ἰσημερία ἐαρινή· ὅθεν ὁ τοῦ ἔαρος ἐξ αὐτῆς τῆς κατὰ τὴν ἱστορίαν ἀκολουθίας. ἱστορεῖ γοῦν ὁ Μωϋσῆς, ὅτι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐκέλευσεν ὁ θεὸς τὰ ἄνθη καὶ τὰ δένδρα καὶ τὰς βοτάνας γενέσθαι· ἔαρος δὲ σύμβολα ταῦτα, τὰ συμφωνοῦντα τῇ τέχνῃ, ὁδῷ καὶ τάξει τοῦ θεοῦ τὰ πάντα κτίζοντος. ἐπειδὴ οὖν πρώτη δημιουργία τοῦ ἀνθρώπου μετ' ἰσημερίαν ἐγένετο ἕκτῃ τῆς ἰσημερίας ἡμέρᾳ· τῇ γὰρ παρασκευῇ ἐκτίσθη ὁ ἄνθρωπος, τὸ δὲ τῆς σελήνης πλησιφαὲς καὶ αὐτὸ μετ' ἰσημερίαν ἐδημιουργήθη τετάρτῃ ἡμέρᾳ, διάπτωσις δὲ ἐξ ἁμαρτίας τοῦ ἀνθρώπου ἐγένετο, διὰ τοῦτο τὴν διόρθωσιν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀνανέωσιν ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν κτίσιν αὐτοῦ προθεσμίας ἀναλαμβάνει, καὶ ἰσημερίαν, καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτην τὴν μετ' ἰσημερίαν, καὶ ἡμέραν ἕκτην συναγαγὼν, ἵνα διὰ πασῶν προθεσμιῶν τὴν τοῦ παθόντος ἀνάστασιν δείξει, καὶ τῆς φύσεως ἀνανέωσιν τε καὶ ἀνακεφαλαίωσιν. διὰ τοῦτο ὁ ἀπόστολος ταύτην τὴν ἀνακεφαλαίωσιν ἐμφαίνων ὑπὸ τοῦ θεοῦ γινομένην ἔλεγεν· ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ φρονήσει γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ, κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ, ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν, ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς. ὁρᾷς πῶς ἀνακεφαλαίωσιν τῶν ἐπὶ γῆς λέγει πρὸς τὰ οὐράνια; ἐκπτώσεως δὲ τοῦ ἀνθρώπου γενομένης καὶ διαμερισμοῦ ἀπὸ τῆς εὐσεβείας τῶν οὐρανίων ἀγγέλων, εἰς ταύτην ἐπανάγειν διὰ τοῦ πάθους [a] τὴν ἔρωσιν ἡμᾶς προμηθούμενος, τί ἄλλο, ἢ ἀνακεφαλαίωσιν ἀγαθῶν πραγματεύεται; διὸ καὶ τοὺς χρόνους τῆς δημιουργίας ἐπὶ τῇ διορθώσει παραλαμβάνει, καὶ μυστήριον ἔχεις ἀκοῦσαι μέγιστον. ἐπειδὴ γὰρ δυσχερῶς οὗτοι οἱ χρόνοι συμπίπτουσι κατὰ τὸν πρῶτον τρόπον εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἑβδομάδα, πρόσεχε ὅτι ἡ πρώτη ἑβδομὰς ἐκείνη κατὰ τὴν δημιουργίαν, φημὶ, ἐν αὐτῇ εἶχε τὴν μὲν ἰσημερίαν ἐν ἀρχῇ, ἔπειτα τὴν πλησιφαῆ σελήνην κατὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν ὑφεστῶσαν, καὶ τὴν ἕκτην εὐθέως, ἐν ᾗ ἐπλάσθη ὁ ἄνθρωπος· οὐ μὴν ἀεὶ τοῦτο συμβαίνειν δύναται κατὰ τὴν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἑβδομάδα, ἐπειδὴ δυσχερὲς ἦν καὶ δυσπόριστον ἐν μιᾷ ἑβδομάδι κατὰ τὴν πρώτην δημιουργίαν ταύτας

A restituendum illum esset idoneus. Factus igitur homo, Deusque manens, pro toto mundo passus est. De hoc sæpe sacrificio loquutus sum. Multa nuper dicebam, ex ipsis Judæis adducta contra Judæos, & ex Gentilibus contra Gentiles, argumenta sumendo; & hanc necem dæmonas avertisse & profligasse, necnon pericula etiam; hostes & omnem turpitudinem ejecisse, ex rebus ipsis demonstravi; neque ultra contra illos agam, ne propositæ rei seriem interpellem. Cum vellet igitur unigenitus Filius Dei resurrectionem lapso homini largiri, illumque renovare, & passione sua in pristinum modum restituere, vide quid fecerit. Quia ipse erat primi hominis Creator, ejus etiam lapsi restaurator futurus erat, ad emendationem totius naturæ: sese qui- B dem passioni offert; totum vero tempus accipit ad renovationem, quod ad creationem acceperat, ut finis principio consentaneus appareret, & modus in Creatore idem esset. Volebat enim, quia tempus purissimum in formatione primi hominis delegerat; hoc vero tempus pollutum fuerat per prævaricationem; cum ipso etiam prævaricatore, & pollutum sequens sæculum apparebat, ipsum primum tempus in reparatione hominis assumere; ut cum ipso homine per purgationem ex passione partam sequens sæculum a capite purius exhiberet; quo in eadem ipsa re omnia ostenderet, & hominis renovationem, & sæculi puritatem: & reparatorem creatoremque naturæ, ex ipsis temporum C symbolis clare demonstraret.

3. Quod est ergo primum tempus? Quod caput primi temporis? Æquinoctium, frater, ut ostendimus, cum dies & noctes, æquales sectiones exquisivimus; & æquinoctium vernum: tempus enim vernum est ex historiæ serie. Narrat quippe Moyses, tertia die jussisse Deum flores & arbores & plantas fieri. Veris hæc symbola, consona sunt arti, viæ, & ordini Dei cuncta creantis. Quia ergo prima creatio hominis post æquinoctium facta est, sexta æquinoctii die; nam in parasceve creatus est homo; luna vero plena post æquinoctium creata est quarta die, lapsusque hominis per peccatum accidit; ideo emendationem ejus & renovationem, tempore a creatione ejus definito D assumit, æquinoctium & decimam quartam post æquinoctium, diemque sextam simul conferens; ut his omnibus statutis temporibus, ejus qui passus est resurrectionem ostenderet, atque naturæ renovationem & restaurationem. Ideo Apostolus hanc restaurationem a Deo factam declarans dicebat: *In omni sapientia & prudentia: ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum ejus quod proposuit in eo, in dispensationem plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cælis, & quæ in terra sunt.* Eph. 1. 8. Vides quomodo restaurationem eorum quæ sunt in terra dicat una cum cælestibus? Lapsu autem hominis incidente, & separatione a pietate cælestium Angelorum, cupiens nos per passionem ad hanc unitatem reducere, E quid aliud operatur, quam restaurationem bonorum? Ideoque tempora creationis ad reparationem assumit: ac mysterium maximum audire poteris. Quia enim hæc tempora difficile concurrere possunt secundum priorem modum in unam & eamdem hebdomadam; consideres velim priorem illam hebdomadam, in creatione dico, æquinoctium in principio in se habuisse, deindeque quarta die plenam lunam, & paulo post sextam diem, in qua formatus est homo: illa vero non possunt semper contingere in una eademque hebdomada. Quia ergo difficile erat, ut, quemadmodum in prima creatio-

a τὴν ἔρωσιν, vitiatum est, nisi sit ab imperito Scriptore profectum. Opinatur Savil. legendum τὴν ἔγερσιν. Forte melius ἕνωσιν.

ne, hæ omnes temporum rationes in unum cogerentur, horum tamen concursu ad passionis œconomiam Servator usus est, ut propositam restaurationem exhiberet. Ideoque cum sæpe a Judæis quæsitus fuisset ut interficeretur, quod nondum concursus ille temporum accideret, aufugit. Legis quippe in Evangeliis, voluisse Judæos illum comprehendere; sed ipsum recessisse; illos vero, qui mysterium ignorabant, ex metu factum putavisse. Non erat autem metus, sed concursus temporum observatio. Cum porro Filius Dei temporum notas collegisset, cum hebdomadam hanc ad illam creationis concinnasset, atque æquinoctium, plenam lunam & parasceven, in qua passurus & renovationem facturus erat, concurrere deprehendisset, tunc sese ad patiendum tradidit. Elevatis autem oculis in cælum dixit: *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut & Filius tuus clarificet te:* & discipulis suis: *Venit hora ut clarificetur Filius hominis.* Sic curavit unigenitus Filius Dei, omnia illa priora tempora, quibus formatus homo lapsus est, coadunare ad ejus reparationem & apostolicam renovationem naturæ subire; eo quod huic rei necessarius esset temporum concursus. Ideo in passione æquinoctium, ut caput temporis observatur. Nam ante illud æquinoctium, antequam dies esset, tenebræ erant: neque dignum illo fuisset tenebrarum tempore pati, & lapsum reparare, quia neque primus homo in tenebris, sed post lucem est editus; post æquinoctium autem dies superior est nocte. Oportebat ergo passionem, restaurandi causa factam, in tali concursu exhiberi, quo lux pietatis augenda erat, dum tenebræ impietatis minuerentur. Sed æquinoctium in passione observatum est ob restaurationem primi temporis; & Parasceve similiter, quia primus homo illa die formatus est: oportebat qua die formatus ceciderat, eadem emendari. Sabbatum vero ad quietem deputatum dicit Scriptura his verbis: *Et requievit Deus ab omnibus operibus suis die septimo, & sanctificavit illum.* Sic ergo Dominus, restauratione semel facta, postquam in Parasceve passus, omnia opera ad reparationem hominis lapsi consummasset, die septima requiescit, & manet in corde terræ, iis qui inferis erant libertatem donans passione partam. Et Dominus requiescit nunc ab omnibus operibus. Quia lapsus hominis ex prævaricatione apparuit, residuum opus Deo erat, quo illum reduceret: quod cum in passione fecisset, & hominem qui perierat renovasset: die sabbati paschalis requievit ab omnibus operibus, cum nullum restaret opus agendum ad operationem salutis nostræ. Sic autem & æquinoctium, & parasceven & sabbatum secundum priscam feriem observans, una sabbatorum resurrectionis lumen ostendit, idque ex temporis serie. Hæc enim rursum erat prima omnis temporis dies, quam & tunc sensibilis temporis lucem, ex consequenti nunc spiritualis suæ resurrectionis, jam olim constituerat. Cum vero hæc omnia observaverit in prima creatione, plenam scilicet lunam post æquinoctium, ut diximus; hinc aliud miraculum exsurgit, cujus causa id observatum est. Quia enim tenebræ futuræ erant in passione Servatoris, Græci vero dicunt ex luna subtus currente solis eclipses fieri; ne quis religionem Græca arte adoriretur, decima quarta luna assumta fuit, ut cum illa omnino plena, & solis cursui ex diametro opposita orta fuerit, miraculum nullo modo posset obscurari, cum hæc tanti sceleris ultio esse palam videretur, neque ad artem illam recurri posset. Propter hæc omnia Christus in passione veteres illas temporum notas servavit. Ideoque nos etiam illas servamus, ut osten-

Joan. 17. 1.

Joan. 12. 23

Gen. 2. 2.

A ὑφ' ἓν τὰς προθεσμίας συναγαγεῖν, ὥστε συνδρομῆς τούτων πρὸς τὴν τοῦ πάθους οἰκονομίαν ὁ σωτὴρ ἔχρηζεν, ἵνα τὴν προκειμένην ἀνακεφαλαίωσιν δείξειε· διὰ τοῦτο πολλάκις ζητούμενος ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἀναιρεθῆναι, μήπω τῆς συνδρομῆς τῶν χρόνων ἐκπεπτωκυίας, ὑπέφυγε. καὶ ἔχεις ἐν τοῖς εὐαγγελίοις, ὅτι ἠθέλησαν αὐτὸν συλλαβεῖν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ὁ σωτὴρ ἀνεχώρησε. καὶ τοῦτο οἱ ἀμαθεῖς τὸ μυστήριον δειλίαν ἐνόμισαν. οὐκ ἦν δὲ δειλία, ἀλλὰ τῆς συνδρομῆς τῶν προθεσμιῶν ἐπιτήρησις. ὅτε μέντοι συνήγαγεν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοὺς χρόνους, ὅτε τὴν ἑβδομάδα πρὸς τὴν ἀρχαίαν δημιουργίαν ἥρμοσε, καὶ ἰσημερία καὶ πλησιφαὴς σελήνη καὶ ἡ παρασκευὴ, ἐν ᾗ ἔδει παθεῖν, τὴν ἀνανέωσιν δειχθῆναι σύνδρομον, τὸ τηνικαῦτα ἐπιδίδωσι μὲν ἑαυτὸν τῷ πάθει. B ἐπάρας δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν εἶπε, πάτερ, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα· δόξασόν σου τὸν υἱὸν, ἵνα καὶ ὁ υἱός σου δοξάσῃ σε· καὶ πρὸς τοὺς μαθητὰς, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. οὕτως ἐπιμελὲς γέγονε τῷ μονογενεῖ υἱῷ τοῦ θεοῦ, πάντας τοὺς χρόνους τοὺς πρώτους, καθ' οὓς πλασθεὶς διέπεσεν ὁ ἄνθρωπος, συναγαγεῖν ἐπὶ τῇ διορθώσει αὐτοῦ, καὶ τὴν [a] ἀποστολικὴν ἀνανέωσιν τῆς φύσεως ὑποβῆναι, αὐτῆς τῆς συμβουλῆς τῶν προθεσμιῶν ἀναγκαίας οὔσης τῷ πράγματι. διὰ τοῦτο ἐπὶ τῷ πάθει καὶ ἰσημερία, οἷα κορυφὴ τοῦ χρόνου, τηρεῖται. πρὸ μὲν γὰρ ταύτης τῆς ἰσημερίας, πρὸ τοῦ ἡμέραν γενέσθαι, ἦν σκότος· καὶ οὐκ ἦν ἄξιον ἐν τῷ τόπῳ τοῦ σκότους τὸ πάσχειν ποιεῖν καὶ διορθοῦσθαι τὸ πτῶμα, ὅτι μηδὲ ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐν τῷ σκότει, ἀλλὰ μετὰ τὸ φῶς πλεονάζει· μετ' ἰσημε- C ρίαν δὲ ἐπικρατεῖ τῆς νυκτός. ἔδει οὖν καὶ τὸ ἐπὶ διορθώσει πάθος γινόμενον ἐν τοιαύτῃ καταστάσει δειχθῆναι, ἐν ᾗ τὸ φῶς τῆς εὐλαβείας ἔμελλεν αὔξειν, τοῦ σκότους μειουμένου τῆς ἀσεβείας. ἀλλ' ἡ μὲν ἰσημερία ἐπὶ τῷ πάθει τετήρηται διὰ τὴν ἀνακεφαλαίωσιν τοῦ πρώτου χρόνου· ἡ δὲ παρασκευὴ ὡσαύτως, ἐπειδὴ ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐν ταύτῃ ἐπλάσθη· καὶ ἐχρῆν ἐν ᾗ πλασθεὶς διέπεσεν, ἐν ταύτῃ αὐτὸν καὶ διορθωθῆναι. τὸ δὲ σάββατον ἡ γραφὴ πρὸς ἀνάπαυσιν, οὑτωσὶ λέγουσα· καὶ κατέπαυσεν ὁ θεὸς ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ, καὶ ἡγίασεν αὐτήν. οὕτως οὖν καὶ ὁ κύριος ἅπαξ τὴν ἀνακεφαλαίωσιν ἐργασάμενος, τῇ παρασκευῇ παθὼν καὶ τελέσας τὰ ὑπὲρ τοῦ πεπτωκότος ἀνθρώπου τῆς διορθώσεως ἔργα, τῇ ἑβδόμῃ καταπαύει καὶ D διαμένει ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς, τοῖς ἐν ᾅδου λοιπὸν δωρησάμενος τὴν ἐκ τοῦ πάθους ἐλευθερίαν. καὶ ὅτι κύριος καταπαύει νῦν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων. ἐπειδὴ διάπτωσις τοῦ ἀνθρώπου ἐκ τῆς παραβάσεως ὤφθη, ὑπελείπετο πάλιν ἔργον τῷ θεῷ, ὃ ἔμελλε κατορθῶν ἐπανάγειν. τοῦτο δὲ ἐπὶ τῷ πάθει ποιήσας καὶ ἀνασωσάμενος τὸν ἀπολωλότα ἄνθρωπον, ὃν ἔσωσε, τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κατὰ τὸ πάσχα σαββάτου κατέπαυσεν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων, μηδενὸς ἐπιλειπομένου ἔτι ἔργου πρὸς ἐργασίαν τοῦ ἡμῶν σωτηρίου. οὕτω δὲ καὶ ἰσημερίαν, καὶ παρασκευὴν, καὶ σάββατον κατὰ τὴν ἀρχαίαν τηρήσας ἐπὶ τῷ πάθει ἀκολουθίαν, τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων ἐπιδείκνυσι τῆς ἀναστάσεως τὸ φῶς· καὶ τοῦτο τῷ τοῦ χρόνου εἱρμῷ. αὕτη γὰρ ἦν πάλιν πρώτη τοῦ παντὸς χρόνου ἡμέρα, ἣν καὶ τότε τοῦ αἰσθητοῦ τὸ φῶς ἀρχὴν καὶ νῦν ἀκολούθως τὸ τῆς ἀναστάσεως νοητοῦ ἀρχαῖον προεστήσατο. ταῦτα δὲ πάντα τηρήσας E κατὰ τὴν πρώτην δημιουργίαν, καὶ τὴν πλησιφαῆ σελήνην, ὡς ἔφαμεν, κατ' ἐκείνην μετ' ἰσημερίαν ἐτήρησεν. ἔχει δέ τι καὶ αὐτὴ ἕτερον θαῦμα, δι' ὃ τετήρηται. ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε σκότος γίνεσθαι ἐπὶ τῷ τοῦ σωτῆρος πάθει, Ἕλληνες δὲ καθ' ὑποδρομὴν σελήνης ἡλίου ἐκλείψεις φασὶν, ἵνα μή τις τὴν θεοσέβειαν τέχνῃ Ἑλληνικῇ διακρούσηται, τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ κατὰ σελήνην παρείληπται, ὡς ἂν, πλησιφαοῦς αὐτῆς ὡς ἐν πλάτει οὔσης κατὰ τὸ πάθος, καὶ κατὰ διάμετρον τῷ ἡλιακῷ ἀντανατελλούσης δρόμῳ, ἀνεπισκίαστον ὤφθη τὸ θαῦμα, δίκης κατὰ τὸ ἄγος, οὐ τέχνης ἐμφαινομένης. διὰ ταῦτα πάντα τὰς ἀρχαίας ἐπὶ τῷ νέῳ πάθει προθεσμίας ἐτήρησεν ὁ Χριστός· διὰ τοῦτο δὴ καὶ ἡμεῖς

[a] ἀποστολικὴν, vox suspecta.

τηροῦμεν πάντας τοὺς χρόνους, εἰς ἔνδειξιν τῶν μυστηριωδῶν λογισμῶν τὸ μίμημα περιέποντες. ἀλλ᾽ ὁ μὲν σωτὴρ τὸ ἀληθινὸν ἐκτελῶν πάσχα ὑπὲρ τοῦ τῆς ἐπικρεμαμένης δίκης τοὺς πάντας ῥύσασθαι, εἰκότως, οἷα ἐπ᾽ ἀληθινῷ καὶ κυρίῳ πάσχα, πάντας τοὺς προειρημένους χρόνους μετὰ ἀκριβείας ἐν τῇ ἑβδομάδι κατὰ τὸ ἀρχαῖον συνήγαγεν, ἵνα τὴν ἀνακεφαλαίωσιν ἀκριβῶς ἐκτελέσῃ. ἡμεῖς δέ, ἐπεὶ μὴ δύναται οὕτω εἰς ἀεὶ συντρέχειν αἱ προθεσμίαι, μίμημα τοῦ ἀληθινοῦ πάσχα ποιοῦντες, ὅση δύναμις, τὸ μίμημα τῶν χρόνων περὶ τὸν τόπον συνάγομεν, ἀκριβῆ τὴν χρόνων κατάστασιν τῷ πρωτοτύπῳ πάσχα τοῦ σωτῆρος παραχωρήσαντες· ὅθεν ἅπαξ τυθέντος τοῦ μονογενοῦς καὶ πρὸς τὴν οἰκονομίαν ἀρκέσαντος, οὐκέτι ἄνθρωπος θύεται, ἀλλ᾽ ὁ σωτὴρ ἐπὶ τῷ πάθει γενόμενος τῆς κυριωτάτης θυσίας ἄρτον καὶ ποτήριον μίμημα δίδωσι, τὸ μέν, σῶμα ἴδιον, τὸ δέ, αἷμα ἀρρήτοις ἐπικλήσεσιν ἐκτελῶν, καὶ προστάττων ἐν τούτοις τοῖς τύποις τὸ πάσχα ποιεῖν.

Ἀκολούθως οὖν τῷ μιμήματι καὶ τοὺς χρόνους ἐν μιμήσει συνάγομεν, ὅση δύναμις, καὶ ἰσημερίαν καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτην κατὰ σελήνην καὶ τριήμερον περὶ τὸν τόπον ἀθροίζοντες, τὴν μὲν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἐξ ἀνάγκης κατὰ τὴν ἑβδομάδα, ὡς τὸ ἀρχαῖον διέδειξε, καὶ αὐτὴν τὴν τριήμερον· τὴν δὲ ἰσημερίαν περὶ τὸν χρόνον τοῦ πάσχα ὡς ἂν συνερχόμενοι. ὁ μὲν σωτὴρ τὸ κυριώτατον πάσχα ἐπιδειξάμενος, ἀποτρόπαιον τῶν ἐπηρτημένων ἡμῖν κακῶν καὶ δαιμόνων καὶ εἰδωλολατρείας καὶ πάσης λύμης ἀπέφηνε, καὶ ἐλευθέραν τὴν φύσιν ἡμῶν πρὸς τὴν τῆς μακαριότητος ἐπανάληψιν ἀπειργάσατο. ἐπειδὴ δὲ προσέταξεν ἐπὶ τῶν χρόνων καὶ τοῦ πάθους γενόμενος, καὶ ἡμᾶς τοῦτο μιμουμένους ποιεῖν ἐπὶ συμβόλοις οἷς ἔδωκε, φήσας, τοῦτο ποιεῖτε εἰς ἐμὴν ἀνάμνησιν, εἰκότως καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἀναμνήσεως μετ᾽ ἰσημερίαν γενόμενον, εἰς σωτηρίαν πάντων ἡμῶν καὶ ἀποτροπὴν τῶν ἐπιγινομένων κακῶν καὶ τῶν οὐρανίων χαρίτων μετάληψιν τὸν σωτῆρα μιμούμενοι τὸ πάσχα ἀνύομεν, ἐπὶ φανοτάτῃ φαιδρότητι τοῦ παντός. διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν τὴν τῶν αἱρετικῶν ἄγνοιαν καὶ τὴν τῶν Ἰουδαίων ἐπὶ τῷ τοῦ πάσχα μυστηρίῳ ἀποδυσάμεθα, παραλαμβάνοντες ἀεὶ πρὸς τοῦτο ἰσημερίαν, καὶ ζητοῦντες τὴν μετ᾽ ἰσημερίαν τεσσαρεσκαιδεκάτην, καὶ οὕτω παρασκευὴν καὶ σάββατον καὶ κυριακὴν τὴν τοῦ κυρίου ἐπώνυμον, καθὰ πολλάκις ἐρρέθη διὰ τὸ αὐτὸν τὸν κύριον ταύτας τὰς προθεσμίας τετηρηκέναι ἐπὶ τῷ δεῖξαι τὸ τοῦ προβάτου αἴνιγμα. ὃ δεῖ* ὁ νόμος πάσχα ἢ καλεῖ ἐπ᾽ αὐτοῦ τελεσθὲν δι᾽ ἱερέως ἀντεισαχθέντος. ὅρα γάρ, ἀδελφέ, τὴν ἀνάγκην τοῦ πράγματος εἰς δεῖξιν τῆς ἀληθείας. ἐκέλευσε Μωϋσῆς, πρώτῳ μηνί, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ σελήνης τὸ πρόβατον σφαγιάζεσθαι, ὃ δὴ τύπον τοῦ σωτῆρος οἱ προφῆται ἐβόων. ὅθεν δὴ καὶ παρέβαλον αὐτὸ τῷ σωτῆρι, καὶ ἔλεγον, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἔναντι τοῦ κείραντος αὐτὸν ἄφωνος· τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. διὸ θεασάμενος τοῦτον ὁ πρόδρομος Ἰωάννης ἐβόα, ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. ἐπεὶ οὖν ἀκόλουθον ἦν παρελθόντος τοῦ ἐναργοῦς παυθῆναι τὸν τύπον, οὐκ ἄλλην προθεσμίαν ἐν ἄλλῃ ᾔτησεν ὁ Χριστός, ἢ τὴν τοῦ προβάτου σφαγήν, ὡς ἂν τὴν ἀντεισαγωγὴν ἐπιδείξειε. διὰ τοῦτο συνάπτει μὲν πάντας τοὺς χρόνους, ὡς εἶπον, καὶ συντρέχει τῇ παρασκευῇ ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη· καὶ νόμου κελεύοντος πρὸς ἑσπέραν καὶ ἀνὰ μέσον τῶν ἑσπερινῶν τὸ πρόβατον σφάττεσθαι, καὶ ἡμέραν καὶ ὥραν τῆς σφαγῆς ἐπιτηρεῖ ὁ σωτήρ, ἡμέραν μὲν τὴν παρασκευήν, ἐν ᾗ ἐκτίσθη ὁ ἄνθρωπος, ὥραν δὲ ἐννάτην· καὶ περὶ αὐτὴν τὴν ἐννάτην ἐπὶ σταυροῦ ἀποπνεῖ. πρὸς ἑσπέραν μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ἑβδόμης ὥρας εἶναί φασι μετὰ τὴν ἕκτην· τὸ δέ, ἀνὰ μέσον τῶν ἑσπερινῶν, εἰ ἀπὸ ἑβδόμης ἄρξει, τὸ κέντρον τῆς ἐννάτης τετελεσμένον ἐστίν, ἐν ᾗ καὶ οἱ σοφοὶ τῶν Ἑβραίων ἱστοροῦσι τὸ πρόβατον θύεσθαι. ἐν ταύτῃ οὖν τῇ ὥρᾳ τῆς σφαγῆς τοῦ προβάτου κατὰ τὴν παρασκευὴν ὁ σωτὴρ ἀποδοὺς τὸ πνεῦμα, καὶ τὴν ἀντεισαγωγὴν τοῦ αἰνίγματος ἐπεδείξατο, καὶ τὴν ἀνακεφαλαίωσιν διὰ τῆς

A damus & imitemur illa mystica sensa. Sed Christus verum Pascha celebrans, ut omnes ab impendente ultione liberet, jure, utpote in vero & proprio Paschate, omnia prædicta tempora in hebdomada antiquo more collegit, ut restaurationem perficeret. Nos vero, quia prædicta tempora non possunt semper concurrere, ad imitationem veri Paschatis, quantum possumus, tempora illa colligimus, accuratam illam temporum constitutionem prototypo Paschati Servatoris concedentes. Certe cum Unigenitus semel immolatus sit, & id ad œconomiam satis fuerit; jam nullus homo immolatur, sed Servator in passione, ad proprii sacrificii imitatio-
B nem, panem & calicem dat, tum corpus, tum sanguinem arcanis nominibus offerens, jubensque in hac forma Pascha facere.

4. Hanc sequentes imitationem, tempora etiam imitando colligimus, quantum possumus, æquinoctium nempe, decimam quartam lunam & triduum colligentes; decimam quartam ex necessitate in hebdomada, ut mos antiquus docet, & ipsum triduum: æquinoctium vero circa tempus Paschæ, quo convenimus. Salvator quidem qui Pascha verissimum exhibuit, quod averteret impendentia mala, dæmonas, idololatriam, & omnem perniciem, liberam naturam nostram ad beatitudinis adeptionem effecit. Quoniam vero morti & temporibus illis proximus præcepit, ut nos idipsum imitaremur in symbolis ab ipso datis, dicens, *Hoc facite in meam comme-*
C *morationem*; jure singulis annis post æquinoctium id agimus, in omnium nostrûm salutem, ut avertamus impendentia mala, & cælestis gratiæ consortes simus, Servatorem imitantes Pascha perficimus cum lætitia & publice. Hac de causa hæreticorum necnon Judæorum ignorantiam circa Paschæ mysterium exuimus; semperque ad illud assumimus æquinoctium, quærimusque decimam quartam quæ post æquinoctium accidit, & una Parasceven, Sabbatum & Dominicam, quæ a Domino sic appellatur, ut sæpe dictum est, quia ipse Dominus hæc tempora observavit, ut ostenderet ænigma agni qui secundum legem in Paschate immolabatur, opportune inductum fuisse. Vide namque, frater, quam necessaria res fuit ad veritatis demonstrationem. Jussit Moyses primo mense, quarta decima luna, agnum immolari, quem figuram esse
D Servatoris Prophetæ clamabant: quare comparabant illum Servatori, & dicebant: *Quasi ovis ad occisionem ductus est, & quasi agnus coram tondente se sine voce. Livore ejus nos sanati sumus.* Ideo videns illum præcursor Joannes clamabat: *Ecce agnus Dei qui tollit peccatum mundi.* Quia igitur consequens erat, post rem clare gestam, cessare figuram, non aliud definitum tempus expetiit Christus, quam agni mactationem, ut aliud ejus loco allatum ostenderet. Ideo omnia colligit tempora, ut dixi, & concurrit cum parasceve decima quarta luna: lege-
E que præcipiente post vesperam & inter vespertinas horas jugulari agnum, & diem & horam occisionis servat Salvator; diem, parasceven, in qua creatus est homo; horam vero nonam; & circa illam horam nonam in cruce exspiravit. Vesperam enim a septima hora duci dicunt post sextam; illud enim *inter vespertina*, si a septima incipiatur, centrum perfectum habebit nonam, in qua dicunt sapientes Hebræi agnum mactari. In hac itaque hora mactationis agni in parasceve Servator, cum reddidit spiritum, loco ænigmatis veritatem induxit, & restaura-

Luc. 22. 19.

Isai. 53. 7.

Joan. 1. 29.

tionem per temporum concentum clare fecit. Et tam necessaria fuit illa inductio, ut in solennitate Paschæ non potuerint Judæi in festi honorem, scelus illud differre, quod certe alii fecissent: sed semel ad cædem sponte inhiantes, judicium habuere quod impetui suo opitularetur, nec reveriti sunt, ut inductio illa (in loco agni) manifestaretur. Servatur autem tibi ratio plenilunii quod in passione fuit: quia enim sol ob tantum contra Servatorem scelus obscurandus erat a sexta usque ad nonam horam, ut radios quasi oculos suos averteret, ne videret tantum facinus, plena luna in passione determinata est, ne crederent Græci solis exclipsim per concursum lunæ factum fuisse. Sed cum ipsa tantum distaret a sole, necessarium est confiteri, ab eo qui passus est, inductas fuisse tenebras a sexta hora secundum Evangeliorum vocem, quæ tenebræ in Salvatoris passione acciderunt, ut ipse prophetice olim clamabat, ait enim

Amos 8. 9. Amos: *Et erit in illa die, dicit Dominus, occidet sol in meridie, & obscurabitur in die lux.* Et quia futurum erat ut dies illa in lucem & tenebras divideretur, Zacharias rursus alius pro-

Zach. 14. 6. pheta dicit: *Et erit in die illa non erit lumen. Et dies illa nota Domino; non est dies neque nox, & ad vesperam erit lumen.* Et totam illam ancipitem facit per successionem tenebrarum & lucis. Ac quoniam Propheta clamabat, Obtenebrabitur sol in meridie, & quidam aliquando dubitaturi erant, num hoc vere accidisset Servatori, necne; jam ob oculos tuos signum magnum est, quo restitutionem videns quæstionem solvas. Quid ergo sequitur hodie, ut exhibeatur Dominica vox? Judæis minas intentans Amos ait, passionem dilecti Dei Servatoris objiciens,

Amos 8. 9. & eorum iniquitatem ipsi opponens: *Occidet sol in meridie, & obscurabitur in die lumen. Et convertam solennitates eorum in luctum, & omnia cantica eorum in planctum. Et adducam super omnem lumbum, saccum, & super omne caput calvitiem: & ponam eum ut luctum unigeniti, & qui cum ipso sunt, ut diem doloris.* Nam signa posuit, quod sol occideret in meridie, & conversionem solennitatum in planctum, & canticorum in luctum: & hæc omnia, inquit, Deus faciet propter dilectum suum. Talis, inquit, luctus erit, & talis ac tam necessaria ultio, qualem congruere existimabit dignitati dilecti contumelia affecti. Vide igitur annon ex passione Servatoris calamitates sequantur; annon solennitates eorum in luctum versæ fuerint, & cantica eorum in planctum; annon sol occiderit in meridie. Quod si conspicis magnum illud miraculum, quod in solennitate Paschæ crucifixus fuerit Christus, ideoque ultio solennitates converterit in luctum, Romanis invadentibus, Judæisque omnibus fugientibus; & in communem laqueum inciderit Jerusalem, idque in ipsis solennitatibus, ut narrat historia, Judæis gladio, igne & inutili gemitu absumtis; ita ut tot malis ipsos opprimentibus clare eveniat illa conversio festorum ipsorum in luctum, & canticorum in planctum; manifestum est, quod his ob oculos positis, sol occiderit in meridie. Hoc quippe jam dicta significant. Duorum ergo annorum spatio bellum Judæos absumsit, & usque ad hanc diem Judææ luctus extenditur. Ubi enim est templum? ubi sacerdotium? ubi regnum? ubi impetus illorum? ubi civitas legis? Omnia abierunt, omnia exstincta sunt, omnia a fundamentis sublata sunt: occidente sole, in luctum versi sunt. Quia ergo ista magnorum mysteriorum causâ facta sunt, quod Salvator passus esset; ideo & nos in singulis Paschæ festis, mysterii significationem renovare conantes, definita tempora colligimus quantum possumus, & decimam quartam assumimus, non solum ob

A τῶν χρόνων ἁρμονίας σαφῶς ἐποιήσατο. καὶ τοσαύτη ἦν ἡ ἀνάγκη τῆς ἀντεισαγωγῆς, ὥστε ἑορτῆς οὔσης τοῦ πάσχα οὐκ ἠδυνήθησαν Ἰουδαῖοι εἰς τιμὴν τῆς ἑορτῆς μεταθεῖναι τὸ ἄγος· ὃ δὴ καὶ ἄλλοι ἂν ἐποίησαν· [a] ἀλλ' ἅπαξ πρὸς τὸν φόνον ἑκουσίως ὁρμήσαντες εἶχον τὴν δίκην συγχωρουμένην τῇ ὁρμῇ, ὡς οὐκ ᾔδεσαν, πρὸς τὴν τῆς εἰσαγωγῆς φανοτάτην ἐκκάλυψιν. τηρεῖται δέ σοι καὶ τῆς πλησιφαοῦς σελήνης ἡ κατὰ τὸ πάθος αἰτία, ὅτι ἐπείπερ ἤμελλεν ὁ ἥλιος τοῦ τοιούτου γινομένου κατὰ τοῦ σωτῆρος ἄγους σκοτίζεσθαι, ἀπὸ ἕκτης ὥρας ἕως ἐννάτης, καὶ τὰς ἑαυτοῦ ἀκτῖνας καθάπερ ὀφθαλμοὺς ἀναστρέφειν, ἵνα μὴ ἴδῃ τὸ ἄγος, ἡ πλησιφαὲς τὸ πάθος ὡρίσθη, ὡς ἂν μὴ ἔκλειψις ἡλίου καθ' ὑποδρομὴν σελήνης τοῖς Ἕλλησι νομισθῇ· ἀλλ' ἐπὶ τοσοῦτον διεστηκυίας αὐτῆς τοῦ ἡλίου, ἀνάγκη τοῦ παθόντος ὁμολογηθῆναι·

B συμβῆναι τὸ σκότος τὸ ἀπὸ τῆς ἕκτης ὥρας κατὰ τὴν τῶν εὐαγγελίων φωνὴν ἐπὶ τῷ τοῦ σωτῆρος πάθει γινόμενον, καὶ προφητικῶς ἄνωθεν προλαβὼν ἐβόα. φησὶ γοῦν Ἀμώς· καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει κύριος, δύσεται ὁ ἥλιος μεσημβρίας, καὶ συσκοτάσει ἐν ἡμέρᾳ τὸ φῶς. καὶ ἐπειδὴ ἤμελλεν ἡ ἡμέρα αὕτη μερίζεσθαι φωτὶ καὶ σκότει, Ζαχαρίας αὖθις ἄλλος προφήτης φησί· καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ οὐκ ἔσται φῶς, καὶ ἡ ἡμέρα ἐκείνη γνωστὴ τῷ κυρίῳ, καὶ οὐχ ἡμέρα καὶ οὐ νύξ· καὶ πρὸς ἑσπέραν ἔσται φῶς. καὶ ὅλην αὐτὴν ἀμφίβολον ποιεῖ τῇ παρὰ μέρος διαδοχῇ τοῦ σκότους καὶ τοῦ φωτός. καὶ ἐπειδὴ ὁ προφήτης ἐβόα, ὅτι σκοτισθήσεται ὁ ἥλιος μεσημβρίας, καὶ ἐνίοτε τινὲς ἤμελλον ἀπιστεῖν εἰ ἀληθῶς γέγονε τοῦτο ἐπὶ τῷ τοῦ σωτῆρος, ἢ οὔ, ἔστιν ὑπὸ τοῖς σοῖς ὀφθαλμοῖς ἄρτι ὁρώμενον μέγα τεκμή-

C ριον· ἵνα ἐκ τοῦ τεκμηρίου τὴν ἀποκατάστασιν βλέπων ζητήματος ἀπαλλάττοιο. τί οὖν παρακολουθεῖ σήμερον, ἵνα δειχθῇ ἡ δεσποτικὴ φωνή; πρὸς Ἰουδαίους ἀπειλῶν φησιν ὁ Ἀμώς, τοῦ πάθους τοῦ σωτῆρος τοῦ ἀγαπητοῦ τοῦ θεοῦ προβαλλόμενος, καὶ τὴν αὐτῶν παρανομίαν ἀντιθείς· δύσεται ὁ ἥλιος μεσημβρίας, καὶ συσκοτάσει ἐν ἡμέρᾳ τὸ φῶς· καὶ μεταστρέψω τὰς ἑορτὰς ὑμῶν εἰς πένθος, καὶ πάσας τὰς ᾠδὰς ὑμῶν εἰς θρῆνον· καὶ ἀναβιβάσω ἐπὶ πᾶσαν ὀσφὺν σάκκον, καὶ ἐπὶ πᾶσαν κεφαλὴν φαλάκρωμα· καὶ θήσομαι αὐτὸν ὡς πένθος ἀγαπητοῦ, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, ὡς ἡμέραν ὀδύνης. τοῦ γὰρ δῦναι τὸν ἥλιον μεσημβρίας σημεῖα τέθεικε, μεταστροφὴν τῶν ἔργων εἰς πένθος, καὶ τῶν ᾠδῶν εἰς θρῆνον, καὶ ταῦτα πάντα διὰ τὸν ἑαυτοῦ ἀγαπητόν, ἔφη, ὁ θεὸς ποιήσει. τοιοῦτον γὰρ πένθος, φησίν, ἔσται, καὶ τοιαύτη ἀνάγκη δίκης, οἷα ἀναλογήσει πρὸς τὴν τοῦ ὑβρισθέντος ἀ-

D γαπητοῦ ἀξίαν. ὅρα τοίνυν, εἰ μὴ ἐξ οὗ πέπονθεν ὁ σωτήρ, παρακολουθεῖ τὰ πάθη· εἰ μὴ μετεστράφησαν εἰς πένθος αἱ ἑορταὶ αὐτῶν· εἰ μὴ αἱ ᾠδαὶ αὐτῶν εἰς θρῆνον· οὐκ ἔδυ ὁ ἥλιος μεσημβρίας. εἰ δὲ συνορᾷς τὸ μέγα θαῦμα, ὅτι ἐν ἑορτῇ μὲν τοῦ πάσχα ἐσταυρώθη ὁ Χριστός, ἡ δὲ δίκη τούτου χάριν μετέβαλεν εἰς πένθος τὰς ἑορτάς, Ῥωμαίων μὲν ἐπελθόντων, τῶν δὲ Ἰουδαίων συμφυγόντων ἁπάντων, ὥσπερ εἰς κοινὴν παγίδα τὴν Ἱερουσαλήμ, καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς ἑορταῖς, ὡς ἡ ἱστορία φησί, ξίφει καὶ πυρὶ καὶ οἰμωγαῖς ἀνονήτοις δαπανηθέντων, ὡς ὑπὸ τοσούτων κακῶν ἐστοιχισμένων αὐτῶν ῥητῶς ἀποβῆναι τὴν μεταβολὴν καὶ τῶν ἑορτῶν εἰς πένθος, καὶ τῶν ᾠδῶν εἰς θρῆνον, δῆλον ὅτι, τούτων ἐκβεβηκότων ἐπ' ὄψεσιν, ἔδυ ὁ ἥλιος μεσημβρίας.

E τοῦτο γὰρ σημαίνει τὰ εἰρημένα. διετῆ γοῦν χρόνον ὁ πόλεμος, καὶ τοὺς Ἰουδαίους ἐπὶ πένθει ἀνάλωσε, καὶ ἄχρι τῆς σήμερον τὸ πένθος τῆς Ἰουδαίας παρέτεινε. ποῦ γὰρ ὁ ναός; ποῦ ἡ ἱερωσύνη; ποῦ τὸ ἡ βασιλεία; ποῦ τὸ ὁρμητήριον; ποῦ ἡ τοῦ νόμου πόλις; πάντα οἴχεται, πάντα ἀπέσβη, πάντα ἐκ βάθρων ἦρται, δύναντος τοῦ ἡλίου, εἰς πένθος μετέβαλεν. ἐπειδὴ οὖν ταῦτα μεγάλων μυστηρίων χάριν ἐπετελεῖτο ἐπὶ τοῦ σωτῆρος πάσχοντος, διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς καθ' ἕκαστον πάσχα τοῦ μυστηρίου τὴν σημασίαν ἀνανεοῦσθαι πειρώμενοι, καὶ τὰς προθεσμίας συνάγομεν, ὅση δύναμις, καὶ παραλαμβάνομεν καὶ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην, οὐ μόνον

[a] Locum prorsus obscurum divinando convertimus.

διὰ τὰς λοιπὰς θεωρίας τὰς εἰρημένας καὶ τὰς μὴ ῥηθείσας, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ δῦναι τὸν ἥλιον μεσημβρίας, ἵνα φαίνηται οὐ τέχνης Ἑλληνικῆς, ἀλλὰ δίκης ἔργον τὸ σκότος, ὡς πολλάκις ἐρρέθη, οὐχ ὑποδραμούσης σελήνης, ἀλλὰ κατὰ διάμετρον τῷ ἡλιακῷ ἀνατελλούσης δρόμῳ, καὶ οὕτως, ὡς ἄν τις εἴποι, κινουμένης γινόμενον, ἵνα ᾖ σημεῖον τοῦ συμβεβηκότος θαύματος ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη τοῖς πᾶσιν αἰώνιον.

Παραλαμβάνομεν δὲ παρασκευὴν δὲ σάββατον καὶ κυριακὴν διὰ τὰς προῤῥηθείσας αἰτίας, καὶ ὁλόκληρον τοῦ μυστηρίου τὴν θεωρίαν τῇ τῶν προθεσμιῶν συνδρομῇ ἐκτελοῦντες, καὶ τὴν τῶν Ἰουδαίων ἄνοιαν, καὶ τὴν τῶν μὴ τοῦτον τὸν τρόπον ἀσπαζομένων αἱρετικῶν μανίαν ἀποπεμπόμεθα, καὶ χαρακτῆρα ὁλοτελῆ τὸν τῆς παντὸς ἀνακεφαλαιώσεως ἐπὶ τῇ τοῦ πάσχα ἱερᾷ τελετῇ προβαλλόμεθα. ἐν ὅλαις γὰρ τῆς προθεσμίαις ταύταις τοῦ Χριστοῦ παθόντος, ἀνάγκη δὲ ἡμᾶς ποιεῖν ὡσαύτως τὸ πάσχα, ὅση δύναμις, δὲ εἴ τι ἂν τούτων λίποι, σκάζει κινδυνωδῶς ἡ μίμησις. ἐπεὶ οὖν ἀρκούντως περὶ τούτων ἀκήκοας, ἀναγκαῖον ἂν εἴη λοιπὸν καὶ τὴν αἰτίαν εἰπεῖν, δι' ἣν νῦν ἡ τοῦ πάσχα παράστασις γίνεται, ὅπερ ἀρξάμενος τοῦ λόγου ἐπήγγελμαι. εἰρήκαμεν, ἀδελφὲ, ὅτι δεῖ ἐπὶ τῷ πάθει καὶ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν, καὶ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην κατὰ σελήνην, οὐ πρὸ ἰσημερίας, [a] καὶ τὸ σάββατον, καὶ τὴν κυριακὴν συλλαμβάνειν. ἐὰν οὖν ποτε συμβαίνῃ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην κατὰ σελήνην πρὸ ἰσημερίας ἐμπίπτειν, ἐκείνην μὲν ἀκυροῦμεν, ἄλλην δὲ ζητοῦμεν τὴν ὀφείλουσαν μετ' ἰσημερίαν γενέσθαι· καὶ συμβαίνει ἐν τούτῳ μῆνα ἐμβόλιμον παρεμπίπτειν εἰς γένεσιν τῆς μετ' ἰσημερίαν τεσσαρεσκαιδεκάτης. νῦν δὲ, ἀδελφὲ, εἰς τοῦτο τὸ προκείμενον ἡμῖν πάσχα ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη ὡς πρὸς δύο ἡμερῶν τῆς ἰσημερίας ἐμπίπτει, δὲ ἄκυρος γίνεται. διὸ ζητοῦμεν τελέσαι τὸν μῆνα τῆς σελήνης καὶ τὴν ἐπιοῦσαν τεσσαρεσκαιδεκάτην παραλαβεῖν· ἵνα ἐν ταύτῃ τὸν μῆνα τοῦ σωτῆρος ἀπεργασώμεθα. μηνὸς οὖν ἐμβολίμου χρῄζομεν. ἀλλ' ὥσπερ ἐθεασάμεθα ὅτι ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη κατὰ σελήνην πρὸ ἰσημερίας ἐὰν ἐμπέσῃ, οὐ ταύτης, ἀλλὰ τῆς μετ' ἰσημερίαν ἁρμοζόντως δεόμεθα· οὕτω πάλιν κατὰ σελήνην τεσσαρεσκαιδεκάτης κυριακῇ συνελθούσης, οὐκ ἄγομεν ταύτην τὴν κυριακὴν ἀναστάσιμον, ἀλλὰ τῆς ἑξῆς κυριακῆς χρῄζομεν, ὅτι ἡ μὲν τεσσαρεσκαιδεκάτη πάθους ἐστίν. ἐν γὰρ ταύτῃ πέπονθεν ὁ Χριστὸς τῇ παρασκευῇ συνελθούσῃ. καὶ ὥσπερ τὴν παρασκευὴν ἀναστάσιμον οὐ γνωρίζομεν, οὐδὲ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην συζυγοῦσαν αὐτῇ· ἡ δὲ ὀφείλουσα ἐπὶ τῇ ἀναστάσει ὁρίζεσθαι κυριακὴ καθαρὰ παθητικῆς ἡμέρας ὑπάρχειν τέτακται. ἐὰν οὖν συμπέσῃ αὐτῇ ὁ παθητικὸς τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἀριθμὸς, ταύτην ἀφέντες, τὴν ἑξῆς ὡς καθαρὰν πάθους διώκομεν. προκειμένου γὰρ ἡμῖν τοῦ κατὰ τὸν σωτῆρα ἐπὶ τῷ πάθει καὶ τῇ ἀναστάσει μιμήματος, ἀεὶ τὴν κυριακὴν, ἣν μέλλομεν ἐπὶ τῇ ἀναστάσει ὁρίζειν, ἐλευθέραν πάθους, ὡς ὁ δεσπότης, διαφυλάττομεν, ἐπὶ τὰς περὶ ταύτης τὸ πάθος λαμβάνοντες. ἐπειδὴ τοῦτο τεθέασαι, πρόσεχε λοιπὸν ὃ λέγω. πρὸ δύο ἡμερῶν νῦν ἐμπίπτει, ὡς ἔφην, ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη κατὰ σελήνην τῆς ἰσημερίας. ἀνάγκην ἔχομεν ταύτην μὲν παρεῖναι, τὴν δὲ μετὰ ταύτην τεσσαρεσκαιδεκάτην ὡς μετ' ἰσημερίαν ἐκδέχεσθαι. ἀλλ' αὐτὴ πάλιν ἡ ἁρμόζουσα τεσσαρεσκαιδεκάτη μηνὸς ἑβδόμου εἰκάδι ἕκτῃ συντρέχει, ἐπειδὴ καὶ κυριακὴ συμπίπτει. ἐπεὶ οὖν ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη αὖ τῇ κυριακῇ συμπίπτει, τὴν τῆς ἀναστάσεως ἑορτὴν εἰς τὴν ἑξῆς κυριακὴν μετατίθεμεν τοῦ παθητικοῦ ἀριθμοῦ ἐλευθέραν εὑρημένην· καὶ οὕτω τῇ εἰκάδι ἕκτῃ τοῦ ἑβδόμου μηνὸς ἑβδομάδα ἐπισυνάπτοντες, εἰς δευτέραν ὀγδόου μηνὸς τὴν ἀναστάσιμον ἄγομεν· δὲ αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία τῆς παραστάσεως. εἰ δέ τις ἀντιλέγειν ἐθέλοι περὶ τοῦ εἰκάδα ἕκτην τοῦτ' ἑβδόμου μηνός· νῦν αὕτη ἡ κυριακὴ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τοῦ μηνὸς συμβαίνειν, στελλέσθω ἐπισκεψόμενος τὴν ἀντίῤῥησιν, εἰ βούλεται, καὶ τοὺς σοφοὺς τῶν Ἑλλήνων πρὸς τοῦτο παρα-

A alias causas dictas & ob alias non dictas; sed etiam quod sol occiderit in meridie, ut appareret non ex arte Græca; sed ex ultione tenebras proficisci, ut sæpe diximus, non concurrente luna; sed ita oriente, ut solis cursui ex diametro opposita esset. Et sic, ut quis dixerit, mota, ut quarta decima esset, miraculi quod acciderat signum omnibus æternum.

5. Assumimus item, Parasceven, Sabbatum & Dominicam ob supra dictas causas, & totam mysterii rationem in concursu definitorum temporum celebrantes, Judæorum insaniam, & cum ipsis non consentientium hæreticorum furorem respuimus: totumque characterem restaurationis universi in sacra Paschæ celebratione B proferimus. Cum enim sub his omnibus temporum rationibus Christus passus sit, necesse est & nos sic Pascha persolvere, quantum possumus; quod si qua ex illis deficiat, cum periculo claudicat imitatio. Quoniam igitur de his satis audisti, operæ precium fuerit nunc dicere, cur Paschæ declaratio nunc sic fiat, ut in exordio pollicitus sum. Diximus, frater, oportere in passione, & æquinoctium vernum, & decimam quartam lunam, non ante æquinoctium, & Sabbatum & Dominicam assumere. Si ergo aliquando contigerit decimam quartam lunam ante æquinoctium incidere, illam rejicimus, & aliam quærimus, quæ debet post æquinoctium esse: & tunc contingit mensem injectitium esse, donec oriatur decima quarta C post æquinoctium. Nunc autem, frater, in præsenti Paschate quarta decima incidit duobus circiter diebus ante æquinoctium, nec adhiberi potest; ideo quærimus ut lunaris mensis finiatur, ut sequentem quartam decimam assumamus; & in illa Servatoris mensem celebremus: mense igitur embolismo, seu injectitio, opus habemus. Etenim ut vidimus, si quarta decima luna ante æquinoctium incidat, nos non illa, sed sequente post æquinoctium opus habere; sic rursum si quarta decima luna cum Dominica concurrat, hanc non celebramus Dominicam Resurrectionis, sed sequentem Dominicam assumimus, quia quarta decima passionis est: in hac enim passus est Christus, parasce- D ve concurrente; & sicut parasceven non ut diem resurrectionis agnoscimus, sic nec quartam decimam cum illa concurrentem. Quæ vero Dominica pro resurrectione assignatur, pura sit oportet a passione. Si ergo in illa inciderit passionis numerus qui est quartæ decimæ lunæ, hac missa die, sequentem ut passione puram sequimur. Cum enim in proposito nobis sit Dominum imitari in passione & resurrectione, Dominicam, quam resurrectioni assignamus, a passione puram, ut Dominus fecit, observamus, in diebus quæ illam præcedunt passionem assignantes. Quia vero hoc intelligis, jam dictis attende. Biduo ante æquinoctium, ut dixi, accidit decima quarta luna: necesse autem est hanc dimittere, & sequentem, quæ post æquinoctium accidit, assumere. Verum hæc rursum quæ concurrit cum vigesima sexta die mensis E septimi, concurrit etiam cum Dominica. Quia ergo rursus decima quarta luna cum Dominica concurrit, Resurrectionis festum in sequentem Dominicam transferimus, quæ a passionis numero libera est, & sic vigesimæ sextæ septimi mensis hebdomadam addentes, octavi mensis secunda Resurrectionem agimus. Et hæc causa est hujusce declarationis. Quod si quis contradicere velit circa vigesimam sextam diem hujus mensis, & dicere: Nunc Dominicam cum quarta decima mensis lunaris concurrere, is mittatur, si quidem velit, ad ea quæ contra allata sunt; & Græcorum sapientes ad hoc

a Hic deesse videtur τὴν παρασκευὴν, ante καὶ τὸ σάββατον.

testes accipiat, quod totam Dominicam & hanc & sequentem noctem fere usque ad sequentem diem quarta decima luna comprehendat. Ac nemo dicat nunquam hoc ritu Pascha celebratum fuisse. Hujusce rei multos habemus testes & memores. Deinde ea quæ nunquam vera sunt, nunquam ex scientia conciliantur. Sed semper quæritur scientiæ ratio: & sæpe res cito accidit, sæpe citius, & rursum tardius. Et nemo peritus inæqualitatem temporum attendit, sed rationum concentum. Quoties putas præteritis temporibus dictum fuisse, sed nunquam factum est, & tamen ars obtinet? Quid autem discriminis est? Nam qui contra stant, fatentur sæpe accidisse, ut vigesima nona mensis septimi Pascha celebraretur. Demum agitur de tribus aut quatuor diebus, quas huic disciplinæ concedere renuunt. Unde ergo inexspectata venit hæc dubitatio? Sed mirantur quod sic inæqualiter quantum ad tempus Pascha celebretur. Verum illud peritis mirum non est. Vides, frater, poëticos aut tragicos ornatus, quomodo illi sint exiles, hi exiliores, alii vero latiores. Hos vero imperiti prorsus mirantur, ut ita simpliciter dispositos. Artifex vero qui metrum harmoniæ novit, artis planam scit rationem, etsi linearum conspectus inæqualis videatur. Nunc certe, frater, dies Resurrectionis est secunda mensis octavi: anno autem sequenti, decima septima mensis septimi, & rursum in sequenti nona septimi mensis erit, ac rursus tertio anno, vigesima nona mensis dies Resurrectionis assignabitur: nemoque hac in re læditur, nemo dolet; sed omnes artis harmoniam quærunt, & de rei scientia lætantur. Id enim solum spectatur, ut decima quarta luna illa non ante æquinoctium vernum sit, & ut Dominica ad Resurrectionem assignata a decima quarta luna libera sit. Qua de causa quæstiones movent qui calculi periti non sunt. Oportet enim decimam quartam in hebdomada ante definitam Resurrectionem contingere. Sed si quidem in hebdomadæ spatio acciderit, tunc facilis est inventio: si vero in Dominicam incidat; hic accurate providendum est. Nam qui rem non inquirunt, interdum non decimam quartam, sed decimam quintam erroris causam faciunt; quod etiam in præsenti contigit. Debemus ergo in his stare, & agnoscere rem nunc concinne dispositam esse. Hæc sciamus oportet: & ante sequentem hebdomadam hac de re certam quisque habeat opinionem, & sciant hanc primam esse ex septem hebdomadibus, in qua oportet jejunare. Nos autem hac in re promissionem implevimus, si tamen memoria retineantur ea quæ diximus. Det autem Deus ut & mysteria omnia serventur in cordibus vestris, & vos in Christo, quicum refertur gloria Deo & Patri, unaque sancto Spiritui, nunc & semper & in sæcula sæculorum, amen.

A λαβὼν μάρτυρας, ὅτι ὅλην τὴν κυριακὴν καὶ ταύτην καὶ τὴν μετ' αὐτὴν νύκτα ἕως ἐγγὺς εἰς τὴν ἐπιοῦσαν δευτέραν ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη καταλαμβάνει. καὶ μηδεὶς λεγέτω ὅτι οὐδέποτε ἐπὶ τοσαύτῃ παραστάσει τὸ πάσχα γεγένηται. καὶ τούτου πολλοὺς ἔχομεν μνήμονας μάρτυρας. ἔπειτα τὰ οὐδέποτε ἀληθῶς οὐδέποτε ἐπιστήμη ἁρμόζει, ἀλλ' ἀεὶ ὁ λόγος ζητεῖται τῆς ἐπιστήμης· καὶ πολλάκις ταχὺ γίνεται, πολλάκις ταχύτερον, καὶ πάλιν βραδύτερον, καὶ οὐδεὶς ἐπιστήμων τῇ ἀνωμαλίᾳ προσέχει τῶν χρόνων, ἀλλὰ τῇ ἁρμονίᾳ τῶν λόγων. ποσάκις νομίζεις ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ἐῤῥέθη τὸ, οὐδέποτε γέγονε, καὶ ἡ τέχνη κρατεῖ; τί δὲ καὶ τὸ παραλλάττον ἐστίν; οἱ μὲν γὰρ αἰτιώμενοι ὁμολογοῦσιν B εἰκάδι ἐννάτῃ ἑβδόμου μηνὸς γεγενῆσθαι πάσχα πολλάκις. λοιπὸν οὖν ἐστι περὶ τριῶν ἡμερῶν ἢ τεσσάρων, ἃς ὀκνοῦσι παραχωρῆσαι τῇ ἐπιστήμῃ. ποῦ οὖν λοιπὸν ἡ ἐκ παραδόξου τῆς παραστάσεως ἀπορία; ἀλλὰ θαυμάζουσιν ὅτι ἀνωμάλως οὕτως, ὅσον ἐπὶ τῷ χρόνῳ, γίνεται τὸ πάσχα. ἀλλὰ τοῦτο θαῦμα οὐκ ἔστιν ἐπιστημόνων. εἶδες, ἀδελφὲ, ποιητικοὺς κόσμους ἢ τραγικοὺς, πῶς οἱ μέν εἰσι κόνδοι, οἱ δὲ κονδότεροι, οἱ δὲ ἐπὶ πλεῖον ἐκτεταμένοι. τούτους οἱ ἀμαθεῖς πάντως θαυμάζουσιν, ὡς ἁπλῶς οὕτω διακειμένους· ὁ μέν τοι τεχνίτης ὁ μέτρον ἁρμονίας εἰδὼς, οἶδε τὸ ὁμαλὸν τῆς τέχνης, κἂν ἡ ὄψις τῶν στίχων ἀνώμαλος φαίνηται. αὐτίκα γοῦν, ἀδελφὲ, νῦν μὲν γίνεται δευτέρα ὀγδόου ἡ ἀναστάσιμος· εἰς δὲ τὸ ἐπιὸν ἑπτακαιδεκάτη ἑβδόμου C μηνὸς γίνεται, καὶ πάλιν εἰς τὸ ἑξῆς ἐννάτη ἑβδόμου μηνός· καὶ αὖθις εἰς τὸ τρίτον ἔτος, εἰκάδι ἐννάτῃ τοῦ μηνὸς ἡ ἀναστάσιμος γνωρισθήσεται. καὶ οὐδεὶς πρὸς ταῦτα βλάπτεται, οὐδεὶς πρὸς ταῦτα λυπεῖται, ἀλλ' ἕκαστος τὴν ἁρμονίαν ζητεῖ τῆς τέχνης, καὶ τῷ τῆς ἐπιστήμης λόγῳ εὐφραίνεται. ὅλον γάρ ἐστι τὸ σκοπούμενον, ἵνα μὴ ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη κατὰ σελήνην πρὸ ἰσημερίας ἐαρινῆς γένηται, καὶ ἡ πρὸς τὴν ἀναστάσιμον ὁριζομένη κυριακὴ ἐλευθέρα τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ὑπάρχῃ, δι' ἣν καὶ τὰ ζητήματα τοῖς οὐκ ἀκριβοῦσι τὴν ψῆφον ἐπιφύεται. δεῖ μὲν γὰρ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἐν τῇ ἑβδομάδι πρὸ τῆς ὁριζομένης ἀναστασίμου συμβῆναι. ἀλλ' ἐὰν μὲν εἰς τὸ πλάτος τῆς ἑβδομάδος συμπέσῃ, εὐπέτεια τῆς εὑρέσεως ὑπανοίγεται· ἐὰν δὲ τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ ἐμπίπτῃ, D ἐν ταύτῃ ἀκριβοῦς ἐπιστασίας χρεία. οἱ γὰρ μὴ ζητοῦντες, ἐνίοτε οὐ τεσσαρεσκαιδεκάτην, ἀλλὰ πεντεκαιδεκάτην κατὰ σελήνην ὑπάρχειν τὸ σφάλμα ἐργάζονται· ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος συμβέβηκε. πάνυ οὖν ὀφείλομεν ἑστάναι, καὶ γνωρίζειν ὅτι καὶ νῦν ἡ παράστασις ἐναρμονίως γίνεται. ταῦτα γνωρίζειν ὀφείλομεν, καὶ περὶ τῆς ἐρχομένης ἑβδομάδος καθαρὰν ἐχέτω τὴν γνώμην καὶ γινωσκέτω ταύτην πρώτην εἶναι τῶν ἑπτὰ ἑβδομάδων ὀφειλουσῶν νηστευθῆναι. ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τούτῳ τὸν τῆς ἐπαγγελίας λόγον πεπληρώκαμεν, μόνον ἐὰν παραμείνῃ τῇ μνήμῃ τῶν λεγομένων ἡ δύναμις. δῴη δὲ ὁ θεὸς καὶ τὰ μυστήρια πάντα φυλαχθῆναι ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, καὶ ὑμᾶς ἐν Χριστῷ, μεθ' οὗ ἀναφέρεται δόξα τῷ θεῷ καὶ πατρὶ σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

MONITUM

MONITUM

IN SEQUENTEM SERMONEM.

HOC otiosi Græculi commentum post Savilium damus, quia nulla prætermittere animus est eorum quæ ipse in lucem protulit. Poterat certe ille qui non pauca alia nullius precii prætermiserat, hoc etiam sine scrupulo in tenebris relinquere.

Εἰς τὴν σύναξιν τῶν ἀρχαγγέλων.

A

ΑΓΓΕΛΟΥΣ ἐγκωμιάζειν χρή. καὶ γὰρ αὐτοὶ τὸν δημιουργὸν ὑμνοῦντες, ἵλεων αὐτὸν καὶ εὐμενῆ τοῖς ἀνθρώποις παρέχουσιν. ἀγγέλους δέ φημι, τοὺς ἡμετέρους συμμάχους, τοὺς κατὰ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων ἐκστρατεύοντας· ὧν εἷς ἐστι ὁ ἀρχάγγελος Μιχαὴλ πρὸς μὲν τὸν διάβολον ὑπὲρ Μωϋσέως σώματος ἀντιταττόμενος, πρὸς δὲ τοῦ ἄρχοντος τῶν Περσῶν ὑπὲρ τῆς τοῦ λαοῦ ἐλευθερίας ἀνθιστάμενος· ὧν ἐστιν ἐκεῖνος ὁ τὴν ὄνον καταστρέφων, καὶ Βαλαὰμ τῆς ἀτόπου μανίας εἴργων. καὶ ἐπείπερ ὁ μάντις οὐκ ἐνενόει τὸ πραττόμενον, ἀλόγου φωνῇ τὸ λογικὸν ἐσωφρόνιζεν· ὧν ἐστιν ὁ τὴν μάχαιραν ἀσπασάμενος, καὶ τὸν Ἰησοῦν τοῦ Ναυῆ συμπλέκεσθαι τοῖς πολεμίοις προτρεπόμενος· ὧν ἐστιν ὁ τὰς πέντε καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν χιλιάδας τῶν Ἀσυρίων ἐν μιᾷ νυκτὶ πατάξας, καὶ τῷ ὕπνῳ τῶν βαρβάρων συνάψας τὸν θάνατον· ὧν ἐστιν ὁ τὸν προφήτην Ἀμβακοὺμ ἀερίσῳ μετακοσμήσας πηδήματι, ἵνα τὸν προφήτην Δανιὴλ ἐν μέσῳ τῶν ἀγεύστων λεόντων γεύσῃ τροφῆς. οὗτοι μὲν οὖν, καὶ οἱ τοιοῦτοι κατὰ τῶν ἐχθρῶν εἰσιν, οἱ καὶ κατὰ τῶν παθῶν ἀριστεύουσιν· ὁποῖος ἦν καὶ ὁ θαυμάσιος καὶ θεσπέσιος Ῥαφαήλ, δι' ἑνὸς ἰχθύος ἀνατομῆς δαιμονιῶσαν κόρην ἱστάμενος, καὶ γέροντι τυφλῷ τὸ φῶς τεχνιανάμενος. ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖνοι σιωπῆς ἄξιοι τῇ νέᾳ διαθήκῃ διακονήσαντες, ὧν μέγα μέρος ἐστὶν ὁ ἀρχάγγελος Γαβριήλ, ὁ τῷ Ζαχαρίᾳ χρηματίσας, καὶ σιωπῇ τὴν ἀπιστίαν εἰσπραξάμενος, ὅτι μὴ κύειν τὴν στεῖραν διὰ τὴν μέλλουσαν οἰκονομίαν ἐπίστευσεν· ὁ τῇ σεμνῇ Μαριὰμ τὰς ἀνυμφεύτους ὠδῖνας εὐαγγελισάμενος· ὁ τοὺς ποιμένας ἐπὶ τὸ σπήλαιον ὁδηγῶν, καὶ καταμηνύων τὸν ἀχώρητον ἐν φάτνῃ, ἐν σπαργάνοις τὸν ἀπερίγραπτον, ἐκείνοις σύμφωνον ᾠδὴν δοξολογίας ἀναπέμπων· δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. ἄλλος τοὺς μάγους κωλύει τῆς ἐπὶ τῶν τυράννων ἀναζεύξεως· οἱ δὲ διηκόνουν ἐπὶ γῆς τῷ κτίσαντι· ἄλλος τὸν μνηστῆρα τῆς παρθένου νουθετεῖ μὴ ἀπολύειν ὡς διεφθαρμένην τὴν ἄφθορον· ἄλλος αὐτῷ διὰ τὴν Ἡρώδου βρεφοκτονίαν φυγὴν ἐπάνοδον ὑποτίθεται. καίπερ ἐν σαρκὶ θεωροῦντες τὸν ἄκτιστον, δουλοπρεπῶς διηκόνουν. ἐθαύμαζον γὰρ τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ, δι' ἧς ὁ πειράζων κατέπεσε, καὶ κατὰ τὴν φωνὴν τοῦ Δαυίδ, ἐπὶ χειρῶν ἄραντες αὐτὸν, ἔξω τῆς βολῆς τῶν λίθων ἐκόμιζον. ἦραν γάρ, φησιν, Ἰουδαῖοι λίθους, ἵνα βάλωσιν ἐπ' αὐτόν. ἄλλοι τῷ πάθει συνέτρεχον· ἄλλοι μετὰ τὴν ἀνάστασιν τῷ κενῷ τάφῳ συνεδρεύοντες, πισταῖς γυναιξὶν ἔλεγον, τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μεταξὺ τῶν νεκρῶν; μετὰ δὲ τὴν ἀνάληψιν ἐδορυφόρουν τοὺς μαθητὰς, τὰ Πέτρου λύοντες δεσμὰ, Παύλου τοὺς

ἴσ. τὸν ἄρχοντα.
ἴσ. ἀερίῳ μετακομίσας πηδ-
ἴσ. τεχνησάμενος.
ἴσ. τὸν τύραννον.

In Synaxin Archangelorum.

LAUDANDI sunt Angeli: ipsi namque Creatorem celebrantes, propitium illum ac benevolum hominibus reddunt. Angelos dico commilitones nostros, qui bellum gerunt contra adversarias potestates, quorum unus est Archangelus Michaël, qui contra diabolum pro corpore Moysis decertabat, & contra principem Persarum pro libertate populi pugnabat. Ex quorum numero est ille qui asinam repulit, & Balaamum ab insano furore repressit; & quia vates ille rem quæ gerebatur non intelligebat, bruti animalis voce ad sanam mentem reductus est. Ex quibus item est ille qui gladium arripuit, & Jesum filium Nave ut contra hostes confligeret incitavit. Ex quorum item numero est ille qui centum octoginta quinque millia Assyriorum una nocte percussit, & somnum barbarorum cum morte conjunxit. Ex quorum numero est qui prophetam Habacuc aërio saltu transtulit, ut prophetam Daniëlem in medio jejunorum leonum cibo reficeret. Hi igitur & iis similes contra inimicos stant, & contra vitia strenue decertant. Qualis erat admirandus & divinus Raphaël, qui unius piscis sectione a dæmone vexatam puellam restituit, & seni cæco lumen arte conciliavit. Sed neque ii silentio mittendi sunt, qui in novo testamento ministrarunt, cujus magna pars est Archangelus Gabriël, qui Zachariæ oracula fudit; qui incredulitatem ejus silentio castigavit, quod non crederet sterilem, propter futuram œconomiam, prægnantem fieri; qui venerandæ Mariæ partum sine sponso futurum annunciavit; qui pastores ad speluncam duxit, & significavit eum qui contineri nequit, in præsepio esse, in cunabulis incircumscriptum: ac cum illis consonum ad gloriam Dei canticum emisit: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus beneplacitum.* Alius Magos cohibet ne tyrannum adeant. Alii in terra ministrabant ei qui terram creavit. Alius sponsum Virginis monet ne dimittat ut corruptam eam quæ incorrupta erat. Alius ob infanticidium ab Herode patratum sponso suadet fugam, & postea reditum. Siquidem in carne videntes eum qui increatus erat, servorum more ipsi ministrabant. Mirati sunt enim fortitudinem ejus, qua factum est ut tentator ceciderit, secundum Davidis vocem: In manibus tollentes eum, extra jactum lapidum deportarunt. Nam *tulerunt lapides Judæi, ut jacerent in eum.* Alii passioni concurrebant. Alii post resurrectionem vacuo sepulcro assidebant, fidelibusque dicebant mulieribus, *Quid quæritis viventem cum mortuis?* Post ascensionem autem satellitum more discipulis aderant, Petri vincula solventes, Pauli pericula

B C D

Judæ. 9.
Dan. 10. 13.
Num. 22. 27.
4. Reg. 19. 35.
Dan. 14. 35.
Tob. 11.
Luc. 2. 14.
Ps. 90. 12.
Joan. 8. 59.
Luc. 24. 5.

in mari & in terra allevantes, fidem Cornelii juvantes, Justorum occisorem Herodem magnifice loquentem percutientes. Annon ergo maximo digni sunt honore, qui & vitam nostram dirigunt? Non modo enim gentes custodire Deut. 32. 8. jussi sunt Angeli, ut clamat oraculum, *Quando dividebat Altissimus gentes, quando dispergebat filios Adam: constituit terminos populorum secundum numerum Angelorum Dei*; sed etiam singuli homines Angelum sortiti sunt. Non meus est sermo, sed divinæ Scripturæ. Nam puella Rhode Apostolis nunciante ante fores stare Petrum, qui Herodis vincula effugisset, non cre- Act. 12. 15. dentes illi dicebant, *Angelus ejus est*. Hæc testificatur item Servator, de iis qui in vita pu- Matth. 18. 10. silli erant loquens: *Videte ne contemnatis unum ex his pusillis: dico enim vobis, quia Angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est*. In singulis porro Ecclesiis Angelos custodes constituit Christus, ut Joanni Apoc. 2. 8. revelans ait: *Dic Angelo Ecclesiæ Smyrnæ: Scio paupertatem tuam & tribulationem: sed dives es*. Quid dicis, Domine? Dives sum, & sum pauper? Cur me vano ditas nomine? Nam si dives sum, non sum pauper; si pauper, quomodo dives? Multa enim est divitias inter & paupertatem distantia, ut ipse testificaris, hiatus magnus est inter divitem & pauperem: dives pauperem aversatur, pauper divitem suspicit: contrariæ res sunt, inæqualis vita. Ille namque in ærumnis ingemiscit, hic voluptatibus sese ostentat. Hic panem expetit, ille gulæ oblectamentis superabundat; hic vini heminam non habet, ille in crapula absorptus ebrietatem eructat; hic pannis laceris amictus est, ille variis ornatur vestibus; hic in pavimento jacet abjectus & vigilans, ille stertit in lecto delicias somnians; hic teruncium petit, ille auro obruitur. Qui enim thesaurizat nec erogat, similis est pauperi magnificum sepulcrum exspectanti. Sed neque illi tempestatibus æqualiter fruuntur. Pauperi namque gravis est hiems, qui non habeat quo se calefaciat; diviti noxia æstas ex ingluvie æstum non ferente. Quomodo igitur idem ipse est pauper & dives? Verus est sermo, & verax qui loquitur. Pauperes quidem sunt aliqui ob pecuniæ inopiam; divites autem fidei thesauris. Melius autem esse pauperem in rebus sæcularibus, & divitem in spiritualibus: illorum quippe finis, est corruptio; horum vero, lucrum, quod auferri ne- Matth. 6. 19. quit. Ideoque ait Filius: *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra*, nos evocans ad thesaurizandum in cælestibus, ad alendum pauperes, ad visitandum infirmos, ad tegendum eos qui sine operimento sunt, ad remittendum debitoribus egenis, & ad expetendum a Deo Prov. 19. 17. fœnus. Nam *qui miseretur pauperis, fœneratur Deo*. Hæc quippe videntes Angeli, ad judicem universorum referunt: ille vero jubet eos Act. 10. 4. dicere operanti bonum: *Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam tui in conspectu Dei*. Ipsi gloria & imperium, nunc & semper & in sæcula sæculorum, amen.

A ἐπὶ γῆς καὶ θαλάττης κινδύνους ἐπικουφίζοντες, τῇ πίστει Κορνηλίου μεσιτεύοντες, τὸν δικαιοκτόνον Ἡρώδην μεγαληγοροῦντα πατάσσοντες. ἆρ' οὖν οὐ μεγίστης τιμῆς ἄξιοι, οἱ τὴν ἡμετέραν ζωὴν διϊθύνοντες; οὐ γὰρ μόνον ἔθνη φρουρεῖν ἐτάχθησαν ἄγγελοι, καθὼς βοᾷ τὸ λόγιον, ὅτε διεμέριζε, φησιν, ἔθνη ὁ ὕψιστος, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων θεοῦ· ἀλλὰ γὰρ τῶν ἀνθρώπων ἑκάστῳ ἔλαχεν ἄγγελος. ὁ λόγος οὐκ ἐμὸς, ἀλλὰ τῆς θείας γραφῆς. (ἴσ. ἀλλὰ καὶ τῶν.) τῆς γὰρ παιδίσκης Ῥόδης ἀπαγγελούσης τοῖς ἀποστόλοις πρὸ θυρῶν ἑστάναι Πέτρον τὸ Ἡρώδου διαδράντα δεσμωτήριον, ἀπιστοῦντες ἔλεγον ἐκεῖνοι, ὁ ἄγγελος αὐτοῦ ἐστιν. ἐπιμαρτυρεῖ δὲ καὶ ὁ σωτὴρ τούτοις, περὶ τῶν κατὰ τὸν βίον σμικρῶν λέγων, ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων. λέγω B γὰρ ὑμῖν, ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν ἐν οὐρανοῖς διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. καθ' ἑκάστην δὲ ἐκκλησίαν ἐπέστησεν ἀγγέλους φύλακας ὁ Χριστὸς, ὡς ἀποκαλύπτων Ἰωάννῃ φησίν· εἰπὲ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐκκλησίας Σμύρνης, οἶδά σου τὴν πενίαν καὶ τὴν θλίψιν· ἀλλὰ πλούσιος εἶ. τί λέγεις, ὦ δέσποτα; πλούσιός εἰμι, πένης ὤν; τί με διακένῳ πλουτίζεις ὀνόματι; εἰ μὲν γὰρ πλούσιος, οὐ πένης· εἰ δὲ πένης, πῶς πλούσιος; πολλὴ γὰρ πλούτου καὶ πενίας ἡ διάστασις, ὡς αὐτὸς μαρτυρεῖς, χάσμα μέγα μεταξὺ πλουσίου καὶ πένητος ὡρισμένον. ὁ πλούσιος τὸν πτωχὸν ἀποστρέφεται, ὁ πτωχὸς τὸν πλούσιον ὑποβλέπεται. ἐναντία τὰ πράγματα, ὁ βίος ἀνώμαλος. ὁ μὲν γὰρ ἐπιστένει τοῖς πάθεσιν, ὁ δὲ ἐπικαγχλάζει ταῖς ἡδοναῖς· οὗτος ἄρτου τυχεῖν ἐπεύχεται, ἐκεῖνος τῇ ἀδηφαγίᾳ ὑπερμαζᾷ· οὗτος C οἴνου κοτύλης οὐκ εὐπορεῖ, ἐκεῖνος κραιπαλῶν καὶ καταντλούμενος ἐξερεύγεται τὴν μέθην· οὗτος ῥάκος περιβέβληται, ἐκεῖνος ποικίλοις περικεκόσμηται ἐσθήμασιν· οὗτος ἐπὶ ἐδάφους ἀγρυπνῶν ἔρριπται, ἐκεῖνος ἐπὶ στρωμνῆς ὢν ῥέγχει τὴν τρυφὴν ὀνειροπολῶν· οὗτος κέρμα τι αἰτεῖ, ἐκεῖνος χρυσῷ κέχωσται. ὁ γὰρ θησαυρίζων, μὴ διανέμων δὲ, ἔοικε πτωχῷ πλουσίαν ταφὴν ἀναμένοντι. ἀλλ' οὐδὲ τοῖς καιροῖς ἴσως χαίρουσι. τῷ πτωχῷ μὲν γὰρ ὁ χειμὼν χαλεπὸς τὸ θάλπος οὐκ ἔχοντι, τῷ πλουσίῳ δὲ τὸ θέρος μοχθηρὸν ὑπὸ πλησμονῆς τὸ θάλπος οὐ στέγοντι. (ἴσ. τοῦ θάλπους.) πῶς οὖν ὁ αὐτὸς πένης καὶ πλούσιος; ἀληθὴς ὁ λόγος, καὶ ὁ φθεγγόμενος. πένητες μὲν διὰ τὴν ἔνδειαν τῶν χρημάτων, πλούσιοι δὲ διὰ τοὺς τῆς πίστεως θησαυρούς. ἄμεινον D δὲ πένεσθαι τὰ βιωτικὰ, πλουτεῖν δὲ τὰ πνευματικά· τῶν μὲν γὰρ τὸ τέλος φθορὰ, τῶν δὲ τὸ κέρδος ἀναφαίρετον. διὰ τοῦτο φησιν ὁ υἱὸς, μὴ θησαυρίζετε θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς, καλῶν ἡμᾶς θησαυρίζειν τὰ ἐπουράνια, (ἴσ. παρακαλῶν.) πτωχοὺς τρέφειν, ἀσθενεῖς ἐπισκέπτεσθαι, ἀσκέποις σκέπειν, χρεωφειλέτας ἀπόρους λύειν, καὶ τὸ δάνειον ἐκ θεοῦ ἀπαιτεῖν. ὁ ἐλεῶν γὰρ πτωχὸν, δανείζει θεῷ. ταῦτα γὰρ ἄγγελοι θεωροῦντες ἐπὶ τὸν κριτὴν τῶν ὅλων ἀναφέρουσιν· ὁ δὲ προστάττει λέγων αὐτοῖς τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγαθὸν, (ἴσ. λέγει αὐτοῖς.) αἱ προσευχαί σου καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

MONITUM
IN SEQUENTEM ORATIONEM.

HANC seu Homiliam seu Orationem edidit Henricus Savilius, quasi octavam Joannis Chrysostomi de pœnitentia Tom. 6. p. 804. sed misere laceram & hiulcam. Ipse vero ut diligens accuratusque erat, & suis & Thomæ Alleni Joannisque Boisii notis illam multis in locis restaurare conatus est. Sub hæc anno 1645. illam integram sartam & tectam ex Codice nempe Regiæ Bibliothecæ publicavit Franciscus Combefisius, illamque Cleri Gallicani comitiis, ut germanum Chrysostomi fetum obtulit, additis in fine Vindiciis in Scholia sancti Maximi in sanctum Dionysium, qui libellus sane tenuissimus in 4°. cusus est Simeone Piget Typographo, cum Interpretatione Latina ejusdem Combefisii. Demum anno 1708. Vir eruditissimus Eruditus Benzelius illam ex Codice Anglicano iterum publicavit; sed mendis plurimis, atque nonnullis hiatibus adhuc respersam. Non viderat enim editionem illam Combefisii, quæ Homiliam illam omnibus suis numeris & partibus absolutam efferebat: neque mireris rem ignotam fuisse viro, qui tanto terrarum spatio a nobis dissitus erat, quando ne in Galliis quidem, in omnium Eruditorum notitiam venit libellus iste, qui quod paucis constaret foliis, neglectus fuit.

Non sine stupore autem video tot tantosque viros hanc Homiliam, ut verum & genuinum Chrysostomi fetum habuisse: nam ni mea me fallit opinio, nulla fere inter spurias est, quæ magis a Chrysostomi stylo abhorreat. Non diffiteor tamen hic quædam bona, utilia & ingeniose dicta occurrere, sed tanta perplexitate, tam involuta verborum serie, ut qui Chrysostomi opera, præsertim ἠθικὰ *assidue legerit, si in hæc incurrat, se in alium orbem translatum putet. Non negari potest hunc quoque Scriptorem inventione valere; sed inventionem illam plerumque in* φλυαρίαν *degenerare deprehendet quivis emunctæ naris homo. Ideo illam inter spuria referimus, Interpretatione nova Latina donatam.*

A

Περὶ μετανοίας, καὶ εἰς Ηρώδην καὶ Ιωάννην τὸν βαπτιστήν.

ΦΕΡΕ δὴ, καὶ τὸν ὑμέτερον κρότον τὴν ὑμετέραν προτιμήσωμεν λυσιτέλειαν, καὶ μικρόν τι τῶν ἐκκλησιῶν περὶ πολιτείας ἠθικῆς ὑπομνήσαντες διαλεχθῶμεν ἐν ὑμῖν, ἐξ ὧν ἐλάχιστος μὲν ἀναπέμπεται τῷ λέγοντι κρότος, πλεῖστος δὲ τοῖς ἀκούουσιν ἐγγίνεται τῆς κατὰ ψυχὴν σωτηρίας ὁ πόθος. καλὸς μὲν γὰρ καὶ ὁ περὶ πίστεως λόγος, καὶ πρέπων φιλοθέοις ψυχαῖς· καὶ ὅταν ἴδωμεν ὑμῶν τὸν ζῆλον ἐγηγερμένον ἐν ταῖς περὶ πίστεως ἀκροάσεσι, τὸ φιλοδέσποτον τῆς ὑμετέρας ψυχῆς ἀκριβῶς καταμανθάνομεν. δεινὸς μὲν γὰρ οἰκέτης κατηγορεῖ τοῦ δεσπότου· εὔνους δὲ οἰκέτης χαίρει, τοῦ δεσπότου παρὰ πάντων ἐπαινουμένου. B διόπερ ἡ περὶ τοὺς ἐπαίνους τοῦ δεσπότου προθυμία τῆς οἰκετικῆς εὐνοίας ἀπόδειξιν ἔχει. καλὸν δὲ καὶ τὸ ἀγγεῖον ἐκσμήχειν τῆς ψυχῆς, ἵνα διὰ τῆς ἠθικῆς διδασκαλίας προκαθαρθὲν, δεκτικὸν τοῦ μύρου τῆς θεολογίας εὑρίσκηται. εἰς γὰρ ἀκάθαρτον ψυχὴν, φησὶν, οὐκ εἰσελεύσεται παιδεία. ἔστι δὲ ἡμῖν ὁ περὶ πολιτείας λόγος σφόδρα δεόμενος ἀκριβοῦς ἐξετάσεως. ἐὰν γὰρ ἐλπίδας a ὑποτείνω μετανοίας, δέδοικα μή τις χαυνωθεὶς ἐλπίδι τῆς μελλούσης

a Combefis. ὑποτείνωμεν.

De Pœnitentia, & in Herodem & in Joannem Baptistam.

1. AGE; plausibus vestris, utilitatem vestram præponamus, & paucis ad cœtum vestrum præmissis de morali vivendi genere, de iis disseramus, quæ minorem quidem concionanti plausum conciliant; sed majus in auditoribus pariunt adipiscendæ salutis animæ desiderium. Bonus & religiosis animis consentaneus est sermo de fide: cumque vestrum cernimus circa conciones de fide studium, vestri erga Dominum amoris certiores efficimur. Malus quippe servus herum vituperat, benevolus autem famulus gaudet, cum herum ab omnibus celebrari conspicit: quamobrem ille erga domini laudes affectus, domesticæ benevolentiæ est argumentum. Operæ autem precium est animæ vasculum emundare, ut morali doctrina purgatum, theologiæ unguento recipiendo par sit. Nam *in immundam animam*, inquit, *non introibit institutio.* Est porro nobis de vivendi ratione sermo, qui accuratissimo eget examine. Si enim spe pœnitentiæ procrastinemus, timeo ne quis tali spe remissior factus, vitam negligentius *Sap. 1. 4.*

componat. Rursum si pœnitentiæ spem occlusero, vereor ne quis animum despondens, corpus cupiditatibus tradat: perinde enim ad voluptatem allicit tum animi deliciis emolliti segnities, tum spes abjecta pœnitentiæ agendæ. Quapropter orationem duas in partes dividamus, quarum altera sanos, altera infirmos spectet.
1. Cor. 10. 12. *Qui videtur stare, videat ne cadat.* Qui cœpit labi, casum pœnitentia occupet; qui in casus periculum venit, ne confringatur. Si quis vero jam confractus sit, de ejus clementia ne desperet, qui erigit elisos. Fieri etiam potest ut pene moveamur:
Ps. 72. 2. *Mei autem pene moti sunt pedes.* Potest etiam is
Ps. 93. 18. qui motus est a Domino juvari: *Si dicebam: Motus est pes meus, misericordia tua, Domine, adjuvabat me.* Accidit etiam ut quis non moveatur modo, sed etiam pellatur & in discrimen adducatur, priusquam dejiciatur. At neque hunc
Ps. 117. 13. despicit Deus, *Impulsus eversus sum ut caderem, & Dominus suscepit me.* Ergone qui cecidit, omnino periit? Neutiquam. Est & huic sua con-
Ps. 36. 24. solatio: *Cum ceciderit*, inquit, *non collidetur.* Quid ita? *Quia Dominus firmat manum ejus.* Nam accidit etiam ut quis leviter cadat, nec ad voluptatem gravius allidatur. Num ergo perierunt qui sunt allisi? Videamus etiam hic Domini cle-
Ps. 144. 14. mentiam. *Suffulcit Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos.* Hæc demonstrans psalmus haudquaquam nos in pœnitentiæ desperationem
Ps. 7. 12. egit. Sic enim de Deo loquitur, *Deus judex justus.* Ne dictionem spreveris. Justitia enim cuique reddit pro meritis. Primum audi quod justus sit, teque ad defensionem præpara. Tum quia sæpe animum subit hæc objectio: Si ergo justus est Deus, cur non statim peccantibus pœnas rependit? Ille iniquus est, & prospere agit; ille raptor & ditescit: hic lascivus, & dominatur. Hæccine sunt justitiæ Dei? Si justus est, cur peccantibus ultionem non statim immittit? An justus cum sit, non valet statim peccantibus pœnam irrogare? Accidit enim quandoque ut judex, qui juste judicat, non possit exsequi judicium. An igitur ex imbecillitate differt supplicium? Minime vero. Quid enim adjicit? *Deus judex justus & fortis.* Ut justus itaque novit quod justum est; ut fortis, potest id quod cogitavit ad opus deducere. Cur ergo peccatorum vindicta differtur? Quid sibi vult illa dilatio? Justus est, novit peccatorem; fortis est, potest sententiam opere complere. Cur ergo cunctatur? *Deus judex justus, fortis & longaminis.* Explicat vero quid sibi velit illud, *longaminis. Non inferens iram per singulos dies.* Modica est dictionum transpositio. *Non per singulos dies iram inferens.* Ut vero scias eum ideo differre, quod exspectet pœnitentiam tuam: *Nisi conversi fueritis,* inquit, *gladium suum vibrabit.* Nisi conversi fueritis. Ergo si convertamur, non statim plagam experimur. Vis Dei summam clementiam videre? *Gladium suum vibrabit.* Nondum dixit, gladii acie utetur; sed, *vibrabit*, ut gladii fulgorem aspiciens, plagam pœnitentiâ prævertas. Fulgore terret, non secat. Compescatur timor: plagam prævertat pœnitentia tua. Utque judicis scopum prorsus cognoscas: *Arcum suum tetendit & paravit illum, & in eo paravit vasa mortis.* Annon id sufficit ad terrorem? Annon illum sermone descripsit, qui incorporeus est? *Arcum suum tetendit & paravit illum, & in eo paravit vasa mortis: Sagittas suas ardentibus effecit.* Hic ceu pictor quidam judicem ob oculos posuit. Cogita mihi tensum arcum, paratas manus, alteram arcum pellentem, alteram chordam trahentem, sagittam vero extremis digitis a judice detentam.

A μετανοίας, καταῤῥαθυμήσῃ τῆς πολιτείας. ἐάν τε πάλιν ἀποκλείσω τὰς τῆς μετανοίας ἐλπίδας, δέδοικα μή τις ἀπαλγήσας παραδῷ τὸ σῶμα ταῖς ἐπιθυμίαις. ἴσον γὰρ εἰς εἰς ἡδυπαθείας προτροπὴν καὶ ῥαθυμία ψυχῆς ἡδοναῖς χαυνουμένης, καὶ μετανοίας ἀπόγνωσις. διόπερ ὁ λόγος ἡμῖν διαιρείσθω διχῇ· πρός τε τοὺς ὑγιαίνοντας, καὶ τοὺς ἀῤῥωστοῦντας. ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ· ὁ φθάσας ὀλισθῆσαι, προλαβέτω τὸ πτῶμα τῇ μετανοίᾳ· ὁ καὶ καταπεσεῖν κινδυνεύσας, μὴ καταῤῥαγήτω. εἰ δέ τις καὶ προλαβὼν κατεῤῥάγη, τῆς τοῦ ἀνορθοῦντος τοὺς κατεῤῥαγμένους φιλανθρωπίας μὴ ἀπογνώτω. ἔστιν ἐνίοτε σαλευθῆναι παρὰ μικρόν· ἐμοῦ δὲ παρὰ μικρὸν ἐσαλεύθησαν οἱ πόδες. ἔστι καὶ σαλευθέντα βοηθηθῆναι παρὰ τοῦ
B δεσπότου· εἰ ἔλεγον, σεσάλευται ὁ πούς μου, τὸ ἔλεός σου, κύριε, ἐβοήθει μοί· ἔστι μὴ σαλευθῆναι μόνον, ἀλλὰ καὶ ὠθῆναι, καὶ κινδυνεῦσαι πρὶν ἢ κατενεχθῆναι· ἀλλ' οὐδὲ τοῦτον παρορᾷ ὁ θεός· ὠσθεὶς ἀνετράπην τοῦ πεσεῖν, καὶ ὁ κύριος ἀντελάβετό μου. ἆρ' οὖν ὁ πεσὼν ἀπόλωλε παντελῶς; οὐδαμῶς. ἔστι καὶ τούτου παραμυθία, ὅταν πέσῃ, φησιν, οὐ καταῤῥαχθήσεται· τί τὸ αἴτιον; ὅτι κύριος ἀντιστηρίζει χεῖρα αὐτοῦ· ἔστι γὰρ καὶ ἠρέμα πεσεῖν, καὶ μὴ σφοδρότερον εἰς τὴν ἡδονὴν καταῤῥαγῆναι. ἆρ' οὖν οἱ καταῤῥαγέντες ἀπώλοντο; ἴδωμεν καὶ ἐνταῦθα τὴν τοῦ δεσπότου φιλανθρωπίαν· ὑποστηρίζει κύριος πάντας τοὺς καταπίπτοντας, καὶ ἀνορθοῖ πάντας τοὺς κατεῤῥαγμένους· ταῦτά, μοι δοκεῖ, καὶ ἡ ψαλμῳδία καλῶς ἐνδεικνυμένη,
C πρὸς ἀπόγνωσιν ἡμᾶς μετανοίας οὐκ ἤγαγε. λέγουσα γὰρ περὶ τοῦ θεοῦ, φησιν· ὁ θεὸς κριτὴς δίκαιος. μὴ καταφρονήσῃς τῆς λέξεως· δικαιοσύνη γάρ ἐστιν ἐξ ἴσου κατ' ἀξίαν διανεμητική. πρῶτον ἄκουσον ὅτι δίκαιος, καὶ προπαρασκεύαζου πρὸς ἀπολογίαν· εἶτα ἐπειδὴ ἀντίκειται πολλάκις πρὸς ὑπόνοιαν· εἰ τοίνυν δίκαιος ὁ θεὸς, πῶς οὐκ εὐθὺς ἀνταποδίδωσι τοῖς ἁμαρτάνουσιν; ὁ δεῖνα ἄδικος, καὶ εὐθηνεῖται· ὁ δεῖνα βίαιος, καὶ πλουτεῖ· ὁ δεῖνα ἀσελγὴς, καὶ δυναστεύει· πῶς ταῦτα δικαιοσύνης θεοῦ; εἰ δίκαιος, πῶς οὐ παραχρῆμα τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐπάγει τὴν τιμωρίαν; ἆρα μὴ δίκαιος μέν ἐστιν, οὐκ ἰσχύει δὲ παραχρῆμα τοῖς ἁμαρτάνουσι τὴν τιμωρίαν ἀποδοῦναι; ἐνίοτε γὰρ δικαστὴς, δικαίως μὲν δικάζει, ἀσθενεῖ δὲ τὴν οἰκείαν ἀπόφασιν ἀγαγεῖν εἰς ἔργον. ἆρ' οὖν μὴ δι' ἀσθένειαν ἡ ἀναβολὴ τῆς
D τιμωρίας; μὴ γένοιτο. τί γὰρ εὐθὺς ἐπάγει; ὁ θεὸς κριτὴς δίκαιος καὶ ἰσχυρός. οὐκοῦν ὡς δίκαιος μὲν, οἶδε τὸ δίκαιον· ὡς δὲ ἰσχυρὸς, δύναται τὸ νοηθὲν ἀγαγεῖν εἰς ἔργον. τί οὖν τῆς ἀναβολῆς τῶν ἁμαρτημάτων τὸ αἴτιον; τίς ἡ τῆς τιμωρίας ἀναβολή; δίκαιός ἐστιν, οἶδε τὸν ἁμαρτάνοντα· ἰσχυρός ἐστιν, ἐπαγαγεῖν δύναται τῇ ψήφῳ τὸ τέλος· τί οὖν ἡ τῆς ἀναβολῆς αἰτία; ὁ θεὸς κριτὴς δίκαιος, καὶ ἰσχυρὸς, καὶ μακρόθυμος, καὶ ἑρμηνεύει τί τὸ μακρόθυμος· μὴ ὀργὴν ἐπάγων καθ' ἑκάστην ἡμέραν. μικρόν ἐστι κατὰ τὴν λέξιν ὑπερβατόν. μὴ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὀργὴν ἐπάγων· καὶ ἵνα γνῷς ὅτι περ ἡ ἀναβολὴ τῆς τιμωρίας ἀναμένει σου τὴν μετάνοιαν, ἐὰν μὴ ἐπιστραφῆτε, φησι, τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ στιλβώσει. ἐὰν μὴ ἐπιστραφῆτε. οὐκοῦν ἐὰν ἐπιστρέψωμεν, οὐκ εὐθὺς τῆς τομῆς πεῖραν δεχόμεθα. καὶ βούλει τῆς φιλανθρωπίας ἰδεῖν
E τὴν ὑπερβολήν; τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ στιλβώσει. οὔπω εἶπεν, ὅτι τῇ ῥομφαίᾳ κατὰ στόμα χρήσεται, ἀλλὰ στιλβώσει· ἵνα τὴν λαμπηδόνα τῆς ῥομφαίας θεασάμενος, προλάβῃς τῇ μετανοίᾳ τὴν τομὴν τῆς ῥομφαίας. τῇ στιλβώσει φοβεῖ, καὶ οὐ τέμνει. ὁ φόβος συστελλέτω, τὴν τομὴν φθανέτω σου ἡ μετάνοια. καὶ ἵνα διὰ πάντων γνῷς τὸν τοῦ κριτοῦ σκοπόν. τὸ τόξον αὐτοῦ ἐνέτεινε, καὶ ἡτοίμασεν αὐτὸ, καὶ ἐν αὐτῷ ἡτοίμασε σκεύη θανάτου. οὐχ ἱκανὸν φοβῆσαι τὸ σχῆμα; οὐ διέγραψε τῷ λόγῳ τὸν ἀσώματον; τὸ τόξον αὐτοῦ ἐνέτεινε, καὶ ἡτοίμασεν αὐτὸ, καὶ ἐν αὐτῷ ἡτοίμασε σκεύη θανάτου· τὰ βέλη αὐτοῦ τοῖς καιομένοις ἐξειργάσατο. ἐνταῦθα καθάπερ τις γραφεὺς ὑπ' ὄψιν ἤγαγε τὸν κριτήν. ἐννόησόν μοι τὸ τόξον τεταμένον, τὰς χεῖρας διεσκευασμένας· τὴν μὲν ὠθουμένην τὸ τόξον, τὴν δὲ ἑτέραν, ἐπισπωμένην τὴν νευράν· τὸ βέλος ἄκροις δακτύλοις

λοις παρὰ τοῦ κριτοῦ κατεχόμενον. διατέταται τὸ τόξον, τὸ βέλος ἕτοιμον, ὁ κριτὴς εὐτρεπής. μὴ καταφρονήσῃς τοῦ τόξου· τέταται γάρ. μήτε ἀπογνῷς μετανοίας· τὸ γὰρ βέλος οὔπω βέβληται. ἀλλὰ μὴ χαυνωθῇς διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς μακροθυμίας, μηδὲ βουληθῇς ἀεὶ παρακατέχειν σαυτὸν ταῖς ἡδοναῖς. μὴ εἴπῃς, τέως ἀπολαύσω τῆς ἐπιθυμίας, τέως χρήσομαι τῇ νεότητι, ἥξει μετ' ὀλίγον μετανοίας καιρὸς, αὔριον μετανοήσω, περὶ τὸ γῆρας ἀσφαλίσομαι τὴν ζωήν. μάταιοι οἱ τοιοῦτοι διαλογισμοὶ, σαθρά σου τὰ τῆς ἐπιθυμίας βουλεύματα, πονηρῷ κέχρησαι συμβούλῳ τῇ ἡδονῇ. λέγεις, ποιήσω τὴν ἁμαρτίαν σήμερον, καὶ αὔριον μετανοήσω. κύριος εἶ τῆς αὔριον; τίς σοι τῆς αὔριόν ἐστιν ἐγγυητής; ἐὰν ἀκριβῶς ἀκούσῃς, οὐδὲ ἡ σήμερον ὅλη σή. καὶ τῆς σήμερον τὸ μὲν παρελήλυθε, τὸ δὲ μέλλει. τὸ μὲν οὐκ ἔστι σὸν, τὸ δὲ οὔπω σόν. λέγεις, σήμερον ποιήσω τὴν ἡδονὴν, καὶ μετανοήσω τῇ αὔριον. ὃ ἔχεις τῇ ἡδονῇ, τὸ ἀλλότριον τῇ μετανοίᾳ; ἐμοὶ μᾶλλον χρῆσαι συμβούλῳ, τὸ σήμερον τῇ μετανοίᾳ· τῇ δὲ ἁμαρτίᾳ, μηδὲ τὸ αὔριον. διὰ τοῦτο καλῶς ὁ θεῖος λόγος διαφόρως ἡμᾶς εἰς ἀνάκλησιν τῆς ἁμαρτίας ἀνακαλούμενος. σήμερον, φησὶν, ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ. καὶ, παρακαλεῖτε ἀλλήλους, ἕως οὗ τὸ σήμερον καλεῖται. ποιεῖ γὰρ καὶ τοῦτο πολλάκις ὁ διάβολος κακοτέχνως. ὅταν ἴδῃ ψυχὴν ἀρξαμένην αἰσθάνεσθαι τῶν ἁμαρτημάτων, ἀρξαμένην νοεῖν τῆς τιμωρίας τὸ τέλος, τοιούτους ἐμβάλλει λογισμούς· νεώτερός εἰμι, καιρὸν ἔχω μετανοίας, τέως σήμερον παρακατάσχω τὴν χρείαν, τέως τῆς δίκης [a] περιγένωμαι· τὸν δεῖνα ἀμύνωμαι, τῆσδε τῆς ἐπιθυμίας ἐκτελέσω τὴν ἡδονὴν, καὶ φθάσω μετανοῆσαι. ἔρχεται πάλιν ἡ αὔριον. πάλιν σοι τοὺς αὐτοὺς ἐμβάλλει λογισμούς· πάλιν σε τοῖς αὐτοῖς διακατέχει διαβολικοῖς διαλογισμοῖς. καὶ πάλιν τὸ μὲν μέλλον ἐπιδείκνυσι, καὶ τὸ παρὸν κατασπᾷ. καὶ οὕτω καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸ μὲν σήμερον ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις κατέχων, τὸ δὲ αὔριον ἐν τῇ ἐλπίδι τῆς μετανοίας ὑποδεικνὺς, παραναλίσκει σου τὸν βίον καθ' ἡμέραν ἁμαρτάνοντος.

Ἀλλὰ σὺ στράτευσαι κατὰ τῆς ἡδονῆς· ἄκουσον τοῦ κυρίου κράζοντος· σήμερον ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου, ἕως οὗ εἶ μετ' αὐτοῦ ἐν τῇ ὁδῷ. καλὸν μὲν οὖν καὶ καθάπαξ καὶ πρὸς τοὺς φιλοπραγμοσύνης ἐρῶντας, ἵνα μηδὲ δίκας φιλονεικότερον ἐγγυμνάζωσιν. βέλτιον γὰρ καὶ ἐν δίκαις προλαβεῖν φιλικαῖς διαλύσεσι τὸ τῆς δίκης ἄδηλον τέλος, ἢ ταῖς ἐλπίσι τῆς νίκης ἐπερειδομένους ἀδήλῳ καταπιστεῦσαι πελάγει. ἀναγινώσκεις σου τὰ γραμματεῖα, θαρσεῖς ταῖς ἐκβάσεσιν. ὁ συνήγορος κοιλάνας τὴν χεῖρα τῷ λήμματι ἐγγυᾶται τὴν νίκην, ἵνα περισφίγγηται μισθαρνίᾳ. ἐνίοτε δὲ καὶ δικαστὴς προδιεφθαρμένος προεπαγγέλλεταί σοι τῆς δίκης τὸ τέλος. ἀβεβαίοις θαρσεῖς ἐλπίσιν· εἰ γὰρ σὺ προλαβὼν προδιέφθειρας τὸν δικάζοντα, ἀλλοτρίοις λήμμασι θύραν ἀνοίξας, νόμιζε τὰ αὐτὰ καὶ τὸν ἀντίδικον μελετᾶν. καὶ πολλάκις ἠρέμα σοι τὰ τῆς δίκης εὐδιαπλέοντι πείθουσι χαλάσαι περὶ τὸν πλοῦν τὸ ἱστίον. οὐδέποτε εἶδες θάλασσαν πρὸς αἰγιαλὸν γαλήνην ἔχουσαν, καὶ ἐν τῷ βυθῷ κυμαινομένην; πόσοι μετ' εὐδίας καὶ γαλήνης ἀναπλεύσαντες εἰς τὸ μέσον τοῦ πελάγους, αἰφνιδίοις χειμῶσι χρησάμενοι καὶ κύμασιν ἐναυάγησαν; τοιαῦτα τῆς δίκης τὰ τέλη· ἐνίοτε τὰ προοίμια μετὰ τῶν ἐλπίδων, καὶ τὸ τέλος ἀντίστροφον τὴν ἔκβασιν τῆς ἐλπίδος ἀπενεγκάμενον. καλὸν μὲν οὖν, ὅπερ εἶπον, καὶ τὰς χρηματικὰς δίκας φθάνειν διαλύσεσι φιλικαῖς, ἵνα πρὸς τῷ τέλει τῆς δίκης κυβερνήσῃς τὸν φίλον. ἐγκληματικὰς δὲ μηδὲ διαλύεσθαι γένοιτο, ἀλλὰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐγγυμνάζειν· πλὴν ἀλλὰ κἀκεῖ βελτίων ἡ φειδὼ τοῦ θυμοῦ. ὅμως οὐ δοκεῖ μοι μόνον περὶ χρημάτων ὁ λόγος ἔχειν τὸ αἴτιον. ἴσθι, φησὶν, εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχὺ, ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ. αὕτη ἡ προσθήκη δίδωσί μοι τι καὶ μεῖζον ἐννοεῖν. εἰ γὰρ περὶ χρηματικῶν δικῶν μόνον ὁ λόγος, ἢ τῶν ἐγκλημάτων τῶν ἀναισθήτων ἔλεγε· διὰ τί προσετίθει, ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ; τίς γὰρ ἀντίδικος ἀντιδίκῳ συνοδεύει κατα-

Tensus est arcus, telum paratum, judex expeditus. Ne arcum contemseris, quippe qui tensus sit. Neque pœnitentiæ spem abjeceris: sagitta enim nondum emissa est. Cave item ne propter summam longanimitatem segnis evadas, neu te semper voluptatibus dedas. Ne dicas, interim fruar cupiditate, interim utar juventute; veniet subinde pœnitentiæ tempus: cras pœnitentiam agam; senectutis tempore vitam componam. Vanæ sunt hujusmodi cogitationes: fœda illa tua cupiditatis consilia, malo consiliario uteris voluptate. Dicis, Hodie peccatum admittam, cras pœnitentiam agam? An dominus es diei crastinæ? Quis tibi diei crastinæ sponsor? Si diligenter audias, neque totus hodiernus dies est tuus, ejus pars præteriit, pars superest: illa jam non tua est, hæc nondum tua. Ais, Fruar hodie voluptate, cras pœnitentiam agam: quod habes voluptati, quod non tuum est pœnitentiæ deputas? Meo potius consilio utere: hodiernam diem pœnitentiæ, peccato ne crastinam quidem deputa. Ideo pulcre divina Scriptura diversis nos modis a peccato revocat: *Hodie*, inquit, *si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione:* (Ps. 94. 8.) &, *Adhortamini vosmetipsos donec hodie nominatur.* (Heb. 3. 13.) Nam hoc quoque mala sæpe diabolus arte facit. Cum animum videt in peccatorum sensum venire, ac supplicii finem cogitare, tales immittit cogitationes: junior sum, erit pœnitentiæ tempus, interim hodie utar præsentibus, interim hanc obtinebo litem, illum talem ulciscar, hac cupiditate fruar, ac demum pœnitentiam agam. Venit iterum dies crastina, easdemque tibi immittit cogitationes, iisdem te intercipit diabolicis ratiociniis: futurum ostendit, præsens subtrahit: atque ita quotidie, in præsenti te voluptatibus detinens, in crastino pœnitentiæ spem ostendens, vitam tuam quotidianis in peccatis consumit.

2. Tu vero contra voluptatem milita: audi Dominum clamantem: *Esto hodie benevolus adversario tuo, quamdiu es in via cum eo.* Expedit sane tum omnibus, tum iis qui negotiis dediti sunt, ut ne contentiosius lites exerceant. Præstat siquidem te in litibus incertum exitum amico fœdere prævertere, quam spe nixum victoriæ incerto mari confidere. Legis syngraphas tuas, faustum speras exitum. Advocatus lucro manum porrigens victoriam promittit, ut mercedem reportet. Interdum etiam judex corruptus exitum causæ pollicetur: incerta spe niteris. Nam si tu antevertens, judicem corrupisti, alienisque muneribus aperuisti januam; cogites velim adversarium tuum idipsum meditari, sæpeque tibi tranquillo rerum tuarum cursu naviganti suaserunt ut vela demitteres. Nunquam-ne vidisti mare in littore tranquillum, in alto fluctibus agitari? Quot tranquillo mari navigantes, in alto pelago fluctibus repentinisque tempestatibus excepti, naufragium fecerunt? Talis est hujus negotii finis. Interdum initia spem præ se ferunt, finis vero contrarium profert eventum. E re igitur fuerit, ut dixi, pecuniarias lites amice componere, ut in negotii fine amicum tibi devincias. Criminales autem non modo non componere, sed etiam ne intentare quidem liceat. Sed in his etiam melius est veniæ, quam iræ locum dare. Verum hic non videtur mihi de re pecuniaria solum agi. *Esto*, inquit, *benevolus adversario tuo cito, dum es in via cum eo.* (Matth. 5. 25.) Hoc additamentum præbet mihi occasionem majus quidpiam cogitandi. Nam si de pecuniariis litibus solum ageretur, vel de criminalibus insensilibusque; cur adderet, *dum es in via cum eo?* Quis adversarius cum adversario iter insti-

[a] Combefis. περιγένωμαι· τῆσδε τῆς ἐπιθυμίας ἀπολαύσω, τῆσδε τῆς ἡδονῆς, καὶ φθάσωμαι μετανοῆσαι.

tuat? quis se socium itineris dederit ei, quîcum animo non consentit? Non timet tabellas sibi furto auferri, testes corrumpi, insidias in via sibi parari? Invenire ergo debemus adversarium qui nos semper comitetur, cujus societatem, etsi admodum caveamus, effugere non possimus, & hunc cogitare adversarium, quîcum nos benevole versari conveniat. Quis ergo est verus ille adversarius? Si diligenter quæras, corpus animæ. Hic est adversarius ejus, qui in te est, spiritus. Ne vero putes meum esse sermonem, Paulus confirmet id quod dictum est:
Gal. 5. 17. *Caro concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem. Hæc autem sibi invicem adversantur.* Nec Manichæorum induco doctrinam, neque alium corporis creatorem statuo. Sed caro concupiscit adversus spiritum, voluptate utens consiliario; & spiritus adversus carnem, spe nixus futurorum. Adversantur invicem concupiscentia mundi, & concupiscentia regni cælorum. Hic est adversarius, qui, velim nolim, me comitatur. Via quippe est hæc vita. Anima imaginem suam imitari studet, caro in pulverem defluit. Hæc autem sibi invicem adversantur. Huic adversario tuo esto benevolus. Quandonam? *dum es in via cum eo*, dum in hac vita degis. Nam si vita finem habeat, nullum ultra
Ps. 6. 6. tibi pœnitentiæ tempus, *Quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi?* Huic ergo adversario esto benevolus. Non dixit, gratificans, sed benevolus. Ne suave quid facias adversario tuo; sed ut benevolus a voluptatibus ad pœnitentiam revoca. Non te jubet ut salsamentarium omnia ad corporis voluptatem facere; sed ut medicum agere. Medicus enim sæpe amarum miscet, secat, urit, & illatæ molestiæ mercedem accipit. Licet enim aliquo sensum dolore affecerit, ægroti tamen
Matth. 5. 25. salutem in scopo habuit. *Ne forte tradat te adversarius judici*, futuro nempe judici. *Adversarius*, cui si nunc gratificeris, *tunc judex te traditurus est ministro*, ultricibus scilicet potestatibus, *& in carcerem conjicieris*, in tenebras exteriores, locum horrendum; *Non exibis inde, donec reddas novissimum quadrantem.* Si ante mortem debitum solveris, solutum omnino est; si debitor moriaris, etiam residuum vel minimi debiti a te exigetur. Quid est illud, *Novissi-*
Ps. 75. 11. *mum quadrantem? Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.* Hæc cum sciatis, fratres, comparate voluptates cum futuro judicii die, & judicis sententia: atque tunc scietis quam amara sit voluptas, cum noveritis quantæ amaritudinis sit conciliatrix. Vultis-ne, ut ex duobus Evangelicis conviviis, quid admonitionis mutuemur, quis nempe sit voluptuosorum finis, quis vero pœnitentium fructus? Ne vero mireris si Scriptura voluptuosorum convivia sæpe describat: omnia quippe describit, quid caveas, quid imiteris. Describit voluptuosos, ut perpetua illos infamia notet, utque illos imitari caveas: describit religiosos, ut ad exemplum pœnitentiæ accurras; utque voluptuosum religioso comparans, illum averseris, hunc imiteris. Sitque hoc documentum prudentibus, ut ne spectaculis publicis oculos pascant, neve facile ad hippodromum currant, vel noctu spectandi locum in theatro occupent. Vesania quippe est turpium spectaculorum exspectatio. Diem enim antevertunt ex vehementi desiderio, noctu tenebrarum locum occupant, ut turpibus spectaculis oculos oblectent, ac ferarum cumque feris concertantium pugnas videant. Sedentque sæpe spectatores, benevolentiam majorem erga feras, quam erga congeneres exhibentes. Non misereris infelicem illum, qui ut ventrem impleat, in ferarum ventrem sponte abit: utque gulæ morbum expleat, libenter sibi in ventre bestia-

